R. 1063

# ANNALES
## ECCLESIASTICI
AUCTORE
## CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
## CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
## P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
*Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.*

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

*Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem* Pagii; *& Epiſtola conſularis Henrici* Card. Norisii.

*In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.*

*Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.*

## Tomus Decimusquintus.



LUCÆ
Typis Leonardi Venturini MDCCXLIV.
*De Superiorum Licentia.*

R. 1063

# ANNALES ECCLESIASTICI

AUCTORE

CÆSARE BARONIO SORANO

E CONGREGATIONE ORATORII

S. R. E. PRESBYTERO

CARDINALI

TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI

ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO

UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA

P. ANTONII PAGII

DOCTORIS THEOLOGI

*Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.*

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

*Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem* Pagii; *& Epiſtola conſularis Henrici* Card. Norisii.

*In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.*

*Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.*

## Tomus Decimusquintus.



LUCÆ

Typis Leonardi Venturini MDCCXLIV.

*De Superiorum Licentia.*



# ANNALES ECCLESIASTICI.

| JESU CHRISTI ANNUS 864. | NICOLAI PAP. ANNUS 7. | LUDOVICI II. 9. MICHAELIS III. 23. IMPP. |
|---|---|---|

I. De Rodoaldi Legati condemnatione.

SEQUITUR Chriſti annus octingenteſimus ſexageſimusquartus duodecima Indictione inchoatus, quo Nicolaus Pontifex collecta Romæ Synodo adverſus Rodoaldum Portuenſem Epiſcopum, in Oriente primum, inde in Galliis legatione functum, & ubique prævaricatorem inventum, vocatum ſæpe, refugientem ſemper, tandem abſentem ab Epiſcopatu depoſuit, atque excommunicatione mulctavit. Porro judicium hujuſmodi cœptum poſt menſem a ſententia, quam in Synodo ejus collega Zacharias excepit, ut Nicolaus ipſe (*a*) teſtatur, ad multum temporis ſpacium eſt productum. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ex ipſo Nicolao in epiſtola ad Orientales egregie deſcribente audiamus, qui ait (*b*):

(*a*) *Nicol. ep.* 15.

(*b*) *Idem ep.* 7.

II. *Igitur rediens Rodoaldus a Galliis, ubi non minorem quam in Conſtantinopolitana urbe perſonam geſſerat, & collegam ſuum Zachariam videlicet tale quid pertuliſſe cognoſcens; quinpotius conſcientia propria ſtimulatus expavit. Quod nos intuentes, ne quid formidaret, illum admodum ſumus hortati, ſubiungentes dumtaxat examen Synodi, nihil in illum nos eſſe moturos: ſed neque ei ſine culpa prolata fore aliquid adverſi laturos. Sed quia* (*c*) *fugit impius nemine perſequente, dum nihil mali & ſufficientibus noſtris frueretur bonis, ante tempus Synodi, ante ſui purgationem, Eccleſiam & parochiam propriam deſerens, ad alias diœceſes, examen utique ſubterfugiendo ſe contulit. In quibus diutius eo commorante, Apoſtolico moderamine freti, canonicam quam merebatur ſuper eum cenſuram inferre diſtulimus, ne videlicet ad vindictam faciles videremur eſſe, vel præcipites. Quamobrem deſtinatis in diverſa loca epiſtolis, id eſt, ubi ſolus illum rumor habitare fatebatur, Miſſis noſtris, videlicet ſanctiſſimis Epiſcopis,* * *raptum eum duximus convocari. Sed ille diverſas tenebras penetrando, utpote filius noctis & tenebrarum, qui opera lucis, & diei ſemper refugiens, cauſam ſuam ad manifeſtationem juſtitiæ ſolis deduci formidabat, quouſque* * *voluit, nobis obedire deſpexit.*

(*c*) *Prov.* 28.

Rodoaldi latebræ.

* al. repertum

* al. potuit,

III. Quomodo Romam venit Rodoaldus.

*At ubi non reperit tutum ſuæ tergiverſationis latibulum: tamdem aliquando Romam redire auſus eſt. Et cum nos inter furentium adverſariorum linguas, & manus apud beatum Petrum Apoſtolum degeremus, ipſe inſperatus ſuper nos hoſtis inter hoſtes irrupit: &, ut nunc claret, iterum diſceſſurus, fraudulenter acceſſit. Quo tamen corpore non mente reverſo, & Synodi tempore propter immi-*



PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCII.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6357.

☉ 5. BA. ☽ 10. P. 2. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 864.

NICOLAI PAPÆ 7.

LUDOVICI IMP. 16. 15. & 10.

MICHAELIS IMP. 23.

Anno Hegiræ CCL. inchoato die 12. Febr. fer. 1. A. C. 864.

nentes hoſtium oppreſſiones dilato, rumore crebreſcente diffamatur, quod Rodoaldus denuo fugam arripere meditaretur. Quo audito, quia non poteramus ſub tam horrendo nævo Eccleſiam non habentem maculam neque rugam aut aliquid hujuſmodi deſerere, quo minus illum a falſa ſuſpicione redderemus exortem, nec poteramus perſonam in tantis prævaricationibus diffamatam, & tam ſcelerum rore aſperſam ſine ſatisfactione in communionem noſtram admittere: coram multis fratribus & Epiſcopis, coramque plurimis filiis ſanctæ hujus Eccleſiæ admonuimus eum, quatenus, ſicut prius, nullam in partem ſine noſtra licentia Romana diſcederet Urbe: ſed in ea reſidens ſine timore ſuis licenter utens, & amicos & homines ſuos libere poſſidens, tempus Synodi, qua purgandus eſſet, intrepidus expectaret; ſciens profecto nihil ſe injuſtum ante vel poſt, præter examen ſynodicum fore paſſurum, ſed in juſtitia, quam haberet, eſſe manſurum. Inſuper etiam ſciret, ſi quoquam a Romana ſine licentia noſtra diſceſſerit Urbe: quia tunc eſſet depoſitus, & excommunicatus.

IV. Sed ſpretis ſatisfactionibus noſtris atque ſententiis in ſe prolatis, immo ſpretis tantorum Patrum conſtitutionibus; ſine licentia noſtra propriam Eccleſiam deſpolians, & lupinis dentibus oves ſibi creditas diſcerpens, ad alias diœceſes imminentem Synodum fugiens diſceſſit. Et quia hæc, & alia multa objecta non diluit, vera eſſe, quæ de illo dicebantur, modis omnibus examen ſubterfugiendo, firmavit.

Rurſum fugit Rodoaldus.

Quapropter convocata ſanctiſſimorum Epiſcoporum numeroſa & venerabili Synodo, in ſuperius memorata Eccleſia Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum principum, & omnium ſimul Sanctorum, quorum regulas & decreta multipliciter violavit, necnon & noſtri Apoſtolatus judicio depoſuimus eum, & a corpore & ſanguine Chriſti excommunicavimus: ſanctorum ſcilicet ſtatuta Patrum ſequentes, & præcipue ſancti Felicis exemplum, qui Vitalem & Miſerum Epiſcopos depoſuit, & excommunicavit, eo quod huic apoſtaſiæ in Conſtantinopolitana urbe olim par omnino piaculum perpetraverant.

Sententia in Rodoald.

Quod ſi prædictus Rodoaldus dudum Epiſcopus, nunc autem depoſitus, & excommunicatus de cætero cum anathematizato Photio invaſore Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ mixtus aliquando, & Ignatio fratri Coepiſcopo noſtro infeſtus eſſet, & Eccleſiam Dei amplius conturbaſſet, vel ſi de damnatione ſua querimoniam feciſſet, anathematizatus foret, ac per hoc ab omni Chriſtianorum cœtu ſeparatus & alienatus, donec noſtræ ſententiæ ſponte ſe ſubmitteret collegio. Eſt igitur Rodoaldus nunc depoſitus, & excommunicatus, & ſi Photio communicaverit, anathematizatus: quem vobis fratres chariſſimi ideo intimamus, ut ſcire valeatis, cum quibus communicamus, & quos a noſtra Apoſtolica & Catholica communione repellimus, quatenus per hoc ſecundum ſacras regulas, & præcipue juxta Nicænum Concilium, qui ab aliis abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. Porrigentes ergo Eccleſiæ Dei manus, quos a nobis abiicimus, a vobis repellite, & quos ſuſcipimus, ſuſcipite: quatenus uno animo, uno ore glorificetur Deus & Pater per JESUM Chriſtum in unitate Spiritus ſancti per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Hactenus de Rodoaldi damnatione, quam rurſus eadem occaſione idem Nicolaus in alia (a) cauſa pariter narrat.

(a) Nicol. ep. 10.

V. Quod vero ad cauſam Lotharii Regis de dimiſſa uxore legitima, & pellice in conjugium accepta ſpectat, ut eam Nicolaus Pontifex ſynodali judicio definiret, ſcripſit in fine anni hujus in Gallias ad Epiſcopos Regni Caroli atque Lotharii, ut in ſequentem annum Romam ad Synodum ſe conferrent. Verum quod Apoſtolicum in ea Synodo timeretur judicium, tergiverſationes, & excuſationes ſunt a Regibus interpoſitæ, quibus excuſabant Epiſcopos, quod ad Synodum venire non poſſent: quod indigne tulit ipſe Pontifex, ut apparet ex epiſtola ad ipſos reddita anno ſequenti poſt Synodum Romæ habitam, cum Arſenium Legatum miſit in Gallias, quibus & redarguit, quod quiſque eorum in excuſationem afferebat, quod non poſſent convenire ad Synodum Epiſcopi, eo quod ob incurſus Northmannorum major pars eorum in expeditione adverſus eos eſſet, ſic dicens: (b) *Reprehenſibile denique valde eſſe conſtat, quod ſubintuliſti dicendo, majorem partem Epiſcoporum die noctuque cum aliis fidelibus tuis contra piratas maritimos invigilare, ob idque Epiſcopi impediantur venire. Cum militum Chriſti ſit Chriſto ſervire, militum vero ſæculi ſæculo, ſicut ſcriptum eſt:* (c) *Nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſæcularibus. Quod ſi ſæculi milites ſæculari militiæ ſtudent: quid ad Epiſcopos, & milites Chriſti, niſi ut vacent orationi? &c.* Sed & ipſi Epiſcopi diverſas cauſas prætexentes, litteras excuſatorias ſcripſere ad Nicolaum Pontificem.

Nicolaus fruſtra parat Synodum in cauſa Lotharii.

(b) Nicol. ep. 27.

(c) 2. Timo. 2.

Inter alios, qui ſe excuſaverunt, fuit Adventius Metenſis Epiſcopus, cujus hæ litteræ eo argumento conſcriptæ ad Nicolaum Pontificem extant in codice Trevirenſi ſæpe citato:

VI. *Glorioſiſſimo Dominici gregis paſtori, omnium*



*omniumque Eccleſiarum Dei in toto orbe terrarum conſiſtentium magiſtro Nicolao ſummo Pontifici & univerſali Papæ, Adventius humilis Metenſium ſedi Epiſcopus, nunc & in æternum feliciter valere.*

*Apices ſanctiſſimi Apoſtolatus veſtri noſtræ parvitati nuper directi omni theſauro pretioſiores, omni melle extitere dulciores, & ut ita dicamus, jam ſenio feſſis, ac multimoda infirmitate gravatis viſceribus, ſaluberrimum propinavere antidotum. Revera quia noſtris jam periculoſis temporibus, divina clementia Chriſtianæ plebi ſolita pietate proſpiciens veſtri Pontificatus excellentiſſimum apicem tam benignum piumque, immo in omnibus prudentiſſime circumſpectum in fundamento ſanctæ Matris Eccleſiæ collocare dignata eſt, ineffabiliter congaudemus, omneſque generaliter in auribus æterni Judicis aſſiduas fundimus preces, ut vobis multiplices in cælis reddat mercedes, quod non ſolum poſtulanti exceſſuum veniam, & in ipſo margine præſentis vitæ conſtituto abſolutionis, ac benedictionis optata remedia, ſed etiam plene periclitanti Eccleſiæ noſtræ tamquam fidiſſimus remex ſanctiſſimi & Deo digni Apoſtolatus veſtri privilegium perpetuo munimine porrigere decreviſtis. Quid nos parvuli, ſed in Chriſto devoti filii veſtræ ſanctæ ſolicitudini retribuere poterimus pro tam immenſis muneribus, ſi non ſufficiunt preces, & vota? ſaltem vita comite directi noſtræ quantitatis Legati humilem & fidelem acceptabit affectionem. De cætero excellentiſſimi Pontificatus veſtri litteras de manibus ſereniſſimorum Regum Hludovici majoris & Caroli iſto tempore ſuſcepimus, directas omnibus Archiepiſcopis, eorumque Coepiſcopis in Regno glorioſi Regis Hlothari conſtitutis, ubi aut Archiepiſcopos ſingularum provinciarum, aut binos illorum ſuffraganeos XIV. Kal. Junii Romam ad veſtram ſanctam Synodum evocaſtis. Nos vero ſpiritali & reverendæ præceptioni veſtræ modis omnibus parere deſiderantes, veluti Deo, in cujus vice & nomine cuncta peragitis, ad noſtram recurrimus poſſibilitatem, & proprii corporis imbecillitatem.*

VII. *Quippe, teſte rerum omnium Conditore, vires humilis quaſi obedientia pollicetur, importuna denegat ægritudo. Quapropter religioſum presbyterum noſtrum Theutericum nomine ſub peregrino habitu in illius fide vobis direximus* (a), *qui duobus evidentibus in via apparuit, & peregrinus ab ipſis appellatus eſt: qui ſi votum noſtrum, & iter ſuum proſpere direxerit, his impolitis apicibus veſtra Deo amabilis excellentia liquido cognoſcet, quod noſtra parvitas a divinis documentis, & Apoſtolicis decretis, atque canonicis & paternis regulis, Deo auctore & præduce, exorbitare nullatenus compelletur. Igitur, quia juxta Apoſtolum noviſſima hora eſt, & antiquus hoſtis in membris ſuis acrius ſævit, quaſi ad ſacra veſtigia provoluti humiliter petimus, ne in derogatione ac læſione ordinis noſtri almiflui Apoſtolatus veſtri aurem ulli accommodare dignemini; ut viventia, ac fideliter agonizantia in Chriſti corpore membra veſtris ſe gaudeant foveri ſolaminibus, immo nutantia ſacroſanctis per omnia roborentur edictis. Omnipotens Deus ſanctiſſimi ac præcellentiſſimi Apoſtolatus veſtri apicem nobis diu incolumem ad conſolationem ſanctæ Matris Eccleſiæ, & omnium fidelium animarum conſervare dignetur. Amen.* Sunt tunc ſcriptæ aliæ eodem argumento a Ratholdo Epiſcopo Argentinenſi, quæ (ut hic ſubiiciuntur in dicto codice) Trevirenſi decurtatæ leguntur:

(a) Luc. 24. * in emaus euntibus

VIII. *Domino vere ſanctiſſimo ac beatiſſimo Nicolao ſummo Pontifici & univerſali Papæ, Ratboldus ſanctæ Argentorienſis Eccleſiæ, quæ vulgo Strasburga appellatur, humilis Epiſcopus, pia orationum vota aſſiduaſque preces.*

*Igitur quibuſdam expeditionibus regalis Imperii occupatus, immo obſeſſionibus paganorum, nec minus perverſorum Chriſtianorum ſimultatibus prægravatus, meæ excuſationis cauſas, juxta decreta Deo digni Apoſtolatus veſtri, per Legatum meum veſtræ manſuetudini antea dirigere non potui, & teſte rerum omnium Conditore, nulla temeritate, nullaque arrogantia retardante actum eſt, ſed ſola impoſſibilitate, etiam dicta importabili occupatione dimiſſum. Quocirca ſi non corpore præſens, mente tamen, quaſi ad veſtra ſacra veſtigia provolutus, indulgentiam peto, ob illius amorem, qui ſero confitenti latroni paradiſum promiſit, & qui per Prophetam clamat: Cum ingemueris ſalvus eris.* Hucuſque in codice.

IX. Inter hæc vero bene conſcii Reges Francorum Ludovicus & Carolus, non propterea a cœptis celebrandæ Synodi Nicolaum Pontificem deſtiturum, etiam ſi Galliarum Epiſcopi ad illam non venirent, in qua accidere potuiſſet, ut idem Pontifex Lotharium Regem excommunicaret: ad hoc antevertendum, omnia, quæ poſſent, remedia excogitarunt, atque primum quidem illud, ut Lotharius ſponderet, ſe Romam ad ipſum Pontificem fore profecturum. Inſuper ipſos Reges rurſum conventuros eſſe Lotharium, ſuaſuroſque ea quæ ipſius ſaluti conducerent. Scripſere iſta ipſi Reges ad Nicolaum, ut apparet ex reddita ad ipſos ejuſdem Nicolai epiſtola

miſſa anno ſequenti, cum Arſenium Legatum a latere in Gallias miſit, in qua iſta leguntur (a):

(a) Nicol. 72. ep.

*Dicitis enim vos præfatum commonuiſſe Lotharium, ſicut in commonitorio nobis a vobis directo legere prævaluiſſemus. Et eumdem ſæpe vobis mandaſſe aſſeveratis, quod Romam pergere velit, & per noſtram diſpoſitionem de cauſa ſui conjugii facere. Sed his dictis opus non accommodatis, quia ſæpius de directione commonitorii mentione facta, idem commonitorium abfuit, & nobis fruſtratis, nequaquam comparuit. Quod ſi habuiſſemus * certamen noſtrum, ſuper his cognoſceremus, ſed cum illud defuerit, neſcimus ſi labor veſter fructuoſus fuit. Ipſe quidem Lotharius nobis, ut vobis, per Imperiales Legatos mandavit, quod Romam vellet venire, cui interdiximus, & omnino interdicimus, ut iter talis, qualis nunc eſt non arripiat, eo quod ſancta Romana Eccleſia talem reſpuat, & contemnat, & in hoc perſeveret, quod late in toto diffuſum eſt orbe.* Et paulo inferius de commonitione per eos iteranda iſta habet:

* f. examen.

X. *Verumtamen quoniam circa Miſſam S. Joannis, de quo diximus, Lotharium diſpoſitum habetis denuo commonere: non moleſte tulimus. Forſan omnipotens Deus cor ejus ad ſibi placita inclinare dignabitur, & de prævaricatore tandem faciet convertendo dilectum, &c.* Iſti fuerunt illorum conatus, quibus Nicolaum a ferenda ſententia in Lotharium diſtinerent.

Quæ autem præcedere debeant, antequam ſe Romam Lotharius conferat ad accipiendam pœnitentiam iiſdem litteris Nicolaus inſinuat, dicens, primum recipiendam eſſe Theutpergam, eamque tutam ſacramento reddendam: inde vero ſi quid contra eam habeat, juramento purgatio fiat, & ſic a Sede Apoſtolica ex ejus diſcretione judicii pœnitentiam accepturum. Hæc in cauſa Lotharii.

Nicolaus proſequitur cauſam Rothaldi Epiſcopi Sueſſ.

Erat cordi Nicolao etiam cauſa Rhotaldi Sueſſionenſis Epiſcopi, anno ſuperiori (ut audiſti) depoſiti ab Epiſcopatu, opera Hincmari in Concilio Silvanectenſi, qui Romam libellum appellationis ad Nicolaum ipſum miſerat, ad quem, ejus cauſam proſequuturus ad finem uſque, idem Nicolaus, de rebus hactenus geſtis eum conſolans, hanc brevem ſcripſit epiſtolam, quæ ſic ſe habet (b):

(b) Cod. S. Mariæ ſuper Minerv. Roman. Nic. ep. 29.

XI. *Nicolaus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo ac ſanctiſſimo * Rhotardo.*

* al. Rhotaldo ſive Rhotaldo.

*Cognoſcat experientia tua frater chariſſime, de tuis tribulationibus multum Apoſtolatum noſtrum doluiſſe, immo dolere. Sed credimus Dei miſericordiam tibi proxime affuturam, quæ te & ſicut Danielem educat de lacu leonum, & ſicut prodigum filium prima induat ſtola. Quæ autem de te primum Carolo glorioſo Regi atque Hincmaro miſerimus, noſſe te credimus. Nunc autem Metropolitani, & cæteri Epiſcopi, qui contra te ſententiam protulere, nobis multa ſub geſtorum ſerie de te, vel contra te intimavere, & ut rata eſſent, quæ de te, promulgaverunt, noſtro flagitaverunt conſenſu roborari. Sed nos hæc agere diſtulimus, immo ut revocaretur Concilium, & juxta canonicam normam cauſam tuam in noſtro judicio terminaremus, præcepimus eis, ut te de monaſterio educerent, & S. Petri Memoriæ pariter aut ipſi aut vicarii ipſorum tecum venientes honorifice præſentarent. Quod ſi poſt lectam a nobis ſibi miſſam epiſtolam intra triginta dierum ſpacium noſtram non curaſſent conſtitutionem perficere: poſt triginta dies a Miſſarum ſolemnitatis celebrandis (quæ eis fortiter interdiximus) penitus ceſſarent, quouſque noſtris definitionibus perfectam obedientiam demonſtrarent. Unde, frater chariſſime, quia cauſam tuam ſine examine dimittere non poſſumus, ne præjudicium diſtrictioni Eccleſiaſticæ facere videremur; rurſumque quoniam ſine præſentia noſtra, ne forte injuſte lædaris, in aliorum judicio cauſam tuam diſcuti ac definiri dubitamus: ſtude quantum potes, ut cum tibi Rex & Epiſcopi, quemadmodum cum ſtatuimus, licentiam, dederint Romam properandi: mox utcumque venire non differas. Quoniam ſi huc tibi veniendi non tribuerint facultatem; tunc id ipſum nobis indicare ſtudeto. Verum quantum audes, quibus potes, & quomodo potes Apoſtolicam Sedem appellare, & hanc audire velle, manifeſtare non ceſſes, ſi tamen te injuſte læſum noſti, & bonam te habere cauſam per Dei gratiam arbitraris, quoniam nos divina clementia ſolatiante, nullatenus te in finem oblivioni tradi, vita comite, patiemur. Optamus ſanctitatem tuam in Chriſto bene valere. Data quarto Kalendas Majas. Indict. XII.*

XII. At quid poſt hæc? Multum fuit eidem Nicolao cum eiſdem Epiſcopis Caroli Regis favore pollentibus concertandum, vixque tandem coacti paruere. Hoc ſiquidem anno Epiſcopi illi, qui interfuerant Concilio Silvanectenſi, obedientes præceptis ipſius Nicolai Pontificis, ſolverunt vinculis ipſum Rhotaldum Epiſcopum Sueſſionenſem, ab ipſis antea depoſitum, quem & commendarunt cuidam Epiſcopo ejus familiari, deque ea re litteras ſcripſerunt ad Romanum Pontificem tum Hincmarus, tum idem Carolus Rex Francorum, cognomento Calvus, dederuntque eas Guidoni diacono Romam ea de cauſa miſſo. Conſtant hæc quidem ex Nicolai ipſius litteris hoc anno datis ad Rothaldum e carcere liberatum (a) quibus & eum monuit, ut ſi cauſæ juſtæ confideret, ad eam Romæ dicendam accurreret; alioqui ſi diffideret, adverſariis cederet, nec ſe vel alios fruſtra fatigaret. Porro tam Carolus, quam Hincmarus ſuis ſunt polliciti litteris Nicolao ſe miſſuros Rhotaldum Romam, ut ex dictis Nicolai ad eum datis litteris conſtat. Verum tantum abeſt, ut id præſtiterint, ut Hincmarus eum ſæpe iter parantem retinuerit, nec eum ſiverit proficiſci, adeo ut opus fuerit ipſi Nicolao peremptorium terminum Romæ eum ſiſtendi præſcribere ad Kalendas Majas anni hujus ut demonſtrant litteræ ipſius Nicolai (b) redditæ ad Hincmarum.

Rhotaldus dimiſſus, ſed venire Romam impeditus.

(a) Nicol. ep. 34.

(b) Nicol. ep. 37.

XIII. Sed primum agemus de Caroli Regis litteris; illis enim ipſe ſignificavit, infenſo ſe in Rhotaldum animo eſſe, rogavitque ob id ipſum Pontificem, ne ejus ſuſciperet patrocinium. Quo etiam argumento & Caroli conjux Regina Hermentrudis ad eumdem Pontificem litteras dedit, rogans pariter ut in ea cauſa Regi conſentiens eſſe deberet. Reddidit autem ad utrumque litteras Nicolaus, ad Carolum ſcilicet, quibus cum ejus commendet humilitatem, rogat in primis ut indignationem adverſus Rhotaldum animo conceptam diuque nutritam abiiciat, atque erga eum ſe placatum exhibeat, profecturoque Romam cum neceſſariis ſubſidiis comitetur. Eſt epiſtolæ hujus exordium (c): *Cum nos tantæ humilitatis, &c.* Quam autem ad Reginam ſcripſit, brevior ipſa ſic ſe habet (d):

(c) Nicol. ep. 35.

(d) Nicol. ep. 36.

*Nicolaus Epiſcop. ſervus ſervorum Dei, dilectæ Hermentrudi glorioſæ Reginæ.*

XIV. *Litteras dilectionis veſtræ, filia chariſſima, ut glorioſum Regem Carolum virum veſtrum, noſtrum autem dilectum filium, in cauſa Rhotaldi Epiſcopi exaudiamus, nos hortantes: ecce nunc ſecundo ſuſcepimus. Pro qua re, mihi crede, multum anxiamur, multumque undique coarctamur; quoniam nec nos poſſumus vobis, ut nobiſcum de illo unum ſentiatis, idipſumque velitis, ſuadere; nec rurſum cauſa talis eſt, quod ſine offenſione Dei valeamus * utcumque poſtpone-*

Nicol. epiſtol. ad Reginam Hermentrudem de Rhotaldo.

* f. utrumque

PAGIUS I. Rothaldus Epiſc. Sueſſionenſis Romam a Carolo Rege mittitur.

ANum. X. ad XIX. Annaliſta Bertinianus ad annum DCCCLXIII. ſcribit: *Carolus VIII. Kalend. Novembris Synodum in Vermeria Palatio habuit, ibique Abbatiam ſancti Carilephi ſuper Rothertum Epiſcopum Cinnomanicæ urbis, qui eam per Apoſtolicam commendationem juri ſui Epiſcopatus mancipatam tenere volebat, legaliter evindicavit: & Rothadum nuper depoſitum, ſicut Domnus Papa ei mandaverat, cum ſuis & Epiſcoporum literis atque vicariis Romam miſit.* [1] Rothadus itaque non hoc anno, ut ſcripſit Baronius, cujus tempore Annaliſta Bertinianus lucem non viderat, ſed præcedenti Romam a Carolo Calvo miſſus eſt. Vicarios pariter ſuos miſere *Hincmarus*, & qui in damnatione *Rothadi* ſuffragati fuerant Epiſcopi, cum Synodicis literis. Legatis cum tranſitum negaſſet *Ludovicus Imp.* clam Nicolao Papæ id ſignificarunt, interimque *Rothadus* ſimulata infirmitate Veſontione ſubſtitit, illis in patriam redeuntibus. Poſt eorum diſceſſum, faventibus Lotharii & Ludovici Germaniæ Regis fautoribus, Ludovicum Imperatorem adiit, a quo liberum tranſitum hoc anno impetravit, & menſe Junio ſolus Romam pervenit. Cauſam ejus haud ſtatim diſcuſſit *Nicolaus* Papa, ſed ſex menſes expectavit, donec *Hincmarus* & confœderati Epiſcopi, Vicarios quos vellent, Rothadi accuſatores, vel alias quovis modo in cauſa illius expoſtulatores delegarent.

PAGIUS II. Ludovicus Imper. ei tranſitum permittit.

Audiendus hac de re idem Annaliſta Bertinianus ad currentem annum: *Carolus cum Epiſtolis per Rotbertum Cinnomanicæ urbis Epiſcopum Romam, ſicut Apoſtolicus juſſerat, Rothadum dirigit, ſed & Epiſcopi Regni ejus Vicarios ſuos cum Synodicis literis de cauſa ipſius Rothadi ad Apoſtolicam Sedem mittunt, quibus Ludoicus tranſitum denegat. Ipſi autem Legati tam Regis quam Epiſcoporum, impoſſibilitatis ſuæ cauſas Romam veniendi clanculo Papæ cognitas faciunt. Rothadus ſimulata infirmitate Veſoncio cæteris patriam repedantibus remanet, & poſt aliorum regreſſum per Curiam, ſuffragantibus ſibi Lotharii & Ludoici Germaniæ Regis fautoribus, Ludoicum Imperatorem Italiæ adiit, quatenus ipſius ſolatio Romam valeat pervenire.* Paulo poſt: *Hludovicus Italiæ Imperator nominatus a Nicolao Romanæ Sedis Pontifice per Arſenium Apocriſarium petitur, ut eidem Papæ Legatos ſuos liceat pro quibuſdam cauſis Eccleſiaſticis ad Carolum mittere. Sed credens, quia non ſincera intentione adverſus eum velit in Franciam Miſſos ſuos dirigere, contradicit.* Porro Rothadum hoc anno menſe Junio Romam adventaſſe, oſtendit Baronius num. XVII.

III. In priorem ſuum gradum a Nicolao PP. reſtituitur.

*Hincmarus* tandem Vicarios ſuos ad *Nicolaum* Papam miſit cum tribus prolixis literis a Flodoardo lib. 3. capp. 12. 13. & 14. recitatis, quarum ſecunda refertur a Baronio anno ſequenti num. XXXIV. & ſeqq. Secundum hæc *Rothadus* Proclamationis libellum Summo Pontifici obtulit, quo damnationis ſuæ ſerie expoſita

NOTÆ

[1] SEntentia in Synodo hac Vermerienſi latam pro regio jure in Monaſterium S. Carilephi aſſerendo, integram vulgavit Martenius in Collectione to. I. col. 170. cui ſubſcribunt præter Archiepiſcopos quatuor, Epiſcopi 20. Abbates 6. & Comites quamplurimi. Data eſt autem *IV. Kal. Novembris Indict. XII.* (a Septembri cœpta) *anno XXIIII. regni Karoli glorioſi regis.* MANSI.

*ponere. Verum, filia (ut cum charitate veſtra dicam) ſi oporteat obedire Deo magis, quam hominibus, ipſa potius judica. Nos autem cauſam Rothaldi in virtute Dei non patiemur, vita comite, indiſcuſſam relinqui, præterquam ſi ante idem venerabilis vir priſtino fuerit honori, & dignitati redditus, quando coram noſtra ſpeciali præſentia diſcernenda cauſa ipſius fuerit præſentata. Quis rogo, in toto orbe Regni veſtri læſus, aut lædendus clamaret umquam ad ſublimitatem veſtram, cujus vos vocem poſtponeretis, & non magis ultione diſtricta ipſius injurias vindicaretis: & nos quodammodo hortari videmini, ut vocem (a) ſanguinis fratris noſtri non exaudiamus? Aut quomodo obturabimus aures ad clamores illius, cum vehementer paveamus, ne noſtra ob hoc fiat oratio execrabilis, clamemuſque (ſicut ſcriptum eſt) & non exaudiamur? Certe pro ſolicitudine, quam circa Eccleſiam Domini retinemus univerſam, & pro ſpeciali, quam circa cunctos fratres noſtros principaliter habemus, etſi numquam vocaſſet eam a nobis ſumma diligentia quæri, & competenti debuerat ſtudio adjuvari.*

(a) Gen. 4.

XV. In gratiam Regum non labefactanda Eccleſiæ Rom. privileg.

*Quod autem ſcripſiſtis, quia ſi exaudiamus filium noſtrum, non detrimentum, ſed augmentum privilegiis Eccleſiæ noſtræ generetur; nos certiſſime credimus, quia privilegia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ nullum poſſunt ſuſtinere detrimentum; nec plantatio, quam cœleſtis Pater plantavit, eradicari; nec fundamenta, quæ ſummus poſuit Architectus, queant quibuſlibet & quantiſlibet fluctuationibus amoveri. Verumtamen, chariſſima filia, magnum manet periculum tam eos, qui ſua deſidia ea minui aliquo modo ſinunt, quam eos, qui ſua præſumptione illa violare contendunt. De exaudiendo vero, & non exaudiendo filio noſtro Carolo conjuge veſtro, per Guidonem venerabilem idoneam vobis (ut remur) miſimus rationem. Verum nos quidquid admonendo, vel hortando, vel etiam increpando mittimus ad ejus, & directorum illius ſalutem, atque ad Regni ipſius incolumitatem proficere non dubitamus, immo, Deo auctore, omnino confidimus. Incolumem ſerenitatem veſtram divina conſervet Majeſtas.* Hæc ad Reginam Nicolaus, a nobis hic deſcripta, & in exemplum ſunt poſita, quomodo pro Epiſcopis adverſus Reges conſtantes & inflexibiles debeant ſtare Pontifices, cum juſtitia eoſdem comitetur.

XVI. Sed videamus quæ hoc eodem anno idem Pontifex Nicolaus ſcripſerit ad ipſum Hincmarum Rhemenſem Epiſcopum, horum omnium malorum auctorem, cum ſiſtendi Rhotaldum Romæ ad certam diem, terminum ſtatuit peremptorium. Incipit epiſtola (b): *Ad fraternitatem tuam.* Et paulo poſt: *Miramur præterea, & æquanimiter ferre non poſſumus, cur Apoſtolica noſtra monita jam totiens pro confratre noſtro Rhotaldo Epiſcopo vilipendens, ſpernere non recuſes: de quo non ſolum ter, ſed & quater charitati tuæ, ut * recuperaretur, direximus; & ad ultimum ſtatuimus, ut aut honori priſtino redderetur, aut Kalendis Maii, iſtius duodecimæ Indictionis Apoſtolatui noſtro cum Legatis tuis repræſentaretur. Quod non tantum fieri renuiſti, ſed etiam, cum ipſe venire vellet, iterque jam cœptum haberet, non eſt permiſſus: ſed potius coactus retro reverſus eſt. In quo datur intelligi, ut fraternitas tua ad hunc caſum promptus exiſtere poſſit, quando & Apoſtolica præceptio ad injuriam beati Petri Apoſtoli illis in partibus non obſervatur, & a te ſpernitur, & violatur. Si vero erga Apoſtolicam charitatem noſtram benevolentia tua haberetur: ſaltem cur in veniendo idem Rhotaldus fuerit impeditus, nobis ſignificaſſes. Recognoſce ergo atque conſidera, quia bene agere minime probaris, cum conſtet, Domino annuente, prædictam Rhotaldi cauſam in finem indiſcuſſam nequaquam dimittere, ſed pro viribus, eo quod ad ſedem Apoſtolicam appellaverit, ad veri examinis producere nos velle æquitatem. Tu vero frater chariſſime, omnem inobedientiam depone; & tam per te quam per filium noſtrum Carolum glorioſum Regem eumdem Epiſcopum, quem a nobis exaudiendum venire jubemus, iterumque præcipimus, ad Apoſtolicam B. Petri Sedem, cujus membra eſſe probamini, cum Miſſis tuis quantocyus dirigere ſtudeas, ſi tuam charitatem in integritate firmiſſimæ petræ deſideras collocare, ubi Chriſtus domum ſuam fundavit, &c.*

(b) Nicol. ep. 37.

* al. reciperetur.

Hincmari pertinacia iterum redarguta.

XVII. His Hincmarus acceptis litteris, & arctatus juſſionibus Apoſtolicis, ex parte

PAGIUS ſita, ſententiam a Sede Apoſtolica pro ſe proferri rogavit. Hoc accepto libello *Nicolaus* Papa de *Rothadi* cauſa ſermonem habuit in pervigilio Dominicæ Nativitatis, in Baſilica Sanctæ Mariæ ad Præſepe, in quo cauſam Rothadi ab origine expoſuit, & Hincmari malas artes ac mendacia, declaravitque inter alia falſum eſſe quod ille vulgaverat. *Rothadum* neglecta appellatione ſua ad Sedem Apoſtolicam, ad electos Judices provocaſſe. Mox habita Romæ Synodo decrevit, ut Rothadus Epiſcopalibus veſtimentis ornaretur, qui pollicitus eſt ſe ad reſpondendum ſuis accuſatoribus præſto ſemper futurum, ut videre eſt apud Baronium num. XVIII. & fuſius apud Natalem Alexandrum Sæc. IX. & X. part. II. Diſſert. VI. pag. 375. Hæc Synodus Romana anno ſequenti continuata, ut ibi videbimus.

A num.



te paruit, ex parte vero adhuc perſtitit inobediens. Mala mens interdum vi flecti, ſed dirigi omnino non poteſt. Etenim ſivit Rhotaldum Epiſcopum liberum venire Romam, ſed noluit ex præcepto Pontificis ſuos Legatos mittere, qui adverſus eum cauſam proſequi poſſent. Porro adventum Rothaldi Romam contigiſſe hoc eodem anno menſe Junio, inde certum ducimus argumentum, quod Nicolaus in iis, quas ſcripſit menſe Januarii anni ſequentis, octo numerat menſes ab adventu ipſius in Urbem.

XVIII. De reſtitutione Rothaldi Epiſcopi.

Cum vero jam octo menſes agerentur, ex quo Rothaldus Romam veniens expectaret accuſatores, nec aliquis eſſet omnino, qui pro Hincmaro, & univerſo illo Concilio, quod eum depoſuerat, proſecuturus cauſam præſens adeſſet: Nicolaus Pontifex haud diutius paſſus eſt, contumacia adverſariorum traduci Romanæ Eccleſiæ majeſtatem: quamobrem ex ſacrorum præſcripto Canonum ad Rothaldi reſtitutionem judicium præparavit. Quomodo autem id exorſus ſit, atque proſequutus fuerit uſque ad finem, ex Anaſtaſio Bibliothecario audiamus, qui præſens aderat, ait enim: *Veniente Rothaldo huc Romanam, ſecundum mandatum beati Papæ, ad Urbem, & per * novem circiter menſes hic commorante, numquam penitus ex accuſantium parte quiſpiam affuit, qui coram ſummo Præſule cum eodem Rothaldo contenderet, aut illum accuſaret. Tunc in die Vigiliarum Nativitatis Domini noſtri JESU Chriſti, quo ſecundum olitanam conſuetudinem hujus Apoſtolicæ Sedis Præſul cum Clero & populo in baſilica Dei Genitricis Ad præſepe Miſſarum officia celebrare conſuevit: iſtuc conveniens cum omnibus Papa benignus, fecit in ambone publice de Rothaldo ſermonem, ſignificans qualiter Sedem Apoſtolicam appellans depoſitus fuerit, & in conſpectu ſuo nullus per tot menſes accuſationi occurrerit. Denique conſentiente ſibi Epiſcoporum, preſbyterorum, & diaconorum, omniumque conventu, decrevit, ut dignus eſſet idem Rothaldus indui ſacerdotalibus indumentis, qui a nemine per tot menſes accuſabatur, & ad Sedis Apoſtolicæ judicium proclamabat, ne honore ſuo privaretur. Ibi veſtitus eſt Epiſcopali Rothaldus indumento, omni tempore ſe pollicens ſuis infeſtatoribus reſponſurum.* Hactenus de anni hujus rebus geſtis in cauſa Rothaldi Anaſtaſius. Quomodo autem poſt hæc convocata Synodo pleniori facta ſit reſtitutio anno ſequenti, ex eodem auctore ſuo loco dicetur.

* al. VIII.

XIX. Sed jam videamus quæ Lotharius Rex, litteris Nicolai Papæ exagitatus, ad Pontificem ipſum reſcripſerit; licuit eas habere ex codice Trevirenſi, quæ ab eo tempore, quo ſunt datæ, nuſquam editæ, nuſquam viſæ jacuere carie ſituque conſumptæ; quæ ſic ſe habent:

Purgatoria qua membratim reſpondet Nicolai litteris.

*Sanctiſſimo & perbeatiſſimo ſummo Pontifici & univerſali Papæ Nicolao Hlotharius divina præveniente clementia Rex, & devotus filius, ac ſemel prælibatæ filiationis ferventiſſimus ac fideliſſimus proſecutor, ſummæ felicitatis, & præſentis proſperitatis pacem & gloriam.*

XX. *Deferente manſuetudinis noſtræ Legato veſtræ ſanctitatis apices, dudum excepimus, quos uti dignum erat, cum omni reverentia gratantes relegimus, & quaſi monito ſpiritalis patris dulciter atque inhianter hauſimus. Sed quod in prima fronte ſignificaſtis perfectæ correctionis, atque propoſitæ ſalutis noſtræ per noſtras litteras vos indicia præſtolaſſe, per quæ certiſſime ſcire potuiſſetis nullum valere in mente veſtra remanere de retento inter nos ſiniſtræ ſuſpicionis fuco veſtigium, & ut e medio remoto, quod ipſam ſuſpicionem gignebat, nil ſupereſſet, quod vobis in poſterum laborem, aut noſtræ animæ detrimentum generare quoquo modo potuiſſet. Ad hæc nobis reſpondere ſufficiat, quod omnem ſiniſtram ſuſpicionem funditus nos removere ſemper parati fuimus, cum noſtram præſentiam pene in omnibus noſtræ ſerenitatis apicibus, veſtro deſiderabili conſpectui directis, præſentandam, & veraciter examinandam obtulimus. Et quamvis nullus prædeceſſorum noſtrorum, ut recolimus, pro talibus, de quibus nos irremediabiliter calumniamur, tam longinquum expetierit judicium: nos humiliter ac patienter propter amorem Dei, & reve-*

Curam Apoſtolicam ceu ſuſpicioſam amolitur.

PAGIUS IV. *Nicolaus PP. a Ludovic. Imp. male habitus.*

A num. XIX. ad XXVIII. Geſta hoc anno in cauſa *Lotharii* & *VValdradæ* ac *Guntharii* Archiepiſcopi Colonienſis, & *Theotgaudi* Archiepiſcopi Trevirenſis accurate narrat Annaliſta Bertinianus: *Ludoicus Imperator Italiæ nominatus incentore Gunthario ad ſuam injuriam referens, quoniam Legatos ſui fratris Lotharii per ipſius fiduciam & interventionem Romam directos Apoſtolicus, ut ſupra monſtravimus,* (anno ſcilicet præcedenti) *degradavit: ſeque ipſum furore non capiens, comitantibus ſecum eiſdem Legatis Theutgaudo atque Gunthario, cum conjuge, Romam ea intentione pergit, quatenus aut Papa Romanus eoſdem reſtitueret Epiſcopos, aut hoc facere non volenti noxie quodammodo manum mitteret. Quod audiens Apoſtolicus cum Litaniis generale jejunium ſibi & Romanis indixit, ut Deus Apoſtolorum ſuffragiis præfato Imperatori mentem bonam & reverentiam erga divinum cultum, & Apoſtolicæ Sedis auctoritatem donaret. Imperatore autem perveniente Romam, & ſecus Baſilicam B. Petri degente, Clerus & populus Romanus cum crucibus & Letaniis jejunium celebrantes, B. Petri memoriam adeunt, & ab homi-*

verentiam Apoſtolorum Principis, longam ſufferentiam, juxta quod ipſe docuit, habere decrevimus; qualiter autem vitare poſſimus ſiniſtræ ſuſpicionis, & falſæ opinionis nævum maligna noſtrorum æmulorum cupiditate inventum, penitus ignoramus. Præſertim cum ſuſpicio ſit ſemper incerta, & veridico teſtimonio egeat, quo certitudinis nomen obtineat. Quippe in veſtra præſentia, ut prætulimus, noſtram manſuetudinem exhibere parati fuimus, ſperantes veriori experientia probandum potius, quam de incertis aut dubiis judicandum. Sed ut ſequentia apicum demonſtrant, ſi nutu veſtro quandoque, ad Limina Apoſtolica profecti fuerimus, vos velle, ſicut ipſi poſtulavimus, ut inimici noſtri nobiſcum veniant, ne forte greſſus noſtri eorum aſtutiis improvide ſupplantentur. Et quod ſunt inviſibiles, & non tam corporibus, quam animabus inſidiari conantur. Quod enim de inviſibilibus & incorporeis inimicis vobis interpretari placuit, hoc totum nos de corporalibus æmulis, intelleximus, qui inſtinctu diaboli, avidiſſima cupiditate illecti, noſtram apud vos non ceſſant lædere manſuetudinem. Et quidem de inviſibilibus hoſtibus Dei omnipotentis triumphus eſt imprecandus, & bonorum hominum ſupplices preces expetendæ. Nam prudentiſſima ſanxit antiquitas, ut accuſatus, & accuſator electorum judicum aſpectibus præſententur, quia digna ratione colligitur numquam perfecte abſentis accuſari perſonam. Quod vero veſtra pia paternitas innuit. quia procedente tempore operatione diabolica morbum regium non minui, ſed creſcere comperiens erga curationem illius deſes inveniri noluit, veſtræ ſanctæ circumſpectionis, & cœlitus vobis commiſſæ ſolicitudinis affectum prudenter eructant. Sed nos illo auxiliante, qui venit quærere, & ſalvum facere quod perierat, pro viribus quidquid in nobis curandum invenerimus, ſalubri conſilio, & ſacerdotali antidoto mederi procurabimus.

XXI. Profitetur Pontificiæ majeſtatis terrorem ferre ſe non poſſe.

Denique almifluo Apoſtolatui veſtro dudum ſcripſimus, quod quaſi de paradiſiaco ſacratiſſimi veſtri pectoris fonte ſalutis noſtræ pocula haurire deſideramus. Sed (ut vere fateamur) non modice purum in veſtra fidelitate noſtri cordis intuitum, & humanæ conditioni aciem obnubilat, quod fulgureo veſtri Pontificii jubare nos non ſolum illuſtrari, verum etiam crebro terreri placuit. Unde attonita noſtra manſuetudo, vix tanti fulminis radios ferre valuit, noſtræ tamen ſalutis monita avidiſſime excepit, atque abundantiſſime amplexata eſt. Recolat, oro veſtra Deo digna paternitas vaticinium Prophetæ clamantis (a): Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Igitur ſcripta beatitudinis veſtræ multiplicia, & ut credimus, Spiritu Dei condita relegentes, de theſauro veri patris familias, nova & vetera uberrime proceſſiſſe perſentimus; quæ & zelo Dei fervent, & curam animarum modis omnibus redolent, ubi inſertum dignoſcitur: Miſſos autem noſtros, fili quomodo tractaviſti, aut quomodo in adventu ipſorum B. Petri reverentiam, a cujus Sede profecti fuerant præ oculis habuiſti, quandoquidem priores tuæ favere intentioni diverſis argumentis feciſti, ut injunctæ ſibi legationis non executores, ſed impugnatores inventi ſint, & non bene tractati ſint, qui in prævaricationis barathrum ſunt demerſi. Ad hæc nos fatemur, quia Miſſos veſtræ paternitatis priores, atque poſteriorem, ſi non per omnia ut debuimus, pro opportunitate tamen temporis, quantum potuimus, benigne tractari decrevimus; quod in prævaricationis barathrum ſint demer-

(a) Iſai. 41.

Querelæ Nic Pap. repetuntur.

PAGIUS minibus Imperatoris, cum gradus ante Baſilicam B. Petri cœperunt aſcendere, in terram proſtrati, & variis ictibus flagellati, & Crucibus ac vexillis confractis, qui evadere potuerunt, fugati ſunt, &c. Quapropter conjugem ad Apoſtolicum mittit (ideſt Imperator) cujus fidei juſſione Apoſtolicus ad Imperatorem venit, & habita mutua ſermocinatione, ſicut inter eos convenit, Apoſtolicus Romam ad Lateranenſe Palatium rediit. [1]

V. Tunc Imperator Guntharium & Theutgaudum degradatos, ut ſecum venerant Franciam redire præcepit. Tunc Guntharius hæc diabolica capitula, & hactenus inaudita, quæ cum hac Præfatione, quando Romam, ut præmiſimus, in Ludoici obſequio rediit, Epiſcopis regni Lotharii miſit, per Hilduinum fratrem ſuum Clericum, adjunctis ei ſuis hominibus, Apoſtolico miſit: dans illi in mandatis, ut ſi Apoſtolicus illa nollet recipere, ſuper corpus B. Petri ea jactaret. Refert poſtea idem Annaliſta Guntharium libellum inſolentiſſimum & calumniis ſcatentem ad Pontificem perferri curaſſe per Hilduinum fratrem ſuum, ejuſque exemplar ad Epiſcopos Regni Lotharii miſiſſe. Continet libellus ille convitioſus capitula VII. ſed illum Nicolaus Papa, ut par erat

Inſolens agendi modus Guntharii erga Nicolaum PP.

NOTÆ [1] VExatio & obſidio iſta Romani Pontificis aſperrima fuit dura, & diuturna, cum ad dies duos & quinquaginta prorogata fuerit, ut diſerte traditur in libello quodam per eam occaſionem ſcripto a Romanis, qui ſub titulo querimoniæ Romanorum laudatur in apologia pro Guiberto Ravennate Pſeudopontifice contra Hildebrandum, ſeu Gregorium VII. legenda in Codice Uldarici apud Eccardum in Hiſtor. Medii ævi Tom. II. col. 190. MANSI.



merſi, nos ignoramus. Ordinem quippe rei, de qua agebatur, illis per omnia abundantiſſime, & veraciter replicantes, & ad liquidum exponentes, regii apicis culmen ultra modum prædeceſſorum noſtrorum humiliter ac benigne ſubmiſimus, & propter reverentiam SS. Apoſtolorum, veſtræque Sedis ſanctæ auctoritatem, juſſis illorum paruimus, immo veſtris ſtuduimus obtemperare edictis. Illi autem, neſcimus quo pacto, noſtræ calumniæ terminum dilatare potius ad diſpendium atque detrimentum Regni noſtri decreverunt, quam audito veritatis teſtimonio aurem aliquoties accommodare. Admodum quippe noſtram Rempub. toties repetita perturbat calumnia & dum nos fines Regni noſtri paganorum agmina, pugnante nobis Chriſti dextera, conterendo dilatare debueramus, crebrius fit, quod Chriſtiana religio pro minori & minus utili negotio, maxima atque importabilia diſpendia patiatur.

Culpam transfert ad actores, diſſimulata cauſa.

XXII. De noſtris igitur accuſatoribus & inimicis luculenter reſcribentes, qui penes vos famam noſtram acriter, & mendoſe læſere, ſuper malignos ſpiritus interpretari libuit, quorum caput (a) Accuſator fratrum appellatur. Sed hujus capitis membra, teſtante Scriptura, omnes credimus eſſe iniquos, mortali adhuc carne circumdatos. Et ſi iniquorum caput creatorem omnium aggredi tentando non metuit: mirandum non eſt ſi noſtra fragilitas eumdem cum membris ſuis infeſtum patitur inimicum & hoſtem. Veſtræ ſiquidem ſanctiſſimæ pollicitationis gratiſſimum atque clariſſimum nobis munus extitit, quod nullum regiæ dignitatis & nominis conſimilem præferre, aut præponere noſtræ manſuetudini decernatis, niſi illum, in cujus manu ſunt omnes poteſtates, & omnia jura Regnorum, & germanum noſtrum Auguſtiſſimum Imperatorem. Pro quibus omnibus in obſequio reverendæ Sedis veſtræ alacriores ac fideliores eſſe omnimodis deſideramus. Porro illi, qui eſt Rex Regum, & Dominus dominantium, & princeps paſtorum omnium, noſtræ regiæ dignitatis judicium ſpecialiter committimus, in cujus manu ſunt, & nos & tempora noſtra, & non eſt poteſtas, niſi ab ipſo. Veſtram vero Deo dignam paternitatem, atque angelicam ſanctimoniam more prædeceſſorum noſtrorum Catholicorum Principum modis omnibus veneramur, in omnibus diligimus, & per omnia exaltare, & ſublimare parati ſumus. Hæc ad Nicolaum Lotharius ex eodem codice Trevirenſi.

(a) Apoc. 12.

XXIII. Cumque hoc eodem anno, qui Romæ damnati fuerant anno ſuperiori Theutgaudus & Guntharius, in Gallias perveniſſent, & audiſſet in Concilio, ore Pontificis Romæ ambos damnatos eſſe, Guntharium ſcilicet Colonienſem, & Theutgaudum Trevirenſem Archiepiſcopos, fungentes ſuo nomine legatione, ægro animo tulit, reſcribenſque ad ipſum Nicolaum Pontificem, queritur, quod Carolo Regi adverſario ſuo, ſuique Regni cupido nimis aures præſtet, & fidem adhibeat. Addit ad poſtremum de Theutgaudo, quod obediens ipſi Pontifici, numquam auſus ſit Miſſam celebrare: pro quo veniam petit. Ipſæ autem Lotharii litteræ hoc argumento conſcriptæ ſic ſe habent ex codice Trevirenſi deprompta, hactenus numquam editæ:

Domino vere beatiſſimo & ſanctiſſimo totius ſanctæ Dei Eccleſiæ ſummo Pontifici, & univerſali Papæ Nicolao, Hlotharius divina præveniente clementia Rex ſummæ felicitatis, ac præſentis proſperitatis .... & gloriam.

XXIV. Studium Hlotharii erga S. A. Poſtquam nobis divina dignatio ſua gratuita clementia Regni gubernacula commiſit, more prædeceſſorum noſtrorum Chri-



PAGIUS erat, rejecit, & Hilduinus ſuper corpus Beati Petri jactavit. Tunc ipſum Scriptum, inquit Annaliſta Bertinianus, ſuper corpus B. Petri jactavit, ſeque iſdem, & qui cum eo venerunt, evaginatis gladiis protegentes, de Eccleſia exierunt, & ad Guntharium peracto lugendo negotio redierunt.

VI. Gunthariuм Lotharius Epiſc. privat. Imperator poſt paucos dies patratis a comitatu ſuo multis deprædationibus, & manſionum deſtructionibus, ac Sanctimonialium, cæterarumque feminarum conſtuprationibus, atque hominum cædibus, nec non & Eccleſiarum infractionibus, Roma exiens, Ravennam venit, ibique Paſcha dominicum (ideoque geſta hæc omnia ante diem ſecundam Aprilis, quo Paſcha celebratum) cum tali ſicut meruit Dei & Apoſtolorum gratia celebravit. Guntharius autem in ipſa Cœna domini Coloniam veniens, Miſſas celebrare, & ſacrum chriſma conficere ut homo ſine Deo præſumpſit. Theutgaudus vero a miniſterio, ſicut ei fuerat præceptum, ſe reverenter abſtinuit. Cæteris denique Epiſcopis apud Lotharium id ſatagentibus; Epiſcopatum a Gunthario Lotharius tulit, [1] & ſuo tantum conſilio Hugoni Caroli Regis

NOTÆ [1] Quanquam Lotharius epiſcopatum Gunthario hoc anno ademit; nondiu tamen poſt illum priſtinæ dignitati reſtituit, ut deducimus ex Præcepto quodam ejuſdem Regis dato pro Monaſterio Prumienſi die XVI. Kal. Febr. anno Lotharii XI. indict. XIV. ideſt anno 866. Narrat ibi Rex delatam ſibi fuiſſe a Guntario venerabilis Eccleſiæ Colonienſ. rectore Chartam quandam donationis eidem Monaſterio a Gerilda illuſtri femina præſtitæ. Profecto epiſcopum a ſe depoſitum Lotharius ita non appellaſſet. MANSI

*Chriſtianiſſimorum Regum, ſemper & in omnibus ſublimandam B. Petri Apoſtolorum principis Sedem; ut dignum eſt, reverenter dileximus, atque inſtanter, quantum in nobis, illam exaltare parati ſumus, deque veſtro tamquam ſummo ſpiritalis patris regimine, ſemper ſalubria haurire cupientes, veritatis voce vobis dictum recolimus: (a) Petre amas me, paſce, oves meas. Et per Prophetam (b): Ego paſcam oves meas, dicit Dominus Deus; quod perierat requiram, & quod abiectum fuerat, reducam, & quod confractum erat, alligabo, & quod infirmum, conſolidabo. Admodum quippe deſideramus citius vobis noſtram exhibere præſentiam, ut illud veriori experientia implere poſſitis, quod idem Propheta poſt pauca ſubintulit: Et judicabo illas in judicio, & juſtitia. Revera sereniſſimum, ac devotiſſimum circa piam paternitatem veſtram, noſtræ mentis affectum, acriter obnubilat, quod æmulorum noſtrorum falſidicis vocibus nimium creduli, ultra quam nobis neceſſe eſſet, in noſtra derogatione ſanctiſſimi Apoſtolatus veſtri aurem accommodatis; prælertim cum noſtra manſuetudo promptiſſima ſit omni deroganti vera & juſta ratione reſiſtere, quod & Legati * noſtri nuper in his partibus directi vobis intimare poterant, ſi vellent, quia nos data noſtris accuſatoribus firmitate, aditum veniendi conceſſimus, & rationabilem ſatisfactionem tamquam in veſtra præſentia ex veſtro latere directis explere parati fuimus, nihil noſtræ regiæ dignitati faventes, ſed quaſi unus ex vilioribus perſonis, ſacerdotalibus monitis parentes. Hoc totum noſtri æmuli ſiniſtra interpretatione intelligentes exarſerunt in concupiſcentia Regni, nobis divina dignatione jure hæreditario conceſſi: non attendentes Scripturam dicentem: (c) Domini eſt Regnum, & cuicumque voluerit dabit illud: neque Apoſtolum dicentem: (d) Non eſt poteſtas niſi a Deo. Illius ergo victrici dextera pro nobis uti credimus pugnante qui novit & diripientem, & eum qui diripitur, parvipendimus eorum fucatas ſimultates, ſolummodo ut veſtri Pontificatus anchora in ſolidiſſimo ſanctæ Matris Eccleſiæ fundamento fixa, nobis humiliter petentibus concedere dignetur, quod in mandatis digito Dei ſcriptis legitur: (e) Juſte judica proximo tuo.*

(a) Joan. 21.
(b) Ezech. 34.
Expoſtulatoria.
* veſtri.
(c) Dan. 2.
(d) Rom. 13.
(e) Leu. 19.

XXV. Theutgaudi & Guntharii excommunicationem deplorat.

*Porro nos in ultimis pene Regni noſtri finibus commorantes, & erga infeſtationem paganorum laborioſas excubias ſervantes diſcurrentium relatione comperimus, Theutgaudum Trevirenſem, & Guntharium Agrippinenſem a veſtra auctoritate excommunicatos, atque oris proprii teſtimonio canonice damnatos: quod nos non ſine gravi mœrore haurientes, decrevimus longanimiter ac patienter ferre nuntiata, & ut olim in pluribus actum eſt, reſtitutionis ſpem habere, & pie refricatis, ac retractatis omnibus locum rationabilis miſericordiæ a veſtra largitate præſtolari. Interea accidit nobis noſſe, quod Guntharius Miſſarum ſolemnia, antequam ad nos perveniret, celebrare non metuit, & juxta præcedentem conſuetudinem Epiſcopale chriſma conficere, & Spiritum paracletum tradere præſumpſit, quod nos ſatis ægre tulimus, & ut hoc non fieret, tamquam mortiferum venenum modis omnibus abominamur. Illo autem ad nos veniente, ejus Miſſam audire noluimus, nec*

PAGIUS *gis avunculi, & matertera ſua filio, tonſura Clerico, & ordinatione tantummodo Subdiacono, moribus autem & vita a fideli laico diſcrepanti, donavit. Unde motus Guntharius, quidquid de theſauro Eccleſiaſtico in eadem civitate fuit reſiduum auferens, Romam iterum, ut omnia Lotharii & ſua figmenta de Teutberga & VValdrada Apoſtolico ex ordine pandat, regreditur. Sed & Epiſcopi regni Lotharii Legatos ſuos cum libellis pœnitentia, ut profeſſionibus canonicis, quoniam ab Evangelica veritate, & Apoſtolica auctoritate, ſacriſque regulis in cauſa Teutberga ac VValdrada non mediocriter deviarant, ad Apoſtolicum dirigunt. Lotharius vero, Ratoldo Argentoratenſis urbis Epiſcopo cum Scriptis falſa more ſuo de ſua excuſatione & voluntaria correctione loquentibus premiſſo ad Apoſtolicum, ipſe per Gundulphi-villam & Romerici montem obviam fratri ſuo, ad locum qui Urba dicitur vadit.* [1]

VII. Paucis interpoſitis ſubjungit: *Nicolaus Papa denuo Epiſtolas per omnes Archiepiſcopos & Epiſcopos*

NOTÆ [1] HOc, ni fallor, anno antequam a Gunthario Epiſcopatus adimeretur, celebratam credo Synodum Wormatienſem in qua agitata ſæpius controverſia de junctione ſedis Bremenſis & Hamburgenſis iterum diſcuſſa fuit, Lothario & Ludovico Germaniæ præſentibus ac Guntharium rogantibus ut ipſe tandem ad cujus Metropolim Bremenſis Eccleſia pertinebat, manus victas daret. Ille aſſenſum ſe præſtiturum ſpopondit, dummodo totius rei confirmatio ab Apoſtolica ſede obtineretur. *Quo reſponſo accepto*, ait Rembertus in Vita S. Anſcharii cap. X. *piiſſimus Rex Ludovicus Reverendiſſimum Salomonem Conſtantia Civitatis Epiſcopum pro hoc ipſo ad ſedem direxit Apoſtolicam.* Hanc legationem anno 864. illigandam eſſe ſupra in Nota ad A. 858. 6. oſtendimus Synodi hujus nulla adhuc mentio in Collectionibus Conciliorum facta eſt. MANSI



*nec in aliquo illi communicare ratum duximus, & juxta Veritatis vocem, quaſi ſcandalizantem oculum a nobis * inhærere maculam diſponimus; quouſque ſanctiſſimi Apoſtolatus veſtri finitivam ſententiam de illo reſcire valeamus. Epiſtolam quoque a veſtra ſanctitate Epiſcopis diœceſeos directam illi tranſmiſimus, ut ibidem canonicas, atque Apoſtolicas ſanctiones liquido cognoſcens, videat quid in poſterum illi agendum ſit.*

* inhibere.

XXVI. Theutgaudi commendatio.

*De cætero veraciter ac ſinceriter veſtra paternitas noverit, quod Theutgaudus ſimpliciſſimus, atque innocentiſſimus vir veſtram humiliter ferens cenſuram, in nullo de ſacro miniſterio contingere præſumpſit, magis eligens debonorationem præſentialiter in oculis hominum pati, quam per inobedientiam ab illius membris ſecerni, qui caput eſt humilium, ſuiſque diſcipulis ait: (a) Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Ipſe enim, qui ſuperbis reſiſtit, & gratiam præſtat humilibus, poterit illum, ſi innocens eſt, de ſupernis miſericorditer reſpicere. Enim vero Legatis noſtris Theugaudo, & Gunthario nihil tale * aliquid in ſua legatione fari præcepimus, unde damnationis notam incurrerent. Sed nec de Engeltrude uxore Boſonis aliquod præjudicium ferre debemus, aut volumus; quam nos comperto, quod anathematis vinculo eſſet innodata, Gunthario, quia non in ſua parochia erat, commendavimus, monentes, ut de illa ſuum miniſterium faceret, immo illam ex omnibus Regni noſtri finibus eliminandam cenſuimus. Legati enim veſtri illam poſtmodum requirentes, atque in medio ſtatuentes, nos ignoramus quem finem cauſæ ipſius impoſuerint. Epiſcopi vero diœceſeos Trevirenſis Metropolis, & Agrippinæ Coloniæ, nec complices damnatorum, nec fautores vitiorum, nec in aliquo Apoſtolicorum decretorum contemptores, vel canonicorum dogmatum violatores eſſe probabuntur, ſed ſanæ atque Catholicæ Fidei, ac veri Dei cultores. Igitur propter Deum, ſanctam & individuam Trinitatem humiliter petimus, ut facile criminoſos ad cauſationem noſtram nullatenus admittatis: neque, ut Apoſtolus docet, omni ſpiritui credatis, ſed probate ſi ex Deo ſit, quia parati ſumus, ſi ratio dictaverit, per noſmetipſos polire, quod æmulorum invidia fingit * accidia. Omnipotens Deus ſanctiſſimum Præſulatus veſtri apicem æquitatis lance moderatum diu incolumem cuſtodiat. Amen.* Hæc Lotharius, ubi in Gallias Theutgaudus ad Lotharium eſt reverſus, qui legatione functus fuerat pro eo Romæ ad Nicolaum.

(a) Mat. 11.
*
Suffraganeos purgat Trevir. & Coloniæ Metropol.
*

XXVII. In veteri autem Chronico rerum Francorum a Pithœo edito de Gunthario hoc anno iſta leguntur: *Guntharius Coloniæ civitatis Epiſcopus pœnitentia ductus, quod contra Domnum Apoſtolicum injuſtæ rationis contentionem inchoaverat: reconciliationis ſuæ & emendationis gratia Romam profectus, in præſentiam domni Apoſtolici venit, ſed veniam minime conſecutus eſt.* Illam videlicet, per quam peteret reſtitui ad Epiſcopatum, e quo ſententia ſynodali depoſitus fuit; indignum judicans Nicolaus Papa, ut tot facinorum reus homo, vix dignus, qui pœnitens laica communione impertiri deberet, etiam priſtinum conſequeretur, a quo juſtiſſime fuerat dejectus, honorem.

XXVIII. Inter tot autem naufragia Epiſcoporum, & diſſenſiones eorum magna enituit fides erga Apoſtolicam Sedem Archiepiſcopi Arelatenſis. Reperitur enim quod hoc eodem anno Rotlandus Archiepiſcopus Arelatenſis memor antiquorum temporum, quibus ante omnes Galliarum Epiſcopos Archiepiſcop. Arelatenſis ſpeciali prærogativa ab Apoſtolica Sede honore decoratus eſſet, cum illi in primis vices ſuas Romani Pontifices credere conſueverint, & pleriſque aliis præ cæteris privilegiis inſignire (quod & ſuperioribus Tomis ſparſim eſt demonſtratum) prædeceſſorum ſuorum inhærere veſtigiis ſatius judicavit, quam ferri aliorum Francorum Epiſcoporum privatis ſtudiis in diverſa. Sicque ſcribens ad ipſum Nicolaum Pontificem laudat in primis, quæ ab ipſo decreta eſſent adverſus ſacro-



PAGIUS *Concilium Romanum Guntharii depoſitionem confirmat.* *copos Galliarum, Germaniarum, & Belgica provincia mittit, pro confirmatione depoſitionis Theutgaudi Treverorum, & Guntharii Colonienſis Archiepiſcoporum. Sed & aliis Epiſcopis, qui ex regno Lotharii in divortio Teutberga, & ſuperinductione concubina VValdrada conſenſerunt, & ad eum cum profeſſione ſua miſerunt Epiſtolas ſuas, indulgentiam largiendo, ſicut in Scripto ſuperius continente promiſerat, dedit. Synodum Roma convocat circa Kalendas Novembris, indicans ſe in ea eorumdem olim Archiepiſcoporum depoſitionem denuo confirmaturum, & tractaturum de cauſa Lotharii, & Ignatii Conſtantinopolitani Epiſcopi præcedenti anno depoſiti. In cujus loco quidam laicus attonſus, & mox Epiſcopus eſt ordinatus.* (Græci in rebus in Occidente geſtis narrandis, ſicut e contra Latini in relatione rerum in Oriente peractarum ſæpe hallucinantur); *ad quam Synodum prædicti Theutgaudus & Guntharius ſponte perrexerunt, putantes Ludoici Imperatoris interventu ab Apoſtolico poſſe reſtitui.* Infra: *Hucbertus Clericus conjugatus & Abbas monaſterii S. Martini, qui S. Mauricii Abbatiam & alios honores Ludoici Imperatoris Italia contra voluntatem ipſius tenebat, ab hominibus ejus occiditur; & Theutberga ſoror ejus, abjecta Lotharii, ad fidem Caroli venit. Cui Carolus Avenniacum monaſterium donat, & Abbatiam Sancti Martini Ingeluino Diacono Palatii ſui committit.* Photio ad conflandum ſchiſma animos adi-

crorum Canonum contemptores, pollicens ſe inhæſurum ſemper ſanctæ Apoſtolicæ Sedis decretis. Ad quem Nicolaus iſtam hactenus nunquam editam reſcripſit epiſtolam acceptam ex codice Antonii Auguſtini ſuperius ſæpe citato:

*Nicolaus Epiſcopus Rotlando Archiepiſcopo Arelatenſi.*

XXVIII. *Suſceptis ſanctitatis tuæ litteris, totis humilitatis dono refertis, cunctarumque virtutum floribus redimitis: multiplices gratiarum cultus omnium bonorum auctori rependimus; tuamque a multis retro temporibus erga Sedem Apoſtolicam agnitam devotionem plurimum commendamus, atque ut in hoc ſalubri propoſito perſeveres, fraternitatem tuam obnixius adhortamur. Sincerum ſanctæ converſationis pedem, quo tendere debeas, perſpicacius cognoſcere poteris, & ſupervenientia pravorum jacula prævidere, & declinare liberius, revelante Domino, prævalebis, ſi in Apoſtolicæ Sedis petra, more majorum, præſidium tuum locaveris, ejuſque Fidei doctrinis, vel decretis arctius inhærere contenderis: quam ille ſua ſacravit ſeſſione, quem Dominus ejus Chriſtus Eccleſiis ſuis voluit primum & ſpeciale retinere faſtigium, quin & cœleſtis atrii delegit ſummum conſtituere janitorem. Quod jam beatitudinem tuam ſtrenue perſequentem, debitis attollimus omnino præconiis non ſolum in hoc, verum etiam in eo, quod Apoſtolatum noſtrum ad perſeverantiam cohortaris. In quo enim tam manifeſte noſtrarum ſanctionum & decretorum oſtendere te poteris eſſe cuſtodem, quam in eo quod & noſtram quoque ſoliditatem ſupra firmam petram fundatam, ut in his perſeveret, ſtudioſius animare procuras?*

XXIX. *Quod autem deprecatur tua fraternitas, ut ſcrutemur quales prædeceſſores noſtri circa prædeceſſores tuos antiquitus fuerint: & poſtulas, ut liceat tibi reſcripto cognoſcere, utrum fidenter crebro litteris, vel Legatis nos audeas frequentare, & quæque congruentia temporibus opportunis ſuggerere: ſciat beatitudo tua, nos bene cognoſcere, quod prædeceſſores mei inter alia honoris beneficia prædeceſſores tuos adeo dilexerint, ut eis vices ſuas in illis partibus retinere conſenſerint, quemadmodum Quinta refert ſancta & univerſalis Synodus. Tu vero ſi promiſſa tuæ dilectionis perfeceris, & nobis conſentiendo, contra pravos quoſque, vel circa moleſtos nobis hærere contenderis, & a decretis noſtris deviare refugeris: noveris te deinde Apoſtolatus noſtri clypeo protegendum, & charitatis ac pietatis brachiis modis omnibus complectendum; ſanctam quoque Eccleſiam divinitus tibi creditam noſtra ſolicitudine & vigilantia, auctore Deo, per amplius & perfectius augumentandam. Mittere autem nobis Legatos, vel litteras tanto libere debetis, quanto charitas, qua circa ſanctitatem tuam flagramus, (quam latum mandatum Pſalmographus nuncupat) intra ſinum amplitudinis ſuæ omnes recipit, omnes fovet, & protegit proximos ſuos: quæ juxta (a) Apoſtolum Paulum benigna eſt, & omnia ſuffert. Verum a charitate tua unum hoc neceſſario poſtulamus, ſcilicet ut cum aliquem ad Apoſtolicam Sedem miſeris, ſtudeat eum tua monere fraternitas, quatenus in redeundo non uſquequaque feſtinus appareat: eo quod omnium Eccleſiarum Dei (ſicut ipſe noſti) cura conſtringimur. Et cum undique ad Sedem Apo-*

*ſto-*

(a) 1. Cor. 13.

PAGIUS

didere Guntharius & Theutgaudus Archiepiſcopi, qui adeo irreverenter ac inſolenter erga Summum Pontificem ſe ſe geſſere. Hæc Synodus Romana Tom. VIII. Concil. a Labbeo omiſſa.

VIII. *Rotblandus Vicariatum Sedis Apoſtolicæ a Nicol. PP. petit.*

Ad num. XXVIII. & ſeq. Marca lib. 5. de Concordia cap. 40. exiſtimat, extincto *Virgilio* Epiſcopo Arelatenſi, extinctam quoque fuiſſe Vicariam dignitatem ejuſdem Eccleſiæ, & tentaſſe quidem *Rotblandum* veterem Eccleſiæ ſuæ dignitatem hoc anno inſtaurare, ſed irrito conatu. Quamvis enim *Nicolaus* primus in literis a Baronio recitatis agnoſcat, Prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices commiſiſſe olim vices ſuas Epiſcopis Arelatenſibus, nullam ei tribuit auctoritatem, ſed tantum pollicetur illi Sedis Apoſtolicæ protectionem, ſi, ut ſe facturum ſcripſerat, Decretis ipſius obedire curaret. Interrogaverat præterea *Nicolaum Rotblandus*, an ſibi fas foret, Legatos ad Apoſtolicam Sedem mittere, ut Summum Pontificem faceret certiorem de his, quæ intra Provinciam emergerent. Iſtud quoque probavit *Nicolaus*, ea cautione adhibita, ut Legatos ſuos moneret Rothlandus ne reditum ſuum præcipitarent. *Rotblandi* non meminit Blondellus in libro contra Primatum Eccleſiæ pag. 749. & ſeqq. ubi de Vicariatu Eccleſiæ Arelatenſis diſſerit.

IX. *Aquitania a Normannis afflicta.*

Reſpirare non potuit Gallia a Normannorum irruptionibus; Annaliſta enim Bertinianus hæc narrat: *Carolus Aquitanos hoſtiliter contra Normannos, qui Eccleſiam Sancti Hilarii incenderunt, diſpoſito exercitu ire præcipiens, filium & æquivocum ſuum Carolum ſecum ducens, Compendium rediit. Miſſos ſuos ad recipiendas civitates & Caſtella in Gothiam miſit* (anno enim ſuperiori Hunfridus Gothiæ Marchio Toloſam Reimundo ſubripuerat, & ſibi uſurparat, ut ibidem idem Annaliſta tradit) *Nortmanni Arvernum civitatem petunt, ubi Stephanum Hugonis filium cum paucis ſuorum interfectum, impune ad ſuas naves redeunt. Pippinus Pippini filius ex Monacho laicus & apoſtata factus ſe Normannis conjungit, & ritum eorum ſervat.* Paulo poſt; *Lotharius Lotharii filius de omni regno ſuo quatuor denarios ex omni manſo colligens, ſummam denariorum cum multa penſione farinæ, atque pecorum, nec non vini ac ſiceræ Rodulfo Nortmanno Herioldi filio ac ſuis locarii nomine tribuit.*

X. Normanni ante præſentem annum *Sollemnia-*

*cum*



*ſtolicam multi diverſa quærentes confluant: efficimur tardi ad ſingulos, dum volumus benignitatem, & dapſilitatem ſpargere per diverſos. Illud autem valde placuit, unde etiam immenſo tripudio exultavimus, ſcilicet, quoniam ab Apoſtolatu noſtro ſciſcitari quid tua ſanctitas ſequi debuiſſet, prudentiſſime decreviſti. Verum quamvis multa ſint, quæ tibi mittere poſſemus: interim tamen quæ in alia noſtri Apoſtolatus epiſtola beatitudini tuæ intimamus, ſolum tuæ ſolertiæ ſint pervigili cura ſectanda, præcipuoque ſtudio peragenda. Si quid deeſt circa nos, circa Sedem B. Petri, non eſt aliud ſignum devotionis tuæ, quam polliceris, niſi obtemperantia, & conſummatio decretorum, & definitionum noſtrarum; qui licet indigni, per abundantiam tamen gratiæ ipſius Vicarii ſumus. Dat. menſe Maii, die xii. Indict. xii.* Hæc Nicolaus.

XXX. Jam vero quod ſimus in fine anni hujus, quæ fuerint diverſis Eccleſiis ab eodem Pontifice ſacra dona oblata, & in Eccleſiarum reſtaurationes collata, & alia ad cultum divinum ſpectantia ab eodem exhibita his ipſis temporibus, ex Anaſtaſio hic reddamus:

Structuræ ſacrorum locorum a Nicol. factæ.

*Renovavit* (inquit) *in baſilica Dei Genitricis Mariæ, quæ dicitur Coſmedin, Secretarium; ibique pulchri decoris fecit triclinium cum caminatis ad honorem & decorem ejus. Pari modo juxta idem Secretarium porticum renovans, illic conſtruxit atque ædificavit Oratorium in honorem S. Nicolai, & plura dona ibi contulit almus Pontifex. Renovavit etiam ipſe paſtor benignus cœmeterium S. Felicis martyris in via Portuenſi, necnon & cœmeterium eadem via ad Urſum Pileatum, ubi corpora SS. martyrum Abdon & Sennen requieverunt, jam in ruinis poſitum, pulchro ac miro reſtauravit honore. Via autem Appia in cœmeterio S. Chriſti martyris Sebaſtiani in Catacumba, ubi Apoſtolorum corpora jacuere, quod multis annis ruerat, meliori illud fabrica renovans, monaſterium fecit, & monachos ſub Abbatis regimine, undecumque potuit aggregavit, victuique neceſſaria dari, & ſtipendia miniſtrari præcepit.*

XXXI. *Hujus igitur tempore cum multi ad ſanctitatis ejus nomen accurrent: quidam de Anglorum gente Romam venere. Qui in Oratorio B. Gregorii Papæ & Confeſſoris Chriſti intra ſacram Principis Apoſtolorum ædem conſtructo unam tabulam argenteam poſuere, habentem libras..... Prædictus itidem clementiſſimus Pontifex in Eccleſia cœleſtis Regni clavigeri beatiſſimi Petri Apoſtoli vela numero quinque de fundato, quæ ad decorem ipſius baſilicæ ſurſum in trabibus intra tantæ ædis veſtibulum appenduntur ornata in circuitu boloſerico optimo fecit, & pro æternæ vitæ contulit palma. Hujus beatiſſimi temporibus Præſulis tot tantæque diverſarum provinciarum, cognita luce clarius doctrina præclari dogmatis ejus, ad Sedem Apoſtolicam conſultationes directæ ſunt, quantas numquam penitus reminiſcitur a priſcis temporibus perveniſſe. Qui præfatus Pontifex ſacri verbi pabulo ubertim ſingulos reficiebat, tradens eis præcepta juraque myſtica, beatificis illos inſtitutis ſatiabat, docebat, & ad propria benedictos & eruditos remittebat. Tamen quidquid quoquo modo perperam fieri cognoſcebat, arguebat, ſuper aliquos Dei tantum reſpectu corrigere illud malens, gravibus lamentis & orationibus infinitis rogabat, ut Dominus omnipotens per ſuam clementiam tale quid tamquam non eſſet, bonis ac præcipuis immutaret exemplis.*

Conſultationes frequentes ad Nicolaum Pap.

XXXII. *Sicuti veniente de inſula Sardiniæ relatione (quod etiam per domeſticos ſuos generare Sardos cognovit) hujuſcemodi verbis ei relatum fuit, quod judices ipſius Inſulæ cum populo gubernationibus ſuis ſubjectos cum proximis ac ſanguinis ſui propinquis inceſtas & illicitas contraherent copulas, velut temporibus domini Gre-*

Sardi cohibentur ab inceſtis nuptiis.

PAGIUS

*Tranſlatio S. Fauſtæ Virg. & Martyris.*

*cum* Monaſterium in Lemovicibus ac in villa ejuſdem nominis poſitum, quod *Sanctus Eligius* Dagoberto primo regnante conſtruxerat, combuſſerant, ab eoque Monaſterio pendebat Cella *Aſnenſis*, in pago Lemovicino ſita; Ducatum vero Vaſconiæ obtinebat *Arnaldus*, Vir piiſſimus, qui magnam devotionem habebat erga *Sollemniacum*, tum quia a Sancto *Eligio* Noviomenſi Epiſcopo magnifice ædificatum fuerat, tum quia Monachi Sanctam vitam ducebant. Quare dum *Normanni* hoc anno navibus Sanctonas & Burdegalam advecti ſunt, & Monaſteria cunctaſque hominum ædes igne conſumpſere, *Arnaldus* Monachos monere non ceſſavit, ut partes Vaſconiæ pro adipiſcendis Sanctorum Martyrum Reliquiis penetrarent. Miſſus eſt itaque ab Abbate *Aldarius* Monachus cum nepote ejuſdem Arnaldi, qui cum perveniſſent ad *Fidenciacum*, olim Oppidum, caputque pagi ſeu Comitatus Fidentiacenſis, de quo Valeſius in Notitia Galliarum, invenere Eccleſiam olim in honorem *Sanctæ Fauſtæ* virginis & Martyris mirifice conſtructam, a Normannis incenſam fuiſſe, & hujus Sanctæ Martyris corpus, quod ibidem alias tumulatum fuerat, aſportarunt, ac in Cellam Arnenſem, ſeu, ut hodie loquimur, Prioratum, detulerunt, *ubi immenſa beneficia ſanitatum, Domino in Sanctis ſuis operante, mirabiliter fiunt uſque in hodiernum diem*, inquit Auctor Anonymus Hiſtoriæ Tranſlationis *Reliquiarum Sanctæ Fauſtæ Virginis & Martyris ex Vaſconia in Cellam Arnenſem*, recitatæ a Labbeo Tom. II. Biblioth. & a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. II. In ea legitur, *anno DCCCLXIV.* graſſatam eſſe ingentem perſecutionem Danorum ſeu Normannorum *in regionibus Aquitaniæ ſeu Gaſconiæ*, & tunc prædictam Tranſlationem factam fuiſſe.

Ali-

*Gregorii IV. Papæ facere conſueverant. Tunc melliſluos & prævaricantibus, a ſancto Spiritu doctus, terribiles ſuæ prædicationis, quæ in univerſo micabat orbe, componens apices, Miſſos etiam ſtrenuos, Paulum Populonienſem Epiſcopum, & Saxum venerabilem monaſterii Joannis & Pauli Abbatem accerſens, miſit illuc, ut eamdem gentem Sardorum a tanto revocarent errore. Quibus euntibus, valde quoſdam ex iis adverſus diſciplinæ monita reperere contendentes. Verumtamen ſecundum præceptionis ſummi Præſulis auctoritatem Sardos excommunicavere, & anathematizavere; adiuvere quouſque malum inceſtarum effugerent copularum pœnitentiæ medicamina requirentes, ſicut in epiſtolis, quas iidem Legati in Sardiniam deportarunt, regeſto ipſius Præſulis continetur inſertis. Et ſic Romam poſt affluentes prædicationes datas reverſi ſunt.* Hucuſque Anaſtaſius, ſubiiciens, quæ ultimo loco anni hujus in cauſa Rothaldi Romæ ſunt facta, a nobis antea enarrata.

Chri-

PAGIUS XI. *Carolus Rex Piſtis Conventum celebrat.*

Aliquibus interpoſitis a ſuperius memoratis Annaliſta Bertinianus ſcribit: *Nortmanni, qui cum plurimo navigio in Flandris appulerunt, reſiſtentibus ſibi Pagenſibus, per Rhenum aſcendunt, & vicina regnorum Lotharii ac Ludovvici ex utraque ripa ipſius fluminis vaſtant. Carolus Kalendas Junii in loco, qui Piſtis dicitur, generale Placitum habet, in quo annua dona, ſed & cenſum de Britannia a Salomone Britannorum Duce ſibi directum more prædeceſſorum ſuorum, quinquaginta ſcilicet libras argenti recipit: & firmitates in Sequana, ne Normanni per eumdem fluvium poſſint aſcendere, ibidem fieri jubet. Capitula etiam ad triginta & ſeptem conſilio fidelium ſuorum, more prædeceſſorum ac progenitorum ſuorum Regum conſtituit, & ut legalia per omne regnum ſuum obſervari præcepit* (Tom. II. Capitularium Reg. Franc. pag. 174. edit. Baluzianæ recitatur Edictum Piſtenſe XXXVII. Capitulis conſtans, datum *anno ab Incarnatione D. N. Jeſu Chriſti DCCCLXIV. anno Caroli Regis XXV. indict. XII. VII. Kalend. Julias.* Quare in Annaliſta Bertiniano loco, *Kalendas Junii*, legendum, *VII. Kalendas Julii*). *Pippinus apoſtata a Nortmannorum collegio ab Aquitanis ingenio capitur, & in eodem Placito præſentatur, & a regni Primoribus ut patriæ & chriſtianitatis proditor, & demum generaliter ab omnibus ad mortem diiudicatur, & in Silvanectis arctiſſima cuſtodia religatur.* Et infra: *Carolus a loco, qui Piſtis dicitur, revertens, intrat Compendium circa Kalendas Julii, miſſum Mahometh Regis Sarracenorum, qui ante hyemem ad ſe venerat, muneratum cum plurimis & maximis donis per ſuos miſſos ad eumdem Regem ſatis honorifice remittit.* Vigebat itaque pax per hæc tempora inter Carolum Calvum & Mahometem Hiſpaniarum Regem.

In Chronico Virdunenſi Tom. I. Biblioth. Labbeanæ relato habetur: *Anno DCCCLXIV. Tranſlatum eſt corpus Sanctæ Reginæ Virginis & Martyris, de Aleſia civitate apud Flaviniacum caſtrum, ſeu cœnobium, præſidente loco eidem, cujus erat juris civitas præfata, Ægilo Abbate, poſtmodum Senonum Archiepiſcopo, regnante Carolo Calvo.* Fuit Aleſia Urbs antiqua ab Auguſtoduno aliquot millibus paſſuum diſſita, quæ nunc in vici formam redacta nomen priſcum retinet, ſita in Ducatu Burgundiæ, & vico Flaviniaco proxima, de qua Hadr. Valeſius in Notitia Gall. Colitur S. *Regina* in Martyrologio Romano die VII. menſis Septemb. & hæc Tranſlatio Normannorum metu facta. XII. *Tranſlatio S. Reginæ Virg. & Martyris.*



I. Rhotald. plenior reſtit.

CHriſti Redemptoris annus agitur octingenteſimus ſexageſimusquintus, Indictione decimatertia, quo ☞ menſe Januarii ☜ Romæ Synodus celebratur, in qua, lata ſententia, inter alia Rhotaldus Sueſſionenſis Epiſcopus in ſuam Eccleſiam poſt multos labores feliciter reſtituitur. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ab Anaſtaſio, qui aderat audiamus: ipſe enim poſt illa, quæ in Vigiliis Natalis diei Domini tranſacta fuiſſe in Eccleſia S. Mariæ Ad præſepe tradit, quando videlicet juſſus eſt indui ſacerdotalibus indumentis, ſubiicit iſta: *Rurſum expectatis aliquantis diebus, ſcilicet uſque ad diem natalitium ſanctæ virginis Agnetis, qui eſt duodecimo Kal. Febr. & nec ſic quiſquam affuit adverſus Rhotaldum jam reſtitutum Epiſcopum aliquid altercans: conveniente beatiſſimo Præſule cum omnibus in baſilicam ipſius virginis foris muros Urbis via Numentana, idem Rhotbaldus Epiſcopus excuſationis, & promiſſionis ſuæ, qua pollicitus fuit, ſe omni tempore ſuis accuſatoribus reſponſurum, libellum ſummo Pontifici tradidit. Qui coram cunctis audientibus juſſu eſt Præſulis recitatus, ubi etiam reſtitutionis eius forma relecta eſt. Et poſt omnium conſenſum in Eccleſia ſanctæ Conſtantiæ juxta eamdem ſanctæ virginis baſilicam decreto beatiſſimi huius Præſulis ſæpedictus Rhotaldus jam reſtitutus Epiſcopus Miſſarum ſolemnia ſolemniter celebravit.*

II. Synodus in Vaticano.

*Sequenti vero die, congregata in domo, quæ nuncupatur Leoniana, denuo Synodo, excuſatoque ipſo (ſicut in libellis ab eo recognitis, duobuſque quaternionibus inſertis, atque diverſo tempore miſſis, & oblatis, in archivo hujus Sedis repoſitis continetur) Rhotaldo, ne talia Sacerdotes & maxime Sedem Apoſtolicam appellantes ultra diſcrimina paterentur, ſicut prænotatum eſt, in gradum priſtinum reſtitutus, & ad propriam ſedem cum Apoſtolicis ſanctionibus remiſſus, quatenus veſtitus Epiſcopalibus infulis, ſi provocatus fuerit de cætero, ſuis accuſatoribus coram Sedis Apoſtolicæ Præſule reſponderet. Cum quo quippe ſanctiſſimus, & a Deo conſervandus Præſul, tam pro reſtitutione illius, quam pro abolenda Regis Lotharii copula, pro pace etiam & concordia Regum Galliarum conſervanda, Arſenium Epiſcopum hujus almæ Urbis Apocriſarium & Miſſum illuc deſtinavit, quatenus reformata pace, ſanctæ eos Eccleſiæ finibus ſine refragatione coniungeret: & quædam neceſſaria in Galliarum Eccleſia ex Apoſtolica traditione ſtatuta perageret.* Hucuſque Anaſtaſius; quæ autem inferius ſubiicit; ſuo loco dicentur. Porro ipſe Nicolaus in epiſtola ad Epiſcopos Galliarum nominat Arſenium hunc Legatum, Hortenſem Epiſcopum (*a*) ubique laudatum, ☞ ita etiam Joannes Diaconus hujus temporis ſcriptor in vita S. Gregorii Papæ, dum agit de Judæis Deo & hominibus, ipſiſque Romanis Pontificibus potiſſimum inviſis, hæc dicens (*b*): *Hinc eſt, quod ſicut a majoribus traditur, & nos quoque uſque ad noſtra tempora dum adhuc pubeſceremus oculis noſtris conſpeximus, conſuetudo vetus obtinuit, ut omnes ſuperſtitionis illius homines, quantumcumque pulcherrima mercimonia detuliſſent, numquam Pontificalibus alloquiis fruerentur, numquam obtutibus Apoſtolicis potirentur, ſed extra velum longiſſimæ porticus non quidem in ſcamnis, ſed in marmoreo pavimento ſedentes, ſuſcepta pretia numerabant: ne videlicet viderentur aliquid de manu Pontificis accepiſſe. Nam reverendæ memoriæ Nicolaus*

Arſenii legatio in Gallias.

(*a*) *Nicol. ep.* 26.

(*b*) *Joan. Diacon. vit. Sancti Greg. l.* 4. *c.* 50.

PAGIUS SÆC. IX. AnnoEræ Hiſpan. DCCCC. Anno Hegiræ CCLI. inchoato die 1. Febr. fer. 5. A. C. 865.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6358.

☉ 6. G. ☽ 11. P. 22. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 865.

NICOLAI PAPÆ 8.

LUDOVICI IMP. 17. 16. & 11.

MICHAELIS IMP. 24.

I. *Rothadus a Nicolao PP. in Sedem ſuam reſtituitur*

ANum. I. ad LIII. Nicolaus Summus Pontifex die natali Chriſti ſuperioris anni *Rothadum* Sueſſionenſem Epiſcopum in ſuam dignitatem reſtituit, rurſumque hoc anno *XII. Kalend. Februar.* qui dies Sanctæ Agneti Virgini ſacer, in eadem Synodo Romana, ſed in altera Seſſione *Rothadi* reſtitutionis forma relecta eſt. *Sequenti vero die, congregata in domo, quæ nuncupatur Leoniana, denuo Synodo, excuſatoque ipſo, ſicut in libellis ab eo recognitis, duobuſque quaternionibus inſertis, atque diverſo tempore miſſis & oblatis,* &c. *In gradum priſtinum eſt reſtitutus, & ad propriam ſedem cum Apoſtolicis ſanctionibus remiſſus*, inquit Anaſtaſius in Vita Nicolai Papæ, cujus locum integrum recitat Baronius, qui tamen unicam Synodum Romanam in duas, ſextam nempe & ſeptimam ſub Nicolao Papa, & cum eo alii perperam dividunt. Fuit enim unica Synodus in pervigilio Nativitatis Chriſti anni ſuperioris inchoata, & menſe Januario currentis continuata, ut verba Anaſtaſii examinanti patebit. Cujus tenoris fuerit ſententia abſolutionis, legendum eſt in Epiſtola Nicolai Papæ ad Clerum & plebem Eccleſiæ Romanæ, quæ ordine eſt XXXIX. & recitatur a *Baronio* num. III.

*laus Pontifex Arſenium quondam Hortanæ civitatis Epiſcopum Judaicas tum primum pellicias introducere molientem adeo averſatus eſt, ut ei Palatinam proceſſionem vellet adimere, niſi ſuperſtitioſæ gentis * veſtibus adjurando cum ſacerdotalibus infulis conſuetudinaliter procedere ſtuduiſſet.* Hucuſque Joannes Diaconus, atque hactenus de Arſenio: proſequamur modo quæ idem Nicolaus Pontifex poſt illa, quæ ſunt ſuperius enarrata ex Anaſtaſio, egerit. ☞

* legend. videtur, veſtes abjudicando.

III. In primis autem Romæ voluit Pontifex promulgatam ſententiam pro reſtitutione Rhotaldi his publicis innoteſcere Apoſtolicæ Sedis litteris, hac ipſa inſcriptione notatis (*a*).

(*a*) *Nic. ep.* 39.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ Romanæ, omnibus Epiſcopis presbyteris & diaconibus, & cunctæ in Chriſto generalitati Romanæ plebis.*

*Notum ſit dilectioni veſtræ, fratres mei, & filii chariſſimi, quod quidam Gallorum Epiſcopi, zeli & invidiæ diaboli facibus accenſi (quia mors, ſicut ſcriptum eſt (b), per invidiam diaboli introivit in orbem terrarum) huic fratri noſtro Rhotaldo venerabili viro inſultantes, & per octo circiter annos, quemadmodum illum proprio privarent Epiſcopatu, judicio meditati ſunt. Sed cum diutiſſime laborantes nihil * diſcriminis potuiſſent ſuper eum inducere, noviſſime mundanis poteſtatibus uſi, depoſitionis ſententiam in eumdem, Sedem Apoſtolicam appellantem, * immaniſſime protulerunt, & in minutionem, & abominationem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, immo beati Petri Apoſtolorum principis gradu proprio pulſum carcerali cuſtodiæ manciparunt. Unde iſtum clamantem, ut ſe adducerent, & ad noſtrum illud judicium, ad quod ante depoſitionem & poſtea imprætermiße provocaverat, cum ſuis Vicariis, qui illum, ſi valerent, accuſatione digna appeterent, deſtinarent, plurimis epiſtolis eiſdem Epiſcopis juſſimus, & hortati ſumus. Sed ecce dilectiſſimi (ſicut ipſi ſcitis) ſex * menſibus jam præſente Rhotaldo Romæ apud nos manente, & nobis accuſatores, vel Vicarios eorum præſtolantibus, nullus qui hunc accuſaret, adeſſe videtur. In quo fratres quid aliud datur intelligi, niſi quod S. Papa dicit Bonifacius (c): Quia ſicut qui eſt innocens, ut abſolvatur quærit, ita judicium nocens ſubterfugit? Verum nos, Deo auctore, beatorumque principis Apoſtolorum Petri Apoſtoli fulti ſuffragio, deceßorum quoque noſtrorum ſecuti veſtigia, privilegia Sedis Apoſtolicæ, quæ illi male fregiſſe probantur, recuperare ſtudentes jam fatum virum præſentem videlicet Rhotald. priſtino gradui priſtinis officiis, ac priſtino Epiſcopatui reſtituimus, & per omnia eum talem reddimus, qualem illum fuiſſe conſtat ante excommunicationis, & depoſitionis ſententiam in eum prolatam, vel quando Sedem Apoſtolicam appellabat, & canonice provocabat.* Hucuſque publica Nicolai denuntiatio Romæ facta.

(*b*) *Sap.* 2.
Publicatio ſententiæ reſtitutionis Rhotaldi Epiſc.
* al. criminis
* al. inaniſſime
* al. octo menſ.
(*c*) *Bonif. ep.* 2.

IV. Abſoluto Romæ Rhotaldo, ab ipſo Nicolao plures pro ipſo in Gallias litteræ ſcriptæ, ut reciperetur, inter alias autem famoſiſſima eſt illa epiſtola quam dedit ad Epiſcopos Galliarum, qui queſti fuerant, quod cauſæ Epiſcoporum judicandæ in Synodis per Coepiſcopos, advocarentur ad Apoſtolicam Sedem, necnon etiam ſuis litteris in dubium revocaſſent, num epiſtolæ illæ Romanorum antiquorum Pontificum, quæ non eſſent inſertæ in corpore Canonum, ſed ab Iſidoro Mercatore in collectione ſua deſcriptæ, eſſent in auctoritatem ſicut cæteræ accipiendæ.

Hæc autem ut planius fiant, primum quid per Canonum codicem, ſive Canonum corpus intelligi conſuevit antiquitus, eſt declarandum, & de Iſidori collectione dicendum quando ipſa Eccleſiis innotuerit.

V. Quod ad primum pertinet, certum eſt, quod quæ antiquior eſt facta Collectio epiſtolarum decretalium Romanorum Pontificum, atque Canonum diverſorum Conciliorum, id ſibi nomen vendicaſſe, ut ejuſmodi volumen, liber, ſive codex Canonum aut corpus Canonum diceretur, aucta acceſſione aliarum qui poſtea vixerunt, Romanorum Pontificum Epiſtolarum, & aliorum, quæ poſtea ſunt celebrata Canonum Conciliorum. Quæ autem antiquior, & uberior apparuit Collectio epiſtolarum Romanorum Pontifi-

Corpus Canonum quod olim fuerit.

PAGIUS

III. Legenda etiam Epiſtola Nicolai Papæ ad *Rothadum* ordine XLIV. quæ abſolutionis Rothadi ejuſque reſtitutionis ſententiam ſub alia formula continet.

II. *Sententia executio Arſenio committitur.*

Ut vero ea exequtioni mandaretur, Nicolaus *Arſenium* Epiſcopum Hortenſem, ſeu Hortanenſem in Gallias miſit, uti refert Baronius num. II. ex Anaſtaſio. Erat vero *Hortanum*, ſeu Hortana aut *Ortana*, Oppidum Etruriæ ad confluentes Tiberis Nariſque amnium, quæ vulgo dicitur *Orti* & *Orta*, ut oſtendit Cluverius lib. 2. Italiæ Antiq. pag. 553. Arſenio Nicolaus literas tradidit Carolo Regi perferendas, in quibus Hincmari contumaciam imprimis notat, pluribuſque probat *Paternam traditionem, & ſpecialem Sedis Apoſtolicæ prærogativam ſuper hoc ſe ſecutum eſſe*, & jure merito ſe juſſiſſe *Rothadum* Sedem Apoſtolicam appellantem Romam venire, ibique eum judicaſſe. Ea Epiſtola eſt ordine XL. Scripſit etiam Nicolaus ad Hincmarum Epiſtolam ordine XLI. oſtenditque legitime *Rothadum* reſtitutum, eique exprobrat Sedis Apoſtolicæ contemptum, fraudulenta ejus in Rothadum machinamenta, ac menda-



ticum, & Canonum diverſorum Conciliorum fuit Creſconii, de qua ſuo loco ſuperius dictum eſt, quæ aucta multorum Canonum, & epiſtolarum acceſſione, in nomen illud tranſiit, ut liber Canonum, ſeu corpus Canonum diceretur. Cumque plures aliæ compilatæ fuerint Canonum Collectiones, quæ cæteris opulentior edita eſt ab Iſidoro, cognomento Mercatore, continens epiſtolas antiquorum Romanorum Pontificum incipiens a Clemente, longe recentior fuit, teſtante id Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo, utpote quæ non ante Carolum Magnum ab Hiſpania in Gallias fuiſſet delata per Riculfum Archiepiſcopum Moguntinum. Sic enim ait in epiſtola ad Hincmarum (*a*) Laudunenſem Epiſcopum: *Sicut de libro collectarum epiſtolarum ab Iſidoro, quem de Hiſpania allatum Riculfus Moguntinus Epiſcopus in hujuſmodi, ſicut & in capitulis regiis ſtudioſus obtinuit, & iſtas regiones ex illo repleri fecit. In cujus præfatione Iſidorus dicit de Canonibus Apoſtolorum &c.* Qui autem ex dictis epiſtolis ab Iſidoro primum editis collegit Capitula, eaque intulit in libros Capitulares Regum Francorum, fuit Benedictus Levita, qui id de ſe ipſo teſtatur in præfatione quinti libri eorumdem Capitularium, qui ſcripſit (ut vidimus) tempore filiorum Ludovici Pii Imperatoris Ludovici, Lotharii atque Caroli, ubi ait: *Hæc vero Capitula, quæ in ſubſequentibus tribus libellis coadunare ſtuduimus, in diverſis locis, & in diverſis ſchedulis ſicut in diverſis Synodis, & placitis generalibus edita erant, ſparſim invenimus maxime autem in ſanctæ Moguntiacenſis metropolis Eccleſiæ Scrinio, a Riculfo ejuſdem ſanctæ Sedis Metropolitano recondita.* Merces illas nimirum (ut audiſti ab Hincmaro) Iſidori Mercatoris, per eundem Riculfum primum illatas in Gallias ex Hiſpania: ne quis calumniari poſſit, ab Eccleſia Romana aliquid hujuſmodi commentum eſſe.

Iſidorus Mercator quando vixit, & ſcripſit.

(*a*) *Hinc. ep. ad Hincm. Laud. Ep. c. 24. ex cod. man. ſcr.*

VI. Porro eumdem Riculfum Moguntinum Epiſcopum vixiſſe temporibus Caroli Magni, ejuſdem temporis complura monumenta certam fidem faciunt, atque inprimis teſtamentum ejuſdem Caroli Magni, cui inter alios idem Riculfus ſubſcriptus invenitur, idemque interfuiſſe invenitur, Concilio Moguntino, cui præfuit, habito anno ſalutis octingenteſimo decimotertio, item Wormatienſi, cujus & mentio habetur in libro ſeptimo (*b*) Capitularium, ubi pro Riculfo, errore ſcriptoris, Triculfus nominatus legitur Archiepiſcopus Moguntinus. Succeſſit hic S. Lullo anno Domini ſeptingenteſimo octogeſimoſexto, ut antiqui notant Annales atque Hermannus Contractus, idemque tertius numeratus a S. Bonifacio ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo & martyre. Cum igitur ante Riculfum Iſidori Collectionem non noverint Galliæ Hiſpaniis proximæ, minuſque Italiæ: conjectura eſt, Iſidorum illum haud pridem vixiſſe, atque ſcripſiſſe, eamque ita primum vulgatam eſſe per Riculfum, qui attulit, inde per Benedictum, qui intulit in libros Capitulares, & demum per Hincmarum Juniorem Epiſcopum Laudunenſem noviſſimum uſque ad hæc tempora Collectorem, quem Hincmarus Rhemenſis, qui emunctas magis nares habuit, in multis redarguit, ſuggillans eam, qua uſus eſt, Iſidori Collectionem, cujus rei cauſa accuſatus eſt. Nam de eo Frodoardus in hiſtoria Rhemenſi capite decimoſexto in fine hæc habet: *Deinde quod Pontificum Romanorum epiſtolas decretales contemnebat accuſatus: contra profeßus, & proteſtatus eſt, ſe cum maximo honore has admittere; tenere, & approbare.* Hac ſcilicet occaſione ea ipſum inuſtum nota apparet, quod ſe Iſidori eam Collectionem minime in omnibus probare ſignificaſſet.

(*b*) *lib.* 7. *c.* 205.

Iſidori collectio Vulgata in Galliis.

VII. Sed & ab ipſa quidem conſulto viſus eſt abſtinuiſſe Nicolaus Papa; quippe cum in his controverſiis frequens eſſet, in quibus de appellatione ad Sedem Apo-



PAGIUS

cium & calumniam in ſimulando Rothadi conſenſu, quaſi neglecta appellatione ſua ad Sedem Apoſtolicam, electos Judices imploraſſet. Ejus meminit Baronius num. XXIX.

III. *Nicolaus PP. depoſitiones Epiſc. inter majores cauſas numerari ſanxit.*

Dedit pariter literas *ad univerſos Galliæ Epiſcopos*, ipſoſque hortatus eſt, ut *Rothadum* a ſe reſtitutum benigne ſuſciperent. In iis pluribus diſputat de veterum Pontificum Romanorum *Decretalibus*, quarum auctoritatem Gallicani Epiſcopi explodebant. Nondum enim Eccleſiæ Gallicanæ moribus receptum erat, vel Canonibus quibus regebatur, conſentaneum, ut Epiſcoporum depoſitiones non mandarentur executioni, inconſulta Sede Apoſtolica, & abſque ejus mandatis. Jus illud aſſeruit Apoſtolicæ Sedi *Nicolaus* I. veterum Pontificum Decretalibus nixus, & interpretatione Juris, qua Epiſcoporum depoſitiones inter majores cauſas numerandas eſſe, poſt Gregorium M. declaravit. Quam interpretationem atque diſciplinam Gallicani Epiſcopi ſtatim non ſuſcepere. Quid autem Romanæ Eccleſiæ his negotiis Gallicana deferret, quidve negaret, diſcimus ex Epiſtola Hincmari ad Nicolaum I. in cauſa *Rothadi* data, & a Baronio num. XXXIV. & ſeqq. recitata. Ex ea intelligimus, Gallicanos Epiſcopos jus appellationum Epiſcoporum dejectorum ad Sedem Apoſtolicam agnoviſſe, imo & Metropolitanorum judicia ipſi detuliſſe; quamvis plures ab *Hincmaro* in partes tracti, *Rothadum* cum eo depoſuerint, ejuſque depoſitionem pertinaciter propugnarent, quia ipſis perſuaſerat *Rothadum* Judices elegiſſe, & ab electis Judicibus deinde Romam appellaſſe, quod *Africanis*

Iſidori collectio ab antiquis non adeo probata.

poſtolicam ageretur, & ex illis epiſtolis multiplicia ſuppeterent eademque fortiſſima teſtimonia ſanctiſſimorum Pontificum, eorumdemque martyrum; quorum ſumma auctoritas in Eccleſia eſſe poſſet: abſtinuit tamen ab illis penitus, quas ſaltem dubias intellexiſſe; non dubium ſit, illis tantum uſus, de quibus numquam in Eccleſia Dei fuerat dubitatum, quod illis adventiciis, & recens inventis non egeret Eccleſia; cum eadem aliunde ex germanis, ſinceris, omnino legitimis, ſecuris, certiſque Romanorum Pontificum epiſtolis abundanter accipere licuiſſet. Sed & ipſe Benedictus Levita, etſi (ut audiſti ab Hincmaro, & ipſemet teſtatus eſt in ſuorum præfatione librorum) ex eadem Iſidori collectione accepit multa; tamen bene conſcius, auctoritatem illarum epiſtolarum haud adeo conſtantem, ſed nutare admodum, numquam aliquem illarum citavit auctorem, ut fecit in reliquis, quarum fides conſtans eſſet, Romanorum Pontificum epiſtolis, Innocentii, Leonis, Gelaſii, Symmachi atque Gregorii, citans ac nominans earum auctores: ſed & magna cautela, quod ſciret ex eis accepta haud adeo haberi firma, curavit (ut ipſe in fine teſtatur) eadem auctoritate Apoſtolica confirmari. Qui autem primus excerpta ex eis decreta cum titulo edidit Romanorum Pontificum, quorum nomine cenſerentur, fuit, quem diximus, Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus, ut apparet ex epiſtola, ſeu libro contra ipſum ſcripto ab Hincmaro Rhemenſi, qui eam Laudunenſis lucubrationem accipiens, non ſine ſtomachatione legit, quam & in pluribus arguit. Laudunenſem vero ſecuti ſunt alii, ut qui ſequenti ſæculo ſcripſit Burchardus, & poſt ipſum alii, qui nomina ipſorum Romanorum Pontificum ſingulis capitibus præfixerunt, quod & omnium noviſſimus æque præſtitit Gratianus.

VIII. At vero ex multis eas reddi ſuſpectas epiſtolas, quæ dicta ſunt ſecundo Annalium tomo, dum de illis ſingulis mentio facta eſt, ſatis eſt demonſtratum, ſimulque oſtenſum, illis non indigere S. Romanam Eccleſiam, ut ſi falſitatis arguantur, ſuis ipſa deſtituatur juribus, & privilegiis, cum etſi illis careat, ex legitimis germaniſque aliorum Pontificum Romanorum epiſtolis decretalibus ſatis ſuperque corroborata conſiſtat. Cæterum quod excerpta ex illis capita a Benedicto Levita primum, ut Canonibus conſentientia probata eſſent, ut ipſe teſtatur, auctoritate Romanorum Pontificum, quod & a poſterioribus factum eſt collectoribus eadem uſu potius recipi contigerunt, quam conſtanti ipſarum firmitate. Verum quod his temporibus, cum recens haberetur earum editio, nec perfecte in omnibus cognitæ eſſent nondum admota lucerna Cleanthis, ea ex parte tantum eas recipiendas negarent, quod extra corpus Canonum, ſuo ſeorſum volumine poſitæ haberentur: hanc objectionem ipſorum magni poſſe eſſe momenti Nicolaus conſiderans, dum reliquæ omnes Romanorum Pontificum extra poſitæ decretales abolerentur una iſta ſententia: reſcripſit ad eos epiſtolam decretalem magni ponderis, quam hic deſcribendam magnitudo exigit argumenti: ſic enim ſe habet:

Collectio Iſidori ut minus ſincera notata.

IX. *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimis & ſanctiſſimis confratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis apud Gallias conſtitutis.*

*Quamvis ſingularum Eccleſiarum, quæ propter diverſitatem terrarum multæ eſſe dicuntur (cum una ſit, & unica ſponſo ſuo, ſicut ipſe in Canticis Canticorum dicit (a): Una eſt columba mea: & per Pſalmiſtam (b): Erue de manu canis unicam meam) Paſtor & Epiſcopus, & Pontifex Dominus noſter JESUS Chriſtus, qui hanc creavit, & redemit; exiſtat, ita ut illa veraciter ac principaliter iſta ſit omnia (juxta quod Fidelibus per primum Apoſtolum dicitur (c): Converſi eſtis nunc ad paſtorem, & Epiſcopum animarum*

(a) Cant. 2.
(b) Pſal. 12.
(c) Petr. 2.

PAGIUS

nis Canonibus in Eccleſia Gallicana receptis, & longo uſu conſecratis repugnabat, inquit Natalis Alexander ſæc. IX. & X. part. II. Diſſert. VI.

IV. *Contentio orta de Epiſtolis Decretalibus veterum Pontificum Rom.*

Baronius num. VI. & ſeqq. pluribus diſſerit de Epiſtolis *Decretalibus* Veterum Pontificum, de quibus legenda quæ anno Chriſti centeſimo num. IV. & ſeqq. in medium adduximus. Magna hoc tempore de iiſdem contentio fuit inter *Nicolaum* Summum Pontificem & Epiſcopos Galliarum, ſicut poſt ejus obitum cum *Hadriano* II. & *Joanne* VIII. Tandem eæ initio tertiæ Regum Francorum dynaſtiæ ab omibus admiſſæ ſunt, in Concilio nempe Remenſi ab *Hugone* & *Roberto* Regibus Francorum coacto anno nongenteſimo nonageſimo ſecundo. Baronius num. VII. ait: *Benedictum Levitam* ex eadem *Iſidori* Collectione accepiſſe multa, ſubditque

„ Tamen bene conſcius, auctoritatem illarum
„ Epiſtolarum haud adeo conſtantem, ſed nu-
„ tare admodum, nunquam aliquem illarum ci-
„ tavit Auctorem, ut fecit in reliquis, qua-
„ rum fides conſtans eſſet, Romanorum Pon-
„ tificum epiſtolis, Innocentii, Leonis, Gelaſii,
„ Symmachi atque Gregorii, citans ac nomi-
„ nans earum Auctores; ſed & magna caute-
„ la, quod ſciret ex eis accepta, haud adeo
„ haberi firma, curavit (ut ipſe in fine te-
„ ſtatur) eadem Auctoritate Apoſtolica con-
„ firmari.

V. Verum, ut animadvertit Baluzius in Præfatione ad Capitularia Regum Francorum num. XII. *Benedictus* Capitula illa non accepit ex ipſis Pontificum Rom. Epiſtolis, ſive veris ſive falſis, ſed ex Capitularibus Regum Francorum, qui Decreta illa ſua fecerant, ut ipſe docet in Præfatione. Præterea is Auctor non ait, curaſſe ſe eadem Capitula confirmari auctoritate Apoſtolica, ſed monuit tantum in eadem Præfatione, *maxime trium ultimorum capitula iſtorum librorum Apoſtolica eſſe cuncta auctoritate roborata, quia his cudendis maxime Apoſtolica interfuit Legatio*. Denique *Benedictus* non poſuit diſcrimen inter veras & falſas veterum Pontificum Rom. Epiſtolas, nec nominavit Auctores earum, quæ extra controverſiam ſunt, veluti Innocentii, Leonis, &c. Quamvis enim Capitula excerpta ex Decretis Innocentii, Bonifacii, Celeſtini, Leonis, Hilari, Simplicii, Felicis II. Gelaſii, Anaſtaſii, Felicis III. & Gregorii III. quinquagies aut circiter deſcribat in ſua Collectione, ab eorum ſemper, ut ait idem Baluzius, nominibus abſtinet, ſemel tantum, nempe lib. 5. cap. 119. laudans Epiſtolam Sancti *Leonis* ad Theodorum Epiſcopum Forojulienſem; *Capitula* vero ex ſuppoſititiis Anacleti, Evariſti, Alexandri, Callixti, Fabiani, Stephani Primi, Eutychiani, Marcellini, Julii, Felicis II. Felicis IV. & Pelagii II. Decretis collecta refert quindecies aut circiter, nulla Potificum mentione facta, quibus hæc Decreta tribuuntur.

*Benedictus Levita eaſdem Epiſtolas quandoque citat, ſed tacito Auctorum nomine.*

VI. *Nicolaus PP. Decretales omnes ſuſcepit.*

Porro non prætermittenda hic quæ de iiſdem Decretalibus habet Papebrocius in Conatu Chronico Hiſtorico, dum de Nicolao I. verba facit: *Decretales Epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ diverſis temporibus ab Urbe Romana pro di-*
„ *verſorum Patrum conſultatione dederunt, ve-*
„ *ne-*



*rum veſtrarum: & juxta quod egregius prædicator de ea loquens (a): Talis, inquit, decebat, ut nobis eſſet Pontifex:) ſubiturus tamen cœlos, hanc Apoſtolis commendavit, ac per eos, tamquam hereditario jure, ſucceſſoribus eorum, nobis ſcilicet, quos Paſtores, & Epiſcopos, ac Pontifices ſuper ipſam conſtituit, ejus providentia curam indulſit, quatenus pro patribus nati filii; & pro eis conſtituti principes in omnem terram imitatores eorum eſſemus, ſicut & ipſius Chriſti. Verum & inter beatiſſimos Apoſtolos (ſicut & ille magnus Leo ſcribit) in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis; & cum omnium par eſſet devotio, uni tamen datum eſt, ut cæteris præemineret. De qua forma Epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio. Et magna ordinatione proviſum eſt, ne omnes ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingulis provinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia. Et rurſus quidam in majoribus urbibus conſtituti, ſolicitudinem ejus ſuſciperent ampliorem, per quos ad unam Petri Sedem univerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil umquam a capite ſuo diſcederet.*

(a) Hebr. 7.

Diſpoſitio Eccleſiæ facta per Chriſtum.

X. *Quod ſi quidam ex vobis ullo interiori comprehendiſſent obtutu: numquam Rhotaldum Epiſcopum Sueſſionicæ urbis ſine conſenſu noſtro depoſuiſſent, deprædarentur, & in exilium pulſum, monaſteriali cuſtodia manciparent. Nam quomodo non omnes vobis omnia vendicatis, qui judicia Epiſcoporum, quæ merito inter majora numerantur negotia, veſtræ deliberationi tribuiſtis? An modicum vobis eſſe videtur fratres & Coepiſcopos veſtros, præter Apoſtolicæ Sedis conſenſum, depoſitioni ſubiicere? Quod ſi damnationes Epiſcoporum non inter majora negotia dinumeratis; quorum jam cauſas inter majora computatis negotia? Quid, rogo, de presbyteris, vel de inferioris gradus clericis, agetur, quorum apud nos quoque cauſa, Chalcedonenſis Concilii regulis, cum ratio exigit, audiri jubetur? Si Epiſcopos tanta facilitate deponitis; quomodo, rogo, per vos, quorum vel in ſingulis provinciis habetur prima ſententia, vel qui in majoribus urbibus conſtituti, ſolicitudinem ſuſcipitis ampliorem: ad unam Petri Sedem univerſalis Eccleſiæ cura confluit, qui de majoribus deponendis Epiſcopis, nihil ad ejus notitiam deferre curatis? An Epiſcopi de univerſali Eccleſia non ſunt, ut de illis damnandis, per vos aliquid ad unam ſancti Petri Sedem deferri non curetur? Vel quomodo nil uſquam a ſuo capite diſſidet, cum de judicandis præcipuis membris Eccleſiæ, ideſt Epiſcopis, a capite, ideſt Sede Apoſtolica diſſentitis? An Sedes Apoſtolica caput non eſt?*

Cauſa Epiſcoporum ſpectat ad Rom. Eccl.

XI. *Fruſtra ergo, ut multa prætermeam, Concilium Sardicenſe ad Julium Epiſcopum inter cætera dixit: Optimum & valde congruentiſſimum eſſe videtur, ſi ad Caput, ideſt ad Petri Apoſtoli Sedem de ſingulis quibuſque provinciis referant ſacerdotes, & te, Sedem Petri, Caput appellatam, cui de ſingulis provinciis Domini referre ſacerdotes debent. E contra vos adeo hanc deſpicitis, ut ad eam nihil de majoribus Eccleſiæ negotiis referre curetis, atque Epiſcopum, inconſulta & contempta illa, deponere præſumatis, & præcipue Sedem Apoſtolicam appellantem. Nimis namque abſurdum eſt quod dicitis, Rhotaldum, qui ad judicium Sedis Apoſtolicæ provocavit, iterum mutata voce, veſtra judicia poſtulaſſe. Quod etiamſi ita fuiſſet, a veſtra fuerat fraternitate corrigendus; & quia a majori ad minoris auctoritatis provocaſſet judicium, emendandus, licet certis non patere poſſit ullis indiciis, a noſtro illum ad veſtra cucurriſſe judicia, quem conſtat in ipſo articulo contra ſe proferendæ ſententiæ, Sedem Apoſtolicam appellaſſe, & quod ſe ab illa judicari poſceret, coram omnibus exclamaſſe. Æquum non foret, ſi ad noſtra ſe judicia convertiſſet, quamvis etſi Sedem Apoſtolicam nullatenus appellaſſet,*

Majora judicia ad Sedem Apoſt. deferenda.

contra tot tamen & tanta vos decretalia efferri ſtatuta, & Epiſcopum, inconſultis nobis, deponere nullo modo debuiſtis. Quod tamen vos (ut ſervata vobiſcum medullitus charitate dicam) poſtpoſuiſſe dolemus, & diverſorum Sedis Apoſtolicæ Præſulum decreta in hoc vos contempſiſſe nogotio, non immerito reprehendimus.

XII. Abſit enim, ut cujuſcumque uſque ad ultimum vitæ ſuæ diem qui in Fide Catholica perſeveraverit, vel decretalia conſtituta, vel de Eccleſiaſtica diſciplina quælibet expoſita, debito cultu, & cum ſumma diſcretione non amplectamur opuſcula, quæ dumtaxat & antiquitus S. Romana Eccleſia conſervans, vobis quoque cuſtodienda mandavit, & penes ſe in ſuis archivis, & vetuſtis rite monumentis recondita veneratur. Abſit, ut ſcripta eorum quoquo modo parvipendenda ducamus, quorum videmus, Deo auctore, ſanctam Eccleſiam aut roſeo cruore, floridam, aut rorifluis ſudoribus, & ſalubribus eloquiis adornatam.

Eccl. Rom. probat, & reprobat.

Si enim ipſorum decreto cæterorum opuſcula tractatorum approbantur, vel reprobantur; ita ut quod Sedes Apoſtolica probat hodie, teneatur acceptum; & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur; quanto potius quæ ipſa pro Catholica Fide, & profanis dogmatibus repellendis, pro variis & multifariis neceſſitatibus, & Fidelium moribus diverſo tempore ſcripſit, omni debentur honore præferri, & ab omnibus prorſus in quibuslibet opportunitatibus, diſcretione, vel diſpenſatione magiſtra, reverenter aſſumi?

XIII. Quamquam quidam veſtrum ſcripſerint, haud illa decretalia priſcorum Pontificum in toto codicis Canonum corpore contineri deſcripta: cum ipſi ubi ſuæ intentioni hæc ſuffragari ſuſpiciunt, illis indifferenter utantur; & ſolum nunc ad imminutionem poteſtatis Sedis Apoſtolicæ, & ad ſuorum augmentum privilegiorum minus accepta eſſe perhibeant. Nam nonnulla eorum ſcripta penes nos habentur, quæ non ſolum quorumcumque Romanorum Pontificum, verum etiam priorum decreta in ſuis cauſis præferre noſcuntur. At nunc ubi ſuis animis reſultare, & privilegia tantopere nos ut in ſui ſtatus incolumitate perſiſtant, elaborare non ceſſamus, quanto univerſæ Eccleſiæ profuiſſe prodeſſe, & profutura ſemper eſſe probantur. Dignum ergo eſt, ubi univerſæ fabricæ moles innititur: ibi firmum, validumque habeatur in omnibus fundamentum. Porro ſi ideo non eſſe decretales epiſtolas priſcorum Pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in codice Canonum non habentur adſcriptæ: ergo nec Gregorii ſancti, nec ullius alterius, qui ante, vel poſt ipſum fuit, eſt aliquid inſtitutum, vel ſcriptum recipiendum, eo quod in codice Canonum non habeatur adſcriptum: ergo doctrinam eorum, ut quid vel membranas occupant poſtquam non habentur acceptæ?

XIV. Sed quare multum immemoremur, cum nec ipſas divinas Scripturas novi & veteris Teſtamenti jam recipimus. Si iſta duxerimus dicenda? etiam neutrum horum in codice Eccleſiaſticorum Canonum habetur inſertum. Sed reſponſuri ſunt iſti, qui non ad obediendum potius, quam ad reſiſtendum ſemper parati ſunt, dicentes, quod inter Canones inveniatur capitulum ſancti Papæ Innocentii, cujus auctoritate doceatur, a nobis utrumque Teſtamentum jam eſſe recipiendum, quamquam in ipſis primitivis Canonibus nullum eorum contineatur ex toto inſertum. Quibus ad hæc aſſerendum eſt. Quoniam ſi vetus, novumque Teſtamentum recipienda ſunt, non quod codici Canonum ex toto habeantur annexa, ſed quod de his recipiendis ſancti Papæ Innocentii prolata videtur eſſe ſententia: reſtat nimirum quod decretales epiſtolæ Romanorum Pontificum ſint recipiendæ etiam ſi non Canonum codici compaginatæ; quoniam inter ipſos Canones, unum beati Leonis Capitulum conſtat eſſe permixtum, quo ita omnia decretalia conſtituta Sedis Apoſtolicæ cuſtodiri mandantur, ut ſi quis in illa commiſerit, noverit ſibi veniam negari. Ait enim capitulo quinto ſuorum Decretalium: Ne quid vero ſit, quod prætermiſ-

Decreta. epiſt. æque omnes ſuſcipiendæ.

ſum

PAGIUS „ nerabiliter ſuſcipiendas mandaverat olim Gelaſius Papa I. eas ſcilicet intelligens, quas duntaxat & antiquitus Sancta Romana Eccleſia conſervans (uti loquitur Nicolaus I. in Epiſtola XLVII. ad Galliæ Epiſcopos) nobis quoque cuſtodiendas mandavit, & penes ſe in ſuis archivis & vetuſtis rite monumentis reconditas veneratur. Tales haud dubie erant quas Dionyſius Exiguus collegit, a literis Siricii Papæ incipiens. Sed plus videtur voluiſſe Nicolaus, & veris illis indubitatiſque Decretalibus etiam accenſuiſſe omnes illas anteriorum Pontificum, quas veluti Romæ deperditas, & in Hiſpania repertas, Iſidoriana Collectio inſuper habet, ſæculo VIII. exeunte, vel ingrediente IX. primum nominari & legi cœptas: ſic enim pergit. Abſit, ut ſcripta eorum quoquo modo parvi pendenda ducamus, quorum videmus Deo auctore, Sanctam Eccleſiam aut roſeo cruore floridam, aut rorifluis ſudoribus & ſalutaribus eloquiis adornatam. Nam quos alios habuit Romana Eccleſia Pontifices Martyres, niſi eos ſub quorum nominibus tunc circumferebantur, & paſſim ab omnibus ſuſcipiebantur ut veræ, Decretales Epiſtolæ, nunc autem convictæ tenentur ſuppoſitionis certiſſimæ? quis interim hoc ſciens dicere audeat, Decretales illas indifferenter omnes habendas pro canonizatis, quia omnes indifferenter laudavit Nicolaus; & quia eaſ-

„ dem



ſum a nobis forte credatur: omnia decretalia conſtituta, tam beatæ recordationis Innocentii, quam omnium deceſſorum noſtrorum, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus & Canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita veſtræ dilectioni cuſtodiri mandamus, ut ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps noverit denegari. Dicendo vero omnia decretalia conſtituta, nullum de decretalibus conſtitutis prætermiſit, quod non mandaverit eſſe cuſtodiendum. Et rurſus aſſerendo omnium deceſſorum noſtrorum, nullum Pontificum Romanorum, qui ante ſe fuerit excepit, cujus ita non præceperit decretalia conſtituta ab omnibus cuſtodiri, ut ſi quis in illa commiſerit veniam ſibi deinceps noverit denegari. Itaque nihil intereſt, utrum ſint omnia decretalia Sedis Apoſtolicæ conſtituta inter Canones Conciliorum immixta, cum omnia, in uno corpore compaginari non poſſint, & illa eis, interſint, quæ firmitatem his, quæ deſunt, & vigorem ſuum aſſignent: præſertim cum ſynodalia geſta, itemque ipſi Canones inſtituti in codice Canonum non habeantur, ſed a nobis omni cultu debito venerantur.

XV. Conſonat autem huic beatiſſimo Papæ Leoni ſanctus & facundiſſimus in Decretis ſuis Papa Gelaſius, ita inquiens: Decretales epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ diverſis temporibus ab Urbe Roma pro diverſorum Patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendas. In quo notandum, quia non dixit: Decretales epiſtolas, quæ inter Canones habentur, nec tantum quas moderni Pontifices ediderunt, ſed quas beatiſſimi Papæ diverſis temporibus ab Urbe Roma dederunt. Dictis autem diverſis temporibus, etiam illa tempora vir ſanctus comprehendit, quæ crebreſcentibus paganorum perſecutionibus ad Sedem Apoſtolicam deferri cauſas Epiſcoporum difficillime permittebant. Ex his vides Lector perſpicue ſatis, Nicolaum de illis loqui epiſtolis Romanorum Pontificum, quas Iſidori Collectio continet, Clementis ſcilicet & aliorum, qui tempore perſecutionis Romanæ Eccleſiæ præfuerunt uſque ad Silveſtrum Papam, quas non ob eam cauſam eſſe reiiciendas optime docet, quod non ſint cum aliis ſcriptæ in corpore Canonum. Cœterum nec illis adeo egere Romanam Eccleſiam oſtenſurus, ex receptis in corpore Canonum epiſtolis Romanorum Pontificum teſtimonium petit ad probandum, quod nititur, nimirum graviores cauſas judicio Apoſtolicæ Sedis definiendas eſſe. Nam audi quæ his ſubiiciat:

XVI. His ita, divina favente gratia prælibatis, oſtendamus nullam differentiam eſſe inter ea Decreta, quæ in codice Canonum habentur Sedis Apoſtolicæ Præſulum, & ea, quæ præ multitudine vix per ſingula voluminum corpora reperiuntur, cum omnia & omnium deceſſorum ſuorum decretalia conſtituta, atque decretales epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ diverſis temporibus ab Urbe Roma dederunt, venerabiliter eſſe ſuſcipiendas, & cuſtodiendas, eximios Præſules, Leonem ſimul & Gelaſium mandaſſe probavimus. Quamvis & hoc, quod ſæpe commemoratus beatus Leo Apoſtolicæ Sedis Antiſtes ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Archiepiſcopum ſcribit, quorumdam veſtrorum præſumptionem potentiſſime * feriam, & quod talia negotia nobis inconſultis definire minime debeatis, manifeſte denuntiat, ait enim: Nam cum majora negotia, & difficiliores cauſarum exitus liberum tibi eſſet, ſub noſtræ ſententiæ expectatione ſuſpendere, nec ratio tibi, nec neceſſitas fuit in id, quod menſuram tuam excederet ............................. Præſertim (inquit) cum etiam ſi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerit, quid ad tua * concilia reſcriberetur. Et paulo poſt: Sed etiam ſi quid grave intolerandumque committeret, noſtra erat expectanda cenſura, ut nihil ipſe prius decerneres, quam quid placeret, agnoſceres. Quod nos quoque de Rothaldo vobis non irrationabilius dicere poſſumus, quia dum octo

* al. feria

* al. conſulta

Cauſæ Epiſcoporum quales.

fere

PAGIUS „ dem poſtea in Decretum Gratiani receptas, paſſim laudarunt, allegaruntque non ſolum Canonici juris Magiſtri in Scholis, ſed etiam Pontifices Romani in ſuis reſcriptis & definitionibus; nihil quidem approbantes a fide aut moribus Eccleſiæ abhorrens, in eo tamen quod facti erat & Hiſtoriæ omnino errantes; ſed citra culpam. Quis enim a Romanis Pontificibus in quanticumque momenti negotio majora exigat diſtinctioremque rerum præteritarum ſcientiam, quam ſua cujuſque ferebant tempora; aut cur debuerunt illi dubitare de factis, de quibus tunc nemo dubitabat?

VII. „ Talia vero erant Baptiſmus Conſtantini a Silveſtro ſuſceptus, thurificatio Marcellini Papæ cum reſponſo Concilii Sinneſſani, ac denique abſolutio Polychronii Hieroſolymitani Epiſcopi, de quibus alibi egimus, quæque ſimiliter a Nicolao allegantur, contra Photium abdicationemque Ignatii, & pro aſſerenda ſuprema Romanæ Eccleſiæ auctoritate, fidelibus Orthodoxis aliunde certiſſima. Quare non magnopere peccaverit, quiſquis alteri cuicumque Pontifici ſimile quid accidiſſe dixerit, non dijudicando factum decretumve Pontificis, ſed examinando veritatem exempli, quo factum ſtatutumque aliquid aſſeritur. Profecto ſi Sardicenſe Concilium ipſis etiam Græcis irrefragabile, & Sanctorum Pontificum Cæleſtini, Leonis ſeu Gelaſii inſtituta in S. R. E. archivis indubitanter re-

Sed eis temporis longinquitas non favet.

„ con-

*ſere annos ventilaveritis, nec ratio vobis, nec neceſſitas fuit, id, quod menſuram veſtram excederet, judicandi. Sed etiam ſi quid grave, intolerandumque committeret, noſtra erat expectanda cenſura, ut nihil prius decerneretis quam quod nobis placeret, agnoſceretis.*

XVII. Cauſæ Epiſcoporum quales.

*Sed dicitis: Judicia Epiſcoporum non eſſe majora negotia, nec difficiliores cauſarum exitus judicamus. Qui quanto gradus ſunt præcipui, & in Eccleſia Chriſti ſublimiores, tanto cum de horum ſtatu, vel caſu agitur, majora negotia, & difficiliores cauſarum exitus agitari, vel haberi creduntur. Ipſi quippe primi in Eccleſia, ipſi arundinem tenentes metantur ſanctam Hieruſalem; ipſi fabricæ Dei præſunt; ipſi ſpeculatores civitatis Dei ſunt, ipſi arietes; ipſi paſtores gregis Dominici; ipſi columnæ domus ſummi Regis exiſtunt. An majora negotia cauſas inferiorum clericorum eſſe conicitis, ut horum cauſas nobis, & Epiſcoporum vobis negotia tribuatis? Quamvis & inferioris gradus clericorum cauſas apud nos, cum tempus vel res exegerit, eſſe finiendas, * & diverſa proculdubio colligamus: ſicut beatus Papa dicit Innocentius: Si quæ autem cauſæ, vel contentiones inter clericos tam ſuperioris ordinis, quam inferioris etiam fuerint exortæ, ut ſecundum Synodum Nicænam, congregatis ejuſdem provinciæ Epiſcopis, jurgium terminetur, nec alicui liceat (ſine præjudicio tamen Romanæ Eccleſiæ) relictis his ſacerdotibus, qui in eadem provincia Dei Eccleſiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias.*

* f. ex diverſis

XVIII. *An majora negotia Metropolitanorum tantum eſſe fatemini? Sed audite rurſus, quod de Epiſcopis ſanctus aſſeveret Leo: Quibus, inquiens, etſi dignitas communis eſt, ordo tamen generalis eſt: & revera unus de ſeptem Eccleſiæ gradibus eſt, Metropolitanorum ſcilicet, & reliquorum Epiſcoporum ordo: Et quod dicit (a) Apoſtolus: Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, non video minus Metropolitanis, quam cæteris Epiſcopis convenire, niſi forte Epiſcopatu ſe privet quiſquis Metropolitanorum, ad ſe hoc Apoſtoli dictum non æſtimet pertinere. Unde nos non minoris numeri, nec alterius famæ accuſatores teſtes, vel judices quærimus in negotiis Epiſcoporum, quam exigimus in cauſis Metropolitanorum: unde tam illorum, quam iſtorum negotiorum nobis exitus reſervari merito volumus, & jure decrevimus.*

(a) 1. Tim. 3.

XIX. *Totius enim Eccleſiæ, Deo auctore, generaliter ſolicitudinem gerimus, & omnium utique qui Eccleſiam faciunt, curæ conſtringimur, atque omnium, quorum nos maxima cura expectat, noſtrum præcipue debent promereri judicium, ſicut Innocentius ad maximum ſcribens Antiochenum, non ſcilicet ſolum Metropolitanorum, ſed & omnium omnino ſacerdotum, quinimo univerſorum, qui ſe de ovibus principaliter divinitus Petro commendatis eſſe non neſciunt: ideſt non ſolum cunctorum, qui de illorum numero ſunt, de quibus Dominus Principi Apoſtolorum dixit (b): Tu aliquando converſus confirma fratres tuos: ſed etiam, qui de his piſcibus ſunt, qui intra rete, quod ab ipſo ad litus trahi ſpecialiter, eſſe ſe recognoſcunt.*

(b) Luc. 22.

XX. *Adhuc tamen perturbari propter contentioſos libet. Quænam judicia, vel quorum eſſe majora negotia prædicatis ſi Epiſcoporum cauſas non inter præcipua computatis negotia? An laicorum, & vulgarium populorum judicia inter majora negotia ponitis, quos pene quotidie cum veſtris, & ſine veſtris epiſtolis diſcutiendos, & judicandos ſuſcepimus, & diſcuſſos, vel abſolutos dimittimus? Denique aut ſæcularium judicia inter majora, & Epiſcoporum inter minora negotia collocabitis: & vobis Epiſcoporum, & nobis laicorum judicia reſervabitis. Aut certe ſi Epiſcoporum judicia ſunt majora negotia, juxta Leonem, licitum vobis eſſe debuit, hæc ſub noſtræ ſententiæ expectatione ſuſpendere. Aut ſi perſona judicanda tale aliquid mereretur, expectandum vobis fuerat, quid ad veſtra conſulta reſcriberem. Abſurdum eſt enim ut laicos quoſque & minimos, qui ſunt in*

PAGIUS
,, condita, adverſus ordinationem Photii non
,, allegaſſet Nicolaus, ſed eorum loco uſus ſo-
,, lum eſſet auctoritatibus Sanctorum Martyrum
,, aut Pontificum *Evariſti*, *Alexandri*, atque *Xy-*
,, *ſti*, quatenus eorum *Decretalia ſcripta* vere
,, haberi tunc credebantur, nihil egiſſe nunc
,, cenſeretur, gratiſque Photio ac partiariis
,, intonuiſſet hæc verba: *Si decreta Romanorum Pontificum non habetis, de neglectu atque incuria eſtis arguendi; ſi vero habetis & non obſervatis, de temeritate eſtis corripiendi & arguendi.* Ita accurate Papebrocius.

VIII. Reverſus *Rothadus* in Galliam, Eccleſiæ ſuæ per *Arſenium* Legatum Apoſtolicum redditus eſt, quam ſumma pace ad obitum uſque rexit. Annaliſta Bertinianus, qui in Ditionibus Caroli Calvi Rothado parum æqui vixit, hoc anno ſcribit: *Nicolaus Papa Arſenium Ortenſem Epiſcopum & Conſiliarium ſuum cum Epiſtolis ad Ludovicum & Carolum fratres, ſed & ad Epiſcopos & Primores regnorum eorum, ea quæ Lotharius per fratrem petierat, continentes, non cum Apoſtolica manſuetudine & ſolita honorabilitate, ſicut Epiſcopi Romani Reges conſueverant in ſuis Epiſtolis honorare, ſed cum malitioſa interminatione tranſmittit.* Verum hæc calumnia refellitur, non tantum ex Epiſtola Nicolai Papæ ad Carolum Calvum data, ordine XL. ſed etiam ex Annaliſta Fuldenſi, qui *Arſenium* Nicolai I. Legatum a Ludovico & Carolo Regibus

*Nicolaus PP. de reſtitutione Rothadi temere culpatus.*



*in Eccleſiis, veſtris noſtro judicio mittatis judicandos, & addatis quotidiano labori, & Epiſcopos earum, qui præcipua Eccleſiæ membra ſunt, veſtræ ſubdatis deliberationis judicio.*

XXI. *His vero tandem omiſſis, Deo duce ſcitote nos quod temeritate magiſtra, perperam a vobis commiſſum eſt; & quod inconſultis nobis in Rothaldo fratre & Coepiſcopo noſtro præſumptuoſe perpetraſtis, etiam ſi numquam Sedem Apoſtolicam appellaſſet, contra Dei auctoritatem & beatiſſimorum Petri & Pauli principum Apoſtolorum ſeu omnium deceſſorum meorum, necnon & ſanctorum trecentorum decem octo Patrum, qui apud Nicæam ſub Conſtantino pio principe convenerunt, penitus evacuantes & in irritum ducentes, præfatum Rhotaldum priſtino gradui, priſtinæ dignitati, priſtino reddidiſſe prorſus honori; ita ut divina myſteria conficiendi priorem facultatem adeptus, omnique ſacerdotali reſtitutus officio, ſine cujuſlibet contradictione propriæ receptæ proſit Eccleſiæ, a qua, inconſultis nobis, expulſus eſt.*

XXII. *Denique cum ante biennium ſcriptis, & verbis inſtanter egiſſemus, ut idem Rothaldus aut propriæ redderetur Eccleſiæ, aut certe Romam cum Vicariis veſtris & ipſius accuſatoribus eum ad examinandum, & judicandum nobis deſtinaretis, & nihil apud vos impetrare potuiſſemus, dummodo hoc modo illud ad excuſandas excuſationes in peccatis obiiceretis: tamdem aliquando, Deo inſpirante, & Nicænæ nobis Synodi decreto ſuffragante, quo inter cætera præcipitur, ut ſua privilegia ſerventur Eccleſiis: ratum duximus jam fatum Rothaldum, memores ſcilicet privilegiorum Apoſtolicæ Sedis, vinculis, quibus illum ne uteretur officio, nec ſuæ præceſſet Eccleſiæ colligaſtis, quia nos non cenſuimus, abſolvendum. Neque enim tam ſtolidus, tamve poterit traditionis terminatæ devius inveniri, qui cæteris Eccleſiis privilegia ſervari, & ſolæ Romanæ Eccleſiæ adimi debere perhibeat, quæ omnium Eccleſiarum magiſtra mater, & caput eſt.*

XXIII. Convelli non poſſunt privilegia Rom. Eccleſ.

*Si quis autem tacita ſorte, non audet aperta aſſertione fateri Romanæ hujuſcemodi Eccleſia privilegia non fuiſſe, quibus Sedes Apoſtolica aliorum ligatorum præſulum nexus facultatem habuerit diſſolvendi; præter quod priſca rerum probatione, & nonnullarum recitatione ſcripturarum convincitur: teſtis eſt beatus Gelaſius, quem idcirco ad teſtimonium ſuper his perhibendum produximus, quia hunc non ſolum vita, & doctrina plurimum commendat, verum etiam rem, de qua agitur, in paucis aſtruit, & oſtendit, nobis videlicet brevi ſermone propinans, quod de multorum voluminum fontibus hauſit. Scribens enim Epiſcopis per Dardaniam conſtitutis inter cætera: Nec plane (ait) tacemus, quod cuncta per mundum novit Eccleſia, quam quorumlibet ſententiis ligatorum Pontificum Sedes Petri Apoſtoli jus habet reſolvendi, utpote quæ de omni Eccleſia, fas habeat judicandi. Item idem ad Epiſcopos Orientales: Poſt quingentos (inquit) annos conſtituta Chriſti eos vel ſubvertere, cum triginta annorum lex hominum non poſſit abrumpi, quis ferat? Sanctum Athanaſium ideo non damnatum a Synodo Orientis, quia Sedes iſta non conſenſerit, vel S. Joannem Conſtantinopolitanum, S. Flavianum. Si ergo hac non conſentiente ſola, ii damnati a Synodo Orientis, non potuerunt eſſe damnati, conſequens eſt etiam, quod qui eadem ſola damnante, ſine Synodo damnatus fuerit, damnatus ſit. In quo inter cætera notandum eſt, quia ſi hos, qui poſt quingentos annos ſtatuta Chriſti tentabant ſubvertere, tanta vir ſanctus increpatione redarguit, cum triginta annorum lex homi-*

PAGIUS bus honorifice ſuſceptum, & muneribus magnificis honeſtatum teſtatur: quod argumento eſt, Nicolai I. Legationem & literas ad utrumque Regem inurbanas non fuiſſe. Pergit idem Annaliſta Bertinianus: *Arſenius Rothadum canonice a quinque provinciarum Epiſcopis dejectum, & a Nicolao Papa, non regulariter, ſed potentialiter reſtitutum ſecum reducens, Carolo præſentavit.* At, inquit Natalis Alexander citatus, nonne canonice reſtitutus eſt, quem Summus Chriſtianorum omnium, & ipſorum etiam Epiſcoporum Judex appellantem, cauſa cognita, citatis adverſariis, nullo quicquam criminis ipſi obiiciente, imo ſcribentibus æmulis nulla ipſum accuſatione ſe impetere velle, ipſumque ad reddendam rationem ſemper paratiſſimum reſtituit? Sane prudentiſſimo & ſanctiſſimo Pontifici *Nicolao* major fides debetur, quam Annalium Bertinianorum Auctori, cujus animum præjudiciis occupatum adverſus *Rothadum*, & *Hincmaro* penitus devotum æque produnt quæ de eodem *Rothado* anno DCCCLXII. in literas miſit.

IX.
,, Baronius num. XXXI. ait, Gallicanos E-
,, piſcopos, qui *Rothadum* inique depoſuerant,
,, veniam pro delicto exoraſſe a *Nicolao* Papa,
,, inter quos *Franco* Epiſcopus magni nominis
,, ejus temporis Vir, unus ex his, qui inter-
,, fuerant Concilio Silvanectenſi, reatum ſuum
,, per litteras confeſſus, quod non contradixit
,, Epiſcopis injuſte cauſam *Rothadi* judicanti-
,, bus: ad quem extat reddita Epiſtola Nico-
,, lai, qua ſe ei confitenti remittere peccatum
,, ſignificat. Sed memoria labitur Annaliſta doctiſſimus; Franco enim Tungrenſis Epiſcopus, ad quem extat Epiſtola Nicolai I. ordine XLV. veniam ab eodem Pontifice non poſtulavit, quod depoſitioni *Rothadi* in Concilio Sueſſionenſi, (non vero in Silvanectenſi, ut illud perperam Baronius appellat), aſſenſum præbuiſſet, ſed quod Synodi Metenſis in cauſa repudii *Theutbergæ* Reginæ particeps fuiſſet: quæ Synodus *Lotharii* Regis divortium, & connubium cum *VValdrada*, rejecta *Teutberga*, prævaricantibus Sedis Apoſtolicæ Legatis, approbaverat, ideoque a Nicolao I. fuerat reprobata.

*Franco Epiſc. Tungrenſis ob Lotharii Divortium culpatus.*

minum non poſſit abrumpi; quanto magis exprobrandi ſunt, qui ea etiam poſt octingentos, & eo amplius annos nituntur evellere?

XXIV. A Chriſto data privilegia Roman. Eccl. Quæ vero ſtatuta Chriſti dixerit, inferius declaravit, cum ſola Sede Apoſtolica non conſentiente, neminem poſſe damnari, & ea ſola conſentiente, qui damnatus fuerit, damnatum haberi, expoſuit. Statuta itaque Chriſti dixit, poſt quingentos annos ſubvertere, quia jam quinquies centum circiter anni præterierant, quando venerabilis Papa dicit, Sedem Apoſtolicam hæc ſtatuta Chriſti promeruiſſe. Privilegia enim ſua a Chriſto Eccleſia Romana per Petrum conſecuta eſt: & ipſa ſtatuta Chriſti, quæ quidem tunc poſt quingentos, nunc poſt octingentos annos exinanire conantur. Eccleſiæ inquam Romanæ adeo ſunt antiqua, & vetera privilegia, ut Nicæna Synodus (ſicut Bonifacius Præſul Apoſtolicus Epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens, ait) non aliquid ſuper eam auſus eſt conſtituere, cum videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri: omnia denique huic noverat Domini ſermone conceſſa: ſi omnia, ergo & Epiſcoporum judicia. Perhibente autem beato Bonifacio, quod Nicæna Synodus ſuper eam (haud dubium quin Romanam Eccleſiam,) non auſa ſit aliqua conſtituere, cum videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri: omnia denique huic noverat Domini ſermone conceſſa: Et objurgante S. Gelaſio eos, qui conſtituta Chriſti valebant ſubvertere, cum privilegia Romanæ Sedis moliebantur infringere: manifeſte datur intelligi, eadem eſſe conſtituta Chriſti, quæ ſunt omnia illa, quæ huic Eccleſiæ Synodus Nicæna noverat Domini ſermone conceſſa. A tempore quippe, quo Synodus Nicæna fuerat conſummata, nondum quingenti uſque ad Gelaſium anni tranſierant, ut de Nicænæ Synodi ſtatutis tantus vir dixiſſe videatur, eos poſt quingentos annos ſtatuta Chriſti velle ſubvertere. Reſtat ergo ut illius temporis mentionem fecerit, a quo quingentorum circiter annorum curricula uſque ad ſe devoluta poterant comprehendi. Chriſtus enim privilegia conſtituta in Petro diſpoſita, vel firmata Romanæ contulit Eccleſiæ, ſuper quam nihil Synodus quælibet auſa eſt merito conſtituere, cum ſciat illi Domini ſermone conceſſa. Diſpenſationem quippe Redemptionis humani generis ante tempora ſæcularia Dominus omnipotens penes ſe ordinatam cuſtodiens tempore carnis oſtendens, aſcenſurus ad cælos in Apoſtoli Petri, per quem & Apoſtolatus, & Epiſcopatus ſumpſit exordium, confeſſione, curaque præcipua collocavit, qui tunc per ſe, & deinceps per ſuæ ſolicitudinis hæredes circa humanum genus, quæ ſibi Dominus commendavit, non deſtitit exhibere. Hæc enim ille, & ſucceſſores ejus ex tunc agere non omittunt, modo verbis, modo decretorum ſuorum epiſtolis ab Urbe Roma diverſis temporibus datis, commiſſarum ſibi ovium providentiam principaliter exercentes.

XXV. Itaque Rothaldum Epiſcopum, de quo hactenus noſtris contempſiſtis obedire mandatis, tamdem a nobis, immo a Deo pristino gradui reſtitutum benigne ſuſcipite; quia ille Evangelicus filius rediens non ſolum ſuſcipi meruit, ſed & dignus paternis complexibus invenitur, & annulum fidei recepit, ſed & ſtola circumdatur: per quam quid aliud, quam ſacerdotii declarantur inſignia? Nec probabilis extitit apud patrem ſenior filius, quod inviderit recepto, nec tantum meriti habuit apud patrem perſeverando, quantum noxæ contraxit, non recipiendo germanum. Ergo ſuſcipite illum ut fratrem, ſuſcipite inquam illum ut mea viſcera. Solicitos autem vos pro ſalute libenter audio. Contra caput etiam ſi faciendum eſt, non libenter admitto. Cui manus porrigenda eſt, vobiſcum porrigo. Cui porrigo, mecum porrigite. Si cui autem aliquid donaſtis, & ego. Nam & ego ſi quid donavi propter vos in (a) perſona Chriſti, ut non poſſideamur a ſatana; non enim ignoramus verſutias ejus, qui ſuper diſceſſione lætatur. Apoſtoli vero declaratæ benignitatis verba ſunt. Sic & ea viri beatiſſimi, Sedis Apoſtolicæ Præſules Innocentius, & Bonifacius ſapientiſſime replicarunt.

(a) 2. Cor. 2.

XXVI. Porro quiſquis contra hoc noſtri Apoſtolatus decretum poſt notitiam ejus ſe offerens, ſæpefato Rhothaldo Epiſcopo ad recipiendam, & regendam Sueſſionicæ urbis Eccleſiam aliquod palam, vel occulte præparaverit offendiculum, vel ſi perſonæ ipſius quoquo modo inſidiatus extiterit; quinimmo ſi quis veſtrum ad Eccleſiam recipiendam illi tamquam frater fratri adjutorium non præſtiterit, utpote qui videt fratrem ſuum neceſſitatem habere, & claudit viſcera ſua ab eo, & velut is in quo charitas Dei non manet: ab ipſa charitate, quæ Deus eſt, & a corpore & ſanguine Chriſti, & a nobis, qui membra illius ſumus, habeatur omnimodis alienus. Porro ne juſtitiam tegere noſtræ tantum videamur voluntatis arbitrio ac per hoc æſtimemur canonicis legibus contraire: ſancimus atque decernimus, quatenus ſæpedictus Rothaldus venerabilis Epiſcopus paratus ſit omnia regulariter poſcenti de ſe (quia Deo propitio nulli parti favere volumus citra juſtitiam) coram Sedis Apoſtolicæ Præſule reddere rationem ita dumtaxat, ut ſecundum majorum definitiones, ante omnia,

quæ



quæ prius poſſederat, integro jure recipiat, adeo ut talis ſit in omnibus, qualis ante ſententiam contra ſe prolatam fuiſſe dignoſcitur. Sicque demum Eccleſia recepta, & Epiſcopatu libera ſecuritate poſſeſſo, proximis, & amiſſis rebus, & ipſis reſumptis viribus, veſtitus quoque & ſpiritalibus armis tectus accuſatoribus reſpondeat ſuis. Et unde impetitur, pleniſſima ſtudeat hos qui foris, atque qui intus ſunt, ſatisfactione certificare. Hactenus decretalis Nicolai Epiſtola (a) ad Galliarum Epiſcopos pro reſtitutione Rothaldi, quem recedentem ab Urbe pluribus aliis voluit, Apoſtolicis litteris abire munitum, in primiſque ad Regem Carolum ſcripſit epiſtolam, qua ubi maxime eſt deteſtatus Hincmari perſecutoris contumaciam atque ſuperbiam, de legitime facta Rothaldi reſtitutione eum reddidit certiorem, atque demum ut faveat ipſi ad ſuam Eccleſiam revertenti primum rogat, monet, ac niſi faciat, excommunicationem comminatur; ſicque rem aggreditur, alludens ad veſtem miſſam paulo ante ad Eccleſiam S. Petri gemmis ornata: Si enim, inquit (b) millia gemmarum, & pretioſarum ſpecierum beato Petro daretis; nec illi tam accepta, nec vobis, quam ſi nobis ſuper hoc obediatis profutura exiſterent: nimirum cum illius ſit hominum ſalutem exquirere, non cumulos theſaurorum coacervare. Favete tandem quæſumus nobis pro crebro dicto viro toties adeuntibus, ut Eccleſiam ſibi commiſſam recipiendi per vos non impedimentum, ſed præſidium prorſus inveniat. Ne quæſo dicatur de vobis procedente tempore, quod nunc de Theodorico ſcripto profertur, qui ante patrimonii vel Eccleſiarum, quas amiſerat, receptionem, Papam Symmachum, utpote Arianus, & ſceleratiſſimus Rex cum impugnatoribus ſuis in diſceptationem confligere juſſit: cum poteſtati ejus omnia, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, reddenda ab honorabilium Italorum Epiſcoporum Concilio juſſa fuiſſent, & legaliter prius ſtatui priſtino redditus, tunc veniret ad cauſam; & ſi ita recte videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet. Cujus rei documento, & aliis nonnullis decretis & exemplis imbuti, idipſum de Rothaldo Epiſcopo nos quoque decrevimus.

(a) Nicol. ep. 40.

(b) Nicol. ep. 40. Monet Nic. Papa Regem, & faveat Rothaldo

XXVII. Quapropter obſecramus & obteſtamur, ut piis noſtris monitis, non pravorum hominum ſuaſionibus pareatis. Scientes, quia ſi peſſimo Regi (quod abſit) vos æquiparantes, ſuper hoc nobis negotio concordantes obaudire renuitis: vos proculdubio de charitate, & memoria noſtra deletis. Quoniam ita Dei & Apoſtolorum auctoritate decrevimus & ſtatuimus, ut quicumque ſæpe memorato Rothaldo Epiſcopo ad recipiendam Eccleſiam ſibi commiſſam, vel ad Epiſcopale miniſterium peragendum aliquatenus impedimento fuerit, donec requieſcat, & ad illi reſiſtendum conatus deponat: a ſacroſanctis myſteriis, & ab Eccleſiæ fieret ingreſſu remotus, atque ab omni Fidelium ſequeſtratus communione.

XXVIII. Præterea veſtram noſſe volumus experientiam, noſtris auribus fuiſſe, multis referentibus, intimatum, quod diverſæ res, & nonnulla prædia ſanctæ Sueſſionicæ Eccleſiæ juri competentia ab invaſore ibidem conſecrato extiterint pro libitu diſpoſita, & in beneficium data, vel etiam, eo juſto Dei judicio decedente, ab excellentia veſtra quibuſdam hominibus æque in beneficio collocata. Quamobrem etiam & in hoc dilectionem veſtram hortamur atque precamur, ut eadem prædia, & ipſas res quæcumque & ubicumque ſint, jam fatæ Eccleſiæ reſtitui pia veſtra præcipiat eminentia, & ut cuncta juri ejus reddantur, veſtra ſatagat excellentia: ita ut ſecundum ſacrorum Canonum ſanctiones, in poteſtate Epiſcopi res omnes Eccleſiæ conſiſtant; & ille ſecundum timorem Dei quibus voluerit, & quomodo voluerit diſpenſet: quod tam veſtræ pietatis pro amore Dei & Apoſtolorum Principis ac noſtro fieri ſatagat induſtria. Scientes profecto, quia qui his rebus frui voluerit, & eas præfatæ Eccleſiæ reddere forte diſtulerit; nos hunc ab Eccleſiæ finibus anathematis nexibus reddimus irretitum, & ſacroſanctis myſteriis ſequeſtratum, veluti profanum eliminamus, & quaſi rapacem, & impium a contubernio Fidelium proculdubio abiicimus. Hactenus Nicolaus ad Carolum.

XXIX. Scripſit tunc pariter ad Hincmarum Remenſem Archiepiſcopum epiſtolam acerrimis objurgationibus plenam, quæ incipit: (c) Si coram tuæ prudentiæ oculis ullus eſſet paternorum Canonum, vel Apoſtolicæ Sedis reſpectus, numquam Rhotaldum &c. In qua hanc habet in fine monitionem: Tamdem aliquando unum e duobus, quod vult fraternitas tua, ſibi a nobis optione propoſita eligat, quia utrumque Canonicum eſt, utrumque ad Sedis Apoſtolicæ pertinet privilegium, videlicet, aut quæ de ſæpefato fratre & Coepiſcopo noſtro Rothaldo diſpoſuimus adimplens, in nullo, refragatrix, ſed executrix inveniatur; aut certe Romam coram nobis ſeu ſancta Romana Eccleſia cum ipſo conflictum ſumptura, & pro hoc altercatura properare ſine dilatione maturet. Ita dumtaxat, ut prius ipſe Rothaldus cunctis ablatis, ſicut ſtatuimus, recuperatis honoribus, & vires longo labore feſſas priori valetudine redditas re-

(c) epiſt. 41.

*ſumens diutius poſſideat, & ſuis omnibus perfruatur. Quod ſi neutrum ſine procurata mora fortaſſis agere voluerit, & reſultare his, quæ de illo ſtatuimus, ſolito more ulterius curaverit, ab omni ſis ſacerdotali dignitate, Dei per nos judicio & auctoritate Sedis Apoſtolicæ decreto, ſequeſtratus; ita ut numquam locum ſatisfactionis, aut ordinis reſtitutionem opperiaris.* Hæc ad Hincmarum Nicolaus.

XXX. Tunc ſcripſit idem Pontifex ad ipſam Sueſſionenſem Eccleſiam, ad quam legitimum ſuum reſtituit abſolutum Epiſcopum. Eſt litterarum initium (*a*): *Sicut piorum parentum eſt, &c.* Quibus junxit & ſacrum diploma reſtitutionis ejuſdem Rothaldi ad ipſum tempore abſolutionis datum; nam in fine habet iſta: *Scripta per manum Petri Notarii Regionarii & Scriniarii S. R. E. menſe Januarii, Indictione xiii.*

(*a*) *Nicol. ep. 43.*

Caroli Reg. querela de Rothaldo.

Interea autem alias litteras dedit ad ipſum Nicolaum Pontificem, antequam Rothaldus perveniſſet in Gallias, Rex Carolus, nonnihil de Rothaldo conqueſtus, quod excubiis paſtoralibus prorſus extitiſſet inutilis. Sed ipſum talia jactantem cohibuit Nicolaus, ubi ad eum reſcribens hæc ait (*b*): *Ad extremum quod ſilere non poſſumus, quinimmo ſuper dictis veſtris obſtupeſcimus de Sueſſionica, ſcilicet Eccleſia, de qua fili mi Carole quod loquimini, per os alterius loquimini,* hæc ſcilicet: *Quia etiam per triginta circiter annos ab infructuoſa ficulnea Rothaldo inutiliter occupatur. Miramur cur tantus Rex ſuaſoriis verbis cedit, & non magis nobis qualiter de Rothaldo obediat, procurat. Deſine ergo fili, & deceptoria verba depelle a corde, incipeque noſtris monitis parere, ut excellentiſſima gloria veſtra cum exultatione fructificet, & cum gaudio manipulos colligat. Tamen qualiter de illo ſublimitatem veſtram oporteat facere, aliis literis noſtris liquidius cognoſcere valebitis. Quibus cognitis, credimus, ut quod petimus, obtineamus, & quod decrevimus, ratum coram oculis Dei, & coram nobis eſſe videatur. Apud nos namque idem Rothaldus fructuoſa ficulnea manet: tamen poſt renovatum judicium ejus ſi fructuoſa eſt, patenter declarabitur, habitis omnibus ſecundum quod de illo ſtatuimus. Hanc autem epiſtolam igitur more ſolito ſcribi non fecimus, quia Legatus veſter ſuſtinere non poterat; & ob feſta Paſchalia Scriniarios noſtros, eo quod debitis vacabant occupationibus habere, ut debuimus, non valuimus.* Hæc Nicolaus, ſignificans a ſe eſſe ſcriptam epiſtolam datam ad Carolum ipſis Paſchalibus feſtis, cum nondum Rhotaldus cum Arſenio veniſſet in Gallias.

(*b*) *Nic. ep. 27. in fin.*

Carolum redarguit Nicolaus.

XXXI. At poſt hæc nihil amplius ſcriptum eſſe reperitur contra Rhotaldum, quin potius acquieviſſe, veniamque pro delicto Epiſcopos exoraſſe a Nicolao Papa, inter quos Franco Epiſcopus magni nominis ejus temporis vir, unus ex his, qui interfuerant Concilio Silvanectenſi, reatum ſuum per litteras confeſſus, quod non contradixit Epiſcopis, injuſte cauſam Rothaldi judicantibus, ad quem extat reddita epiſtola Nicolai, qua ſe ei confitenti remittere peccatum ſignificat: (*c*) Eadem epiſtola data decimo quinto Kal. Octobris Indictione decimaquarta, hoc anno jam a menſe Septembri inchoata. Acquieviſſe penitus judicio Nicolai Papæ Hincmarum, ipſemet teſtatur in epiſtola ad Hincmarum Juniorem Epiſcopum Laudunenſem, ex qua iſta recitat Frodoardus: (*d*) *Quod dicis te audire obloqui de judicio domini Nicolai Papæ; ſi de me dicis, mendacium dicis: Nam quod ille de Rothaldo ſeu de Vulfado judicavit, non contradixi, ſed ſicut ipſe præcepit, obedire curavi, &c.*

Franco Epiſcopus a Nicolao veniam petit.

(*c*) *Nicol. ep. 45.*

(*d*) *Frod. hiſt. Rhem. l. 3. c. 21.*

XXXII. Sic igitur tamdem, ſero licet, obtinuit, quod conatus fuerat Nicolaus, ſcilicet integram reſtitutionem Rhotaldi: nam per eumdem Arſenium Legatum a latere (ut audiſti) hoc anno miſſum in ſuam Eccleſiam nullo obice fuit pleniſſime reſtitutus, quam & tenuit ſumma pace, jam antea per mortem intruſo e medio ſublato. Hicque finis judicii in cauſa Rotaldi.

At vero ne videamur in tanta controverſia agitata inter tot inſignes perſonas, nempe Archiepiſcopos, Epiſcopos & Regem ipſum cum Romano Pontifice in cauſa Rothaldi, ab altera parte propendere, eidemque magis favere (quod longe longius ab hiſtoricorum munere eſſe debet) tenemur hic ex debito, quæ in ſui excuſationem Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus ad ipſum ſcripſerit, attexere; quo cujuſque partis ob Lectoris oculos poſita jura maneant. In quo quidem non poſſum non mirari ejuſdem Hincmari, ſi quæ obiicit, vera non ſunt, adeo in mentiendo promptam audaciam, vel ſi vera ſunt, ſique tam juſtam, ut ſcriptis præſefert, adverſus Rhotaldum cauſam foveret: cur adeo refugerit judicium Apoſtolicæ Sedis; toties, ut vidiſti, interpellatus litteris ejuſdem Pontificis: cum vel per nuntium ſaltem ea obſignata Epiſcoporum vel aliorum teſtimonio ad judicium tanto tempore Romæ ventilatum mittere, toties requiſitus, impigre debuiſſet. Verum quæ ab ipſo in Rothaldum graviora ſuis ad Nicolaum Papam litteris inſeruntur, eo magis mendacii ſuſpecta redduntur, quod ex iis, quæ dicta ſunt, appareat in dicto ſæpius ſynodali conventu contra eum-

De Hincmari ep. apologetica.

dem



dem Rothaldum, in quo omnia communi conſpiratione judicum, & accuſatorum adverſus eum ſunt actitata, de illis, quæ primo loco ponenda erant, nulla vel levis ſaltem ab accuſatoribus mentio facta eſt, ut inter alia, quæ ipſe in hac ſua habet epiſtola, de ſacris vaſis ſuæ Eccleſiæ per ipſum dolo malo ſublatis, ac diſtractis, de quibus nullam in in tota cauſa a quoquam delatam querelam audivimus. Sed jam præſtat audire ipſam ad Nicolaum epiſtolam Apologeticam, in qua invenies complura obſervatione digniſſima, præcipue vero de cultu exhibendo erga Apoſtolicam Sedem; titulus autem ipſius epiſtolæ ſic ſe habet:

XXXIII. *Domino unice ſingulariterque ſuſpiciendo Patrum Patri, & ſumma veneratione honorando reverendiſſimo Papæ Nicolao Hincmarus, nomine non merito Rhemorum Epiſcopus, ac plebis Dei famulus.* Epiſtola ſic incipit:

*Epiſtola veſtræ ſanctitatis per Odonem Epiſcopum, &c.* Primum enim agit de cauſa Eccleſiæ Cenomanenſis, cur diutius viduata paſtore manſerit; deinde ſubiungit quæ in cauſa Balduini eſſent acta: quorum nomine etiam idem Hincmarus fuerat ab eodem Pontifice redargutus: tandem vero ad cauſam Rothaldi deſcendit. Deſcripſit cuncta hæc Frodoardus erga ſuum Hincmarum propenſior, nunc primum ex authographo Rhemenſi deſcripto codice Latine edita, quæ ſic ſe habent:

XXXIV. *Denique (a) ad epiſtolam veſtræ auctoritatis, ad quam me miſiſtis obedienter audiendam, generaliter omnibus Epiſcopis Regni domini noſtri Caroli Regis glorioſi pro Rothaldi cauſa per Odonem Epiſcopum tranſmiſſam, ſicut litteris exiguitati meæ directis ſanctitas veſtra præcepit, conveni; & ſimul cum eiſdem venerabilibus Epiſcopis, quantum in me fuit, mox antequam Synodus ſolveretur, veſtram juſſionem de eodem Rothado, ne aliqua mora veſtræ præceptionis implendæ, aut de ſuperventione paganorum, aut de alia qualibet cauſa interveniret, adimplere curavi, ſicut & Legati D. Regis, ac noſtri, & litteræ pleniter veſtræ notum facient ſanctitati. Sed quoniam cauſa interveniente, quam vobis ipſi Legati referent, ſtatim ut præcepimus datis litteris, & deſignatis noſtris Vicariis, ad veſtram præſentiam cum eodem Rothado ire non potuerunt, & ob id diutius quam voluiſſemus, immorati fuerunt: interea Leudo Legatus domini noſtri Regis a veſtra rediens ſanctitate pridie Kalend. Decembris, veſtras Apoſtolicas litteras domino Regi noſtro filio veſtro in civitate Antiſiodoro detulit. Et quia filius ejus atque æquivocus Karolus, qui patris animum in quibuſdam offenderat, & ob id ad ejus præſentiam quorumdam ſuggeſtione aliquantulum venire diſtulerat, patrem Legatis ſuis petiit, ut meam parvitatem cum aliis quibuſdam ſuis fidelibus pro eo ad ipſius veſtigia deducendo tranſmitteret, quatenus noſtro interventu patrem placabiliorem invenire valeret, exiguitatem humilitatis meæ dominus Rex illuc in ſuum venire ſervitium juſſerat. Qui mox ut veni, mihi litteras, veſtras legendas donavit, in quibus licet pro ſua dignatione ſublimitas veſtra humilitatem meam ſine ulla meriti prærogativa benigne tractaverit, & a mea inſipientia ſapientia veſtra ſcripto ſupra id, quod ſcio, atque intelligo, non tamen abſque ſubinducto * taverno laudari dedignata non fuerit: tantum in eis videor mihi videre vobis multiloquium meum increſcere. Unde dignetur ſanctitas veſtra dignanter ſuſcipere, quod beatus Auguſtinus de ſuo multiloquio Domino dominorum audacter non dubitavit dicere, cum ſe inde apud eum voluit excuſabilem reddere inter alia ſcribens: Loqui multum, non eſt nimium, ſi tamen eſt neceſſarium.*

De cauſa Rothaldi Sueſſion. Epiſc.

(*a*) *Frodoard. l. 3. c. 13.*

* al. cauterio

XXXV. *Qua de re, ſanctiſſime, domine, & Pater reverendiſſime, æquanimiter ſuſtinete modicum quid inſipientiæ meæ, ſed & ſupportate me, ſi adhuc quædam de Rothadi cauſa vobis jam ſufficienter notiſſima quaſi repetens ſcribo, cum quo, quia vobis placet, cui cuncta bona placent, mittimus Vicarios noſtros, non ut accuſatores ad confligendum, ſed ut a Rothado, atque a vicinis noſtris, qui cauſam pleniter ac veraciter aut neſciunt, aut ſcire nolunt accuſati, quod nos in contemptum Sedis Apoſtolicæ appellantem Rothadum ſecundum Sardicenſes Canones Sedem Apoſtolicam retinuerimus, ſed eum quia ad electorum judicium de certis capitulis provocavit, juxta Carthaginenſes & Africanenſes Canones, ac decreta beati Gregorii regulariter judicavimus veſtræ ſummæ auctoritati humiliter intimandum. Abſit enim a nobis, ut privilegium primæ & ſummæ Sedis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontificis pro ſic parvo pendamus, ut controverſias & jurgia tam ſuperioris, quam inferioris ordinis, quæ Nicæni, & cæteri ſacrorum Conciliorum Canones, & Innocentii, atque aliorum ſanctæ Romanæ Sedis Pontificum decreta, in Synodis provincialibus ac Metropolitanis præcipiunt terminari, ad veſtram ſummam auctoritatem fatigandam ducamus. At ſi forte de Epiſcopis cauſa nata fuerit, unde certa, & expreſſa in ſacris regulis non habemus judicia, & ob id in provinciali, vel in comprovinciali nequeat examine definiri, ad divinum oraculum, ideſt, ad Apoſtolic. Sedem nobis inde eſt recurrendum. Si etiam de ma-*

majoribus cauſis a provinciali Epiſcopo ad electorum judicium non fuerit provocatum, & in aliqua cauſa idem Epiſcopus fuerit judicatus, ideſt, a gradu ſuo in comprovinciali Synodo dejectus, & puta ſe bonam cauſam habere, & appellaverit qui dejectus eſt, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & voluerit ſe audiri, ſi juſtum putaverit, ut renovetur examen, ſcribendum eſt ab his, qui cauſam examinarant, poſt judicium Epiſcopale eidem ſummo Pontifici, & ad illius diſpoſitionem ſecundum ſeptimum Sardicenſis Concilii Capitulum renovabitur examen. Nam de Metropolitano per ſacras regulas conſtituto, qui ex antiqua conſuetudine ab Apoſtolica Sede pallium accipit, ſicut Leo ad Anaſtaſium, quod & Nicænum Concilium innuit, & cæteri Romanæ Sedis Pontifices in decretis ſuis ex ſacris Canonibus monſtrant, ipſius Pontificis etiam ante judicium eſt ſententia præſtolanda.

XXXVI. Hic enim eſt, qui ſecundum Ezechielem prophetam moratur in (a) Gazophylacio, quod reſpicit viam meridianam, excubans in cuſtodiis templi. Et nos Metropolitani ad comparationem illius ſumus, qui in miniſterio altaris, quod eſt ante faciem templi, in quo carnes incenduntur, ſervimus, & controverſias carnalium in Synodis provincialibus laborantes dirimimus, & de majoribus ac majorum cauſis ad examen ſummæ Sedis Pontificis poſt judicium referre curamus: homines enim ſub poteſtate illius, ſub nobis commilitones habemus, & dicimus huic vade, & vadit, & alii veni & venit. Quoniam ut dicit Leo: Et inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cum omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt, ut cæteris præemineret, de qua forma Epiſcoporum orta eſt diſtinctio, & magna ordinatione proviſum, ne omnes ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingulis provinciis ſinguli, quorum inter fratres prima haberetur ſententia, & per quos ad unam Petri Sedem univerſalis Eccleſiæ cura * conſtrueret, & nihil uſquam a ſuo capite diſſideret. Qui ergo ſcit quibuſdam ſe præpoſitum eſſe, non moleſte ferre debet aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat, quam Rothadus a ſuis exigere magis, quam ſacris regulis ſategit dependere: cum etiam ſancti Angeli in cælo legantur ſuis potioribus obedire, & ideo ad hoc pervenit, ut deiici promeruerit. Quem per plures annos, & beneficiis impenſis, & monitis atque obſecrationibus per me & per Coepiſcopos, ac per quoſcumque familiares potui, ad obediendum ſacris regulis commoneri curavi. Multoties etiam & per litteras Metropolitanas, & ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate minas ei inculcare curavi, & ex electione Catholicorum quam graviter offendebat ei oſtendere ſtudui: ad quæ reſpondebat, quia nihil aliud facere ſciebam, niſi ei meos libellos tota die oſtendere. Unde a multis & a frequentiſſimis redargutus fui, cur incorrigibilem, & miniſterio ſacro inutilem, tam diu ſcienter, contra Dei voluntatem, & ſacram auctoritatem portarem.

(a) Ezech. 40.

Eccleſiaſtica Hierarchia bene diſpoſita.

* al. conflucret

XXXVII. Ego vero quamvis ſæpiſſime & Regem & Coepiſcopos, & vicinos ſuos, & etiam me multo ſæpius quaſi ex ſtudio ad iracundiam vocare ſatageret, licet non poſſet, ſciens periculoſiſſimam eſſe in ſacerdote perturbatam & præcipitem iram, præcipitemque proferre ſententiam, & perſecutionum ſupplere ſævitiam, diſſimilitudines morum, contumacias inobedientium & malignarum tela linguarum, diu illum non ſine timore de periculo animarum ſibi commiſſarum portavi, & cum amplius portare non debui, ad plurimorum Epiſcoporum concilium, ut & eos audiret, deduxi; quorum non audire conſilium, ſed adverſus me poſtulare maluit judicium: & ad ejus petitionem, ut ei ſatisfacerem, & vel ſic erubeſceret, & a cœpta ſe ſtultitia revocaret, judicio me devinxi, velut jam veſtræ ſanctitati plenius aliis litteris intimavi, & replicare me pro veſtræ auctoritatis ſatisfactione cogit neceſſitas, ut cognoſcatis, quoniam nihil in eum egi animo inimico, ſed zelo divino, quantum in conſcientia mea proſpicere valeam. Sed & domino Regi ac Epiſcopis Regni ejus, & quam plurimis tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus viris hæc ſunt nota, quæ dico. Poſt depoſitionem illius obtinui, ut unam Abbatiam valde bonam ei dominus Rex & Epiſcopi conſentirent, & omnes nos illi, ſicut patri de noſtris impendiis ſerviremus, quatenus qui in deliciis vitam ſemper duxerat, non frangeretur, tantum ut ſeditioſus & moleſtus Eccleſiæ, cui præfuerat, eſſe non decertaret. Cui primum quidem acquievit, ſed ut dicunt, qui hoc ſcire ſe teſtantur, quidam Epiſcoporum Regni Lotharii zelo amaro contra nos ducti, quia eorum conſiliis de Vualdrada non acquievimus, & etiam aliqui de Germania, ut quidam dicunt, ad Ludovici ſui Regis ſuaſionem, quoniam cum eo non feci, ſicut Rothaldus, in fratris ſui de Regno expulſione, perſuaſerunt eidem Rothaldo, ut non ſe a ſeditione movenda contineret, & ipſi apud vos obtinerent, ut reſtitueretur. Nunc autem, ſicut juſſiſtis, ad veſtram præſentiam, & diſpoſitionem illum perduci, apud dominum noſtrum Regem filium veſtrum obtinuimus, credentes quia quod Domino inde placabilius erit, cor-



cordi veſtro inſpirare dignabitur.

XXXVIII. De quo quia benigniſſima dignatio veſtra mihi ſervo veſtro per Leudonem dignata eſt ſcribere, ut juncto mihi integro collegio fratrum, ſecundum modum ibidem deſcriptum veſtra Apoſtolica fretus cenſura, ſtuderem illum priſtino redintegrare decenter officio: ſciat reverendiſſima, & amantiſſima colenda dulciſſima paternitas veſtra hæc me agere nequiviſſe pro his, quæ continentur in ſubditis, videlicet, quia cum litteris ad veſtram auctoritatem deferendis idem Rothadus jam commiſſus erat iis, qui ad veſtram præſentiam illum deducerent, & mihi non erat poſſibile integrum fratrum collegium convocare, quoniam, ut ſupra ſcripſi, a diœceſi noſtra longius eram remotus in filii veſtri ſervitio, & quoniam ſine illorum judicio, qui in ejus depoſitione fuerant, & quibus inde ſcripſiſtis, reſtitui regulariter non valebat, & Epiſcopi aliarum provinciarum per meam convocationem in multis occupati congregari non poterant. Sed & Coepiſcopi Rhemorum provinciæ ab ipſa Synodo, in qua epiſtolam ſanctitatis veſtræ audivimus, cauſa reſiſtendi Northmannis ad ſuas ſedes feſtinare maturaverunt. Pauci etiam numero Epiſcopi, qui mecum in filii veſtri Regis noſtri erant obſequio, cum eis benignitatis veſtræ commendationem de Rothado relegi, reſponderunt, non ſe ſcire talem vitam atque intelligentiam, taleque ſtudium ſacri miniſterii in eo fuiſſe, ut in hoc ſe miſcere auderent; præſertim cum is, qui antea aliquam reverentiam de dejectione ſua habebat, & ſemper inobediens & ſacris regulis, & regiæ dignitati, & Metropolitano privilegio fuerat, nunc effrænatus ad multorum malum exemplum, & plurimorum benevolentium ſcandalum deſervire, & negligentius atque pernicioſius vivere, voluntatibus ſuis ſerviens, cum libertate deberet.

XXXIX. De eo autem, quod benignitas animi veſtri penſans, non belluinum, ſed humanum hominis animum, ſcripſit, dicens: Fortaſſe cognoſcet delictum ſuum, & ſua ſponte in judicio, quo judicatus eſt, perſeverare deliget; quod ſi fecerit, apud Regem Carolum, dilectiſſimum videlicet filium veſtrum agendum eſt, ut liberalitate ſua eidem congrua beneficia, quibus ſufficienter cum ſuis ſuſtentari, atque honorifice degere poſſit, benignæ mentis largiatur effectu: ſciat dignatio veſtra non illum eſſe hujuſmodi temperantiæ: nam ab eo, quod cœpit, numquam potuit revocari. Quæ etiam ego famulus veſtræ dominationis meditatus cum corde meo, & conferens cum fideliſſimo filio veſtro domino meo Rege glorioſo in hac cauſa providi, veſtræ ſapientiſſimæ auctoritati ſcribere dignum duxi, quia licet fretus veſtræ auctoritatis litteris per Leudonem meæ exiguitati directis, quarum mentionem feciſtis in epiſtola, quam filio veſtro domino regi noſtro miſiſtis, quaſque illi relegi; apud eum obtinere poſſem, ut miſſis ſuis, qui Rothadum ad veſtram deducendum præſentiam ſuſceperunt, mandaret, quatenus ab arripiendo Romam itinere expectarent, donec opportunum tempus Epiſcopos regionum noſtrarum convocandi adveniret. Quia non erat ratio, ut aliis notificaretur, cur Rothadi tranſmiſſio tardaretur, antequam Epiſcopis veſtræ auctoritatis epiſtola legeretur; poterat fieri, ut qui me divina clementia & ſua benignitate, & amoris devotione, colunt & aliquid æſtimant eſſe, cum nihil ſim, cognoſcentes meo obtentu id accidiſſe, in me ſcandalum paterentur, quaſi contemni aut negligi facerem veſtram commendationem, qui inter conſtitutos a vobis dies in epiſtola per Odonem Epiſcopum miſſa, ad obediendum veſtram accelerare facerem, quantum potui, juſſionem. Et ſi quando in unum convenirent, Epiſcopos, qui ſciunt, & me una cum eis ſcire norunt Rothadi negligentem vitam, & diutinam in ſacro miniſterio inutilitatem, de ejus reſtitutione alloquerer, omnes me exſufflarent, & amentem prædicarent, ſi etiam Rothado, ut ſe concrederet, quod non ſuper ſalutis intuitu faceret, beneficia nos impetraturos promitteremus.

Quoniam omnes pene in iſtis provinciis ſciunt, quia ſecundum Carthaginenſes, & Africanos Canones, & Decreta beati Gregorii, electorum ſe commiſit judicio, & amplius quam quingenti interfuerunt diverſi ordinis viri, videntes quando calix aureus cum gemmis a caupone, & tabernaria per Miſſum Regis de illius pignore ſumptus, ac delatus fuit in Synodum, & ſcientes coronas argenteas a Judæo, cui illas dederat, ſumptas, & facultates Eccleſiaſticas ab eo ſuppreſſas, & latenter commendatas, indeque receptas, & Eccleſiæ redditas, & vaſcula argentea, quæ non pauci ponderis a longo tempore in Eccleſia pependerunt. Sed & alia, quæ ſui deceſſores ac prædeceſſores, cæterique Fideles pro remedio animæ ſuæ eidem Eccleſiæ obtulerunt, ab eo ſine conſenſu Metropolitani ac Coepiſcoporum, ac presbyterorum, ac diaconorum ſuæ Eccleſiæ pro libitu ſuo donata, cum etiam beatus Gregorius multoties in epiſtolis ſuis ex ſacris Canonibus ſcribat: Quæcumque Epiſcopus poſt ordinationem Epiſcopatus acquiſierit, omnia eſſe Eccleſiæ, in qua extiterit ordinatus. Unde conſtat, quia nec ipſe ſine œconomo, & conſcientia clericorum illa debeat diſpenſare. Sed & omnes urbis in- XL.

incolæ ac populi, qui cum Rege ac Epiſcopis ad Synodum convenerunt, & ut revera ad ſpectaculum currentes, eum viderunt uſque ad oſtium Synodi venientem, & inde ut maniaticum redeuntem, quique ſciunt quantam benignitatem Regis & fratrum ſpernens, qualiter de certis capitulis, unde ſacri Canones expreſſa decreverunt judicia judicatus, lacrymantibus Rege & Epiſcopis, durior ſaxo receſſit, putarent nos, qui eum ſecundum ſacros Canones, ſicut eos intelleximus, judicavimus, & poſtea ut ipſi præcipiunt Canones, pro eo Epiſcopum veſtrum, qui ejuſdem judicio interfuit, prius judicium veſtrum de eo referre, & nunc illum ipſum cum litteris noſtris atque Vicariis, ſicut juſſiſtis, ad Apoſtolicam Sedem, quæ paternos Canones ſervandos confirmat, & confirmatos, ac obſervandos ſua obſervatione demonſtrat, dirigere procuravimus, de veſtræ auctoritatis juſtitia, & æquitatis libramine dubitare, & ideo ut ſe concrederet, * jocarium ei promittere, ſicque nos ut inſanos merito denotarent; cum etiam, ſi fieri poſſet, quod ab illa & prima Sede ſancta, ac ſummo Apoſtolatu veſtro fiendum non creditur, ut talis a vobis cognitus, reſtitutus in ordine nominetur, nulla de cætero nobis conſcientia de ſibi a vobis commiſſis animabus eſſet periculum.

XLI. Et cum omnes in iſtis regionibus ſciant, quoniam negligens & contemptor ſacrorum Canonum, & quamdiu, quamque patienter atque benigne fuerit toleratus, & a quam invitis, quia ſe corrigere noluit, ſecundum ſacras regulas, ſicut eas intelleximus, fuerit judicatus, nullam habere poſſemus verecundiam de reſtitutione illius, ſi foret facta a veſtri ſummi Pontificatus poteſtate: quia omnes ſenes cum junioribus ſcimus noſtras Eccleſias ſubditas eſſe Romanæ Eccleſiæ, & nos Epiſcopos in primatu B. Petri ſubiectos eſſe Romano Pontifici, & ob id ſalva Fide, quæ in illa Eccleſia ſemper viguit, & Domino cooperante florebit, nobis eſt veſtræ Apoſtolicæ auctoritati obediendum. Nobis quippe cum aliis quibuſque ſcriptum eſt (a): quia Jeſus erat ſubditus parentibus ſuis: nobiſque item ſcriptum eſt (b): Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, & nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: & (c): Si quis vult contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. Propterea locutus cum fideliſſimo filio veſtro domino meo Rege glorioſo illi replicavi, quod ſæpe inculcavi; quodque libentiſſime accepit, & adimplere cupit; quia ſicut Domini eſt terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & univerſi qui habitant in eo, & ipſius eſt Regnum, & cui voluerit dabit illud: ita ipſe ſuper fundamentum Apoſtolicæ petræ ſuam fundavit Eccleſiam, quam & ante paſſionem, & poſt Reſurrectionem ſuam ſpeciali cura, & ſingulari privilegio beato Petro, & in illo ſuis commiſit Vicariis. Cujus Sedem, ſuæque Sedis Pontificem qui honorat, illum honorat, qui dixit (d): Qui accipit ſi quem miſero, me accipit, & ab ipſo honorabitur, dicente (e): Honorantes me honorificabo, & qui contemnunt me, erunt ignobiles.

(a) Luc. 2.
(b) Hebr. 13.
(c) 1. Cor. 11.
(d) Joan. 13.
(e) 1. Reg. 2.

XLII. Idcirco quia multi ſciunt, qualiter ſe * Rothadi reclamatio habeat, & quidam inde aliter dicunt, & omnes generaliter ſciunt, quoniam veſtra auctoritas illum cum noſtris Vicariis ad ſuum præcepit deſtinari judicium: dignum & juſtum eſt, ut quemcunque Epiſcopum Romanus Pontifex ad ſe Romam venire mandaverit, ſi infirmitas, vel gravior quæcumque neceſſitas, vel impoſſibilitas, ſicut ſacri præfigunt Canones, eum non detinuerit, ad illum venire ſtudeat; multo magis etiam is, quem pro tali querela ad ſe quocumque modo clamantem, præſentiæ ſuæ judicat exhibendum. Et quicumque viderit, vel audierit, quod Rex & Epiſcopi Apoſtolicæ Sedis ſummum Pontificem prompte obaudiunt, & honorant, promptius, & humilius eis ſui ſubjecti obedient. Nam ut beatus Gregorius dicit: Sicut languente capite ſubiecta membra incaſſum vigent, ita gloria, & honore coronato, ideſt, honorificato, ac decorato capite, ſubiecta membra ejus honore atque decore fulgebunt. Et Rothado in nullo melius poterat ſatisfieri, quam ſi ad veſtram præſentiam pergeret, & ei tantum ſubſcriptionibus Epiſcoporum, qui Deo & vobis mentiri nolunt, & allegationibus tot Vicariorum eorumdem Epiſcoporum, fuerit illum bonam cauſam nequaquam habere oſtenſum. Quamobrem ſibi ipſi, & non nobis deputare debebit, quia ſine bona cauſa ſe & multos alios fatigavit. Unde illum veſtra diſcretiſſima pietas, quæ compaſſionem proximo, & * rectitudinem deberi vitiis novit, ſuis Apoſtolicis litteris ſufficienter præmonuit. Quique inter alias ſocordias ejus duritiæ eſſe dignoſcitur, ut cum multoties ſine ullo reſpectu timoris, vel amoris divini, & abſque ulla humana verecundia, per tot annos, & in tantis cauſis toties ſacris Canonibus, & decretis ſanctæ Sedis Romanæ Pontificum, & ſuæ Metropolis privilegio a ſynodalibus judiciis reſultaverit, & per tantos annos, atque a tantis pertoleratus, a ſua ſtultitia ſe revocare contempſerit, a Rege & Epiſcopis multipliciter obſecratus, in hoc adduci non potuit, ut ſacris Canonibus, & decretis ſanctæ Sedis Romanæ Pon-

ti-

* al. Rothaldi
* al. reprehenſionem



tificum, ſecundum ſuæ Metropolis privilegia de cætero ſe obediturum ſubſcriberet, quoniam ſine horum obſervatione nemo noſtrum poteſt eſſe Epiſcopus, & ſic pace fraterna in omnibus frueretur.

XLIII. Poſtea autem ſua ſponte in libello ſuæ profeſſionis, per quem ad lectorum judicium procavit, hæc ſe obſervaſſe impudenter profeſſus, qui ſcientibus cunctis mendaciter Synodo miſit, & ſic ad judicium provocavit, quæ ſe ſervaturum, ne judicaretur, ſubſcribere detrectavit. Quod ideo, ſicut poſtea nobis dixerunt, qui ab ipſo audierunt, ſubſcribere noluit, quod & nos præcepimus, ne vinceretur. Sed ſi in miſericordia Rex, & Epiſcopi permaneremus ſententia, Romam iret, antequam vinceretur. Et quando illuc veniret, his per veſtram juſſionem, cum a vobis foret nobis nolentibus abſolutus, ſubſcriberet; non intelligens, immo intelligere non valens (excæcavit enim eum malitia ſua) veſtram auctoritatem ſapientiſſime intelligere. Quare Dominus de cœlo alloquens Paulum, & dicenti (a) quid me jubes Domine facere? non omnia, quæ agenda illi erant, expoſuit, ſed ad Ananiam, a quo agenda auditurus, & accepturus erat, illum direxit: ſic & (b) Angelus Cornelium, poſtquam illum exauditum eſſe denuntavit, ad Petri doctrinam, atque obedientiam miſit, quem licet ante Baptiſmum, ſancto, ut ita dicamus, baptizatum Spiritu, beatus Petrus illius baptiſmate qui baptizat in Spiritu ſancto, & in quo credentium corda fide purificantur, baptizari præcepit. Unde facta quæſtione contra eum etiam a minoribus ſuis, tamen Fidelibus, cur ad Gentes intraverit: idem Apoſtolorum Princeps ſummorum gratia donorum repletus, & innumerabilium miraculorum poteſtate ſuffultus, querelæ non ex poteſtate, ſed ex ratione reſpondit, cauſamque per ordinem ea manſuetudine expoſuit, qua humilitate prædicto Cornelio ſe adorare volenti dixit: Vide ne feceris, nam & ego ipſe homo ſum ſicut & tu. Si enim in querela Fidelium, ut Gregorius dicit, aliquid de ſua poteſtate diceret, profecto doctor manſuetudinis non fuiſſet. Humili ergo eos ratione placavit, atque in cauſa reprehenſionis ſuæ humiliter rationem reddidit, & jam teſtes adhibuit, dicens: Venerunt autem mecum & ſex fratres iſti. Cujus humilem auctoritatem, & manſuetiſſimam poteſtatem, & rectiſſimam prædicationem dicentis (c), non dominantes in Clero, ſed forma facti gregis; ſequutus beatus Gelaſius in Decretis ſuis ad omnes Epiſcopos de inſtitutis Eccleſiaſticis dicit: Cumque nobis contra ſalutarium reverentiam regularum cupiamus temere nil licere, & cum Sedes Apoſtolica ſuper his omnibus, favente Domino, quæ paternis Canonibus ſunt præfixa, pio devotoque ſtudeat tenere propoſito: ſatis indignum eſt quemquam vel Pontificum vel ordinum ſubſequentium hanc obſervantiam refutare, quam beati Petri Sedem videat, & ſequi & docere. Satiſque conveniens ſit, ut corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſervatione concordet, quam illic vigere conſpiciet, ubi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum.

(a) Act. 5.
(b) Act.
(c) 1. Pet. 5.

XLIV. De Barnaba quoque, & Saulo dicamus (veraciter (d) Paulus Apoſtolus non ab homine, neque per hominem, ſed per JESUM Chriſtum, & Deum Patrem) qui poſtquam diutius fruiti ſunt Apoſtolorum conſortio, non ipſis Apoſtolis, ſed juxta fidem ſacræ hiſtoriæ miniſtrantibus (e) Domino Prophetis & Doctoribus, qui erant Antiochiæ, dixit Spiritus ſanctus: Separate mihi Barnabam, & Saulum in opus miniſterii, ad quod aſſumpſi eos. Tunc jejunantes, & orantes, imponenteſque eis manus dimiſerunt illos. Et ipſi quidem miſſi a Spiritu ſancto abierunt vocati Apoſtoli, & in ſequenti anno, id eſt, decimoquarto, poſt paſſionem Domini (licet qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum Circumciſionis, operatus ſit & Paulo inter Gentes tantum) juxta condictum Jacobi, Cephæ, & Joannis Gentium magiſterium una cum Barnaba Paulus accepit. Idem quoque Paulus apud (f) Corinthios negligentibus rectoribus de inceſtuoſo ſcripſit: Congregatis vobis, & meo ſpiritu cum virtute Domini noſtri JESU Chriſti tradidi hujuſmodi in interitum carnis ſatanæ, ut ſpiritus ejus ſalvus ſit in die Domini: ipſi enim Corinthiorum rectores illum tradiderunt in interitum carnis ſatanæ, & Paulus cognito ejus opere ſua auctoritate cum illis, & completa ejus pœnitentia, ipſi eum reſtituerunt, & Paulus ſua auctoritate cum illis. Cui (g), inquiens, aliquid donaſtis & ego: nam, & ego ſi quid donavi propter vos in perſona Chriſti. Hinc B. Gregorius: A bono, inquit, veſtro non diſſentio, meum ſit quod ipſi feciſtis, cui velut ſi dicere præſumamus, quare ita caute cum diſcipulis te copulas? Quare vel te diſcipulorum, vel illos tuis actionibus tam ſolicita mente confirmas? ut non circumveniamur, inquit, a ſatana. Non enim ignoramus cogitationes ejus: id eſt, ne hoc, quod bene mens incboat, ipſe in malitiæ finem vertat. Et Innocentius: Nec ad Corinthios Apoſtoli eſt declarata benignitas, ut in uno ſpiritu ductam & reductam ſententiam boni ſemper indifferenter ſequantur. Et Leo ex Apoſtolo: Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius, & unuſquiſque proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. Non enim poterit unitatis noſtræ fir-

(d) Gal. 1.
(e) Act. 13.
(f) 2. Cor. 15.
(g) 2. Cor. 2.

*firma eſſe compago, niſi nos ad inſeparabilem ſoliditatem vinculum charitatis aſtrinxerit, quoniam ſicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alterius membra. Connexio totius corporis unam ſanitatem, unam pulchritudinem facit. Et hæc quædam annexio totius corporis unanimitatem requirit, ſed præcipue exigit concordiam ſacerdotum.*

XLV. *Quibus etſi ordo generalis eſt, non tamen communis eſt dignitas omnibus: hæc autem ſervata altiori intelligentia circa ſupradictos ſunt acta, & a prædictis docta, ut cognoſcatur, qualiter juniores potioribus debeant obedire, & potiores minoribus providere, & ordo a Deo diſpoſitus valeat in omnibus, & ab omnibus conſervari. Unde ſummus Eccleſiæ paſtor docet (a): Si quis miniſtrat tamquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus, qui ſervis ſuis commiſit negotia ſua, & unicuique ſecundum propriam virtutem, ſicut & de Spiritu ſancto ſcriptum eſt (b), quod dona dividit ſingulis prout vult. Et hinc juxta Sardicenſe Concilium ſummus primæ & ſanctæ Sedis Romanæ Pontifex pro examinis renovatione ad ſe reclamantis, & confugientis cum ſua clamatione dejecti provincialis Epiſcopi non ſtatim ſingulariter privilegio auctoritatis ſuæ reſtituit, ſed remittere debet eum ad provinciam, ubi cauſa patrata fuerat, & in qua juxta Carthaginenſes Canones, & jura legis Romanæ, cauſa poteſt diligenter inquiri, & quo non ſit difficile teſtes producere, veritas inveniri, aut finitimis Epiſcopis dignetur ſcribere, aut e latere ſuo mittere, qui habentes ejus auctoritatem, præſentes cum Epiſcopis judicent, & diligenter cauſam inquiſitam definiant; aut dignetur credere Epiſcopos ſufficere, ut negotio terminum poſſint imponere. Et Innocentius, ſi quæ cauſæ, vel contentiones inter clericos tam ſuperioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, congregatis ſecundum Synodum Nicænam ejuſdem provinciæ Epiſcopis, jurgium præcepit terminari. Et Bonifacius de Maximo ſcribit, ut ad provinciam venire cogatur, & illic ſe conſtituto præſentare judicio, & quidquid de illo duxerint provinciæ Epiſcopi decernendum, cum ad eum relatum foret, ſcribit: Metropolitani ſui unaquæque provincia in omnibus rebus, ordinationem ſemper expectet, ſicut ſcriptum eſt in Nicæno Concilio, ut ſicut apud Alexandriam, & Urbem Romæ Epiſcopo parilis mos eſt, ſimiliter & apud Antiochiam, cæteraſque provincias ſuis ſerventur privilegia Eccleſiis. Unde bene placuit annis ſingulis per unamquamque provinciam bis in anno Concilia celebrari, ut communiter omnibus ſimul Epiſcopis congregatis, provinciæ diſcutiantur hujuſmodi quæſtiones.*

(a) 1. Petr. 4.

(b) 1. Cor. 12.

XLVI. *Et hoc dico non (quod abſit) præjudicans ſummæ Sedis Apoſtolicæ, & ſancti Apoſtolatus veſtri poteſtatem in aliquo, cui in omnibus ſum, ſicut rectum eſt, obedire paratus, ſed quia ſummæ auctoritati veſtræ obſequium præſtare me puto, cum ea, quæ ſentio, aut ad correctionem, humiliter ſapientiæ magiſterii veſtri pando, & Rothadi mores vobis intimare procuro, ne mea negligentia, qui eos novi, vos lateant, quatenus certius quod vobis placuerit, de illo veſtra auctoritas decernere valeat. Quem ſi nunc in depoſitionem judicum noſtrorum manere decreverit: ſumus certi de benignitate, & modeſtia, ac pietate filii veſtri domini noſtri Regis Caroli, quoniam quidquid de illo prædicto filio veſtro præceperitis, & rationabiliter poterit adimplere, ſine ulla retractatione obediet, ſed & Coepiſcopi noſtri de Eccleſiarum ſuarum ſtipendiis abundantiſſime illi impendent: mea etiam exiguitas, ſicut numquam ad retributionem mali propter contemptus, & contumelias mihi ab illo illatas provenire volui, ita quidquid benignitatis potero, libentiſſime, abundantius etiam quam umquam fecerim, impendere procurabo. Si vero ſine ulla ſatisfactione tam diutini contemptus ſacrorum Canonum, & Sedis Apoſtolicæ decretorum, ac ſuæ Metropolis privilegii, atque ſynodalium judiciorum, quibus nec obedire, nec ſe obediturum de cætero profiteri, vel ſubſcribere voluit, & abſque profeſſione, vel ſubſcriptione ſuæ correctionis, & obedientiæ coram fratribus ſuis, quorum multoties regularia ſpreverat monita, cum inde pluraliter in Leonis & Gregorii epiſtolis legatur: ſi etiam (ut illa prætereamus, quæ ob ſacerdotii verecundiam, & opprobrium ſæcularium ſequentes Africanum Concilium, nec ad nominationem in Synodum perduci permiſimus) parvipenſis, & ſine aliqua correctione dimiſſis eis capitulis, auctoritati veſtræ ſub fidei adſtipulatione directis, pro quibus fuerat judicatus, ab Epiſcopis, ad quorum judicium provocaverat, ſecundum expreſſa ſacrorum Canonum, & Apoſtolicæ Sedis decreta, Cæleſtino dicente: Quæ enim a nobis res digna ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu licentiæ populis præmiſſa frangatur? mox veſtri omnium Eccleſiarum Pontificis cunctorumque Epiſcoporum patris atque magiſtri, regulare judicium ferre convenit: æquo animo feram.*

XLVII. *Credo tamen, diligentiſſimam diſcretionem veſtram noſſe proterviam; contemptum, ac contumaciam ſubiectorum erga prælatos ſuos, & libertatem impune delinquendi contra Canones ſacros, quæ his in noſtris regionibus poterunt, ut quibuſdam videtur, noxias vires accipere; præſertim cum ſapientiſſimæ auctoritati veſtræ conſtet eſſe notiſſimum, demonſtrare Sardicenſe Concilium in ſeptimo ſuo capitulo, qualiter dejecti, & ad ſe clamantis Epiſcopi reſtitutionis, vel in depoſitione permanſionis executio cum indemnitate ſimpliciter judicantium, ab Apoſtolica Sede debeat celebrari. Quod & Innocentius & Bonifacius: verum Leo in Decretis, & Gregorius evidentius in epiſtolis ſuis ea demonſtrant, Carthaginenſis Concilii, immo Apoſtolicæ Sedis, quæ in ſuis eidem præſedit Vicariis decreta ſequentes, videlicet, ut a quibuſcumque judicibus Eccleſiaſticis ad alios judices, ubi eſt major auctoritas, fuerit provocatum, non eis obſit, quorum fuit ſoluta ſententia, ſi convinci non poterunt, vel inimico animo judicaſſe, vel aliqua cupiditate, vel gratia depravati. Unde nobis & conſcientia teſtimonium perhibet, & omnibus, qui interfuerunt, notum factum fuiſſe dignoſcitur, quoniam illum ſervare, quam judicare maluimus, ſi pro ſacrorum Canonum neglectu eorum judicio, per quos Spritu ſancto inſpirante promulgati ſunt, cum eo quod corrigere nequibamus, damnari pariter non timeremus. Et idcirco nullo inimico animo, nulla cupiditate aut gratia depravati, flentes illius incorrigibilem ſocordiam, & irrevocabilem pertinaciam regularia in eum judicia exequuti ſumus, quæ ab eo ſuſpendere diutius non præſumpſimus. Veſtra etiam ſapiens & ſumma auctoritas in decernendo attendet Apoſtolum (a) docentem, quia quorumdam peccata manifeſta ſunt præcedentia ad judicium, quorumdam autem & ſubſequuntur: quæ ſicut exponit B. Ambroſius, ac ſi poſita in bilance in judicio ſunt examinanda, utrum bona opera amplius penſando remuneranda præcedant, & mala facta minima miſericorditer dimittenda demonſtrent; an malefacta amplius penſando præcedant, ut mereantur damnationis judicium, & bona paucula ſuffocent, quia & nos pro modulo noſtro non ſolum in utilitatem, verum & noxitatem in Rothado cum factis ſuis penſavimus, & velut (b) ficulneam infructuoſam terram rationalem inutiliter diutius occupantem, & etiam poſt plura tempora, pluresque admonitiones quaſi cophinas pinguedinis ſibi appoſitos non recipientem, ſed ſterilem permanentem, non ſine dolore cordis ſuccidendam providimus.*

(a) 1. Tim. 5.

(b) Luc. 13.

XLVIII. *Et cum hæc ita ſe habeant, abſque dubitatione confido, quia illud quod in prædicto Concilii Carthaginenſis capitulo ſine ulla interpolatione ſubſequitur, decretum veſtri moderaminis nequaquam præteriet. Sane, inquit, ſi ex conſenſu partium electi fuerint judices etiam a pauciore numero quam conſtitutum eſt, non liceat provocare: qui numerus conſtitutus in duodecimo ſuperiori capitulo demonſtratus, & conſenſu partium expetitus, in dijudicatione Rothadi conſtat fuiſſe completus. Quorum etſi judicium pro quacumque cauſa forte rationabiliore, & adhuc nobis incognita veſtræ ſummæ auctoritati, quam multa nobis occulta non tranſeunt placuerit refragari: quia meum eſt, mea vobis obediendo committere & non judicia veſtra diſcutere, ſuſtinebo, & contra veſtram regularem reſtitutionem, ſi forte in agendo ea viſa fuerit, in qua veſtra diſponet auctoritas, qualiter idem ut ſolet victor, & voti compos, quæ ſunt Epiſcopi, de reliquo faciat, non recalcitrabo: ducens pro magno, ſi a diutinis, & multis moleſtiis, quas ab illo, & pro illo paſſus ſum, jam tamdem aliquando valeam reſpirare, & numquam mihi contingat ulterius contra illius inquietudines inutiliter laborare. Et ex hoc non ſolum ab Eccleſiaſticis perſonis, verum & multo magis etiam a ſæcularibus noſtra judicia contemnuntur, & pro nihilo ducuntur, dicentibus eis, & ad medium devocantibus illa, quæ mihi veſtra auctoritate non ſunt adſcribenda, ut non animum veſtræ dulcedinis in aliquo moveam, quod ſummopere cavere deſidero, ſi qui in provincia veſtra, quorum querela illo reſtituto ad vos valeat pervenire, de majoribus cauſis de cætero quædam commiſerint, ſicut de quibuſdam rebus frequentius quam in iſtis retroactis temporibus committantur? Ne a Domino damner ſilentio, eos commonere ſtudebo, & ſi corrigere ſe voluerint, congaudebo: ſin autem, eos ad veſtrum judicium provocabo: qui ſi ire voluerint veſtra ſancta ſapientia, quid inde melius viderit, decernere procurabit: ſi autem ire noluerint, facient, quod ſibi utile judicaverint, me utinam hinc a divina damnatione ſententia S. Ambroſii liberet, qua dicit: Si inquiens, quis poteſtatem non habet, quem ſcit reum, abiicere, aut probare non valet, immunis eſt; ſicque ut puto, quia in multis occupatus, & itineris longitudine, atque in ſoliditate obſtrictus de omnibus, antequam inſolentium querela ad vos perveniat, ad Apoſtolicam Sedem referre non valeo, infirmitate gravatus, & gratias Deo, termino jam vicinus, potero præcavere, ne a quocumque ſanctitatis veſtræ animus erga me moveatur, ut aliqua mihi excommunicatio intentetur. Et licet noverim juxta (c) Evangelium, & Apoſtolum redditurum Dominum unicuique ſecundum ope-*

(c) Mat. 16. Rom. 2.

*opera ejus, teſtimonium reddente illis conſcientia inter ſe invicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium in die, qua judicabit occulta hominum; & ut Leo dixit: Si quid ſervitutem noſtram videlicet ſacerdotalem, bono ordine & gratulanda impletur affectu, non ambigamus per Spiritum ſanctum nobis fuiſſe donatum, & quod ſecus fuit ratum eſſe non poterit, modis omnibus quantum ipſe donaverit, a quo omne donum eſt perfectum, providere ſtudebo, ne a communione Sedis apoſtolicæ, quod abſit, quolibet modo extorrem me ultimus dies, qui mihi incertus eſt, & ſubito venire poteſt, inveniat. Erit enim quamvis tardius, quam neceſſe ſit, quoniam ego gravis peccator gravi carcere corporis diu incluſus teneor merito in multis afflictus, providentiſſimo Domino providente, & tempus, & perſona in Rhemorum Eccleſia, quando & in qua ab Apoſtolica auctoritate privilegium integratum ſibi ex antiqua conſuetudine collatum, & conſervatum habebitur. Quæ numquam, excepto Romano Pontifice, primatum habuit, niſi quamdiu ejecto ſine ullo crimine ab ea ſuo pontifice Rigoberto, violentia tyranni Milonis tempore Caroli principis paſtore vacans, Bonifacio Apoſtolicæ Sedis Legato aliquamdiu ſicut & Trevirenſis Eccleſia commiſſa fuit, inter quas Rhemenſem ſcilicet, & Trevirenſem Eccleſias (has enim duas tantum provincias Belgica regio habet) hæc ſemper diſtinctio fuit, ſicut in Eccleſiaſticis monimentis invenimus, & vetuſtiſſimam conſuetudinem ſemper obtinuiſſe comperimus, ut ex eiſdem Epiſcopis non loci, ſed dignitate ordinis prior ſecundum ſacras regulas haberetur, qui foret in qualibet iſtarum Eccleſiarum Metropoli antea ordinatus.*

XLIX. *Mihi vero neceſſe erit me taliter agere, ne toties auctoritatis veſtræ epiſtolas excommunicationes intentantes, & objurgationes, quas raro, & magna neceſſitate fiendas in Apoſtolicorum virorum litteris legimus, ferentes de reliquo accipiam, ſicut, iſtis temporibus, peccatis meis merentibus, frequenter accepi. Quod ſi ſanctitati veſtræ placuerit, non vobis opus agere in poſtmodum erit, donec Apoſtolica veſtra juſſio me inobedientem in aliquo contra regulas ſacras per contemptum, quod abſit, invenerit. Qui enim, quare in Evangelio Dominus Centurionis fidem dicentis (a): Dic verbo, & ſanabitur puer meus, intelligit: conſiderat quam operatorium ſit Epiſcopi, immo ſicut in (b) Paulo in ſe loquentis Chriſti, quanto magis Pontificis Apoſtolicæ Sedis, & quam obedienda ſit ipſius præceptio etiam ſine ulla admirationis adjectione cognoſcit, quod & ſcientibus, & neſcientibus intimare, ſapientibus, & inſipientibus debitores, debemus Epiſcopi, quibus, ſi de reliquo verba iniquorum prævaluerunt adverſum nos, ſicut (c) lectitant proferentes, non erit neceſſe de provincialibus Synodis, in quibus hactenus laboravimus, magnopere laborare, quippe quoniam erit & lex & ſpes ſibi quiſque. Quod quidem veſtra humilitati noſtræ ſcripſit ſublimitas, primo vos commotos eſſe ad Rothadi cauſam inquirendam, cura qua pro univerſis fratribus veſtris conſtringimini: cum debita reverentia gratanter accepi, intelligens quia in numero fratrum nos qualeſcumque Metropolitani computari debemus. Ea propter ſic veſtræ diſcretioni providendum eſt, ut Metropolitani a ſubjectis Epiſcopis non irregulariter contemnantur. Deinde (quod perſpectiſſime ſcripſiſtis) ſecundo; quoniam Sedem Apoſtolicam Rothadus noſcitur appellaſſe, & ne videamini Eccleſiæ veſtræ privilegiorum detrimenta diebus veſtris æquanimiter tolerare; & hoc nihilominus a nobis, & ab omnibus eſt rectiſſime ſuſcipiendum, & ſolertiſſime conſervandum. Quod & ego pro modulo meo ſervandum eſſe volui, & volo, & favente Domino, in hac devotione manebo, ſciens privilegium Metropolitanæ Sedis Rhemorum, cui me divina dignatio ſervire diſpoſuit, in ſummo privilegio ſanctæ Sedis Romanæ manere, & privilegium eſſe Sedis Romanæ, ſi ſua auctoritate privilegium ſibi ſubjectæ ſedis fecerit vigere, & ſtuduerit confirmare.*

(a) Matt. 8.

(b) 2. Cor. 13.

(c) Pſalm. 64.

L. *De eo vero quod tertio loco ad medium devocaſtis, ſcribere aliud nihil præſumpſi, niſi quia cauſa Rothadi a cauſis illorum, de quibus ſcripſiſtis, eſt pene in cunctis diſſimilis. De eo quod tamdem Apoſtolica veſtra benignitas indignitati meæ ſcribere eſt dignata, ut hæc vobiſcum cogitem, & quod de Rothado decernitis, approbem, & non ad mei injuriam id vos egiſſe aliquantulum autumem: quantum valeo, totis medullis cordis cum omni ſupplicatione & debita ac ſubmiſſa humilitate immenſas gratiarum actiones ſancto Apoſtolatui veſtro rependo, cum omni ſinceritate animi reſcribens, quia ſicut mihi ſcribere dignati eſtis, ita per omnia credo. Et quia privilegium veſtri ſummi Pontificatus, ut condecet, & omnes deſideramus tam dicatum habemus, quod nemo noſtrorum contradixerat in deductione Rothadi, ſicut præcepiſtis ad veſtram præſentiam, ut prædonare dignati eſtis, videre deſidero, & viſurum me eſſe confido; quia non aliud, niſi ut ſibi monſtravi, quod regulæ ſacræ præcipiunt, & mihi petendum, & vobis concedendum poſtulo, videlicet, ut ſic Rothado ab auctoritate veſtra compaſſio exhibeatur, ut vigor Eccleſiaſticus non diſſolvatur; & ſic vigor Eccleſiaſticus conſervetur, ut debita miſericordia, & neceſſaria ſufficientia ei non denegetur, quatenus nec ipſius exemplo ad excedendum alii provocentur, ne quibus in iſtis regionibus longius ab Apoſtolica Sede remotis cenſuræ Eccleſiaſticæ moderatio eſt commiſſa, hinc, quod abſit, conſpiciant unde aut negligentia, aut diſſolutione tepeſcant, ut terminos, quod ſtatuerunt Patres, tranſgrediendi materiam ſe ſumere poſſe dicant, quod ſicut intelligimus, nos hactenus ſervaſſe putamus. Vos videbitis quid inde facto melius erit, & vobis in judicio veſtro videndum eſt quid Deus velit, quoniam injuſta eſſe non poterunt divina judicia, quæ a ſoliditate confeſſionis Apoſtolicæ petræ, adverſus quam portæ inferi, id eſt, ſuggeſtiones, vel operationes pravæ non prævalebunt, dictante juſtitia proferentur. Epiſtolam, quam mihi auctoritas veſtra cum obteſtatione præcepit Rothado dirigere, dominus noſter Rex filius veſter, mox ut ad eum venit, per Abbatem ſuum Rothado direxit.*



LI. *Rodulphus quoque ejuſdem filii veſtri domini noſtri Regis avunculus, tertio idem nunc elapſi menſis Decembris a Ludovico Germaniæ Rege revertens, cum valde veſperi a Corte Regis noſtri ad manſiones noſtras ſuper fluvium Ligerim ſecus confinium Regni Aquitaniæ feſtinaret, miſit ad me hominem ſuum, nomine Rodulphum, mandans quia præfatus Rex Ludovicus quemdam hominem Rothadi cum epiſtolis veſtræ ſanctitatis manu & fidei ſuæ commiſit, quatenus ita ad præſentiam domini noſtri Regis Caroli cum eiſdem Epiſcopis eum perduceret, ut nullum malum ei inferret, & apud dominum noſtrum Regem idem homo accuſatus, quod fraudatus ſit res, & theſaurum Eccleſiæ, & poſt perjurium inde commiſſum, fuga lapſus ad Ludovicum Regem perrexit. Unde idem Rodulphus petiit, ut ego illum inde apud dominum noſtrum Regem adjuvarem, ut quoniam prædictum hominem in ſuam fidem acceperat, nullum malum haberet. Cui reſpondi, ut teneret ipſum hominem ſecum, ne interim ullum malum pateretur, donec ad Cortem redirem, & quantum poſſem, illum inde adjuvare curarem. Ipſum autem hominem nec tunc, nec poſtea vidi, nec quo abſceſſerit cum epiſtolis audivi: quæ idcirco ſanctitati veſtræ ſcribere ſtudui, ut ſi aliquis malevolorum noſtrorum more ſuo vobis quiddam ſiniſtri ex hoc ſuggerere voluerit, quid inde verum ſit cognoſcatis, & erga me veſtrum animum non moveatis.*

LII. *Rationem denique, quam reddidi coram electis judicibus, de quibus per libellum provocationis fueram a Rothado impetitus, ipſi venerabiles Epiſcopi veſtræ auctoritati tranſmittunt. De geſtis vero a Rothado poſt excommunicationem ſuam in provinciali Synodo compilatis, quæ per vicinos noſtros ad vos in derogatione veſtra audivimus, Epiſcopi Rhemorum provinciæ per communes Legatos noſtros veſtræ ſanctitati, quæ ſciunt, intimare curarunt. Item poſt aliquanta de promotione ipſius domini Hincmari ad Epiſcopatum, quæ jam ſuperius partim prænotata, non curavimus hic iteranda. Denique præfato Ebbone defuncto, Eccleſia, ſed & Parochia noſtra ſecundum conſuetudinem, quam ex antiquo habuit, etiam de his, qui in Epiſcopatu uſque ad obitum in eadem Eccleſia non permanſerunt, ipſius nomen inter ſacroſancta myſteria in Epiſcoporum catalogo recitare pietatis gratia cœpit, & hactenus facit. Quod ego ne ſcandalizarem devotos quaſi invidens ſaluti fraternæ, maxime autem quieſcentis in Domino animæ, qui non pro exorbitatione a Catholicæ Fidei ſanitate anathematizatus, ſed ſua conſcientia ſtimulante primum a ſeipſo, & poſtea a Synodo, ſed & Apoſtolica Sede damnatus extitit, prohibere ſine Apoſtolicæ Sedis auctoritate nequaquam præſumpſi, dicente beato Cæleſtino Papa: quia nefas eſt hæc pati religioſas animas, quarum afflictione, quia membra noſtra ſunt, nos quoque convenit macerari. Nunc autem in epiſtolis ſanctitatis veſtræ, quas Engelvinus diaconus nobis attulit, invenimus, ut Theutgaudum, & Guntharium in catalogo Epiſcoporum non recipiamus, id & Antiochenum Concilium, ut præmiſimus, melius ipſi ſcitis: de eo, qui poſt damnationem juxta præcedentem conſuetudinem Epiſcopale præſumit miniſterium, quod Ebbonem feciſſe non dubium eſt: reſcribere mihi dignetur Apoſtolica auctoritas veſtra, utrum eumdem Ebbonem inter Epiſcopos in ſacris Dyptichis in Eccleſia noſtra nominare permittam, an ne de cætero in Epiſcoporum catalogo nominetur, prohibere debeam, quatenus veſtra auctoritate fultus, quid in noſtra Eccleſia inde ſit obſervandum, ſine ambiguitate, decernentibus vobis demonſtrem.* Hactenus ex Hincmari epiſtola nonnihil ex mendis obſcura Frodoardus. Reliqua autem, quæ ſubiicit, non ſpectant ad cauſam Rothaldi.

LIII. Sed ad legationem Arſenii per Nicolaum Pontificem in Gallias adornatam jam re-



PAGIUS X. A num. LIII. ad LXXI. Annaliſta Fuldenſis quæ hoc anno in cauſa Teutbergæ & Lotharii Regis geſta, & pluribus a Baronio narrata, paucis his verbis exponit: *Arſenius Epiſcopus Nicolai Romani Pontificis Legatus ob pacem & concordiam inter Hludovicum Regem & nepotes ejus Hludovicum videlicet Italiæ Imperatorem, & Hlutarium fratrem ejus, miſſus eſt in Franciam. Lotharius uxorem Teutbergam recipit.*

redeamus. Dedit eidem Legato litteras ad Carolum & Ludovicum Reges, expoſtulans, quod vocatos ad Synodum Epiſcopos continuiſſet. Extant ipſæ Pontificis litteræ (a) cuſæ. (a) Nicol. ep. 27. t. 3. Rom. edit. Inſuper eidem Legato addidit litteras ad Epiſcopos in Regno Caroli conſtitutos redarguens eos nomine negligentiæ, quod ſegnes ſe haberent in commonendo Lothario. Epiſtola ſic ſe habet ex codice Trevirenſi accepta:

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimis & ſanctiſſimis confratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis in Regno Hlotharii Regis Eccleſiam Dei gubernantibus.*

LIV. Nicol. Papæ monitoria ad Epiſcopos. *Sæpe, fratres chariſſimi, Apoſtolatus noſtri pro cauſa, ſi tamen cauſa * dictanda erit, Regis Hlotharii, ſed utinam Regis, ſolicitudinem cognoviſtis. Quippe & frequentia ſuper hoc negotio ſcripta noſtra vidiſtis; & in fautoribus ipſius tantum flagitium nos jam vindicaſſe maniſeſtiſſime noſtis. Sed proh dolor, nobis irremotis laboribus deſudantibus, vos licet ſcripto nobiſcum ſentire tenereque profiteamini, utrum tamen laboretis nec ne jam apud virum fatum, & ſi labor veſter aliquid penes illum proficiat, vel cujus culpa, ſi non proficit, impediatur, nihil nobis omnino ſignificaſtis. Quamobrem datur intelligi hujuſmodi taciturnitate, ideo vos uſos, quoniam quidpiam utilitatis, quod intimare valeatis, penitus non habetis. Quapropter obſecro vos per adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, ante cujus conſpectum, vel pro legitimis certaminibus coronam, vel pro deſidia, quod abſit, pœnam percipietis: ut tandem aliquando recogitetis miniſterium, quod accepiſtis; proiiciatis deſidiam, pellatis a vobis ſervilem amorem, reſumatis Epiſcopalem libertatem, corripiatis ſpeculatorum, & paſtorum officium & precando, obſecrando, ſuadendo, modo caduca hujus mundi proſpera exponendo, modo in æternum manſura gaudia prædicando jam nominatum Regem frequentius adeatis, & tam ex auctoritate Dei, quam etiam, ex noſtri Apoſtolatus injuncta vobis præceptione, quouſque ſi non obedierit, hanc quam nunc habetis, adulteram mulierem proiiciens finitivam permanſoriamque demus ſuper eam ſententiam; & exhortari eum, & admonere, * omni torpore ac metu repulſo curetis, & ſegnitia, vel tædio depoſito, quibus hactenus eratis depreſſi, hunc conſtanter arguere, & decenter corripere ſtudeatis, prænuntiantes pariter, & quæ illi ventura ſunt, immo jam imminent, videlicet, qui poſt noſtrum, ac ſanctæ Eccleſiæ in ipſum prolatam manifeſtam ſententiam nulla cum eo eritis communione potituri. Nam ut e diverſo colligitur, noſtræ communionis cum mœcha ſibi ſociata, & fautoribus ſuis, ipſe jam dudum factus eſt exors, quod in epiſtola, & commonitorio, Rodoaldo tunc Epiſcopo, & Joanni dederamus Epiſcopo legatione fungentibus in eumdem ipſum Hlotharium liquido poterit inveniri. Ergo fratres eſtote ut fortiſſimi milites, ut pervigiles paſtores, & venientem lupum a longe inſpicite, ac perituro imminentem gladium enuntiate. Eruite hunc virum, qui ducitur ad mortem; qui trahitur ad interitum, liberare ne ceſſetis. Clamate quaſi tuba exaltate voces veſtras & annuntiate illi ſcelera ſua, quibus peccat, & peccare facit Iſrael. Quod ſi ille (b) non audierit, ipſe in iniquitate ſua morietur, ſanguis ejus ſuper caput ejus erit, vos autem animas veſtras * liberabitis, tantum ut memores ſemper illius ſententiæ ſitis, quam vobis ex Apoſtolo memoriæ commendandam, nunc Apoſtolatus noſter * diſfloratam annotat. Si quis, inquit (c), non obedierit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, ut non commiſceamini cum eo. Porro hæc, & cætera, quæ huic paginæ inſeruimus, Arſenio ſanctiſſimo Epiſcopo Apocriſario & Miſſo Apoſtolicæ Sedis, Conſiliario noſtro vobiſcum ſecundum voluntatem Dei exequenda commiſimus: cui & benignitatem veſtram monſtrare, & dignam reverentiam pro amore beati Petri Apoſtoli, á cujus Sede profectus eſt, exhibere ſatagite. Optamus fraternitatem, ſeu ſanctitatem veſtram in Chriſto bene valere.* Hactenus Nicolaus.

* dicenda

* omnino

(b) Ezech. 3.

* liberaſtis

* deſloratam

(c) 2. Theſſ. 3.

LV. His, & aliis acceptis Arſenius Legatus a Nicolao Pontifice litteris, eſt profectus in Galliam, ubi humaniſſime, atque honorificentiſſime exceptus eſt ab Epiſcopis Francis in Regno Lotharii conſtitutis, ut apparet ex litteris Adventii Metenſis Epiſcopi ad Nicolaum Papam ſcribentis pro gratiarum actione de venia, quam popoſcerat, impetrata. Extant ipſæ litteræ in ſuperius ſæpe citato

PAGIUS *ciam: qui menſe Junio veniens apud Franconofurt ab Hludouvico Rege honorifice ſuſceptus eſt, a quo abſolutus in Galliam perrexit, & Theuthpergam Reginam a Hluthario dudum dimiſſam, ſicut ei ab Apoſtolico injunctum fuerat, eidem reſtituens, VValdradam concubinam ejus in Italiam duci præcepit, & ut Hluthariux Theuthpergam quemadmodum Rex legitime ſibi conjunctam deinceps tractaret Reginam, duodecim ex Optimatibus ejuſdem Regis juramento firmare coegit. Deinde in regnum Karoli profectus, multiſque ibi quorum gratia illuc venerat, bene diſpoſitis, Romam reverſus eſt.* Quæ ſequuntur verba uſque ad iſta; *Quapropter iſti, accepta a Rege licentia redierunt in ſua*, pertinent ad annum ſequentem. Acta denique anni DCCCLXVII. inci-



to codice Trevirenſi, ex quo, ne pereant, hic eas deſcribendas eſſe putavimus, quæ ſic ſe habent.

Nicolai Pontificis eximium, & veriſſimum Eulogium. *Sanctiſſimo ac perbeatiſſimo atque Angelico domino Nicolao ſummo Pontifici & univerſali Papæ, Adventius humilis Metenſium ſedis Epiſcopus, nunc & in æternum feliciter valere.*

LVI. *Apices ſanctiſſimi Apoſtolatus veſtri noſtræ parvitati nuper directi præclara diſpenſationis Eccleſiaſticæ dogmata affatim propinantes fulgido, ac vivido mentis fœnore, principem paſtorum vos diligere * deducant, & curam paſcendarum ovium ineluctabiliter gerere teſtantur; quippe corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, per illum, & ipſo ſalubriter exornare ſatagitis, qui vobis in Petro loquitur (a): Si diligis me, paſce oves meas. Revera quia erga commiſſum gregem perſpicacibus excubare vigiliis non negligitis, manifeſtum eſt, quod claritas ſuperni luminis pervigilem circumfulget paſtorem: immo æthereo angelicæ viſionis, ut credimus, blandimento ſolatiatur. Quocirca nos cum cœlico agmine gloriam in excelſis Deo canimus, & de veſtra ſancta, piaque ſolicitudine modis omnibus gloriamur. Ex quo enim Redemptor omnium carneo velamine tectus mundo reſplenduit, ſancta Mater Elcleſia probis Doctoribus ſemper indiguit, ſed juxta quod vas electionis evidenter declarat (b): Noviſſimis diebus inſtant tempora periculoſa, quibus veſtri Deo digni Apoſtolatus tuba (c) muros Jericho circumiens elationem mundi, ejuſque caſſanda molimina proſternere non ceſſat. Oportebat itaque veſtri Pontificatus excellentiſſimum apicem benignum piumque, & in omnibus prudentiſſime circumſpectum in Sede beati Petri collocari, ut omnis Chriſtiana plebs, divina clementia procurante, de tanto patrono ineffabiliter congaudeat, & omnium Eccleſiarum Dei ſtatus veſtris ſalubribus conſiliis, & auxiliis fulciatur.*

* declarant

(a) Jo. 21.

(b) 2. Tim. 3.

(c) Joſ. 6.

*Igitur noſtra parvitas, omneſque generaliter nobis ſubiecti in auribus æterni Judicis aſſiduas fundimus preces, ut vobis multiplices in cœlis reddat mercedes, quod non ſolum poſtulanti exceſſuum veniam, & in ipſo margine præſentis vitæ conſtituto, abſolutionis, ac benedictionis optata remedia, ſed etiam pene periclitanti Eccleſiæ noſtræ, tamquam fidiſſimus remex, eminentiſſimi Apoſtolatus veſtri privilegium, perpetuo munimine porrigere decreviſtis. Quid nos parvuli, ſed in Chriſto devoti, ac fideliſſimi obſecutores veſtræ ſanctæ ſolicitudini, retribuere poterimus pro tam immenſis muneribus? Credimus enim, quod in oculis divinæ Majeſtatis ſufficiunt aſſiduæ preces, & vota fidelia: vita vero comite, directi noſtræ parvitatis Legati humilem, & fidelem acceptare poterunt affectionem.*

LVII. *Porro acriter, & multipliciter veſtræ ſanctitatis apices de taciturnitate, & deſidia nos reprehendunt, pro cauſa videlicet Senioris noſtri glorioſi Regis Hlotharii, quod nullatenus ageret veſtra dignatio, ſi geſtæ rei ſeries & ordo, quantum in nobis eſt, luculenta relatione pateret. Reminiſcatur, oro, veſtra clementia, quod apologiarum noſtrarum litteræ, veſtris ſanctiſſimis optatibus perlatæ breviter expoſuere, noſtram parvitatem initio iſtius negotii nullatenus interfuiſſe. Sed hoc idem in excubiis beati Stephani commorantem aure, non oculo percepiſſe, neque ut putatur, poſtquam erroris caligo deterſa eſt, nos aliquando ſiluimus, ſed Evangelica atque Apoſtolica documenta in auribus prædicti Principis fidenter expoſuimus, & juxta vocem Prophetæ ſpeculantis more periculum nuntiavimus, atque animam noſtram liberavimus. Sed omnipotens Deus ſuo occulto judicio veſtræ dignitatis prærogativam ſpeciali, ut ita dicamus, dono inſignivit, ut mortale vulnus, quod pene totum*

PAGIUS cipiunt his verbis; *Hlutharius Rex promiſſionem ſuam*, uti ex MS. Cæſareo oſtendit Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæſ. pag. 350.

XI. VValdrada in Italiam mittitur. Annaliſta Bertinianus hæc in rem noſtram habet: *Lotharius miſſos ſuos ad Carolum dirigit, volens & petens, ut mutua firmitate inter eos amicitia fœderarentur. Quod & Irmentrude Regina interveniente obtinuit, & veniens in Attiniacum, amicabiliter & honorifice a Carolo eſt ſuſceptus, & in fœdere poſtulato receptus. Quo & Arſenius rediens, Epiſtolam Nicolai Papæ plenam terribilibus, & a modeſtia Sedis Apoſtolicæ antea inauditis maledictionibus, detulit ſuper eos, qui ante hos annos eidem Arſenio multam theſauri ſummam prædantes abſtulerunt, niſi ſatisfaciendo quæ tulerant, ea reddere procurarent. Et relecta eadem Epiſtola, ſed & altera de Ingeltrudis excommunicatione, quæ virum ſuum Boſonem reliquerat, & cum quodam adultero in Lotharii regnum aufugerat; ac recepta ſub defenſione Caroli villæ, quæ Vendopera dicebatur, quam piæ memoriæ Ludovicus Imp. Sancto Petro tradiderat, & VVido quidam Comes per plures annos tenuerat: Arſenius Epiſcopus impetratis apud Carolum, pro quibus ad eum venerat, ad Gundulfi villam cum Lothario, quo Teotberga eum præceſſerat, pergit. Ibi quoque per aliquot dies morans propter Vualdradam, quæ illuc ad eum deduci, & ab eo in Italiam deduci debebat, Lothario & Theotbergæ Regio cultu paratis & coronatis, in die Aſſumptionis Sanctæ Mariæ miſſas celebrat: & inde cum præfata VValdrada verſus Urbem, quo dicebatur Hludovvicus Italiæ Imperator obviam Lothario venturus, pergit. Inde per Alemanniam & Bojoariam, pro recipiendis patrimoniis Eccleſiæ Sancti Petri in eiſdem regionibus conjacentibus, Romam redit.* Sed quod hic Annaliſta habet de literis Nicolai Papæ animum ejus præjudiciis occupatum, uti & alia multa, oſtendunt.

Arſenii in Galliam adventus honorificus.

*totum Eccleſiæ corpus infecerat, præcellentiſſimi Apoſtolatus veſtri antidoto moderetur. Ut enim pii certaminis veſtri laborem, ſanctiſſimorum prædeceſſorum veſtrorum more ad copioſam perduceretis victoriam, Arſenium reverentiſſimum ac ſanctiſſimum Epiſcopum Apocriſarium, atque fidelíſſimum Conſiliarium a veſtro ſancto latere Legatum excepimus, & quaſi Angelum Dei gratanter, atque inhianter amplexati fuimus, ac pro parte deſiderabilis viſionis veſtræ illo uti decrevimus. Extitit enim nobis ex candelabro Pontificatus veſtri lucerna ardens & lucens, illumque in divinis cultibus, atque neceſſariis Eccleſiæ negotiis probum cooperatorem, ac ferventiſſimum veſtræ legationis * excuſatorem eſſe gaviſi ſumus. Excuſſit enim manus ſuas ab omni munere, & ut de ſacrato veſtri pectoris fonte potaverat, nobis omnibus æquitatis & juſtitiæ exempla propinavit. Unde actum eſt, quod poſtpoſita perſonarum acceptione, diu dilatatas conjugii ſimultates radicitus amputavit, & legitimi matrimonii jura deliberativo tramite ſalubriter reformavit. O utinam Rodoaldus quondam Legatus veſter, ſicut iſte, decertaſſet, & nobis per omnia veſtra mandata denudaſſet.*

* executorem

Rodoaldi culpa.

LVIII. *Non enim * quondam ex nobis tantæ derogationis notam incurrerent, ſi veſtra monita ex omni parte in noſtram præſentiam perveniſſent. Quid plura? circa undecimam horam laborantes operarii in vinea Domini a juſto patrefamilias denarium percipiunt. Enimvero quam laborioſum, quamve difficile fuerit nobis ſæpedicto negotio finem imponere, ſanctiſſimus, ac fidelis Legatus veſter ſub geſtorum ſerie, & viva voce veſtris almifluis auribus abundanter exponere poterit. Qui neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinans, commiſſam ſibi legationem ſinceriter explevit. Igitur quia juxta (a) Apoſtolum noviſſima hora eſt, & antiquus hoſtis in membris ſuis acrius ſævit, quaſi ad veſtra ſacra veſtigia provoluti humiliter petimus, ne in derogatione, ac læſione noſtri ordinis, mellifluí Apoſtolatus veſtri aurem ulli accomodare dignemini, ut viventia, ac fideliter agonizantia Chriſti membra veſtris ſe gaudeant foveri ſolaminibus, immo nutantia ſacroſanctis per omnia roborentur edictis. Denique noſtræ parvitatis Legatum veſtræ dignationi dirigimus, religioſum videlicet presbyterum, & monaſterii noſtri Abbatem, Reigimarum nomine, quem ut benigne ſuſcipere dignemini, humiliter petimus, & parvulam benedictionem S. Stephani Metenſis Eccleſiæ, quam nimio veſtro amore ſuccenſi dirigimus, ea affectione ſuſcipiatis, qua mittitur. Ne enim noſtri impoliti apices in aliquo faſtidium generarent, aut forte modum epiſtolæ excederent, noſtræ petitionis cauſas, ſi pietas veſtra dignatur, jam dicto filio noſtro vobis ſignificandas commiſimus, cui credere poterit veſtra excellentia, ſi noſtris precibus flectitur. Omnipotens Deus ſanctiſſimi ac præcellentiſſimi Apoſtolatus veſtri apicem nobis diu incolumem conſervare dignetur, ad conſolationem ſanctæ Matris Eccleſiæ, & omnium fidelium animarum. Amen.*

* quidam

(a) 1. Joan. 2.

LIX. Res geſtæ per Arſenium Legatum in Galliis.

Qui igitur in Gallias pervenit Arſenius, egregie functus eſt munere ſuo: nam magnopere hoc nomine laudatur a Reginone: De ejuſdem autem Arſenii legatione hæc habet temporis hujus auctor in Annalibus a Pithæo editis: *Anno octingenteſimo ſexageſimoquinto Arſenius Epiſcopus Nicolai Papæ Legatus ob pacem & concordiam inter Ludovicum & Carolum fratrem ejus, necnon Lotharium nepotem eorum renovandam atque conſtituendam miſſus eſt in Franciam. Qui apud villam regiam Franconofurti, menſe Junio a Ludovico Rege honorifice ſuſceptus, & muneribus magnificis honoratus, conditoque inter eos placito de ſupradicta conventione apud Agrippinam Coloniam * habituro, ad Carolum Regem in Galliam pergit. Illic quoque mirifice a Rege ſuſceptus, regalibuſque donis ſublimatus, propter dictum placitum Agrippinam (ut diximus) Coloniam venit, ibique obviam ei duo fratres, Ludovicus videlicet, & Carolus, abſente Lothario nepote eorum, ad condictum placitum convenerunt, multiſque ibidem cauſis bene diſpoſitis, cum pace revertitur Romam.* Sed hæc poſtea. *Nam ut idem auctor ſubiicit, Theutpergam Reginam a Lothario dimiſſam, ſicut a Nicolao Pontifice injunctum fuerat, eidem reſtituens, Vualdradam concubinam ejus in Italiam duci præcepit. Et ut ipſe Lotharius Teutpergam Reginam quemadmodum Rex, legitime ſibi conjunctam deinceps tractaret, duodecim ex optimatibus ejuſdem Regis juramento firmare coegit.* Hæc ibi: Sed audiamus de his Reginonem, qui ait:

* al. habendo.

LX. *Perveniens in Gallias Arſenius, tanta poteſtate, & auctoritate uſus eſt, ac ſi idem ſummus Præſul adveniſſet. Convocatoque conventu Epiſcoporum, Lotharium Regem alloquitur, ut unum e duobus eligat: aut propriæ reconcilietur uxori, abdicato Vualdradæ pellicis conſortio; aut protinus anathematis gladio feriatur ipſe, omneſque ei in hoc ſcelere favorem præſtantes. Hac neceſſitate compulſus vel conſtrictus, vellet, nollet, Theutpergam Reginam in matrimonium recepit, interpoſito jusjurandi ſacramento, ſe illam ita in reliquo habere, ſicut æquitatis jura dictant, legitimam uxorem*

*eſſe*



*eſſe tenendam, nec eam a ſe ſepararet, nec ipſa vivente, aliam ſuper eam induceret. Poſt hæc Valdradam ex auctoritate Dei & ſancti Petri, & verbo domini Apoſtolici Romam ire jubet, ut pro ſe rationem reddere ſtudeat.*

LXI. *Engeltrudam uxorem quondam Boſonis Comitis a Sede Apoſtolica excommunicatam eſſe, omnibus declaravit; quia proprium deſeruerat maritum, & Vvangerum ſuum Vaſſallum in Gallias ſecuta fuerat. Quam excommunicationem cum omnibus, qui aderant, Epiſcopis renovavit. Poſt hæc eadem Engeltruda prædicta Arſenio in Vvormatia civitate ſe repræſentavit, in quo loco præfatus Epiſcopus Ludovico Regi occurrerat. Juravit igitur in præſentia ipſius Miſſi ſacramentum in hunc modum continens;*

Engeltrudis Juramentum.

*Ego Engeltrudis filia quondam Mattefridi Comitis, quæ fuit uxor Boſonis Comitis, vobis domino Arſenio Epiſcopo Miſſo & Apocriſario ſummæ ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Sedis, & per vos domino meo Nicolao ſummo Pontifici & univerſali Papæ juro, immo per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & per quatuor Chriſti Dei Evangelia, quæ ore oſculor, & manibus propriis tango, quia amodo relinquam illam malitiam, quam in prænominato Boſone viro meo exercui, & ut ovis, quæ perdita fuit, ad ſanctam Catholicam ſub eadem obligatione, qua dominus Nicolaus ſummus Pontifex & univerſalis Papa me obligavit, revertar Eccleſiam. Et in Italico Regno, aut vobiſcum, aut ante vos quoquomodo provideritis, ibo; & quidquid dominus Apoſtolicus juſſerit, & terminaverit, adimplebo, & perficere non recuſabo.*

LXII. *Sed tam horribile jusjurandum non adimplevit: ſiquidem uſque ad Danubii fluenta cum eodem Arſenio perrexit: ibique ad quempiam conſanguineum pro caballorum adminiculo ire condixit, & ad Auguſtam civitatem ad eumdem Miſſum ſe reverſuram pollicita eſt. Tali occaſione greſſum torquens ex Alemannia, in Franciam repedavit. Quod cum ſupradictus Arſenius cognoviſſet, epiſtolam miſit omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis, atque omnibus ſanctæ Eccleſiæ Fidelibus Galliæ, Germaniæ, ac Neuſtriæ commorantibus, obteſtans omnes per auctoritatem Dei omnipotentis, & beatorum principum Petri & Pauli, ac domini Pontificis & univerſalis Papæ, ut nullus eam intra parochiam reciperet, ſed eam funditus ab omnibus Eccleſiis ſuis prædicarent excommunicatam, & ab omni Chriſtianorum communione ſequeſtratam; inſuper & anathematis vinculo innodatam, & inter impias & ſceleroſas damnatam, donec de peſtiferis factionibus ſuis, atque perpetrato perjurio ante domini Apoſtolici præſentiam dignam acciperet pœnitentiam.* His peractis, Arſenius Romam reverſus eſt. Hucuſque ex Reginone.

LXIII. Porro Arſenius, ut audivit Engeltrudem fuga eluſiſſe Apoſtolicam Sedem, adverſus eam has ad omnes Epiſcopos ſcripſit litteras commonitorias, quas ex codice Trevirenſi acceptas in lucem edimus. Sic ſe habent:

*Arſenius divino nutu Epiſcopus Miſſus & Apocriſarius ſummæ ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Sedis, & beatorum Apoſtolorum principum Petri & Pauli ultimus famulus, & Legatus domini Nicolai Pontificis, & univerſalis Papæ, omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis, atque omnibus ſanctæ Eccleſiæ Dei Fidelibus, Galliæ, Germaniæ, ac Neuſtriæ commorantibus.*

LXIV. Commonitorium de Engeltrudis perjurio, & fuga.

*Fraternitatis veſtræ omnium dilectionis jam cognoviſſe credimus induſtriam, qualia & quanta nefandiſſima ſcelera Engeltrudis quondam Boſonis Comitis mulier perpetraſſet, & qualiter per hujuſmodi dominus Nicolaus ſummus Pontifex & univerſalis Papa eam excommunicavit, ac a Chriſtianorum conſortio ſeparavit, etiam inſuper quouſque dum de peractis malis veram egiſſet pœnitentiam, anathematis eam vinculo innodavit. Sed cum nos a beatorum principum Apoſtolorum, ſcilicet Petri, & Pauli fuiſſemus egreſſi Liminibus, & ab ejus utique ſanctimonio directi fratrum pro pace Regumque concordia ac Galliarum intra properaſſemus in finibus, ſicut & de cæteris curam agentes, prædictam etiam Engeltrudem ad ſanctæ Matris voluimus convocare Eccleſiæ ſinum; ſed ipſa in ſua feritate permanens, nequaquam eam ad præfatæ ſanctæ Matris Eccleſiæ gremium convocare valuimus. Unde tam in Regno Caroli glorioſi Regis, quam in Hlotharii excommunicationem, atque anathematizationem domini Apoſtolici omnibus de ea declarare ſtuduimus. Sed cum ad Hludovici glorioſi Regis præſentiam apud Vvormatiam reverteremur; tum demum pene nos greſſus eſt movere conata. Sed poſtquam jurejurando conjuraverit, quod ante nos, vel nobiſcum pariter Romam venire deberet, & ſecundum domini Apoſtolici præceptionem de peractis malis pœnitentiam ageret, ſecundum hujus orationis textum promittens. Jurans ergo Engeltruda filia quondam Mattefridi Comitis, quæ fuit uxor Boſonis Comitis, nobis domino Arſenio Epiſcopo Miſſo, & Apocriſario ſummæ ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Sedis, & per nos domino meo Nicolao ſummo Pontifici & univerſali Papæ, per Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum, & hæc ſancta quatuor Chriſti Dei Evangelia, quæ ore oſculor, &*

*ma-*

*manibus propriis tango, quia amodo relinquam illam malitiam, quam in prænominato Boſone viro meo exercui, & ut ovis, quæ fuit perdita, ad ſanctam atque Apoſtolicam, ſub eadem obligatione qua dominus Nicolaus ſummus Pontifex, & univerſalis Papa me obligavit, revertar Eccleſiam; & in Italico Regno, aut vobiſcum pariter, aut ante vos, quomodo provideritis, ibo, & quidquid dominus Apoſtolicus decreverit, juſſerit, vel terminaverit, adimplebo, ac perficere non recuſabo. Deinde nobiſcum, uſque ad Danubii tranſitum veniens, ibique ad quempiam conſanguineum caballorum adminiculo ire condixit, & ad Auguſtam ad nos civitatem ad prædicti negotii perfectionem redire pollicebatur. Sed his omnibus relictis, non timuit tentare Spiritum ſanctum, & diabolo inſtigante, in perjurii laqueum eſt ingreſſa, & a noſtræ ſalubritatis prædicatione pedem retorſit, & a tramite veritatis diſceſſit. Inde obteſtamur, & per auctoritatem Dei omnipotentis, & beatorum principum Petri & Pauli, & domini Nicolai ſummi Pontificis & univerſalis Papæ, ut nullus veſtrum eam in ſua parochia recipiat, ſed eam funditus in omnibus Eccleſiis veſtris prædicare excommunicatam, & ab omni communione Chriſtianorum ſequeſtratam & extraneam; inſuper & anathematis vinculo innodatam, & inter impias & ſceleroſas manus damnatam, donec de ſceleroſis factionibus ſuis atque præfato perjurio ante domini Apoſtolici præſentiam veram accipiat pœnitentiam. Et ſi aliqua falſidica ſcripta, vel etiam verba forte noſtræ abſolutionis protulerit, ei nullatenus credite. Flagitamus charitatem veſtram, ut cum ab uno fuerit perlecta patre, antequam aliquis ejus pellaciſſimæ morbo contaminetur, ad alterum iſtam dirigat epiſtolam.* Hæc Arſenius Legatus.

Engeltrudæ juramentum.

LXV. Non prætereundum, quod eidem Arſenio in mandatis datum fuerit ab eodem Nicolao Romano Pontifice, ut initum fœdus, & confirmatam juramento pacem inter Francorum Reges quam firmius poſſet, ſtabiliret; cujus rei perficiendæ cauſa, idem Nicolaus ad ipſos Reges ſeniores juniorum patruos Carolum & Ludovicum litteras dedit, quæ extant in editione Romana tomo tertio epiſtolarum Romanorum Pontificum numero vigeſimoquinto, ubi ex titulo leguntur miſſæ Carolo, in codice autem Trevirenſi miſſæ inſcribuntur Ludovico. Sed quod ad utrumque miſſa eadem epiſtola videatur, titulus uterque verus; Nam cum filios, & non filium nominet ad quos ſcribit, non ad unum ipſorum, ſed ad utrumque eadem epiſtola ſcripta eſſe cognoſcitur. Ipſo enim epiſtolæ exordio hæc leguntur: *Initium locutionis meæ, quam ad vos nunc habeo, * chariſſime, ecce cum Apoſtolo Paulo ſumit exordium, & vox mea vox illius eſt, dicens (a): Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Et inferius: *Concipite itaque filii pacem, & parturite juſtitiam.* Et poſt aliqua: *Igitur memores filii dilecti eſtote, &c.* Et quod ad negotium ſpectat, *Liceat*, inquit, *dilectiſſimo filio noſtro, veſtro autem nepoti a Deo conſervandum Imperium ſuum cum Regno proprii germani quieta poſſidere tranquillitate, &c.* In fine autem, ut Arſenium Legatum audiant, admonet. Eſt autem ad eos ejuſmodi ipſius Pontificis ad pacem conſervandam digna exhortatio:

*al. chariſſimi

(a) Gal. 4.

LXVI. De pace inter Reges Francorum ſervanda.

*Fœdus, quod ad alterutrum pepigiſtis* (quod fieri contigit anno ſuperiori, ut in nuper citatis Annalibus continetur) *inviolabili maneat apud vos veritate repoſitum, & immaculate vigeat veſtra ſublimitas, inſignia fidei cunctis circumquaque nationibus repræſentans. Parcite gladio, humanum fundere ſanguinem formidoloſius exhorreſcite: ceſſet ira, ſedentur odia, ſopiantur jurgia, & omnis ex vobis ſimultas radicitus extirpetur; Quiſque veſtrum ſua ſit ſorte contentus, & funiculo hæreditatis divinitus ſibi collato pacifice perfruatur, aliena jura non invadens, non ſubtrahens, non conturbans; liceat dilectiſſimo filio noſtro, veſtro autem nepoti a Deo conſervandum Imperium ſuum, cum Regno proprii germani quieta poſſidere tranquillitate, & ſtatui ejus ſumma * ſe charitate conſulere, & gubernacula ditione debita moderari, ad ſalutem videlicet ac defenſionem populi Chriſtiani, & ad ſanctæ matris ſuæ, Romanæ ſcilicet inſignis Eccleſiæ libertatem & ſublimitatem. Non autem in vobis vanæ gloriæ typus, non ſupercilii faſtus, non alterius uſurpandi terminos ambitio, ſed juſtitia, charitas, & concordia regnet, ac ſummum pax inter vos teneat omnino faſtigium, &c.*

* al. ſecuritate

LXVII. Eodem quoque modo ſcripſit ad Epiſcopos ſub Regno ejuſdem Caroli conſtitutos, quas communes fuiſſe putamus ad ipſos in Ludovici Regno degentes Antiſtites. Eſt earum principium (b): *Studium noſtrum ſemper fuit, &c.* Ubi inter alia: *Vitia* (inquit) *nobiſcum expugnate, virtutum chariſmata prædicate, diſcordiam deſtruite, unanimitatem ædificate, odia eſtirpate, charitatem plantate, rixas diſſipate, pacem evangelizate, haud talem (quod abſit) unanimitatem vel pacem, quali Judæorum uſa eſt in Domini Salvatoris nece conſpirans factioſa caterva, vel Herodes & Pilatus ex inimicis eodem tempore pepigere. Sed talem, qualem audiere paſtores*

(b) Nicol. ep. 26.

ce-



*cœleſtem militiam in Nativitate Salvatoris noſtri canere: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, &c.* Inferius de conſervando Ludovici Imperio illæſo iſtam memoria dignam brevem habet exhortationem:

LXVIII. De conſervando Imperio illæſo monitio Apoſtolicæ Sedis.

*Permittatur ergo præclaro Imperatori quietam ducere vitam atque tranquillam, & patruis ſuis nullam præſumptionem monſtrantibus, machæræ uſum quam primum a Petri principis Apoſtolorum Vicario contra infideles accepit, non cogatur in Chriſti Fideles convertere. Liceat, inquam ei per hæreditaria Regna ſibi jure derivata, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate firmata, & ſummi Pontificis manu capiti ſuperimpoſito diademate auguſtiſſime decorata cum ſuis fidelibus pie ac juſtiſſime gubernare. Sinatur omnino a Deo protectum Imperium ſuum, quod cum benedictione & ſacratiſſimi olei inunctione, Sedis Apoſtolicæ Præſule miniſtrante percepit, ad exaltationem & quietem hujus ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ licenter ac rectiſſime moderari. Alioquin quiſquis contra hujus noſtræ ſalutiferæ commonitionis paginam agere fortaſſe præſumpſerit, & adverſus jam fatum filium noſtrum Auguſtum referre tentaverit: noverit ſibi in Deum omnipotentem, cujus imperium terminum noſcit, refragaturum, & Apoſtolatum noſtrum vix competens * ſibi miniſterium, reluctaturum, &c.* Porro has ſcriptas fuiſſe etiam ad Epiſcopos in Regno Lotharii conſtitutos, docet ſequens epiſtola (a) ad Carolum & Ludovicum conſcripta, in ipſius exordio. At de Arſenii Legatione, litteriſque a Nicolao Pontifice ſcriptis ſatis.

*

(a) Nicol. ep. 27.

LXIX. Porro magis componendæ pacis cauſa inter Reges Francorum & Ludovicum Imperatorem, quam inter ipſos Reges ejuſmodi legatio miſſa videri poteſt. Siquidem Reges ipſi (ut dictum eſt) fœdus inierunt anno ſuperiori, quod & firmaverunt hoc ipſo anno Kalend. Martiis in Villa Turiſſiaco, ubi ſex leguntur ſtatuta capitula. Eſt autem ejus conventus ejuſmodi exordium ex ſæpe citato ſcripto codice:

Conventus Turiſſiacus.

*Anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſexageſimoquinto, Kal. Martii hæc, quæ ſequuntur, Ludovicus, & Carolus Reges in Turiſſiaco Villa populo denunciarunt.* Ubi de mutuo amore, concordia & pace multa, ultimum caput ad crimen Lotharii ſpectans ſic ſe habet:

LXX. *Vos ſcitis, qualiter nepos noſter Lotharius per ſuam juventutem, & per levium hominum conſenſum, & hortamentum, & etiam per eorum favorem, qui illum ſalvare debuerant, fecit, & facit contra illam legem, quam (b) Deus primo in paradiſo primis hominibus dedit, & quam in Evangelio (c) per præſentiam carnis cum hominibus habitans renovavit & confirmavit, quæ ad omnes homines pertinet, qui ſecundum Deum legitime utuntur conjugio. Unde & univerſalis Eccleſia Dei pulſatur, & ſacerdotes ſunt dehonorati, & populus Chriſtianus ſicut mali morbi contagio eſt maculatus. Propterea quod Deus dixit: diliges (d) proximum tuum ſicut teipſum, & ſicut ſcriptum eſt: ipſe (e) os noſtrum & caro noſtra eſt, & populus & Chriſtianitas unus eſt: conſideravimus, ut ad illum Miſſos noſtros mitteremus, & ei tale conſilium mandaremus, qualiter ipſe coram Deo ſalvus, & coram ſæculo honoratus eſſe valeat, & Eccleſia & Regnum, quod illi ad ſalvationem commiſſum eſt, ſolidum eſſe poſſit, & populus Dei ſalvus ſit, & legem & juſtitiam & pacem & tranquillitatem habeat. Quia etiam ipſe ſuos Miſſos ad nos tranſmiſit, quaſi conſilium quærens, per noſtros Miſſos, ut Deus ubi nobis mandavit, quantum nobis Dominus dederit, ei verum & ſincerum conſilium remandamus, & talem voluntatem noſtram eſſe erga eum ſicut nos, dicere illi, per eoſdem Miſſos noſtros mandamus.* Hactenus ibi.

(b) Gen. 1. (c) Matt. 19.

Ad Lotharium Regem monitio.

(d) Matt. 25. (e) Gen. 29.

LXXI. Seufredus Epiſc. Placentinus ſuæ ſedi reſtituitur.

Eodem pariter anno, ut ex Anaſtaſio edocemur, idem Pontifex Nicolaus vendicavit Seufredum Placentinum Epiſcopum a diaconi ſui perſecutione. Rem geſtam ſic deſcribit: *Seufredum Placentinæ ſedis Antiſtitem, a ſede propria cujuſdam Pauli diaconi perfidia pulſum, per Legatos ſuos idem Papa ſedi ſuæ reſtituit, & eumdem diaconum, qui ſedem illam proprio rectore ſuperſtite præſumpſit invadere, competenti cum ſuis ſequacibus increpatione corripuit. Pro cujus etiam infauſta temerariaque præſumptione penitus amputanda, ſanctitatis ſtudio juſſit, & pro pace Dei Eccleſiæ ipſi jam fato præcepit diacono, ut nec tale quodcumque tentaret peragere, nec eamdem ſedem Placentinam, ſive viveret Seufredus, ſive moreretur Epiſcopus, præſumeret repetere, vel recipere.* Hæc de cauſa Epiſcopi Placentini.

LXXII. Subiicit de ædificiis eodem anno Romæ conſtructis in uſum pauperum, excubantium ad Limina Apoſtolorum, aitque: *Idem omnium inſignis atque præclarus Pontifex, pietate magiſtra, miſerias & neceſſitates prævidens, cunctis clementer compatiendo egenis, celeri ſubveniebat intuitu, & ad imitationem Domini noſtri JESU Chriſti, qui ad redimendum humanum genus e ſublimi deſcendit ad infima, pro populo labores ſuſtinebat ingentes: quapropter claudorum atque cæcorum, necnon & diverſis pœnis affectorum in porticu beati Petri Apoſtoli jacentium ad ora Tyberini fluminis ad ſitum auferendam non poſſe greſſus tende-*

*ve conſpiciens, & diverſarum gentium, quæ undique pro ſceleribus Apoſtolica Limina propriis expetebant, utilitatem divinitus attendens, minime corpori ſuo parcens, juſſit Formam aquæductus, quæ multis ante temporibus ruerat, & ob hoc ad beatum Petrum Apoſtolum aqua non ducebatur, in meliorem quam fuerat conamine plurimo revocari ſtatum. Ita ut non ſolum hominibus profuerit debilibus, ſed etiam omnibus Eccleſiam beati Principis Apoſtolorum adeuntibus præcipuum opus extiterit, ſicut & hactenus in decorem Leonianæ urbis luculenter conſpicitur & habetur.*

Forma aquæ Sabbatinæ reparata in uſum pauperum.

LXXIII. *Nihilominus Oſtienſem urbem, quam divæ memoriæ Gregorius, ne gens iniqua Sarracenorum populum Domini in circuitu caperet, aut interimeret, ad ſalutem multorum conſtruxerat, in ruinis jacentem ſuperna tactus inſpiratione, fortiore firmioreque fabrica reædificari iſte ſanctiſſimus Præſul juſſit, & in melius reſtauravit, portiſque etiam, & turribus fortiſſimis muniens, promptos ad bella homines collocavit, ita ut nullatenus alienæ gentis incurſio de cætero illi poſſet dominari, & * concivibus ejus damna in aliquo, niſi (quod abſit) per deſidiam operari.*) Hucuſque de rebus geſtis anni hujus Anaſtaſius. Jam ad res orientales convertamus orationem.

Oſtienſis civitas reſtaurata & munita.

* al. convicinis.

Hoc pariter anno Michael Imperator Michaelem Protoſpatarium Romam miſit Legatum ad Nicolaum Pontificem. Fuit legatio iſta non ex more honorifica, dignaque eo, qui mitteret, & ad quem mitteretur, Romano Pontifice: ſed illiberalis, barbarica, proterva, ac contumelioſa, ſcribente per eam ipſo Imperatore litteras ad Nicolaum Papam refertas jurgiis & injuriis, detrectationibus atque blaſphemiis; quam haud dubium Photius ille, qui ei muneri inſervivit, (fuerat enim ipſi a ſecretis) jam perduellis, ob ſchiſma Nicolai Pontificis, ſcripſiſſe cognoſcitur: haud enim Imperator totus in circis ejus erat doctrinæ atque peritiæ, ut ita tot tantaque contexere maledicta ſciret. Ita quidem etiam eſt opinatus idem Pontifex Nicolaus, ut nomine Imperatoris, non ab Imperatore eas dixerit eſſe conſcriptas. In epiſtola enim ab ipſo ad eumdem Imperatorem ultimo loco miſſa (*a*) hæc ait: *Præterea non omittendum eſſe credimus nos commemorare, præterito anno, per Indictionem videlicet tertiam decimam epiſtolam ſub nomine veſtro conſcriptam per Michaelem Protoſpatharium ſuſcepiſſe, quæ tantis erat verbis contumelioſis, immo blaſphemiis reſperſa, ut ſcriptor ejus non niſi in gutture colubri calamum tinxiſſe putetur, & dictatoris labia, pro dictionibus venena fudiſſe videantur, ut ſi cujuſpiam ſimpliciorum cor penetrent, (non enim hæc aures prudentium ſuſcipiunt) continuo necent, nec mirum: tanto enim facilius, quanto mors anima magis, quam corporis, per illum virulentum hauſtum admittitur.* Hæc ibi Nicolaus de litteris, & tempore, quo ſunt ſcriptæ, tertiadecima ſcilicet Indictione, hoc videlicet anno.

Legatio Imp. Mich. per Michaelem Protoſpatharium.

(*a*) *Nicol. epiſt.* 9.

Quales litteræ ſcriptæ ad Nicolaum.

LXXIV. At quid miraris talia a tali prodiiſſe (ſi ipſe ſcripſit) Imperatore, quem Græci (*a*) omnium perditiſſimum, vita ſolutiſſimum, Neroni atque Sardanapali ſimilem, jugiter temulentum, & reipſa cum Mænadibus Bacchi orgia celebrantem, affirmant? qui iratus, quid niſi fœtidum ex adeo corrupta anima potuit exhalaſſe? nam qualis repletio, talis eſſe ſolet eructatio. Huic ſi addas verſutiſſimi hominis malitiæ faces, in quale erumpet incendium? Incendebat iſtam Photius ſuis incitamentis vitiorum fornacem, & ipſe majori flamma intus incenſus. Memoria tenes, Lector, ante biennium, anno videlicet Redemptoris octingenteſimo ſexageſimotertio, Nicolaum Pontificem Romæ habita Synodo, Photium intruſum in ordinem redegiſſe, atque Ignatium ab eo de Sede projectum in cathedram reſtituiſſe, deque his per Leonem Legatum Imperatoris tum ad ipſum Photium, tum ad Imperatorem, & Epiſcopos Orientis multiplices dediſſe litteras. His itaque, velut tot jaculis furens confoſſa beſtia, rabie rotans dentes, venenum ſpumans, quibus valet viribus appetit percuſſorem, ſicque in Nicolaum ipſum totus invehitur: primumque (quod audiſti) in ipſum encyclicas ad Orientis Patriarchas, alioſque omnes Epiſcopos litteras ſcribens, impiis contumeliis atque calumniis confarcinatas, armans omnes in eum, omnes ad univerſale Concilium provocavit. At his non contentus, adverſariis ſcriptis niſus eſt aggredi Nicolaum. Et quod ſciret, in Eccleſia Catholica pro nihilo duci ſchiſmaticorum atque hæreticorum in Romanam Eccleſiam conſuetas fundi blaſphemias: ne ipſa hac in parte infirma nutarent, nomine utitur Imperatoris, velut baliſta, arcuve fortis, debilis ipſe, ſine virtute, ſecundum illud Davidicum (*b*): *Exacuerunt ut gladium linguas ſuas, intenderunt arcum rem amaram, ut ſagittent in occultis Immaculatum, ſubito ſagittabunt eum, & non timebunt: firmaverunt ſibi ſermonem nequam:* Sed debilem neſciebat eſſe arcum, nulliuſque roboris neque uſus, cujus nervum enervat molliſſima vita, vitiaque velut tinea rodens conſumunt. Quis rogo, contumeliæ loco ducat, quidquid velut alter Nero, Imper. auriga dicat, & jugiter ebrius vomat, & omni ex parte turpiſſimus turpiter ex abundantia

(*a*) *Conſt. Manaſſes in Annalibus.*

Improbi ſed vani conatus Photii.

(*b*) *Pſalm.* 63.



tia cordis effutiat (in ore enim fautorum (*a*) cor illorum) & qui arreptitius velut, peſſimi dæmonis obſidentis Photium ore loquatur. Unde æque etiam ſecundum illud Pſalmi contigerit: (*b*) *Sagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum, & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.* Nimirum quod ex iis Romana Eccleſia nihil læſa ſit, nullumque damnum Nicolaus acceperit. In ipſos vero retortæ tamquam ex arcu æreo, ferreæ fiant, quibus confodiantur, emiſſæ ſagittæ.

(*a*) *Eccl.* 21.

(*b*) *Pſalm.* 63.

LXXV. Non extant ipſæ quidem blaſpemæ Michaelis Imperatoris litteræ ad Nicolaum, nam ſynodalis ſententiæ publico decreto fuiſſe traditas igni, quæ ſumus dicturi ſignificant. Hoc autem anno (ut dictum eſt) eas datas fuiſſe, decimatertia Indictione, ejuſdem Nicolai epiſtola anno ſequenti ad eumdem ſcripta Imperatorem & alia ad Epiſcopos data oſtendunt. (*c*) Reſcripſiſſe vero Nicolaum hoc item anno, jam ſtante hieme, iiſdem datis litteris (*d*) declaratur, & eo tempore cum idem ſanctiſſimus pontifex ægrotaret, ipſo interea Legato Michaele Protoſpathario proterve agente, ut non expectata bona valetudine Nicolai, egreſſus ab urbe abſque litteris in Oſtiam profectus civitatem, ibi expectaret tempus opportunum navigandi. Cum ipſe Pontifex, ne abſque litteris ſuis reverteretur, eam Conſtantinopolim ſcripſit ægrotans epiſtolam, & licet valde prolixam, brevior ab ipſo eſt judicata, reſpectu eorum omnium, quæ ſcribenda fuiſſent, ſi omnibus ab Imperatore contumelioſe conſcriptis reſpondere per ſingula voluiſſet. Cum tamen ipſe Chriſtiana imbutus ſapientia, quæ in ſui injuriam ſcripta eſſent, omnino contempſit, ad ea ſola reſpondens, quæ adverſus Romanam Eccleſiam, & Sanctos Patres ab eo temere fuiſſent procaciterque jactata.

De tempore datæ epiſtolæ Imp.

(*c*) *Nicol. ep.* 8.

(*d*) *Nicol. ep.* 10.

LXXVI. Equidem Deo plenus ſummus ſacerdos uti amantiſſimus pater, benigne admodum placideque atque modeſte egit abſque amaro illo zelo & contentione quam ſubminiſtrat illa, quæ non deſurſum eſt, ſapientia (*e*) terrena, animalis diabolica: prætermittenſque innumeras per eum illatas blaſphemias, ſecundum quod monet Apoſtolus Petrus, (*f*) cujus gubernabat Eccleſiam: *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati eſtis, ut benedictionem hæreditate poſſideatis.* Sic tantum reſpondet, quantum ſatisfaciat, Sapiente ita præcipiente: (*g*) *Reſponde ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur.* Nam audi ipſum Nicolaum ita ſua epiſtola exordientem, & primum glorioſo titulo honeſtantem blaſphemum Imperatorem.

(*e*) *Jac.* 3.

(*f*) 1. *Pet.* 3.

(*g*) *Prov.* 26.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, piiſſimo, & dilectiſſimo filio, ſuperatori gentium, atque tranquilliſſimo Imperatori Michaeli a Deo protecto ſemper Auguſto.* Ita quidem nihil minuens in titulo Imperatoriæ majeſtatis, quod tamen penitus ſcit deeſſe in ejus vita ſceleribus omnibus mancipata. Sed attende cum incipit (*h*):

Nicol. epiſt. ad Michaelem Imp.

LXXVII. *Propoſueramus quidem antequam Michael glorioſus Protoſpatharius Legatus veſter Romam veniens, epiſtolam nobis claritatis veſtræ detuliſſet, talia vobis ſcripta per Miſſos noſtros, quæ jam & parata erant, tranſmittere, qualia gratiſſimus filius a diligente patre, ac Dei cultores Imperatores a Sedis Apoſtolicæ Præſulibus ſoliti erant ſuſcipere. At vero præfato viro perveniente, epiſtolamque nobis veſtræ gloriæ, quæ tota blaſphemiis tota erat injuriis plena, porrigente: mutata eſt in (i) luctum cithara noſtra, & organum noſtrum in vocem flentium. Quoniam (k) expectavimus tamquam de bona vite uvas, ſuſcepimus autem labruſcas; itaque mutavimus ſtylum, & oſtenſo vulneri congrua prævidimus adhibere medicamenta. Igitur ad potentiam veſtram, inſpirante Domino, ſcripturi noſtræque mentis affectus induſtriæ veſtræ reſeraturi, nec non, & pro ſancta Eccleſia Catholica, & Apoſtolica (cujus nos præcipua cura, & quotidiano ſecundum Apoſtolum doctrina conſtringit) apud vos interventuri, & epiſtolæ veſtræ aſſertionibus, prout Dominus poſſe & noſſe dederit reſponſuri: nihil opportunius, nihil aptius, nihil profecto ſalubrius arbitramur (licet vos a conviciis incohaſſetis, quam præ omnibus flagitare ſuppliciter eum (l), per quem Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt, & in cujus manu corda ſunt Regum, & ex quo regnat omnis, qui pie regnat, & imperat omnis, qui eidem Regi Regum, & Domino dominantium non repugnat, Dominum videlicet noſtrum JESUM Chriſtum, cui omnis rationabilis creatura miniſtrat, nimirum cui & inſenſibiles venti & mare imperanti obediunt; quatenus & labia noſtra ad annuntiandum laudem ſuam aperiens, dilatatum quoque os noſtrum paſtu doctrinæ ſalutaris adimpleat; & quæ per noſtri Apoſtolatus officium auribus veſtris exterius didicimus per ſe quoque nutu ſuæ inſpirationis interius mentibus veſtris inſpiret; quia incaſſum terra cordis vomere noſtræ linguæ proſcinditur, niſi cœleſtis roris aſperſione intrinſecus infundatur (m) Deus eſt enim, qui incrementum dat, & qui docet hominem ſcientiam. Putas Imperator, non bene facimus, quod ab injuriis ſcribentes incohaveritis, nos ab orationibus; vos a conviciis in nos, immo contra*

(*h*) *Nicol. ep.* 8.

(*i*) *Job.* 30.

(*k*) *Iſai.* 5.

(*l*) *Prov.* 21.

(*m*) 1. *Cor.* 3. *Pſalm.* 93.

*tra primam & magiſtram Eccleſiarum omnium loquentes exordium feceritis, nos in laudibus, & in nomine Domini, ad potentiam veſtram ſermonem habituri os aperuerimus?*

LXXVIII *Vidimus enim gigantem (a) Allophylum contra puerum & citharœdum noſtrum David furore plenum, & blaſphemias eructantem primo impetu populo Dei terrorem non modicum intuliſſe. Sed expecta paululum, & ecce videbis in nomine Domini percuſſum, & a jam dicto hymnidico, & laudes & Pſalmos ac orationes Domini Majeſtati humiliter effundente, gladio ſuo proſtratum. Et quidem nos injurias nobis ſpecialiter irrogatas, & maxime pro juſtitia laborantibus, & a juſtitiæ impugnatoribus ingeſtas libenter ferimus. Diſcipuli enim ſumus illius, de quo Apoſtolorum Princeps ait (b): Qui cum malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur, non comminabatur. De talibus enim veritas loquitur: Si (c) patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domeſticos ejus? & rurſum eos, qui propter nomen illius perſecutiones & maledicta toleraturi erant, beatos eſſe pronuntiat, dicens: (d) Beati eſtis cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſus vos mentientes propter me. Ubi ergo, teſte conſcentia, Deus in cauſa eſt, ibi omnino beatitudo ſperanda; & ubi mendacium ſævit, ibi convicia nulla timenda. Sicut ergo nos propter Deum etiam a non vera dicentibus injurias nobis illatas æquanimiter ferimus, ita quoque oportet pietatem veſtram ſacerdotibus, qualeſcumque ſint, propter eum, cui deſerviunt, reverentiam, potius, quam injurias exhibere, &c.* Pluribus enim agens inculcat, quam grave ſcelus, & ſecrilegium ingens in univerſa divina Scriptura monſtretur eſſe, de ſacerdotibus Dei male mereri. Quod igitur prolixior ſit epiſtola, quamplurimis reſecatis, ne Lectori faſtidio ſimus, ea tantum deſcribemus, quæ magis neceſſaria, & ad inſtitutum congruentia eſſe noſcuntur, cum præſertim epiſtola ipſa tertio cuſa reperiatur in Collectione Conciliorum Coloniæ, atque Venetiis, Romæ iterum prælo credita.

[Margin: (a) 1. Reg. 17. — Contemnendæ propter Chriſtum injuriæ. — (b) 1. Pet. 2. — (c) Matt. 10. — (d) Matt. 5.]

LXXIX. Poſt nonnulla ergo quam ſapientiſſime iſta ſubiicit: *Non ergo quales ſint ſacerdotes Domini, ſed quid de Domino loquantur, eſt vobis magnopere prævidendum. Nec in Vicariis beati Petri Apoſtoli vobis eſt attendendum qui ſint, ſed quid pro correctione Eccleſiarum, quid pro ſalute veſtra ſatagant. Neque enim illos inferiores dicetis Scribis, & Phariſæis ſedentibus ſuper cathedram Moyſi, de quibus Dominus præcepit, dicens: (e) Quæcumque dixerint vobis, facite, & obſervate; ſecundum opera vero eorum nolite facere. Ergo Imperator, conſidera, ſi illos dixit audiendos, qui ſuper cathedram Moyſi ſedebant: quanto potius his, qui ſuper cathedram Petri reſident eſſe exiſtimetis obaudiendum? Et ſi illorum non opera, ſed dicta facere, & obſervare jubet; quanto potius horum, quicumque ſint ipſi, dicta & monita cuſtodienda ſunt & amplectenda? &c.* Cum autem proprias in ſe illatas contumelias patienter ſe ferre teſtetur, in his, quæ ſpectant ad læſam Eccleſiam, quo ſit animo, ita declarat: *Veruntamen quæ ad Eccleſiæ Romanæ injuriam, quæ ad ipſius privilegiorum immutationem, quæ ad Sedis Apoſtolicæ Præſulum derogationem, ſcripſiſtis: quanta poſſumus conſtantia retundemus; & nullis terroribus, nec ullis detractionibus veſtris repreſſi, quanta poſſumus virtute deſtruere, utpote veritatis inimica, ſtudebimus.*

[Margin: Qualeſcumque ſint Sacerdotes audiendi. — (e) Matt. 13. — Non ferenda in Eccl. illata maledicta.]

LXXX. Sicque aggreditur Pontifex confutare quod in primis ſcripſiſſet, a tempore ſextæ Synodi nullum Orientalium Imperatorum communicatorias litteras ad Romanos Pontifices dediſſe, niſi ipſum, qui tali honore immeritos affeciſſet. Quam enim id falſum ſit, pluribus docet, cum tamen, ſi verum eſſet, illorum potius dedecus & opprobrium arguendum fuiſſet, quod per tot annorum curricula perſeveraverint hæretici Imperatores. Cum tamen quandiu perſeveraverunt Catholici, eos Apoſtolicæ Sedi additiſſimos fuiſſe, pluribus declarat exemplis.

[Margin: Longe abeſt, ut Imperator jubere poſſit Romano Pontifici]

Eam vero fortius retundit audaciam, qua ſe antea juſſiſſe ſuis literis ipſi Romano Pontifici gloriatur. *Quod longe* (inquit) *abeſt a piorum Imperatorum affectu; quorum ſicut locum tenetis, utinam ita & pietatem ſectemini. Quod longe, inquam, eſt a Principibus, Sedis Apoſtolicæ reverentiam obſervantibus.* Manifeſtat vero patentem veritatem pluribus ejus prædeceſſorum exemplis, quorum nullus imperioſo ſit eo uſus verbo, jubemus, ſed potius rogamus, vel petimus humili reverentia. Unum vero Mauritium inter Catholicos Imperatores, qui ſemel eo uſus eſt verbo, jubemus, in exemplum ſeveriſſimæ a Deo immiſſæ vindictæ poſitum fuiſſe diximus: recitatis vero Orthodoxorum Imperatorum exemplis, his ita verbis Nicolaus furentem, & quid effutiat neſcientem compellat Imperatorem:

LXXXI. *O Imperator, ſaltem nunc cognoſcatis, quam a piorum Imperatorum pietate in hac re differatis, & quam vox veſtra ab eorum diſcrepet divinitus inſpirata modeſtia! illi quippe, petimus, invitamus, ac rogamus: ecce ſparſim ad Sedis Apoſtolicæ Præſules; ſed pari pietate clamant: Vos autem quaſi non manſuetudinis*

*& re-*



*& reverentiæ, ſed ſolius Imperii eorum hæredes effecti, & in cauſa pietatis illos imitari nolentes, præcepiſſe, juſſiſſe, ac imperaſſe, ut quoſdam, ſubjectorum noſtrorum ad vos mitteremus, aſſeritis, & hoc ipſum vos egiſſe, neſcimus cujus inſtigationibus faſcinati, & oblivioni traditi dicitis. Porro factum a vobis nulla recordatione recolimus: nuſquam enim nobis tale quid juſſiſſe vos, niſi fallimur, hactenus reminiſcimur; nuſquam vos ad tantam circa Sedem beati Petri Apoſtolorum principis irreverentiam deveniſſe cognoſcimus. Revolventes enim epiſtolam, quam tunc per venerabiles Epiſcopos, & Arſam virum glorioſum Spatharium miſeratis, nihil juſſiſſe vos nobis, ſed potius obſecraſſe, atque rogaſſe vos omnino reperimus. In quo datur intelligi, cum nunc aliter perhibeatis, aut vos oblitos eorum fuiſſe, quæ antea miſeratis, aut certe pœnituiſſe ſuper his, quæ humiliter petiveratis.* Hæc de his ipſe.

LXXXII. Qui nec prætermiſit illud redarguere in litteris Imperatoris, quo ipſo magnopere Latinæ linguæ detraxerat, ait enim: *In tantam vero furoris abundantiam prorupiſtis, ut linguæ Latinæ injuriam irrogaretis, hanc in epiſtola veſtra barbaram & Scythicam appellantes, &c.* quod ex imperitia provenire demonſtrans, ait paulo poſt: *Jam vero ſi ideo linguam Latinam barbaram dicitis, quoniam illam non intelligitis: vos conſiderate, quia ridiculum eſt, vos appellari Romanorum Imperatores, & tamen linguam non noſſe Romanam. Ad extremum autem, ſi jam ſæpe nominatam linguam ideo barbaram nuncupatis, quoniam a tranſlatoribus in Græcam dictionem mutata, barbariſmos generat: non linguæ Latinæ, ſed culpa eſt, ut opinamur, interpretum, qui quando neceſſe eſt, non ſenſum e ſenſu, ſed violenter verbum reddere conantur e verbo, &c.* Sed & ex ſacro uſu ejus in Eccleſia Conſtantinopolitana vana & inſana ipſum Imperatorem loqui convincit; nam ſubdit: *Ecce quotidie, immo vero in præcipuis feſtivitatibus inter Græcam linguam, veluti quiddam pretioſum, hanc, quam barbaram & Scythicam linguam appellatis, miſcentes: quaſi minus decori veſtro facitis, ſi hac etiam bene ac ex toto intellectu in veſtris obſequiis ac officiis non utamini.* Et paulo poſt: *Adhuc ſi pleniter illam execramini; etiam ab Eccleſiis veſtris removere ſatagite. Iſtius enim dictione linguæ Conſtantinopolitana Eccleſia lectionem Apoſtolicam, & Evangelicam in Stationibus fertur primitus recitare; ſicque demum Græco ſermone propter Græcos utique ipſas lectiones pronuntiare. Sed quia tantum hæc impietas Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ hactenus defuiſſe putatur: ut tota ibidem nequitia ſuppleatur, hoc reſtat a vobis ſolummodo perficiendum.*

[Margin: Linguæ latinæ detrahens Imper. redarguitur.]

LXXXIII. Quod inſuper cognitus ab eo fuiſſet primatus Eccleſiæ Romanæ per tot ante miſſas legationes in cauſa depoſitionis Ignatii: jam pœnitens, ſuis his poſtremis id egit litteris, ut negaret ſe miſiſſe, quaſi majus judicium interpellaret, ſed ob exortam de imaginibus quæſtionem: Hanc tergiverſationem facile fuit Nicolao Papæ convincere, & redarguere falſitatis ex ipſius litteris Romam miſſis. Oſtendit inſuper primum de Ignatio judicium in collecta ab eo Synodo Conſtantinopoli habitum omni ex parte fuiſſe invalidum, ob idque dolo quæſitum per Legatos Apoſtolicæ Sedis judicium, ut quod corrueret, ſua ſtabilire poſſet auctoritate. Oſtenditque pluribus illud multipliciter inefficax omnino fuiſſe, idque ex ſacris Eccleſiæ regulis in Oecumenicis Conciliis ſtabilitis, atque uſu rerum plurimis exemplis ſemper & ubique recepto, quibus primatus Romani Pontificis in cauſis præſertim Epiſcoporum ſemper innotuit.

[Margin: Concilium contra Ignatium nullius eſſe roboris.]

LXXXIV Et in his quæ ſpectant ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam poſt multa ſubiicit iſta: *Cæterum ut calamum ad Conſtantinopolitanos præſules ſpecialiter extendamus; aut numquam omnino, aut certe vix horum aliquis ſine conſenſu Romani Pontificis reperitur ejectus, qui tamen hactenus inter depoſitos annumeretur, & non ab hæreticis, vel tyrannis pulſus, aut interemptus commemoretur. Denique ut ex his paucos commemoremus, nonne Maximus, poſtquam multum a Damaſo Papa (ſicut ejus ad diverſos epiſtolæ miſſæ indicant) laboratum eſt, Conſtantinopoli pulſus eſt? nonne Neſtorius? nonne Acacius? nonne Anthimus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Sedis Apoſtolicæ diſcurrentibus conſultationibus ac decretis ejecti ſunt? Cur ergo cum ita ſit, in ſolo Ignatio Petri memoriam deſpicere, ac oblivioni tradere ſtuduiſtis? niſi quia pro voto cuncta facere voluiſtis, conſtituentes Synodum Epheſinæ Secundæ crudelitate conſimilem. Quamvis ibi Alexandrinus erat, qui cum cæteris ſibi conſociatis Compatriarchis adverſus S. Flavianum agebat: hic vero (ut de Patriarchis omittamus) nec unius Epiſcopus civitatulæ aut quilibet ignotæ perſonæ adverſus tantum Pontificem extitit ſententiæ promulgator, qui non de Suffraganeis, & ſubiectis ejus fuerit.* His & aliis multipliciter redarguit celebratum adverſus Ignatium ab ipſis conciliabulum, de quo ſatis ſuo loco ſuperius dictum eſt. Deinde vero deridens falſum prætextum Imperatoris aſſerentis non ob cauſam depoſitionis Ignatii, ſed ob quæſtionem de ſacris ima-

[Margin: De Epiſc. Conſt. ejectis.]

gi-

ginibus excitatam vocatos eſſe ab Apoſtolica Sede Legatos, arguit eum mendacii.

LXXXV. Cur ad cuncta non reſpondeat Nicolaus.

Sed quod plurima adhuc confutanda remanebant, cur non ſingula redarguerit, triplicem affert cauſam his verbis: *Ad reliqua vero, quæ ex eadem epiſtola veſtra plurima ex parte remanebant, reſcribere his pro cauſis omiſimus, quoniam tanta nos Pater cœleſtis ſecundum beneplacitum ſuum ægrotatione quaſi filios ſuos corripuit, ut non ſolum quæ ad reſpondendum propoſitionibus veſtris idonea eſſe perſpeximus, valeremus exponere, verum etiam eadem ipſa, qualiter dictarentur, nulli ægritudine nimia preſſi, qui vermus edicere.* Et *quia Legatus veſter tanta eſt impatientia uſus, ut antequam nos ex validiſſima infirmitate reſpirare aliquantulum cognoviſſet, nullam moram paſſus, mox etiam nobis inconſultis Urbe, quam vos quidem inveteratam, ſed* Honorius *pius Imperator æternam vocat, diſceſſerit; ob nihil aliud, niſi quia tempus hiemis imminebat, & periculum ſui vel militum veſtrorum, qui ſecum erant, vehementiſſime formidabat. Apud quem vix obtinere potuimus, ut ſaltem, dum hæc ſcriberentur (quoniam ad Urbem reverti nullo modo voluit) in Oſtia poſitus expectaret. Tertio quia cum eadem, quæ ſuperfuerunt in ipſa epiſtola, ad quæ nihil reſpondimus, ſed potius philoſophando contempſimus, plena eſſent omni pravitate atque blaſphemia, & contra ipſam diſpoſitionem Dei, qua Eccleſiæ, Sediſque Romanæ privilegia cunctarum Eccleſiarum privilegiis ſua ineffabili providentia prætulit, venena diffunderent: non veſtra eſſe verba (ſicuti prædiximus) quæ tam perperam ſonabant, credidimus, ac pro hoc his, quæ in ambiguum venerant, non potuimus tamquam indubitatis reſponſa, vel apologetica ſcripta remittere.*

LXXXVI Arguitur inſcitiæ Imper. qui negligit Eccl. Rom. privilegia.

*Verumtamen ſi veſtra fuerunt verba, quæ in deſpectum B. Petri Apoſtolorum principis, immo Dei, cujus ordinationi reſiſtitis, ſunt ſcripta, & quaſi detrahentia privilegiis hujus ſacratiſſimæ Eccleſiæ miſſa ſunt: fateor non vos ſtudioſe ſacras regulas, non venerandarum Synodorum Actiones, non piorum Impp. leges, non veraces probabilium virorum hiſtorias lectitaſſe, quas tam conati eſtis in derogationem Eccleſiæ tantæ inutiliter, ac incompetenter atque incongrue memorare. Sed rogamus omnipotentem Deum, ut qui ſuæ cognitionis vobis reſeravit myſterium, tribuat quoque noſſe ad plenum ſuas diſpoſitiones, quibus ſanctæ Eccleſiæ moderatur arcanum, & quæ ſint, vel quanta, & qualia privilegia Eccleſiæ Romanæ, & ex quo cœperint exordium, & quis ejus ſummæ auctoritatis auctor exiſtat, vobis clementer aperiat. Quod ſi a nobis quæritis ſcire, utpote a miniſtris Chriſti, & diſpenſatoribus myſteriorum ejus, vobis evidentius oſtendemus. Si vero noſſe parvipenditis, & ſolum contra privilegia Eccleſiæ Romanæ niſus veſtros erigitis: cavete, ne ſuper vos convertantur. Durum quippe eſt vobis contra impetum fluminis reluctari; durumque eſt contra ſtimulum calcitrare.* Taciteque ſic comminatur tum excommunicationem, tum etiam privationem Imperii, qua Gregorius (ut vidimus ſuperiori tomo) ex privilegio Apoſtolicæ Sedis ſpoliavit Leonem Iſauricum contemptorem ejuſdem Apoſtolicæ Sedis Imperio Occidentali: Subdit vero:

LXXXVII

*Porro ſi nos non audieritis: reſtat, ut ſitis vos neceſſario, quales Dominus noſter* JESUS *Chriſtus hos haberi præcepit, qui Eccleſiam Dei audire contempſerint. Præſertim cum Eccleſiæ Romanæ privilegia Chriſti ore (a) in beato Petro firmata, in Eccleſia ipſa diſpoſita, antiquitus obſervata, & a ſanctis univerſalibus Synodis celebrata, atque a cuncta Eccleſia jugiter venerata, nullatenus poſſint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari. Quoniam fundamentum, quod Deus poſuit, humanus non valet amovere conatus; & quod Deus ſtatuit, firmum, validumque conſiſtit. Illeque potiſſimum peccat, qui Dei ordinationi reſiſtere tentat. Privilegia, inquam, iſtius Sedis vel Eccleſiæ perpetua ſunt; divinitus radicata atque plantata ſunt: infringi poſſunt: transferri non poſſunt: trahi poſſunt, evelli non poſſunt. Quæ ante Imperium veſtrum fuerunt, & permanent (Deo gratias, hactenus illibata, manebuntque poſt vos; & quouſque Chriſtianum nomen prædicatum fuerit, illa ſubſiſtere non ceſſabunt immutilata. Illa igitur privilegia huic ſanctæ Eccleſiæ a Chriſto donata, a Synodis non donata, ſed jam ſolummodo celebrata, & venerata: per quæ non tam honor, quam onus nobis incumbit (licet ipſum honorem non meritis noſtris, ſed ordinatione gratiæ Dei per beatum Petrum & in beato Petro ſimus adepti) nos cogunt, nos compellunt, omnem habere ſolicitudinem Eccleſiarum Dei, &c.* Pluribus de his agens oſtendit, non Romanam tantum, ſed Antiochenam, atque Alexandrinam opera Petri fundatas Eccleſias, & tum illarum, tum etiam totius Chriſtiani orbis, tamquam unius ovilis a Chriſto Petro crediti, Petri ſucceſſori curam incumbere ipſi Romano Pontifici.

(a) *Matt.* 18.

Privilegia Eccl. Roman. æterna a Deo.

LXXXVIII.

Quod autem idem Imperator mitti ab Urbe ad ſe petierit Theognoſtum Ignatii comminiſtrum, & alios quoſdam monachos tamquam reos majeſtatis: ad hoc reſpondet iſta Nicolaus: *Porro ſcripſit nobis Imperium veſtrum, ut Theognoſtum, qui a fratre & Coepiſcopo noſtro Ignatio ſuper quaſdam provincias Exarchatus pondus accepiſſe dignoſcitur, necnon & alios monachos ſibi, tamquam veſtræ Auguſtalis injuriatores Excellentiæ, deſtinemus. In quo cum tamen ipſi injuriatores veſtri non fuerunt: quid aliud niſi in quanta pœna & quibus tormentis ſubiiciantur, hi, qui ex parte Ignatii, & apud vos in ditione veſtra conſiſtunt, liquidius agnoſcamus? Quando hi non utique ad epulas, non ad infulas alicujus honoris percipiendas profecto quæruntur, ſed potius ad puniendum, quos forte nec vidiſtis, nec cujus moris ſint, penitus agnoviſtis. Denique quidam eorum ab ineunte ætate Romæ divinis obſequiis famulati ſunt; & non juſtum credimus hujuſmodi tormentis fore ſubdendos. Theognoſtum autem non de vobis ſiniſtra, ſed potius grata prædicare teſtamur; quamobrem ergo eum quæratis, ignoramus; niſi forte quia illinc fugatus, hic apud nos requiem, quemadmodum innumeri Chriſtiani, aliquantulum reperit.*



Negat Nicol. Papa mittendos quos Imp. poſtulat.

LXXXIX. Multitudo ex omnibus gentibus Romam venientium.

*Siquidem tanta millia hominum protectioni ac interceſſioni beati Apoſtolorum principis Petri ex omnibus finibus terræ properantium, ſeſe quotidie conferunt, & uſque ad finem vitæ ſuæ apud ejus Limina ſemet manſura proponunt, ut præter illud quo vas e cœlo ſubmiſſum, in quo cunctorum oſtenſa ſunt eidem beato (a) Petro horum omnium rectori animantium genera, Catholicam ſignat Eccleſiam: ipſa ſola Romanorum Urbs, apud quam ipſius Apoſtoli corporalis præſentia ſedule veneratur; ipſius vaſis cunctas dignoſcatur, in ſe continere univerſorum animalium, quæ homines intelliguntur ſpiritualiter nationes. Suſcepit ergo, & continet Romana Eccleſia, quod Deus univerſalem Eccleſiam ſuſcipere, ac continere præcepit. Decentiſſimum quippe eſt atque convenientiſſimum, ut apud ſe Petrus, quod ipſi ſpecialiter oſtenſum atque præceptum eſt, exhibeat, ſicque demum quod in generali Eccleſia facilius credendum ſit, innuat. Sane intuendum eſt, quia & hoc vas, in quo omnia genera erant animantium, Petro ſpecialiter oſtenſum eſt; & ut ea mactaret, & manducaret, illi ſoli juſſum eſt, & poſt reſurrectionem (b) nt rete plenum diverſis piſcibus ad litus traheret, a Domino ipſi proprie ſoli præceptum eſt. Ipſum enim, cujus nos, licet immeriti, vicem ſuſcepimus, principaliter & ſpecialiter univerſalis Eccleſiæ curam divinitus accepiſſe, etiam nobis tacentibus, credimus quod veſtra ſapientia jam animadvertat. Pataſne ergo Imperator, juſtum eſſe, ut tradamus aliquem eorum, quos nunc commemoravimus, Principibus, quorum aulas, dignitates, honores & beneficia contempſerunt, quorum fortiter indignationes, aut perſecutiones ſuſtinuerunt? Nolumus enim, Deo auctore, nec Judæ proditori ſimiles inveniri, nec paganorum excedere profecto nequitiam: ipſi enim nihil tale agere penitus patiuntur, quale vos perpetrare hortamini nos. Denique cum quidam anteceſſorum veſtrorum quemdam venerabilem virum ab Agarenorum Principe multis oblatis muneribus, ſibi mitti popoſcerit, non ſolum minime impetravit, verum etiam, ut fertur, ab eo, quem quærebat, pudorem conferentia ſcripta recepit. Quamvis Deo gratias, & per principalem beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, de qua ſupra partim expoſuimus, poteſtatem, & jus habeamus, non ſolum monachos, verum etiam quoſlibet clericos de quacumque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos convocare, atque Eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus, invitare. Hoc quidem noſtrum. Veſtrum autem & piorum Imperatorum non eſt ullum penitus quærendi monachos miniſterium, niſi ad miſerendum, & orationes eorum ſubmiſſe poſcendum. Quod ſi forſitan opinamini, Thegnoſtum apud nos Photio detrahere, Ignatiumque jugiter commendare: ſcitote veraciter quia, nihil ipſe de utroque loquitur, niſi quod in propatulo eſt, quod mundus dicit, quod omnis Eccleſia clamat, quod ipſi per innumeros homines Romam ab Alexandria, ab Hieroſolymis, a Conſtantinopoli, a confinibus ejus, ab Olympo monte, atque a cæteris mundi partibus adventantes agnovimus; ad extremum quoque quod nos per Miſſos veſtros & diverſa ſcripta patenter intelleximus, &c.*

(a) *Act.* 10.

(b) *Joan.* 21.

Imperatores nullum jus habent in Monachos.

XC. Nicol. Papa contemnit minas Imp.

Quod autem demum ſuis litteris Imperator ad minas converſus, excidium Urbis fuerat comminatus, niſi ipſi pareret Nicolaus, ad hæc iſta animo reſpondit intrepido: *Poſtremo, niſi correxerimus conſilium noſtrum, videlicet ut illud juxta conſilium veſtrum dirigamus, vel ſi non effecti ſimiles vobis, ſicut ipſi caput, ita nos quoque membra tradamus: interminationibus crebris deterrere nos, & minitari videmini, tamquam ſitis patriæ & Urbi noſtræ ultimum excidium illaturi: Quæ nos, Chriſto propitio atque cuſtode (de quo ſcriptum eſt (c): Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilant qui cuſtodiunt eam) ſicut hactenus non timuimus, nec modo timemus, credentes ſuper muros ejus Angelorum cuſtodiam, immo vero ſcientes, quod Salvator poſitus ſit in ea murus & antemurale, ideſt Apoſtolorum munimentum interceſſionum. Neque enim non legimus,*

*aut*

(c) *Pſalm.* 126.

(a) 4. Reg. 19.

*aut obliti ſumus minarum (a) Sennacherib Regis Aſſyriorum, & ſervorum Dei contra urbem Hieruſalem & populum ejus, quæ non minores, nec pauciores minis veſtris fuerunt. Et rurſum miſerationum Domini recordamur, & qualiter centum octoginta quinque millia hominum de caſtris Aſſyriorum interierint; & urbs cum habitantibus ſuis evaſerit, in mente recolimus; & gratias agimus, & ſpem ſumimus, ac fiducialiter de domo Domini, ſi virtutem ipſe donaverit, cultum Baal amovere curabimus, quoniam ipſe eſt nunc, qui tunc, ipſe & in ſæcula.*

XCI. (b) Eccl. 10. * bulla. Inſultat in Imp. vane comminantem.

*Ergo ne velit minari pulvis & vermis. Scriptum eſt (b): Quid ſuperbit terra & cinis? Ne velit * ampulla in aquis inflari, quia poſt pauxillum, & ecce non eſt. Quid gloriatur in malitia qui potens eſt in iniquitate? Quid facturus eſt? occiſurus eſt (verbi gratia) dicamus hominem? quoniam amplius non habet quid faciat) & hoc unus fungus facit malus.* O Imperator in hoccine redacta eſt malitia hominis in iniquitate potentis, ut fungo malo comparetur? Heu quam inutilem potentem, heu ſupervacue gloriantem! Porro veſtra potens virtus in Domino potius glorietur, in bonitate laudetur, in juſtitia exaltetur: non minas nobis, non terrores velit incutere. Neſcitis enim ſecundum (c) Salomonem) quid ſuperventura pariat dies, & juxta Pſalmographum: (Dominus diſſipat conſilia Gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia Principum.*

(c) Prov. 27. (d) Pſalm. 32.

Ita plane accidit, cum qui occidere minatur, occiditur ipſe a ſuis poſt annum ſequentem. Pergit: *Præſertim cum inter nos & vos non modica ſit intercapedo, quæ quotidie populos non pauxillas vobis injurias, immo diſcrimina inferentes producit, & de his vos conveniat potius quam de nobis ulciſci; nos enim apici gloriæ veſtræ non damna, non convicia, non prorſus ullas (quod abſit) injurias irrogavimus. Verumtamen quamdiu ſubſiſtemus, miniſterium noſtrum honorificabimus. Anteceſſorum veſtigia noſtrorum ſectabimur, Eccleſiarum cunctarum ſollicitudinem bajulabimus in eo, qui nos confortabit Domino Deo noſtro JESU Chriſto.*

XCII. Exprobrat ignaviam Imp.

*Quid ſæviunt homines? Quid mali fecimus nos? Certe non Cretam invaſimus, non Siciliam exterminavimus: non innumeras Græcis ſubjectas provincias obtinuimus: poſtremo non Eccleſias Sanctorum, interfectis numeroſis hominibus, ac ſuburbana Conſtantinopoleos, & quæ muris ejus pene contigua incendimus. At vero de iſtis nulla fit ultio, qui pagani ſunt, qui alterius fidei ſunt, qui inimici Chriſti ſunt, qui veritatis miniſtris jugiter adverſantur.* Ita Nicolaus ejuſdem Imperatoris ſugillans ignaviam, quam æque Græcorum hiſtorici omnes ſunt deteſtati. Pergit vero: *Et nobis, qui Dei gratia Chriſtiani ſumus, qui ex parentibus Chriſtianis exſtitimus atque Catholicis, qui unius ejuſdemque fidei dogmata credimus: qui ſervi veſtri vocamur: qui veritatis cultores, quantum poſſumus eſſe deſideramus, minæ tuæ tenduntur, terrores promittuntur, etiam nonnullæ moleſtiæ irrogantur. Non eſt iſte ordo laudabilis: non eſt iſta commutatio imitabilis, ut qui innumera mala ingerunt impuniti evadant, & qui nihil mali geſſerunt, pro his talia recipiant: & qui Chriſtum blaſphemant, dimittantur, & qui Chriſtum celebrant, hujuſmodi minis ſubiiciantur. Sed habemus ad quem reſpiciamus nos, habemus in quo nos conſolemur. Fecerunt enim hoc & Judæi, (e) latronem dimittentes, & Salvatorem tenentes: occiſorem juſtificantes, & vivificatorem condemnantes: Barabbam liberantes, & Chriſtum morti ſubdentes.*

(e) Matt. 27.

XCIII. Indulget ut judicata cauſa Ignatii iterum judicetur Romæ.

His ita deriſis, Pontifex ad cauſam Ignatii convertit iterum ſtylum, liberaliter offert, licet non teneretur iterare cauſam jam ab Apoſtolica Sede judicatam; liberaliter inquam, concedit, ac præcipit idipſum iterari Romæ judicium, ut tam Ignatius, quam Photius ſe eo ad cauſam dicendam conferrent. Quod ſi ipſi venire nequeant, id per Vicarios mandat impleri: nam ſubdit: *Porro ſi venire illi per ſe nequeunt: primo quidem ipſi cujus rei cauſa venire non valent, nobis per ſatisfactorias litteras indicent. Deinde veniant de his, qui cum Syracuſano Gregorio ſunt quotquot voluerint, vices cæterorum tenentes, qui ipſius ſunt partis. Mittantur etiam de parte Ignatii Archiepiſcopi quidam, Antonius Cyzici, Baſilius Theſſalonicæ, Conſtantinus Lariſſæ, Theodorus Syracuſanorum, Metrophanes Smyrnæ, & Paulus Epiſcopus Ponti Heracleæ, Egumeni autem Niceta Chryſopoleos, Nicolaus Studii, Doſitheus Oſii Dii, atque Lazarus presbyter & monachus, qui dicitur Cazaris. Qui niſi fuerint miſſi, ſuſpectos vos reddetis, quia hos, in quibus certificari poſſimus, a noſtris obtutibus ſubtrahere ſtudioſe curatis. Et ideo neminem cæterarum partium admittemus, niſi forte quos ex latere veſtro deſtinatos eſſe, veraciter valeamus cognoſcere. Quibus ex utraque parte convenientibus, & coram noſtra præſentia ac fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum auditis, quid quæſtionis inter utramque partem emerſerit, facilius agnoſcamus, & canonice definiamus, &c.* Rurſum vero poſt multa in commendationem juſtitiæ ab Apoſtolica ſede miniſtrandæ locutus, ad eumdem rurſus convertit ſermonem, optans red-

de-



dere mitem, quem ex litteris noverat furore commotum dicens:

XCIV.

*Nolite indignari, nolite adverſus nos fruſtra cauſari, nolite perverſorum hominum verba libenter audire, ſed potius nos audite. Nolite minas prætendere: quoniam nec illas (Domino protegente) metuimus, nec per has præcepta veſtra, niſi divinis fuerint juſſis ornata, faciemus. Parati autem ſumus propter veritatem ſanguinem noſtrum effundere, ſiquidem plebem divinitus nobis commiſſam nec vobis, nec ulli veſtrum, propitio Chriſto, trademus. Veſtrum autem eſt conſiderare, utrum quod * meditamini, valeatis necne perficere. Cogitate itaque dies antiquos, & annos æternos in mente habetote. Et quid Imperatores, qui perſecuti ſunt Eccleſiam Dei, & maxime Eccleſiam Romanam, ideſt Nero, Diocletianus, Conſtantius, Anaſtaſius, & cæteri moris eorum pertulerint, & ubi modo ſint, attendite diligenter, & quantum ſit in Eccleſia Dei execrabilis fama eorum, & nomen deteſtabile, ſapienter advertite. Quanta autem Dei cultorum Auguſtorum, qui Eccleſiam Dei exaltaverunt, & præcipue Romanam, Conſtantini & Conſtantis, Theodoſii quoque majoris & Valentiniani, & cæterorum laus in univerſa Eccleſia polleat, & eorum præconia ubique perſonent, & nomen eorum inter ſacra myſteria imprætermiſſe commemoretur, attentius & ſedule recordamini, ſicque nos audire illos imitantes ſatagite. Patres enim veſtri per gratiam Chriſti ſumus, & vos tamquam chariſſimos diligimus filios, nec poſſumus vobis niſi viam veritatis oſtendere: terrenam gloriam veſtram augeri divinitus exoptamus. Sed quid peccamus, ſi cœleſtem ac æternam vos capeſſere nihilominus exoramus?*

* al. minamini

Admonitio ab exemplis.

XCV.

*Quapropter attendat clementia veſtra, quantus fuerat erga Sedis Apoſtolicæ reverentiam anteceſſorum veſtrorum piorum Imperatorum, & præcipue quos longe ſuperius memoravimus, amor & ſtudium, qualiter eam diverſis privilegiis extulerint, donis ditaverint, beneficiis ampliaverint. Qualiter illam litteris honoraverint, ejus votis annuerint, inſtituta perficienda mandaverint, orationes petiverint, fidem ſectandam decreverint. Qualiter etiam legibus ſuis pro adunandis ei Eccleſiis promulgaverint, pro colligendis Conciliis, ac proferendis ſententiis non imperaverint, ſed precati & hortati ſolum extiterint; & quæ illi decreverunt, ipſi conſenſerint, & quæ illi damnaverunt, ipſi reſpuerint. Sic ergo fili chariſſime, ſic & tua ſublimitas non ex parte ingratorum & inobedientium filiorum exiſtens (quod abſit) ſed inter cæteros Dei cultores Auguſtos imitator, quæ decrevimus de Conſtantinopolitana Eccleſia obedienter attendat, &c.* Poſt nulla autem: *Et ſi cunctis*, inquit, *generaliter ſacerdotibus divina tractantibus Fidelium convenit corda ſubmitti: quanto potius Sedis illius Pontifici conſenſus eſt adhibendus, quem cunctæ Eccleſiæ generalis jugiter pietas celebravit? Unde clementia veſtra evidenter advertit, numquam quovis penitus humano conſilio elevare ſe quemquam poſſe contra illius privilegium, vel confeſſionem, quem Chriſti vox prætulit univerſis, quem Eccleſia veneranda confeſſa ſemper eſt, & habet devota primatem. Impelli non valent humanis præſumptionibus, quæ divino ſunt judicio conſtituta.* Et poſt multa id genus inculcata, clauſa tandem epiſtola, eidem ejuſmodi conteſtationem affixit, quod timeret ne, ſicut aliæ, ab interprete, vel alio falſaretur:



Quam immane ſcelus Rom. Pontifici non obedire.

XCVI. Conteſtatio appoſita litteris Apoſtolicis.

*Quiſquis hanc epiſtolam noſtram Conſtantinopoli legerit, & Auguſtiſſimo filio noſtro Michaeli quidquam ex iis, quæ ſcripta ſunt, occultaverit, ne locum apud illum poſſit invenire ſufficientem, anathema ſit. Quiſquis etiam interpretatus eam fuerit, & ex ea quidquam mutaverit, vel ſubtraxerit, vel addiderit, præter illud, quod idioma Græcæ dictionis exigit, vel interpretantis ſcientia intelligendi non tribuit, anathema ſit.* Ita ſanctiſſimus Pontifex, quod experimento didiciſſet, falſatas fuiſſe miſſas ante has litteras in Orientem, ut ſuo loco fuſius eſt demonſtratum. At non ſatis fuit eidem ſancto Pontifici contrariis litteris confutaſſe blaſphemas litteras Imperatoris, ſed judicavit eas omnino dignas incendio; idque ipſi Imperatori faciendum præcepit, quod ſi negligeret, id Romæ ſolemni ritu a ſe faciendum eſſe denuntiat. Sed audiamus ipſum, qui in litteris anno (a) ſequenti per ſuos Legatos ad Imperatorem miſſis hæc habet poſt multa in deteſtationem earumdem litterarum inculcata:

(a) Nicol. ep. 9.

XCVII.

*Denique opinati ſumus, & nunc nihilominus opinamur, quod pietas veſtra tamdem aliquando reſipiſcat, & de Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ reſtaurando ſtatu, nobis ſalubria ſuadentibus acquieſcat; ſicque demum omnia ſcripta, quæ male ſunt compilata non ſolum adverſum nos, & hanc ſanctam Eccleſiam, verumetiam contra fratrem noſtrum & comminiſtrum Ignatium, coram univerſa Imperii ſui multitudine igni tradenda decernat. Alioquin jam cunctis Eccleſiæ Fidelibus quæ foret Apoſtolicæ Sedis auctoritas, vel quæ fabricatoribus mendacii, ſeu inventoribus perverſorum dogmatum immineret ultio, profecto pateſceret. Impoſſibile eſt enim (quamquam noſtras nos ſpeciales injurias curare floccipendamus)*

Igni tradenda ſcripta Imp.

G ut

*ut tantorum ac talium ſanctorum Patrum & propugnatorum Catholicæ Eccleſiæ, ac deſtructorum diverſarum hæreſum, atque defenſorum Orthodoxæ Fidei blaſphemias æquanimiter ſuſtineamus, vel etiam tantæ Sedis, ſive tam excellentis Eccleſiæ Romanæ, cui Deo deſervimus auctore, contumelias perferamus.*

XCVIII. *Verum quamvis & de nonis humiliter ſentiamus, nec tamen, conſcientia dictante, vera eſſe quæ vos de nobis perhibetis, aſſeveramus, ſed ut diximus, ea poſtponentes, illa potius, quæ JESU Chriſti ſunt, inveſtigamus. Et ſi male congeſta adverſus ejus famulos, adverſus ejus ordinationes, adverſus ejus diſpoſitiones, ſtabilita privilegia reperiuntur, nulla patientia toleramus; verum etiam conflatoribus tantæ perverſitatis dignam viciſſitudinem reddere neceſſario meditamur: nimirum ne hos quis impunitos intuens, aut nunc, aut futuro tempore deinceps talia præſumat præſtigia falſitatis componere, vel commenta blaſphemiarum hujuſmodi figmentis contradicere. Quapropter Imperator ſublimiſſime, diligenter propter Dominum inquirentes atque ſcrutantes, ſi veſtra illam non fuiſſe præceptione tam cænoſam inveneritis confectam, immo toxicatis ſyllabis infectam epiſtolam (ut interim de tot præſtigia texentium pœna taceamus) quam illi vobis zelo veritatis flagrantibus involvere: convenit ſaltem hujus ſocia accepta, & palam cunctis igne ſuccenſa per Auguſtales veſtros tam nobis, quam omnibus, ad quorum notitiam pervenit, deſtinatos apices competenti ſatisfactione; a tam perverſo ſenſu, & tam profanis adinventionibus, quod a ſenſu veſtro non fuerit commentis tradita, vos exhibere prorſus immunes. Jam vero ſi vobis in multis hujuſmodi ſolicitudinibus occupatis ſurreptum eſt, ut talia ſcribere mandaretis: ne pigeat clementiam veſtram hoc etiam ipſum humiliter confiteri, & legibus veſtris, ut hujuſmodi ſcripta nullius habeantur momenti, decernere; ita ut penes quem reperta fuerint, impunito non evadente, ipſius quoque ſæpe memoratæ, & ſemper execrandæ epiſtolæ, vel exemplaris ejus apices (intemeratis pro reverentia manentibus ſacris dictionibus) flammeo dedantur igni voranda; ut a ſiniſtræ opinionis nævo, quem ex blaſphemiis ſcriptis incurreretis, cavere valeatis: & ingrati filii circa Matrem veſtram, ex qua imperandi faſtigium vos & patres veſtri ordine cœlitus diſpoſito, percepiſtis, nullatenus appareatis.*

XCIX. *Sin autem, ſcitote quoniam poſtquam in hac vos pertinacia perſiſtere finetenus velle comperimus: primum quidem congregatis cunctarum Occidentalium regionum venerabilibus ſacerdotibus, dictatores & diſpoſitores, atque præceptores tantæ fallaciæ, ſeu crudeliſſimæ derogationis Sanctorum, vel paternarum traditionum, ab omni Chriſtiana compage remotos, Apoſtolica freti auctoritate diris anathematis vinculis innodabimus: necnon & Patrum & prædeceſſorum meorum ſecuti veſtigia, qui ſoliti ſunt etiam numeroſorum Concilia nequiter celebrata ceſſare Pontificum, ſi qua ſocia ſunt crebro dictæ vel exemplaria fortaſſis epiſtolæ; quin potius non ſolum hæc, ſed & omnia ſctipta, quæ vel adverſus fratrem & Coepiſcopum noſtrum Ignatium iniqua confecta, vel adverſum nos cauſam illam canonice proſequentes furioſe deprompta ſunt, perenni damnationi mandabimus. Deinde vero decernentibus nobiſcum, & ſimul conſiderantibus iiſdem ſanctiſſimis fratribus & Coepiſcopis noſtris, ipſam epiſtolam in ſtipite, videntibus cunctis, ſuſpenſam, vaſto ſuppoſito foco, ad vituperium veſtrum coram omnibus nationibus, quæ penes Memoriam ſancti Petri multipliciter inveniuntur, extremæ perditioni donabimus. Quatenus his rite patratis, diſcat pius quod amet, & crudelis quod timeat. Nam tot & talia blaſphemiarum commenta, quin potius veracium litterarum depravationes audiſſe, & tacuiſſe, * cohibuiſſe eſt.*

Nicolai publicam damnationem blaſphemæ epiſt. comminatur.

* al. comminuiſſe C.

*Quamobrem, venerabilis Imperator, valde mihi, ſicut ipſe comprehendere poteris, cavendum eſt, ne ſi nos præſtigioſorum figmentis minus celeriter obviaverimus, tamquam vera recognita, vel comprobata hæc admiſiſſe, fallaciter apud ſtolidos æſtimemur. Nec poſſumus in Eccleſia Dei diſſimulando tam ſpurca relinquere germina, quæ anteceſſorum noſtrorum beatiſſimorum Pontificum tempore, aut numquam exorta, aut certe ſi undecumque, vel quomodocumque exorta ſunt: eorum judicii ligone, antequam proficerent, radicitus extirpata ſunt. Deſtruite ergo vos, & diſſipate illa; alioquin a nobis fore deſtruenda, ſeu funditus diſſipanda modo, quem prædiximus, ante neſcite. Quamvis antequam nos iſta vobis ſcriberemus, quæ nunc ſublimitatem veſtram hortamur, hoc vos facturos eſſe putaremus. Sed quia quod putatum, nullum effectum hactenus habuit: idcirco nos ſalutem veſtram illæſam manere volentes, ut hoc nunc ſaltem agatis, affectu paterno monemus. Alioquin, ut jam præfati ſumus, ſic Deo favente, de cætero vigilabimus, & ſtudiis, quibus poſſumus, inſiſtemus, ut inter exanimes computentur, qui auctoritatem Petri non ſenſerint, immo Dei hanc ordinantis in Petro non intellexerint. Ita ut nec iſta, quæ pernicioſe compilata ſunt, defende-*

*re,*



*re, ſed nec his ſimilia ſcripto tradere, vel in mente volvere quis ulterius audeat. Non enim figmenta, quæ ordinationi Dei reſiſtunt, quæ Evangelicis vocibus contradicunt, quæ ſanctorum Patrum definitionibus obviant, quæ ſynodicis conſtitutionibus adverſantur, quæ ſi ſic dimittantur, innumera poſſunt Fidelibus auxilia Petri quærentibus inferre diſpendia, incolumia ſine diſcrimine veſtro valemus deſerere, & exiſtimationi noſtræ, vel nunc, vel poſt deceſſum noſtrum tantum (quod abſit) nedum ad deſtructionem ſimplicium, & mutilationem Sedis Apoſtolicæ privilegiorum relinquere.* Hæc de damnatione, & concrematione Imperialium litterarum Nicolaus, qui ſi in Imperatorem ita declamat, quæ vociferatus eſſet in perditiſſimos ſæculi hujus homunciones, viliſſimos balatrones, longe funeſtiora, & audaciora tentantes, atque execrabiliora ſcribentes? Vincuntur a ſuis ſucceſſoribus omnes hæretici, ſecundum illud Apoſtoli (a): *Mali autem homines, & ſeductores proficient in pejus, errantes, & in errorem mittentes.* Quos vel ex hoc puduiſſe debet (ſi tamen locum in perfrictis frontibus, & obduratis animis pudor invenire poſſet) talem Imperatorem, quem Græci omnes (Latinos dicam) conclamant omnium ſceleſtiſſimum, habere adverſus Romanam Eccleſiam, quem ſequuntur auctorem, taliumque blaſphemiarum primum promulgatorem; quem ſi quis Dei afflatum ſpiritu dixerit, junget ubique (horrendum) dictu Belial Chriſto. Quod nullo modo, teſte (b) Apoſtolo, effici poteſt. Cum igitur ex quo principium erroris traxerint, appareat manifeſtum; cujus ſpiritus ſint miſeri facti participes, poteſt æque cognoſci. Sic itaque princeps dæmoniorum per principem ſæculi adverſus Principem Apoſtolorum bellum movit; ſed qui ipſi dixit (c) *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*: Et illum contrivit (ut cito viſurus eris) & ejus Sedem reddidit clariorem.

(a) 2. Tim. 3.

(b) 2. Cor. 6.

(c) Matt. 16.

CI. Eodem anno corpora ſanctorum Euſebii & Pontiani in Gallias fuiſſe tranſlata, Nicolao annuente, tradit Sigebertus in Chronico.

Ad hunc quoque annum referunt ſcriptores proſequuti res Venetas, ærea inſtrumenta, quæ campanas dicimus, uſui eſſe cœpiſſe Græcis, miſſis ipſis a Duce Venetiarum Urſo Patriciaco ad Michaelem Imperatorem.

S. Anſgarii obitus.

Hoc eodem anno magnus ille Danorum & Sueonum Apoſtolus S. Anſgarius ex hac vita feliciter ad cœlum migrat: de eo enim iſta habet vetus hiſtoricus Adam (a): *Interea beatus Anſgarius captivos redimendo, tribulatos refovendo, erudiendo domeſticos, barbaris evangelizando, foris Apoſtolus, intus monachus,* num-

(a) Adam hiſt. lib. 1. cap. 31.



PAGIUS XII.

*Moritur S. Anſcharius Archiep. Hamburgenſis.*

Ad num. CI. & ſeq. Vitam *Sancti Anſcarii* Archiepiſcopi Hamburgenſis & Bremenſis, ac Septentrionalium regionum Apoſtoli, quam Sanctus *Rembertus* ejus Succeſſor & diſcipulus ſcripſit, Baronius non viderat, ſed poſt ejus mortem publicata fuit ab Henſchenio ad diem III. menſis Februarii, a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. II. & ab aliis. Ex ea diſcimus, Sanctum Præſulem poſtridie Purificationis Beatæ Virginis animam Deo reddidiſſe. Annum Rembertus non notavit, ſed Adamus Bremenſis in lib. I. cap. 31. hæc habet: *Obiit anno domini DCCCLXV. indict. XIII. qui eſt Luthouvici ſecundi XXVI.* [1] Verum loco, *anno XXVI.* legendum, *XXV.* Ludovicus enim Germaniæ Rex menſe Februario hujus anni verſabatur tantum in anno XXV. Regni ſui. Eumdem annum exhibent Albertus Stadenſis & Auctor Chronici Saxonici. Cointius quidem anno DCCCXXX. num. III. in annum præcedentem mortem ejus confert; ſed ejus jam fundamentum evertimus, oſtendimuſque eum neque initium converſionis Suecorum, neque annum ejus ordinationis recte conſignaſſe. Ex pluribus Epiſtolis a Sancto Anſchario ſcriptis unica tantum ſupereſt. In Vita Sancti Remberti a Monachis Corbeienſibus non multo poſt ejus mortem elucubrata, & ad diem IV. Februarii in Actis SS. publicata num. XII. legitur: *Cum in infirmitate ipſa, qua de hac vita migravit* (nempe Anſcharius) *conſilium quæreretur a domino Anſchario de ſucceſſore ejus eligendo, & quidem etiam de Remberto, quid videretur inquirerent, reſpondiſſe fertur, quod hoc ſui non fuerit miniſterii diſcernere: quia forſitan ipſe in Epiſcopatu multorum animos haberet offenſos, quod emendare magis debuiſſet; quoniam per hoc motum ipſum animorum augeret, quod ipſe talem ad ſucceſſionem perſonam denominaret, quæ fortaſſis incommoditate ſua gravaret ſubjectos, & amaræ fierent propter hoc contra ipſum querimoniæ. De meritis tamen, inquit, Remberti ſciatur quia dignior eſt ipſe Archiepiſcopali, quam ego Subdiaconatus officio.* Quibus verbis & humilitas Anſcarii, & virtutes Remberti innoteſcunt.

XIII. *Nortmanni*, inquit Annaliſta Bertinianus, *reſiden-*

NOTÆ [1] DE anno emortuali S. Anſcharii Hanburgenſis Archiepiſcopi ambiguitatem omnem eximit epiſtola Nicolai I. ad S. Rembertum ejus ſucceſſorem vulgata in Continuat. III. Spicilegii Lunigiani pag. 944. Pontifex enim mittere ſe illi ſignificat pallium quo certis diebus utatur. Datæ vero ſunt litteræ illæ menſe Decembri Indict. XIV. a Septembri pro more tunc apud Pontifices recepto mutata; ideſt anno 865. Ex quo conficitur prædeceſſorem ejus S. Anſcharium ad annum 866. non pertigiſſe; ſed neque obiiſſe menſe Februario anni 863. certum eſt plus enim nimio inſigne illud novo Præſuli dilatum fuiſſet. MANSI

*numquam legitur otioſus, nec ſolum erga ſuos, verum etiam alienos, quomodo viverent, ſolicitus: Epiſcopos etiam tam voce, quam litteris, ut vigilarent ſuper Dominicum gregem, hos arguit illos obſecravit: At vero Regibus Romanorum pro ſua legatione, Regibus Danorum pro Chriſtiana Fide crebro mandavit.* Extant epiſtolæ ejus plures hujuſmodi. Unam vero, quam ſcribit omnibus Epiſcopis de legatione ſua, quam ab Ebbone orſam aſſerit, ita claudit: *Deprecor*, inquit, *ut apud Deum intercedatis, quatenus hæc legatio creſcere & fructificare mereatur in Domino. Jam enim, Deo propitio, & apud Danos, & apud Sueones fundata eſt Eccleſia Chriſti, & ſacerdotes abſque prohibitione proprio funguntur officio. Omnipotens Deus faciat vos omnes hujus operis pia benevolentia participes, & in cœleſti gloria Chriſti cohæredes. Supervixit autem, poſt illam plenariam Hamaburg, & Bremæ copulationem, annos ſeptem, ſedit annos omnes trigintaquatuor. Cujus depoſitio ſumma veneratione colitur tertio Nonas Februarii: obiit anno Domini octingenteſimo ſexageſimoquinto, Indictione decimatertia, qui eſt Ludovici II. xxvi. Sepultus eſt in baſilica S. Petri ante altare ſanctæ Genitricis Mariæ.*

CII. S. Rimbertus ſucceſſor Anſgarii & ſcriptor vitæ.

Eadem die, qua ipſe commendatus eſt terræ, Rimbertus diaconus ejus a Clero ſimul & populo electus eſt. Qui etiam vitam ſancti Patris veridico ſermone deſcribens, more B. Joannis, quaſi de alio ſcribens, innuit ſe fideliſſimum ejus diſcipulum teſtimonium perhibere ſanctitati, quam cognoverat in viro Dei. Hunc librum ille ad fratres cœnobii direxit novæ Corbejæ, beatificans illos, quod talem miſerint, & nobis gratulans, quod talem ſuſcipere meruimus paſtorem, &c. De ſucceſſore ſubiicit, ipſum pallio donatum a Nicolao Romano Pontifice, cujus & vita extat (*a*).

(*a*) *Apud Sur. die 4. Februar.*

Qui

PAGIUS *Normanni Aureliam & monaſteria vicina incendunt.*

*ſidentes in Ligeri, cum maximo impetu, faciente divino judicio ſecundo vento per eumdem fluvium uſque ad monaſterium Sancti Benedicti, quod Floriacus dicitur, navigant, & idem monaſterium incendunt, & in redeundo Aurelianis civitatem, & monaſteria ibidem; & circumcirca conſiſtentia igne cremant, præter Eccleſiam ſanctæ Crucis, quam flamma, cum inde multum laboratum a Nortmannis fuerit, vorare non potuit. Sicque per amnis alveum deſcendentes, & vicina quaque depopulantes, ad ſtationem ſuam reverſi ſunt.* De hac Monaſterii Floriacenſis combuſtione Adrevaldus Monachus Floriacenſis, qui hoc tempore vivebat, in Miraculis Sancti Benedicti patratis in Gallia poſt ejus Tranſlationem, cap. 34. ſcribit: *Nortmanni ſecunda irruptione Aurelianos aggreſſi, urbem ambuſtione concremant, parſque illorum Duce Bareto cum XL. navibus monaſterium S. P. Benedicti expetunt, quod ab urbe Aurelianenſi XVIII. diſtat millibus. Illud denique vacuum habitatoribus reperientes, cunctis vero mortalium temporaneis refertum commodis, more ſibi familiari prædantur, diſſipant, ad poſtremum vero igne immiſſo adurunt. Aberat jam tunc corpus ſacratiſſimum Confeſſoris Chriſti Benedicti: ſiquidem prima vaſtatione præfatæ urbis, curam hujus ſacri loci agente Bernardo nobiliſſimi generis viro, levatum a loco ſepulchri ſanctiſſimum corpus in ſcrininio cum honore congruo repoſitum eſt: ſicque in loco geſtatorio collocatum, qualiter quocumque fugiendi impelleret neceſſitas, a fratribus fugæ præſidio ſe ſe tuentibus deferri poſſet.*

XIV. *Aliæ Galliarum Urbes ab iiſdem devaſtatæ.*

Paulo poſt Annaliſta Bertinianus tradit, Carolum Calvum ab Attiniaco contra Nortmannos, *qui cum navibus quinquaginta in Sequanam venerant*, hoſtiliter perrexiſſe: Nortmannos vero, qui reſidebant in Ligeri, *libere Pictavum civitatem pedeſtri ordine* profectos eſſe, eamdemque civitatem incendiſſe, & *impune ad naves ſuas* reverſos eſſe: ac Carolum perveniſſe *uſque ad locum, qui dicitur Piſtis, ubi immorabantur Nortmanni*, & pontes ſuper Iſaram & Matronam refici curaſſe, *in locis quæ dicuntur Alvernis & Carenton; quoniam ab incolis, qui ex antiquo ipſos potentes fecerant, propter infeſtationem Nortmannorum refici non valebant.* Addit, Normannos amplius quam quingentos *ultra Sequanam uſque ad Carnotum prædatum ire diſponentes*, ſed a cuſtodibus ripæ ipſius fluminis impetitos, ad naves regreſſos eſſe. Tum ait, Carolo nunciatum fuiſſe, *quia Nortmanni XIII. Kalendas Novemb. monaſterium Sancti Dionyſii intraverunt. Ubi viginti circiter diebus immorantes, & quotidie prædam exinde ad ſuas naves ducentes poſt multam deprædationem ſine contradictione cujuſquam ad caſtra ſua non longe ab eodem monaſterio ſunt reverſi. Interea Nortmanni reſidentes in Ligeri commixti cum Britonibus, Cinomannis civitatem petunt, & impune deprædantes eam, ad ſuas naves revertuntur. Aquitani confligentes cum Nortmannis, qui in Carento Sigefriddo Duce reſident, quadringentos circiter ex eis occiderunt; ceteri autem fugientes ad naves ſuas redierunt.* [1]

NOTÆ [1] Ludovicus Imperator hoc anno menſe Februario *Beneventi* erat; nam dedit diploma pro Caſinenſi monaſterio *Bertario* Abbati Caſinenſi, interventu *Ingelbergæ* coniugis, quod habes in acceſſionibus Hiſtoriæ Caſinenſis Eraſmi Gattulæ P. 1. pag. 38. & datum eſt: *Nono Kal. Marcias anno Chriſto propicio Domni Ludovici Pii* Imperatoris *ſeptimo decimo, indictione tertia decima. Actum civitate Beneventi in Dei nomine feliciter. Amen.* Hæc Epocha exordium ſumit ab A. D. 849. quo Ludovicus conſors Imperii factus eſt, de qua Pagius ad A. D. 844. num. IV. & ad A. D. 849. num. XIV. Annus enim XVII. Imperii *Ludovici* ex quo Imperii ſocius factus eſt, congruit cum A. D. 865. quo fuit indictio *decima tertia*. GEORGIUS



I. Qui ſequitur annus octingenteſimus ſexageſimus ſextus, Indictione decimaquarta incipit, quo novo populo, & Rege novo Romana augetur, & illuſtratur Eccleſia. Quæ enim ſemper contrariis magis conſueverit dilatari, ſecundum quod ait David (*a*): *In tribulatione dilataſti mihi.* Eo tempore quo ſuperbo ſchiſmate ab eo dividitur, & in eam armatur perfidus Michael Imperator, alter Michael (o miraculum!) Rex Bulgarorum, dato nomine Chriſto, gremium Matris requirens Eccleſiæ, ut illi inhæreſcat, ejuſque foveatur ſinu, honorificentiſſimam legationem hoc ipſo anno mittit ad Nicolaum Pontificem. Sicque dum ſpernitur ab Imperatore Petri Sedes, a Rege quæritur illa, ipſo Imperatore cum Eccleſia Conſtantinopolitana deſpecto: cumque negant Græci, barbari confitentur: reſiliunt illi, conſulunt iſti, atque collaudant, & benedicunt: cum illi ſacrilego ore blaſphemant: dumque refugiunt illi, iſti confugiunt. Quomodo autem iſta ſe habuerint, quæ breviter recitat Anaſtaſius Bibliothecarius qui aderat, audiamus: *Interea*, inquit, *meritis Beatiſſimi hujus in orbe prorſus exuberantibus, operante potentia ſummi Dei, qui quotidie per famulos ſuos ſigna, & mirabilia magna facit, Rex Bulgarorum Michael Chriſtianitatis & Fidei ſanctæ doctrinam agnoſcens, meruit baptizari. Et qui prius creaturæ ſerviens, ſerviebat crudelitate; hujus temporibus Creatori colla ſubmittens, ampla cœpit religione fulgere, & magna uſus eſt pietate. Tunc ad Catholicum & verum Præſulem Orthodoxum Legatos ſuos, menſe Auguſto, Indictione decimaquarta deſtinavit, donaque non parva tam e ſuis locis, quam aliunde ſummo Pontifici contulit, ſuggerens ejus Apoſtolatui, quid ſe facere ſalubrius oporteret, & quid erga reliquum Bulgaricum adhuc Baptiſmo ſacro carentem populum, ut Fidei ſacramenta perciperet agi deberet.*

(*a*) *Pſ.* 4.

Bulgarorum Legatio Romam miſſa.

II. *Quod beatiſſimus audiens Papa, magna repletus lætitia, laudes Chriſto reddidit amplas; & cum omni ſibi divinitus commiſſa Eccleſia gratulans infinita præconia Domino noſtro, qui noviſſimis his temporibus tantum fecit miraculum, devota mente ſupplici* * *voto perſolvit. Porro Legatis iiſdem jam nomine Michaelis Bulgarici Regis a ſancto Papa receptis, honorifice apud ſe eos retinuit. Et interim Sedis Apoſtolicæ Miſſos, Paulum ſcilicet Populonienſem, & Formoſum Portuenſem magnæ ſanctitatis Epiſcopos ſtatuens, hoſque monitis mellifluis, atque doctrinis inſtruens ad prædicandum, ad gentem illam ire decrevit. Cum quibus, quoniam per Bulgaricum Regnum iter uſque Conſtantinopolim terratenus tenditur; ut quidquid de ſancta Conſtantinopolitana Eccleſia (licet jam per Orientem hoc idem ipſum Papa ſemel & bis Apoſtolicis li-*

* voce

Duæ Legationes decernuntur a Nicolao Pap.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCC IV. Anno Hegiræ CC LII. inchoato die 22. Januarii fer. 3. A C. 866. I.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6359.

☉ 7. F. ☽ 12. P. 7. April. Indict. 14.

Jesu Christi 866.

Nicolai Papæ 9.

Ludovici Imp. 18. 17. & 12.

Michaelis Imp. 25.

Anum I. ad VIII. Baronius initium Converſionis *Bulgarorum* ad fidem Chriſtianam cum anno DCCCXLV. illigat, qua in re paſſim omnes alii eum ſecuti ſunt. Verum ut ibidem inſinuavimus, anno tantum DCCCLXI. *Bogoris* Bulgarorum Rex, cum gente ſua baptizatus eſt. [1] Ad hanc Converſionem non parum contulit, *Sanctus Methodius* Sancti Cyrilli frater Porphyrogennetus enim in Michaele Theodoræ filio num. XV. non loquitur de alio Methodio, quam de iſto, cum ait. *Sed & aliquid ejuſmodi accidiſſe ajunt; nempe cum Bogoris Princeps venatione ſupra modum delectaretur; hæc quoque in domo quadam, in quam frequens, concedebat voluiſſe depingi, ut noctu perinde interdiuque iis ſpectaculis oculos paſceret. Hoc itaque amore captus, Monachum quemdam ex noſtris Romanum pictorem, Methodium nomine accerſit, Ubi autem virum coram habuit, divino quodam nutu ac providentia,* „ Nolo, inquit, depingas hominum in „ bello cædes, aut beſtiarum ferarumque jugulationes, ſed quod videntibus ſolo aſpectu „ terrorem iniiciat, ac quod pictis coloribus in „ ſtu-

*Bulgarorum Rex anno DCCCLXI. Chriſtianus factus.*

NOTÆ [1] Bulgariæ Regem ſacro Baptiſmatis fonte ablutum fuiſſe non quidem anno 861. ſed poſt annum 864. inde apertiſſime colligo, quod in Capitulis Nicolai I. in nota ad A. 858. 6. relatis hæc legantur. *Quod dicis, quod Chriſtianiſſimus Rex ſperet, quod ipſe Rex Vulgarorum ad fidem velit converti, & jam multi ex ipſis Chriſtiani facti ſunt &c.* Capita hæc anno 864. ſcripta fuiſſe in Nota ſuper laudata probavimus. Mire autem hæc congruunt cum epocha converſionis hujus, quam Photius apud Pagium hic num III. conſtituit, ait enim: *Nondum gens illa per biennium rectam Chriſtianam religionem amplexabatur, cum impii quidam homines &c.* Quibus poſtremis verbis indicat adventum in Bulgariam Pauli Populonienſis, & Formoſi Portuenſis, quos eo perrexiſſe anno 866. Anaſtaſius, apud Pagium hic aſſerit. MANSI

*litteris divulgatum habuerit) apud ſe decretum exiſteret, eidem per ſuos Legatos Eccleſiæ notum faceret, Donatum Epiſcopum Oſtienſem, Leonemque presbyterum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, necnon Marinum ſanctæ Sedis Apoſtolicæ diaconum, Miſſos idoneos æque direxit, ut illi Bulgariæ populum ad Fidem converterent; & iſti quid, vel qualiter de eadem Conſtantinopolitana deliberatum habuiſſet Eccleſia, modis omnibus nuntiarent. Quod in nomine Domini cum adiutorio ſancti Petri factum eſt.* Hæc Anaſtaſius de duplici legatione, eodem tempore, eademque via ad duos Principes ſeorſum miſſa. Meminit horum Nicolaus in litteris, quas ſcripſit ad Hincmarum Rhemenſem Epiſcopum.

III. Antequam autem iſta decerneretur legatio ad Imp. immo nec de ipſa aliqua mentio eſſet, mente tamen volvebat Pontifex eamdem legationem mittere Conſtantinopolim, ut perditum Imperatorem ad meliorem ſtatum convertere poſſet: licet enim ex ejus blaſphemis litteris contemni atque derelinqui meruerit: attamen quod pater eſt (ut David (*a*) Abſalonem filium rebellem & execrabilem) deplorat filium, & quærit eum: quamobrem ad tantum deliberandam legationem adhibere voluit etiam conſilium vicinorum Epiſcoporum, in quibus decernendis ecce tunc opportune Romæ apparuit ea, quam diximus, legatio Bulgarorum. Narrat, inquam, iſta Nicolaus ipſe in epiſtola (*b*) ad Hincmarum his verbis: *Sed ut plenius hæc tam ipſi Imperatori, quam aliis Fidelibus intimari potuiſſent: convocatis quibuſdam e vicinis locis fratribus & Coepiſcopis noſtris, de his quod nobis canonice viſum eſt, prædeceſſorum noſtrorum ſecuti veſtigia, decrevimus, quod etiam ſanctitati veſtræ poſt modicum, Deo favente, plenius intimare diſponimus: quo rite, ſicut arbitramur, ordinato, quærere cœpimus opportunitatem, qua freti Miſſos Apoſtolicæ Sedis etiam adhuc Conſtantinopolim cum exhortatoriis epiſtolis deſtinaremus: qui & pro ſalute ipſorum competentibus eos monitis ædificarent, & quæ fuerit de illis Apoſtolicæ Sedis prolata ſententia, manifeſte denuntiarent, juxta quod & magna Synodus Nicæna de his, qui abiiciuntur, ſanxiſſe dignoſcitur. Videbatur enim nobis iter navale ſatis difficile, & propter eorumdem Græcorum expertas inſidias valde cavendum. Cum in his itaque anxietatibus undique coarctaremur, & ingentibus premeremur anguſtiis: ecce ſubito Legati jam fati Regis Bulgarorum nobis adeſſe nuntiantur. Unde quis eſt, qui dicere poſſit, quanto gaudio, vel quanta exultatione ſimus repleti, eo quod & ſalubrem eorum converſionem per divitias bonitatis Dei cognovimus, & quia illos doctrinam B. Petri Apoſtoli, & Sedis ejus expetiſſe comperimus. Qui licet longe poſiti corpore, nobis tamen facti Fide præſentes. Sed & quia per eorum Regnum facilem & terrenum miſſis noſtris ad terram Græcorum acceſſum patere perſpeximus. Ordinatis igitur tam quæ Bulgarorum gentis congrua Fidei rudimentis agnoſcimus, quam quæ Conſtantinopolim mittere diſpoſueramus: Miſſos quoque noſtros cum Legatis jam nominati Regis per ipſius tranſituros regionem direximus.* Hæc Nicolaus de duabus legationibus una ſimul cum Legatis Bulgarorum miſſis.

(*a*) 2. Reg. 18.

(*b*) Nicol. ep. 70.

Concilium Romæ celebratum.

IV. Quod ad Chriſtianitatem Bulgarorum ſpectat, ex iis, quæ ſuperius dicta ſunt, liquet, jam pridem eſſe nonnullos ex ipſis conſuetudine Chriſtianorum, abdicata Gentilitate, & idolorum cultu, Chriſtianos effectos; cujus rei cauſa accidit, ut ob diverſitatem religionis, non civili tantum, ſed domeſtico bello iidem Bulgari inter ſe invicem altercarentur, Gentilibus in Chriſtianos tumultuantibus, & Chriſtianis cultores idolorum arguentibus, acciderítque illis ſecundum illud (*c*) Propheticum, cum Dominus deſcendens in Ægyptum ejus ſimulacra confregit: *Concurrere faciam Ægyptios adverſus Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir contra amicum ſuum, civitas adverſus civitatem, Regnum adverſus Regnum, & dirumpetur ſpiritus Ægypti in viſceribus ſuis.* Atque proxime accidiſſet, ut cum Rex coegiſſet baptizari omnes Gentiles, illi adverſus Re-

(*c*) Iſai. 19.

PAGIUS „ ſtuporem agat. *Is vero, quem non lateret, nihil perinde terribile eſſe ac ſecundum domini adventum, hunc illic graphice, omnique artis conatu depinxit: atque hinc juſtos præmia laborum percepturos ſtatuit, illinc ſcelerum reos male geſtorum fructus decerpentes; judice nimirum ad intentata propellente ſupplicia, duriuſque a ſe repellente. Hac Princeps, abſoluta tabella, ut oculis conſpexit, exque aſpectu Dei in ſe timorem concepit, divina denique edoctus chriſtianorum myſteria, intempeſta nocte divini baptiſmatis munus conſequitur.* Ita Porphyrogennetus, ex quo alii poſtea accepere. Symeon tamen Logotheta num. XXV. poſtquam aſſeruit, Principem Bulgarorum, & alios Proceres Conſtantinopoli ſalutari lavacro donatos fuiſſe, ſubdit: *Ille ad ſuos reverſus, Methodii pictoris manu ac penicillo, judicium, futuramque retributionem in ſuis ædibus depingi curavit. Quamobrem etiam omnes ejus populares magis in eum accenſi, tumultuantur*, uti mox ex Porphyrogenneta referemus, & hæc Logothetæ narratio veroſimilior eſt. Sed hujus Regis ad fidem noſtram converſio contigit anno quarto Michaelis ſolius regnantis, Chriſti ſcilicet DCCCLXI, non vero, ut Porphyrogennetus habet, *Michael* cum *Theodora* matre imperante, & poſtquam Conſtantinus Philoſophus ſeu Cy-



Regem rebellantes, in ipſum, & Chriſtianos omnes arma moviſſent, fuiſſetque adverſus eos certandum magno diſcrimine, ut apparet ex Nicolai Papæ litteris ad ipſorum conſultationes reſpondentis, his verbis: (*a*) *Igitur referentes qualiter divina clementia Chriſtianam religionem perceperitis; qualiterque populum veſtrum baptizari omnem feceritis, qualiter autem illi poſtquam baptizati fuere, inſurrexerint unanimiter cum magna ferocitate contra vos, dicentes: Non bonam vos eis legem tradidiſſe, volentes etiam vos occidere, & Regem alium conſtituere. Et qualiter vos divina cooperante potentia, adverſus eos præparati, a maximo uſque ad modicum ſuperaveritis, & manibus veſtris detentos habueritis, qualiterque omnes primates eorum atque majores cum omni prole ſua gladiis fuerint perempti; mediocres vero, ſeu minores nihil mali pertulerint. De his noſſe deſideratis qui vita privati ſunt, utrum ex illis peccatum habeatis, &c.*

(*a*) Nic. reſp. ad conſult. Bulg. c. 17.

V. Ex aliis eorumdem conſultationibus pariter intelligitur, ſubdolos quoſdam operarios ad eos ex Græcis, ſive Armenis adveniſſe, & inter alios, Græcum, qui ſe finxerat ſacerdotem. Nam Nicolaus ad illos (*b*): *Præterea indicaſtis, quod quidam Græcus mentiens, fateretur ſe presbyterum eſſe, cum non eſſet, ac per hoc plurimos in veſtra patria baptizaret. Cum ergo vos inſpiratione Dei cognoviſſetis, quod non eſſet presbyter, judicaveritis, ut admitteret aures & nares, & acerrimis verberibus cæderetur, & ex veſtra patria pelleretur, &c.* Licet autem barbari & rudes, adhuc tamen nonnulla mentiri Græcos fuerunt odorati, ut inter alia aliud de chriſmate jugiter manante, de quo conſuluerunt ipſum Nicolaum Papam, ad quos ipſe (*c*): *Græcos dicere perhibetis, quod in illorum patria chriſma & oriatur, & ab illis per totum mundum tribuatur, & ideo noſſe deſideratis ſi verum ſit. Sed jam credimus quod veſtra ſolertia, quod verum non ſit, animadvertat.* Docuiſſe præterea illos eoſdem, Bulgaros nonnulla ſuperſtitioſa, ex eorum conſultationibus, atque Nicolai reſponſionibus intelligitur. Quod vero permixti Græcis Armeni non unam eamdemque fidem illis annuntiarent, cum unum ſit Evangelium, & una veritas; optantes illi quidem de fontibus Salvatoris aquam haurire puram: ab Eccleſia primaria Petri Sede, Romano Pontifice, eam accipere deliberantes, eam quam diximus, legationem inſtituere, ut ex Nicolai ipſius reſponſionibus apparet, ubi ait (*d*):

(*b*) Nic. reſp. ad conſult. Bulg. c. 14.

(*c*) Nic. ead. ep. c. 94.

(*d*) Nic. reſp. ad conſult. Bulg. c. 106.

VI. *Poſtremo deprecamini nos ſuppliciter, ut vobis quemadmodum cæteris gentibus, veram & perfectam Chriſtianitatem non habentem maculam, aut rugam largiamur, aſſerentes, quod in patriam veſtram multi ex diverſis locis Chriſtiani advenerint, qui prout voluntas eorum exiſtit, multa & varia loquuntur, id eſt, Græci, & Armeni, & ex cæteris locis.* Sed & illud petierunt, ut Patriarcha illis ordinaretur. Verum Nicolaus non annuit, ſed reſpondit (*e*): *Requiſiſtis, ſi liceat in vobis Patriarcham ordinari. Sed de hoc nihil definitive reſpondere poſſumus, priuſ-*

(*e*) Nic. ead. ep. c. 72.

PAGIUS Cyrillus ejus frater *Chazaris* ad fidem Chriſtianam adductis Conſtantinopolim reverſus eſt, ut jam anno DCCCLXI. num. X. vidimus. [1].

II. In priori enim Vita utriuſque Sancti ab Henſchenio ad diem IX Martii recitata, poſtquam Auctor Anonymus Cazarorum converſionem narravit, num. VII. ſcribit: *Philoſopho autem reverſo Conſtantinopolim, audiens Raſtilaus Princeps Moraviæ, quod factum fuerat a Philoſopho in provincia Cazarorum, ipſe quoque genti ſuæ conſulens, ad prædictum Imperatorem nuncios miſit, nuncians hoc quod populus ſuus ab idolorum*

*Exemplo Bulgariæ Regis Princeps Moraviæ fidem ſuſcipit.*

NOTÆ [1] AD hunc annum collocamus ſtipulationem quandam, quam ex Regeſto Sublacenſi pag. 114. exſcripſimus. Incipit ab his verbis. *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Nicolai & univerſalis primi* ſic PP. *Imperii piiſſimi auguſti Dom. Laudovvici a Deo coronato magno Imperator. XI. Indict. XIV. menſ. Martii die VIII. Zacharias ſcriniarius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Abbas monaſterii S. Eraſmi martyris ex* una, ex alia vero parte *Leo eminentiſſimus conſul & Dux atque Superiſta, ſeu Anaſtaſia nobilis femina jugales perſonæ* locationis titulo recipiunt ad tertiam generationem ab eodem *Zacharia* terram vacantem *extra portam Mitrobii* in fundo, qui appellatur *Stromachianus, in caput prata Decii*, & alias plures terras. Jurant *per Deum &c. Sanctæque Sedis Apoſtolicæ principem a Deo coronato Domno Laudovvico magno Imperatore, ſeu ſalutem viri beatiſſimi & Apoſtolici Domni Nicolai ſummi Pontifici & univerſali* PP. in fine.

*Actum Romæ die, anno imperii, conſuli & indictione ſupraſcripta XIV.*

✠ *Leone in Dei nomine conſul & Dux hanc chartam facta a me in Zacharia Scriniario & Abbate monaſterii S. Eraſmi manu propria ſubſcripſi, & teſtes qui inſcriberent rogavi.*

† *Signum manus ſupraſcriptæ Anaſtaſiæ.*

† *Leone in Dei nomine Conſul & Dux.*

† *Epiphanius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.*

*Ego Leone ſcriniarius & tabellio urbis Romæ complevi & abſolvi.* Annus *undecimus* imperii *Ludovici II.* ab obitu *Lotharii* patris A. D. 855. menſe Octobris inchoatus, & Indictio XV. hunc annum 866. deſignant, quo *Nicolaus* hujus nominis primus Apoſtolicæ Sedi præſidebat. Georgius

*priuſquam Legati noſtri, quos vobiſcum mittimus, reverſi fuerint, ut nobis quæ inter vos multitudo ſit, & unanimitas Chriſtianorum renuntient. Nam interim Epiſcopum habetote: & cum incremento divinæ gratiæ, Chriſtianitas ibi fuerit dilatata, & Epiſcopi per ſingulas Eccleclesſias ordinati: tunc eligendus eſt inter vos unus, qui ſi non Patriarcha, certe Archiepiſcopus appellandus ſit, ad quem omnes concurrant, &c.* Porro ipſos necdum habuiſſe Epiſcopum, illumque fore ordinandum ſuo tempore ab ipſo Romano Pontifice, ejuſdem Nicolai reſponſiones ſignificare videntur in fine, cum ait (a): *Verumtamen in his omnibus aderit miſericordia Dei Miſſis noſtris, & futuro Epiſcopo veſtro, qui vos inſtruant, & quid agere debeatis, abundanter erudiant.* Et inferius: *Cum autem Epiſcopum, Deo concedente, ad Præſulatus noſtri miniſterium habueritis, ille vos docebit omnia, quæ ad officium ſuum pertinent, & ſi quæ ſunt, quæ non capiet, ab Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſuſcipiet.*

(a) Nic. ead. ep. c. 106.

VII. Sic igitur centum & ſex reſponſionibus Nicolaus Pontifex totidem ipſorum conſultationibus ſatisfecit, una epiſtola ad eos ſcripta Legatis data, una cum pluribus libris, qui neceſſarii eſſe viderentur ad imbuendam illam Eccleſiam ſacris dogmatibus, irrigandamque novam plantationem jugiter verbis Dei. Primus etiam fuit illis auctor Nicolaus, (b) ut qui hactenus in bello pro inſigne eſſent uſi equina cauda, iidem ſanctæ Crucis vexillo, ut olim Conſtantinus, pro inſigne in exercitu uterentur. Sed & docuit quomodo ſe ad bellum pararent: ipſis enim iſta rogantibus, reſpondit hæc ſaluberrima Nicolaus (c): *Refertis quod ſoliti fueritis, quando ad prœlium progrediebamini, dies & horas obſervare, & incantationes, & joca, & carmina, & nonnulla auguria exercere: & inſtrui deſideratis, quid nunc vobis agendum ſit. De quo nos neceſſario non vos inſtrueremus, niſi ſuper hoc nos divinitus inſtructos contueremur.* * *Super divinum enim fundamentum nos ædificare quidquam non poſſumus. Igitur cum ad prœlium proficiſci diſponitis, quod ipſi commemoraſtis, agere in Dei nomine non omittite: id eſt, ad Eccleſias ire, orationes peragere, peccantibus indulgere, Miſſarum ſolemniis intereſſe, oblationes offerre, confeſſionem delictorum ſacer-*

Multorum honorum Nicolaus Bulgaris auctor.

(b) Nic. ead. ep. 33.

(c) Ibid. c. 35.

* al. præter

PAGIUS *rum quidem cultura receſſerat, & Chriſtianam legem obſervare deſiderabat, verum doctorem talem non habent, qui ad legendum eos, & ad perfectam legem ipſam edoceat: rogare ſe ut talem hominem ad partes illas dirigat, qui pleniter fidem & ordinem divinæ Legis, & viam veritatis populo illi oſtendere valeat. Cujus precibus annuens Imperator, eumdem ſupernominatum Philoſophum ad ſe venire rogavit; eumque illuc, ideſt, in terram Sclavorum ſimul cum Methodio germano ſuo, tranſmiſit, copioſis valde illis de Palatio ſuo datis expendiis.* Idem habet Auctor Anonymus poſterioris Vitæ eorumdem Sanctorum Cyrilli & Methodii, qui prioris narrationi hæc addit: *Egreſſus itaque primo venit ad Bulgaros, quos divina gratia cooperante, ſua prædicatione convertit ad fidem. Abinde autem procedens, venit in terram Moravia.* Qua in Regione cum *annos quatuor & dimidium* ſecundum utrumque Anonymum manſerint, &, ut infra videbimus, an. DCCCLXVII. Romam venerunt, mortuo paulo ante Nicolao Papa, apparet, eos circa annum DCCCLXIII. Bulgariam reliquiſſe, & in *Moraviam* perrexiſſe, perperamque exiſtimaſſe Henſchenium loco laudato, Cyrillum & Methodium circa annum DCCCLVI. Moravicam expeditionem ſuſcepiſſe. Sic enim non *annos quatuor & dimidium*, ſed annos decem & amplius in Moravia fidem Chriſtianam prædicaſſent, contra diſertum utriuſque Anonymi teſtimonium.

III. Sed redeo ad baptiſmum Bulgarorum Regis, in quo Michaelis nomen a Michaele Imp. accepit, ſed anno DCCCLXI. uti jam ſemel & iterum dixi. *Non latuit ea res*, ſubiungit Porphyrogennetus, poſtquam ſuperiora retulit, *gentiſque totius defectionem aſcivit. Ille parva ſuorum manu, divinum Crucis ſignum, in ſinu ſuo circumferens (oppido rebelles fundit: nec jam occulte, ſed palam omnino reliquos, ipſos quoque rei avidos, Chriſtianos facit.* Accuratius rem narrat Nicolaus Papa in Reſponſis ad Conſulta Bulgarorum n. XVII. *Igitur referentes, qualiter divina clementia Chriſtianam religionem perceperitis, qualiterque populum veſtrum baptizari omnem feceritis; qualiter autem illi poſtquam baptizati fuere, inſurrexerint unanimiter cum magna ferocitate contra vos, dicentes, non bonam vos eis legem tradidiſſe, volentes etiam vos occidere, & Regem alium conſtituere, & qualiter vos divina cooperante potentia adverſus eos præparati, a maximo uſque ad modicum ſuperaveritis, & manibus veſtris detentos habueritis, qualiterque omnes Primates eorum, atque majores, cum omni prole ſua gladio fuerint interempti; mediocres vero ſeu minores nihil mali pertulerint.* Annaliſta Bertinianus de Bulgarorum baptiſmate, & de eorum rebellione adverſus Regem verba facit, & utrumque hoc anno accidiſſe ſupponit, qui error proceſſit ex eo quod accepiſſet, Bulgarorum Regem currenti anno Legatos ſuos Romam miſiſſe. At illi ab eodem Rege Romam directi quinquennio poſt ſuam converſionem, ut peteret a Pontifice Romano, *quid ſe facere ſalubrius oporteret, & quid erga reliquum Bulgaricum adhuc baptiſmo carentem populum, ut fidei ſacramenta perciperet, agi deberet*, uti narrat Baronius ex Anaſtaſio tum Romæ verſante. Addit Anaſtaſius, Legatos deſtinatos fuiſſe *menſe Auguſto, indictione XIV.* eos Pontificem apud ſe honorifice retinuiſſe, interimque Sedis Apoſtolicæ Miſſos, Paulum Populonienſem & Formoſum Portuenſem magnæ ſanctitatis Epiſcopos declaraſſe, hoſque monitis mellifluis, atque doctrinis inſtruentem *ad prædicandum ad gentem illam ire* decreviſſe. Quos illuc perrexiſſe, & *Chriſmate inunctos per Sacerdotes, denuo Chriſmate* inunxiſſe, queritur Photius in Epiſt. 2. ad Patriarchas Orientis: *Nondum gens illa per biennium rectam Chriſtianorum religionem am-*

*Bulgari rebellant adverſus Regem Chriſtianum factum.*



*cerdotibus facere, reconciliationem, & communionem percipere, carceres aperire, vincula diſſolvere, ſervos, & præcipue contractos, & debiles, atque captivos libertate donare, ac indigentibus eleemoſynas erogare.* Hæc quæ ſpectant ad legationem ad Bulgaros deſtinatam.

VIII. Jam dicemus de ea, quam idem Pontifex ornavit ad Michaelem Imperatorem Conſtantinopolim. Dedit enim nominatis Legatis in primis litteras ad ipſum Michaelem Imperatorem, quarum eſt exordium (a): *Quanto majora ſunt beneficia Dei &c.* Quibus monet in primis Chriſtianæ humilitatis eſſe debere cultorem, utpote Principibus neceſſariæ. Ob idque monet, ut Legatos audiat, & litteras legat. Subiicit his querelas de Eccleſia Conſtantinopolitana ſub ipſius Imperio peſſumdata, cui mederi, & auxilio præſto eſſe, Pontificis Romani præcipue muneris ſit. Repetit ſæpe ſuis litteris, inculcatque cauſam Ignatii, quam multipliciter in ea peccatum ſit, inſinuat, docetque ex ſacris Eccleſiæ legibus: ob idque Gregorium Syracuſanum ſententia Romani Pontificis e gradu depoſitum, nequaquam potuiſſe reſtitui per ſententiam Imperatoris, vel alicujus alterius hominis. Monet poſt hæc latius proſecutus de comburendis litteris blaſphemis, anno ſuperiori ab ipſo conſcriptis: utque Ignatium, Photiumque Romam mittat ad judicium integrandum. Quod vero memoria retineret, quam male habiti fuiſſent Legati ſuperiori legatione miſſi Conſtantinopolim, quos præter innumeras contumelias coegerint prævaricatores effici: enixis precibus eoſdem commendat, ſaluberrimaque, ſimulque terribili admonitione claudit epiſtolam, quæ hic tibi non reticenda, ſed recitanda putavimus, atque primum quæ de Legatis habet, his verbis:

(a) Nic. ep. 9.

De Legatione Miſſa ad Imp.

*His igitur, inſpirante Deo, ita veſtræ ſerenitatis auribus intimatis, ſciat a Domino redimitum Imperium veſtrum, Miſſos ſibi a Præſulatu noſtro, Deo auctore, deſtinatos, Donatum, videlicet reverendiſſimum, & ſanctiſſimum ſanctæ Eccleſiæ Oſtienſis Epiſcopum, & religioſos ac venerabiles ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Leonem tituli ſancti Chriſti martyris Laurentii, qui appellatur Damaſi, preſbyterum, atque Marinum Apoſtolicæ noſtræ Sedis diaconum: quos benigne clementia veſtra ſuſcipiens, utpote Chriſtianæ religionis cultrix, in omnibus pie tractet, & intactos quamdiu vos penes morantur, & indemnes prorſus manere decernat. Quin & aditum, ſimulque locum, quæ injuncta ſunt ſibi, vobis licenter exponendi, congruum eis & ſufficientem impertiri dignetur. Sicque demum quibus Deus annuerit, & cordi veſtro impertiverit, ordinatis, illæſos ad nos protinus eos abſque qualibet impedien-* IX.



PAGIUS *amplexabatur, cum impii quidem homines*, quos ſubdit, ſeſe Epiſcopos prædicaſſe. Verum cum Bulgarorum Rex anno DCCCLXI. baptizatus fuerit, & hoc anno exeunte Epiſcopi in Bulgariam profecti ſint, textus Græcus corruptus, legendumque, *per quinquennium.* Antiqui enim non numeris ſeu chifris, ut nunc loquimur, ſed integris vocibus utebantur; apud Latinos vero II. facile & prono errore mutatur in V. & vice verſa. Sic apud Græcos B, ideſt II, in E ſeu V. & E in B, ideſt V, in II. ſæpe mutatur. Quæ emendatio certiſſima.

IV. Idem Annaliſta Bertinianus de Rege Bulgarorum ſcribit: *Mittens ad Hludouvicum Regem Germaniæ, qui ei in fœdere pacis coniunctus erat Epiſcopum & Presbyteros poſtulavit, & ab eo Miſſos cum debita veneratione ſuſcepit. Ludoicus autem ad Carolum fratrem ſuum mittens, in miniſterium Clericorum apud fratrem ſuum vaſa ſacrata, ſacrataſque veſtes ac libros petiit. Unde Carolus ab Epiſcopis regni ſui non parvam ſummam accipiens, ei ad dirigendum Regi Bulgarorum Rex filium ſuum, & plures ex Proceribus regni ſui Romam direxit: & arma, quibus indutus fuerat, quando in Chriſti nomine de ſuis adverſariis triumphavit, cum aliis donis S. Petro tranſmiſit, & plures quæſtiones de ſacramentis fidei conſulendo, Nicolao Papæ direxit, & Epiſcopos atque Presbyteros mitti ab eo ſibi popoſcit; quod & obtinuit. Hludouvicus vero Italiæ Imperator hoc audiens, ad Nicolaum Papam miſit, jubens ut arma & alia quæ Rex Bulgarorum Sancto Petro miſerat, ei dirigeret. De quibus quædam Nicolaus Papa per Arſenium ei conſiſtenti in partibus Beneventanis tranſmiſit, & de quibuſdam excuſationem mandavit.*

*Bulgariæ Rex Legatos mittit ad Ludovicum Germaniæ Regem.*

V. Hanc Michaelis Bulgariæ Regis ad Ludovicum Germaniæ Regem Legationem magis explicat Annaliſta Fuldenſis, cujus verba hic repræſento juxta exemplar MS. Cæſareum, de quo ſupra verba feci: *Legati Bulgarum Radeſponam ad Regem venerunt, dicentes Regem illorum cum populo non modico ad Chriſtum eſſe converſum, ſimulque petentes, ut Rex idoneos prædicatores Chriſtianæ religionis ad eos mittere non differret. Rex Hludovicus Bulgarum petitionibus annuens Ermenricum Epiſcopum cum Presbyteris & diaconibus ad propagandam fidem Catholicam præfatæ genti deſtinavit. Sed cum illuc perveniſſent, Epiſcopi a Pontifice Romano miſſi totam illam terram prædicando & baptizando jam tunc repleverant. Quapropter iſti accepta a Rege licentia redierunt in ſua.* In eo MS. hæc omnia uno tenore ad hunc Chriſti annum referuntur, ſed non dubium, quin reditus *Ermenrici* Epiſcopi in Germaniam ad annum ſequentem pertineat; cum Legati Pontificii in Bulgariam hoc anno pervenire non potuerint, niſi eo jam provecto, ut eruitur ex verbis Anaſtaſii laudati.

*Nicolaus PP. complures Prædicator Verbi Dei in Bulgariam mittit.*

VI. A num. VIII. ad XX. Nicolaus Papa, ut refert idem Anaſtaſius, præter præfatos Legatos miſit *Donatum* Epiſcopum Oſtienſem, *Leonem* Presbyterum Romanæ Eccleſiæ, & *Marinum* Sedis Apoſtolicæ Diaconum, qui a Michaele Imp. ſtatum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ diſcerent, eique ſalutem ſuam ſuaderent. Literæ

*Nicolaus PP. Legatos mittit ad Michaelem Imp.*

*diente moleſtia redire ſinat. Sed quoniam in Dei omnipotentis ſervitio diriguntur: per ipſius terribile nomen (quod eſt ſancta Trinitas inſeparabilis) & per horrendum divinum judicium, in quo ante pavendum Chriſti tribunal adſtabimus, & ſtrictam reddituri ſumus pro meritis rationem, vos adiuramus, & totis præcordiis obſecramus, ut eiſdem Miſſis noſtris apud vos poſitis, nullam læſionem, vel cum reverti inde voluerint, nullum obſtaculum inferatis, neque inferri per alium quemlibet permittatis; quin potius a cunctis inſidiatorum molitionibus eos intrepidos & ſecuros reddatis. Quatenus illis ad nos, & ſi veſtram vobis ſalutem ſuadere poſſunt, efficacibus redeuntibus, cunctis gentibus pateat, quantum Deum coronatorem veſtrum, pro cujus Eccleſiæ pace atque correctione legatione perfuncti ſunt, honoretis, & quantum reverentiam Principum Apoſtolorum, a quorum Sede profecti ſunt, præ oculis habeatis. Siquidem nos, o tranquilliſſime Imperator, illos non ad Synodum celebrandam, non ad lites & contentiones excitandas direximus: ſcimus enim, quod docente (a) Apoſtolo, ſervum Domini non oporteat litigare:) ſed hoc totum eſt, pro quo miſimus, videlicet ut ſervata Apoſtolicæ Sedis reverentia, reſtaurationem Eccleſia Conſtantinopolitana ſtatus ſui recipiat, & pax & unanimitas ſanctis Eccleſiis, & Imperio veſtro reddatur, atque perpetuis, Deo propitio, temporibus cuſtodiatur, necnon & nomen veſtrum diutinis ac proſperis creſcat ſucceſſibus; & quemadmodum piorum præcedentium Auguſtorum miris hic poſt funus præconiis attollatur, & in cælis æterni Regni beatitudine perfruatur.*

(a) 2. Tim. 2.

X. *Alioquin ſecundum Apoſtolum (b), Verbum Dei non eſt alligatum: qui rurſum ait (c): Vivus enim eſt Dei ſermo, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſque ad diviſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque & medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Quo uſi, nec inobedientes, nec adverſantes Eccleſiæ Dei, nec moleſtiam inferentes famulis ejus, dimittere quoquo modo poterimus impunitos. Qui habet aures audiendi audiat.* Et poſt nonnulla: *Unde pietatem veſtram obſecramus, & coram Deo & Angelis ejus conteſtamur, ut obediatis nobis & nos in hac vita potius audire curetis, hortantes atque rogantes, quam beatum Petrum cœleſtis Regni clavigerum in futuro ſentiatis accuſantem atque damnantem. Nam ſi nobis non obedieritis, ipſe contemnitur, cujus vices geſtamus, & auctoritate clamamus. Porro ſi illum contemnitis, ipſi jam conſiderate, quid de vobis erit; vel quam in terribili Judicio Dei rationem dabitis, qui in tanta ſublimitate poſiti, per exemplum veſtrum cunctis ſubiectis veſtris ultimi exitus præcipitium demonſtretis; non ſolum autem in præſenti tempore, verumetiam in futuro, Imperatoribus videlicet, & cunctis mundi Principibus, necnon & omnibus omnino Fidelibus.*

(b) Ibid. (c) Hebr. 4.

Pia hortatio.

XI. *Exhorreſcite igitur tot hominum exemplo veſtro pietatem deſtruere: Formidate tantarum animarum operari periculum. Pertimeſcite Fidelibus ad ſalutem tendentibus, tantam perniciem præparare, & pro his omnibus coram diſtricto Judice ſine quibuslibet excuſationis ambagibus de omnibus rationem omnimodam dare: quoniam quot exemplo veſtro ad talia fuerint*

PAGIUS ræ, quas ad Imperatorem ſcripſit Nicolaus, ſunt ordine IX. dicunturque datæ *Idus Novembris, Indictione XV.* Scripſit & ad Bardam Cæſarem Epiſtolam ordine XII. eadem die datam, ex qua Baronius collegit, Bardam anno tantum ſequenti occiſum fuiſſe & a pauco tempore Cæſarem nuncupatum, ut videre eſt n. XII. Verum *Bardas* feria quarta Paſchatis anni DCCCLX. Cæſaream dignitatem obtinuit, & die XXI. menſis Aprilis currentis anni interemptus fuit, uti anno ſequenti monſtrabimus. Scripſit itaque ad Bardam Nicolaus Papa, quia nuncium mortis ejus menſe Novembri Romam nondum perlatum fuerat.

VII. *Moritur Theodora Auguſta.* Scripſit & ad *Theodoram* Auguſtam, quæ in monaſterio vitam ducebat, eam ad conſtantiam hortans, ac ut Miſſis ſuis *in opportunitatibus* ſuffragaretur poſtulans. Ea enim quandoque in Aulam veniebat, & cum Michaele Imp. filio manducabat, uti refert Porphyrogennetus in eodem Michaele. Eam diu non ſuperfuiſſe ſcribunt Hiſtorici Byzantini. Falluntur tamen communiter recentiores Hiſtorici uti Henſchenius in Elogio Hiſtorico *S. Theodoræ* ad diem XI. menſis Februarii, Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis familia XVII. aliique qui eam hoc anno vel ſequentis initio, die quo colitur, demortuam tradidere. Leo enim Grammaticus pag. 468. Porphyrogennetus pag. 129. num. XLI. Symeon Logotheta & Georgius Monachus diſerte docent, *Theodoram* menſe Septembri anni ſequentis, quo tempore Michael filius occiſus, adhuc in vivis fuiſſe. In Martyrologio Baſilii Imp. cujus verba recitat Baronius, die undecima Februarii colitur. Idem Porphyrogennetus num. XXII. ſcribit: *Inclytus Baſilius ſuſcepto imperio, cum ejus* (nempe Theodoræ) *cadaver; tum filias in avia Monaſterium tranſtulit, quod Gaſtria vocant, ut illic morantes, ſanctæ ac religioſæ vitæ inſtitutis ætatem tranſigerent. Siquidem illa ex hac vita migravit, bonum nomen ac venerabile, non ut illi (malum atque exoſum) filio relinquens.* Quatuor reliquit filias, *Theclam* quæ cum illa & Michaele filio per multos annos imperaverat, *Annam, Anaſtaſiam, & Pulcheriam.* Maria enim minor natu vivente patre Theophilo obierat.



*rint devoluti, de tot animarum diſpendio eritis prorſus obnoxii, & tot proculdubio (quod non optamus) pœnas luetis, quot noxiæ actionis veſtræ forma in inobedientiæ chaos demergetis. Quæ omnia, pietate veſtra nobis obediente, avertat Dominus. Nam iſta nos pro ſalute veſtra proſequimur & exigimus. Unde ne iraſcaris, ſi te tantum diligimus ut temporale Regnum, quod aſſecutus es, te velimus habere perenne; & qui imperas nunc hominibus, regnes cum Chriſto, & qui cras moriturus es, vitam percipias & gloriam æternam. Data Idus Novembris, Indictione decimaquinta.* Hæc Nicolaus; qui non ſine prophetico ſpiritu illud protuliſſe videtur: qui cras moriturus es: nam antequam annus pleno orbe tranſcurriſſet, miſer occiſus eſt, ut pluribus ſuo loco dicturi ſumus. Porro ex die datæ epiſtolæ, ultimo anni hujus tempore profectionem Legatorum contigiſſe, æque poſſumus intelligere.

XII. Dedit eiſdem Legatis epiſtolam ad omnes Epiſcopos Conſtantinopolitanæ ſubjectos Eccleſiæ, ejuſdemque Clerum, cujus eſt exordium (a): *Ea, quæ nuper apud Conſtantinopolim geſta ſunt, &c.* Continet anacephalæoſim rerum geſtarum in cauſa Ignatii, deque concremandis litteris blaſphemis, ab Imperatore conſcriptis; quod ſi fieri detrectetur, excommunicationem comminatur. Adjecit idem Pontifex alias litteras ad Photium omnium malorum auctorem, quæ ſic incipiunt (b): *Innumerabilium reperiris prævaricationum obnoxius, &c.* Quas enumerat: cumque ſuperius eas ſæpius recenſitas habeamus, eaſdem rurſum repetere, ſuperfluum viſum eſt. Ad reſipiſcendum rurſum hortatur, quod niſi faciat, perpetuo ſciret ſe abſque ulla reſtitutionis ſpe anathematis vinculo innodatum una cum ſuis fautoribus, atque ad mortem uſque expertem participationis corporis, & ſanguinis Chriſti. Scribit & ad Bardam jam Cæſarem creatum. Eſt exordium epiſtolæ (c): *Poſtquam Dei omnipotentis in te cœperunt dona miris ſucceſſibus abundare, &c.* Ubi agens de dignitate, qua auctus erat, ſubiicit hæc miſtice: *Poſuit quippe te in Eccleſia ſua ſicut cedrum, ut ſub umbra tua refugium cruciati & protectionem inveniant deſolati, ac diverſis fatigationibus lacerati.* Miſtice, inquam, cedrum vocat, prophetice alludens ad illud propheticum (d): *Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedrum Libani, tranſivi, & ecce non erat.* Quam autem vere hac ex parte cedro fuerit cito ruituræ comparatus, quæ ſequentis anni exordio dicturi ſumus, edocent. Cœperunt autem hoc anno, quæ mox idem Nicolaus ſubiicit, dicens: *Poſt hæc autem audivimus in Conſtantinopolitana urbe diſſenſiones, contentiones, clamores, conjurationes, conſpirationes, factiones, animoſitates, ſimultates, & cætera incommoda, ſeu diſcrimina.* Quænam autem fuerint iſta, eodem loco patebit.

(a) Nicol. epiſt. 10. (b) Nicol. ep. 11. (c) Nicol. ep. 12. (d) Pſalm. 36.

XIII. Redarguit inſuper eum ut malorum omnium (uti erat) auctorem, cum inferius hæc ad eum: *Sed quia horum omnium auctor exiſtere, fama divulgante, diceris: intolerabili cruciatu mentis afficimur, & doloribus undique coanguſtiamur.* Sed ad pœnitentiam eum provocans poſt nonnulla hominem perditum, ita compellat: *Sed revertere fili mi, revertere piiſſime Cæſar, revertere, quia Dominus noſter miſericors eſt, & te revertentem extenſis benignitatis brachiis clementer amplectetur. Et non eſt tantum indignatus pro læſione, quam Eccleſiæ illius operatus es, quantum lætabitur, ſi quem læſiſti adverſus Eccleſiam, adjuvare contenderis. Porrigat igitur pietas tua Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ manum, nec patiatur amplius ſuo jam deſtitutam rectore ſubſiſtere, & mœrentem ac lugentem incedere.* Commendat demum Legatos, plurimum deteſtatus, quæ in priores Legatos contra jus Gentium fuiſſent nefarie perpetrata. Felix Bardas, ſi Nicolaum amantiſſimum patrem clamantem audiſſet; ſed quia deſpexit, quam citius paratam cœlitus diram vindictam excepit.

XIV. Scripſit pariter Nicolaus per eoſdem Legatos ad Ignatium legitimum Patriarcham, cui condolens de cunctis rebus hactenus geſtis, de ſua cauſa reddidit certiorem. Incipit epiſtola (e): *Dici non poteſt, chariſſime frater, quantis mœroribus, &c.* Hortatur demum, ut qua cœperat animi fortitudine perſeveret. Data eodem ipſo die Idus Novembris, Indictione eadem.

(e) Nicol. ep. 13.

Nec prætermiſit idem Pontifex ſcribere ad decus illud & ornamentum ſanctarum feminarum, matrem Imperatoris adhuc ſuperſtitem, & in fornace tribulationis diu excoctam atque probatam, aurum puriſſimum redditam, ab Imperio a filio pulſam (ut audiſti detruſam in monaſterium, Theodoram Auguſtam, de ſancta Fide Catholica optime meritam, unicum in Oriente exemplum egregiæ ſanctitatis; ad hanc ipſam, inquam, idem ſanctiſſimus Eccleſiæ Catholicæ paſtor Nicolaus litteras dedit, quas velut nobile epitaphium tantæ mulieris digna memoria conſecratum hic deſcribemus; ſic enim ſe habent (f):

(f) Nicol. ep. 14.

XV. Nicolai Papæ ep. ad Theodoram Aug.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectiſſimæ filiæ Imperatori quondam terreno, nunc autem ſpiritualiter cœleſti conjunctæ.*

*Virtutes veſtras, quibus præditæ ante-*

*tecedentium vos Auguſtarum nulli diebus iſtis apparuiſtis ſecundæ, quibus etiam & præcipue in cauſa pietatis earum nemini eſtis inferiores inventæ, ſubtiliter atque ſolicite recolentes, Deo cuncti potenti, cujus munere hæc percepiſtis, grates immenſas referre, & ejus ſancto nomini benedicere non ceſſamus, atque piorum ſtudiorum veſtrorum præconia pro imitatione audientium inter Fidelium colloquia jugiter enarramus. Tu quippe etiam Principe marito tuo contra leges Eccleſiæ ſentiente, ſuperſtite, ſana ſapere, & recta defendere non formidaſti. Tu, inquam, in Orthodoxa religione perſeverans, unicum filium tuum non terreni patris, ſed ſupercæleſtis iter aggredi docuiſti. Quis autem morum inſignia, quis correctionum tuarum facta fortia narrare ſufficiat? Cum enim ſola principabaris, Domino cooperante, non ſolum ab hoſte viſibili, verum etiam, nullo mare infirmior, Eccleſiam Domini ab hoſte inviſibili, hoc eſt ab errore rexiſti. Senſerunt in te hæretici virile pectus, & mirantes inſuperabile robur, quod femina fueris, ambiguum habuerunt. Cur hoc, niſi quia Sedis Apoſtolicæ dogmata ſequebaris, & Conſtantin. monita pontificis, cui Rom. Eccl. communicabat, amplectebaris? Sic enim devoti filii paternum venerantur affectum, & in nullo prorſus ingrati circa parentes ſuos conſentiunt inveniri.*

XVI. *Sed inimici quid agunt? apprehendunt, eiiciunt. Et quid plura? omnino dehoneſtati ſubiiciunt. Sed exempla patientiæ, quibus iſta contemnere, & illa, quæ ſunt æterni Imperii, docearis appetere, o Chriſtianiſſima filia, ſatis abundant.*
(a) Exod. 30. *Nam legifer Moyſes (a) & Aaron ſanctus Domini murmur, & duras contumelias, atque ſeditionem patiebantur ab iis, quos velut filios Moyſes in ſinu portabat, & adeo diligebat, ut Domino volenti eos perdere, & facere eum in gentem magnam, diceret: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro*
(b) 1. Reg. 8. *quem ſcripſiſti. Sic beatus (b) Samuel ab his, quibus multa præſtiterat beneficia, de principatu propellitur. Sic propheta*
(c) 2. Par. 24. *(c) Zacharias ab eo, cui pater ſuus Regnum vendicaverat, & ipſe viam ſalutis oſtendebat, lapidibus impetitur. Sed quid per hominum genus diutius immoremur, quando ipſe mediator Dei & hominum Dominus noſter JESUS Chriſtus ab his, quibus cæcos illuminavit, languidos plurimos priſtinæ ſanitati reſtituit, mortuos excitavit, probra, ſputa, flagella, & mortem Crucis ſuſtinuit?*

XVII. *Devenimus, heu, in ea, quæ beatus*
(d) 2. Tim. 3. *Apoſtolus prædixit, periculoſa tempora, Paulus cum ſcriberet (d); Et in novissimis temporibus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi (& ubi interpoſuit) parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione. Immo devenimus in eos lugendos, & deplorandos dies, in quibus (proh dolor) juxta quod Dominus in Evangelio dicit (e): Tradet fratrem* (e) Marc. 13.
*in mortem, & inſurgent filii in parentes. Sed hæc facientes, & ſævientes hoſtes quid agunt? dum cupiunt obeſſe, proſunt; & cum lædere moliuntur plurimum * præſtant; privant tyrannice Regno temporali, ſed donant, licet nolendo, Imperium ſempiternum; auferunt terrenam gloriam, ſed conferunt cæleſtem beatitudinem. Commutatur eorum argumentum iniquitatis in inſtrumenta ſalutis, & pietatis. Quoniam quantumlibet ſæviant æmuli, quantumlibet hoſtes inſaniant; diligentibus tamen Deum omnia cooperantur in bonum, nimirum quia non eſt ſapientia, non eſt ſcientia, non eſt conſilium contra Dominum. Ergo chariſſima filia, confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus, & in adverſitatibus unicum Domini ſolum adite refugium, ſtatuentes etiam pedes veſtros in petra, ſuper quam Dominus principaliter conſtruere delegit Eccleſiam: & ab ejus communionis ſoliditate, ſicut nec hactenus, ita quoque uſque in finem, nullis procellæ alienamini flatibus. Nos vero, qui ejuſdem immeriti Vicarii ſumus, tam circa ſtatum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quamque circa recuperationem fratris, & Coepiſcopi noſtri Ignatii, juxta miniſterium nobis creditum, ſegnes inveniri, vel deſides nullo pacto confidite. Quomodo autem erga vos, vel erga dilectas filias veſtras agatur; vel forte quid cordi eſt, per præſentes Miſſos noſtros, quibus vos ſuffragari in opportunitatibus petimus; fida mente nobis, & indubitabili conſcientia, quæſumus intimare. Dat. Idibus Novemb. Indictione decimaquinta.* Hactenus Nicolaus Pontifex ad Theodoram.

* al proſunt.

XVIII. Porro hanc haud diutius poſt hæc fuiſſe ſuperſtitem, Græci hiſtorici docent; poſt obitum autem relatam inter Sanctos, Græcum Menologium Baſilii Imperatoris oſtendit, ubi undecima Februarii ejus dies natalis celebratur hoc elogio:

*Theodoræ Imperatricis, quæ rectam Fidem reddidit, memoria.* Theodora Aug. inter Sanctos relata.

*Beata Theodora Imperatrix Theophili fuit Iconomachi coniux, ipſa autem Catholica. Ille quidem S. Methodium Patriarcham relegavit, & pro illo creavit Joannem hæreticum, qui ſanctas combuſſit imagines. Illi autem tunc non licebat eas publice adorare, ſed in cubiculo habens eas occultas, nocte ſurgebat, & adorabat, petens a Deo, ut Orthodoxis miſericordiam exhiberet. Filium vero genuit Michaelem, quem rectam Fidem docuit. Poſt viri tranſitum, ſtatim ſanctum Methodium revocavit, & ſacram Synodum congregandam curavit, in qua ſunt ſacræ imagines reſtitutæ. Deinde ab Imperio ejecta, in monaſterio una cum filiabus poſita, ibi in Domino quievit.* Hæc dicta die.



XIX. Porro ejus imaginem, ſimulque Theclæ & Michaelis pueri filiorum ejus aureo expreſſam numiſmate, ex muſæo Lælii Paſqualini hic tibi reddimus. Digna quidem ejus imago, ut immortalitati conſecretur, quæ fuit ſanctarum imaginum fortiſſima propugnatrix, potentiſſima reſtitutrix, atque tenaciſſima conſervatrix.







Quod rurſus ad legationem, de qua agimus, pertinet: dedit eiſdem Legatis Nicolaus litteras ad Michaelis conjugem Eudoxiam Auguſtam, cui juſtam Ignatii cauſam commendavit. Extant ipſæ, eſtque earum exordium (a): *Nihil in regia ſublimitate juſtitiæ dilectione decentius, &c.* Dedit & alias eodem argumento ad Senatores, quæ incipiunt (b): *Fidelium relatione, &c.*

(a) Nicol. epiſt. 15.

(b) Nicol. ep. 16.

XX. Expeditio Ludovici Imp. in Sarracenos. Hoc eodem anno Ludovicus Imperator ingenti comparato exercitu, adverſus Sarracenos, Campanos & Samnites infeſtantes, hortante Nicolao Romano Pontifice, venit. De his hæc in primis Regino habet: *Per idem tempus gens Sarracenorum in Beneventum ex Africa veniens, univerſam pene regionem illam invaſerunt, cædibus, rapinis & incendiis omnia depopulantes. Contra quos Ludovicus Imperator exercitum contrahit. Et veritus, ne forte adverſus innumerabilem hominum multitudinem vires Regni non ſufficerent, ad fratrem in Galliam Legatos mittit, omnino expoſcens, ut ad præfatæ gentis vires extenuandas, audaciamque refrenandam, ſibi cum Dei auxilio, virtuteque Francorum opitularetur. Qui nihil cunctatus exercitum cum ingenti induſtria undequaque contrahit: fratrique, quanta potuit celeritate in adjutorium venit, ubi plurima bella geſta ſunt non ſolum fortiter, ſed etiam feliciter, Deo opem ferente.* Hæc Regino. Sed adventus Lotharii ad Ludovicum contigit anno ſequenti: Ludovici vero hoc anno octingenteſimo ſexageſimoſexto. Nam audi (c) Leonem Oſtienſem hæc ſigillatim magna diligentia proſequentem, qui non ex Africa tunc, ſed ex Apulia, quam antea occuparant veniſſe tradit, referenſque ingentia mala ab ipſis perpetrata, & inter alia incenſionem nobiliſſimi monaſterii ſancti Vincentii ad fontes Vulturni poſiti. Hæc de adventu Ludovici Imperatoris:

(c) Leon. Oſt. l. 1. c. 37. 38.

*Longobardi igitur videntes ſe pro ſuis iniquitatibus a Deo flagellatos, afflicti, ac magna demum neceſſitate compulſi, tertio jam Legatos in Franciam ad prædictum*

PAGIUS VIII. *Saraceni Beneventanos infeſtant.* A num. XX. ad XXIV. Expeditionem Ludovici II. Imp. adverſus Saracenos, quam Baronius fuſe narrat, Annaliſta Bertinianus his verbis hoc anno perſtringit: *Ludoicus Italiæ Imperator una cum uxore ſua Ingelberga in Beneventum contra Saracenos movit.* Supra diximus, Ludovicum II. Imp. Principatum Beneventanum in partes duas diſtraxiſſe, & *Adelgiſum* ab eo juſſum præeſſe Benevento, *Siconulfum* vero Salerno & Capuæ, ſicque inter duos Duces illos de Principatu Beneventano contendentes pacem conſtituiſſe. Ludovicus Imp. Beneventanis opem ſuam implorantibus, cum valido exercitu in Italiam venit; ac primum *Capuam* ſolita fraude ſibi illudentem, tribus obſeſſam menſibus cepit, & maxima ex parte delevit. Inde *Salernum*, *Malphim*, & *Beneventum* adiit; & juxta Luceriam cum Saracenis pugnavit, primo quidem adverſa fortuna, ſed poſtea inſignem victoriam adeptus; tandem *Barium* quatuor annis obſidione cinxit. Interim *Materam* munitiſſimam Saracenorum Urbem igne ferroque vaſtavit: tum *Venuſiam* venit ibique ac Canuſii præſidium locavit. De *Barii* expugnatione ſuo loco agemus. Fortiſſimum illud Oppidum in ora ſinus Veneti ſitum occuparunt Saraceni anno DCCCXLI. inde Apuliæ, Calabriæque vaſtitatem intulere exindeque per ducentos circiter annos, Saracenorum, Græcorum, Hungarorum, Germanorum armis con-

*ctum Ludovicum mittunt, orantes votis omnibus, ut iterum venire, eoſque ac patriam a nefandiſſima Sarracenorum gente dignaretur eripere. Tunc Ludovicus Rex generale edictum per omnes Regni ſui partes dirigens, ut nullus omnino ab hac ſe expeditione ſubtraheret, anno Domini octingenteſimo ſexageſimoſexto immenſum coegit exercitum, ſimulque cum domna Angelberta Auguſta conjuge ſua iter arripiens, per Soram Beneventi fines ingreditur. Ac menſe Junio pervenit ad monaſterium hujus ſanctiſſimi patris Benedicti, quod deorſum eſt, ubi a venerabili patre Berthario, cunctis illi monachis occurrentibus, maximo cum honore ſuſceptus eſt. Die altera, montem adoraturus aſcendit, ibidemque magna itidem cum bonorificentia acceptus a fratribus eſt. Cumque cœnobium omne perluſtrans, decentiſſime conſtructum eſſe laudaſſet, præceptum confirmationis totius monaſterii (ſicut ſui prædeceſſores Reges ante jam fecerant beato Benedicto) confecit, & regalibus ibidem collatis muneribus, fratribus ſe multum commendans, de monte deſcendit.*

XXII. *Poſt hæc inde digreſſus, Capuam petiit, quam tribus obſeſſam menſibus cæpit, eamque maxima ex parte delevit. Demum apud vallem Candidam caſtrametatus, non multo poſt intravit Beneventum. Congregato autem apud Luceriam Apuliæ civitatem omni exercitu ſuo, cum Sarracenis repente congreditur. A quibus primo certamine ſuperatus: demum ex his, opitulante Deo, victoriam inſignem adeptus, omnibus eorum potitus eſt caſtris. Inde Barim contendens, quatuor illam annis obſedit. Materam interim munitiſſimam illorum urbem capiens, igni, ferroque vaſtavit. Poſt hæc venit Venuſiam, ibique ac Canuſii, præſidio militum potitus, Barim undique expugnare cæpit, rediitque Beneventum.* Ubi Bertharius Abbas donationem ſuſcepit ab eodem Imperatore quorumdam fundorum, ſeu villarum; quo opere pietatis aditus patefactus a Deo eſt vincendi perfidos hoſtes obſeſſos; nam ſubdit paulo poſt Leo: *Cum autem Sarraceni intra Barim obſeſſi, ultra nequaquam ſubſiſterent: miſſo Imperator exercitu & civitatem, & Seodam* Principem Sarracenorum *cum ſuis omnibus cœpit, eoſque ferro trucidari ad unum juſſit.* Hic impius Sarracenus (ut idem Leo ſuperius tradit) deprædatis Eccleſiis & monaſteriis, in calicibus ſacris dari ſibi potum præcepit, & thuribulis ad divinum uſum paratis adoleri. Proſequitur cæteras res ab eodem Imper. geſtas idem auctor, atque demum de eo, quod cum ferme annum integrum Caſſini commoratus eſſet, corpus S. Germani Epiſcopi (de quo ſuo loco multa ſuperius) inde ſublatum in Galliam detulit. Sed de Ludovici Imperat. expeditione hactenus.

Quod autem ad Nicolai Pontificis partes pertinent, litteris ſuis hortatum eſſe Francorum exercitum, ex fragmento illarum, quod recitat Gratianus, poſſumus intelligere, quod ſic ſe habet (*a*): *Omnium veſtrum noſſe volumus charitatem, quoniam quiſquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine mortuus fuerit, Regna illi cœleſtia minime negabuntur.* Hæc quidem vera eſſe, revelatu etiam conſtat cuidam Abbati Caſæmarii, tempore S. Bernardi, ut ex ejus epiſtola apparet, quæ inter ejuſdem S. Bernardi epiſtolas continetur. Porro non adverſus Sarracenos tantum præliandum, ſed etiam malos Chriſtianos bona Eccleſiæ occupantes: nam ad Epiſcopos Galliarum ſcripſiſſe reperitur his verbis (*b*): *Quin etiam præfato fratri noſtro, filiiſque Trevirenſis Eccleſiæ, illiuſque defenſoribus hæc in mandatis damus, ut ſpiritualis ſimul, & materiali gladio tam-* XXIII.

(*a*) 23. q. 5. c. omnium

(*b*) 15. q. 6. c. 2. §. Quin etiam.

**PAGIUS** concuſſa ea Italiæ pars, quæ olim Beneventano Principatu continebatur; nec niſi Normannorum virtute victi deletique Saraceni, Græci pulſi, novuſque Principatus fundatus, uti ſuo loco videbimus.

IX. *Nicolaus PP. VValdradam excommunicat.*

A num. XXIV. ad XLVIII. Annaliſta Metenſis ad annum DCCCLXVI. narratis uno tenore, quæ in cauſa Waldradæ anno ſuperiori geſta ſunt, ſubiungit: *Poſt hæc Legatus Apoſtolicæ Sedis* (nempe Arſenius) *compoſitis in Gallia rebus Romam unde venerat, reverſus eſt. Rurſum Vvaldrada, ejuſque complicibus decertantibus, Regis animus adverſus Tiebergam commovetur. Excitantur iræ, & in ſopitis diſcordiarum & odiorum cineribus denuo copioſus ignis accenditur. Deſpicitur, abominatur, reiicitur, adulterii crimen impingitur, omnique ingenii arte exquiritur, qualiter puniri quaſi rea poſſit. Illa prævidens imminere ſibi mortis periculum, latenter aufugit, & ad Carolum veniens, ejus ſe tuitioni commiſit. Quod cum Nicolaus Papa comperiſſet, miſit Carolo Regi epiſtolam exhortatoriam & collaudatoriam, ſimulque gratias agens, quod Tiebergam omni ſolatio deſtitutam ipſe ſolus ſuſcepiſſet. Poſt hæc velut alter Finees zelo Dei accenſus, Vvaldradam in Baſilica Sancta Dei Genitricis ipſo die Purificationis ejus excommunicavit, & ab omni Chriſtianorum conſortio ſeparavit. Deſtinavitque Epiſtolam omnibus Epiſcopis per Germaniam & Gallias conſtitutis, cauſas & modum excommunicationis continentem. Direxit etiam Lothario Regi aliam Epiſtolam, in qua eum commonet ut ſibi caveat, ne quando ſecundum Domini præceptum duos aut tres teſtes adhibeat, & ad ultimum hoc Eccleſia dicat, & de cætero fiat ſicut Ethnicus & Publicanus omnibus Chriſtianis & Deum timentibus.* Epiſtolam ad Epiſcopos *per Italiam, Germaniam, Neuſtriam & Galliam conſtitutos,* datam, *Id. Jun. indict. XIV.* recitat Baronius num. XXV. & ſeqq. ſicuti & aliam Epiſtolam, quam Lotharius ad placandum Nicolaum Papam ſcribi curavit ab Adventio Metenſi Epiſcopo, num. XXIX. & ſeqq. ac num. XXXVII. & ſeqq. Epiſtolam, quam ipſemet Lotharius ad ſe excuſandum eidem Pontifici ſcripſit.



Armis duplicibus res Eccl. vindicandæ.

*tamdiu malignos illos, eorumque fautores inſequantur, quouſque cum integritate poſſeſſiones, vel quæcumque res Eccleſiaſticæ hoc facto, vel quocumque pacto diſtractæ, ſeu directæ ſunt, revocentur.* Verum iſta fieri non debere per ſacros miniſtros, qui Deo, & non ſæculo militare debent, idem ad Carolum Francorum Regem ſcripſit (*a*). Qui igitur hoc anno Romam venit Ludovicus Imperator, in Apuliam, ut audiſti, tranſiens, quadriennium moratus eſt in Barenſi obſidione, ut teſtatur (*b*) Leo Oſtienſis ex monumentis Caſſinatibus. Quæ autem hæc ſequuta ſint, dicentur inferius ſuo loco.

(*a*) 23. q. 8. c. Reprehenſibile.

(*b*) Leon. Oſt. l. 1. c. 28.

XXIV. Vvaldrada excommunicata a Nicolao Papa.

Eodem anno cum Waldrada Lotharii Regis concubina viſa eſſet eluſiſſe Apoſtolicam Sedem, utpote quæ pollicita fuerat Romam ſe conferre expiationis cauſa delicti, & ingreſſa in Italiam, retro in Gallias remeaſſet, quamvis coacta in Italiam rediiſſet: ubi nulla ſigna pœnitentiæ oſtendiſſet, ſed tam ipſa, quam etiam Lotharius traducere videri poſſent Romanam Eccleſiam, cujus præcepta, quæ perficere promiſiſſent, hactenus ludificaſſent: ipſe Nicolaus Pontifex non amplius differendum ratus, eamdem, convocata Eccleſia, publice excommunicat, hoc eodem anno, quarto Nonas Februarii. De qua ſententia in ipſam lata voluit per ſuas litteras Apoſtolicas reddi certiores omnes Galliarum Epiſcopos. Epiſtola ipſa ex codice Trevirenſi accepta, hic deſcribenda, totidem verbis ſic ſe habet:

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei reverentiſſimis confratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis per Italiam, Germaniam, * Nuſtriam, & Gallias conſtitutis.*

* Niuſtriam vel Neuſtriam

XXV. Accuſatio Vvaldradæ, & Lotharii non ſatiſfacientis. Recitatur iſta epiſtola a Reginone in Chron.

*Decreveramus, quidem circa Vvaldradam mœchiam, & pertinaciter in impœnitentia permanentem, vindictæ modum minus diſtricte, quam miſericorditer temperare, & juxta quod merebatur, non ita pro tanto ſcelere ſententiam in eam juſtæ punitionis proferre, niſi obſtinato animo perenniter in mœchiæ volutabro permanere propoſuiſſet, & nullis ſacris monitis, nullis noſtris, ſeu veſtris tam crebris exhortationibus, ſe paratam * exiſtere: quia tamen non ſua voluntate factum ſit: * Deo, qui cor conſiderat, & Fidelibus ejus per omnia manet certiſſimum, cum ſua ſponte hactenus ſi potuiſſet, immo perpetuo in tanto flagitio permanſiſſet, niſi noſtra ſuper hoc abolendo fuiſſet cum virtute ſummi opificis inceſſabilis diligentia, & * ſocii ejus, prob nefas, ſcilicet ſecum admittentis quomodocumque inclinatior extitiſſet obedientia. Patet profecto ita eſſe quæ dicimus, cum hactenus culpam ſuam nec dum cognoverit, nec confeſſa ſit, juxta quod ſcriptum eſt: Dic tu iniquitates tuas, ut juſtificeris: nec miſſa nobis, qui cauſam ipſius exequendam cæpimus, lamentationum legatione veniam poſtulaverit, præmiſſo * quæ pœnitentiæ remedio congruam meruerit indulgentiam, Salomone dicente* (*c*): *Qui celat delicta, non dirigetur; qui autem confeſſus fuerit, & dimiſerit ea, miſericordiam conſequetur. Poſtremo cum recto itinere nos illi fuerat adeundum, & Sedis beati Petri ſuffragia requirenda, quatenus juxta quod ſtatutum fuerat, nos de ejus negotio Deo placita conſideratione definiremus: poſtea retro eſt converſa poſt ſatanam, & in provinciam, ut principaretur in ea, iter reflexit; licet induſtria Legati noſtri, ad Italiam denuo revocata ſit, & quaſi nihil fuerit operata, unde in Chriſti ſit Eccleſia non modicum ſcandalum generatum, gloriam mundi ſectatur, reique publicæ dominatur, ac quod eſt gravius, etiam piis locis, atque religioſis perſonis præeſſe dignoſcitur, & a Theutpergæ Reginæ cœpta interitus meditatione, ſicut nonnulli teſtantur, minime ceſſat, dum ea nimirum loca repetere affectat, in quibus facilis ipſius ad Regem Hlotharium, & ejuſdem Regis ad eam eſſe poſſit acceſſus.*

* exhibere

* locus obſcurus

* quod

(*c*) Prov. 17.

*Et ut breviter cuncta complectar, de die in diem qualiter ad priſtinas voluptates redeat, variis argumentis exquirit. Verumtamen, ut cum egregio* (*d*) *Apoſtolo ſummatim dicamus, quod contra eam, contraque ejus ſimiles ſæpius replicandum eſt, quia ſecundum duritiam ſuam, & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram in die iræ: idcirco nos eam, quouſque de factis ſuis Eccleſiæ Chriſti, nobiſque præcipue, qui ejus principaliter curam gerimus, quique cauſam ipſius exequi, ac inveſtigare cœpimus, ſatisfecerit: donec etiam omnem a ſe ſiniſtram ſuſpicionem, conſilium noſtrum ſuſcipiens, adimat, a pretioſi corporis & ſanguinis Domini perceptione atque ab omnimodo ſanctæ Eccleſiæ conſortio ſancti Spiritus, beatorumque Apoſtolorum Petri & Pauli judicio, & noſtræ mediocritatis auctoritate fecimus cum univerſis complicibus, & communicatoribus, fautoribuſque ſuis prorſus extorrem. Hanc autem ſententiam quarto Nonas Februarias a nobis promulgatam meminimus, eamque ſcripto vobis deſtinavimus. Sed quia ignoramus, utrum ad veſtram notitiam pervenerit: idcirco reverentiæ veſtræ iterato illam pandere procuravimus.* XXVI.

(*d*) Rom. 2.

*Nam dum adhuc negotium pendet, & cœptum bonum perfectionem non habet, immo dum diverſis indiciis datur intelligi, quod anhelitus pravorum ad priora nequitiæ ſemper intendit, procurare magnopere neceſſe eſt, ne noviſſimus error,* XXVII.

*ror, nobis torpentibus, pejor priore ſuccedat. Siquidem & fruſtra ſpeculatores dicimur, ſi venientem lupum a longe non cernimus. Fruſtra enim Epiſcopi, id eſt ſuperinſpectores vocamur, ſi futurum exitum per antecedentia ſigna minime contemplamur; præcipue cum jam quod videmus, experti ſimus, & futurarum certitudinem præteritarum gignat exhibitio rerum. Unde ſaltem de Theutpergæ Reginæ illatis quotidianis inſidiis veſtra charitas doleat, & etiam cum Dominici corporis membro, totius mentis affectu compatiatur; & ne labor noſter inanis conſtituatur, ſpiritalia nobiſcum veſtra faternitas adverſus jam fatam mœcham, & communicatores ejus arma ſuſtollat, & in parochia ſua, ubi plebem Dominicam gubernat, vel ubi eam fore contigerit, excommunicatam hanc, fautoreſque ſuos, viva voce, ſubſiſtere, donec noſtro ſpeciali judicio digne ſe pœnitentiæ ſubmittat, publice hæc audacter aſſeveret. Porro ſi cujuſquam fortaſſis adinventionis intentioniſque fuerit dicere, quod non ſolum illa mulier, ſed & Hlotharius Rex in hoc deliquiſſet, ideoque ſimul pœnitentia deberet arctari; utrum inſtruendo ſe, an exprobrando nobis talia loquatur, licet nulli jactanter hæc proferenti nobis neceſſe ſit reſpondere, congruit tamen, ut a cujus auctoritate ſanctio iſta digreditur, in ejus prærogativæ affluentia, quiſquis ille eſt, hujus rei ſolutionem quærat: eo quod auctoritas Apoſtolica, ad quam univerſarum cura confluit Eccleſiarum, idonea, quibus omnibus conſulat, moderamina ſatis habeat, per quæ & indoctos quoſque diſciplina ſalutis inſtruat, & exprobratoribus diſpenſatorie modum dignæ diſcretionis imponat.*

XXVIII. *Interim vero quiſquis veſtrum hujus ſanctionis epiſtolam ſuſceperit, ad cæteros Epiſcopos Metropolitanos deſtinare ſummopere ſtudeat; & exemplaria ejus per vicinas regiones diſpergat, & talem ſe in omnibus his exhibeat, ut alterius zelo Phinees iram Domini mitigantis, non in defenſione ſcorti, ſed in ultione ſtupri ſe fervere cunctis oſtendat. Optamus fraternitatem veſtram in Chriſto, nunc & ſemper bene valere. Dat. Id. Jun. Indict. decimaquarta.* Scripſit rurſus ad Epiſcopos Regni Lotharii eodem argumento anno ſequenti, menſe Januarii, Indictione decimaquinta, quæ quoniam cuſæ habentur, hic deſcribere prætermittimus. Eſt titulus, *Ad Epiſcopos in Regno Lotharii conſtitutos* (a).

(a) Nicol. ep. 49. t. 3. ep. Rom. Pont.

Lotharius autem ut hæc accepit, ad placandum Nicolaum Pontificem curavit, ut Adventius Metenſis Epiſcopus, in excuſationem ipſius, de his quæ in eum obiiciebantur ab ipſo Nicolao, ad eum litteras ſcriberet quam efficaciſſimas, quas hactenus conſervatas cum aliis ad eamdem cauſam ſpectantibus in Eccleſia Trevirenſi hic reddimus; ſic enim ſe habent:

*Sanctiſſimo & perbeatiſſimo atque angelico domino Nicolao ſummo Pontifici ac univerſali Papæ Adventius humilis Metenſium Sedis Epiſcopus aſſiduas preces & fidelia vota.*

*Apices eminentiſſimi Apoſtolatus veſtri Non. Junii inter acerrimos meæ ægritudinis dolores gratanter accepi, quibus pro nimietate meæ infirmitatis reſpondere hucuſque non valui. Ecce enim jam biennium pene expletur, quod a vernali tempore uſque in autumnum lectulo teneor, & alternante tempore, tantis podagræ doloribus affligor, ut vix in die ſurgere valeam & miniſtrorum * comminiculo Miſſarum ſolemnia celebrare, moxque compellor, gemitu interrumpente, decumbere. Meus quippe dolor aliquando lentus, aliquando nimius, nec recedit enim niſi ad horam, nec interficit. Sit ergo illi laus & gloria, qui juſte corripit, & clementer ignoſcit. Pro illius ergo amore humiliter obſecro, ut me peccatorem veſtris almifluis precibus relevare dignemini, & pro ſaluberrimo medicamine conſolationis litteras, & compaſſionis indicia remittere non gravemini, quia veſtra luculenta & angelica facundia meæ imbecillitati dulciſſimum ſaporem medullitus infundit, & in ſui amorem ineluctabiliter rapit.* XXIX. Adventii pro Lothario ad Nicolaum Papam epiſt.

* f. adminiculo

*Non immerito quippe negligentibus & deſidioſis amarum ſonat, quod ſcribitis, atque obedientibus & ſtudioſis ſuave ſapit, quod agitis; & quidem mediante menſe Julio, paulolum mea parvitas de infirmitate convaleſcens, ex proprio Clero, & filiis Eccleſiæ ſtrenuos Legatos ad veſtram deſiderabilem præſentiam deſtinare decreveram, ſed noſtrum deſiderium hoſtilis expeditio, & Reipublicæ perneceſſaria exactio illico intercepit. Unde & inter denſiſſimas acies, & laborioſas cuſtodias paganorum non mediocriter vallati, paululum reſpiravimus, quia pugnante pro nobis divina clementia, immo noſtri victorioſiſſimi Principis confidentiſſimo certamine, ac ſuorum fidelium pio ſtudio, multitudo non modica paganorum cecidit in ore gladii, & cæteri fuga lapſi, divina miſericordia agente, ita delituere, ut nullus eorum vivens in noſtris finibus reperiri poſſet.* XXX. Northmannorum irruptio repreſſa.

*Nos tamen inter iſta, vix unum curſorem, religioſum videlicet presbyterum, Theodoricum nomine, compendioſo itinere cum proſecutione præſentium litterarum ad veſtram dirigere potuimus clementiam, præſertim cum in deſiderantiſſimo voto habeamus tales Legatos dirigere,* XXXI.



*qui uti decet ſummum Pontificem, multiplices replicent mercedes, quod tam pie, ac miſericorditer nobis, & Eccleſiæ noſtræ perpetuum munimen porrigere decreviſtis. Et mihi in ipſo margine præſentis vitæ conſtituto, nullis exigentibus meritis, abſolutionis ac benedictionis optata remedia contuliſtis, more ſcilicet veri Samaritani. Igitur Archiepiſcopos & Epiſcopos ſcripta beatitudinis veſtræ acriter ac multipliciter reprehendunt, pro cauſa videlicet Senioris noſtri glorioſi Regis Hlotharii, ibique præclara diſpenſationis Eccleſiaſticæ dogmata admodum propinantes fulgido vividoque mentis robore, principem paſtorum, vos diligere declaratis, & curam paſcendarum ovium lucidiſſime gerere teſtamini; quippe corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, per illum & ipſo ſalubriter exornare ſatagitis, & revera erga commiſſum gregem perſpicacibus excubare vigiliis non negligitis. Unde manifeſtum eſt, quod claritas ſuperni luminis pervigilem circumfulget paſtorem, immo, ut credimus, æthereo angelicæ conſolationis blandimento ſolatiatur. Quocirca nos cum cœlico agmine Gloriam in excelſis Deo canimus, & de veſtra ſancta piaque ſolicitudine modis omnibus congratulamur, quippe qui eiſdem apicibus de excommunicatione Vualdradæ multipliciter intimaſtis, pro eo ſcilicet quia impœnitens permanere proponens a vobis ſalutis ſuæ remedium ad Limina ſanctorum Apoſtolorum veniendo, ut ſtatutum fuerat, minime poſtulaverit. Eamdemque veſtræ ſanctitatis epiſtolam, & excommunicationis tenorem, ut oſtendere, & manifeſtare ſtuderemus, auctorabiliter præcepiſtis.*

XXXII. *Interea per inſeparabilem ſanctam Trinitatem nos omnes pariter obſecrantes terribiliter monuiſtis, ut litteris noſtris ſine mora per Legatos noſtros idoneos directis, vobis veraciter indicemus, ſi ſecundum juramentum præſtitum coram Miſſo veſtro, noſter Senior cum Theutperga converſetur, & ſi ita illam tractet, quemadmodum Rex legitime ſibi conjunctam debet tractare Reginam. Et qui ſint illi, qui adulteris, vobiſcum ſentientes nullum conſentiunt præſtare favorem. Hæc itaque veſtræ beatitudinis inſtituta zelo Dei accenſa, quia ſancta ſunt ac ſalubria, reverenter hauſimus; & lacrymoſo mentis oculo contemplamur: in his plurimum conſiderantes veſtræ ſanctiſſimæ auctoritatis robuſtiſſimum onus, quod * fautiſſimum ferentibus præmium largiter, & bene certantibus repoſitam juſtitiæ coronam a juſto Judice reddendam pollicetur. Nobis igitur parvulis, & peccatorum ſpinis coopertis erit petra refugium & in Chriſti Fide ſalvabimur. Nos enim tamquam homines faciem ſolummodo in-*

* fuſtiſſimum.



*tuemur, & de pia converſione ac probo ſtudio, ſimulque emendatiori vita in omnibus congaudemus, aſſiduis votis exorando, ut de fonte totius bonitatis origines & germina virtutum irrigentur, & uſque ad maturos boni operis fructus aptis perveniant incrementis. Verum noſter Senior Hlotharius glorioſiſſimus Rex ſaluberrimam & continuam beatiſſimi Apoſtolatus veſtri admonitionem humiliter atque obedienter excipiens, juxta decretum excellentiæ veſtræ, poſtquam reverentiſſimus Legatus veſter Arſenius Epiſcopus & Apocriſarius veſtræ ſanctæ Sedis a noſtris finibus remeavit, nullum omnino acceſſum ad Vualdradam habuit, ſicut, multorum fatetur aſſertio, & multorum teſtimonium adſtipulatur; & ut nos veriori experientia inveſtigare valuimus, in nullo prorſus colloquio per tactum, vel viſum illa frui voluit, veſtris per omnia de illa obediens decretis: memoratamque Vualdradam protinus ipſis in partibus juxta veſtram præceptionem per internuntios item agere juſſit, & modis omnibus ſatisfactionis, & ſalutis ſuæ remedia a veſtra pia ſolicitudine ſtudioſiſſime ac continue quærere præcepit.*

*Igitur Theutpergam Reginam noſter Senior, ad præſens ita tractare cernitur, ſicut Rex conjunctam ſibi debet tractare Reginam, videlicet ad divinum officium pariter honorifice comitantem, & in menſa * Regina ſimul conviventem, atque ut relatio innuit, conjugalis habitus debitum ſolvere hilariter prætendit. Mea quippe parvitas illum in familiari ſoliloquio adiens, ac fidelitatis debitum ſolvens, juxta hominis valentiam, nihil in illo contra veſtræ auctoritatis decreta ſiniſtrum invenire potui, ſed pollicetur omnimodis pacifice & humiliter ad veſtram ſe iturum præſentiam, ac deinceps veſtris ſanctis conſiliis ac monitis per omnia parere velle. Qui ſunt autem illi, qui vobiſcum ſentientes, adulteris nullum conſentiunt præſtare favorem, ſolus ille novit, qui cordis rimatur arcana. Immo ſancta Mater Eccleſia, quia probi doctores ſunt & veri ſpeculatores, cum principe paſtorum Chriſto evidenter juſtificat, & omni laude dignis æternæ beatitudinis præmia promittit.* XXXIII.

* Regia.

*Itaque unuſquiſque noſtrum, ſive ſit excuſabilis, ſive inexcuſabilis, pro ſe rationem reddat, quia juxta veſtræ ſanctitatis decretum, qui illi agere, & intimare poſtpoſuerit, quæ juſſiſtis, ipſe ſe obnoxium, & fautorem adulterorum palam oſtendet. Omnes enim Epiſcopali ordine conſtituti omnem iniquitatis viam odio habere cupimus, & continuis votis, ut in bonis creſcant, fideliter exoramus. Meam vero * quantitatem vobiſcum canonice ſemper, & in omnibus ſentientem multis fa-* XXXIV.

* al. tenuitatem

fateor exceſſibus prægravatam, ac in Eccleſiaſtica ſolicitudine minus, quam neceſſe eſſet, idoneam: & ut ita dicam, ærumnoſæ atque calamitoſæ vitæ diſcrimina minus valide ferre valentem, ab omni tamen hujus reprehenſionis contagione, teſte rerum omnium Conditore, profiteor immunem. Neque enim, ut putatur, poſtquam hujus latebroſi erroris caligo deterſa eſt, * ammodum ſilui, ſed Evangelica, atque Apoſtolica documenta fidenter expoſui, & juxta vocem (a) Prophetæ, ſpeculantis more periculum nuntiavi. Sed omnipotens Deus ſuo occulto judicio veſtræ dignitatis prærogativam ſpeciali dono inſignivit, ut virus, quod pene totum Eccleſiæ corpus infecerat, præcellentiſſimi Apoſtolatus veſtri antidoto mederetur, veſtraque Deo digni Apoſtolatus tuba, muros (b) Iericho circumiens, & arcam Dei robuſtiſſime ferens, elationem mundi, ejuſque caſſanda molimina increpitando proſterneret.

* admodum

(a) Ezech. 33.

(b) Job. 6.

XXXV. Porro tamquam vero ac pio medico, omniumque Eccleſiarum Dei in toto orbe terrarum conſiſtentium magiſtro meæ imbecillitatis tædium veraciter & humiliter pandere ſatius arbitror, obſecrando, & ſubmiſſe petendo, ut me in membris Chriſti ultimum, vobiſcum tamen in vinea Chriſti fideliter laborantem, nullatenus umquam ſuſpectum habere dignemini vel fautorem vitiorum, ſed vobiſcum confidenter agonizantem futurum arbitremini, nec placet jam veſtræ angelicæ ſerenitati nos omnes æqualiter culpari, qui aut in conſpectu cuncta cernentis vere fatear, auxiliante paſtorum Principe, ab hujuſmodi nefario nevo me excuſabilem reddere nullatenus parvipendo: & niſi vilis litterarum gerulus veſtro Deo digno Apoſtolatui ſanctiſque obtutibus videretur abjectior, quocumque modo eligitis, poterit probare quod ſcribimus. Illum enim, ut prætulimus, non ex voto, neque induſtria, ſed ſola hoſtili expeditione cogente direximus, quem remiſſioribus veſtri eminentiſſimi apicis pennis non dedignetur veſtra pia paternitas benigne reſpicere, & ejus breviſſima verba in momento audire propter illius amorem, qui leproſos non dedignatus eſt tangere. Omnipotens Deus tantum tamque clarum nimiumque deſideratiſſimum Pontificem nobis diu conſervare dignetur incolumem. Amen. Hæc Adventius in excuſationem Regis, & Epiſcoporum.

XXXVI. Sed & quod minaces valde ad ipſum Lotharium Nicolaus Papa litteras ſcripſerat, quibus & Regni jacturam fuerat interminatus: ipſe ad eum ſummiſſas admodum & officii plenas litteras reddidit, quibus cum ſe in primis excuſet, Cancellarium Regni ad ipſum dirigit, qui præſens ei de omnibus ſatisfaciat, Epiſtola autem ipſa Lotharii ex eodem codice Trevirenſi accepta ſic ſe habet:

Sanctiſſimo & per beatiſſimo ſummo Pontifici & univerſali Papæ Nicolao, Hlotharius divina præveniente clementia Rex, ſummæ felicitatis & præſentis proſperitatis pacem & gloriam.

XXXVII. Lotharii epiſt. Apologetica ad Nicol.

Poſtquam nobis gratuita miſericordia Dei Regni gubernaculum commiſit, more prædeceſſorum noſtrorum, Chriſtianiſſimorum videlicet Principum, ſemper & in omnibus ſublimandam beati Petri Apoſtolorum principis Sedem, veſtrique Pontificii Deo dignum apicem, ut dignum eſt, reverenter dileximus, atque inſtanter illam exaltare, quantum in nobis, paratiſſimi fuimus; & de veſtro tamquam ſpiritalis patris regimine ſpiritalia ac ſalubria inhianter audire deſideravimus: immo quaſi de paradiſiaco fonte, vitæ pocula in poſterum haurire parati ſumus, quippe puram noſtræ mentis aciem, quaſi ad æthereum jubar, & totius ſanctæ Dei Eccleſiæ Pharum ad cuſtodiam gregis Chriſti in eminentiſſimo apice conſtitutum confidenter & humiliter direximus. Sed quod non modice plangimus, veſtræ piæ paternitatis circumſpecta ſolicitudo ultra quam nobis neceſſe eſſet, æmulorum vocibus credula, paternas increpationes nuperrime, & inopinate excipimus. Revera quia meliora ſunt vulnera diligentis, quam oſcula inimici, quidquid nobis a veſtra pia paternitate dirigitur, ultra quam credi poteſt, omni melle dulcius, omni theſauro charius in palato noſtræ mentis dulciter ſaporatur, & in arca noſtri pectoris reverenter amplexamur.

XXXVIII. Denique Principem paſtorum vos diligere declaratis, & veram paſcendarum ovium Chriſti curam gerere teſtamini, qui vobis in Petro loquitur (c): Si diligis me, paſce oves meas. Libenter enim veſtra pia monita audimus, & quia Deo placita ſunt, noſtræque ſaluti congrua, deſideranter amplectimur: Multo magis cupientes veſtro documento inſtrui, & ad meliora provehi, quam juxta æmulorum diffamationem in pravitate delectari: quod lucidiſſime claruit, cum coram veſtro Legato, veſtris parendo juſſis, humiliter colla ſubmiſimus; confidentes apud veſtram paternitatem eſſe ſuſceptos, cum ſemper optemus ad veſtram dilectionem pertingere, ac devotis obſequiis ad veſtram gratiam propinquare. Siquidem magno deſiderio accendimur, ad beatorum Apoſtolorum Limina, & ad veſtram chariſſimam paternitatem noſtram præſentiam exhibere; ſed variæ incommoditates, noſtram devotionem hactenus prohibuerunt; ſperantes nimiumque volentes, hoc citius, Domino donante, implere.

(c) Joan. 21.

XXXIX. Interea prudentiſſima ſanxit antiquitas, & ſanctorum Patrum Spiritu Dei con-



ditæ regulæ evidentiſſime teſtantur, quod accuſatoris, & accuſati voces veraciter audiri debeant, ut ſub introducto veritatis teſtimonio, nocens, & innocens juſto judicio examinentur. Quapropter quamvis non corpore, ſpiritu tamen præſentes, ſolo tenus ad veſtra ſacra veſtigia provoluti humiliter precamur, ut accuſatores noſtros, qui non manifeſte, ſed occulte noſtram ſerenitatem, quantum in ipſis eſt, lacerare in veſtris auribus, avidiſſima cupiditate illecti non ceſſant, ex divina & veſtra auctoritate accerſiri placeat, ut in veſtra præſentia rei veritas probabiliter ac legaliter pateat. Quippe non erit difficile veſtræ auctoritati, in tanto temporis intervallo accuſatores ad rationem invitare, quos importunos, atque infeſtos in noſtra infamia patienter ferre dignamini, & ſecundum ſapientiam vobis cœlitus collatam, de incertis ac dubiis longanimiter juſti Judicis patientiam imitamini.

XL. Interim ergo humiliter veſtræ paternitati ac bonæ fidei nos committimus, ut nullo modo dubitetis, quoniam quidquid nobis mandare * curaſtis, pro viribus, annuente miſericordia Dei, obſervare decernimus: nec vos aliter omnino a veracibus invenietis, præveniente miſericordia Dei. Nam ſi fallaces, & invidi aliquo modo vobis aliter ſignificare conantur, & ſiniſtrum aliquid falſa interpretatione invenerint, nequaquam mendoſis ſuſpicionibus acquieſcatis, quia nos, ſicut ſcribimus, credibilibus, ac certis indiciis approbabimus. Unde, ſiquidem vos per idoneos Legatos certificabimus, mittentes illos ex noſtro generali Concilio, quod una cum Epiſcopis, ac reliquis fidelibus noſtris, mediante Julio menſe celebrabimus. Nam uti anteceſſores noſtri ſanctiſſimorum prædeceſſorum veſtrorum monitis obedierunt: ita nos etiam coram excellentia Apoſtolatus veſtri nos humiliare, atque in omnibus veſtris paternis monitis abſentibus, ſeu præſentibus promptiſſimo parere cupimus animo. Quod olim ſecundum veſtram voluntatem coram Legatis veſtris egimus. Perpendite itaque quod nullus coæqualium noſtrorum veſtræ paternitatis umquam diligentius atque honorificentius tractaverit Miſſos, quam nos fecimus, dumque ſpiritus noſtros vegetaverit artus, Deo propitio, faciemus.

* curabitis

XLI. Metuens Regni jacturam ſubobſcuras jactat minas.

Quamobrem cernuo lumine veſtram affatim depoſcimus paternitatem, ut dum nos vobis, Miſſiſque veſtris, ut ita dicamus, majoribus, ſeu minoribus, per omnia, ſuper omnes coæquales noſtros obedire volumus, non aliquem noſtri, Deo miſerante, conſimilem ſuper nos extollere, aut terræ præponere veſtræ libeat paternitati; ne forte ipſi talem contra nos moliri velint cauſam, quam tolerare non valentes, pro regio munimine inter nos aliquod ſcandalum evenire poſſit. Nam ſi veſtra paternitas aliquid nobis nuntiare decreverit, Legatos, aut certe litteras mittere placeat; præſertim cum numquam veſtræ beatitudinis juſſa deſpexerimus: ſed modis omnibus veneramur, amplectimur, atque diligimus: nulli prorſus homini ſubiecti eſſe volentes, niſi Deo, & ſancto Petro, ac cæteris Sanctis, veſtræque paternitatis culmini, mi pater & domine, in quo, ut prætulimus, poſt Deum, & Sanctos ejus noſtræ ſalutis ſpes multipliciter manet, quodcumque ſignificaveritis, aut per veſtros, aut per noſtros Legatos, ſeu per literas, pro amore Dei, & Apoſtolica reverentia libenter obedire volumus propter vos, * niſi quantum, & ipſi nobis. Scimus nimirum qua intentione, nec latere poterit quorumdam invidia, atque poteſtas contra nos deſudat, omnia argumenta occaſioneſque inquirens accuſandi, atque nocendi. Sed abſit a mea Chriſtianitate, ut talis ſit noſtra intentio, tam prava conſcientia, & iniqua ſtudia, ſicut a talibus mendoſe narratur, quia licet me peccatorem eſſe recognoſcam, tamen pravæ voluntatis fore non permittet bonitas omnipotentis Dei, de cujus miſericordia, & auxilio nequaquam diffido. Præterea quicumque vobis hoc dixit quod ego, poſtquam Arſenius a nobis ſeparatus eſt, cum Vualdrada in aliquo loco converſatus fuerim, aut poſtquam ab Italia reverſa eſt, ullum mutuum acceſſum, tactum, vel viſum inter nos habuerimus, penitus mendacium eſt.

Pont. Rom. ſe ſubditum profitetur Hlothar.

* locus obſcurus

XLII. Sed ut experiatur paternitas veſtra velle in omnibus nos veſtræ obſequi voluntati, hoc ipſum pro veſtro beneplacito præſens Legatus noſter Grimlandus, nomine, ac dilectus Cancellarius regiæ dignitatis coram vobis approbare poterit. Agat igitur veſtra ſanctitas circa nos, ut credimus cum omni benignitate ac moderatione, ut non nobis aliquando improperare ullus poſſit, quod vobis noſtrum negotium cum tanta fiducia ſemper commiſimus. Optamus ſanctiſſimi Apoſtolatus veſtri ſublimiſſimum apicem ſemper & in omnibus vigere feliciter. Hactenus Lotharius, quem in omnibus ſuis epiſtolis, cum de falſis accuſatoribus queritur, certum eſt intelligere Carolum Calvum patruum ſuum, quem inhiare univerſi Francorum Regni monarchiæ, pluribus evidentioribus ſignis oſtenderat; quod & poſt mortem ipſius Lotharii re ipſa omnibus patefecit.

XLIII. Cum vero Epiſcopi, qui in ejuſdem Lotharii Regno eſſent, id perſentiſcerent, & vane ſperare Carolum in populi & Epiſcoporum defectione ſcirent; quam

quam eſſent animo coſtanti erga ſuum Regem, datis litteris ad Epiſcopos in Regno Caroli conſtitutos, ſignificarunt. Epiſtola autem illorum ex codice Trevirenſi accepta ſic ſe habet:

Epiſt. Epiſcoporum Lotharienſis Regni.

*Sanctiſſimis ac venerabilibus in Chriſto fratribus & Coepiſcopis in Regno præſtantiſſimi Principis Karoli habitantibus unanime Epiſcoporum Concilium in Regno glorioſi Regis Hlotharii degentium, copioſam in Salvatoris noſtri gratia felicitatem, atque perpetuam ſalutem.*

XLIV. *Novit veſtra veneranda fraternitas, quod annis nuper præteritis, crebreſcentibus in hoc Regno tam intrinſecus, quam extrinſecus diſcordiarum tumultibus omnis ſtatus noſtræ Reipublicæ, & omnis pax & ſecuritas pene in ruinam fuerit ſublapſa: Ubique luctus & calamitates, ubique diſpendia, & vaſtationes, homicidia quoque & incendia atque innumerabiles ſcelerum facies inoleverunt, propter diſſenſiones, & injuſtiſſimas ambitiones, propter quoſdam in populo ſuſurrones, malorumque inventores, facibus cupiditatis atque invidiæ ſtimulis exardeſcentes. Sed inſtantibus piæ devotionis atque ad Dominum precibus, & condolentibus orationum gemitibus, miſertus eſt plebis ſuæ Dominus, ac tenebras afflictionis convertit in claritatem exoptatæ utcumque ſerenitatis. Quid ergo retribuemus Domino pro tantæ miſericordiæ beneficio, niſi condignas gratiarum actiones, ipſius inæſtimabilem deprecantes clementiam, ut pacem & concordiam, quam in populo ſuo quantulumcumque florere conceſſit, areſcere non ſinat, quatenus electum ſibi populum per pacem tranſitoriam ad æternæ pacis gaudia perducat? Etenim inimici pacis, & impugnatores Chriſtianæ concordiæ ac ſecuritatis orandum eſt, ut a laqueis diaboli reſipiſcant, & viam pacis cognoſcant, ac firmiter teneant.*

XLV. *Audivimus enim, quod quidam in his partibus veſtro Principi nitantur perſuadere, ut Regis noſtri Regnum quolibet modo acquirat, ipſumque noſtrum Principem quaſi deſpectum, & a ſuo populo relictum patrio Regno expellat. Sic & de veſtro domino Rege Carolo perfidi & maligni homines voluerunt, confingentes, quod etiam ipſi Epiſcopi eum deſerere, ac Regno expellere voluiſſent, ſed mentita eſt vox vana ſibi. Nam ille Princeps eximius ab Omnipotente ſublevatus, & a fidelibus adiutus, non ſolum Regnum non amiſit, ſed & ſuos inimicos judicio Dei repulſos, & confuſione plenos inde effugavit.*

XLVI. *Porro fatemur, quia noſtro Regi fideles ſumus, & eſſe cupimus, cui videlicet fidem de manu patris in Regem excepto conſtanter promiſimus. Qui nimirum ſicuti cauſa fragilitatis ac juventutis erravit, quod ſuæ ætatis hominibus frequenter accidit: hoc totum meliori conſilio, ut confidimus, emendare concupiſcit, quem nos quoque proculdubio ſalubriter correctum atque directum magis optamus retinere, & habere Principem, quam amittere, vel deſerere. Et ſi forte ſunt aliqui fraude, & infidelitate, ſive cupiditate decepti, qui ſuo Seniori cogitent, vel machinentur mala: vobis tamen non convenit jugum ducere cum infidelibus. Numquid igitur pro nihilo ſunt ducenda illa ſtatuta, pacta, & juramenta inter ipſos Reges toties confirmata? abſit, abſit, ut coram Deo & Sanctis ejus, atque coram omni Eccleſia Catholica tantum offendamus, ut angelis ſatanæ tale gaudium faciamus. Non ergo jura fidei, atque Chriſtiani ſacramenti erga noſtrum Seniorem & Regem frangere poſſumus, ne cum mundo æterna ſupplicia perſolvamus. Præſertim cum ipſe Rex adoleſcentia, mobilitate, & aſtutia hominum aliquando ſeductus, nunc autem ad meliora converſus, ſe totum, Domino præſtante Epiſcopalibus decretis, ac ſalubribus monitis, bonorumque conſiliis aptare feſtinet. Unde nos omnes in divina miſericordia ſpem propter tantæ devotionis auſpicium habentes, ac firmiſſime ſcientes, quod potens ſit in ipſo juvene implere qui operatus eſt bene velle, veſtræ ſanctitatis reverentiam unanimiter admonemus, atque concorditer obſecramus, quatenus notetis, & corrigatis eos cum omni auctoritate qui ſcandala & diſcordiarum ſemina in Dei moliuntur populo. Mementote, domini fratres, quomodo parati fuimus aliquando una vobiſcum ire contra omnia pericula, & mox facere quidquid vos voluiſſetis inchoare.*

*Nolumus itaque veſtram latere præſtantiam, quia quiſquis incentor malorum, quiſquis ſeminator diſcordiarum, quiſquis Eccleſiaſticæ concordiæ diſruptor fuerit, quiſquis denique hanc tantulam pacem in his partibus Regni Domini pietate hactenus conſervatam perturbare tentaverit, horrendi anathematis ignominiæ ſubiacebit, & induetur ſicut diploide confuſione, & dies ejus abbreviabuntur, atque æternum væ non evadet, niſi cito digna ſatisfactione ſemet emendaverit. Bonum nobis videtur, deſiderantiſſimi fratres, ut hæc omnia nullatenus abſcondamus, neque ſileamus, ſed inſeparabili, atque ineluctabili ſacerdotali auctoritate, qua ligandi, atque ſolvendi poteſtatem a ſummo ſacerdote Chriſto Domino percepimus, freti, anticipemus iniquam quorumdam intentionem, maliſque votis, ac pravis ſtudiis tota virtute reſiſtamus. Ita ut in his omnibus * aliud reperiant in nobis,* XLVII.

* nihil aliud



*bis, aut ſentiant homines, quam cor unum & animam unam: quatenus mala, cogitant, tanto minus iniqui homines ſe poſſe implere cognoſcant, quanto nos in nullo illicito ſibi favere perſpexerint. Proh dolor! cur infelix hominum audacia, quia ſtatim non punitur, ſemet contra Omnipotentis diſpoſitiones & ordinationes extollit; nec recogitat, quoniam ab ipſo, & per ipſum, & in ipſo eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra, cujus præſcita & prædeſtinata nullus mortalium, nec etiam totus mundus immutare poteſt? Et nunc chariſſimi, nos omnes unanimiter atque devotiſſime pro pace Eccleſiaſtica, & Regum noſtrorum inviolabili concordia, ſummopere Altiſſimi clementiam, imploremus, ne clariſſimi Principes malignantium conſiliis decipiantur, ne quod abſit, a mutua ſocietate ac dilectione, ſive conſanguinitatis jure exorbitent, indeque ineffabilia mala longe lateque, immo ubique proveniant, ſed miſerante Deo de illorum pacifica concordia, & quæ ſunt noxia evaneſcant, & omnia profutura ſuccedant. Quod ipſe præſtare dignetur, qui in Trinitate unus & omnipotens Deus vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.*

XLVIII. Hoc eodem anno Nicolaus Papa indicit Concilium Sueſſionenſe in Galliis celebrandum decimoquinto Kal. Septembris, cujus rei gratia has litteras dedit ☞ ad Gherardum ☜ Turonenſem Archiepiſcopum (a).

(a) Ex Bibliot. Fab. Pariſ.

De clericis ab Hincmaro depoſitis.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo & ſanctiſſimo confratri noſtro ☞ Gherardo ☜ Turonenſi Archiepiſcopo, ſeu omnibus venerabilibus Epiſcopis diœceſeos tuæ.*

XLIX. *Quorumdam a partibus Galliarum ad Limina vel ſedem confluentium Apoſtolicam relatione didicimus, fratrem noſtrum Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum quoſdam clericos, qui de conſecratione fuerant Ebbonis prædeceſſoris ſui propriis gradibus pepuliſſe. Quorum dejectionem audientes, quia etiamſi nullo ſpeciali privilegio ad hanc curandam principaliter incitaremur, oppreſſis tamen ſubvenire, & ad exemplum Dominicum eliſos erigere, & compeditos ſolvere nos oportet: operæpretium duximus in Archivis ſanctiſſimæ Romanæ, cui Deo auctore deſervimus, Eccleſiæ ſtudioſius quærere, & ſi ſcripto forte memoria quælibet apud nos ſive de illis, ſive de ordinatione ipſorum recondita, diligenter inveſtigare; quod & fecimus. Siquidem ex his quibuſdam, Domino revelante, repertis, nihilominus etiam * eſſe illud, quod nobis ipſe miſit frater Coepiſcopus noſter Hincmarus, videlicet in quo præſignati clerici degradati ſunt, Acta relegimus; ſed his omnibus, id eſt tam illis monumentis, quæ penes nos habentur, quam iis, quæ idem Antiſtes nobis deſtinavit, rite collectis, enucleateque recenſitis, nondum liquido patet, eoſdem clericos regulariter gradu proprio caruiſſe, verum nos nec hos interim juſtificamus, nec pro hoc quempiam condemnamus, nec facile vocem ipſorum ſpernimus, nec reverentiam jam dicti fratris improvide reprehendimus. Illud quidem, ne obturare aures ad clamores pauperum, ideſt humilium dignoſcamur: hoc vero, ne de incognitis immature judicare quidpiam videamur. Proinde neceſſario epiſtolæ noſtræ ſalubribus eumdem communem fratrem noſtrum hortati ſumus affatibus, uti commemoratos viros, Vulfadum ſcilicet, collegaſque ipſius, clementi animo, & tranquilla ſtuderet magnanimitate vocare: depoſitaque omni funditus animoſitate, de reſtitutione ipſorum ſecum fraterne tractare, atque miſericorditer conſummare contenderet. Laudabilius quippe judicavimus, ac coram Domino acceptius eſſe credidimus, ſi reſpectu divinitatis interrogata conſcientia, ſolus illorum reſtaurationem ſine quavis ipſe refragatione benignus admitteret; quam ſi prius renitens, decocta tamen juſtitia * tum ultus hanc poſtea ſequeretur.*

* f. exemplum

* f. invitus

L. Concilium Sueſſion. indicitur.

*Jam vero ſi hunc flecti ad hos mundæ conſcientia non permittit, præcipimus vos una cum cæteris Archiepiſcopis & Epiſcopis Galliarum & Neuſtriæ, quibus tamen*

PAGIUS X. *Concilium Sueſſionenſe III.*

A num. XLVIII. ad LXXXVIII. *Nicolaus* Pontifex Romanus, poſtquam reſcidit Acta Concilii Sueſſionenſis II. animadvertitque *Hincmarum* Archiepiſcopum Remenſem, *Vulfadum*, ejuſque Socios inique depoſuiſſe, ſcripſit ad Hincmarum, juſſitque, ut eoſdem in priſtinos gradus, Ordinumque functiones reſtitueret, aut cum Gallicanis Epiſcopis ad Synodum conveniret, eorum cauſam retractaturus ac finiturus. Si vero nova diſceptatio oriretur, Procuratores ab utraque parte mitterentur ad Sedem Apoſtolicam, quæ ultimum hac de cauſa Judicium ferret. Synodum igitur *Sueſſione* celebrandam indixit datis ad omnes Galliarum & Neuſtriæ Epiſcopos literis, ut ipſemet teſtatur in Epiſt. LVIII. ad Herardum Archiepiſcopum Turonenſem ob hunc finem pariter ſcripta, & a Baronio num. XLVIII. & ſeqq. recitata, qui cum nactus fuerit exemplar corruptum & in fine mancum, ſupplendum illud ex illo, quod extat Tom. VIII. Concil. pag. 814. in cujus fine legitur: *Data III. Nonas Apriles, indictione XIV.* Quo etiam die data eſt Epiſtola Nicolai I. ad Hincmarum, qua Synodum pro cauſa Vulfadi apud Sueſſionem convocari jubet.

XI. In utriſque literis præcipit Pontifex, ut Concilium *Sueſſionenſe*, quod ordine III. fuit, *XV. Kalendas Septembris* præſentis XIV. Indictionis celebretur. *Carolus Calvus* Vulfadi & Sociorum ejus reſtitutionem ſummopere exoptabat, quod *Vulfadus* Carolomanni filii ſui Præceptor fuiſ-

men poſſibilitas eſt, in idipſum cum prædicto fratre & Coepiſcopo noſtro Hincmaro, & ſuffraganeis ejus apud Sueſſonicam urbem pariter convenire; ad quorum venerandum conventum Vulfadum quoque cum jam præſignatis paribus ſuis* vos aſtare proculdubio volumus. Siquidem omnibus tam ipſi crebro nominato * viſitati reliquis Archiepiſcopis & Epiſcopis, Vulfado & ſociis ejus ..... hoc * jubente litteras deſtinavimus, ubi canonice per ordinem cuncta, quæ in eis geſta ſunt, examinantes, & ſubtilius inveſtigantes, ſi de illorum reformatione juſtum quid vel pium cenſueritis, ſine contradictione perficite, & eos in ſuis ordinibus reſtituite. Præterea ſi diſceptantibus & fortaſſis alia atque alia decernentibus vobis, præfati dejecti Sedem Apoſtolicam appellaverint, & ejus ſpeciali ſe judicio damnari, vel abſolvi petierint, præcipimus, ut ſi ſæpedictus frater & Epiſcopus noſter Hincmarus, vel Vulfadus, aut ſocii ejus ad nos per ſe venire non poſſint, Vicarios ſuos ad hoc negotium ventilandum, & finiendum mox poſt conſummatum Concilium xv. Kal. Septembr. præſentis xiiii. Indictionis, auctoritate noſtra collectum, eorum præſentaturos nobis perſonas, nullam penitus excuſationem prætendentes, utrique ad Sedem beati Petri tranſmittant. In quo ne forte ſiniſtra cogitatio ſubrepat, dicens eoſdem remotos * dandos ullam jam vocem proclamationis habere, pro eo quod anni metas tempus dejectionis eorum exceſſerit; ſciendum nil tale in Canonibus, ubi de appellationibus ad Romanum Præſulem legitur, penitus inveniri. Alias autem & iſtos forſitan ante annum provocaſſe * durebit.

* f. vobis
* f. Hincmaro, &
* f. jubentes
* f. clericos nullam
* f. clarebit

LI. Denique ſicut exempla penes nos inventa ſanctiſſimæ memoriæ Quarti Papæ Leonis innuunt, Sedem Apoſtolicam eos appellaſſe, jam nos incunctanter agnovimus: quamvis longe inter ſe diverſa ſint omnimoda depoſitio, de qua nunc agitur, & ſuſpenſa excommunicatio, cujus vocem prompte utique clamantem, & humiliter petentem poſt annum exaudiendam quædam regula ſtatuit. Sed ad hæc crebro dictus Antiſtes dicturus eſt, Sedis Apoſtolicæ ſe privilegia, confirmantia quod ipſius ſtatuta ſtatuerint habere: bene & argute. Sed ſi penes illum ſunt exemplaria, quæ apud nos * ſe jactant fideliter ſervantur, & ea diligenter relegerit: profecto reperiet, quia ſumma firmitaſque ipſorum in Apoſtolicæ Sedis reſervata ſit arbitrio poteſtatis. Nimirum quæ ſic aliena jura cuſtodit, ut ſua non minuat; ſic honorem debitum dat, ut ſuum non tribuat alienis; ſicque dilectione ejus texit ab hoſte, ut ipſe hanc flagitantium exhiberi nequeas nullus ad hoſtis. Nam & arma illi a nobis collata ita volumus pro eo ſint valida, ut potius pro nobis ubi neceſſe eſt, non contra nos firmitatem obtineant. Siquidem etiam ab eo privilegiorum Apoſtolicæ Sedis decreto non habito, quæ ſanctitas ejus ſtatuit, nos violanda non ducimus, niſi forſan ſacris legibus inveniantur adverſa. Porro ſcitote nos fratri & Coepiſcopo noſtro Remigio Lugdunenſi Antiſtiti præcepiſſe, ut ſi reſtitutioni præfatorum Coepiſcopus noſter Hincmarus contraire ſolius auctoritatis auſu vereretur ad conculcandum ſtatutum ſententia noſtra jam deſignatum Concilium epiſtolas noſtras ſibi delatas ............. in Concilio .... ....... ſicut venerari ........ videbuntur roborari ..... Indict. xiiii. Poſt hæc Nicolaus ad omnes Epiſcopos, qui ad ipſam Synodum Sueſſione celebrandam conveniſſent, aliam dedit epiſtolam, qua cuncta, quæ per Hincmarum adverſus Rhemenſes clericos geſta eſſent in ſuperiori Concilio itidem Sueſſione celebrato, de quo ſuperius dictum eſt, confutans eum, & convincens multipliciter iniqua, falſaque fuiſſe, diſſolvit. Epiſtola quidem magni momenti eſt, qua Concilium confirmatum deſtruitur, quæ ſic ſe habet: Ni-

* f. intacta vel, ſicut jactat

Privilegia aliis data obeſſe non debent dati R. E. *

PAGIUS

*Actum in eo de reſtitutione VVulfadi & Sociorum in priſtinos gradus.*

fuiſſet. Unde & ipſum Bituricenſem Epiſcopum deſignarat, conſentientibus ejuſdem Eccleſiæ Clericis, & Provinciæ Epiſcopis. Ejus tamen ac Sociorum reſtitutioni pro viribus obſtitit *Hincmarus*, quatuor Schedulis ſeu Libellis Synodo per vices oblatis, & a Sirmondo publicatis, quæ Tom.VIII. Concil. extant. In priori Schedula conteſtatur, *Vulfadum*, & Socios, ſuo tantum & Coepiſcoporum Provinciæ Remenſis judicio non fuiſſe depoſitos, ſed a Synodo quinque Provinciarum, & electorum Judicum ſententia, a *Benedicto* III. & deinde a *Nicolao* I. confirmata: proinde ſibi integrum non fuiſſe illos reſtituere in priſtinos gradus: nec reſtitui poſſe ſine Regularum & Sedis Apoſtolicæ præjudicio, ac ſine communi ipſorum Epiſcoporum, qui id aggrederentur periculo. Secunda Schedula demonſtrat Hincmarus *Ebonem* regulariter depoſitum, & non regulariter reſtitutum, quod quidam aſſererent, ipſum regulariter depoſitum non fuiſſe & canonice reſtitutum. Se tamen Pontificis & Synodi Decretis pariturum conteſtatus eſt iterum, nec ſe animo a *Vulfado* & Sociis alienum.

XII. *Hoc Hincmarus impedire conatur.*

Cum autem cerneret *Hincmarus* Epiſcoporum plurimos in reſtitutionem *Vulfadi* & Sociorum inclinare, eo quod bona fide, palam & publice ab *Ebone* Archiepiſcopo, jure vel injuria Sedi ſuæ reſtituto, ſacros Ordines ſuſcepiſſent: temperamentum quoddam propoſuit tertia Schedula, ut ex indulgentia & diſpenſatione in priſtinos gradus reciperentur, inconvulſis manentibus Synodi Sueſſionenſis II. Judicio, & Summorum Pontificum Benedicti III. & Nicolai I. Decretis. Quartam Schedulam contra Vulfadum Synodo porrexit *Hincmarus*, in qua effutiit, ipſum ſub jurejurando per San-



(a) Nicol. ep. 46. to. 3. ep. Rom. Pont.

Nicolaus (a) Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimis confratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis, qui per gratiam Dei, & decretum noſtrum apud Sueſſonicam urbem convenere.

LII. Reverentiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum Egilonem de veſtro ſacro Collegio ad Apoſtolicam pervenientem Sedem, magna cum exultatione ſuſcepimus, & de agnita per eum omnium veſtrum ſtatus incolumitate lætiores effecti, Auctori grates immenſas rependimus: illud præcipue bonum ac jucundum arbitrantes, quoniam vos fratres ſicut corpore ita & mente in unum cohabitaſſe comperimus, & in dejectorum fratrum relevatione cor unum & unam animam cum ſpiritu noſtro poſſediſſe cognovimus. Spiritus quippe ſancti præſentiam teſtatur congregatio ſacerdotum, & in medio ſui Dominum habere monſtrant, qui in ipſius nomine conveniunt in idipſum. Nos enim clamorem eorumdem ſpernere clericorum nulla ratio ſinit, ſed ad vociferationes eorum ad Sedem Apoſtolicam etiam ſub deceſſoribus meis frequenter emiſſas, aures obturare paterna charitas non permittit. Portamus quippe onera omnium, qui gravantur quinimmo hæc portat in nobis beatus Apoſtolus Petrus, qui nos in omnibus (ut confidimus) adminiſtrationis ſuæ protegit ac tuetur hæredes.

LIII. Multipliciter erratum in Concilio Sueſſion. ſuperiore.

Accedit ut etiam, Deo revelante, Acta Concilii, quod auctore fratre & Coepiſcopo noſtro Hincmaro præfatos viros ſegregaſſe dignoſcitur, ab eodem venerabili Antiſtite nobis dudum tranſmiſſa cum Actionibus pro Rhotaldo venerabili Epiſcopo venirent in manus in quibus quanta reprehenſionum inveniatur congeries, ſi voluerimus exhibere per ſingula, facilius chartæ quam verba deficient. Ibi namque falſitas in ipſo mox Actionum invenitur principio. An non falſitas, cum ſponte perveniſſe dejecti illi ad Eccleſiæ januas pro ſua neceſſitate ſcribuntur, qui veniſſe probantur inviti? præcipue cum Vulfadus ibidem non fuerit, cujus nomen inter petentium nomina fallaciter extitit recitatum? Ibi ante tempus examinis jam judicatum, & ante legitimum judicium condemnatum fuiſſe dignoſcitur. Ibi ante audientiam, & ante certum numerum collectorum Epiſcoporum presbyteri, diaconique privationi miniſteriorum ſuorum ſubduntur. Ibi Metropolitanus Antiſtes modo ſuo jura deponit, modo reſumit, modo ſubeſſe Synodo, modo præeſſe, modo quaſi accuſatus, modo accuſator, modo judex acce-

PAGIUS

Sanctam Trinitatem unius Deitatis profeſſum, ſe nuſquam ad gradum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem ulterius aſpiraturum: & perjurii reum eſſe, qui Lingonenſem Eccleſiam Paſtore viduatam, ut ibi ordinaretur Epiſcopus, uſurpare præſumpſerit. Verum hæc Schedula, cum legi cœpiſſet, ita cunctorum offendit animos, ut penitus ſuppreſſa ſit, ut teſtatur epigraphe ipſi præfixa: *Iſta quæ ſequitur Schedula, Synodo eſt porrecta, ſed quibuſdam ſcandalizantibus non eſt perlecta.*

XIII *Temperamentum a Concilio adhibitum*

Is autem fuit Concilii III. Sueſſionenſis exitus, ut ſeptem Provinciarum Epiſcopi in eo congregati *Hincmarum* Summo Pontifici excuſarint, quod auſus non eſſet ſua & Comprovincialium auctoritate *Vulfadum* & Socios reſtituere, qui in Synodo quinque Provinciarum fuerant depoſiti. Sibi etiam in Concilio, tametſi de illorum reſtitutione aſſentirentur, conſentaneum viſum eſſe rem totam Pontifici, a quo inchoata erat, conſummandam reſervari, „*Sed ut quondam Joab obſidens urbem Rabaz,* „*David Regi fidiſſimo* Ne cum a me, *inquit*, vaſtata & capta fuerit, vobis & non nomini meo „adſcribatur victoria: *Ita & nobis in præſentis rei negotio decertantibus, & quadam deflorantibus, non tamen terminantibus, ſolummodo Magiſteriali veſtro Culmini eorum aſſignetur reſtitutio.* Illam itaque viam iniere Gallicani Præſules in Synodo Sueſſionenſi III. juſſu Nicolai I. congregati, ut Synodo Sueſſionenſi II. quinque Provinciarum nihil derogatum vellent, quaſi minus æquum fuiſſet, illius de *Vulfadi* Sociorumque cauſa Judicium; ſed illam ad cenſuram debitæ ſeveritatis ſententiam protuliſſe aſſererent, quam poſterior ſeptem Provinciarum Synodus, Summo Pontifice præeunte, per miſericordiam immutaret, uti oſtendit Natalis Alexander, ex quo ſummarium hujus Concilii deſcripſi, in Sæc.IX. & X. part.II. Diſſert.VII. idque ex Annunciatione *Herardi* Archiepiſcopi Turonenſis, Regis & Synodi juſſu facta, & Tom.VIII. Concil. pag. 830. & ſeqq. recitata. Scripſit ad Nicolaum I. *Carolus Calvus* Hincmari obedientiam laudans, Clericorum integram reſtitutionem Sedi Apoſtolicæ a Synodo reſervatam nuncians, & a ſe interim Eccleſiam Bituricenſem Vulfado commendatam. Caroli Epiſtolam refert Baronius numer.LXXIV. & ſeqq.

XIV. *Egilo Ep. Senonenſis a Conc. ad Papam miſſus.*

Synodus per *Egilonem* Senonenſem Archiepiſcopum ad Nicolaum I. ſuam Synodicam miſit, ad quem ſcripſit & *Hincmarus*, & ſe maxima cum obedientia executioni mandatorum profeſſus eſt, quidquid idem Pontifex in cauſa *Vulfadi* & ſociorum decreviſſet. Epiſtolam Synodicam recitat Baronius n. LXXII. & & ſeqq. quæ cum ipſo ſui initio nonnihil mendoſa ſit, ſupplenda ex exemplari quod extat Tom.VIII. Concil. pag.833. Epiſtola vero *Hincmari* ad Nicolaum refertur a Baronio numer. LXXVIII. & ſeqq. Scripſit etiam Synodus ad *Egilonem* Romam euntem Commonitorium, quo ipſum docuit quomodo in Urbe ſe gerere, quæ Summo Pontifici vehementius inculcare, quid reticere deberet, ne ejus offenderet animum. Cum vero *Nicolaus* I. duritiam Pharaonis *Hincmaro* improperaſſet, rogavit hic *Egilonem*, ut Pontifici ſuam erga Vulfadum & Socios benignitatem exponeret, quo præconceptam adverſus ſe opinionem ex illius animo evelleret. Extat illa Epiſtola, quam Baronius non viderat in fine Tom.VIII. Concil. pag. 1903. De hac Synodo Sueſſionenſi III. legendi Annales Bertiniani ad hunc Chriſti annum ad majorem illius explicationem.

cedit, & pro libitu proprio, vicibus alternantibus, cuncta diſponens more cujuſdam Chamæleontis non ſemper unius ejuſdemque coloris apparet. Ibi inquam nolentes proclamare coguntur, & tamquam accuſatores libellum proclamationis porrigere compelluntur, licet tenorem libelli juxta morem Geſtis frater noſter Hincmarus non inſeruerit, cum eiſdem nonnulla minus etiam neceſſaria probetur inſeruiſſe. Ibi abſens & ut illic habetur, ægrotus additur, & dolor ſuper dolorem apponitur, dum abſens Vulfadus libello quaſi præſens adſcribitur, & in lecto jacens, numquamque reclamans, ſocietatem habere cum præſentibus reclamatoribus falſo prætenditur. In quo conſiderandum, quia ſi leges Dei etiam de rebus pecuniariis, quæ extra nos ſunt, ægrotum reſpondere non cogunt, quanto minus a Domini ſacerdotibus infirmus quilibet compelli ad querimoniam debuit de negotio, quod in eumdem ipſum conflari dignoſcebatur, & quod hunc ad depoſitionis caſum impellere probabatur? quo dolore in hac vita major ubi quæſo eſt? Et ut ſtrictim pene omnia complectamur, ibi ſola obedientia ſubditorum, quam Apoſtolus præpoſitis exhiberi jubet, reputatur in culpam, & qui Prælati judicio temere non reſtiterunt, ſed humiliter colla ſuppoſuere, ſeveriſſime puniuntur. Ibi qui nulla propria noxa deliquere, hæreticorum damnationem tamquam hæretici incidere; & qui miſericordiam petivere, nec juſtum judicium percipere meruere.

LIV. Sed quid mirum, ſi textus & finis ejuſdem Concilii accepti non ſunt, quando in nomine Domini, juxta morem, inchoatum non eſt? Nam cum Apoſtolo (a). Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini JESU faciendo præcipiente, ritus Eccleſiaſticus in colligendis Conciliis id obſervet, & in hoc dumtaxat, abdito permittente divino judicio, fuerit prætermiſſum, conſtat proculdubio, non eos in nomine Domini congregatos extitiſſe, ac per hoc eum minime in ſui medio habuiſſe, qui tale Concilium, immo conventicula ſua de ſanguinibus, contra Pſalmiſtam (b), congregavere, & quoddam animal imitati, non niſi extinctis propriis filiis, poſſe ſubſiſtere, putavere.

(a) Coloſ. 3.

Invocatio nominis Dei neceſſaria in Conciliis.

(b) Ital. 15.

LV. Jam vero ſi idem Concilium ab Apoſtolica Sede fuiſſe prætenditur approbatum, quemadmodum id verſuta fuerit cavillatione ab Apoſtolica Sede præceptum, fraternitati veſtræ breviter intimamus. Denique frater, & Coepiſcopus noſter Hincmarus de memoratis clericis, Vulfado ſcilicet & collegis ipſius, quod ſibi viſum eſt, conſummato, mox prædeceſſori meo beatæ recordationis Leoni Præſuli non ſemel litteras miſit, quatenus idem Concilium approbans, auctoritate Apoſtolica roboraret. Quod ille non ſolum minime annuit, verum etiam agere ſolicite renuit, dicens: idcirco ſe petitiones ejus pro confirmanda Synodo, in qua depoſiti præfati viri fuerant, ſuſpendiſſe, eo quod per aliquos ex iis Epiſcopis, qui in Synodo reſederant, ut dubitatio foret radicitus avulſa, ſtatuta ejuſdem Synodi deſtinare debuiſſet, præcipue cum ibidem Legati Sedis Apoſtolicæ præſentes non fuerint. Poſtremo loco, eo quod ſi ii, quos ille auctoritate Synodi affirmabat depoſitos, per proprias litteras ad Sedem Apoſtolicam appellaverint, & vellent ſua Apoſtolica audiri præſentia, & tunc ſi culpabiles invenirentur, non renuerent canonicam ſuſtinere cenſuram.

Leo recuſat probare Concilium Sueſſion.

LVI. Sed venerabilis Hincmarus, ſciens utique Concilium illud (ut ſupra oſtenſum eſt) reprehenſionibus non paucis reſperſum, Acta quidem illius per neminem Epiſcoporum, qui his interfuerunt, deſtinavit: ut tamen firmarentur, denuo precibus agere non ceſſavit; ſed dejectorum iterato clamore crebreſcente clericorum; nec ſic quod petebatur, laudabilis Præſul indulſit. Præcepit autem per alteram ſuæ ſanctionis epiſtolam, ut idem frater Hincmarus ad Concilium cum illis occurreret, ad quod ſuum ipſe Legatum, Petrum videlicet Epiſcopum Spoletanum a latere ſuo direxerat, ad renovandum ſcilicet judicium vice ſua, & congregatis rurſum Epiſcopis ad depoſitorum reclamantium, auxiliante Domino, trutinandum ac ſopiendum negotium. Ita ut ſi iiſdem dejectis clericis contigiſſet, ut in ipſa debuiſſent depoſitione perſiſtere, & obedire renuiſſent, Sedemque Apoſtolicam iterum expetiſſent, ne Sedis Apoſtolicæ diſſolveretur privilegium, illis ad eam veniendi non negaretur licentia, cum quibus præcepit, ut frater Hincmarus, vel Miſſus ejus veniret, quatenus cum fratribus ſuis Epiſc. æquum de his judicium conferre potuiſſet, & utraque parte conveniente, cauſas eorum eadem Sedes ſancta canonice definiret. Verum ille, qui prius Epiſcopum Legatum videlicet Concilii ſui Sedis Apoſtolicæ viſioni ſubtraxerat, etiam ſuam audientiæ ab eo deſignatæ præſentiam ſubducens, probavit de ſe illa, quæ dicta ſunt, videlicet quod tale Concilium ſtatuerit, quale ſuperius ſtrictim monſtratum eſt.

A Leone Petrus Legatus mittitur.

LVII. Interea eo voti effectu fruſtrato, Apoſtolicæ Sedis Pontifex Leo, qui fratris Hincmari propoſitum noverat, ab hac luce ſubtractus eſt. Cumque ſanctæ memoriæ Benedictus vir Apoſtolicus ei ſucceſſiſſet in ordinem Pontificatus: rurſus re-

ve-



verendus Hincmarus arma præparat, & idem ſummo Præſuli tamquam ſuarum inexperto verſutiarum latenter ſurripit, & in ipſo conſecrationis ejus principio ſuadet, ut Concilium quidem ad votum unius hominis congregatum firmaret. Non tamen ei ullo modo ſurripi, aut ſuaderi potuit, ut a juſtæ definitionis, & diſcretiſſimæ moderationis tramite vel aliquantulum declinaret. Verumtamen ſicut videre eſt, & ipſi jam forſitan agnoviſtis, ita per quoddam privilegium conceſſum illius Concilii roboravit inſtitutum, ut auctoritatis ſummam Sedi Apoſtolicæ reſervaret. Et ut vobis jam ſcripſimus, ita tribuit honorem alteri, ut ſibi quod tribuerat, non demeret. Unde actum eſt, ut quod male petitum fuerat, Spiritu docente Dei, bene ſapiens Præſul concederet, & nihil proficeret humana ſurreptio, ubi pectus tanti Pontificis divina replebat infuſio, nec obeſſet cujuſdam ſuaſio, ubi Antiſtitis ſancti prudens obviavit & prudentiſſima moderatio: dum in ipſo privilegio tenorem præmiſit, quod ſic decretum eſt ab eo manenda inconvulſa quæ petebantur; ſi ita eſſent per omnia, quæ de illa Synodo a fratre noſtro Hincmaro ferebantur. Interpoſuit enim in eo ancipitem ſententiam dicens: SI ITA EST, NOSTROQUE, UT SCRIPTIS PRÆSULATUI INTIMASTI ET GESTORUM SERIE DEMONSTRASTI RATAS EASDEM QUIDEM DEFINITIONES APOSTOLICA PROMULGAMUS FORE AUCTORITATE. Licet ipſe hujus tenoris circumſtantiam de collati privilegii textu excipiens, & noſtræ viſioni ſubduxerit, & aliorum notioni ſubtraxerit: interſerens inſuper quæ idem ſummus Pontifex aut numquam aut aliter ſanxerat. Ipſe namque de memoratis definitionibus dixit: RATAS EASDEM APOSTOLICA PROMULGAMUS FORE AUCTORITATE SEMPERQUE MANERE STATUIMUS, & ſequentia, quæ ipſe quidem aliter poſuit. Frater vero Hincmarus quædam addens, plura ſubtrahens, vel commutans, aliter perſecutus eſt.

LVIII. Sed adhuc & in alio mira fratris Hincmari rurſus accedit aſtutia, & ſoli proprio voto favens ſe immiſcet prudentia. Denique cum Apoſtolicæ & reverendæ memoriæ deceſſor noſter Papa Benedictus ei privilegium, de quo nunc diximus, contuliſſet: ita quæ in eo continentur, firmavit, ut ſuſpendens ſententiam his jungeret: Et ut per omnia Sedi Apoſtolicæ ſua privilegia (ſicut jam fati ſumus) & auctoritatis propria jura, quæ in hoc & nos quoque ſecuti ſumus, inviolabilia reſervaret: interponens præterea nodos anathematis in eos, quibus prohibendum cenſuit, ne quilibet contra eadem canonica conſtituta, & decreta Pontificum Romanorum pertinaciter obviaſſet, ideſt ne quis contra illa, quæ fratri noſtro Hincmaro conceſſerat, vel quæ Sedi propriæ reſervaverat, agere tentaviſſet. Sed ille quæ horum ſuo libitui favere conſpexit, omnium notitiæ patefecit: quæ autem Sedi ſunt Apoſtolicæ reſervata jura, cunctorum notioni ſubduxit. Teſtantur hæc exemplaria ejuſdem privilegii, quæ ab eo ſunt ad Sedem Apoſtolicam diverſo tempore miſſa. Quantum vero talis ſcriptorum depravatio, ac mutilatio noceat, ipſi jam poteſtis advertere, qui in Concilio videntes quædam ipſius conſtituti, ſicuti veſtro relatu didicimus, quædam vero non videntes, cœptum circa oppreſſos pium laborem deterriti minus perfectum deſeruiſſe nunc dignoſceremini, niſi noſtris inſtructi monitis, & noſtris itidem confortati litteris inveniremini.

Litteræ Benedicti Papæ ab Hincmaro corruptæ.

In quibus aliis Hincmarus deliquerit.

LIX. Miſerat enim ſæpe memoratus Antiſtes egregiæ recordationis deceſſori meo per ſcripta ſua, quod iidem clerici ad vicinos Epiſcopos provocaverint, contra ſe libellum proclamationis dederint, judices ipſi ſibi elegerint, & cætera, quæ longum eſt numerare ſignificans. At ille divinitus inſpiratus ei reſcribens: SI, inquit, ITA EST NOSTROQUE UT SCRIPTIS PRÆSULATUI INTIMASTI ET GESTORUM SERIE DEMONSTRASTI (quod frater Hincmarus de textu penitus eraſit) RATAS EASDEM (ſubauditur definitiones) APOSTOLICA PROMULGAMUS (non in omnibus, ut ipſe addidit) FORE AUCTORITATE SEMPERQUE MANERE STATUIMUS: Deinde ſubjunctum eſt, quod ipſe longe aliter mutavit ſcribens: UT INDE QUÆSTIO NULLIS ALIQUANDO TEMPORIBUS ORIATUR. Nunc autem cum ita non fuiſſe, tam a nobis, quam a ſancto Concilio veſtro extiterit comprobatum quod ſuggeſſerat: merito in irritum ductum eſt, quod contra dejectos non ſimpliciter impetraverat. Sed ad propoſitum redeamus.

LX. Igitur tandem aliquando clericis ſæpe memoratis, qui ſemper ad Apoſtolicam Sedem appellavere, etiam nobis litteris ſuis pro dejectione ſua querimoniam exponentibus: non fuit diſſimulandi, non fuit tacendi libertas, quibus major cunctis Chriſtianæ religionis zelus incumbit. Ac ideo primum quidem fratri & Coepiſcopo noſtro Hincmaro miſimus, uti memoratos, Vulfadum ſcilicet, collegaſque ipſius clementi animo ſtuderet ad ſe revocare, depoſita omni funditus animoſitate de reſtitutione ipſorum, ſancte, juſteque tractaret, ac miſericorditer conſummare contenderet. Alioquin ad Concilium vobiſcum, quibus & nos quoque

Nicol. juſte ſubvenit petentibus auxilium Sedis Apoſt.



pro

pro hoc ipſo ſcripſimus, ſimul occurreret; quatenus omnes in unum convenientes, cauſas eorumdem clericorum examinaretis, & non aliqua emergente diſceptatione, Deo præ oculis habito, definiretis. Si vero quælibet inter partes diſceptatio perveniret ad Sedem Apoſtolicam, noſtrum ſpeciale judicium perſonæ vices tenentes utriuſque lateris convenirent. Quo Dei gratia * juvamine peracto, ſuſcepimus nunc litteras complectendæ dilectionis omnium veſtrum, maniſeſtiſſime ſignificantes, crebro memoratos clericos totius conſona voce Concilii dignos graduum ſuorum receptione pronuntiatos. Ubi nulla (ſicut iiſdem litteris veſtris reperimus) diſceptatio provenit, nulla, ſicut præfatum fuerat, * varietas, atque alia defendentium accidit: nullus accuſator, nullus condemnator repertus eſt, ſed cunctorum una eademque ſententia, atque in reſtitutione ipſorum definitio claruit, iiſdem innoxiis a cunctorum unanimitate modis omnibus approbatis. Quamquam vos non egeritis ſolemniter, minime, ſecundum quod decreveramus, Sedi Apoſtolicæ plena relatione Actionum ſeriem reſerantes, adeo ut propemodum ipſius veſtri Concilii Geſtis incognitis, ad definiendum quid de ſæpedictorum clericorum ſtatu pene retraheremur, niſi labor prædeceſſorum noſtrorum apud nos in rerum geſtarum ſcripturis inventus, nos ad hoc tamdem perficiendum animaſſet.

* f. juvante

* veritas

LXI. In quibus defecerint Epiſcopi in Synodo Sueſſio. II.

Debuiſtis enim quidquid de Ebbonis dejectione, relegatione, horum clericorum promotione, & ipſius Ebbonis iterata repulſione, ad aliamque Eccleſiam migratione, vel undecumque ibi quidpiam ventilatum eſt, nobis ſcripto unanimiter, plenarie, ac fideliter intimare. Non ſolum autem nobis intimare, verum etiam monumentis inſertum ad pleniorem penes nos notitiam, & certitudinem reſervare. Sed quia hoc negligentia prætermiſſum eſt, ſaltem nunc omni diligentia procurate, ut quæcumque ſuper hac re ſcripta tam a nobis prius, & nunc, quam a vobis edita reperiuntur; & quid hinc Coepiſcopus Hincmarus, & illinc clerici dejecti, Sedi Apoſtolicæ ſuggeſſerint, atque retulerint, in volumen unum ordine, quo miſſa ſunt, redigantur, & Apoſtolicæ Sedi (ut competens eſt) vobis eorum exemplaribus reſervatis ſummo ſtudio dirigantur. Quod cum diligenter actum fuerit, tunc profecto plene ſcire poſſumus, cuncta vos in Concilio ſtrenue peregiſſe; & quod hactenus omiſſum eſt, hoc ordine, & & Chriſto juvante, recuperabitur. Demum vero volumus vos eſſe ſolicitos, ut ſi de cætero tale quid forte contigerit evenire, pro quo conventum in regionibus veſtris fieri ſacerdotum præcipiamus: hoc inter cætera nulli penitus oblivioni tradatis, ſed poſt omnia id agere, majorum more, ſtudioſiſſime ſatagatis.

LXII. In Hincmarum negantem ſe clericos Rhemenſes ab officio ſuſpendiſſe.

Arridet tamen huic unanimitatis veſtræ ſententiæ atque definitioni etiam fratris, & Coepiſcopi noſtri Hincmari profeſſio: quia non ſolum eoſdem fratres & antea ſe minime ab officio ſuſpendiſſe, vel judicaſſe, aut e gradibus ejeciſſe, ſive in repulſione ipſorum ſubſcripſiſſe; verum etiam & nunc ad Synodum, ſicut nos præcepimus, conveniſſe, & his, quæ de reſtitutione illorum cæteri Antiſtites conſenſere, paratiſſime annuiſſe, & obtemperare curare teſtetur; cujus etiam nomen in epiſtola ſynodica (ſicut veſtra relatio judicat) una cum nominibus veſtris, qui ſimul conveniſſe dignoſcimini, pariter adſcriptum inventum eſt. Illud tamen videre libuit, quod idem Antiſtes crebro memoratos clericos ab officio ſe minime ſuſpendiſſe, vel judicaſſe, aut a gradibus ejeciſſe fateretur; præſertim cum hæc non veritate fulta multis eſſe probantur indiciis, quæ ſuperius ſummatim tetigimus, & nunc ea, vel plura commemorare ſtudio brevitatis omittimus. Nam ſi ille eos etiam ante omnem audientiam, & adhuc cum ad ſe non accuſantes, ſed miſericordiam poſtulantes acceſſerint, ab officio ſuſpendit: quid eſt quod in actis Concilii ſui, quæ ipſe ad Sedem Apoſtolicam miſit, ab eo ſuſpenſi ab officio non fuiſſe memorantur? Quibus cum tacens nihil ipſe reſponderit, quid aliud niſi vera eos proſecutos, ſilentio ſuo tribuit patenter intelligi? Et e diverſo, ille ſuper quo querelas ſuas crebro dicto ſanctæ memoriæ Leoni Papæ mittebant? Vel quem, niſi eum ſuum impulſorem a gradibus propriis & infeſtum ſibi, quem circa ſe veluti patrem benignum debebant cognoſcere, frequenti relatione pandebant? Poſtremo niſi ille in dejectione ipſorum ſubſcripſit, immo niſi totius depoſitionis ſeriem ipſe ſcripſit: quid quod & in ſubinde memorato privilegio, quod ſibi ab Apoſtolica Sede roborari petiit, beatæ memoriæ deceſſor meus ad eum loquens, quod ipſe definitiones illas in Synodo cum cæteris Epiſcopis collectas, juxta relationem utique ſuam propriis digitis roboraverit, manifeſtat? Quod ſi dicit numquam ſe in illa Synodo ſcripſiſſe, ergo nec deceſſor noſter aliquam ei Synodum privilegio ſuo firmavit, quippe cum ipſe eam, quam auctoritate Apoſtolica ſtabilivit, propriis digitis ipſius roboratam fuiſſe commemoret.

Reſtituuntur clerici.

Igitur fratres chariſſimi, nos in prædictorum clericorum reſtitutione gradus, omnibus hactenus argumentis recollectis, & omnium veſtrum hortatu generali incitante conſenſu, omnimodam conniventiam præbere potuiſſe, agnoſcite. Sed quoniam non ſecundum decretum noſtrum eorum examinatio mera, & perfecta diſcuſſio provenit, nec promotio, nec abjectio ipſorum in ſynodali conventu, qualis fuerit, liquido reperta eſt, nec Apoſtolicæ Sedi ſufficienti relatu monſtrata: idcirco paululum a conſummanda reſtitutione ipſorum interim deliberantium conſenſum noſtrum coercere, neceſſarium duximus. Verum quia in decernendo, & in judicando, quod canonice deliberatum eſt, ac in reſtituendis ſæpedictis clericis, atque in omnibus, Deo præduce, ſicut decuit, & ordo popoſcit, noſtra præceſſit auctoritas: conveniens & honeſtum eſt juxta poſtulationem veſtram, ut noſtra firmationis perfecta ſequatur integritas, eo dumtaxat ordine, ut frequentius intimati clerici, qui evidentiſſime irregulariter ab officio graduum ſuorum ſuſpenſi fuiſſe noſcuntur, & hinc Sedem Apoſtolicam ſæpiſſime provocaſſe nonnullis indiciis comprobantur: ante omnia priſtinis gradibus & officiis reformati conſiſtant; ita ut prioribus, redditi gradibus, & ordinibus, & quodammodo ſuis omnibus reveſtiti, vires adverſus impetentes ſe integras habeant; non enim inermis cum armato rite conflictum inire poterit.

LXIII. Ut Hincmarus probet eos juſte dejectos.

Quibus videlicet gradibus ac officiis fruentibus eis, & Coepiſcopo noſtro Hincmaro licentia ſit inter totius hujus capedinem anni ſupradictos exhibere clericos ab ordinibus ſuis canonice fuiſſe dejectos; ita ut quidquid habet calumniarum perſequendi, & exequendi, ſibi ſit, omnino facultas. Quod ſi totius hujus anni circuitu dilapſo contra eos nullam juſtam apud Sedem Apoſtolicam querimoniam compoſuerit; nec illos appetere de quocumque, vel cujuſcumque reatu, vel exceſſu, ſeu damnatione ſtuduerit: ipſis quidem deinceps in ſuis ordinibus permanentibus, nos profecto nulli torpori dabimus operam, nec ullo pacto a ſumma ceſſabimus diligentia, donec aut ipſe nunc illos injuſte comprobet reſtitutos, aut juſte per ſe quondam oſtendat remotos. Alioquin nos ſubſequenter exhibere proculdubio convenit, non ſolum ſæpefatos clericos præjudicialiter abſque canone ab officio ſequeſtratos, verum etiam ordinatorem eorum, Ebbonem ſcilicet, inconvenienter ac ſine conſequentia Eccleſiaſtica, regimine præſulari privatum, quod plane præter eum nullus, ut rumur, omnino dubitat, nullus profecto non prædicat; quandoquidem & nobis ita claret, quantum autumare poſſumus, quemadmodum iis, qui illo tempore præſto fuiſſe memorantur. Porro de eodem Ebbone Adam antiquus Chronographus hæc habet: *Aliis hoc criminantibus, aliis recte factum aſtruentibus, veritatem nos in medio relinquimus: præſertim cum a ſancto patre noſtro Anſgario ea dilectione, quam ab initio ſecum habuit, uſque ad finem habitus fuerit.* Hæc Adam. Pergit Nicolaus:

Ebbonis cauſa juſta omnibus cognita.

LXIV. De iiſdem clericis ad altiorem gradum provectis.

Illud tamen, chariſſimi, prætereundum inter cætera fore non duximus, quod (quantum relationis veſtræ ſeries innuit) minus caute quam ſanximus, regularia Conſtituti noſtri executi eſtis edicta. Nos quippe etſi appellantium Sedem Apoſtolicam clericorum, & ad judicium ejus provocantium cauſam, propter amovendum a vobis prolixioris laborem itineris, illic audiri, vel etiam definiri ſtatuimus: non tamen quemquam eorum promovendum, vel ad eminentiorem ordinem provehendum indulſimus, quemadmodum nunc factum eſſe veſtro favore per ſcripta veſtra didicimus. Miramur inſuper, & quærimus quænam ſit illa ſumma rei, quam vos noſtræ auctoritati reſervaſſe prætenditis. At hanc invenire non poſſumus. Quam enim nobis ſummam reſervaſtis negotii, cujus adeo finem perducere maturaſtis, ut nobis inconſultis, etiam paſtoralem reſtitutis conferri ſolicitudinem pateremini? & qui ad eos priſtino gradui reformandos, noſtræ auctoritatis eguiſtis, ac promovendum, reſponſum noſtrum nequaquam præſtolari duxiſtis. Quantumcumque autem filius noſter Carolus Rex id a nobis exigat, ſed nos veſtram charitatem, & honorificentiam, quos jam convenire juſſeramus, merito conſervantes, nullo pacto priuſquam rerum nobis exitus per vos patefieret, conſenſum in hoc præbituros, ſemper ei reſcripſimus, quod fratres ſaltem ad * vicem minime cuſtodientes, laudo vos, in hoc non laudo.

LXV. Sergius cur repulerit Ebbonem.

Porro ſi quiſpiam Sedem Apoſtolicam per Sergium ſanctæ memoriæ Papam, Ebbonem quondam Archiepiſcopum indignum clericali communione, ſanxiſſe perhibet: noverit quia talem Sedes Apoſtolica debuit Ebbonem, donec ſynodali ejus examine cauſa diſcuteretur, habere, qualem ab aliis habitum non ignorabat. Statutum quippe in magna, & veneranda Nicæna Synodo legerat, ut de his qui communione privantur, ſeu ex Clero, ſeu ex laico ordine Epiſcopis, per unamquamque provinciam ſententia regularis obtineret, ut ii, qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur; requiratur autem, ne puſillanimitate aut contemptione, aut aliquolibet vitio examinatio, vel dijudicatio proveniret: Apoſtolica Sedes nihil agere debuit, niſi quod egit, videlicet, ut ab aliis abjectum, ipſa nequaquam

*quaquam indiſcuſſe ſuſciperet. Præcipue cum prædictus Ebbo non quaſi pro depoſitione ſua queritans, & legitime reſtitui volens, examine præcedente, Sedem Apoſtolicam appellaverit, ſed (ut codex Epiſcopalis indicat) a contumacibus ſua-*
* f. junctus *ſus, & his * vinctus repente, & reconciliari, ab ea pallio decorari quærens, & quaſi Epiſcopus inter Epiſcopos, nulla cauſæ ſuæ diſcuſſione præveniente, commmunicari poſcens, ad eamdem ſummam Sedem acceſſerit; a qua jam reprobatus, ab aliis merito debuit reprobari, donec ſupplex ab ea ſeſe canonice poſceret adjuvari. Nam conſtat (ut ſanctus Papa ſcribit Gelaſius) uniuſcujuſque Synodi conſtitutum, quod univerſalis Eccleſiæ probavit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem, præ cæteris oportere, quam primam, quæ & unamquamque Synodum & ſua auctoritate confirmat, & continuata moderatione cuſtodit, pro ſuo ſcilicet principatu: quod B. Petrus Apoſtolus Domini voce præceptum, Eccleſia nihilominus ſubſequente, & tenuit ſemper & retinet. Verumtamen qualiſcunque fuerit, vel quæcumque pertulerit Ebbo a ſe ordinatis, qui nihil præter humilitatem, & obedientiam exhibuere, nullum prorſus intulit offendiculum: quoniam & bea-*
(a) Leo ep. 91. *tiſſimus Leo (a) ad Mauros ſcribens, ita de quodam Maximo præcepit dicens: Maximum quoque licet reprehenſibiliter ordinatum, tamen ſi Donatiſta jam non eſt, & a ſpiritu ſchiſmaticæ pravitatis alienus eſt, ab Epiſcopali, quam quoquo modo adeptus eſt, non repellimus dignitate. Et Anaſtaſius ejuſdem Apoſtolicæ Sedis Præſul, quod mali bona miniſtrando ſibi tantummodo noceant, nec Eccleſiæ Sacramenta commaculent, ad Anaſtaſium Principem ſcribens, evidentiſſima ratione demonſtrat. Optamus ſanctam fraternitatem veſtram in Chriſto nunc & ſemper valere. Dat. viii. Idus Decemb. Indictione quintadecima.* Eſt annus Redemptoris octingenteſimus ſexageſimus ſextus.

LXVI. Reſcripſit idem Pontifex ad Hincma-
(b) Nic. c. 47. ri (b) litteras eodem argumento, immo totidem ferme verbis, quibus conceptæ ſunt recitatæ modo ad Synodum litteræ, addens interdum aliqua in deteſtationem perpetratæ falſitatis in depravandis Apoſtolicis miſſis a Benedicto Pontifice litteris, quarum exemplar haberetur Romæ, una cum aliis ejuſdem Pontificis monumentis in Archivis optime cuſtoditis, ut cum poſt alia, ait: *Nam cum nobis, quos noſti, utique priſco Eccleſiæ Romanæ more in Regeſtis exemplaria ſcriptorum, quæ a Sede dantur Apoſtolica reſervare, & quos coniicere potuiſti cum tempore deceſſoris noſtri darentur, ea etiam præſentialiter intuitos eſſe, ſic mutilatum & depravatum idem inſtitutum mittere non formidaveris, quam depravatum, & defraudatum nullam hujus experientiam habentibus ad ſubverſionem vim patientium forſitan exhibuiſti. Quam profecto rem magnopere, frater chariſſime, fugere debuiſti, veritus videlicet, ſi adverſus ſæpedictum tibi collatum privilegium, vel contra principale Sedis Apoſtolicæ jus agere videris, ſaltem ne in aliquo ipſe falſarius (quod * ab-* * al. abeſt
*ſit a ſacerdotali verecundia) reperireris.* Et poſt alia multa, quæ brevitatis cauſa prætermittimus iſta, quæ maximi noſcuntur eſſe momenti de cauſa Ebbonis inferius habet: *Dum ipſe cum cæteris fratribus & Coepiſcopis tuis in ſynodica epiſtola, quam ad Sedem Apoſtolicam communiter miſiſtis, Ebbonem ſolam iram Principis in ſua qualicumque dicta damnatione incurriſſe profitearis.* Et Paulo poſt: *Per talem enim confeſſionem, quam Ebbo feciſſe prætenditur, nemo canonicæ damnationi ſubiicitur; quod ſi tu taces, nos ſilere non poſſumus, & quod omnes injuſtum fatentur, ipſe juſtum, quantiſlibet utaris argumentis probare non poteris.* Et poſt alia queritur quod miſſa ab eo epiſtola, ne convinceretur ex propriis ſcriptis, ſolito ſigillo caruerit, atque tandem in fine redarguit eum, quod pallio uteretur ultra præſcriptos dies. Hæc Nicolaus & alia, dum acerrima invectiva Hincmarum proſcindit. Ipſe autem Hincmarus ſequenti anno ad eundem Nicolaum Apologeticam epiſtolam reddidit, quam ſuo loco ponemus.

In hac eadem Synodo Sueſſionenſi le- LXVII.
cta eſt epiſtola Nicolai Papæ de excommunicatione Guntharii & Theutgaudi Archiepiſcoporum, quod conſtat ex præpoſita eidem hujuſmodi inſcriptione his verbis;

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo & ſanctiſſimo confratri noſtro Rodulpho Bituricenſi Archiepiſcopo, ſeu omnibus venerabilibus fratribus noſtris Epiſcopis diœceſeos tuæ.*

*Nuper fratres chariſſimi, vobis ſcripta, quibus damnationem Theutgaudi & Guntharii dudum Archiepiſcoporum veſtræ notam facimus ſanctitati, tranſmiſimus; ſed utrum ad vos uſque perlata ſint, penitus ignoramus. Quapropter quæ habentur in ſubditis vobis mittenda decrevimus: ut quæ ſit Apoſtolica cenſura, & quam juſte in fautores adulterorum commota noſtra fuerit auctoritas, experientiam veſtram non lateat; quatenus cum Apoſtolica Sede de his zelo zelati pro domo Domini ſen-*



*tiatis: quos etiam ante noſtram ſententiam damnatione dignos nullo modo dubitaveratis. Ipſi quippe more pſeudoprophetarum, de quibus ſcriptum eſt, quod viderint, & prophetaverint falſa terreno Regi & poſt concupiſcentias ſuas eunti favere ſtudentes, contempſerunt cæleſtem Regem, ante cujus oculos omne verſutiarum patet argumentum: & quaſi aranearum tela, omnis callida diſſipatur aſtutia.*

LXVIII. *Inſuper ad majorem ſuæ cumulum damnationis, Ingeltrudam uxorem Boſonis quæ relicto viro proprio, cum adultero adultera in eorum diœceſibus commorabatur, non ſolum ad virum ſuum minime repedare fecerunt, vel ab omni Chriſtianitatis nomine, vinculis illam anathematis innodandam ſequeſtraverunt juxta quod a ſanctæ memoriæ deceſſore noſtro Benedicto Papa, & a nobis per multa fuerant jam tempora monitis, & terroribus conventi; verum etiam a nobis cum ſuis complicibus, & fautoribus jam anathematizatæ adeo poſt ſibi intimatam ſententiam, in ipſam a nobis prolatam, favere conſenſerunt; ut in ſuis illam diœceſibus degere, & Eccleſias intrare, & cum Fidelibus in locutione, & cibo, ac potu communicare permiſerint. Immo ut ipſi coram nobis, & ſancta Synodo ſunt profeſſi, licentiam ei, copiamque taliter converſandi tribuerint, & contra ipſos Nicænos Canones, quam nos abiecimus, ipſi receperint. Quæ nimirum omnia conſtat illis fuiſſe prohibita, ſicut ad præfatos noſtra indicat ſuper hac re miſſa præceptio. Itane, fratres, debuit tam immane ſine vindicta exilire flagitium, & debuit Apoſtolica Sedes, ſolicitudinem habens omnium Eccleſiarum, tanti auctores piaculi ad ſubverſionem Fidelium immunes deſerere? Et ubi erit, quod primus ejus ſeſſor tertio a legiſlatore ſum-*
(a) Joan. 21. *mo audivit (a), paſce oves mea, ſi tanta deſidia eaſdem nullo zelo accenſi, nulla utentes virga, a tam voracibus lupis permiſerimus diſcerpi? cum licet indigni pro patribus nati filii, vicem ejus agentes, Dei ſumus gratia conſtituti in domo ipſius principes ſuper omnem terram.*

LXIX. *Igitur quia unum damnatorum, Guntharium ſcilicet, crebreſcens fama divulgat Imperatoris & Regum auribus contra ſtatuta canonica moleſtiam inferre, & quorumdam fratrum corda fallacibus, & ſuaſoriis decipere verbis, & contra id, quod adverſus ſe actum eſt, velle impudenti fronte conſurgere: nos ei, quia ita eſt ab Apoſtolatu noſtro, & a ſancta Sede definitum, nullo modo communicabimus: quin potius ab omni eum communione Fidelium cum participibus & fautoribus ſuis, Dei auctoritate judicavimus penitus eſſe alienum. Oportet ergo fraternitatem veſtram ſummopere præcavere, attentius fore ſolicitam, ne forte, quod abſit, homini hærentes perverſo, ab illa petra decidatis, ſuper quam verus Architectus totius domus ſuæ voluit fundamenta conſtruere, & auctoritatem pravitatis ſequentes, amittatis communionem ipſius, a quo & Epiſcopatus & Apoſtolatus ſumpſit initium; per quem etiam vos per gratiam Dei non ſolum Epiſcopi, verum & Chriſtiani eſtis effecti. Capiti ergo religionis, ideſt ſanctæ Apoſtolicæ Sedi hærete: caput autem ſerpentis, pravæ videlicet ſuggeſtionis, antequam cor penetret, in prima fronte conterite.*

*Cepimus enim vobis, dilectiſſimi, vul-*
*pes, ſicut quidam nos fratrum noſtrorum* LXX. Auctoritas Rom. Pont. in omnes.
*hortatus eſt, quæ demoliebantur in vineis: videte, ne vos dormientes reperiat, & pro depaſta vinea ſua is, qui in ea vos cuſtodes poſuit, deſidiam veſtram iratus percutiat. Quam rogo validitatem veſtra potuerunt habere judicia, ſi noſtra quomodolibet infirmantur, de quibus nec retractari licet? vel quod robur conſilia veſtra obtinere valebunt, ſi ſuam perdiderit Sedes Apoſtolica firmitatem, ſine cujus conſenſu nulla Concilia vel accepta eſſe leguntur? aut legite ſacros Canones & ſynodalia geſta revolvite, & videte quod Sedi Apoſtolicæ non ſolum quoſlibet Metropolitanos, quorum cauſa eidem eſt Sedi ſemper ſervanda; verum etiam Patriarchas, moris fuiſſe, pro emergentium qualitate damnaſſe, vel etiam abſolviſſe, juſque ſemper, & fas habuiſſe de omnibus ſacerdotibus judicare, utpote cui facultas eſt in tota Chriſti Eccleſia leges ſpeciali prærogativa ponere, ac decreta ſtatuere, atque ſententias promulgare. Quod veſtra reverentia non nos exiſtimet, quia noſtra dicimus, in hoc quidquam præter veritatem dicere, cum Dei potius, quam noſtra ſint, beati Petri meritis Romanæ Sedi collata; & arbitremur, quæ nos hic aſſerimus, etiam vos nullatenus ignorare, & quæ in præſente pagina ſcribimus, vos affatim in Archivis veſtris recondita poſſidere.*

*His ita prælibatis, ſtylum noſtræ pro-* LXXI.
*ſecutionis ad fraternitatem veſtram reflectimus, quam utique niſi tanto amoris cultu diligeremus, nequaquam tanto affectu ad declinandum a pravis, ad ſectandam æquitatem incitaremus. Unde ſub divinæ Majeſtatis vos intuitu convenimus, & coram ſanctis Angelis, & beatis Apoſtolis ejus merito interdicimus & atteſtamur, ut ſinceritatem communionis veſtræ, nulla præfatorum, Theutgaudi ſcilicet & Guntharii, vel faventium illis, contagione polluatis: nec ſocietate ipſorum vel eis communicantium veſtram innocentiam corrumpatis;*

Si

Si tamen noſtræ communionis & charitatis participes, ſicut nuncuſque, inveniri per gratiam Dei deſideratis; vel ſi ipſi reſultare, vel minime acquieſcere his, quæ a nobis contra ſe promulgata ſunt, forte præſumpſerint: alioqui ſcitote vos ab Apoſtolicæ Sedis communione gratia & pace perpetua noſtræ auctoritatis ſententia ſequeſtrandos: immo quod illi experti ſunt, ſicut olim decrevimus, vos quoque fore, quod non optamus, penitus incurſuros. Verum ut unum vos nobiſcum ſapere, & velle liquidius oſtendatis; hortamur, quatenus binos de collegio ſacerdotali veſtræ ſanctitatis Legatos, omnium veſtrorum vices agentes, circa Kalendas Novembris ad Apoſtolicam Sedem deſtinare curetis, quo temeratorum ſemelque damnatorum, & totius mali auctorum recidiva radicitus amputata præſumptione, S. Eccleſiæ ex ſe bonitas generetur, & divinæ Trinitati debita laus, & Gratiarum actionum ſempiterna gloria referatur. Finis.

LXXII. His omnibus, & aliis in Synodo abſolutis ſcripta eſt ab Epiſcopis ſynodalis epiſtola ad Nicolaum Romanum Pontificem, qua eum de rebus in Synodo geſtis certiorem reddiderunt. Sic enim ſe habet nimia vetuſtate ipſo ſui initio nonnihil exeſa atque mendoſa:

Reverendiſſimo & ſanctiſſimo domino patri ac Papæ Nicolao Synodus Sueſſione habita juſſu & auctoritate ſanctiſſimi Apoſtolatus veſtri æternæ felicitatis beatitudinem in Chriſto.

LXXIII. Convenimus ſiquidem, ut ſacratiſſimis veſtræ paternitatis apicibus nobis injunctum eſt, XV. Kalendarum Septembrium XIIII. Indictionis, Remigius Lugdunenſis, Irocharius Burdegalenſis, Erardus Turonenſis, Vvenilo Rothomagenſis, Hegilo Senonenſis Archiepiſcopi, cum diœceſanis conſacerdotibus ad .... ........ ubi etiam confrater & Coepiſcopus Hincmarus cum ſuis ſuffraga .. ........ monitis..... ſanctitatis noſtræ unanimitati exhibuit pre ........ ...... Vulfadus & collegæ ipſius, ad idem juxta Apoſtolatus veſtri inſ.... ..... Interea Luitbertum Moguntiacenſis Eccleſiæ... ...................... ...... largitate palliatum pro ſanctitatis ejus reverentia & ſapientia.... .......... interventu glorioſiſſimi filii veſtri eadem Synodo nobis aſſociari expetivimus.... humilitatis noſtræ famulatus: veſtræ pietatis inſtitutis in cauſa præſcripti fratris, collegarumque ejus ſubmiſſe, fideliterque intenderet; comperimus fratrem & conſacerdotem noſtrum Hincmarum, quem ſalubribus hortari dignati eſtis affatibus, uti memoratos viros clementi animo, & tranquilla ſtuderet ad ſe magnanimitate vocare; depoſitaque omni funditus animoſitate de reſtitutione ipſorum fraterne tractare, atque miſericorditer conſummare contenderet, non procaciter reniſum, ſed neque animoſitate in malevolentiam declinaſſe, quin paternitatis veſtræ piis conſiliis effectum præpropere exhibere maturaret. Sed quoniam, ut illius ore loquamur, ipſe nec ſuæ ſedis auctoritate, nec comprovincialium ſuorum ſolummodo ſocietate, juxta Nicænos & Antiochenos Canones eos ſuſpendit ac judicavit: ſed neque depoſuit, nec cum judicibus eorum ſubſcripſit, quos conſtat a Synodo quinque provinciarum Sueſſionum habita. Cujus vos acta relegiſſe, & qualiter præſignati clerici degradati fuerint, reperiſſe nobis aperire dignati eſtis, ne ſcilicet a pauciori numero eorum inconſiderata & minus debito provida fieret reſtitutio, pro tempore diſtuliſſe, & juxta largitionis noſtræ decretum ſacræ Synodi profeſſus eſt, ſe præſtolatum eſſe præſentiam. Ita ad hoc illum prius flecti munda non permiſit conſcientia, quoniam quod tantorum virorum ſtatuerat unanimitas, temere exinaniret unius ſedis auctoritas.

LXXIV. De illorum autem fratrum reformatione, procedente pietatis veſtræ * libet nomine, quo oppreſſis miſericorditer ſubvenire, afflictis opem ferre, & innocentes abſolvere, ſolito & indefectivo conſueſtis opere, poſtpoſita, quantum ex nobis eſt, totius auſteritatis & ſeveritatis cenſura, dejectioni illorum fratrum vobiſcum compatientes, quos ut veſtri Apoſtolatus litteræ ad glorioſiſſimum Seniorem noſtrum Regem Karolum, veſtrum peculiarem filium directæ, intimavere, non mediocriter moribus & ſcientia pollere, & proficuos Eccleſiæ Chriſti novimus eſſe, congregato, & devotiſſime coadunato vobiſcum noſtro ſpiritu, quod pium juſtumque ſentitis, ſentimus, quod decernitis, exequimur, & quod deliberaveritis, eorum * nominibus congratulantes reſtitutioni, efficaciter nos amplectendum fatemur. Et quia de recuperatione eorum a veſtræ ſapientiæ medela ſumpſit exordium oportet omnino * omnium fore dare totius fidem negotiè ſummam præſtantiæ conſummari decretis. Pium namque & juſtum videtur, ut quos propria importunitas ad ſubreptionem... ... nitatis veſtræ efficacia, & noſtra mediocritate proſequente ad famulandum ... ........ in priſtinum ſtatum relevando reformet atque reſtituat; & quos non procacia obreptionis, ſed obedientiæ inculpabiliter in adeptionem ſacrorum graduum, juxta ſinceriſſimum ſagacitatis veſtræ intellectum adduxit; neceſſe eſt per miſericordiam Domini præferentiæ veſtræ ſtudiis reſarciri, atque viſce-

* f. libræ. mine

* f. in omnibus



ſceribus ſanctæ Matris Eccleſiæ ordinabiliter reduniri. Præterea præceptionibus....... æquo operam dantes, ſi quid nobis de præſignatis fratribus apex ſanctitudinis veſtræ edocuit contradictione perficere eos, qui in ſuis ordinibus reſtituere maturaremus, niſi privilegium ſanctæ Romanæ Sedis per reverendum confratrem Hincmarum Archiepiſcopum noſtræ unitati prolatis...... quam de ipſis viris quidam ſtatuunt debita reverentia exhiberetur: quorum ſumma perfecta, & integra firmitas ut * daret, & juſtum eſt, in Apoſtolicæ Sedis reſervata eſt arbitrio poteſtatis. Nobis enim in horum fratrum dejectione, non quidem diſceptantibus, nec alia atque alia decernentibus, ſed unum, idemque ſentientibus, ne imperfectio pro inobedientia deputetur, oramus: ſed ut quondam Joab obſidens urbem Nabath, David Regi fidiſſimo, ne cum a me (a), inquit vaſtata, & capta fuerit, vobis, & non nomini meo, adſcribatur victoria. Ita & nobis in præſentis rei negotio decertantibus, & quædam differentibus, non tamen terminantibus, ſolummodo magiſteriali veſtro culmini eorum aſſignetur reſtitutio, attribuatur reformatio, adſcribaturque redintegratio.

* f. claret

(a) 2. Reg. 12.

LXXV. Prævio ergo, ut in omnibus competit excellentiæ veſtræ decreto, quod in ipſis, & de ipſis depoſitis fratribus agendum conſideremus exemplis præcedentium atque majorum inſtitutis edocti, quod etiam copioſius, multoque luminoſius celſitudini veſtræ claret induſtriæ veſtræ ſinceriſſime paternitati ſubmiſſæ humilitatis obſequiis, humiliter intimare curavimus, Papa, inquit, Innocentius, quod de quibuſdam obſervatio prior durior poſteriore interveniente miſericordia inclinatior eſt; & S. Leo: quia ſicut quædam ſunt, quæ nulla poſſunt ratione convelli; ita multa, quæ aut pro conſideratione aptari, aut pro neceſſitate rerum oporteat temperari: mirabiliter inſtituens de virtute omnium matre atque nutrice diſcretione ad condimentum agendarum quarumdam definitionum in utilitatem Eccleſiaſticorum monumentorum. Et Gelaſius: priſcis, inquit, pro ſui reverentia manentibus conſtitutis, quæ ubi nulla tum rerum tum temporum * perugu & anguſtia, regulariter convenit cuſtodiri, hoc proculdubio qui in Eccleſiaſticarum narratur altitudine dignitatum, & in cujus virtute bonis operibus corda ponenda ſunt, gradibus utique diſtributis; cunctis Dominus noſter & rector populis prædicandi & Chriſtianis, ubi nemo ſibimet aliquid æſtimet imminutum; cum e divinitus data cujuſque gradus perfectione nil deperit, & convenienter retinendo quod cœleſti diſpenſatione collatum eſt, pariter nobis & cognoſcibilem dominum fieri, & tribuit eſſe rectorem. Nam etſi cuidam ........ temporum quantitate moribus aggregati & ſtrenuitate penſatur ...... poſitio continetur. Quod per relata fuerat apte curandum, dummodo illa ...... diſſimulata ſubripiant, quorum quod liber meſſe claruerit merito derivantibus infulis, reprobabilem convincant eſſe perſonam. Et ſi illa nonnunquam ſinenda ſunt, quaſi cæterarum conſtet integritas ſola nocere non valeant: illa tamen magnopere præcavenda, quæ recipi ſine manifeſta decoloratione non poſſunt. Et Africanum Concilium de virginum velatione retractans, ita manere conſtitutionem prioris Concilii, ubi nulla perurgeat neceſſitas decreti, ut non obſit poſteriori Concilio certis pro cauſis ea, quæ conſtituta fuerant, immutanti: nec poſterius Concilium priori obviet, ubi nulla illud perurgeat neceſſitas immutare.

* f. perurget

Sed & de Donatiſtis decrevit, ut conſentientibus fratribus & Coepiſcopis, maxime autem Apoſtolica Sede, a quibus inde fuerit definitum, quatenus ſciendum uniuſcujuſque Epiſcopi Catholici voluntatem atque conſilium qui in eodem loco gubernat Eccleſiam, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit, in ſuis honoribus ſuſpiciantur, ſicut prioribus, ejuſdemque diviſionis temporibus factum eſſe manifeſtum eſt. Quod multarum & pene omnium Africanarum Eccleſiarum, quibus talis error exortus eſt, exempla teſtantur. Sed illud maneat circa eos qui ſic tranſire volunt ad Catholicam, ut nulla per eos unitati compenſatio procuretur, per quos autem vel omnimodo perfici, vel adiuvari manifeſtis fraternarum animarum lucris Catholica unitas locis, quibus degunt, viſa fuerit; non eis obſit quod contra honores eorum quamvis ſalus nulli intercluſa ſit, in tranſmarino Concilio conſtitutum eſt. Unde manentibus ſtatutis atque regularum Apoſtolicæ Sedis præjudicio, & judicantium, ullo crimine quos * menſurum non ſolum auctoritas Carthaginenſis Concilii abominatio defendit, ſi eorum fuerit ſoluta ſententia qui convinci non poſſunt vel inimico judicaſſe, aut aliqua cupiditate, aut gratia depravati. Verum & idem Concilium Antiochenum atque decreta Sedis Romanæ Pontificum, Innocentii, Zoſimi, atque Leonis eos commendant, per quæ ſua confirmavere judicia, quæ fratres & Coepiſcopi noſtri in Sueſſionica Synodo de Rhemenſis Eccleſiæ filiis ab Ebbone poſt depoſitionem ſuam ordinatis cenſura Eccleſiaſticæ ſeveritatis judicavere. Manente etiam, ut oportet, & neceſſe eſt, aucto- LXXVI.

ctoritate privilegii domini bene ...... ſenſionis decreto, ſi tamen vobis placet, cui bona cuncta placent, ut ..... auctoritate veſtræ ſinceritatis præduce immutetur ſententia, ſciendum. ... & myſtica Synodus Nicæna in epiſtola fratribus per Ægyptum & Libyam & Pentapolim conſtitutis directa, de ordinatis a Meletio Epiſcopo damnato decrevit: videlicet ut myſtica ordinatione firmati haberent honorem & miniſterium, & proveheretur quilibet eorum in honorem Epiſcopi in Eccleſia defuncti, ſi viſus foret dignus, & eum populus elegiſſet, cum conſenſu Alexandrini Epiſcopi, ſub cujus cura præfatæ regiones degebant: ita & iſti pro veſtræ liberaliſſimæ ac piiſſimæ auctoritatis ſanctione in ordinibus ſuis recipiantur, & ſi Epiſcopus hic locus, atque ratio poſtulaverit, quilibet eorum in locum cujuſque defuncti Epiſcopi, ſi populus eum elegerit, & dignus inventus fuerit, auctore Domino, regulariter provehatur.

LXXVII. His denique reverenter explicitis, defenſione noſtræ unanimitatis erga præſcriptos fratres Antiſtitio veſtro reſervata, pro Eccleſiaſtico vigore ab omnibus immobiliter conſervando, quamvis providendum, ne hac, quod abſit occaſione alii quicumque auctoritatem in ſacris ordinibus miniſtrandi uſurpent, qui aut pœnitentiam non acceperunt, aut contra regulam aſſumpſerunt, vel qui regulariter amiſerunt: quamquam ſi hoc impune fuerit licitum, omnis ordo & vigor Eccleſiaſticus non tantum nutabit, quantum pœnitentia confundetur. Poſtremo ſupereminens ſublimitatis veſtræ ſapientia hæc & alia, quæ intellectus noſtri exiguitas non valet attingere, perſpicaci indagatione contemplabitur, multoque ſolicitius providebit cavenda, nobiſque ſignificabit ſequenda: ut & præſentibus medelam, & futuris dignanter impendat cuſtodiam Apoſtolatus veſtri decus præpollentiſſimum, ab Eccleſiæ ſanctæ ſublimitatem & pacem optamus ubique pollere, & perpetua ſtabilitate ad ſuffragii noſtri munimen atque tutelam vigere. Data anno Incarnat. Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXVI. anno, regnante glorioſiſſimo Rege Karolo XXVII. viii. Kalen. Septembris. Hæc ſunt nomina Epiſcoporum, qui præſenti interfuere Conc.

Remigius Lugdunenſis Archiepiſcopus, Irocbarius Burdigalenſis Archiepiſcopus, Herardus Turonenſis Archiepiſcopus, Guenilo Rothomagenſis Archiepiſcopus, Herilo Senonenſis Archiepiſcopus, Luitbertus Moguntinus Archiepiſcopus, Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus, Luido Eduorum Epiſc. Iſaac Lingonenſis Epiſc. Bernardus Matiſconenſis Epiſc ..... Reudolenſis Epiſc. Elias Engoliſmenſis Epiſc. Rotbertus Cenomanenſis Epiſ .. * ..... Nannetenſis Epiſc. Hildebrandus Sagon. Epiſc. Ercambertus Bajocaſ. Epiſcopus. ........ Conſtantienſis Epiſc. Balduinus Eboracenſis Epiſc. Agius Aurelian. Epiſc. .... ☞ Hildegar. Meldenſis Epiſc. ☜ Æneas Pariſienſis Epiſc. Giſlebertus Carnotenſis Epiſc. Didericus Tricaſſin. Epiſc. Abbo Nivernenſis Epiſc. Rothadus Sveſſionenſis Epiſc. Herpuinus Silvanectenſis Epiſcop. Item Hincmarus Laudunenſis Epiſc. Himfridus Morrimenſis Epiſc. Ercanraus Catalaunenſis Epiſc. Odo Bellovacenſis Epiſcop. Remelinus Noviomenſis Epiſcop. Joannes Cameracenſis Epiſc. Sigo Arvernenſis Epiſcop. Harduicus Vellaumenſis Epiſc. Aldo Lemovicenſis Epiſc.

* Arctardus.

Scripſit item ex eadem Synodo privatas tamen litteras ad eumdem Nicolaum Pontificem ipſe Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis, quæ ſic ſe habent: LXXVIII.

Domino ſanctiſſimo & reverendiſſimo Patrum patri Nicolao, primæ ac ſummæ Sedis Apoſtolicæ & univerſalis Eccleſiæ Papæ, Hincmarus Rhemorum Epiſcopus, & veſtræ ſanctiſſimæ paternitatis devotiſſimus famulus.

Decimoquinto Kalend. Septembr. XIV. Indictionis, ſecundum veſtram Apoſtolicam juſſionem, ad Sueſſionum civitatem, cum fratribus ac Coepiſcopis Rhemenſis provinciæ Archiepiſcopis & Epiſc. illuc ex mandato veſtro convenientibus, occurrere feſtinavi; Quo etiam dilectum fratrem noſtrum Vulfadum venire commonui. Eos etiam fratres noſtros de ipſius collegio, qui ſub noſtra cura degunt, mecum adduxi: quos, ſicut mihi ſcribere dignati eſtis, juſtum quid vel pium ſentiens, ſine retractatione in ſuis ordinibus, conſenſu ac judicio Coepiſcoporum Rhemenſis provinciæ reſtituere maturarem, ſi illos ab iiſdem gradibus cum eorum tantum judicio dejeciſſem. LXXIX. Hincmari Epiſt. Ad. Nico.

Sed quoniam Synodi Epiſcoporum quinque provinciarum, quorum meo conſenſu expetierunt judicium, definitione fuere dejecti: & ſicut melius ſapientia veſtræ novit, ſacri Canones uſque ad ſimilem excommunicationis vindictam decernunt, ut ab aliis dejecti, ab aliis non recipiantur, minime autem reſtituantur: ſed aut eorumdem, aut majoris Concilii Epiſcoporum definitiones ac judicia præſtolentur, aliorum opus in illorum reſtitutione nullatenus uſurpare præſumpſi, quos meo arbitrio ab officio non ſuſpendi: & in præfata Synodo quinque provinciarum, non tantum non judicavi, vel dejeci, verum nec cum judicibus eorum ſubſcripſi. Quia mihi commiſſæ Eccleſiæ filii, finitimos Epiſcopos, juxta Canones Sardicenſes pro cauſa ſua interpellarunt: & Africæ provinciæ Canones, hujuſmodi vicinos Epiſcopos audire, & inter eos ac proprium Epiſcopum adhibitos ab eis Epiſcopos jubent querimoniam definire. Unde humiliter obſecro, ne pro inobedientia mihi reputetis, quoniam eos non ſtatim reſtitui; qui ad Synodum, ſicut præcepiſtis, hoc ſolo meo auſu agere veritus, obedienter occurri, & his quæ fratres, & Coepiſcopi noſtri, veſtræ ſanctiſſimæ paternitatis devotiſſimi filii, veſtra fulti auctoritate, de illorum reſtitutione decreverunt, ſecundum quod myſtica Nicæna Synodus ſcribens ad diœceſim Eccleſiæ Alexandrinæ de ordinatis a Meletio damnato Epiſcopo, clementi conſilio ſtatuit, videlicet ut myſtica ordinatione firmati, haberent honorem & miniſterium, & proveheretur quilibet eorum in honorem Epiſcopi in Eccleſia defuncti, ſi viſus foret dignus, & eum populus elegiſſet cum conſenſu Alexandrini Epiſcopi, ſub cujus cura diœceſis illa degebat; condecernente quodammodo ſimilia Africano Concilio de Donatiſtis, quæ non vobis ut incognita ingeruntur, ſed ut notiſſima inculcantur, ſacrorum Canonum, & Sedis Apoſtolicæ manentibus conſtitutis, paratiſſime annuere, & ſolicitus ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, obtemperare curavi; reſervato per omnia ſententiæ ac juris privilegio ejuſdem Apoſtolicæ Sedis, & ſalva definitione ac confirmatione expectatæ veſtræ diſcretionis atque auctoritatis. Et quia, Synodo per hunc venerabilem Archiepiſcopum Egilonem, qui interfuit actionibus, dirigente epiſtolam omnium noſtrum qui adeſſe potuimus, cum ipſo loquentem voce ...., quoniam ſi eis manum porrigitis, vobiſcum pariter porrigemus. Vulfado & ejus collegis, pro diſceptatione diverſa judicantium, in eadem Synodo omnibus conſonanter idipſum ſentientibus, Sedem Apoſtolicam non fuit neceſſarium appellare: idcirco hujuſmodi Legatum, qui meam vobis repræſentans perſonam, cujuſcumque diverſæ ſentientis allegationibus, quæ modo nullæ ſunt, reſponderet, & veſtram exinde definitionem referret, omiſi dirigere; quia quæ verbis, & ſcriptis mihi per iſtum religioſum Archiepiſcopum exinde ſequenda, atque tenenda mandaveritis, pro ſcire & poſſe, obedire & conſervare curabo, ſicut hactenus ea, quæ inde fuerant ſtatuta, & confirmata ſervavi.

LXXXI. Nec cauſa inobedientiæ Miſſum meæ ſubditionis cum hoc venerando Archiepiſcopo omiſi traſmittere: ſed quia ſic intellexi in litteris veſtræ auctoritatis contineri: Tunc ſolum, ut verbis earum utar, ſi diſceptantibus, vel fortaſſis alia atque alia decernentibus nobis, præfati dejecti Sedem appellaverint Apoſtolicam, & ejus ſpeciali ſe judicio damnari, vel abſolvi petierint: ſi ergo vel ſi Vulfadus, aut ſocii ejus, ad vos venire per nos non poſſemus: Vicarios noſtros ad hoc negotium ventilandum, & finiendum mox poſt conſummatum Concilium XV. Kal. Septemb. præſentis XIV. Indictionis, auctoritate veſtra collectum, noſtras præſentaturos vobis perſonas, nullam penitus excuſationem prætendentes, utrique ad Sedem beati Petri mitteremus.



Unde ſupplico, ut merear ſcripto hinc veſtram definitionem reſpicere, quam paratus ſum, ut oportet, obnixius obſervare. Geſtorum autem ſeriem, de omnibus, quæ in Concilio relata, examinata, atque reperta ſunt, quæ ſicut veneranda decreta ſtatuunt; diſcretioni veſtræ dirigi præcepiſtis, ut quæ ſalubria videbuntur, corroborentur. Si forte aliqua ſuperſunt epiſtolæ ſynodali, quæ debeant explanari: hic venerandus ac religioſus ſanctitatis veſtræ devotiſſimus filius, & unanimis frater ac conſacerdos noſter Egilo Archiepiſcopus, plena, fidelique relatione Apoſtolicæ auctoritati veſtræ poterit patefacere: & ſicut ea viſu & auditu comperit, ac Epiſcopaliter contulit, intimare. Sed & de præfatis fratribus noſtris, Rhemorum Eccleſiæ filiis, ab Ebbone poſt depoſitionem ſuam ordinatis, qui inter canonicos & monachos, urbanos & parochianos, una cum Vulfado, apud nos non ſunt amplius quam novem, de quibus ſanctiſſima veſtra paternitas mihi ſcripſit; ut cum dejectionis ſuæ cauſam venire ad examen optaverint; nullam ex his quilibet indignationem meam ſuſtineat, nullum ad cœpta peragenda per ſuggeſtionem meam patiatur incommodum, qualiter me antea, & poſtea erga eos egiſſe in Synodo fratres & Coepiſcopi noſtri, una cum eo reperent, ſufficienter dignationi veſtræ prævalet enarrare. Quorum ſalubrem ac ſingularem ſtatum & cupivi, & cupio, & quæſivi, & quæro, & quorum dejectioni condolui, & ſtatui eorum congaudeo. De Theutperga etiam Regina, unde ſublimitati veſtræ ab humilitate mea mandari rogaſtis: quia Hlotharium, vel ipſam Theutpergam, poſtquam Arſenius venerandus Epiſcopus, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Apocriſarius ab Attiniaco palatio domini Karoli Regis glorioſi perrexit, non vidit; certæ ſalubritatis rationem vobis mandare non valeo. Et alia manu: LXXXII.

Dominus omnipotens ſanctitatem veſtram ad doctrinam, & correctionem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ in ſuo apto ſervitio per annorum multa curricula conſervare dignetur, domine ſanctiſſime, & reverentiſſime patrum pater in Domino. LXXXIII

Scripſit tunc pariter ad eundem Pontificem Nicolaum Carolus Rex, extant-

que ipſæ litteræ hac inſcriptione notatæ, quas una cum aliis nuſquam editas accepimus Pariſiis ex monumentis Bibliothecæ Nicolai Fabri, ſic ſe habent:

*Epiſtola regia ad domnum Apoſtolicum.*

LXXXIV. Caroli Regis Epiſt. ad Nicol. *Sanctæ paternitatis veſtræ reverenter excepimus apices, quibus nobis clamores & gemitus depoſitorum ab Hincmaro honorando præſule, Vulfadi ſcilicet, ſociorumque ejus, aures veſtræ dignationis penetraſſe aperuiſtis. Quin etiam noſtram filiolitatem, ut eundem venerandum Antiſtitem ad hoc hortaremur, & admonere pro Domini amore curaremus, ſummopere hortari decreviſtis; agentes, ut eumdem, ad obtemperandum præcellentiæ veſtræ, ſolertia noſtra decertaret flectere; ſin autem ſolicite præcavere, ne quibuſlibet argumentis, in non obediendo vobis, nos inclinare valeret. Egimus itaque ſummo ſtudio, ſecundum paternitatis veſtræ rogatum, & reverenter memoratum Antiſtitem eodem de negotio alloquentes, ſicut devotum in reliquis, ita etiam quoque paratiſſimum in hoc ipſo ad obediendum vobis & nobis comperimus: ita ut non ſolum reſiſtere, ſed etiam primus parere Apoſtolatus veſtri promptiſſime præceptionibus feſtinaret. Quare autem de reſtitutione memoratorum virorum veſtram ad eum denuntiationem cum ſuffraganeis ſuis non perfecerit, a Synodo præceptione noſtra ſuper ipſo negotio Sueſſiones congregata, deſtinata epiſtola evidentius declarabit. Quod enim de tuitione eorum ſanctitudo veſtra quæſivit, & nobis filio veſtro ſignificavit, ſi neceſſe fore apparuiſſet, magnopere effeciſſemus. Sed favente Deo, idem de quo agimus Pontifex, benigne ſtatutum veſtrum excipiens, ut affectuoſus pater cum aliis aggregatis venerabilibus Epiſcopis, eorum cauſam mitiſſima deliberatione definiit, libentiſſime manſuetudinis veſtræ obediens omnimodis epiſtolaribus affatibus: & quos voto pietatis excellentiæ veſtræ perſpecto, tranquillo, pacifico, atque benigno, uſque ad præſentiam ejuſmodi Synodi, ut evidenter comperimus, tractavit animo, in cunctis deinceps, fretus veſtri moderaminis conſilio, præſcriptos fratres fulcire, pioque ſolatiari non deſtitit auxilio. Quod jam conſequenter cum reliquis conſacerdotibus omnino explere acceleraret, niſi juxta privilegium deceſſoris veſtri domini Benedicti, ac veſtram ſummam vobis reſervandam cæpti de reſtitutione docerent .... ſæpedictus Antiſtes altitudini veſtræ devotiſſimus, & Apoſtolico conſtitutionis veſtræ decreto, & noſtro etiam .... tue omnimodis gratantiſſime paruit, nec in aliquo renuere tentavit noſtra ſupplici petitione ampliorem ..... munificentiam apud vos ſe percepiſſe gratuletur: proindeque vobis ſeſe acceptiorem omnino perſentiat.*

LXXXV. *Poſt hæc, quia fratrem illum Vulfadum, de quo agitur, veſtræ ſanctitatis apices exponunt, moribus & ſcientia penes nos augere comperimus. Bituricenſem Eccleſiam, ceu ſanctæ paternitati veſtræ, aliiſque litteris ſignificavimus, quia dare abſque Apoſtolatus veſtri determinatione diſtulimus, commendare ſibi eamdem Eccleſiam cum rebus ſibi pertinentibus acceleravimus: ſcilicet ut in deſtructione rerum non tantum ſæviens valeret, quorumlibet pravorum inſtantia, quærentium diripere non ſua, & vaſtare crudeliter aliena. Quare uti in eodem loco illius valere & vigere queat ſtudioſitas, citius reverentia paternitatis veſtræ, quid ſancto animo veſtro de eo, cæteriſque ſederit, aperire dignetur: efficiatque ſublimitas veſtra feſtinatius de ipſo quod pro eo ad vos ſæpius noſtra popoſcit ſupplex expetitio, domine beatiſſime, & admodum deſideratiſſime.*

His acceptis litteris Nicolaus, reſcripſit ad Carolum ipſum Regem epiſtolam, quæ cuſa extat (*a*), quam tu (ſi libet) conſulas. Adjecit alias ad reſtitutos clericos, his verbis:

(*a*) *Ni. ep. 52. Rom. edit.*

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus clericis, Vulfado ſcilicet Archiepiſcopo, & cæteris qui cum eo dudum depoſiti, nunc vero decreto Sedis Apoſtolicæ, ac ſynodali promulgatione reſtituti, Deo auctore, conſiſtunt.*

LXXXVI. *Divinæ miſerationis plenitudinem & neminem velle perire, nec de ſacrato numero gregis ſui caſu quolibet decidere, nullus, qui divitias bonitatis ejus conſiderarit, ignorat, cum etiam proprio filio non pepercerit, ſed pro nobis omnibus tradiderit illum: cujus ovis, quæ perierat, pietatis humeris reportatur ad gregem: cujuſque clementiæ viſcera nos quoque pro modulo noſtro ſectantes, non paſſi ſumus voces veſtras diu contemnere, nec ſuper contritionem ac gemitum veſtrum compaſſionis aures obſtruere, nec dejectionem, quam a fratre & Coepiſcopo noſtro Hincmaro, ſeu cæteris Epiſcopis, nullius æquitatis cenſura pertuliſtis ſine iteratæ ventilationis examine præterire. Ideoque juſſimus fratrum, & Coepiſcoporum noſtrorum Galliæ, Neuſtriæ, vel Germaniæ Synodum celebrari, & cauſam veſtram in eodem venerando Concilio examinari, & aliqua emerſa diſceptatione, * denuo præ oculis habito, definiri, * quod in gratiæ juvamine per acta, ſuſcipimus nunc litteras Synodi relationem omnium continentes Epiſcoporum, vos innoxios cunctorum unanimitate comprobatos, & totius conſona voce Concilii, dignos graduum veſtrorum receptione pronuntiatos, manifeſtiſſime referentes: ubi nulla diſceptatio, nulla varietas alia atque alia defendentium, nullus accuſator, vel condemnator inventus eſt: ſed cunctorum, una cum jam dicti fratris & Coepiſcopi noſtri Hincmari conſenſu, una, eademque ſententia, atque in reſtitutione veſtra per omnium conſonantium ſimilis pronuntiata definitio claruit. Propterea & nos quoque in reſtitutione veſtra, & receptione graduum veſtrorum conniventiam prohibuiſſe cognoſcite, & congratulari vobis pro ſtatu veſtro, quemadmodum de abjectione condoluimus, proculdubio credite.*

* f. Domino.

LXXXVII *Igitur quoniam in decernendo & in judicando, quod canonice deliberatum eſt, & in reſtituendis vobis, Domino preduce, ſicut decuit, & ordo popoſcit, noſtra præceſſit auctoritas; conveniens ac honeſtum eſt, ut noſtræ firmitatis perfecta ſubſequatur * ...... Gaudemus, & vobis; ut & jam faſſi ſumus, congratulamur, quæ decreta ſunt ſuper fratris noſtri recuperatione, omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum principum Petri & Pauli, atque per eos noſtræ mediocritatis auctoritate roboravimus. Et ut ſecundum beneplacitum Domini, jugi ſtabilitate faciente, maneant, libenter oramus. Præterea volumus & hortamur, ut tales de cætero in omnibus vos exhibeatis, ut in nullo ingrati circa beneficia Domini vobis collata reperiamini. Proinde miſericordiæ ipſius gratias agentes; &* quamquam vos in finem non deſerunt, ſemper in mentem reducite, humilitatem præ oculis ſemper habentes, & cor veſtrum ad meditandum quæ æterna ſunt, infatigabiliter erigentes: ante omnia vero ſollicite præcaventes, ne memores veſtrarum ſitis injuriarum; neque ſuccenſeatis adverſus eos, qui has vobis intuliſſe probantur. Fratri autem & Coepiſcopo noſtro Hincmaro debitam humilitatem, & competentem reverentiam exhibete; nec ſit vobis aliquo tempore licentia contra eum, pro eo quod ab eo fueritis ab officio ſuſpenſi, querimoniam componendi, vel ſiniſtram viciſſitudinem retribuendi. Quamquam nos in erectione veſtra nullius ruinam quæſivimus, nec ſic unam partem ſtabilire voluimus; ut partis alterius dignitatis vel juris detrimenta fieri pateremur. Fruimini ergo hujus noſtræ præceptionis decreto, & hoc pro veſtro munimine, ac graduum ſtabilimento contra omnes calumniatores veſtros utimini: vobiſque ſemper exiſtat facultas in opportunitatibus ad Sedem Apoſtolicam provocare; & ejus judicium ſecundum Canones præſtolari. Nolumus tamen vos ignorare, fratri & Coepiſcopo noſtro Hincmaro dediſſe inducias, ut intra ſpacium anni hujus licentiam habeat contra vos de dejectione veſtra, ſi velit, apud nos negotium exequendi: quod idcirco dicimus, ut ſollicitos vos reddamus, & qualiter, ſi neceſſe fuerit, ei reſiſtatis, ante præſciatis, ut * ejus talis ullus juſtitiæ noſtræ reparare valeatis. Optamus in Chriſto vos bene valere. Data octavo Idus Decembris Indict. xv.* At de rebus anni hujus ſpectantibus ad Synodum Sueſſionenſem jam ſatis, reliqua vero anno ſequenti.

* f. confirmatio. Hortatio ad Clericos reſtitutos.

LXXXVIII. Hoc eodem anno Nicolaus Papa, cum audiſſet Aquitanicas Eccleſias in Gallia diram adhuc pati perſecutionem a Ducibus eam provinciam tyrannice occupantibus, ad eos litteras ſcribit; admonens, ut ab hujuſmodi ſacrilegis facinoribus ceſſent, ſed & ablata reſtituant, immo & quæ a Regibus in beneficium acceperunt Eccleſiaſtica bona (quod non licet) reddere debeant. Epiſtola autem ſic ſe habet:

Nicolai Papæ ep. ad Aquitanos. *Dilectis omnibus nobilibus atque primoribus ceu cunctis Aquitaniæ habitatoribus.*

LXXXIX. *Sollicitudinis, quam pro univerſis Eccleſiis Dominicis ſuſtinemus, neceſſitas nos compellit de omnium Fidelium ſtatu impigram gerere providentiam. Quapropter de vobis etiam ſolertem curam circumferentes, audivimus quoſdam veſtrorum (quod non optabamus) ita contra Dominum efferri, ut Eccleſias ejus, & diverſa pia loca deprædari non timeant, & res eis pertinenter diſtrahere non recuſent. Quæ res valde nos contriſtavit, & ultra quam dici poſſit ...... in * noſtra mœſtitiam generavit. Et ideo, filii chariſſimi, curæ nobis fuit, ut his vos noſtri Pontificatus hortaremur affatibus, ut ſaluti veſtræ providentes, ſolerter a tanta crudelitate ceſſetis: quinimmo quæ violenter, aut quoquo modo ſine lege tuliſtis, reddentes, tantum * corrigere curetis. Nam quamvis Domini ſit terra & plenitudo ejus; illæ tamen res, quæ a piis Principibus atque Fidelibus quibuſque hominibus ſacratis locis collatæ ſunt, ſpecialiter eſſe Domini ſine cunctatione creduntur, dum divinis cultibus dicatæ, ac Domino famulantium uſibus exiſtere deputatæ cernuntur. Unde in Dominum proculdubio committunt,*

f. anima

* f. ſcelu vel ſacrilegium.

L 2 & ipſi



PAGIUS XV. Ad num. LXXXIX, & ſeq. *Nicolaus Papa literis menſe Decembri indict. XV.* datis monuit Primores Aquitaniæ, omneſque in ea regione habitantes, ut locis Deo ſacratis ſine dilatione redderent quæ ab eis abſtuliſſent, ſicuti & quæ Reges quomodocumque res Eccleſiis ablatas in beneficium contuliſſent, eiſdem locis ſacris reſtituerent. Recitat eam Epiſtolam Baronius, ſed aliquibus in locis corroſam, quæ ideo legenda Tom. VIII. Concil. pag. 501.

*In Aquitania Nobiles loca ſacra diripiunt.*

Ad.

& ipſi præjudicium inferre probantur, quicumque has uſurpare, & ſibi non legitime vindicare non metuunt. Nimirum qui cum a piis quibuſque locis res auferunt, Domino militantium ſtipendia ſubtrahunt; & dum ſubſidium divino cultui jugiter famulantibus adimunt, laudes Dominicas quodammodo ab ipſis hominum faucibus abſtrahunt.

XC. Quamobrem vos rogamus, & obſtamur, ut ab iſta tyrannide remoti, ſua ſingulis Domino ſacratis locis ſine dilatione reddatis: ita ut nihil ex his apud vos retineatis, niſi quæ forte propria voluntate rectorum quorumdam ſacrorum locorum legaliter acquiſiſtis, ita ut etiam illa ſub omni integritate reſtituatis, quæ ſimplicitate, vel deſidia faciente rectorum venerabilium locorum de aliis, quæ ſunt ſemper in uſu & jure perenni ſacratis locis collata, vos conſtat ordine non bono tuliſſe, & hactenus contra Domini leges illa poſſidere probamini. Similiter autem & de his hortamur a vobis fieri, quæ Reges quomodocumque a ſanctis locis aliquo tempore abſtulerunt, & vobis in beneficium contulerunt, quod juſtum non fuit, nec eſt; & quiſquis hæc ſibi vindicat, Dominum inde ſine dubio habebit judicem, & ultorem. Quod ſi qualeſcumque rapaces & violenti niſi corrigant, ſi non humano nunc, certe quandoque divino judicio diſtrictiſſime punientur: qua putatis pœna mulctandi ſunt, qui contra Dominum ipſum magna mala perpetrare, manifeſtiſſime comprobantur? Denique non ...... huc ad moderni, non ſolum minime a piis & Domino dicatis locis * ..... verum etiam ex ſuis propriis innumera conferebant; adeo ut .. ... ſancta loca eo cum ſuis partibus cum Domini auxilio dedicatiſſimi, & eorum ... .... ampliata, quos ſi in largitionibus imitari non vultis, ſaltem, quæ Domini ſunt ..... violenter auferre nolite. Si enim de palatio Regis aliquid ..... ........ valet regaliter impunitus: quanto minus ab ædibus Domini, qui eſt Rex Regum & Dominus dominantium, ea quæ ipſius ſunt, violenter uſurpat, ejus valet ..... non ſubſequente correctione judicium, ſive pœna poterit exilire ....... ..... Itaque quoniam horrendum eſt incidere in manus Domini viventis, admonemus vos & hortamur, & tamquam divina præſentia proteſtamur, ut res Eccleſiarum, quas injuſte retinetis, eiſdem ſanctis locis ſine percunctatione & mora reddatis. Et deinceps nec eas, nec alias a piis locis ſurripere præſumatis. Si quis autem veſtrum nos audire contempſerit, & quæ ſalubriter ſuadere vobis nitimur, obedienter perficere, ac ſine dilationis ſtudio minime obſervare curaverit: omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum, præcipue Petri & Pauli auctoritate, quos in nobis contemnit, ſimul per eos & noſtræ mediocritatis ſententia venerandi corporis, & pretioſi ſanguinis Domini noſtri JESU Chriſti communione penitus privatus exiſtat: ſi autem reſipuerit, & his, quæ per hujus epiſtolæ textum dicimus, obedire ſtuduerit, & communionem Chriſti myſteriorum, & benedictionis gratiam, & ſalutem conſequatur æternam. Jubeo vos in Chriſto bene valere. Data menſe Decembrio Indictione xv.

* auferebant.

XCI. Ad poſtremum autem quæ reperta ſunt inter Nicolai epiſtolas a Nicolao Fabro Pariſiis miſſa vetera monumenta de facta electione Redonenſis Epiſcopi, & decreto ejus tunc confecto, & aliis ad eam ſpectantibus, quamvis corrupta nonnihil & corroſa inventa, ſint, hic nihilominus (ut ſe habent) deſcribenda pu-

PAGIUS XVI. *Quomodo fierent Epiſcoporum Ordinationes in Galliis.*

Ad num. XCI. & ſeqq. Sirmondus in Appendice ad Tom. II. Concil. Galliæ refert antiquas Epiſcoporum Promotiones, & inter eas num. XV. documentum de ordinatione Electranni Epiſcopi Redonenſis, facta *an. DCCCLXVI indict. XIV. anno Regis Caroli XXVII tertio Kalend. Octob. in parochia Turonica*, & in Præfatione ad eam Appendicem obſervat, *Ludovicum* Pium eligendorum Epiſcoporum Eccleſiæ Gallicanæ reſtituiſſe poteſtatem lege lata, quæ in lib. 1. Capitul. cap. 84. legitur. Cujus tamen legis beneficio ita electionum jure impoſterum uſæ ſunt Eccleſiæ Gallicanæ, ut ſingulæ mortuo Epiſcopo, primum omnium novi eligendi facultatem per Metropolitanum a Rege peterent, cum Viſitatore qui præeſſet electioni. Tum electionis factæ Decretum ad Metropolitanum referebatur, ut ea Regi probata, & electo coram Provincialibus Epiſcopis examinato, tum demum ordinaretur, mandatumque ab ordinatoribus acciperet quomodo ipſum in Epiſcopali munere juxta Canonum ſtatuta verſari oporteret. Quæ ſingula ſæpe locis ab Hincmaro Remenſi explicari ſoleant, tum in libro contra Hincmarum nepotem fere omnia expreſſa ſunt. Hæc patent ex electione Electranni a Baronio memorata.

XVII. *Normanni Gallias affligunt.* Nortmanni, inquit Annaliſta Bertinianus, *per Alveum Sequanæ aſcendentes, uſque ad caſtrum Milidunum, & Scaræ* (ideſt turmæ militares) *Caroli ex utraque parte fluminis pergunt: & egreſſis eiſdem Nortmannis a navibus ſuper Scaram, quæ major & fortior videbatur, cujus Præfecti erant Rodbertus & Odo, ſine conflictu eam in fugam mittunt, & onuſtis præda navibus ad ſuos redeunt. Carolus cum eiſdem Nortmannis in quatuor millium libris argenti ad penſam eorum paciſcitur, & indicta per regnum ſuum conlatione ad idem exolvendum tributum, de unoquoque manſo ingenuili exiguntur ſex denarii, & de ſervili tres, & de accola unus, & de duobus hoſpitiis unus denarius, & decima de omnibus, quæ negotiatores videbantur habere. Sed & a Presbyteris ſecundum quod unuſquiſque habuit, vectigal exigitur & heribanni de omnibus Francis accipiuntur*, &c. Paulo poſt: *Nobtmanni commixti Britonibus circiter quadringenti de Ligeri cum caballis egreſſi Cinomannis civi-*



putavimus, quo modus in electione ſervatus hoc tempore, innoteſcat. Sunt hujuſmodi:

*Litteræ quas ab ordinatoribus .... ...........* Quibus iſta ſunt poſtea præmiſſa.

*Anno Incarnationis JESU Chriſti Domini noſtri DCCCLXVI. Indictione decimaquinta, anno potentiſſimi Regis Caroli XXVII. iii Kalend. Octobris in parochia Turonenſi ordinavimus, & ad Pontificalem Sedem Redonenſis Eccleſiæ conſecravimus Electrannium, electione atque decreto Cleri & plebis ejuſdem Eccleſiæ.*

XCII. *Nos in Dei nomine Antiſtites Herardus Turonicæ Metropolis, Actardus Nannetenſis, atque Rotbertus Cenomanenſis, cum conſenſu, & litteris cæterorum diœceſanorum habito, apicibus præmoniti jam dicti glorioſi Regis Karoli, hujuſmodi ſtatuto & paternæ commonitionis decreto, ipſi viro allato, ut canonicis ſanctionibus, quantum divina ſuffragaverit pietas, libenter obtemperet, & ab illicitis ordinationibus, ut peſtem Simoniacæ hæreſis devitet, abſtineat; Concilia quoque ſacris præfixa Canonibus certis ſibi deſignata temporibus celebrare procuret, atque matri ſuæ Metropoli debita reverentia ſe ſubiicere non negligat, & juxta ſanctiſſimorum Patrum regulas, nihil niſi quæ ad propriam pertinent Eccleſiam, extra ejus conſenſum pertentet. Hæc ergo aliaque ad inſtitutionem, & informationem fidelis viri fratris & filii noſtri Electrannii die præfixo, verbo pariter & ſtylo promulgantes, pontificali hunc infula adornantes, ſacraque benedictione more ſanctiſſimæ Eccleſiæ ditantes, & baculo decorantes, ſanctiſſimæ Redonenſi Eccleſiæ pontificali eum ordine præfecimus, & paternæ cathedrali ſolio ſublimantes, confratrem, conſacerdotem, & conparticipem in regimine & gubernaculo Eccleſiæ ſanctiſſimæ nobis ex integro in Dei nomine effecimus. Manuum quoque * adnotationibus confirmamus.*

* f. admonitionib.

*DECRETUM CLERI ET PLEBIS, Univerſalis Eccleſiæ ſacroſanctis Patribus, præcipueque illius diœceſis præſulibus Eccleſia illa, unanimitas ſcilicet totius Cleri & plebis ſubmiſſæ devotionis obſequium in Domino.*

XCIII. Decretum electionis. *Ad aures veſtræ beatitudinis perveniſſe jam novimus exceſſum primi patris & paſtoris noſtri ..... & qualiter Eccleſia ſibi credita præſtantiſſimo paſtore ſic viduata plurimis terrarum finibus manifeſtum eſſe comperimus. Et ideo lacrymabiliter preces unanimis ſupplicationis veſtræ paternitati mittimus, ut nobis in ſubſtituendo paſtore morem Patrum & paſtorum beatorum Pontificum imitantes, paternum nobis ferre auxilium .... ........... humiliter poſcentibus .... ................ tum moribus & ſcien .............. auctoratum comperimus illum glorioſis .......... decubante ejuſque ſervitus immorantem nobis expetivimus .......... poſtulavimus habendum, & per Domini miſericordiam quæviſimus ........ Et quum divina miſerante clementia in ejuſdem poſtulationis devo...... benevolum atque concordem prænominatum noſtræ humanitati effecit Regem, juxta hoc quod Scriptura teſtatura teſtatur, dicendo (a), Cor Regis in manu Domini eſt, quocumque voluerit, vertet illud, totius Eccleſiæ Cleri ſcilicet, plebiſque in ejuſdem præclariſſimi viri electione ........ eſt devotio, unus idemque aſſenſus in nullo diſſimilis acclamatio, ſed ſicut nobis unus eſt Dominus, una Fides, unumque Baptiſma, ita & nobis omnibus in ſupradicti electione, pontificaliſque ordinis conſecratione atque ſubſtitutione, unum eſt per omnia velle, & nullum extraneum appetere: quin totius Eccleſiæ voce præſenti decreto concorditer & conſonanter Ec-*

(a) Prov. 21.

PAGIUS *civitatem adeunt. Quæ deprædata in regreſſu ſuo, uſque ad locum, qui dicitur Brieſerta veniunt, ubi Rodbertum & Ramnulfum, Gotfridum quoque & Heriveum Comites cum valida manu armatorum, ſi Deus cum eis eſſet, offendunt. Et conſerto prælio Rodbertus occiditur, Ramnulfus plagatus, cujus vulnere poſtea mortuus eſt, fugatur; & Heriveo vulnerato & aliis quibuſdam occiſis ad ſua quique diſcedunt.*

XVIII. *Moritur Carolus Aquitaniæ Rex.* Hoc anno *III. Kalendas Octob.* moritur *Carolus* Aquitanorum Rex, filius Caroli Calvi, plaga, quam in capite ante aliquot annos acceperat, ut notavit Annaliſta Bertinianus, qui anno inſequenti ſcribit, eundem Carolum Calvum Ludovicum alterum filium Aquitanis tunc Regem præfeciſſe.

XIX. *Moritur Ethelbertus Rex Saxonum Occidentalium.* Mortuus eſt etiam hoc anno, ut teſtatur Weſtmonaſterienſis, *Ethelbertus* Occidentalium Saxonum Rex, qui *ſtrenue dulciterque* regnum *per quinquennium* moderatus fuerat, inquit Malmeſburienſis lib. 2. de Reg. cap. 3. Cui ſucceſſit *Ethelredus* ejus frater, uterque filius Ethelwolphi Regis. *Quo etiam tempore*, ſubdit Weſtmonaſterienſis, *magna Danorum claſſis in Angliam veniens in regno Orientalium Anglorum hyemavit: ubi & maxima pars eorum, qui pedites erant, equeſtres effecti ſunt.* Huntindonienſis pag. 348. narrata Ethelberti Regis morte, aſſerit Ingar & Hubbam, duo naturæ monſtra, primum intraſſe Inſulam. *Viri*, inquit, *ſtrenuiſſimi, ſed crudeliſſimi. Hingar erat ingentis ingenii; Hubba vero fortitudinis admirandæ. Perendinantes igitur in hyeme in Eſtangle, inducias & equos ab iis acceperunt, & quietis gratia fortitudini ſuæ ad tempus pepercerunt.*

XX. *Anglia a Normannis miſere devaſtata.* In Vita Sanctæ Ethildritæ Virginis & Reginæ, Abbatiſſæ Elienſis primæ, a Thoma Elienſi Monacho, qui ſæculo XII. vixit, ſcripta, & Sæc. II. Benedict. recitata, cap. 39. habetur: *Anno ab Incarnat. Domini DCCCLXVI. ro-*

*Eccleſia * mando virum memoratum, non ſimplici, ſed multiplici ſermone cordis & corporis devotione nobis paſtorem eligere, eumque idoneum, quantum noſtræ fragilitati noſſe conceditur, tanto pontificio eſſe, ſicut voce fatemur, ita omnium noſtrorum ſubſcriptionibus devotiſſime roboramus, & communi annotationis decreto Domini miſericordia præduce diuturnitate temporum nobis paſtorem habendum eligimus & optamus: more quoque canonico ſub Geſtorum ſerie confirmamus.*

XCIV. *Exemplar, quod de parochia ad parochiam convenit tranſmitti.*

*Specialis gratiæ ...... redimito conſacerdoti egregio illius nomine ſolo merito Epiſcop. illius perennem in Domino felicitatem.*

*Magiſtra omnium charitas ita in omnibus omnia poſſidet, ut & in ſingulis ſingula, & in omnibus contineat univerſa, Apoſtolo ita dicente (a): Omnibus omnia factus ſum, ut omnes lucrifaciam. Itemque (b): Non quæro quod mihi utile eſt, ſed quod multis ut ſalvi fiant. Propter inviolabilem igitur compagem ejuſdem certum eſt regulis ſanctiſſimorum Patrum eſſe ſtatutum, ne quis de civitate ad civitatem, aut parochia ad parochiam tranſeat, & propter unitatem ejuſdem ſanctiſſimæ charitatis, quæ non in ...... diffunditur, nec quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ multorum ..... ejuſdem ſacris ſtatuitur regulis, ut ſerie litterarum commendemur, quicumque neceſſitate aut utilitate hujuſmodi inconſitum decurrere ......... dilectionis tenore ſervato mittimus beatitudinis noſtræ pariter fratre noſtro ...... præſentem fratrem illum dictum in gremio nobis Eccleſiæ divinitus traditæ ............ poris aliquotiens in monitum. Quin etiam ad...... officio ſublimatum, quem, quia ſanctiſſimæ Eccleſiæ utilem filium atque perſpicuum ............... egregie quoque perſpeximus fructuoſum ſanctitatis noſtræ cæterorumque fratrum .. ............... aſpicimus, benigne poſcimus ſuſcipiendum, tractandum in omnibus atque favendum............ clementia ad ſuperioris ordinis vocare delegerit officia. Ubicumque cum Cleri aut plebis conſenſus, canonico comitante decreto, vocaverit, coadunato noſtræ humilitatis ........ipſum libere in eo, & de eo quæcumque jure canonico exequendæ ſunt, agere procuretis, & efficaciter noſtris poſtulatis annuentibus, petitionibuſque ſuffragantibus, efficere decertetis. Ut autem geſta ſanctiſſimæ paternitatis veſtræ erga eumdem fratrem immota eſſe valeant per ſuccedentia tempora, manu pontificii noſtri eiſdem apicibus annotanda ſubjungimus.*

(a) 1. Cor. 9.
(b) 1. Cor. 10.

*PROFESSIO FIDEI ORDINANDI.*

*Interea Fidei profeſſio nulla certior, rectiorque poteſt proferri, quam Nicænæ Synodo competens & conſonans, & in nullo a veritate excedens, quæ hic ſub brevitate perſtringitur.*

XCV. *Credo in * Dominum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium factorem, & in unum JESUM Chriſtum Dominum, & Deum noſtrum, natum ex Patre, * Dominum, ex Domino, lumen de lumine, omnipotentem de omnipotente, & immenſum de immenſo, inviſibilem de inviſibili, ejuſdemque unigenitum, ex ſubſtantia Dei Patris homouſion, id eſt ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ; per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo & in terra ſubſiſtunt......... plenitudine temporum humanos miſericors errores, pariterque propitiatus ſaluti, deſcendit de ſinu Patris, incarnatus, homo factus eſt, paſſus & ſepultus eſt, ac die tertia reſurrexit, quadrageſimo die ad cælos aſcendit: Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos, ut reddat unicuique ſecundum opus ejus. Credo & in Spiritum ſanctum, illuminatorem, & vivificatorem omnium ex Deo Patre, Filio æqualiter procedentem, per cujus gratiæ donum in Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ baptiſmate tribuitur remiſſio peccatorum:*

* Deum
* Deum de Deo

Cre-

PAGIUS *regnante Rege Ethelàredo Occidentalium Saxonum, magna Paganorum claſſis ſub Rege Ingare cum duobus fratribus ejus Evulfo & Halſdene cum collega ſuo Ubbæ nomine, totius doli & malitiæ illi per omnia conſimili, comitantibus illos tribus Regibus, Hoſtenio, Bagſeg, & Guthrum, & eorum fortitudine, cum plurimo comitatu Ducum & Procerum, (quos enumerare oneroſum eſt, in Chronica vero deſcribuntur), cum innumerabili fortitudine fortium pugnatorum, de Danubia* (legendum, ut videtur de Dacia, niſi eo nomine Auctor Daciam intellexerit) *in Britanniam advenit & in regno Orientalium Anglorum, quod Eſtangle dicitur, hyemavit: ubi Deo acceptus Edmundus fidei Chriſtianæ cultor tenebat imperium. Hi omnes perſecutores Chriſtianorum erant crudeles naturali ferocitate, ut neſciant malis hominum miteſcere: abſque ulla miſeratione paſcuntur hominum cruciatibus; & juxta Prophetæ vaticinium*, quod ab Aquilone venit omne malum, *flante borea, ac gelidis nativitatis ſuæ ſedibus gens eadem nequam proſilivit, ſubitos ac neciferos turbines in omnes fines Britanniæ flavit, nunc mari, nunc terra circuiens, flammis ac ferro cuncta depopulans: & niſi divina impediretur miſeratione, conata eſt in exterminium adducere totius fines Britanniæ. Et quia legis Dei cultores eos eſſe noverat, omnino delere aut ſervituti ſubjugare nitebatur. Cum Chriſticolis pacem habere noluit; unde Monaſteria divino permittente judicio univerſa ab ipſis fundaminibus diruens, cædibus & incendiis devaſtabat. Geſta ſunt hæc anno primo regni præfati Regis Ethelredi filii Edelvulfi. Deinde anno ſecundo*, &c.

XXI. *Muſtainus Billa* Calipha Babyloniæ Imperio de-



*Credo Sanctorum communionem, & vere carnis reſurrectionem, vitam quoque cum Angelicis ſpiritibus, & Sanctis omnibus æternam confiteor. Amen.* Hactenus ibi. Jamque ad annum ſequentem tranſeamus.

An-

PAGIUS *Depoſitio Caliphæ Babylonienſis.* depoſitus fuit anno Hegiræ CCLII. *die Veneris, quarto Muharrami*, inquit Elmacinus lib 2. cap. 13. Ideoque hoc Chriſti anno die viceſima quinta Januarii, in quem dies ille IV Muharrami incidebat. Ei ſucceſſit *Almotazzo Bellahi*.

I. Annus Redemptoris ſequitur octingenteſimus ſexageſimus ſeptimus, Indictione decimaquinta, quo Legati duplicis legationis in Orientem decreti in fine anni ſuperioris a Nicolao Pontifice in Rom. Conc. pervenerunt in Bulgariam. Quam autem benigne, quamque grato animo, ea quæ ad Bulgaros miſſa eſt legatio, ſuſcepta fuerit, primum omnium ex Anaſtaſio videamus, qui ait: *Porro a prænominato Rege Bulgarorum Apoſtolici Miſſi pia mente, chariſſimaque devotione ſuſcepti, cœpere ſalutaribus edocere populum monitis, & a minimo uſque ad maximum ſacro fonte, Dei gratia, abluere, omnemque ritum Chriſtianæ Fidei (ſicut a ſanctiſſimo Papa inſtructi fuerant) & conſuetudinem Bulgaris tradiderunt.*

Legatio ad Bulgaros digne excepta.

*Glorioſus autem Rex Fidei tanta cœpit flagrare monitis hujus pii Patris conſtantia, ut omnes a ſuo Regno pellens alienigenas, præfatorum Apoſtolicorum ſolummodo prædicatione uſus Miſſorum, paſcuis vitæ æternæ jugiter refici, pia mente decreverit: unumque ex eis Formoſum vita & moribus Epiſcopum, ſibi dari Archiepiſcopum expetierit.*

II. Vides Lector, quod & memoria retine, qualis, quantuſve fuerit Formoſus iſte, quem poſtea, (ut auditurus eris) viventem & mortuum vis tyrannica exagitavit. Pergit Anaſtaſius: *Tunc iterum idem Rex Legatos ſuos Romam direxit, & inter alia, beatiſſimo Papæ idipſum ſuggerens, ab ejus ſanctitate pro inſtructione gentis illius presbyteros poſtulavit. Ipſe vero talibus Papa compertis, valde gaviſus eſt, & infinitas Deo laudes rependens, non paucos numero coram ſe probavit presbyteros, & quos dignos reperit, prædicationis gratia in Bulgariam direxit, cum quibus Dominicum Trivenſem, & Grimoaldum Polimartienſem Epiſcopos deſtinavit. Ut quia Formoſum ipſum plebem dimittere ſibi creditam non oportebat Epiſcopum: ex his presbyteris ad Archiepiſcopatus dignitatem, qui dignus inveniretur, in nomine Domini tandem eligeretur, & Sedi conſecrandus Apoſtolicæ mitteretur.*

III. *Inter hæc idem ſtatuit beatiſſimus Papa, ſolertiſſimuſque vitiorum corrector & Dei cultor, ut penetrantibus ipſam Bulgariam Epiſcopis, Paulus, cujus ſuperius mentionem fecimus, Populonienſis, ipſeque Grimoaldus Epiſcopi in Bulgaria quidquid ad divinum miniſterium pro inſtitutione gentis illius pertineret, efficerent. Et ſæpius dictus Formoſus & Dominicus venerabiles Epiſcopi iterum Conſtantinopolim pro ſchiſmate ibi exorto proficiſcerentur.* Sed iſta poſtea, licet effectum non ſint conſecuta. Hæc de his, quæ ſpectant ad legationem ad Bulgaros miſſam.

IV. At quid contigerit aliis Legatis Apoſtolicæ Sedis cum his ſimul miſſis Conſtantinopolim per Bulgariam, idem Anaſtaſius ita narrat: *Sed præfatis Paulo & Formoſo Epiſcopis in Bulgaria morantibus, Donatus reverendus Epiſcopus, Leoque presbyter, & Marinus Apoſtolicæ Sedis diaconus, dum Conſtantinopolim ire vellent: ecce inter fines Bulgariæ Conſtantinopolitanorumque quemdam Theodorum Marcam illam cuſtodientem invenere, qui eos ultra non dimiſit abire. Quin potius innumeris eos denotans injuriis, adeo tantæ Sedis Legatis abuſus eſt, ut etiam equorum in quibus ſedebant, capita percuteret, diceretque: Imperator noſter vos neceſſarios ſane non habet. Sed idem Imperator Legatis Regis Bulgariæ ita fertur dixiſſe: Niſi per Bulgariam Miſſi Sedis Apoſtolicæ veniſſent, nec faciem meam, nec Romam diebus vitæ ſuæ viderent. Illi vero per quadraginta dies illic reſidentes, ut cognovere, quia hoc Imperator Græcorum fieri juſſerat, terga vertere, & Romam hæc eadem nuntiantes, coacti reverſi ſunt.* Hæc Anaſtaſius.

Legati ap. S. Retenti juſſu Michael. Imp.



ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6360.

☉ 8. E. ☽ 13. P. 30. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 867.

HADRIANI II. PAPÆ 1.

LUDOVICI IMP. 19. 18. & 13.

BASILII IMP. 1.

Anno Eræ Hiſpan. DCCCCV Anno Hegiræ CCLIII inchoato die 12. Januarii fer. 7. Anno Hegiræ CCLIV. inchoato die 31. Decemb. fer. 5.

A. C. 867. I. Concilium Tricaſſinum.

Anum. V. ad XLII. Concilium *Tricaſſinum* ab iiſdem, qui anno præcedenti apud Sueſſiones Epiſcopis, Nicolai Papæ juſſu congregatum, idque *die VIII. Kal. Novemb.* ut diſerte legitur in Annalibus Bertinianis. Epiſcopi iſti totam *Ebonis*, & ordinatorum ab eo Clericorum, ſed ab *Hincmaro* Synodoque Sueſſionenſi II. depoſitorum, cauſam & Hiſtoriam ſecundum Pontificis mandata, accurate & fideliter expoſuere in Synodica, quam ad illum direxere, eumque rogarunt, ne Metropolitanorum & cæterorum Epiſcoporum privilegia convelli pateretur. Scripſit etiam ad Nicolaum I. de eadem cauſa *Carolus Calvus*, cujus Epiſtola non parum prolixa ſubjuncta eſt Synodicæ Concilii Tricaſſini Tom. VIII. Concil. pag. 876. Sed cum *Nicolaus* die XIII. Novembris vita functus eſſet, *Hadrianus* II. ejus Succeſſor Synodicam Patrum Tricaſſinorum ſuſcepit, & reſtitutionem *Vulfadi* & Sociorum confirmavit. Juſſit præterea ſilentio obvolvi cauſam *Ebonis*; cum præ longitudine temporis acta in ejus cauſa ſciri non poſſent; & de his qui ad Deum migrarunt, facile judicare non liceat. Hic fuit cauſæ illius exitus; nullumque deinceps negotium Vulfado & Sociis creatum. Annaliſta Bertinianus pluribus de geſtis in hac Synodo diſſerit, ſed animo parum erga Carolum Calvum æquo. *Vulfadum* virum doctum fuiſſe oſtendit Epiſtola Paſtoralis ab eo jam Archiepiſcopo Bituricenſi ad Parochos ſuos ſcripta, & a Mabillonio Tom. IV. Analect. pag. 602. e tenebris eruta.



V. Porro de non admiſſis Apoſtolicæ Sedis Legatis, & male habitis, prolixior eſt narratio ipſius Nicolai Papæ in epiſtola ad Hincmarum ſcripta, & alios Epiſcopos in Regno Caroli conſtitutos, data hoc anno ab eodem, cum occaſione Trecenſis Synodi, ab ea & ab Hincmaro miſſæ ſunt ſynodales epiſtolæ ad eumdem Pontificem Nicolaum, de quibus dicturi, primum de ipſa Trecenſi Synodo hoc anno juſſu ejuſdem Nicolai convocata dicendum.

Trecenſis Synodus habetur.

Celebrata eſt, inquam, præſens Synodus auctoritate Nicolai Papæ, occaſione Sueſſionenſis Concilii anno ſuperiori, ejuſdem Pontificis juſſu, ut vidimus, habiti: adeo, ut hæc ipſa Synodus quodammodo haberi poſſit tamquam appendix ad illam, cum in eadem cauſa verſati ſint Patres, de ordinatione clericorum Rhemenſium facta ab Ebbone, cum eſt in eam Eccleſiam reſtitutus, cujus occaſione juſſum eſt ab origine Ebbonis ipſius cauſam repetere; quod & congregati Trecis Epiſcopi egregie præſtitere. Extant primum litteræ Epiſcoporum in Regno Caroli, & Lotharii conſtitutorum ad Epiſcopos in Ludovici regno manentes, quibus eos ad hanc invitant Synodum, quas egregias quidem nondum editas, ex codice Trevirenſi acceptas, quibus infelix præſentis temporis ſtatus aperitur, hic deſcribemus. Sic enim ſe habent:

VI. *Reverentiſſimis atque ſanctiſſimis fratribus omnibus Archiepiſcopis & Coepiſcopis in Regno domini & glorioſi Regis Hludovici conſiſtentibus, devotiſſimi fratres omnes Archiepiſcopi, & Coepiſcopi ex Regnis dominorum, & glorioſiſſimorum Regum Karoli, atque Hlotharii ſummæ felicitatis gaudium, pacem, & ſempiternam in Deo vero beatitudinem.*

Qualis rerum ſtatus.

*Claret veſtræ prudentiæ, quod periculoſorum temporum ſeries jam jamque illo tendere cernitur, ut ſancta Mater Eccleſia in ſuis rebus, & ordinibus non modica patiatur diſcrimina. Quam acerba vero ſcandala, & quam deteſtabilia ſchiſmata in his Regnis & ſanctis Dei Eccleſiis magis magiſque crebreſcant (quod lugubre dicendum eſt) cuncti pene ſanctæ Matris Eccleſiæ filii acriter ſentiunt. Hinc fieri videmus Eccleſiarum deprædationes, ſuarumque rerum rapaciſſimas mutilationes, pontificum quoque dehonorationes, optimorum conculcationem, ſubjectorumque importabiles oppreſſiones, ſpoliationes, orbationes, captivitates, & cæteras intolerabiles ærumnas: * poteſt omnia mala, quæ nobis pro noſtris peccatis ab impiis inferuntur paganis. Unde nos, deſideratiſſimi fratres, graviter condolentes, hos lacrymabiles veſtræ ſanctitati direximus apices, humiliter petendo, ut nobis in tantis miſeriarum gurgitibus conſtitutis, veræ charitatis, piæque compaſſionis auxilium ferre non dedignemini, implentes illud Apoſtoli dictum (a): Si patitur unum membrum, compatiantur neceſſe eſt omnia membra.*

* præter vel poſt &

(a) 1. Cor. 12.

VII. *Et quia unum corpus ſanctæ Eccleſiæ per orbem diffuſæ ab uno paſtorum principe regitur, omnium quoque membrorum debet communi ac ſalubri proviſione tueri. Quippe ſancta & inviolabilis Apoſtolicæ dignitatis antiquitas a Chriſto Domino noſtro in Fide fundata totam Eccleſiæ ſucceſſionem ſalubribus, & felicibus inſtituit documentis, inter quæ decenter inſeruit, bis in anno Concilia celebrari, ut ſacræ religionis, & canonicæ auctoritatis norma, ſanctiſſimorum præſulum Conciliis, & Chriſtianiſſimorum Principum ſanctionibus roborata, in nullo a ſuæ rectitudinis ſtatu interpolata varietate rerum exorbitaret. Et quia hoc idem rarius celebratur, non modice perſentit Eccleſia. Revera malignorum perſecutio admodum ſæviens Eccleſiaſtica negotia perturbare non ceſſat. Et ne ad ſuæ rectitudinis tramitem ullo pacto redire queat, ipſos quoque miniſtros Chriſti ab invicem dirimere ſatagit. Quid itaque inter hæc agendum eſt, dilectiſſimi fratres? aut quo nos vertere oportet? quemque invocabimus niſi cœlorum Principem? quoniam ipſe (b) eſt omnibus invocantibus ſe in veritate. Ipſum ſuppliciter obſecramus, ut corda quorumlibet ſchiſmaticorum ad meliora convertat, & ſuas juſtitias in eis oſtendat, ne navis Eccleſiæ procelloſis turbinibus fiat ſubmerſa, populuſque Chriſtianus, immo Eccleſiaſticus ordo fiat confuſus. Ob quam rem multum, deſiderantiſſimi fratres, ob illius amorem, cujus ſpiritu totum corpus Eccleſiæ ſanctificatur & regitur, veſtræ ſanctitatis ſolertiam ad generalem Synodum invitamus; de generali ſanctæ Eccleſiæ utilitate, officio, & fervido ſtudio tractaturi. Quod quidem non temere ac præſumptuoſe expetimus, ſed potius cum conſultu & conſenſu noſtrorum glorioſiſſimorum Principum Karo-*

Synodorum neceſſitas & utilitas.

(b) Pſal. 144.

roli Hlotharii. Unde illi ferventiſſimo zelo pietatis accenſi, petitionibus Epiſcoporum, juxta canonicam inſtitutionem ſalubriter acquieverunt; immo dilectum fratrem noſtrum Adventium ſanctæ * mediæ matri . . . . . . Eccleſiæ Epiſcopum Hludovicum Regem, inter cœtera legationis verba interpellare ſanxerunt, ut & ſuæ majeſtatis conſenſus veſtram ſanctitatem ad jam dictum Concilium venire permittat. Credimus enim, quod Chriſtus Deus noſter, in cujus manu corda ſunt Regum, ejuſdem Principis cor ad ſuam & noſtram, omniumque Fidelium communem, ſaluberrimamque utilitatem vertere debeat, ſuæque ſerenitatis conſenſus veſtram ſanctitatem ad ſtatuenda, & relevanda Eccleſiaſtica negotia, in eadem Synodo dirigere non abnuet.

* Mediomatricorum. Adventius Legatus.

VIII. Porro circa diem ix. Kalend. Majarum eamdem Synodum, in loco, qui vocatur, Trecas, celebrare diſponit noſtra in commune omnis Eccleſia. Ergo agat veſtra ſancta unanimitas, & ad Concilium divina, ut credimus, diſpoſitione coadunandum, citiſſime confluat, concurrentibus etiam nobis & inſtanter, ac perſeveranter de credita nobis paſtorali cura, auxiliante paſtorum principe, decertemus, & ſi neceſſe fuerit, uſque ad mortem agonizemus. Multum equidem prævalebit ſancta, & concors Epiſcoporum coadunatio, quæ cœlos dividit, & aperit, animas ligat, & ſolvit; quod & præteritis temporibus multis claruit vicibus. Etenim ſynodalibus conventibus, atque decretis totus orbis Chriſto dicatus & ab hæreticorum veſania, & ſchiſmaticorum violentia, & Judæorum perfidia, paganorum quoque infeſtatione factus eſt immunis & pacatiſſimus. Multi quippe Reges & Principes ſynodalibus decretis colla ſubdiderunt. Igitur per illuſtrium Pontificum inſtituta multi infideles ab erroribus ſunt erepti, & ad viam veritatis atque canonicæ diſciplinæ dignoſcentiam transducti, & ad æternæ pacis gaudia ſunt ſublimati. Cur ergo nos chariſſimi & Chriſto devoti milites, in noſtro agone torpeſcimus? quare non æmulatores legis, præcedentiumque Patrum, ut illorum comparticipes gloriæ efficiamur? Si enim prophetica tuba terribiliter clamat (a): Maledictus, vir, qui prohibuerit gladium ſuum a ſanguine; ut quid noſtra vox & auctoritas, immo pia unanimitas, ac zeli ardor tepeſcit, quorum numeroſitas ſalus erit Eccleſiæ?

(a) Jer. 48.

IX. Confidimus enim in Domino, quia ſi in unum conglobata fuerit noſtra ſincera fraternitas: multiplex Eccleſiæ Dei propagabitur utilitas, adjuvante Domino noſtro JESU Chriſto, qui ſuis Fidelibus promiſit, dicens (b): Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. Quos etiam inter preſſuras conſtitutos ſpiritali armavit antidoto, dicens (c): Confidite, quia ego vici mundum. Verum humiliter conteſtamur veſtram ſanctitatem, per Viventem in ſæcula ſæculorum, ut hujus epiſtolæ verba ex affectu veræ charitatis procedentia benigne a veſtra ſanctitate ſuſcipiantur, & per Legatos veſtros in manibus omnium Archiepiſcoporum & Coepiſcoporum fideliter imponantur. Omnipotens Deus deſiderabilem ſanctitatem veſtram virtutum floribus multipliciter inſignitam, ad exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ conſolari, ſemperque exaltare dignetur. Amen. Hactenus de indictione Trecenſis Synodi litteræ, in quibus miſerandum, ſtatum Eccleſiæ Gallicanæ ſuis coloribus tamquam in tabula expreſſam imaginem es intuitus.

(b) Matt. 28.

(c) Joan. 16.

Celebrata eſt quidem illa ix. Kal. Novemb. ut apparet ex ſynodalibus litteris, quæ ſcriptæ ſunt ad Nicolaum Romanum Pontificem, quæ defuncto illo, redditæ ſunt ejus ſucceſſori Hadriano, ut ex ejus litteris ad ipſam reſcriptis conſtat: eas autem a noſtro Fabro acceptas totas hiſtoricas hic tibi reddimus, hactenus numquam cuſas. Sic enim ſe habent: X.

Reverentiſſimo & Sanctiſſimo domino patri ac univerſali Papæ Nicolao, Epiſcopi, qui præterito anno per gratiam Dei, & decretum veſtrum, apud Sueſſionicam urbem cum aliis, qui tunc nequiverunt adeſſe, IX. Kalend. Novembr. prima Indictione apud Trecas convenimus.

Synodalis ep. Conc. Trecenſis

Seriem rerum geſtarum de Ebbonis quondam Rhemorum Archiepiſcopi dejectione, ſed & de ipſius reſtitutione; necnon & de fratris Vulfadi ac collegarum ejus promotione, etiam dicti Ebbonis quondam iterata repulſione, ad aliamque Eccleſiam migratione, unde a nobis inveſtigari, & vobis remandari juſſiſtis, quia his nemo noſtrum in ordine Epiſcopali interfuit, niſi frater Rothadus, ſicut ex Regum & Epiſcoporum monumentis, atque relationibus eorum, qui interfuerunt, & ſcriptis ſuis poſteris reliquerunt, breviter collegimus; veſtræ ſanctiſſimæ paternitati, & præcellentiſſimæ auctoritati tranſmittimus, quæ antea colligere, & auctoritati veſtræ dirigere neceſſarium non putavimus. Atque ideo ampliora ſcribere ſagacitati veſtræ ſuperſedimus. XI.

Nobis tamen in dejectorum fratrum, de quibus ſcripſiſtis, reſtitutione, non quidem diſceptantibus, nec alia atque alia decernentibus, ſed unum idemque ſecundum traditionem majorum quam diſcretioni veſtræ intimare curavimus, ſentientibus, quos non procacia obnoxios fecit, XII.



cit, ſed obedientia inculpabiles in adeptionem ſacrorum graduum, juxta ſinceriſſimum ſapientiæ veſtræ intellectum induxit, ſine contradictione in ſuis ordinibus reſtituere maturaremus, niſi privilegiis ſanctæ Romanæ Sedis per reverendum confratrem noſtrum Hincmarum Archiepiſcopum noſtræ unanimitatis prolatis quæ de ipſis viris quædam ſtatuerunt, debita reverentia exhiberetur. Quorum ſumma perfecta & integra firmitas, ut claruit, & juſtum eſt, in Apoſtolicæ Sedis reſervata erat arbitrio poteſtatis. Quorumque privilegiorum authenticas chartas, cum ſalvis ſigillis, & incorruptis ſcripturis, idem confrater & conſacerdos noſter non ad ullam controverſiam, ſed ad debitam reverentiam Sedi Apoſtolicæ, ut dignum eſt, exhibendam oſtendit, cum geſtis Epiſcoporum, quorum vos acta relegiſſe, & qualiter præſignati clerici degradati fuerint, reperiſſe, nobis aperire dignati eſtis. Nobis quoque in ejuſdem rei negotio decertantibus, & quædam deflorantibus, non tamen terminantibus, eo uſque cauſam perduximus, ut ſolummodo magiſteriali veſtro culmini eorum aſſignaretur reſtitutio, attribueretur reformatio, adſcriberetur redintegratio. Unde poſtea unanimitas noſtra in quamcumque partem proterve non declinavit, etſi quidam inevitabili neceſſitate in aliquo eorum ſecus quam ſcripſimus, peragere maturarent. Urgente quoque devotiſſimi filii veſtri domini noſtri pro Regni totius diſſidio regali juſſione. Egimus ſiquidem, prout potuimus, in ſuccincta collectione de geſtis rerum, & Epiſcoporum, ex cauſa Ebbonis, & ut præcepiſtis, & ut præſignavimus, veſtræ auctoritati tranſmittimus.

XIII. Ebbonis cauſa repetita.

Juſto Deo judice permittente, & invidia diaboli operante, olim recolenda memoriæ Ludovici Pii Auguſti filii, factione malevolorum hominum, ſine conſilio atque conſenſu Papæ Gregorii, quem Hlotharius, ſub obtentu pacificandi eos cum patre, Roma promoverat, & ſecum uſque * Meliſatium pagum perduxit, patrem Imperio pepulerunt, & ſub cuſtodia uſque ad Sueſſionis urbem perduci fecerunt; & ut populo credibile poſſet fieri, quod merito fuerat a Regno expulſus, in eum quædam crimina conficta fuerunt, pro quibus prætextu publicæ pœnitentiæ ab Eccleſiæ liminibus eum excludi, quorumdam Epiſcoporum judicio, Ebbone, ut dicebatur, in hoc præcipue ſatagente, obtinuerunt, uſque dum Hlotharius territus conventu plurimorum fidelium ejuſdem Imperatoris, fuga lapſus patrem ſuum adhuc ab ingreſſu Eccleſiæ ſequeſtratum dimiſit, & aſcendente illo, qui affuerunt Epiſcopi, Imperatorem in Eccleſia ſancti Dionyſii reconciliaverunt & Eccleſiaſticæ communioni reſtituerunt.

* in Eliſatium



XIV. Quod Ebbo audiens, pondere perpetratæ in Imperatorem actionis, quæ illi maxime reputabatur, exterritus, relicta ſua provincia, in alteram provinciam fugam arripuit: ubi aliquamdiu deliteſcendo ſe occulere poſſe putavit, uſquequo eventu videret, quid ſibi ſalubrius agere poſſet: quod Imperatorem latere non potuit; & fama vulgante, quod contrarias Imperatori partes ſequi diſponeret, per Rhothadum Coepiſcopum ſuum, & per Ercanradum, in cujus Eccleſia latitabat, ſed & per alios ſuos fideles eum ad ſe Imperator ſub cuſtodia deduci præcepit: quem in monaſterio ſancti Bonifacii utque ad tempus Synodi ſervari præcepit: ad quem anno Incarnationis Domini DCCCXXXV. omnes, qui convenerant, Epiſcopi ſigillatim libellos de reſtitutione Imperatoris communi conſilio atque conſenſu ediderunt, quos in corpus unius voluminis nobis oſtenſi congeſtos propriis manibus ſubſcripſerunt, cum quibus & Ebbo libellum manu ſua Archiepiſcopali auctoritate ſubſcriptum edidit, in quo profeſſus fuit, quidquid in ipſius Imperatoris dehonoratione atque Regni privatione contumelioſe geſtum fuerat, nec canonice, nec juſte factum fuiſſe. Cæterorum etiam Epiſcoporum, qui ad eumdem conventum confluxerant, libelli, de objectis criminibus in Imperatorem, compilati non tacent.

XV. Et poſt datos libellos venientes Epiſcopi cum Imperatore, & quamplurimis ejus proceribus atque fidelibus in urbem Metenſium, in baſilica ſancti Stephani, inter alia quæ tunc ibi fuere acta, Ebbo publice tam pro Imperatoris placanda offenſa, quam pro gratia ejus recuperanda, & ſua injuria removenda, quædam minus caute, pro ſui tamen ereptione in Imperatoris juſtificatione, & in ſua denotatione pronuntiavit. Indeque ad Theodonis palatium cum quibus perrexerat, Imperatore regreſſo, in Epiſcoporum Synodo Ebbo præſens ab Imperatore preſente eſt accuſatus, quod eum falſo fuerat criminatus, & eiſdem falſis criminibus impetitum a Regno dejecerat, armiſque ab eo ablatis, nec confeſſum, nec convictum, contra regulas Eccleſiaſticas ab Eccleſiæ aditu, ac Chriſtianorum ſocietate eliminaverat. In quo moleſtiſſimum in ſe ſentiens dominum Imperatorem, petiit Ebbo ſeceſſum, quatenus ſine præſentia Imperatoris liceret ei in Synodo Epiſcoporum ſuam agere cauſam. Quod obtinens, convocavit ad ſe quoſdam Epiſcopos, & eorum uſus conſilio, ut & ipſe opprobrium vel periculum imminens de impetitis, vel de impetendis declinaret, & ſacerdotalis dignitas inſultationem ſacu-

cularium devitaret, libellum temperantiæ, juxta decreta Leonis Papæ, ſicut tunc cautius invenire potuerunt, dictavit, & ſcribi coram ſe fecit, ac propria manu ſubſcripſit, eumdemque propria ac judicum ſuorum vocibus profeſſione atteſtatum, Synodo in abdicationem ſui ſponte porrexit. Poſt cujus libelli recitationem & Epiſcoporum, quibus ſecretius confeſſus fuerat, reſponſionem, omnium denuntiatione actum eſt, ut a pontificali ceſſaret miniſterio. Cujus libelli exemplar Papæ Leoni miſſum, auditu didicimus.

XVI. Sed veſtræ auctoritati in altera ſchedula, cum his, quæ eidem libello ſuperaddiderunt Epiſcopi, dirigimus; quæ qualiter regulis ſacris conveniant, veſtra trutinabit clariſſima ſapientia. Sicque ſine reclamatione manifeſta, in Ciſalpinis regionibus idem Ebbo per diverſa monaſteria commendatione Imperatoris degit uſque ad annum Incarnationis Dominicæ DCCCXL. & uſque ad obitum ipſius Imperatoris, qui eodem anno xii. Kalend. Jul. contigit. Defuncto autem eodem Imperatore, Hlotharius ab Italia in Franciam venit, cui ad Vormaciam civitatem Ebbo, deducente Boſone Abbate, cui commendatus ad cuſtodiendum fuerat, occurrit; eique Hlotharius poſt aliquot dies per edictum Imperiale, quod in altera ſchedula vobis mittimus, ſedem & diœceſim, conſentientibus & cooperantibus non paucis Epiſcopis ſicut ibidem eſt ſcriptum, reſtituit. Karolo denique a Hlothario Sequanam tranſmiſſo, Ebbo Rhemorum Eccleſiam recepit & tenuit; atque Epiſcopale miniſterium, ſuffraganeis Eccleſiæ Rhemorum Epiſcopis præſentibus ac conniventibus agere cœpit.

Ebbonis reſtitutio.

XVII. Et hoc fratres, de quibus agitur, Vulfadum videlicet & collegas tempore canonico ordinavit; qui ſicut profitentur, excommunicatione, & reſtitutione illius tunc aliud neſcierunt, niſi quoniam in Eccleſia Rhemenſi cum ab Epiſcopis, ſicut ipſe dicebat, regulariter reſtitutum, nullo contradicente ſolemniter ſacrum officium & pacifice per annum circiter celebrare viderent. Et non ſacros ordines provehendos importune ingeſſerunt, ſed acclamatione, & atteſtatione ipſius Eccleſiæ, ut ordinarentur obedierunt; & hoc modo, ut diximus, per illud temporis ſpacium, Ebbo Rhemenſem Eccleſiam tenuit, donec Karolus reſumptis viribus, & copiis Sequanam tranſmeavit, & in Belgicam regionem iterum reverſus fuit. Quod audiens Ebbo, relicta Rhemenſi Eccleſia, ad Hlotharium ſeceſſit, & in ejus familiaribus obſequiis, vario eventu accedente inter illum & fratres ejus, manſit: & in Ciſalpinis regionibus Abbatiam ſancti Reclami, ſed & Abbatiam ſancti Columbani in Italia apud eum obtinuit: ubi rerum proprietatem pretio comparavit, & per idem tempus ipſius Imperatoris diverſas legationes in diverſas partes peregit, uſque dum anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo quadrageſimoquarto una cum Drogone Metenſium Epiſcopo ſub Sergio Papa Romam adiit. Quorum ſiquidem adventum moleſte Sergius Papa accipiens, quid in eum intulerit, ſufficienter epiſtola ſancti Apoſtolatus veſtri nobis miſſa docuit.

XVIII. Demum Roma reverſus, quodam proceſſu temporum legationem in Græciam a Hlothario ſibi injunctam ſuſcepit, quam exequi detractavit. Idcirco idem, ab eodem Imperatore Abbatiis ablatis, & a ſe data ſupraſcripta proprietate Hirmingardi Imperatrici, Hludovici largitione Regis Germaniæ, in provincia Moguntina, & regione Saxoniæ, non longe a vicinitate finium Northmannorum, quibus a Paſchali Papa prædicator fuerat deſtinatus, Epiſcopium Hildeſſheim vacans obtinuit. Ubi etiam auctoritate cujuſdam privilegii nobis oſtenſi a beato Gregorio Papa ſibi collati, connivente ſupra memorata ſua reſtitutione, miniſterium pontificale finitenus exercuit. Hujus quippe exemplar vobis in alia ſchedula mittimus, quo continetur, in tranſmigratione alterius parochiæ ut Epiſcopali & prædicationis licenter fungeretur officio.

XIX. Anno autem Incarnationis Dominicæ DCCCXLV. Karolus Synodum Epiſcoporum Regni ſui apud * Belvagum civitatem provinciæ Rhemenſis convocavit: ubi inter cætera Eccleſiæ ac Regni negotia neceſſaria de Rhemenſi Eccleſia, quæ Folcone Abbate, ſive presbytero illam diu tenente, & Notbone eidem in eadem ſuccedente, ſicut Hlotharius Imperator in epiſtola Leoni Papæ, poſtquam cum fratre ſuo rediit in concordiam, directa demonſtrat: & Ebbone, ut præmiſimus, ad aliam Eccleſiam tranſmigrato, tanto tempore paſtore vacabat, cum eis tractare cœpit paterna auctoritate Damaſi Papæ de Epiſcopis in ſtatu ſuo manentibus, & contra regulas tranſmigrantibus, ſed & (a) Africani Concilii, quod miſſis Epiſcopis quibuſdam * reſultantibus, Eccleſiæ diutino tempore pro fuga Equitii deſtitutæ juſſit ordinari Epiſcopum, unanimi conſenſu, neceſſitate cogente, & ratione atque auctoritate ſuadente, decreverunt, ut jam poſt decennium, quam idem Ebbo amotus fuerat, in Rhemenſi Eccleſia ordinaretur Epiſcopus. Unde a Clero & plebe ipſius Metropolis, ſed & ab Epiſcopis ejuſdem provinciæ petitus, ſicut petitio eorumdem manibus ſubſcripta declarat, & ab Archiepiſcopo tunc ſuo Senonenſi & proprio Epiſcopo Pariſio-

* Bellovacum.

(a) Conc. Afr. Can. 45.

* f. Hipponenſium Diarthecorum.



ſiorum, necnon etiam Epiſcopis Senonenſis provinciæ, cum conſenſu Abbatis ſui & fratrum monaſterii, in quo degebat, favente etiam domino Karolo Rege glorioſo Epiſcopis Rhemenſis provinciæ, & Clero ac plebi ipſius Metropolis, per canonicas litteras ipſorum ſubſcriptas manibus, quas patenter nobis oſtendit frater Hincmarus, eſt traditus. Sicque de proprio ipſius Eccleſiæ Clero effectus, cum decreto canonico eligentium manibus roborato judicio Metropolitanorum, & eorum, qui circumcirca fuerunt, ſecundum Laodicenſe Concilium, præſentia & unanimi conſenſu omnium ſuffraganeorum ipſius Metropolis: aſtante quoque Metropolitano ſuo, qui eum conſenſu Coepiſcoporum ſuorum illis tradiderat, omnibus acclamantibus, nullo reſultante, aut obdicente, canonice & juxta decreta Sedis Romanæ Pontificum, veluti litteræ nobis oſtenſæ, quas Africanum Concilium ordinatum ab ordinatoribus ſuis jubet accipere, monſtrant; in ea eſt ordinatus. Qui juxta ſanctionem Carthaginenſis Concilii, quam & auctoritas veſtra Apoſtolicis litteris ſuis inſeruit, quamque ſanctus Gregorius in epiſtola ad Galliarum Epiſcopos approbavit, mentis & corporis ad obediendum Epiſcopis & ordinatoribus ſuis colla ſuppoſuit.

XX. Emenſo autem anno poſt ordinationem ejus, Hlotharius Imperator pro contentione Regni, quam erga fratrem ſuum dominum Karolum habebat, cujus obſequiis præfatus Hincmarus fideliter adhærebat, erga eum commotus, epiſtolas a Sergio Papa exegit, pro refricando judicio de Ebbonis abjectione, quaſi diſcordia eſſet in Rhemenſi Eccleſia pro ejus ordinatione. Unde idem Papa domino Karolo, ſed & Guntboldo Archiepiſcopo, & eidem Hincmaro litteras miſit, ut cum poſt diem ſanctæ Reſurrectionis Miſſos ſuos in ſervitium Imperatoris mitteret, Trevirim cum Epiſcopis ad hanc diſcordiam ſopiendam convenire ſtuderent. Qui expectati ejuſdem Miſſi uſque ad condictum terminum (ut ab Epiſcopis illius temporis conperimus) minime venerunt, ſicut in litteris continetur Hlotharii Imperatoris & Karoli Regis, & Epiſcoporum Ciſalpinarum regionum, quas ſanctæ memoriæ prædeceſſori veſtro Leoni directas didicimus, & in Scrinio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſervari credimus.

XXI. Hæc ſicut veſtra juſſit auctoritas, quæ de Ebbonis quondam Archiepiſcopi, quæ ante triginta & tres circiter annos extitit, abjectione, & poſt de ipſius reſtitutione, nec non & de fratris Vulfadi ac collegarum ejus promotione, etiam dicti Ebbonis iterata repulſione, ad aliamque Eccleſiam migratione, in eorum, qui jam nos ad Dominum præceſſere ſcriptis; verum & illorum, qui interfuerunt, veridicis, ut putamus, relationibus comperimus: ſubjungentes quædam de electione & ordinatione reverendi fratris & Coepiſcopi noſtri Hincmari veſtræ auctoritati deſtinavimus. Scripta quoque, quæ huc a veſtra auctoritate directa, & veſtræ ſanctitati remiſſa relegimus, ordine quo miſſa, vel remiſſa fuerunt, ſecundum veſtram juſſionem in volumine iſto congeſſimus. Et ſi forte alia ex hoc negotio, aut a vobis, aut ad vos miſſa fuerunt, nos tamen non legimus, quæ etiam frater & conſacerdos noſter Hincmarus nobis veſtræ auctoritati mittenda porrexit, ſecundum quod præcepiſtis, dicentes inter alia, quæcumque ſuper hac re ſcripta a nobis prius, & numquam a vobis edita reperiuntur, & quid hinc Coepiſcopus Hincmarus, & illi dejecti clerici Sedi Apoſtolicæ ſuggeſſerint, atque retulerint, in volumen unum, ordine quo miſſa ſunt, redigantur, & Apoſtolicæ Sedi, ut competens eſt, vobis eorum exemplaribus reſervatis ſummo ſtudio dirigantur; his ſubjuncta dirigimus.

XXII. His itaque pro quantitate intelligentiæ noſtræ decurſis, ſummiſſæ devotionis obſequio veſtri Apoſtolatus exoramus magnificam beatitudinem, ut ſapientiſſima indagine conſideratis utriuſque partis relatis, more beatiſſimorum prædeceſſorum veſtrorum, quæ de ſtatu ſacri pontificalis ordinis ab eis ſtatuta, & imprævaricabili auctoritate firmata ſunt, & immota de cætero maneant, mucrone Apoſtolico quorumcumque Metropolitanorum temeraria præſumptione ſuppreſſa, quin etiam reliquorum Epiſcoporum quorumcumque, ſeu quantorumcumque audaci conniventia penitus ſummota, privilegia & decreta ſervari innovata conſtitutione decernatis; ita ut nec veſtris, nec futuris temporibus, præter conſultum Romani Pontificis, de gradu ſuo quilibet Epiſcoporum deiiciatur: ſicut eorumdem ſanctorum anteceſſorum veſtrorum multiplicibus decretis, & numeroſis privilegiis ſtabilitum modis mirificis extat; videlicet ne aliqua varietate, & vilitate ſummus ordo diaboli adminiſtratione nutare, aut irregulariter labefactari ſinatur.

XXIII. Domine beatiſſime, & omni orbi Papa celebrande, veſtram denique inter hæc ſanctiſſimam & præſtantiſſimam paternitatem, cum omni ſupplicationis devotione petimus, ut conſulentes laboribus & afflictionibus noſtris aſſiduis, & Eccleſiarum commiſſarum nobis, fratris & conſacerdotis noſtri Vvalfadi ordinationem, cujus reſtitutioni & promotioni propitiari dignati fuiſtis, largitione quoque uſus pallii confirmare & condecorare dignemini: & his omnibus quæſtionibus paterna benignitate, incumbente vobis ſolicitudine

dine totius univerſalis Eccleſiæ, terminum pernecesſarium ponere deliberetis. Sacri culminis veſtri Apoſtolatus proſperitatem ad honorem & tutamentum ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, Chriſtus JESUS diutius conſervare dignetur.

Hæc ſunt nomina Epiſcoporum, qui huic Trecaſinæ Synodo interfuerunt.

Hincmarus Rhemorum Epiſcopus.
Herardus Turonum Epiſcopus.
Guenilo Rothomagenſis Epiſcopus.
Frotharius Burdigalenſis Epiſcopus.
Hegilo Senonenſis Epiſcopus.
Vulfadus Bituricenſis Epiſcopus.
Rothadus Sueſſionum Epiſcopus.
Actardus Namnetis Epiſcopus.
Hildegarius Meldenſis Epiſcopus.
Æneas Pariſienſis Epiſcopus.
Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus.
Giſlibertus Carnutenſis Epiſcopus.
Ercanraus Catalaunenſis Epiſcopus.
Ercambertus Bajocenſis Epiſcopus.
* Bellovac. Ado * Belgivacenſis Epiſcopus.
Folcritus Trecaſinenſis Epiſcopus.
Liudo Auguſtodunenſis Epiſcopus.
Joannes Cameracenſis Epiſcopus.
Hilduinus Ebroicenſis Epiſcopus.
Abbo Nivernenſis Epiſcopus.

Cæterorum Metropolitanorum Epiſcoporum ſigillis hoc volumen præſtantiæ veſtræ directum superſigillari nobis eſt viſum. Data iv. Non. Novembris, Indictione prima.

XXIV. At non iſta tantum, quæ ſpectabant ad Ebbonem Rhemenſem olim Epiſcopum acta ſunt, occaſione reſtitutionis Rhemenſium clericorum factæ anno ſuperiori in Concilio Sueſſionenſi, ſed alia addita ſunt, quæ pertinebant ad Hincmarum ipſum Rhemenſem Archiepiſcopum, Caroli Regis, cujus gratiam demeruerat, & in ſe odium concitarat, opera exagitatum; ut apparet ex Frodoardo, ex quo pariter intelliges ejuſdem Regis temerarium facinus in litteras Synodales ab eo præſumptum, ſimulque legationem ipſius Hincmari hoc eodem anno, ad Nicolaum Romanum Pontificem miſſam. At quæ ab eo de rebus Rhemenſis Eccleſiæ ſunt ſcripta, ſic ſe habent:

XXV. Anno Incarnationis Domini octingenteſimo ſexageſimoſeptimo, Synodus provinciarum Rhemenſis, Rothomagenſis, Turonenſis, Senonenſis, Burdigalenſis, & Bituricenſis in urbe Trecenſi coacta fuit. Ubi quidam Epiſcopi (ut uſu venit) in gratiam Regis Caroli Vulfado faventes, inſidias & factiones Hincmaro moliri cœperunt, in præjudicium veritatis, & auctoritatis ſanctorum Canonum. Verum Hincmarus ſe ratione & auctoritate defendit, & ſuffragiorum pluralitate concluſum fuit, ordinem capitulorum controverſorum una epiſtola contentorum per Actardum venerabilem Epiſcopum Nannetenſem Romam mittendum eſſe. Et hujus epiſtolæ tenor ſimilis fuit tenori illius, quam idem Hincmarus menſe Julio præcedente Romam ad eumdem Nicolaum Papam per ſuos clericos peregrinorum more ob metum inſidiarum adverſariorum indutos miſerat. Actardus igitur hanc epiſtolam deferendi a Synodo factam, & Archiepiſcoporum, qui huic interfuerunt, ſigillis obſignatam ſuſcipiens provinciam, quibuſdam Epiſcopis comitatus ad Carolum reverſus eſt, qui ita juſſerat.

Carolus Rex violat litteras ſynodales. Sed Carolus, qui fidelitatem & labores, quos per multos annos Hincmarus pro honore & corona illius paſſus fuerat, oblivioni dederat, hanc epiſtolam ab Actardo ſibi tradi imperavit, & ſigilla Archiepiſcoporum lacerans, id, quod in ipſa Synodo tractatum fuerat, legit. Et quia Hincmarus in ea non fuerat, ut prætendebat, confutatus & condemnatus: alias nomine ſuo litteras contra Hincmarum Nicolao Papæ dictare fecit, quas ſuo ſigillo obſignavit, & per eumdem Actardum cum epiſtola Synodi Romam tranſmiſit.

XXVI. Cum autem clerici Hincmari menſe Auguſto Romam appuliſſent, Papam Nicolaum jam moribundum, & controverſiis Michaelis & Baſilii Imperatorum Græcorum, & Epiſcoporum Orientalium audiendis, & refellendis penitus occupatum invenerunt, quare ibi uſque ad menſem Octobrem ſequentem commorati ſunt. Nicolaus Papa gratiſſimum habuit, id quod ad eum Hincmarus ſcripſerat. Et huic notum fecit, quod in omnibus ſibi ſatisfecerat. Similiter ſuis diplomatibus eidem Hincmaro, & aliis Epiſcopis, & Archiepiſcopis Regni Caroli ſignificavit, quomodo ſupradicti Imperatores Græcorum, & Epiſcopi Orientales ſanctam Eccleſiam Romanam, aut potius totam Eccleſiam Latinam calumniantur, &c. Subiicit capita illa ab eis objecta, quæ in dicta epiſtola Nicolai ad Hincmarum tunc data proxime lecturus eris.

Sed antea neceſſe eſt, ut ipſam Hincmari apologeticam epiſtolam hoc anno per ſuos clericos (ut audiſti) ad ipſum Nicolaum miſſam menſe Julii, datam menſe Auguſti legas, quam Dei beneficio adhuc integram repertam ab eodem Fabro acceptam, & nunc primum editam accipe:

XXVII. Hincmari epiſt. Apolog. ad Nic. Domino ſanctiſſimo & reverentiſſimo patrum patri, Nicolao primæ ac ſummæ Sedis Apoſtolicæ & univerſali Papæ, Hincmarus Epiſcopus & veſtræ ſanctiſſimæ paternitatis devotiſſimus famulus.

Litteras ſanctiſſimæ paternitatis, & præcellentiſſimæ auctoritatis veſtræ, xiv. Kal. Junii. * In quibus ſcilicet litteris ge-

* f. accepi



generaliter ad Epiſcopos, qui in Synodo, veſtra auctoritate congregata apud Sueſſiones præterito anno fuerunt, * tantas & tales increpationes indignitati meæ a dignitate veſtra illatas inveni ſicut peccata mea merentur, quibus ad omnia reſpondere, & humlitati meæ præſuntuoſum, & ſublimitati veſtræ conſtat incongruum. Præſertim cum poſt multa puſillitatem meam refoventes mihi ſcribere dignati fueritis, dicentes: Hæc ne nos arbitreris ad diſcrimen quodlibet tuæ ſanctitatis, vel dignitatis exaggeraſſe, cum meliora eſſe vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oſcula non neſcias.

* f. directis

XXVIII. Cæterum quoniam propter multas & maximas, ac pene continuas infeſtationes paganorum, atque falſorum Chriſtianorum, quas patimur continue, laborantibus antea Epiſcopis regionum noſtrarum in unum convenire non licuit, ut nobis veſtræ ſanctitatis epiſtola communiter miſſa relegeretur, & ſicut juſſiſtis, quæcumque ſuper hac re, de qua agitur ſcripta jam a vobis prius, & nunc, quam a nobis edita reperiuntur: & quid inde humilitas mea, & illi dejecti clerici Sedi Apoſtolicæ ſuggeſſerimus, vel retulerimus, in volumen unum, ordine quo miſſa ſunt, redigerentur, & Apoſtolicæ Sedi, ut competens eſt, eorum nobis exemplaribus reſervatis, ſummo ſtudio dirigerentur: nunc in aliqua Regni parte aliquantulum de paganorum infeſtatione reſpirantes, ſed aliarum anxietatum gemitibus laborantes, & adhuc graviora, quæ imminent, metuentes, & fratres ac Coepiſcopi noſtri, devotiſſimi filii veſtri, quæ juſſiſtis videlicet de Ebbonis dejectione, & de ipſius reſtitutione, ac fratris Vulfadi ac collegarum ejus promotione, & de præfata Ebbonis iterata repulſione, atque ad aliam Eccleſiam migratione; ſed & quæ de ordinatione mea compererunt, exequi fideli ſtudio procurant, & humilis mea ſervitus, de quibus indignitati meæ veſtra ſcripſit dignatio, omni humilitate, & puritate conſcripta, his, quæ auctoritati veſtræ collecta dirigunt, ſubjungenda & ſuggerenda, atque proferenda ſecundum veſtram præceptionem eis porrexit.

XXIX. De dilecto ſcilicet fratre noſtro Vulfado, & ejus collegis, de quibus mihi ſumma dignitatis veſtræ auctoritas, quod ſibi placuit ſcripſit, nihil aliud ſanctitati veſtræ ſcribere præſumo, niſi quod increpationes veſtras non negligenter, ſed diligenter ſuſcipio, & præceptiones obedienter obaudio: Et quia illis ſufficere debet præſtabilis auctoritatis veſtræ benignitas, & mihi abundanter ſufficiet, ſi ſatisfactionem humilitatis meæ ſuſcipientes, credere dignati fueritis, me vobis ſimpliciter ac veraciter inde ſcripſiſſe. Nam ſecundum ordinatorum meorum præceptionem, qui in Ebbonis dejectione fuerunt, & mihi necdum duobus exactis menſibus poſt ordinationem meam, in Synodo apud Meldas civitatem habita præceperunt, eatenus ignoranti, quod Ebbo poſt dejectionem ſuam aliquos in Rhemenſi Eccleſia ordinaverit, ut eis mecum uſque ad diligentiorem tractatum miniſtrare non permitterem egi; & hoc ipſum eiſdem fratribus, decernente Carthaginenſi Concilio, ut ordinatis Epiſcopis vel clericis prius ab ordinatoribus ſuis placita Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne ſe aliquid contra ſtatuta Concilii feciſſe pœniteant; per Pardulum tunc diaconum Rhemenſis Eccleſiæ, qui interfuit Synodo, mandaverunt. Ab eadem autem Synodo Pardulus mecum Rhemis reverſus eiſdem fratribus, qui nobiſcum erant, & de quibus agebatur, hoc quod, mihi præceperunt Epiſcopi retulit, & ut non in gradibus, quos ab Ebbone poſt depoſitionem ſuam acceperant, miniſtrarent, uſque ad diligentiorem tractatum obſervarent, præcepit. Ipſe quippe Vulfadus mecum non erat, ſed poſt plures evolutos menſes, ſi rite remetior, antequam fere anni ſpacium compleretur, de alia provincia ad me veniens cum benignitate eſt & cum liberalitate ſuſceptus, & honorabiliter habitus, uſquequo domino noſtro Regi Karolo, ipſo petente, illum commendavi.

XXX. Defuncto autem Ebbone, anno incarnationis Dominicæ DCCCLI. Indictione XIV. XIII. Kalend. April. quia præfati fratres noſtri ab eo ordinati, qui mecum erant, poſt annos circiter * octo ſuæ ab officio ſuſpenſionis, anno ſcilicet Incarnationis Dominicæ DCCCLIII. me petierunt, eiſdem fratribus ad Synodum ire permiſi. Et his qui indiguerunt ſubſidium neceſſarium, ut ad ipſum Concilium, ſine difficultate ire poſſent, miniſtrari præcepi. Ubi eos non judicavi, neque dejeci, nec etiam cum judicibus eorum ſubſcripſi, ſicut norunt, qui interfuerunt, ut ipſa Epiſcopalia Geſta, quæ authentica cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum, qui eis ſubſcripſerunt, ſine mea ſubſcriptione præterito anno in Synodo veſtra auctoritate apud Sueſſiones habita oſtendi, demonſtrant. Et quoniam Canones poſteriores anterioribus jubent deferre, præcipientibus eiſdem Epiſcopis cum eorum litteris, quarum exemplar habemus, & quas in Romano Scrinio inveniri poſſe exiſtimo, cum meis pro eorum petitione litteris, & cum aliis petitionibus meis, ad Sedem Apoſtolicam domino Leoni Papæ pro confirmandis eorum Geſtis, quæ non ſcripſi, me direxiſſe non denego: in quibus Geſtis veram præfatorum fratrum

* duos

trum perſecutionem adverſum me ſilentio non firmavi. Unde ex communi conſenſu ſecundum Canones, ſicut eos intelleximus, judices poſtulavi: quorum ſententiam ſequendam vidi, uſquequo majoris auctoritatis aliter exinde definitionem acciperem. Recepta autem domini Papæ Leonis excuſatoria epiſtola, cur eadem Geſta non confirmaverit, dicens? Inter cætera cauſas, pro quibus hoc uſque ad tempus ſuſpendimus, charitati veſtræ dicemus.

XXXI. Regis tyrannis in Epiſcop.

Prima igitur hæc eſt, quia ſicut ab Epiſcopis prænominata Synodus utiliter ventilata ſive ſopita eſt: ita per aliquos ex eis, ut dubitatio foret radicitus evulſa, ſtatuta veſtræ Synodi deſtinare debuiſtis, neſciens quia nos Metropolitani in iſtis regionibus non habemus poteſtatem, ut ſine conſenſu vel juſſione Regis aut nos ipſi ire, aut Coepiſcopos noſtros quoquam longius poſſimus dirigere. Subjunxit autem idem Pontifex in ſuis Apoſtolicis litteris, dicens: Alia autem juxta votum veſtri deſiderii id nos perficere minime permiſit, eo quod Legati Sedis Apoſtolicæ præſentes ibidem non fuerunt, neque Imperialis epiſtola nobis talis eſt præſentata, quæ hoc, quod expetendum, miſiſtis, ſpecialiter indicare potuiſſet. Quarta ſcilicet cauſa hæc eſt, quia hi, quos depoſitos charitas veſtra auctoritate Synodi fore affirmat, per proprias litteras Sedem Apoſtolicam * appellati ſunt, & volunt iterum veſtra ſe Apoſtolica audiri præſentia, & tunc ſi culpabiles inventi fuerint, non ſe abnuunt, canonicam ſuſtinere cenſuram. Et poſtquam has litteras domini Papæ Leonis accepi, ſicut mihi innotuit dominus Hlotharius, petente quodam Epiſcopo Regni ſui, qui adhuc vivit, per Petrum Aretinum Epiſcopum, præfato domino Papæ mandavit, ut Geſta Epiſcoporum de eiſdem clericis non firmaret.

* appellarunt.

XXXII. Quæ cum ad fratres & Coepiſcopos noſtros retuli, rogantibus eis apud Hlotharium Imperatorem, epiſtolam exinde ipſo ex animo largiente per Miſſos meos obtinui, ubi inter cætera ita ſcriptum habetur: Sed ad noſtras petitiones exequendas & obtinendas, Petrum venerabilem & dilectiſſimum nobis Spoletianum Epiſcopum, viva voce, noſtra vice executorem inſtruximus, & alium Petrum venerabilem æque & amantiſſimum Epiſcopum Aretinum litteris commonuimus, & alios fideles veſtros atque noſtros ſimiliter inde monuimus, & reliqua: ſicque cum iſta epiſtola, & cum legatione Imperatoris, per præfatum venerabilem Epiſcopum Miſſos meos cum litteris, quarum exemplar habeo, de petitione Epiſcoporum, & de aliis meis petitionibus Romam direxi: quibus in via nuntius venit de obitu Papæ Leonis. Pervenientes autem Romam cum fratris litteris, & intervenientibus prædictis Epiſcopis, dominus nomine & gratia Benedictus, mihi quod noſtis privilegium inde direxit. Synodum autem pro ſæpedictis clericis, aut a Petro Spoletiano, aut ab alio aliquo in iſtis regionibus, nec fama nec veritate, ex Apoſtolica auctoritate congregatam, congregari juſſam, ſicut & per alios in iſtis partibus reſcire poteſtis, numquam audivi, niſi illam, quæ anno præterito veſtræ auctoritatis juſſione extitit congregata, in qua eorum reſtitutioni ſecundum traditionem majorum paratiſſime annui, quam, poſteaquam litteras veſtræ auctoritatis inde ſuſcepi, ſalubrem ac regularem cupivi. Et idcirco ab ipſis, qui eos deſtituerunt, vel non a minori numero una cum meo conſenſu eos reſtitui peroptavi.

XXXIII. Et propterea inde uſque ad Synodum expectavi, & plenius a Sede Apoſtolica veſtra auctoritate firmandam cupivi; cujus arbitrio poteſtatis reſervata erat ſumma firmitas privilegiorum Apoſtolicæ Sedis, ſicut & veſtræ epiſtolæ nobis directæ continent, & in epiſtola ſynodali, cujus exemplar habemus, ſanctæ auctoritati veſtræ directa communi conſenſu ſcripſimus, in qua nullam mentionem de quacumque Ebbonis dejectione habuimus. Sed & litteris meæ exiguitatis ſimplici mente inſerui, inter cætera dicens, quia Synodo per hunc venerabilem Archiepiſcopum Egilonem, qui interfuit Actionibus, dirigente epiſtolam omnium, qui adeſſe potuimus cum ipſo voce loquentem, quoniam ſi eis manum porrigitis, vobiſcum pariter porrigimus. Item poſt aliquanta. Quæ verbis & ſcriptis mihi per iſtum religioſum Archiepiſcopum exinde ſequenda, atque tenenda mandaveritis, pro ſcire & poſſe, obedire, & conſervare curabo. Quam epiſtolam idcirco, ut veraciter vobis confitear, ſigillatam non miſi, quia Synodus epiſtolam a ſe directam non ſigillavit: ducens incongruum, ut cum Archiepiſcopus de ipſa Synodo, qui eidem, veſtris ad eam vocatus Apoſtolicis litteris, interfuit, ad vos mittebatur, quaſi incredulo epiſtola ſigillata committeretur, & quod Synodus non egit, ego agere, ne ſcandalum cuiquam generarem, non præſumpſi.

XXXIV. Sanctitas igitur veſtra charitate, quæ omnia credit, repleta veraciter mihi credat, quia ſimpliciter, & abſque ullo dolo in reſtitutione prædictorum fratrum, poſtquam veſtram diſpoſitionem inde reſcivi, ex benevola mente conſenſi; & ſimpliciter ac ſine ullo dolo ſcripſi, quæ veſtræ ſanctitati tranſmiſi. A quo conſenſu modo quolibet poſtea non diverti, niſi veluti in præfatis litteris vobis ſcripſi,

di-



dicens, reſervato per omnia ſententiæ ac juris privilegio Apoſtolicæ Sedis, & ſalva definitione ac confirmatione expectatiſſimæ diſcretionis, atque auctoritatis. Nunc autem ſuſcepta definitione de illorum reſtitutione, quam veſtra, ſicut decuit, & ordo popoſcit, ſumma auctoritas præceſſit, & ſubſequente ſynodali conſenſu, veſtra perfectio firmatione corroboravit: numquam vel nuſquam exinde querimoniam contra quemcumque molior, vel diſpono, permitto, vel cupio habere, removere, excitare, ſive conſerere, nec meditatus ſum, ex quo litteras ſuper his veſtræ benignitatis accepi, a conſenſu in Synodo contra ipſius definitionem & veſtram confirmationem aliquid removere ex tunc in poſtmodum uſque in ſempiternum.

XXXV. Quia enim nullo crimine proprio denotati, neſcientes Ebbonem damnatum, credentes videlicet eum canonice reſtitutum, non importune ad ordinationem, ſicut ipſi dicunt, & non eſt qui contradicat, ſe ingeſſerunt, ſed electi & vocati, obedierunt, jubente Apoſtolo (a), ut idipſum dicamus omnes: & ad idipſum ex hac cauſa dicendum, quid teſtimoniis ex prædeceſſorum veſtrorum decretis a veſtra auctoritate poſitis dicatur, convenientius non occurrit, ſicut ſecundum excellentiam ſapientiæ veſtræ domino Regi Karolo ſcripſiſtis, ſi nollent obedire volenti eos ad majorem gradum provehere, omnes illos veluti procaciter renitentes reprehenderent, & tamquam contumaces circa ſacros Canones damnarentur, veluti in epiſtola Epiſcopis, qui per gratiam Domini, & decretum veſtrum apud Sueſſionis urbem convenerunt, directa intimaſtis, qualiſcumque fuerit, quæcumque pertulerit Ebbo, a ſe ordinatis, qui nihil præter humilitatem & obedientiam exhibuerunt, nullum prorſus intulit offendiculum; quoniam & beatiſſimus Leo ad Mauros ſcribens, ita de quodam Maximo præcepit dicens: Maximum quoque, licet reprehenſibiliter ordinatum, tamen ſi Donatiſta jam non eſt, & ſchiſmaticæ pravitatis alienus eſt, ab Epiſcopali, quam quoquo modo adeptus eſt, non repellimus dignitate, & Anaſtaſius ejuſdem Apoſtolicæ Sedis Præſul, quod mali bona miniſtrando ſibi tantummodo noceant, nec Eccleſiæ ſacramenta commaculent, ad Anaſtaſium Principem ſcribens, evidentiſſima ratione demonſtrat. Cui ſane pio ſenſui, ſicut in eorum decretis cum additamento conditionum legimus (ut alter libellum Fidei Sedi Apoſtolicæ dirigat; alterius vero, quia reæ eſt ſibi tantum & non aliis perſonæ nocentis, nomen ſpecialiter in Eccleſia taceatur) juxta quemdam modum non inconvenienter coaptari poſſe videtur, quod Auguſtinus ſcripſit, de cujus ſenſu ac verbis Anaſtaſius Papa in præfata epiſtola hinc quædam aſſumpſit. XXXVI.

(a) 1. Cor. 1.

Si quem forte, inquit (b), coegerit extrema neceſſitas, ubi Catholicum, per quem accipiat, non invenerit, & in animo pace Catholica cuſtodita, per aliquem extra unitatem Catholicam poſitum acceperit, quod erat in ipſa Catholica unitate accepturus, ſi ſtatim etiam de hac vita migraverit, non eum niſi Catholicum deputamus: ſi autem fuerit a corporali morte liberatus, cum ſe Catholicæ congregationi etiam præſentia corporali reddiderit, unde numquam corde diſceſſerat, non ſolum non improbamus, quod fecit, ſed etiam ſecuriſſime, veriſſimeque laudamus, quia præſentem Deum credidit corde ſuo, ubi unitatem ſervabat.

(b) Lib. 1. de bapt. contra Donat. c. 2.

Exemplar denique privilegii ſanctæ memoriæ Benedicti, ſine ulla mutilatione, vel adiectione, ſeu immutatione per venerabilem fratrem & Coepiſcopum noſtrum Odonem ſanctiſſimæ paternitati veſtræ tranſmiſi, de quo & in epiſtola a me per illum vobis directa, inter alia, ſi placet, poteſtis relegere, ubi ſcriptum habetur: Mitterem, inquam, ipſam authenticam privilegii chartam, quam beatæ recordationis prædeceſſor veſter dominus Benedictus mihi ſua auctoritate direxit: ſed timui, ne mihi inde aliquid ſiniſtri in via contingeret, & ſolatio, quod inde adverſus inſurgentium impetus habeo, fierem deſtitutus. Veſtra vero dignatio in Scrinio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ex more exemplar illius poteſt requirere, & utrum ita ſe habeat, evidenter agnoſcere, in quo, ſi veſtræ ſanctitati placet, neceſſe eſt nobis, ut quædam ſuperaddatis, quæ hic frater ac filius noſter, juxta quod neceſſitates noſtras cognoſcit, veſtræ ſuggeret ſanctitati. Quia ſicut ſanctus Auguſtinus dicit: Neceſſe eſt, ut ad nova morborum genera, nova quærantur medicamentorum experimenta. Sed & de Synodo apud Sueſſiones habita, de qua factione cujuſdam clerici noſtri, qui a nobis negligentiis ſuis territus aufugerat, quiddam ibi ſub quadam dubitatione eſt poſitum, hic frater ac filius noſter vobis rei veritatem poteſt narrare, qui eidem Synodo interfuit, & adhuc in nomine Abbatis ſubſcripſit. XXXVII

Hæc ſunt verba mea in epiſtola ſanctæ paternitati veſtræ directa: nam ſi inde, quod ibi eſt poſitum, SI ITA EST, eraſiſſem, ſuperflue, quod quiddam ibi ſub quadam dubitatione eſſet poſitum, ſcriberem: & ſi aliquid ibi adderem, mutarem, vel demerem, ut in Scrinio S. R. E. exemplar illius requireretis, & utrum ita ſe haberet, agnoſceretis, ſcribere non auderem. Cæterum ſi quocumque modo, quacumque occaſione, a quocumque aliter XXXVIII





ad

*ad vos delatum fuerit, tamen ego per præfatum venerabilem Epiſcopum noſtrum, ſicut ſe habet exemplar ipſius privilegii vobis direxi; quod ſi vobis non fuerit tædium reſervato in Romano Scrinio illud, quod per eum miſi, conferre, verum invenietis. Sed & illum ipſum privilegii tomum, & non exemplar Synodo veſtra auctoritate congregatæ, cum privilegio veſtræ ſanctitatis, oſtendi; & incorruptas ſcripturas atque ſigilla monſtravi: & ex integro coram filio veſtro domino Rege Karolo, audientibus omnibus Epiſcopis, & qui Synodo interfuerunt, relegi feci. Unde in epiſtola Synodi veſtræ auctoritati directa, ſcriptum inter cætera habetur ad locum: In ſuis ordinibus reſtituere maturaremus quinque prædictos fratres, niſi privilegiis ſanctæ Romanæ Sedis, per reverendum confratrem noſtrum Hincmarum Archiepiſcopum noſtræ unanimitati prolatis, quæ de ipſis viris quædam ſtatuerunt, debita reverentia exhiberetur: quorum ſumma perfecta & integra firmitas, ut claret, & juſtum eſt, in Apoſtolicæ Sedis reſervata eſt arbitrio poteſtatis. Quod Synodus Epiſcoporum vobis non ſcriberet, ſi integra privilegia eis non oſtendiſſem.*

XXXIX. *De eo quod benigniſſima & ſanctiſſima paternitas veſtra mihi eſt dignata ſcribere (ſicut præmiſi, & in veſtra ſanctitate ac piiſſima paternitate confido) ut non arbitrarer ad diſcrimen quodlibet, quæ mihi mandata ſunt, exaggeraſſe, cum meliora eſſe vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oſcula non neſciam, ſed ne adeo in privilegiorum meorum defenſionem, vel elationem, immoderatius erigar, ut Apoſtolicæ Sedis jura quodammodo temere tetigiſſe videar: veraciter fateor, hoc numquam in cor meum aſcendit, qui ſemper & Apoſtolicæ Sedi, & ejus rectoribus, poſtquam me noſſe potui, pro meo ſcire & poſſe, fidelis & devotus & humilis, & ſubjectus extiti, ſum, & adjuvante Domino permanebo. Privilegia autem Sedis Apoſtolicæ non ideo petii, ut mihi non ſufficeret quod ſacri Canones & decreta Sedis Romanæ Pontificum cuique metropoli ſedi concedunt; & nec alia, vel amplius, quam Eccleſiæ Rhemorum collatum eſt ex antiquo, mihi largire ſpecialiter petii, neque appeto; ſed quia non ſolum diœceſis, verum & parochia mea inter duo Regna, ſub duobus Regibus habetur diviſa, & res mihi commiſſæ Eccleſiæ ſub multorum Principum poteſtate coniacere videntur, de quibus aut parum, aut nihil utilitatis Eccleſia noſtra poteſt habere; quia veteres conſtitutiones quaſi jam pro vili habentur apud quoſdam: his novis decretis carnales & animales homines territi, quiddam reverentius contra Eccleſiam indignitati meæ commiſſam agerent. De quibus privilegiis, quorum defenſionem mihi non arrogo, ſed nec de aliis quibuſcumque eſt unde inflari valeam, vel efferri, qui ſi juſtus fuero, (a) non levabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria.* (a) Job. 10.

XL. *Poſtremo de pallio a mea præſumptione non certis temporibus, & juxta morem aliis Metropolitanis definitis uſo; inde veſtræ ſanctitatis auribus intimatum eſſe, indignitati meæ ſcripſiſtis: auctoritati veſtræ veraciter fateor, quod & in iſtis regionibus per alios, ſi vobis placuerit reſcire valebitis, quia niſi in die Natalis Dominici, & in Reſurrectionis ejus, vix in toto anno eodem pallio utor; quoniam de illorum numero peccatis meis exigentibus factus ſum, de quibus ſcriptum eſt: Impedimenta ſæculi fecerunt eos miſeros. Raro in decretis feſtivitatibus, quo pallio uti Metropolitanis conceditur, in ſede mea, propter multas occupationes & neceſſitates Eccleſiæ & Regni, eſſe mihi permittitur. Et niſi quando in eadem ſede ſum, in decretis feſtivitatibus, non ſolum non toties, ſicut mihi conceſſum eſt, verum vix aut numquam eodem pallio utor. Pro cujus uſu apud Sedem Apoſtolicam nil petii, niſi ſicut deceſſores ac prædeceſſores mei eo uti & in Epiſcopi ordinatione ſolebant: non enim uſum pallii eſſe meæ dignitatis puto, ſed genii ſedis metropolis eſſe cognoſco: dicente magno Leone Papa: Quoniam etſi diverſa nonnumquam ſunt merita præſulum, tamen jura permanent ſedium: & cum multi ſint ſancti Epiſcopi, qui eodem pallio non utuntur, non neſcio, quia ſi ſine virtutibus, quas, exponente beato Gregorio, pallium ſignat, pallio utor, etſi excellentiorem cæteris Rhemorum provinciæ ſedibus Metropolitarum ſedem pallii uſus demonſtrat in oculis hominum, non tamen majorem me facit in oculis Domini. Et veraciter confiteor ſanctæ veſtræ paternitati, quia ſi Epiſcopus ordinatus non eſſem, non ſolum pallii uſum non quærerem (quoniam ſcio ſine ordinatione Epiſcopali, fide recta, & operibus bonis per Dei gratiam vitam æternam me potius acquirere in iſto ſæculo) ſed cognoſcens illud, ſicut modo cognoſco, Epiſcopalem ordinem non ſubirem, ſi vitare valerem; ſed & nunc jam, quia inulte non valet deſeri, nec ocia periculo careant nec labores: ſufficit mihi anima mea pro ſpolio. Ego enim multis afflictus infirmitatibus, & ætate gravatus, ac injuriis fatigatus (b) jam delibor, & tempus meæ reſolutionis inſtat.* (b) 2. Tim. 4.

XLI. *Quapropter licet alius ab amicis meis Ciſalpinis in partibus Romanis (ut a-*



*multis jactatur) confingar: ad aliud me oportet tendere, & de aliis cogitare, quam alicui pompæ ac oſtentationi, minime autem in Eccleſiaſtico miniſterio ex uſu pallii applaudere, aut modo quolibet inſervire. Hæc autem, de quibus clariſſimæ ſanctitati & famoſiſſimæ ſapientiæ veſtræ ſcripſi, non ad ullam controverſiam vel contumacem reſultationem (quod abſit) protuli; ſed animatus veridica ſententiæ veſtræ, immo divina auctoritate, quam mihi ſcribere dignati fuiſtis, dicentes, quia veritas liberet, mendacium vero perdat, humiliter veritatis narrationem ſuggeſſi.*

*Tamdem meæ ſervituti a veſtra dignatione remandari depoſco de fratribus noſtris, Rhemenſis Eccleſiæ filiis, auctoritate veſtra in ſuis ordinibus reſtitutis, quoniam venerandus Archiepiſcopus Egilo ex veſtra auctoritate eis præcepit, ut in ſuis gradibus miniſtrarent, & ad altiores aſcendere non præſumerent; utrum debeam eos ad altiores gradus provehere, ſi confratres ac comminiſtri noſtri illos elegerint: quoniam eorum animos mea incuria lædere nolo: & ne contra veſtram juſſionem ac diſpoſitionem agam, modis omnibus devitare cupio, qui Apoſtolicæ Sedis decretis in omnibus parere deſidero. Dominus omnipotens ſanctitatem veſtram, ad doctrinam, & correctionem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, in ſuo apto ſervitio, per annorum multa curricula conſervare dignetur, domine ſanctiſſime, & reverentiſſime Patrum pater in Domino.* Hactenus Hincmari ad Nicolaum epiſtola, quem accepiſſe Hincmari excuſationem Frodoardus affirmat.

XLII. Nova enim ab Orientalibus in Latinos (ut audiſti) excitata prœlia, ab aliis levioribus deſiſtere Nicolaum Pontificem ſuaſerunt. Qui ad Francos Epiſcopos, præcipue vero ad Hincmarum cæteris doctrina præſtantem ſcripſit epiſtolam, totam plane hiſtoricam, quæ cuncta hactenus tranſacta cum Orientalibus in cauſa Photii invaſoris ordine temporis narrat, & demum quæ tunc ab Imperatoribus, Photio agente, in Latinos omnes odio immenſo eſſent illata, recenſet. Quæ quidem epiſtola dimidiata tantum habetur edita in Romana editione ultimo loco inter reliquas Nicolai epiſtolas: nos vero quæ deſunt uſque ad finem a Nicolao Fabro Pariſiis accepta hic tibi reddemus. Sic ſe habet:

*Nicolaus (a) Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimis & ſanctiſſimis Hincmaro & cæteris fratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis in Regno Caroli glorioſi Regis Eccleſias conſtitutas regentibus.* (a) Nic. ep. 70.

XLIII. *Omnium nos portare onera qui gravantur, immo hæc in nobis portare beatiſſimum Petrum, qui nos adminiſtrationis ſuæ protegit ac tuetur hæredes, fraternitas veſtra liquido novit. Verumtamen inter alia, quæ nos immenſis laboribus inſerunt, illa nos præcipue commovere videntur, quæ nobis, immo univerſæ occiduæ parti a Græcorum Imperatoribus Michaele & Baſilio, & ab iis, qui ſibi parent, nequiter ingeruntur. Hi enim odio & invidia contra nos inflammati, quæ inferius annotabimus, nobis quaſi crimina hæreſeos impingere moliuntur. Odio quidem, quia Photii adulteri & invaſoris Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, atque neophyti a depoſitis & anathematizatis factam promotionem non approbaverimus, fratris ſcilicet & comminiſtri Ignatii ejuſdem Eccleſiæ Patriarchæ dejectionem, utpote a ſubjectis, & ab Imperiali potentia factam nullo ſuſcipientes aſſenſu. Invidia vero, quia Regem Bulgarorum Michaelem nomine, cum gente ſua, Chriſti Fide ſuſcepta, a Sede beati Petri inſtitutores, & doctrinam expetiiſſe, audierunt. Volentes quippe & nimium anhelantes, eoſdem Bulgaros a beati Petri ſubjectione ſubducere, ſuoque Imperio ſub prætextu Chriſtianæ religionis callide ſubjugare, talia de ſancta Romana Eccleſia non habente maculam neque rugam, aut aliquid hujuſmodi prædi-*



PAGIUS II. *Nicolaus PP. præcepit Gall. Præſulibus ut ſibi de cauſa Græcorum reſcribant*

A num. XLII. ad LXXV. Annaliſta Bertinianus hoc anno ſcribit: *Hincmari Clerici in menſe Auguſto Romam venientes, Nicolaum Papam jam valde infirmatum, & in contentione, quam contra Græcorum Imperatores Michaelem & Baſilium, ſed & contra Orientales Epiſcopos habebat, magnopere laborantem invenerunt. Quapropter uſque ad menſem Octobrium ibidem ſunt immorati. Nicolaus vero Papa gratanter ſuſcipiens quæ Hincmarus ſcripſerat, ei de omnibus ſibi ſatisfactum eſſe reſcripſit. Sed & alteram Epiſtolam eidem & cæteris Archiepiſcopis & Epiſcopis in regno Caroli conſtitutis tranſmiſit, innoteſcens præfatos Græcorum Imperatores, ſed & Orientales Epiſcopos calumniari Sanctam Romanam Eccleſiam, imo omnem Eccleſiam quæ Latina utitur lingua, Quia jejunamus in Sabbatis. Quod Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere dicimus, &c. De quibus omnibus per ſingulas provincias a Metropolitanis cum eorum Coepiſcopis ſibi reſcribi præcepit*, &c. Recitat eam Epiſtolam Baronius num. XLIII. & ſeqq.

III. *Photius Latinam Eccleſiam calumniatur.* Sed audiendus ipſemet Photius in Encyclica Epiſtola *ad Archiepiſcopales thronos per Orientem obtinentes*, quæ in editione Montacutii eſt ordine II. Ea calumniis in Eccleſiam Romanam ſcatet, & in ea errores varios Eccleſiæ Romanæ, Photius improperat, quibus imbutam a Prædicatoribus & Legatis Romanæ Sedis Bulgarorum gentem recens converſam aſſerit, petens ut damnentur, ac deliberetur de remedio, quo tam grave malum cohiberi poſſit. Poſt multas calumnias ſubdit; *Sed o improbum, invidum Deo, inviſum conſilium & inceptum! Talis enim narratio, Evangelii vel boni nuncii argumentum, quæ futura eſſet, in de-*

*dicant, quatenus illi, utpote adhuc in Fide rudes, hæc audientes, nos quaſi noxios, & diverſarum hæreſeon ſquallore reſperſos vitent, dejectent, atque penitus deſerant.*

XLIV. *Denique cum clamor majorum, qui in Conſtantinopolitana Eccleſia tum per eoſdem Principes, tum per eos, qui illi ſive metu, ſive affectu ad votum parent, multiplicatus & conſummatus eſſet, noſtriſque auribus increſcens, immenſum cordi dolorem incuteret, etiam ipſis petentibus & obnixie precantibus, ad hæc inquirenda, & nobis referenda, Miſſos noſtros Rodoaldum ſcilicet & Zachariam tunc Epiſcopos Conſtantinopolim deſtinavimus. Qui illuc pervenientes, Patriarcham Ignatium damnando, & Photium communione ſua firmando, contra edictum noſtrum factioni conſenſere Græcorum. Cum autem patrato nefario ſcelere, Romam reverſi fuiſſent, miſſus eſt etiam ab Imperatore Michaele cum ipſis ad nos prius Legatus nomine Leo a ſecretis. Quorum adventu cognoſcentes, tam ipſum Ignatium injuſte depoſitum, quam Photium mœchum irregulariter in ſede Conſtantinopolitana firmatum, moleſtiſſime tulimus, ſcribenteſque noſtram ſummæ auctoritatis epiſtolam eidem Leoni a ſecretis Imperatori per Indictionem decimam hanc deferendam contulimus, per quam videlicet nos nec illam damnationem, nec talem promotionem, utpote utramque inique patratam admiſſuros fore prædiximus, & ratione competenti firmavimus.*

XLV. *Deinde bis facto Concilio, & lectis profanis Geſtis, quæ prædictus Leo a ſecretis detulerat: ubi præfatæ depoſitionis fratris, & Coepiſcopi noſtri Ignatii tenor continebatur; inventi ſunt iidem Miſſi noſtri tam in damnatione Ignatii, quam in communione Photii omnino culpabiles. Unde nos Eccleſiam noſtram ſine omni volentes macula (ſicut ſemper) ſubſiſtere, ne videlicet in ea, illis impunitis remanentibus, vel tenuis ſubſannandi oriretur occaſio, aut nos eorum pravitati conſenſiſſe videremur: utrumque damnavimus, & excommunicationi ſubmiſimus; damnationem vero Ignatii, & promotionem Photii penitus reſpuimus, & condemnavimus. Reverſo autem Leone a ſecretis Conſtantinopolim, Michael Imperator comperiens per epiſtolam noſtram, quam per ipſum tranſmiſimus, quod nec depoſitionem Ignatii, nec promotionem Photii ſuſcepiſſemus: mox quemdam Legatum nomine Michaelem Protoſpatharium cum epiſtola injuriis plena ad nos direxit, & ut ſententiam noſtram ad votum ipſius commutaremus, vehementer hortatus eſt.*

XLVI. *At nos injurias quidem noſtras non curantes, licet circa Eccleſiæ injurias non tacuiſſemus: ſcripſimus epiſtolam noſtram, & hanc per Indictionem quartamdecimam prædicto Imperatori per jam nominatum Michaelem Protoſpatharium Legatum ſuum direximus, tam videlicet a noſtra Eccleſia falſas objectiones repellere cupientes, quam ipſum Imperatorem cum ſequacibus ſuis ſuper hoc negotio ad rectum juſtitiæ perducere tramitem anhelantes. Sed ut plenius hæc tam ipſi Imperatori, quam aliis Fidelibus intimari potuiſſent, convocatis quibuſdam e vicinis locis fratribus, & Coepiſcopis noſtris, de his, quod nobis canonice viſum eſt, prædeceſſorum noſtrorum ſecuti veſtigia, decrevimus & ordinavimus, quod etiam ſanctitati veſtræ poſt modicum, Deo favente, plenius intimare diſponimus. Quo rite, ſicut arbitramur, ordinato, quærere cœpimus opportunitatem, qua freti, Miſſos Apoſtolicæ Sedis etiam adhuc Conſtantinopolim cum exhortatoriis epiſtolis deſtinaremus, qui & pro ſalute ipſorum competentibus eos monitis ædificarent, & quæ fuerit de illis Apoſtolicæ Sedis prolata*

*ſen-*

PAGIUS *dejectionem vultus commutatur, delectatio & gaudium in luctum & lamentum abiere. Nondum enim gens illa* (nempe Bulgarorum) PER BIENNIUM *rectam chriſtianorum fidem amplectebatur, cum impii quidam homines & execrandi, portenta (vel quo illos titulo Chriſtianus inſigniat) homines e tenebris prorepentes (erant enim exorti ab occiduis partibus) heu quomodo reliqua perſequi potero? Iſti inquam in gentem (novella, quorum pietas & nuper conſtituta) tanquam fulgur, terræ motus, ſeu copioſa grando; aut ut proprius, quod accedit ad rei veritatem, dicam, tanquam aper agreſtis vineam domini dilectam, nuper conſitam inſilientes, pedibus & dentibus, hoc eſt ſemitis quibuſdam politiæ turpis, & dogmatum depravatorum, qua illorum erat audacia, deprædantes devaſtabant, omni cum fraudulentia a ſanis & puris dogmatibus, & a fide inculpata Chriſtianorum, eos ſubdole deducere & corrumpere conabantur. Imprimis contra Eccleſiæ canones illicite ad Sabbatorum jejunia traducebant.* Refert poſtea quatuor alia contra Latinos accuſationis capita, quod ſcilicet primam jejunii Quadrageſimalis ſeptimanam a reliquo jejunio diſcerpant. Quod Sacerdotibus continentiæ jugum imponant. Quod chriſmate inunctos per Sacerdotes denuo inungere non dubitaverint. Quod Symbolo proceſſionem Filii a Patre & Spiritu Sancto addiderint.

IV. *Bulgaros a ſubjectione Sedis Romanæ conatur avertere.* Hæc Photii, aliorumque Græcorum Schiſmaticorum veſania a Baronio, Allatio in lib. de Conſenſione Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis, Natali Alexandro Sæc. IX. & X. in fine partis ſecundæ, aliiſque pluribus confutata, ideoque actum non agemus. Nicolaus I. in Epiſtola ad Hincmarum data, num. XLIII. apud Baronium, ait Græcorum Imperatores Michaelem & Baſilium odio & invidia contra ſe inflammatos eſſe. *Invidia*; inquit, *quia Regem Bulgarorum Michaelem nomine cum gente ſua, Chriſti fide ſuſcepta, a Sede B. Petri inſtitutores & doctri-*

*nam*



*ſententia, manifeſte denuntiarent, juxta quod & magna Synodus Nicæna de his, qui abiiciuntur, ſanxiſſe dignoſcitur.*

XLVII. *Videbatur enim nobis inter navale ſatis difficile, & propter eorumdem Græcorum expertas inſidias valde cavendum. Cum in his itaque anxietatibus undique coarctaremur, & ingentibus premeremur anguſtiis: ecce ſubito Legati jam fati Regis Bulgarorum nobis adeſſe nuntiantur. Unde quis eſt, qui dicere poſſit, quanto gaudio & quanta exultatione ſimus repleti, eo quod & ſalubrem eorum converſionem per divitias bonitatis * ejus cognovimus; & quia illos doctrinam B. Petri Apoſtoli, Sediſque ejus exquiſiſſe comperimus, qui licet longe poſiti corpore, nobis tamen facti ſunt fide præſentes; ſed & quia per eorum Regnum facilem ac terrenum Miſſis noſtris ad terram Græcorum acceſſum patere perſpeximus.*

* ſ. Dei

XLVIII. *Ordinatis igitur tam quæ Bulgarorum gentis congruere fidei rudimentis agnovimus: quam quæ Conſtantinopolim mittere diſpoſueramus, Miſſos quoque noſtros cum Legatis jam nominati Regis per ipſius tranſituros regionem direximus. Quos Imperatores Græcorum non ſolum recipere minime conſenſere, verum etiam vehementer averſati Bulgaros, animos commovere, eo quod per ſuam eos terram tranſire permiſerint, nihil aliud proculdubio innuentes, niſi quod eos, ſi per ſibi ſubjectas regiones tranſiiſſent, illis periculis traderent, quibus prædictæ urbis hæretici Principes ſæpe Sedis Apoſtolicæ Legatos pro cauſa Fidei, vel correctionis Eccleſiaſticæ deſtinatos tradidiſſe leguntur.*

XLIX. Quæ Imperatores calumnioſe in Latinos. *Præterea cum Bulgarorum Rege demorantibus, & ad urbem Conſtantinopolitanam iiſdem noſtris accedere Miſſis conantibus; iidem Imperatores epiſtolam ſuam ipſi Regi Bulgarorum tranſmiſere: quam ille accipiens, nobis per Legatos noſtros deferri devota mente decrevit. Accipientibus itaque nobis, & perſcrutantibus tamdem cum aliis ſcriptis epiſtolam, non hanc ſæpe memorati Principes dictantes, niſi in lacu blaſphemiæ tinxiſſe calamum, & luto erroris uſi pro atramento fuiſſe, proculdubio potuere. Conantur enim tam noſtram ſpecialiter, quam omnem generaliter, quæ lingua Latina utitur, Eccleſiam reprehendere, quod jejunamus in Sabbatis. Quod Spiritum ſanctum non ex Patre procedere fateamur.* Apud Frodoardum, qui iſta recenſet, ita legitur. *Quod Spiritum ſanctum a Patre & Filio procedere, dicimus.* Pergit Nicolaus:

L. *Dicunt præterea, nos abominari nuptias, quia presbyteros ſortiri conjuges prohibemus. Et inſimulare tentant, quoniam eoſdem presbyteros chriſmate linire baptizatorum frontes prohibemus. Quod chriſma nos ex aqua fluminis conficere, fallaciter arbitrantur. Reprehendere nihilominus moliuntur, quod octo hebdomadibus ante Paſcha a carnium, & ſeptem hebdomadibus a caſei & ovorum eſu, more ſuo, non ceſſamus. Mentiuntur quoque nos, ſicut per alia ipſorum ſcripta indicatur, agnum in Paſcha more Judæorum ſuper altare cum Dominico corpore benedicere, & offerre. Quin & reprehendere ſatagunt, quod penes nos clerici barbas ſuas radere non abnuunt. Et quia diaconus, non ſumpto presbyteratus officio, apud nos Epiſcopus ordinatur, cum ipſi etiam illum, quem Patriarcham ſuum nominant, a laico ſubito tonſuratum ac monachum factum ſaltu ad Epiſcopatus apicem Imperiali favore & brachio provehere (ut ipſi putant) minime formidarint. Et adhuc (quod eſt gravius) a Miſſis noſtris contra omnem regulam, & præter omnem conſuetudinem libellum fidei, ſi ſe ab illis recipi vellent, exigere moliebantur, in quo tam iſta capitula, quam ea tenentes anathematizarent. Necnon & epiſtolas canonicas ab eo, quem ſuum Oecumenicum Patriarcham appellant, dandas improbe requirebant.*

LI. *His igitur (exploſis cæteris curis)*

*vos*

PAGIUS *nam expetiiſſe audierunt. Volentes quippe & nimium anhelantes, eoſdem Bulgaros a B. Petri ſubjectione ſubducere, ſuoque imperio ſub prætextu Chriſtianæ religionis callide ſubjugare, talia de Sancta Romana Eccleſia non habente maculum neque rugam, aut aliquid hujuſmodi prædicant, quatenus illi, utpote adhuc in fide rudes, hæc audientes, nos quaſi noxios, & diverſarum hæreſeon ſqualore reſperſos vitent, dejectent, atque penitus deſerant.* Natalis Alexander laudatus pag. 138. ait Nicolaum Papam, quod Baſilium ſpectat, falſo rumore deceptum eſſe, quod *Baſilius* recens creatus Imperator alieno ſemper a Photio animo fuerit. Verum Baſilius die XXVI. menſis Maii ſuperioris Chriſti anni in conſortium Imperii adſcitus, hac in re a Michaele Imp. ne eum in ſe exaſperaret, diſſentire non potuit, nec Nicolaus in eadem falli cum num. XLIX. apud Baronium aſſerat, Bulgarorum Regem literas eorumdem Imperatorum per Legatos ſuos ad ſe tranſmiſiſſe. Cum vero *Bulgari* anno DCCCLXI. fidem Chriſtianam ſuſceperint, *biennium* de quo loquitur Photius numero præcedenti, anno Chriſti DCCCLXIII. effluxit, eoque anno, ſi ille vera ſcribit, Sacerdotes Catholici videntes Photium falſis doctrinis Bulgaros imbuere, ea de re Pontificem Romanum monuere, tuncque, ut videtur, contigit quod narrat Anaſtaſius in Præfatione ad octavam Synodum generalem: *Cum Rex Vulgarorum cum propria gente fidem ſuſcepiſſet per hominem Romanum, ideſt, quemdam Presbyterum Paulum nomine, documentum atque myſterium propoſitum habuit a Sede Apoſtolica, non modo fidei Regulam; ſed & ſanctæ legis ſumere diſciplinam: quod & fecit, non ſolum*

*a præ-*

Gallos Epiſcopos hortatur contra Græcos.

*vos fratres ſummopere convenit deſudare. Et quia communia hæc ſunt opprobria, quæ univerſali Eccleſiæ in ea dumtaxat parte, quæ Latina uti dignoſcitur lingua ( ſicut prætulimus ) ingeruntur: communiter omnes, qui divino ſacerdotio illuſtrati videmini, decertare debetis, quo paternæ traditiones tantæ derogationi non pateant. Sed quæ pravi quique conſueta contemptione tam mentientes, quam errantes maculare geſtiunt: manu communi defenſionis ab omni nævo blaſphemiæ funditus eruantur. Ridiculum eſt enim, & ſatis abominabile dedecus, ut temporibus noſtris, vel falſo inſimulari ſanctam Dei Eccleſiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus a patribus noſtris ſuſcepimus, pro libitu ſemper errantium infringi patiamur.*

LII. *Quapropter neceſſe eſt, ut eorum conatibus reſiſtamus, & falſis illorum jaculis veritatis clypeum opponamus. Quod nos quidem, opitulante ſuperna potentia, prout valemus, agere non omittemus. Nec cum opportunitas cælitus datur, contra illos pro Eccleſia Chriſti tacebimus, ſed magnopere convenit, ut & veſtra quoque fraternitas morem ſequuta majorum, concertans nobiſcum, & unanimiter collaborans in talibus inveniatur. Siquidem ( niſi mente receſſit ) numquam Heſperiæ regiones, ut de aliis mundi plagis interim taceamus, a Sede beati Petri in hujuſmodi quæſtionibus diſſonantes inventæ ſunt. Unde unuſquiſque veſtrum, qui Metropolitana jura ſortitus eſt, junctis ſibi fratribus, & Coepiſcopis ſuis, qui ſub ſe ſunt, de his diligentem curam ſuſcipiat; & quid invidis eorum detractionibus opponi neceſſe ſit, rimari ſtudeat, & invenire ſummopere geſtiat, atque inventum nobis ocyus tranſmittere minime parvipendat; quatenus id nos quoque adverſus eorum veſaniam cum cæteris aſſertionibus noſtris deinde mittere valeamus. Non enim in nobis tum inviſibilis hoſtis ſic concordiam .......*

(a) Ep. 70.

Hucuſque in editione Romana ( *a* ), reliqua autem, quæ deſunt, ex codice Fabri ( uti ſuperius dictum eſt ) ſupplentur ab ultimo verſu ita correcto:

*Nihil enim in nobis tam viſibilis, quam inviſibilis hoſtis, ſicut concordiam, exhorreſcit. Ideo mutua ſtudia noſtra provocemus, & contra communes hoſtes non quaſi hac vel illac palantes, ſed tamquam caſtrorum acies ordinati reperiamur: ſicque fit, ut dum nos veſtram unanimitatem ad communem incitamus conflictum, & vos noſtris certaminibus intereſtis; ut & nos veſtram ſanctimoniam debito mentis affectu diligere fraterneque venerari cernamur, & vos in nullo a capite, id eſt, a Sede Petri diſſidere noſcamini. Quanto autem livore, quantaque vecordia jam deſignati Græcorum Principes eorumque ſatellites adverſus nos, pro eo quod ſuis noluimus parere illicitis animoſitatibus, animati ſint, in eo manifeſte datur intelligi, quod aut falſa ſunt, quæ nobis, impingere moliuntur; aut certe jam a priſco tempore, ſine cujuſquam contradictione in Eccleſia Romana, immo in tota occidentali parte hactenus cuſtodita. Et cum floruerint etiam apud ipſos magni Doctores Eccleſiæ, nullus tamen eorum de his reprehenſionem fecit, niſi hi, qui non zelo juſtitiæ fervidi, ſed zelo invidiæ perculſi Eccleſiæ lacerare traditiones anhelant, præcipue cum de jejunio Sabbati tempore S. Silveſtri Confeſſoris Chriſti ſit ſatis diſcuſſum, & diſputatum: atque ut celebraretur per omnia definitum, nulluſque poſt hæc auſu temerario contra illud ſtatutum venire, aut ſaltem mutire præſumpſerit: cum potius e diverſo Sedis Apoſtolicæ inſtitutio, & Eccleſiæ Romanæ ſequens obſervantia ejuſdem ſalutiferi conſtituti executrix fuiſſe hucuſque reperiatur.* LIII.

LIV. *Præterea de proceſſione Spiritus ſancti quis neſciat illuſtres viros, & præcipue Latinos nonnulla ſcripſiſſe, quorum fulti auctoritatibus iſtorum oppido ſane reſpondere poſſemus inſaniæ, ſi vel illis nos reprehendendi, vel nobis eis contentioſa fauce gannientibus rationem reddendi conſuetudo quælibet extitiſſet?*

*Sed*

PAGIUS

*a præfato Presbytero, verum etiam per divinam revelationem inſtructus.*

V. *Eccleſia Latina a Gallis defenſa.*

Princeps enim Bulgarorum, ejuſque Proceres Conſtantinopoli baptizati ſunt, ut teſtantur Leo Grammaticus pag. 462. Symeon Logotheta in Michaele Theophili filio num. XXV. & Georgius Monachus num. XVI. qui & tradunt, Michaelem Imp. ejus in baptiſmo ſuſceptorem fuiſſe, eique *Michaelis* nomen dediſſe. Quare poſt hæc verba *cum Rex Vulgarorum cum propria gente fidem ſuſcepiſſet*, ponenda interpunctio; alioquin verum non eſſet Bulgarorum Principem Conſtantinopoli baptizatum fuiſſe. Quod tamen in dubium revocari non poteſt, ut ex dictis anno ſuperiori etiam conſtat. Porro *Photii* tempore cauſam Romanæ totiuſque Latinæ Eccleſiæ propugnarunt non ſolum Præſules, ſed etiam Monachi Gallicani. Id impigre executus eſt *Hincmarus* teſte Flodoardo lib. 3. cap. 16. Qui & ſuos Suffraganeos ad idem præſtandum excitavit, & inter alios *Odonem* Bellovacenſem, ad quem extat Hincmari de hoc argumento Epiſtola ordine LI. Tomo II. Operum ejuſdem Hincmari. Eadem de re ſcripſit etiam *Æneas* Epiſcopus Pariſienſis, cujus Opus extat Tom. VII. Spicilegii Dacheriani, & *Ratramnus* Corbeienſis Monachus libris IV. *adverſus oppoſita Græcorum* editis Tom. II. Spicilegii eoſdem confutavit.



*Sed quid mirum, ſi hoc iſti prætendunt, cum etiam glorientur atque perhibeant, quando de Romana Urbe Imperatores Conſtantinopolim ſunt tranſlati, tunc & primatum Romanæ Sedis ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam tranſmigraſſe, & cum dignitatibus regiis etiam Eccleſiæ Romanæ privilegia tranſlata fuiſſe? ita ut ejuſdem invaſor Eccleſiæ Photius etiam ipſe ſe in ſcriptis ſuis Archiepiſcopum atque univerſalem Patriarcham appellet.*

LV. *Videte ergo fratres, ſi hæc Eccleſiæ Chriſti non præjudicent, videte ſi tolerabilia valeant æſtimari; conſiderate ſi debeant illi Eccleſiæ Romanæ hujuſmodi derogationes, vel detractiones ingerere, cum ipſa ex quo cœpit Chriſtiana religio dilatari, quæ ſemel in Petro patrono ac inſtitutore ſuſcepit, immutilata tenuerit, & incorrupta per alia climata mundi docuerit, nec apparuerit quiſquam per tot ſaltem ſæculorum curricula, qui ejus traditionibus derogaverit, aut obviare præſumpſerit; licet, ut prætulimus, in Eccleſia crebro magni Doctores effulſerint: nec viſa ſit umquam Eccleſia ( ut non dicam Conſtantinopolitanam, quæ longe poſt inſtituta eſt ) cujus hæc doctrinam, vel auctoritatem ſecuta ſit, cum ipſa potius alias Eccleſias inſtituerit, atque nonnullas traditiones contulerit; adeo ut quemadmodum Bonifacius Sedis Apoſtolicæ Præſul teſtatur, inſtitutio univerſalis naſcentis Eccleſiæ, de beati Petri ſumpſerit honore principium, in quo regimen ejus, & ſumma conſiſtit.*

LVI. *Perpendite ergo fratres, ſi hæc utilia ſint Eccleſiæ Dei; ſi hæc congrua videantur ejus ordinationibus: perpendite rogo, ſi Sedis Apoſtolicæ Miſſos a viſione ſua excludere, vel eos, aut epiſtolas noſtras ſpernere debuerint, & ubi ſit aliquando geſtum, quæſo, memorare contendite: alioquin contra tantum laborare contemptum, nobiſcum tota virtute curate. Nam ſi hujuſmodi mos in Eccleſia Chriſti fuerit exortus, videlicet ut Legati, ſeu litteræ ſingularum Eccleſiarum, vel perſonarum ab his, quibus mittuntur, minime ſuſcipiantur: quis locus reſtet ſaluti, nos penitus ignoramus; præſertim cum per Legatorum, & epiſtolarum deſtinatarum interventionem, ad fidem nonnullos converſos, & ab errore multos revocatos, & ad pacem cæteraſque correctiones plurimos vel rediiſſe, vel acceſſiſſe noſcamus. Et certe, ſi hoc licitum eſſe poſſet, nullus profecto nobis tranquilliorem vitam ducere valuiſſet. Nimirum quos quotidiana undique veniens, annuente Chriſto, frequentia, non modice reddit ſolicitos, nec paucis conſtituit ſubinde ſudoribus fatigatos.*

*Perpendite nihilominus, ſi a Legatis noſtris libellus exigi debuit, aut quæ huic exempla præceſſerint, cum nec ſcripto inſertum, nec memoriæ commendatum tale quid inveniri credatur. Numquid nos alicujus novitatis inventores extitimus? numquid alia, niſi quæ ad ſalutem ipſorum, & ad communem Eccleſiæ ſtatum pertinebant, tranſmiſimus? Numquid nos hæretici aliquando fuimus? Nam licet nos peccatores quidem eſſe non denegemus: quorumlibet tamen errorum fæce pollutos, Deo gratias, minime recognoſcimus, quemadmodum illi, qui numquam ſine ſchiſmate, numquam prorſus ab errore reperiuntur extranei. Libellos autem nos ab illis & exigere, & ſuſcipere, non autem illos a noſtris requirere ſolere, conſuetudo hucuſque cuſtodita demonſtrat. Cum enim Chriſti munere, propter primatum Eccleſiæ Romanæ in B. Petro conceſſum memini ſit de Sedis Apoſtolicæ judicio judicare, aut illius ſententiam retractare permiſſum: conſtat nimirum eos ab his nullum jus poſſidere libellos exigendi, quos habere fas judicandi, nullo habetur Canone, nullo probatur exemplo. Potiorum enim eſt ab inferioribus, non inferiorum a potioribus violenter exigere rationem, aut extortam elicere ſatisfactionem. * Commendativas autem epiſtolas ( etiam ſi tale quid antiqua conſuetudo fieri a nobis efflagitaſſet ) dandas Photio nullo modo mitteremus: quippe quem non cæterarum noſtrarum communione in Eccleſia Conſtantinop. ſtabiliendum, ſed noſtræ ſententiæ jam mucrone perculſum, ab ea penitus decreveramus tamquam adulterum propellendum. Verum pro his, & his ſimilibus cauſis canonice diſcutiendis, & rite definiendis, tam veſtram, quam aliorum fratrum, & Coepiſcoporum noſtrorum reverendam ad nos convenire vellemus præſentiam, niſi vos diverſæ mundi calamitates & quotidianæ preſſuræ id gerere vetuiſſent. Sed quæ nobiſcum ageretis præſentes, hortamur agite ſaltem abſentes; qui tamen dum intra ſinum charitatis, quam latum mandatum ( a ) Pſalmiſta nuncupat, vos circumplectentes ſemper intuemur quaſi præſentes, terrarum profecto ſpatiis nunquam poteſtis haberi viſibus noſtris abſentes.* LVII.

* commendaticias.

(a) Pſal. 118.

*Verumtamen huc veniendo non recuſetis laborem arripere, nec juſſa terreni Principis, nec ulla impedimenta ſæculi pium ſtudium veſtrum a communi hac Eccleſiaſtici negotii meditatione, ſeu neceſſaria ſolicitudine cohibere quoquo modo valeant; alioqui veſtram ad nos fraternitatem convocandi, & pariter de hujuſcemodi quæſtionibus tractandi nobis erit omnino neceſſitas; ut videlicet juxta priſti-* LVIII.

*ſtinam conſuetudinem nobiſcum in idipſum apud ſanctum Petrum convenientes, communes Eccleſiæ contumelias repellamus, qui commune ſacerdotii culmen in Chriſti Eccleſia ſinguli ſecundum ſuorum qualitatem privilegiorum promeruiſſe dignoſcimur; præcipue cum non ſolum propter hujuſmodi generalis Eccleſiæ negotium, ſed etiam pro ſpecialis hujus Sedis exorta cauſa prædeceſſores veſtri una cum prædeceſſoribus noſtris hic ſoliti ſint non immerito convenire. Nam mirandum quamobrem iidem Imperatores ita ſæviant, ita commoveantur, ita in convicia noſtra prorumpant, cum ſi bene geſſerunt, eos non nobis comminari, ſed de bono gratias auctori referre, & in ſeipſis gloriam habere, & Miſſos, vel legationem noſtram non reſpuere, ſed utpote ſuis bene geſtis congratulantes libenter admittere, & nobis congrua reſponſa dirigere, profecto decuerit. Si vero male operati ſunt, ut quid non corrigi potius, & meliorari ſatagunt, ſed indignanter anhelant, & in tot contumelias adverſus ordinationes Dei & Eccleſiæ traditiones inſiliunt? quamvis non tam indignati, quam deterriti fuiſſe videantur; conſcientia namque remordente intellexerunt, pro judicanda canonice ſui obligatione nos illas in partes miſiſſe: quamobrem hujuſcemodi conſilio uſi ſunt, quo videlicet Legati noſtri nullatenus admitterentur, ſcilicet ne per illos vel de recuperato fratre & Coepiſcopo noſtro Ignatio, vel de damnato Photio invaſore Sedis Apoſtolicæ ſententia penitus ſint diffamati; nec rurſus iidem tamquam fautores tantæ perverſitatis, ac per hoc obligati manifeſtius quod eſſent excommunicati ſciri eorum atteſtatione, aut ſcriptorum noſtrorum ſerie ..... potuiſſet. Unde quis non videat eos idcirco de nobis illa derogationum verba depromere, ut ſuæ quoque pravitatis acta poſſent contegere; & ideo velle noſtra ſuis præſtigiis obfuſcare, una ſua valeant tenebrarum opera longe lateque clarificare.*

LIX. *Nam qui ſtylus ſufficiat exarare, quanta & qualia, priuſquam Miſſi noſtri illuc directi fuiſſent, vel etiam poſt reverſionem eorum tam per Legatos, quam per litteras ſuas, ut de noſtris ſpecialiter omittamus, de beati Petri principis Apoſtolorum laudibus de Sede ejus vel Eccleſiæ Romanæ privilegiis nobis præconia deſtinarint? Cum autem eoſdem Apoſtolicæ Sedis miſſos in ſuam nequitiam traduxiſſent, & inſtar quarumdam proſtitutarum libidines ſuas ipſis conniventibus explevîſſent, primo quidem conati ſunt nos iteratis laudibus efferentes, & verſutis blandiſque lenocinitis adeuntes, ad ſuos inflectere peſſimos actus, ut his a ſe perpetratis noſtro conſenſu firmitatem tribueremus, ſupra modum hortati ſunt & deprecati. At ubi nos inſpiratione divina, quæ acta ſunt, perperam commiſſa fuiſſe comperientes, ea non ſolum, juſtitia magiſtra, ut jam diximus, non approbavimus; ſed & damnavimus: protinus illi, verſa ſententia, plectrum linguæ in derogationes & blaſphemias acuerunt, & tamquam ſuimet obliti, contraria his, quæ primitus proſecuti ferant, tractaverunt. Et quia, Deo auctore, de nobis quid ſpecialiter impeterent, non invenerunt: traditionibus paternis divinis teſtimoniis roboratis detrahere curaverunt, & quod agere majores eorum minime præſumpſerunt, iſti etiam quæ antiquitas Romana ſuſcepit, cum numeroſis hanc ſequentibus Eccleſiis generaliter accuſare, & blaſphemare ore polluto minime timuerunt. Quin & privilegiis Apoſtolicæ Sedis, quorum validitudine ſua quoque roborari popoſcerant, quia ſuis malignitatibus non favimus, conviciari, & derogare vice tergiverſatoria multifarie ſtuduerunt.*

*Porro autem quia nos Apoſtolicæ Sedis auctoritatem, Deo gratias, non ignorantes, hactenus quodammodo ſingulariter eorum pravitatem, nullo ſolatio veſtro more priſco muniti, conſtantia ſumma repreſſimus, actus ſuos illi nonniſi nobis diſplicere, nonniſi nos execrari, fallaciter arbitrantur. Quamobrem fieri poteſt, ut hæc ſua venenoſa graminis ſemina per alias mundi partes diſpergant, & ſimpliciorum, piorumque Fidelium corda ſuis illicitis vocibus incurvent, adeo ut, ſicut ipſi gloriantur, ad Alexandrinum, & Hieroſolymitanum Patriarchas jam miſerint, eos videlicet, ut in dejectione Ignatii Patriarchæ, & in promotione invaſoris Photii ſibi conſentiant, adhortantes: in quo non nos eorum concordiam fortaſſe contro ſtatuta ſeu traditiones Apoſtolicæ Sedis improvide conglutinatam, Deo adjuvante, pavemus: ſed ne ſuaſionibus illectos pravorum, eos ad ſuum ipſorum diſcrimen contingat ab æquitate decidere, condolemus. Sunt quippe diris, & continuis Agarenorum preſſuris attriti, ac per hoc evenire valet, ut vel decepti, vel pro ſui relevatione ſibi plurima tribuere ſpondentibus Conſtantinopolitanis Principibus, quod & gementes dicimus, aſſentire cogantur.* LX.

*Quapropter venerabilis induſtria veſtra talem ſe de cætero exhibeat, neceſſe eſt, ut ſole clarius hanc a Sede Petri in nullo diſſidere, quin potius cum illa in cunctis ſentire iidem hoſtes cognoſcant, ita ut Præſulatui noſtro ſcripta divinitus inſpirata ſapientia veſtra, reprehendendo, & forti prorſus invectione feriendo tantam eorumdem Imperatorum veſaniam, mittat, quæ nos ſuſcipientes* LXI.

tes



*tes rurſus ea cum aliis aſſertionibus noſtris ad ipſorum quoque dementiam confutandam mittere valeamus. Ita ut cum unum pariter, idemque nos hoſtes ſentire cognoverint, nec injurias a ſe nobis illatas ulciſci ſolummodo, nos affectare, mendaciter adſtruant, nimirum cum adverſus ſe monomachiam aggredi quodammodo nos intuentur. Et per hoc quod ſint & alii Chriſti dilectores, & eorum perverſitates odientes, liquido comprehendant, & ora loquentium iniqua penitus obſtruantur, ita ut, Chriſto duce, una mente & ore ac brachio quaſi ſtrenui propugnatores, phalanges hoſtium premere ac debellare communi ſtudio reperiamur, eorumque pernicioſam factionem, ipſo auxiliante, concertatione funditus interrupiſſe comperiamur; & tam inventores mendaciorum, quam fabricatores perverſorum dogmatum paternis definitionibus, ac veracium aſſertionum clypeis in nomine Domini noſtri JESU Chriſti ........ triumphare ac ſuperare per omnia dignoſcamur. Optamus fraternitatem veſtram nunc & ſemper bene valere.*

LXII. *Tua vero, frater Hincmare, pietas cum hanc epiſtolam legerit, maxime curet, ut ad alios Archiepiſcopos, qui in Regno filii noſtri Karoli glorioſi Regis conſiſtunt, deferatur, ac id ſummopere agere ſtudeat, & ut de his ſinguli in diœceſibus ſuis una cum ſuffraganeis ſuis, in cujuſcumque Regno ſint conſtituti, convenienter tractare, & nobis, quæ evenerint, ſuggerere curent, eos incitare non negligat. Ita ut eorum omnium, quæ præſentis epiſtolæ circumſtantia continet, tu & ſtrenuus executor illis exiſtas, & apud nos verax & prudens ſcriptorum tuorum ſerie relator inveniaris. Dat. decim. Kal. Novembr. indictione prima.* A qua die uſque ad ipſius Nicolai obitum viginti & unus dies numerantur, ſecundum Anaſtaſium, qui vult eum defunctum decimatertia Novembris: ut plane poſſit intelligi haud diu poſt, ipſum ſanctiſſimum Pontificem in ægritudinem eam incidiſſe, ex qua, magno totius Eccleſiæ damno e vita ſublatus eſt. Nam Frodoardus in hiſtoria Eccleſiæ Rhemenſis, inquit: *Hincmarus hanc accepit epiſtolam, quam multis aſtantibus Epiſcopis ante Regem legit, qui tunc in ſuo palatio Corbenio erat, & juxta mandatum Nicolai Papæ, hanc ad alios Archiepiſcopos citiſſime deferri curavit. Interim Nicolaus Papa decimotertio die menſis Decembris e vivis exceſſit, &c.* Anaſtaſius autem XIII. Novembris defunctum aſſerit.

Hæc uſque ad finem recitat Frodoar. in hiſt. Rhem. c. 15.

LXIII. Sed quid pro Latinis adverſus Græcos in Galliis fuerit elaboratum, ex eodem Frodoardo aliqua ex parte conſequi poſſumus, qui dum relegit epiſtolas ab Hincmaro conſcriptas, hæc habet: *Item de reſponſionibus ad obiecta Græcorum, quæ Odo Bellovacenſis Epiſcopus colligens deſcripſerat, & domino Hincmaro miſerat. Unde gratias Deo Rex egit, quia ſeipſum inſtructum ſenſit ab eis, quos uno ſpiritu potatos invenit, & quid de his videatur ſibi ſimul conferendum eſſe ſignificat.* Et inferius de iiſdem: *Subiungit quoque de libello ipſius Odonis contra obiectiones Græcorum, quædam ſe in eo memorans annotaſſe, quæ retractanda, & corrigenda forent.* Hec ipſe. Ex quibus intelligas tum Odonem Bellovacenſem, tum Hincmarum Rhemenſem adverſus eaſdem Græcorum obiectiones plurimum laboraſſe. Porro eas lucubrationes neſcimus editas.



At ne penitus relinquamus intacta decem illa capita, quæ a Græcis obiecta Nicolaus ipſe teſtatur: ea hic obiter, breviterque ſaltem attingamus atque in primis: LXIV.

1. *Quod ad Sabbati jejunium, vetus fuit iſta inter Latinos atque Græcos controverſia ab ipſo ferme exordio naſcentis Eccleſiæ, poſt obitum videlicet Apoſtolorum. Tu vero conſulas, quæ fuſius primo tomo Annalium ſcripta ſunt.* Refelluntur breviter Græcorum calumniæ.

2. *Quod Spiritum ſanctum a Patre procedere negirit omnino Latina Eccleſia, apertiſſimum mendacium eſt. Quod autem dixerit a Patre & Filio procedere, ſinceriſſima veritas eſt, a majoribus omnibus, a Damaſo incipiendo, Romanis Pontificibus & aliis aſſerta.*

3. *Quod cuſtodiens in ſacris ordinibus cælibatum Occidentalis Eccleſiæ damnet nuptias, manifeſta calumnia eſt. Nam clericorum cælibatum antiquiſſimum fuiſſe in Eccleſia tam Occidentali, quam Orientali, a temporibus Apoſtolorum ſervatum, ſuo loco ſuperius evidentiſſime demonſtratum eſt; ac pariter declaratum, quam deſipuerint Græci a tempore ſextæ Synodi, commenticiis appoſitis canonibus conjugium ſacrorum miniſtrorum admittentes.*

4. *Quod alicubi conceſſum presbyteris, ut baptizatorum frontes liniant chriſmate, ex magna cauſa ſit diſpenſatum: in contrarium plane eſſe uſum, oſtenditur.*

5. *Quod utatur Eccleſia Occidentis aqua pro chriſmate, omnium teſtificatione eſt manifeſta calumnia.*

6. *Quod in Quadrageſima caſeo, vel ovis omnes Occidentales utantur Eccleſiæ, calumnia eſt, cum in Italia numquam in uſu fuerit, trans montes tamen id ex magna cauſa alicubi apparet eſſe conceſſum. Sed in his diverſarum Eccleſiarum tam in Oriente, quam in Occi-* LXV.



dente

*dente abſque ſcrupulo læſæ Catholicæ Fidei, diverſas fuiſſe conſuetudines, ex antiquis Theologis ſuperius eſt fuſius diſputatum.*

7. *Quod ſuper altare una cum corpore Chriſti offeratur agnus, tempore Paſchatis, eſt manifeſta calumnia.*

8. *Quod clerici Occidentales barbas radant, ridenda potius, quam confutanda ſchiſmaticorum inſania, de quo priſtino uſu ab exordio Eccleſiæ naſcentis Romæ recepto, ſuo loco ſuperius pluribus eſt pertractatum.*

9. *Quod diaconi non ſuſcepto presbyteratu tranſeant ad Epiſcopatum: calumniam eſſe Canones Occidentalis Eccleſiæ manifeſtant.*

10. *Quod libellus Fidei exigeretur ab illis a Legatis Apoſtolicæ Sedis: quod cum numquam antea uſurpatum ſit, pro monſtro haberi debet, ſicut ut ab eorum Patriarcha ad Chriſti fideles decretales ſcriberentur epiſtolæ.* Hæc obiter.

XVI. Porro de hac epiſtola Nicolai fit mentio in antiquis Francorum Annalibus a Pithœo editis: deque alia eodem tempore ſcripta de condemnatis ab Apoſtolica Sede Gunthario & Theutgaudo Epiſcopis, ea occaſione, quo ad ſuas ſedes idem Pontifex eos reſtituere noluiſſet; hæc enim ibi leguntur: *Nicolaus Papa Romanus Epiſcopis Germaniæ duas deſtinavit epiſtolas, una de factionibus Græcorum, alteram de Theutgaudi & & Gunthariï Epiſcoporum depoſitione, in qua refert eos ſeptem capitalia crimina commiſiſſe, & ad priſtinæ dignitatis reſtitutionem nequaquam recipere poſſe commemorat.* Hæc ibi. Exigebat autem iſta ab ipſo Nicolao neceſſitas, ut quia ſuis litteris uſque in Orientem miſſis duo illi damnati Epiſcopi injuſte conqueſti eſſent in Nicolaum, injuſte ſe ab eo eſſe damnatos: oportuit ut per ipſum univerſo innoteſceret orbi, ſententiam in eos latam fuiſſe juſtiſſimam, oſtendens quot quantorumque criminum iidem auctores fuiſſent.

LXVII. Demum quod ad Photii criminationes in Eccleſiam Romanam objectas pertinet, non prætermittendum, quod eunuchus corrodens dente canino quæcumque obvia poſſet, contra Romanam Eccleſiam raſionem barbarum objecit ipſe eunuchus glaber, non aliud reſponſum accepturus, quam quod Demonaxis in Luciano: *Perriduculum, inquiens, hoc mihi viſum eſt, ſi tu a barba philoſophantes judicandos eſſe exiſtimas, ipſe barbam non habens.*

Quid Momus iſte prætermiſit, ut in Occidentalem Eccleſiam quavis occaſione inveheretur? ad hoc venundatus, ut alter (*a*) Achab, ut faceret malum, primus auctor, ut dum ſciſſionem ab Eccleſia Romana procurat, peſſumdaret, & in præceps ageret Conſtantinopolitanam Eccleſiam. Ipſe ſiquidem primus, qui, quod nullus prædeceſſorum quamtumlibet cerebroſus, etiam ſi hæreticus fuerit, eidem Romanæ Eccleſiæ infenſiſſimus; auſus eſt facere, eamdem Eccleſiam, immo omnes Occidentales hæreſis nomine ſugillare, quod aſſererent Spiritum ſanctum a Patre Filioque procedere.

(*a*) 3. Reg. 21.

LXVIII. Non enim recens iſta per Romanos Pontifices ſuis epiſtolis innotuerunt in Oriente, ſed ante quingentos annos reperiuntur annuntiata litteris primum Damaſi Papæ, qui vires dedit (quod dictum eſt ſuo loco ſuperius) ut Conſtantinopolitanum Concilium ſub Nectario, Oecumenicum diceretur, per quod Spiritus ſancti eſt defenſa Divinitas, & per Symbolum prædicata. Id quidem ipſe habet in Anathematiſmis appoſitis ad epiſtolam datam ad Paulinum Antiochenum Epiſcopum a (*b*) Theodoreto dolo malo falſatam, ut qui contra Cyrillum Alexandrinum negavit Spiritum ſanctum a Filio etiam procedere. Porro legitima lectio eorum ſcriptorum Damaſi, poſita habetur in omnium antiquiſſima Creſconiana Collectione alibi ſuperius (*c*) recitata his verbis: *Spiritus ſanctus non eſt Patris tantummodo, aut Filii tantummodo Spiritus. Scriptum eſt enim* (*d*): *Si quis dilexerit mundum, non eſt Spiritus Patris in illo. Item ſcriptum eſt* (*e*): *Qui autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus. Nominato itaque Patre, & Filio, intelligitur Spiritus ſanctus, de quo Filius in Evangelio dicit* (*f*): *Quia Spiritus ſanctus a Patre procedit. Et* (*g*): *De meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Hæc Damaſi apud Creſconium puriſſima atque ſimpliciſſima lectio, per quam Spiritum ſanctum a Patre, Filioque procedere, ex neceſſaria aſſumptione, deductum eſt. Sed & locum Damaſi e Græcorum fontibus, quos reperit limpidiſſimos, nec impoſtorum pede turbatos citat Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus his verbis (*h*): *Damaſus ſanctiſſimus Romæ Præſes, qui tempore ſecundæ Synodi Conſtantinopolitanæ vixit, in confeſſione Catholicæ Fidei, quam Papa huc miſit ad Paulinum Antiochiæ Epiſcopum, hæc habet: Credimus in unum verum Deum, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, factorem viſibilium, & inviſibilium, per quem omnia creata ſunt in cælo, & in terra, hunc unum Deum, & hanc unam eſſe divini nominis Trinitatem, Patrem, qui Filius non eſt, ſed habet Filium, qui non eſt utique Pater, Filium, qui non eſt Pater, ed Filius Dei natura eſt. Spiritum vero*

(*b*) Theod. hiſt. lib. 5. c. 11.
(*c*) Tom. 6. Annal. anno D. 447.
(*d*) Joan. 2.
(*e*) Rom. 8.
(*f*) Joan. 15.
(*g*) Joan. 16.
(*h*) Gennad. pro Conc. Flor. Sect. 7. Damaſus dogmatis aſſertor.



*ro paraclitum neque Patrem eſſe, neque Filium, SED EX PATRE PROCEDENTEM ET FILIO.* Subiicit his idem Gennadius teſtimonia Leonis Papæ atque Hormiſdæ eadem affirmantium, & aliorum, qui libere ea ſcripſiſſe ad Orientales reperiuntur, diverſis quidem temporibus, cum nec ab aliquo eorum, licet in Romanam Eccleſiam infenſiſſimo, adeo contradictum eſt, ut ſit auſus vel Romano Pontifici, vel alicui Occidentalium id profitenti, & conſtanter aſſeveranti inpingere crimen hæreſis, & meditatus fuerit ea de cauſa a Romana Eccleſia ſciſſionem. Immo boni conſulere, & in ſaniorem ſenſum interpretari conſueverunt id, quod de eadem Spiritus ſancti proceſſione a Patre, Filioque a Romano Pontifice aſſertum alicubi inveniſſent, ut feciſſe conſtat ſanctum Maximum virum doctiſſimum, & ob defenſionem Catholicæ Fidei martyrem, qui claruit tempore S. Martini Papæ martyris, anno Redemptoris ſexcenteſimo quinquageſimo ſub Heraclio Conſtante Imp. cujus de ea re ſententias graviſſimas in epiſtola ad Marinum conſcripta, qui pugnant adverſus Græcos, citare conſuevere una cum aliis ſanctiſſimis antiquis Græcorum Patribus, qui idipſum de proceſſione Spiritus ſancti a Patre, & Filio profeſſi eſſe inveniuntur, quorum catalogum expreſſum habes in Concilio Florentino, & in aliis pluribus Theologis, qui eodem argumento ſcripſere commentarios pro Latinis adverſus Græcos, quorum eſt numerus pene infinitus, ut eos ſingulos recenſere ſit oneroſum atque ſuperfluum.

LXIX. De Græcorum in Latinos objectionibus.

Quod autem ad Maximum ſpectat, & ejus locum citari conſuetum in epiſtola ad Marinum (ut rem quam diligenter agamus) ſciendum, quod duæ eodem titulo reperiuntur ejus epiſtolæ, quarum altera ad Marinum presbyterum, altera ad Marinum diaconum, ambæ dogmaticæ, quorum tria vetuſtiſſima inveniuntur Romæ exemplaria, in Collegio Græcorum unum, aliud in Columnenſi bibliotheca, atque tertium in Vaticana emendatius. In ea igitur, quæ ſcripta eſt ad Marinum diaconum epiſtola, inter alia quæ ibi tractantur dogmatica, recenſentur querelæ Græcorum adverſus Romanam Eccleſiam, quarum altera erat, quod Romanus Pontifex ſcripſiſſet, Spiritum ſanctum a Patre, Filioque procedere; altera, qua calumniabantur Græci eundem dixiſſe Chriſtum in quantum hominem non caruiſſe originali peccato; ex illa enim id ipſi eliciebant ſententia, quod Chriſtum dixiſſet (ut majores noſtri) ſecundum Divinitatem conſubſtantialem Patri, ſecundum humanitatem conſubſtantialem nobis. Sed petiti Romani, ſtatim omnem ea de re declarantes vocem, abſtulere calumniam. Ait ergo Maximus in dicta epiſtola ad Marinum diaconum, a Metio noſtro modo ſcientiæ ac pietatis ergo a S. D. N. Clemente VIII. creato Epiſcopo Thermularum apud Sannites civitatis Latinitati tradita:

LXX. Quid Latini de proceſſione Spiritus Sancti.

*De litteris vero ſanctiſſimi Papæ, qui nunc Eccleſiam regit, non in tot capitibus, quot vos ſcribitis, illi qui regiam incolunt urbem,* Conſtantinopolim ſcilicet *eas ſuſceperunt, ſed duobus tantum, quorum alterum eſt Theologicum, quod videlicet dicat ſanctiſſimus Papa, Spiritum ſanctum etiam a Filio procedere; alterum vero de divina Incarnatione, quod ſcilicet ſcripſerit idem ſanctiſſimus Papa Chriſtum Dominum quatenus homo eſt, ab originali peccato non eſſe immunem.* Eliciebant iſta illi ex dicta voce adeo abſolute prolata, non quod iſta dixiſſet Pontifex, ut ex inferius dicendis apparet. Reſpondit Maximus de his quæ pro defenſione dictorum Romani afferrent, dicens: *Et quod ad primum quidem, attulerunt Romani auctoritates ſuorum Patrum ſibi ſuffragantes, necnon Cyrillum Alexandrinum in ſacris illis commentariis, quæ in Evangeliſtam Joannem conſcripſit, quibus nullo pacto Spiritus ſancti Filium eſſe cauſam, ſeipſos affirmare oſtenderunt. Unam enim noverunt Filii, & Spiritus ſancti eſſe cauſam Patrem videlicet, Filii quidem generatione, Spiritus vero ſancti ſpiratione, ſed ut per ipſum Filium procedere dicentes Spiritum ſanctum, declarant etiam, ut hoc pacto eſſentiæ connexionem, & identitatem, & immutabilitatem indicarent.* Ne ſcilicet duo eſſe principia aſſerere viderentur. Pergit Maximus:

LXXI. Exploditur turpis calumnia Græcorum in Latinos.

*Quod ad ſecundum vero, nulla opus eſt apologia, vel excuſatione. Quænam enim in hujuſmodi rebus poteſt oriri dubitatio etiam illis, qui pro ingenii ſui perverſitate occaſionem dubitandi quærere in omnibus conſueverunt? Rem tamen diſertis verbis, declaraverunt, dicentes, Chriſtum Dominum nullo pacto peccatum habuiſſe, neque mente quidem, qua videtur Adamus primum deliquiſſe; neque alicujus mali actionem, vel operationem ex mente per corpus procedentem omnino in Chriſto Domino umquam fuiſſe. Et iſti quidem,* Romani videlicet, *hæc inquiunt de illis, quæ ſine cauſa ipſis obiiciuntur. Illi vero,* regiæ ſcilicet urbis, *de iis, quibus juſtiſſime ipſi accuſantur, nullam hucuſque excuſationem attulerunt, &c.* In fine vero qui cupit amicum ſalvum, ut inconvulſe Eccleſiæ Romanæ junctus perſiſtat: verbis his perſuadet, quam elegantiſſime iſta ſubiiciens:

LXXII. Rom. Eccl. digna præconia.

*Omnes termini terræ, & quicumque ubique terrarum Chriſtum Dominum pura mente, & Orthodoxa Fide confitentur, quaſi ad ſolem æterni luminis, ad ſanctiſſimam Romanorum Eccleſiam, & ejus confeſſionem, & Fidem intenti reſpiciunt, ex ipſa rutilantem ſplendorem recipientes ſpiritualium & ſanctorum dogmatum, quemadmodum ſex illæ ſanctæ Synodi ſacræ, & a Deo dilectæ diſertis verbis, & magna cum religione expoſuerunt, apertiſſime pronuntiantes Fidei Symbolum. Ab initio enim adventus Incarnati Verbi univerſæ ubique terrarum Chriſtianorum Eccleſiæ a ſancta Romanorum Eccleſia originem habuerunt, & fundamentum ſolum & maximum, contra quod nullo pacto portæ inferi prævalebunt, juxta ipſiuſmet* (a) *Salvatoris noſtri promiſſionem, ut habeat ſcilicet claves Orthodoxæ in ipſum Fidei, & confeſſionis, & aperiat illis, qui ad ipſum Romanam Eccleſiam cum pietate accedunt, veram & realem & ſolam pietatem quærentes. Et claudat e contra, & obſtruat omne os hæreticum, quod loquitur iniquitatem in cælum, &c.* Hæc Maximus philoſophus Chriſtianus, Theologus ſua ætate præcipuus, mitiſſimus corde, humillimus mente, ut ſua ipſius ſcripta actaque teſtantur, atque martyrii titulo inſuper egregie inſignitus.

(a) *Matt.* 16.

LXXIII. Antiquitas dogmatis.

At cum locus Maximi in Florentino Concilio Oecumenico citaretur, & Græci ſchiſmatici tanti viri præfocati auctoritate, reſpirare non poſſent, eo divertere neceſſitas eos compulit, ut negarint eam epiſtolam eſſe Maximi, quam non Latini codices, ſed Græci, iidemque plures eadem ſententia abſque ulla penitus diſcrepantia continerent. Verum cum negare non poſſent Maximi eſſe epiſtolam, iidem converterunt in Latinos dicta Maximi, quod negaſſent Filium eſſe cauſam proceſſionis Spiritus ſancti, cum Beſſarion pro Latinis certamen ſuſcepit, & ſententiam Maximi egregie declaravit in ea, quam tunc pro unione habuit orationem. Sed hæc a nobis eadem cauſa ſunt allata, non ut de quæſtione hic diſputemus, magis autem ut oſtenderemus, neminem ante Photium vertiſſe probro Apoſtolicæ Sedi, ut adſcriberet loco hæreſis, ſi quando ea de proceſſione Spiritus ſancti a Patre, & Filio ſuis litteris ſunt profeſſi; ſed vel ſe recepiſſe illa, ſilentio demonſtrarint, vel in bonum ſenſum illa deducerent, & excuſarent; vel ſi non reciperent, non tamen ut hæreſim condemnaverint, ſeque ea de cauſa ab Eccleſia Romana abſciderint.

LXXIV. Photius auctor ſchiſmatis

Primus infelix Photius (iſta ſit illi loco gloriæ columna ignominia ſculpta) primus, inquam, extitit auctor, ut ejus prætextu ſe ab Eccleſia Romana ſejungi, ac penitus ſegregari profeſſus ſit, a qua ſe non recipi ſciret ob ſedis alienæ invaſionem, & alia innumera ſcelera perpetrata: ut erubeſcant ejus in ſchiſmate ſectatores tali auctore, quem (ut audiſti) crimina immaniſſima decorarunt. Qui ubi ſemel id profiteri ſcriptis litteris cœpit: quæ reliqua fuerunt, erigendo ſibi cathedram contra cathedram, angelum apoſtatam imitatus, par ſolium, immo altius contra ſanctam Apoſtolicam Sedem ſibi conſtituendum putavit; ut non ſolum illud uſurparit, quod Romanæ Eccleſiæ eſt ſolius, ut Oecumenicus diceretur, ſed & a Legatis Sedis Apoſtolicæ Fidei profeſſionem exigeret, & epiſtolas ipſe canonicas ſcriberet, quod ſpectat tantum ad Romanum Pontificem. Apoſtatantis primum angeli ſuperbia eſt, & blaſphemia in Deum pariter, dum inſtitutum divinitus in Eccleſia, & ſervatum ſemper in hoc tempus Hierarchicum ordinem eunuchus invaſor alienæ ſedis, atque falſarius (ut eſt demonſtratum) avertere auſus ſit atque ſubvertere, homo ſententia Nicolai (*b*), innumerabilium repertus prævaricationum obnoxius, Imperatorum tantum auxilio fretus. Ita quidem Principes terræ, potentes iniquitate, adverſus Romanam Eccleſiam cum Photio inſanierunt.

(b) *Nic. ep.* 11.

LXXV. Ira Dei adverſus ſchiſmaticos Principes.

At quid? Qui expectavit, & diſſimulavit peccata hominum propter pœnitentiam, atque diu ſiluit patiens; jam exurgit indignans, arguit in furore, percutit in ira ſua Deus *ipſe* (ut Propheta (*c*) ait) *æmulator & ulciſcens Dominus, ulciſcens Dominus & habens furorem, ulciſcens Dominus in hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis.*

(c) *Nahum.* 1.

PAGIUS VI. *Michael Imp. Bardæ Cæſaris mortem meditatur.*

A num. LXXV. ad LXXXVII. Bardæ Cæſaris interitum his verbis narrat Porphyrogennetus num. XLI. docetque id anno ſuperiori, non vero currenti contigiſſe: *deſtinabat Bardas*, inquit, *in Cretenſes una cum Michaele, aſſumtis omnibus copiis expeditionem ſuſcipere. Veniens itaque ad Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis Ædem, quam Odegi vocant, ſe ſuaque illi commendaturus, ac quaſi valedicturus, prælucentibus facibus ingreſſus eſt. In ipſis vero Ædis penetralibus, excuſſa ſubito ex ejus humeris chlamis, maximorum malorum præſagium dedit. Idem pridie quam ex Urbe diſceſſerat, ſive ipſe ultro, ſive jam futuræ rei urgente fato, convocatos amicos, ac convivio acceptos, monuit, ſuæ in illos amicitiæ memores eſſent, velut e vita migraturus eis legatos diſtribuit. Verum neceſſe erat, ut illæ finem acciperent. Cœpta ergo expeditione cum in Thracenſium regionem in locum, cui Cepi nomen, perveniſſent, qui priores locum occupaſſent, tentoria certatim ac diligenti opera figebant. In his accidit, ſive id dedita opera, ſive per miniſtrorum imprudentiam, ut Michaelis tentorium humili planoque loco expanderetur; Cæſaris autem in quodam tumulo, pauloque editiori loco: Hoc ita factum, ceu*



Siluit, & expectavit: ſed (*a*) ubi a nuntiis pacis ab eis non receptis pulvis excuſſus eſt de ipſorum pedibus in teſtimonium contra illos; ſicut olim percuſſus per Moyſem (*b*) pulvis Ægypti in cladem converſus eſt Pharaonis. ita excuſſus de eorum pedibus pulvis, converſus eſt in Regum interitum. Sic Deus præjudicio judicium declaravit. Quod non recipientibus (ut dixit) pacis nuntios, tolerabilius (*c*) eſſet terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii. Et qui in remunerando incipit a (*d*) noviſſimo: in puniendo ecce exorditur a primo.

(a) *Matt.* 10.
(b) *Exod.* 8.
(c) *Matt.* 10.
(d) *Matt.* 20.

LXXVI.

Meminiſſe debes, quæ ſuperius dicta ſunt, nimirum malorum omnium primum auctorem Bardam Cæſarem Theodoræ Auguſtæ fratrem fuiſſe, dum ſanctiſſimum virum Ignatium Patriarcham ſentiens ſuis ſceleribus adverſarium, eum e throno ſubmovendum curavit, Photiumque ſubrogandum in locum ejus. In hunc ergo primum dignum fuit, ab irato numine jacula vibrari vindictæ: Michaelem vero Imperatorem haud diu poſt eadem experiri. Sed quomodo id acciderit, ex Græcis hiſtoricis, eorumque antiquiori Joanne Curopalate diſcamus.

LXXVII. Petrum Apoſtol. ultorem experiuntur ſchiſmatici Principes.

Atque primum quod ad tempus ſpectat, in hunc uſque annum Bardam creatum jam Cæſarem vixiſſe, litteræ Nicolai Papæ ad eum ſcriptæ in fine anni ſuperioris oſtendunt. Quod autem non ob aliud, quam ob injurias illatas (ut audiſti) in Apoſtolicam Sedem, ſucceſſoremque principis Apoſtolorum Petri meruerint Bardas atque Michael Imperatores divinitus miſſam, eamque duriſſimam ſubire vindictam: haud obſcuris fuit manifeſtatum indiciis, nec alicui alteri, quam ipſi Bardæ, ne revocari poſſet in dubium, quod de ſe ipſe, & contra ſeipſum confeſſus eſſet. Audi igitur ex multis teſtibus primo Curopalatem: *Signa* inquit *primum, Bardæ interitum portendentia hæc fuere, crinitarum ſtellarum exortus, ſomniorum portentoſa viſio. Siquidem ſibi viſus eſt, in ſomnis iſte ad magnum templum cum Michaele Imp. accedere, quaſi panegyris celebraretur. Ut igitur eo pervenere, & intra ſacrum templum proceſſere, exiſtimabat ſe videre quoſdam albis veſtibus indutos præeuntes, qui ipſum ducebant ad cancellos altaris, nihilque aliud conſpexit, quam in throno Patriarchæ ſedentem quemdam ſenem, quem Petrum eſſe arbitratus eſt principem Apoſtolorum, ad cujus pedes abiectus beatus Ignatius volutabatur, malorum, quæ ſuſtinuerat, ultionem requirens. Illum vero uni eorum qui aderant, gladium dediſſe, dixiſſeque hoc: Deo inviſum (ita Bardam Cæſarem appellantem) in ſiniſtro loco conſtitutum fruſtatim concide, impiumque filium (hoc nomine Michaelem Imperatorem indicantem) numera in iis, qui ſunt in dextera parte, ſed ſimile ſupplicium ſume, & ſomnium ita ſe habuit. An vero evenerint quæ viſa ſunt, in ſequentibus declarabimus.* Hucuſque Curopalates, eadem Cedrenus & Glicas Græci auctores. Sed omnibus his præſe-

PAGIUS

*ceu oblatum quoddam ac lucrum inſperatum arripientes, qui Michaeli adverſus Cæſarem obtrectabant, viro calumniabantur, eique inſidias ſtruebant. Ingens tamen Cæſaris potentia inimicos turbabat, & ad audendum facinus ſegniores reddebat. Tum enim Antigonus Scholarum Domeſticus Bardæ, quam Michaeli (filius ſcilicet patri) propenſius parebat, honoremque habebat; tum Duces alii, Symbatiuſque Dromi Logothetæ, Bardæ ex filia gener, ejus plane rebus ſtudere cogebatur. Verum neſciebat Bardas, hunc fraude a Michaele in ſuas traductum partes, eique præcipuum necis auctorem fore. Inſtructo ergo conſilio, paratiſque inſidiis, ac expeditis qui rem præſtituri eſſent, non alii quam Symbatio concredita facinoris teſſera eſt. Jam ergo lectis Relationibus, Symbatius ab illis exterat, impreſſoque fronti Crucis ſignaculo, ſignum dederat.*

VII. *Ejus juſſu anno ſuperiori Bardas occiſus.*

*Verum iterum moræ atque timores, eo quod præſens in conſpectu cohors Cæſaris fœderatorum erat. Veritus itaque Michael, ne inter has moras redetecta gladium in ſe traheret, per quemdam fidiſſimum conjuratos confirmat, bonaque ac honores pollicitus, animis audentiores facit. Ac ſane parum abfuit, quin Cæſar periculo tutus abiret, necemque evaderet, tanto ſcilicet metu conjurati perculſi erant, ſicque animis*
„ *languebant. Verum iterum miſſo nuncio Mi-*
„ *chael Baſilio Accubitori ſignificat*, In novaculæ acie conſtitutam rei neceſſitatem eſſe; deſperare ſe vitam, ad Bardæ necem ſe cito inſtruat. *Quibus auditis Baſilius, deque Imperatoris ſalute ſolicitus, timorem conjuratis excutit, iiſque verbis*, O audacem fortemque animum! *mox alacres reddit, & ad certamen facinuſque aggrediendum impulit. Bardas eos ſtrictis gladiis in ſe irruere intuens, terrore perculſus, præſentique vitæ animadverſo diſcrimine, ad Imperatoris ſe pedes abiicit. Haud tamen fieri poterat, ut mortem effugeret. Statim ergo inde avulſum membratim concidunt, menſis Aprilis vigeſima prima, indictione quarta decima, &c. In hunc modum Barda ſublato, miſſa Cretenſi expeditione, Imperator Byzantium redit.* Anno itaque ſuperiori, quo Indictio XIV. menſe Aprili obtinebat Bardas occiſus. Eamdem Indictionem ac menſem notavit Curopalates, ſed loco, *die XXI.* perperam habet, *prima die* menſis Aprilis. Baronius num. LXXXII. ait, adverſari Nicetam nonnihil videri, cum numeret tres menſes ab exordio Quadrageſimæ uſque ad necem Bardæ. Verum cum anno ſuperiori quadrageſima menſe Februario cœperit, tres menſes illi utrimque incompleti a Niceta numerantur. Ait præterea Baronius ibidem, ex

ferendus eſt Nicetas, qui res geſtas ab Ignatio ſcriptis eſt proſequutus, utpote qui hoc ipſo tempore vixit, & quæ præ oculis habuit ſcripſit, & quomodo iſta patefacta ſunt indicat, ut tanta res omni genere probationum, & teſtium conſignetur. Accedat igitur Nicetas: & ut res geſta eſt, recenſeat, addatque ab aliis prætermiſſa. Ipſe quidem tanquam de re ſeria, magnique momenti, nec caſui, vel ſomniorum levitati tribuenda, ſed quæ divinæ providentiæ adſcribi debeat agens, iſta ſuæ narrationi præmittit, ſic exordiens:

LXXVIII. *Ego vero non ſilentio præteribo Bardæ Cæſaris inſomnium. Licet enim horum plurima ex diverſis cogitationibus & exercitiis ortum habent; multa tamen etiam a dæmonibus ingeruntur dormientibus; ſed & ab Angelis divino nutu aliquando immittuntur, præcipue vero Principibus & Imperatoribus, licet pietate vacent. Spiritus enim prophetiæ, vel ut illis ipſis, vel eorum ſubditis aliquam afferat utilitatem, operari non deſinit, quemadmodum in (a) Pharaone; & (b) Nabuchodonoſor didicimus. Ita & Bardas iſte Cæſar Philotheum illum aliquando Logothetam & amicum ſatis fidum ad ſe accitum * ſimilis valde perturbato homini & anhelanti videbatur, &, O Philothee, inquit, viſionem vidi, quæ mihi omnia contrivit oſſa, & omnes nervos mihi diſſolvit. Videbar enim hac nocte, ac ſi proceſſio fieret, ad magnam Eccleſiam una cum Imperatore ingredi, & in omnibus feneſtris tum ſuperioribus, tum inferioribus imagines videre Archangelorum verſus tabernaculum reſpicientes. Et cum prope ambonem eſſemus, duo, quaſi cubicularii, mihi viſi ſunt, quorum alter cum Imperatorem vinctum accepiſſet, & dextrorſum traheret, extra conventum eiiciebat, quaſi reum & damnatum. Alter vero eodem pacto ſiniſtrorſum me expellebat. Et cum ſtatim circumcirca reſpicerem: video in adytis ſedentem virum quemdam ſenem in omnibus ſimilem imagini principis Apoſtolorum Petri, cui aſtabant duo terribiles viri, qui præpoſitorum vices gerere videbantur. Video etiam ad genua ſenis ſedentis Ignatium procumbentem, & multis lacrymis ita circumfuſum, ut etiam ille miſeratione motus ingemuerit. Ignatius vero clamabat: Claviger Regni cælorum, & Petra, in qua Chriſtus Deus ſuam firmavit Eccleſiam; ſi noſti, quod injuria affectus ſim, conſolare ſenectutem meam multa mala paſſam. Ille vero ad Ignatium: Oſtende, inquit, eum, qui te injuria affecit, & Deus faciet una cum tentatione proventum. Et converſus Ignatius dextera manu me oſtendit, inquiens: Hic me maxime omnium offendit, & necdum injuriis me afficere deſinit. Ille igitur, qui in throno erat, nutu ſignificavit ei, qui a dextris aſtabat, & valde parvo gladio evaginato, dixit, ut ab omnibus audiri poſſet: Aſſume Bardam iſtum execrandum, & extra ante atrium Eccleſiæ illum membratim concide quamprimum. Itaque tractus ego ad necem, vidi præterea quod manum vibrans adverſus Imperatorem dixit illi: Impie fili expecta parumper. Et ita meipſum membratim conciſum deinde inſtar hepatis vidi.* Hucuſque de terribili viſione Nicetas, ſubiicit vero iſta: *Hæc quidem Cæſar perterritus ſimul & plorans narrabat:*

(a) Geneſ. 41.
(b) Dan. 2.
* f. alloquens
S. Petrus ultor in Bardam.

PAGIUS ex literis Nicolai Papæ ad Bardam Cæſarem, aliiſque anno ſuperiori datis intelligi eum anno præſenti interfectum. Sed cum *Bardas* menſe Aprili anni DCCCLXVI. trucidatus fuiſſet, Nicolaus Papa menſe Novembri, quo eas literas dedit, adhuc *Bardæ* necem ignorabat, ſæpeque contigit, geſta Conſtantinopoli longe tardius Romæ nunciata fuiſſe. Neque annum mortis Bardæ ignorare nos patiuntur inauguratio Baſilii, & annus emortualis Michaelis Imp.

VIII. *Photius Bardam occiſum criminatur.* Photius, qui Bardam protectorem vitæ ſuæ celebrarat, cum ejus mortem accepit, *hunc tanquam ſexcentis peccatis obnoxium, & diris devovendum, talique morte dignum prædicabat*, inquit Nicetas, ut pluribus ex eodem Baronius num. LXXXIII. refert. Ipſemet Photius Epiſtola XVIII. Michaeli Imperatori data inter alia de Barda paucis ante diebus occiſo, ait: *Illiuſmodi iſtud eſt quod (utinam non ita contigiſſet) per literas facti certiores intelleximus, in illo abjecto & humiliato homine* (nempe Barda) *perpetratum (neque enim quo alio eum nomine notem ſatis intelligo, qui memor ſim humanæ miſeriæ) ille tantum non ad regni ſceptra per dextram veſtram munificam & magnificam exaltatus, ita ut licet nominis Imperatorii & tituli non eſſet particeps, poteſtatem tamen tecum dividebat, magnitudinem beneficii ferre nequivit; non erat contentus iis quibus fuit dignatus, nec gratias habebat pro fruitione habitis; ſed extra lineas pedem promovens, & manus in opprobrium benefactoris retendens, capitique ejus inſidiatus, vitam ipſam tandem, inſolentiores ſpes ſuas, inanes ſpiritus, miſerum heu & miſerandum in modum, abiit hinc relinquens. Indolui quidem (o miſericors & mitiſſima poteſtas) cum reſcivi immaturæ neci hominem datum; magis quod affectatæ tyrannidis pœnam, oppetiit mortem. Certe non patitur ſubire animum meum ſuſpicionem veſtræ poteſtatis virtus & clementia, commentitias veniſſe ad me literas, vel alio modo quam quo in illis narratur, quæ illum concernebant contigiſſe, unde fiet, ut coronetur ille, ringantur alii. Atque hinc lethalem a dolore accepi inflictam plagam, dum memoriæ inter alia recolo, quod in ipſo improbitatis actu hinc abripiebatur, ita ut neque lacrymis ablucrit ſordes vitæ & inquinamenta, quæ miſeræ naturæ noſtræ adſtricta ſolent inhærere; nec ob injurias, quibus fortaſſis alios affecerat, ullam declaravat pœnitentiam; nec ullo alio modo Judicem in altera vita futurum conciliatum dare ſtuduerat; itaque de-*



*bat: Cui ille: Parce, inquit, domine illi ſeni miſerrimo, & Dei tribunal ante oculos habens, neque juſte, neque injuſte quidquam mali illi facias.* At non ita ſtultus, qui memoria tenens, Ignatium contra ſe ſuis precibus iram Dei concitare, & clamare vindictam, ne id faceret, avertere eum a precibus hoc modo conatur, & ne quid moliatur novi contra Imperium, cuſtodiri præcepit. Quæ omnia Nicetas ſic narrare pergit:

LXXIX. *Quid demum in S. Ignatium Bardas.* *Ille autem nec ita voluit intelligere, ut benefaceret, oblivioni potius terribilem illam comminationem tradens, feſtinabat ſuas iniquitates adimplere, ut deſuper ſibi ipſi juſtam Dei iram provocaret. Quamprimum enim ipſo Quadrageſimæ principio Leonem illum, Pitademen nuncupatum, Photii affinem cum militibus ad Inſulam mittit, quibus præcepit, ut ita Ignatium obſervarent, ut nullo pacto ei liceret neque ſacrum facere, neque aliquem ad illum ingredi, nec egredi permitterent. Tribus autem menſibus hæc cuſtodia circa illum ſervabatur: quibus peractis, inſomnii ſecuta eſt executio.* Nempe Bardæ obtruncatio, quæ a Curopalate ſic deſcribitur:

LXXX. *Expeditio in Cretam inſulam.* *Nuper contra Cretenſes Bardas omnibus copiis cum Michaele Imperatore inſtructus erat. Cumque ad Dei Genitricis templum viatorum acceſſiſſet, ingreſſus eſt cum facibus ut Syntacterium (eſt genus quoddam precum) abſolveret. Ubi igitur adytis appropinquavit, repente ab ipſius humeris delapſa chlamys, effecit, ut iſte graviora pericula perſentiret. Et pridie quam ab urbe profecturus eſſet, ſive per ſe, ſive futuro rei eventu impulſus, coactis in unum amicis, convivioque exceptis, ut ſuæ amicitiæ memores eſſent, petebat: & legata tamquam e vita jam jam diſceſſurus, præbuit. Poſtquam igitur ad Cretam profecti ſunt, & regionem Thracenſium invaſere, & occupato quodam loco, qui Topos dicebatur, ejus miniſtri contentione, ſtudioque adhibito caſtra poſuere. Hic neſcio quomodo, ſive conſulto, ſive inſcitia, Imperatoris tentoria locaverunt in loco plano, & in ſupereminente colle Cæſaris tabernaculum tetendere. Quod ut lucrum eam occaſionem rati qui Michaeli addicti pro eo propugnabant, Cæſari factum obiiciebant, & contra ipſum conſilia excitabant. Attamen illos perturbabat, & ſegniores ad incœpta facienda reddebat Cæſaris potentior vis, cujus filius Antigonus Domeſtici Scholarum imperium obtinebat, reliquique duces ipſi obtemperabant, & Sabbatius Logotheta Dromi ejus gener ob filiam, quam duxerat uxorem, ſine ulla controverſia ei favere credebatur.*

*Verum Sabbatius ab Imperatore deceptus, imprudens ſoceri necem patravit, quippe cui & non alii ſignum cædis commiſſum fuit. Nuper enim exierat cognitis cauſis, & ſignum necis dedit, Cruce in ore ſuo impreſſa. Verumtamen conjurati diſtulere, cum præſentes cernerent Cæſaris ſodales. Quod veritus Michael, ne aliqua ratione deprehenſus, in ſeipſum gladium attraheret, per fidelem quemdam pollicitationibus homines confidere jubebat. Et periculum certe evitaſſet, & propulſaſſet Cæſar ob conjuratos metu perculſos atque perterritos, niſi Baſilius, qui mox Imperator fuit, quique præfectus regii cubiculi tunc erat ad facinus ſeſe accinxiſſet. Hic enim metum abiicere conjuratos perſuadens, ad rem confirmabat. Igitur homines glagiis ſtrictis in ſe confertim invadentes Bardas conſpicatus, ſibi moriendum ſenſit, ſeque ad Imperatoris pedes abiecit. Verum ipſum inde abſtractum fruſtatim concidunt. Deinde genitalia ipſius membra* LXXXI. Bardæ Cæſaris miſerandus interitus.

PAGIUS *delictis onuſtus ad ejuſdem tribunal tranſmiſſus eſt: ſed prout ſecreto Dei judicio decretum fuerat, ita ille finem vitæ conſequebatur*, &c.

IX. *Bardas Baſileus erat & Imp. ſed non Auguſtus.* Verum in textu Græco vox τὸ βασιλεὺς, non *Imperatorem*, ſed *Auguſtum* eo in loco denotat, ideoque hæc verſio Montacutii vitioſa, *ita ut licet nominis Imperatorii & tituli non eſſet particeps, poteſtatem tamen tecum dividebat.* Vertendum enim; *Ita ut licet nominis Auguſtei, & tituli non eſſet particeps*, &c. Anno enim CLXI. num. VII. & ſeqq. variis exemplis demonſtravi, *Cæſares*, uti erat *Bardas*, a tempore Marci Aurelii appellatos fuiſſe a Latinis *Imperatores*, a Græcis vero *Baſileos*, non minus quam Auguſtos. Vox itaque *Baſileus* apud Græcos, & vox *Imperator* apud Latinos aliquando *Auguſtum*, aliquando *Cæſarem* tantum ſignificant, ut exempla ibi adducta planum faciunt. Quibus iſtud ex Lactantio de Mort. Perſecut. cap. 32. cujus locum integrum anno CCCVII. num. XIV. retuli, addendum; *Recepit ille* (nempe Galerius Maximianus) *mœſtus ac dolens, & univerſos quatuor Imperatores jubet numerari.* Et tamen Maximinus, Licinius, & Conſtantinus jam Imperatores erant, cum Cæſaream dignitatem obtinerent. Quare per *quatuor Imperatores* Lactantius *quatuor Auguſtos* intelligit. In Imperio Orientali Cæſares *Baſileos* appellatos fuiſſe docent Codinus in cap. 3. de Officiis numer. XXV. & Theophylactus Bulgariæ Archiepiſcopus, qui in Epiſt. XII. & XLI. Nicephorum Bryennium, qui tantum Cæſar erat, *Baſileum* nuncupat. Denique Nicephorus Bryennius lib. 4. cap. 3. ait, Nicephorum Botaniatem, cum eum Cæſarem nuncupavit, his verbis uſum eſſe: καὶ νῦν τὴν μετὰ βασιλείαν δευτέραν τιμὴν λάμβανε, Θήμη δὴ τὴν τῦ Καίσαρος. Μετ' ὀ πολὺ δὲ καὶ διάδοχος ἡμῖν χρηματίσεις τῆς βασιλείας, ideſt juxta verſionem Poſſini: *Et nunc ſecundum a me honoris locum ſub Imperiali faſtigio accipe, dictus a me interim Cæſar, dum paulo poſt nobis in Imperio ſuccedens, in ſolidum accipias hæreditatem regni, cujus nunc*

*bra haſtæ appenſa per exercitum traducunt. Ingens autem turba concitata eſt, quæ Imperatori periculum intentaret. Quam quidem vigilantiſſimus præfectus Conſtantinus cum multis in medium confeſtim accurrens, ſedavit, cum laudibus Imperatorem celebrans, juſta nece occiſum Bardam pronuntiaſſet. Atque ita Bardas periit. Et hac ratione illa contra Cretenſes ſuſcepta provincia diſſoluta eſt.* Hactenus de nece Bardæ, quæ nuper ſuis litteris Nicolaus jure (ut vidimus) exaltatæ cedro mox cædendæ comparavit, ut ſecundum illud Davidicum accideret illi: (a) *Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſicut cedros Libani, tranſivi, & ecce non erat.* Et quod de impio pariter dictum eſt (b): *Videbunt oculi ejus interfectionem ſuam, & de furore Omnipotentis bibet.* Eveniret ipſi.

(a) Pſal. 36.

(b) Job. 21.

LXXXII. *Tempus necis Bardæ Cæſaris.* Quod ad tempus necis Bardæ Cæſaris, error irrepſit in Curopalatem, dum hæc facta dicat decimaquarta Indictione, cum hoc accidiſſe anno decimaquinta Indictione, & non antea, ex epiſtolis Nicolai datis anno ſuperiori ad eos poſſumus intelligere, & ex iis quæ Nicetas in Ignatio ſcribit. Cum inſuper idem Curopalates aſſerat, occiſum Bardam prima die menſis Aprilis, adverſari Nicetas non nihil videtur, cum numeret tres menſes ab exordio Quadrageſimæ uſque ad necem Bardæ.

LXXXIII Sed quas poſt obitum Bardæ Photius res novas ſit aggreſſus, audiamus Nicetam ipſum, qui hæc de his habet, ſuam ſic proſecutus hiſtoriam: *Cum enim Michael Imp. in Cretam cum exercitu properaret, & Bardas ipſe una cum illo iſſet uſque ad eum locum, qui Hortorum dicitur, ibi extremas dedit pœnas, occaſione quidem quod Imperatori inſidias strueret, divina juſtitia ipſum oppreſſit, ut enſibus miſer membratim concideretur, & ita turpem mortem nanciſceretur, ut ab ipſo Photio ſui amantiſſimo conviciis laceſſeretur. Hic enim cum magnis beneficiis ab illo fuiſſet affectus, & patriarchalem dignitatem adeptus, magno dum viveret illi erat honori, & quaſi protector vitæ ſuæ omni laude celebrabatur. Cum vero mortuus fuit, palinodiam cecinit, & hunc tamquam ſexcentis peccatis obnoxium & diris devovendum, talique morte dignum prædicabat. Ita magnus ille ſophiſta Photius pro tempore & rerum occaſione mutabatur, pro Principum voluntate ſe vertens. Qui enim defectu Fidei a divina voluntate, & conſilio procul abeſt, & in hominibus ſpem ſuam collocat, quoniam fragili fundamento ſua mente nititur, infidus erga omnes, & parum ſecurus eſſe deprehenditur, dum illis, qui exaltantur adhæret, & adulatur, contra vero eos, qui deſpiciuntur, maledictis inſequitur, & unum tantum ineat, ut potentibus placeat, ne eorum potentiæ infenſus, a ſuo ſtatu cadat.*

Pro tempore mutatur Photius.

LXXXIV *Tunc igitur Imperator ad regiam urbem quamprimum revertitur, & cum eſſet Pentecoſte, Baſilium Patricium & excubitorem ſtemmate ornans, Imperatorem illum proclamat. Photius vero verſutus multa adverſus Nicolaum Papam doloſe ſcribens, cum nihil aliud adverſus eum efficere poſſet, perſuadet Michaeli Imp. multis rationibus Synodum congregare, & Nicolaum damnare, atque omnes qui cum illo communicarent, ut hoc pacto pro ea damnatione, quam Nicolaus adverſus eum miſerat, vices redderet. Congregatis igitur generoſus ille Photius omnibus*

Photius Conciliabulum congregat.

PAGIUS *nunc pignoris loco parte non modica dignaris.* Vides quam diverſimode βασιλέος nomen Græci uſurparint, & quam proclive fuerit labi eorum Interpretibus, qui hæc non obſervarunt dum eos in linguam Latinam verterunt.

X. *Baſilius in conſortium Imperii adſcitur.* Porphyrogennetus relata Bardæ nece, num. XLII. ait: *Cæterum Imperator domum revertitur, quodque nullam prolem ſuſtulerat, Baſilium Magiſtri dignitate adornatum adoptat. Tumque Michael impar ipſe adminiſtrandæ Reip. & cum ſua eum illa gerendi ſimplicitas, ſtoliditaſque non lateret, ſimulque audiſſet moliri Senatum in eum defectionem, propterea, quia illo Principe res Romanæ adminiſtrabantur, etiam diadema (rem palmariam ac expetendam) illius capiti imponit, ac die ſacro Pentecoſtes, Maii vigeſima ſexta, indictione quarta decima Imperatorem conſtituit,* &c. *Jam itaque Auguſti dignitate donatus, imperii curis ſe ſe impendebat, ſeque a quotidianis ludicris, ac Circenſibus abſtinebat.* Baronius num. LXXXVIII. idem refert ex Curopalate, ſed exiſtimans hanc inaugurationem hoc anno peractam, errorem in Indictionem irrepſiſſe ait: Verum ſi Indictio mendoſa eſſet, mendoſa pariter eſſet Pentecoſtes dies. Quare Baſilium anno præcedenti in Imperii conſortium adſcitum eſſe certum & indubitatum. Porro Michaelem Imp. nullum filium reliquiſſe, referunt etiam Cedrenus, Conſtantinus Manaſſes & Glycas; fallitur que Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis, ubi ſcribit, eum ex *Eudocia* uxore Decapolitæ filia, genuiſſe *Conſtantinum*, imperante poſtea Baſilio demortuum. Conſtantinus enim filius fuit Eudociæ Ingerinæ Michaelis concubinæ, quam Baſilio uxorem dedit, ut an. DCCCLXX. ubi de filiis & filiabus Baſilii Imp. diſſeremus, & Hiſtoricis Byzantinis inter ſe collatis probabimus.

*Photius perſuadet Michaeli Imp. multis rationibus Synodum congregare, & Nicolaum damnare, atque omnes qui cum illo comunicarent*, inquit Nicetas apud Baronium numer. LXXXIV. ubi locum ejus integrum refert. Anno ſuperiori Nicolaus Pontifex Romanus Legatos tres, *Donatum* Epiſcopum, *Leonem* Presbyterum, *Marinum* Diaconum miſit. Sed Michael & Baſilius Imperatores decrevere eos non admittendos niſi damnarent libello, quæ damnanda Græci judicarant; *Donatus reverendus Epiſcopus*, inquit Anaſtaſius in Nicolai Vita, *Leoque Presbyter, & Marinus Apoſtolicæ Sedis Miniſter, dum Conſtantinopolim ire vellent, ecce inter fines Bulgariæ Conſtantinopolitanorumque, quemdam Theodorum illam cuſtodientem invenerunt, qui eos ultra non dimiſit abire, quin potius innumeris eos denotans injuriis, adeo tantæ Sedis Legatis abuſus eſt, ut etiam equorum, in quibus ſedebant, capita percuteret, diceretque, Imperator noſter vos neceſſarios ſane non habet. Sed idem Imperator Legatis Regis Bulgarorum ita fertur dixiſſe: Niſi per Bulgariam Miſſi Sedis Apoſtolicæ veniſſent, nec faciem meam, nec Romam diebus vitæ ſuæ viderent. Illi vero per XL. dies illic reſidentes, ut cognoverunt, quia hoc Imperator Græcorum fieri juſſerat, terga verterunt, & Romam hæc eadem nunciantes coacti reverſi ſunt*, anno ſcilicet currenti, quo & Conſtantinopoli pſeudo-Synodus videtur habita, potius quam anno præcedenti, cum Legati Pontificii ad Michaelem Imp. nonniſi exeunte anno ſuperiori Roma digreſſi fuerint.

XI. *Legati Pontificii Conſtantinopolim miſſi Romam redire coguntur.*



*ſuis Epiſcopis, & quibuſdam ſordidis homuncionibus & turpibus, necnon quaſi Legatis quibuſdam Patriarcharum Orientalium in medium adductis, & facta pſeudoſynodo, Nicolaum Papam, nulla ratione, anathemate (ut ipſe putabat) damnavit.*

LXXXV. *Tentat Photius Occidentales Impp contra Nicol. Papam.* *Magnis etiam muneribus præcipue Regem Franciæ Doliechum (ſic Græci Ludovicum appellant) & Engilbernam ejus uxorem ſibi propitios reddens, eos Imperatores in urbe Conſtantinopolitana ſe proclamaturum pollicebatur, ſi ipſi opem ferrent in hac re adeo abſurda & injuſta, ut ſanctum illum virum Nicolaum ab Eccleſia vi eiicerent.* Talia pollicitus eſt Photius, nominaturum ſe eos Imperatores Conſtantinopoli, eo quod Imperatores Orientales non reciperent Occidentales vocari Imperatores. Pergit Nicetas: *Qui cum hoc illis polliceretur, verbo citius inſanus Photius omnia fruſtra tentabat. Hinc ſubſcriptiones fiebant, & clamores, canonicorum hominum, & politicorum, nec non Metropolitarum omnia erant plena, & omnia iis, quæ in ſcena fiunt, turpiora, & magis deridenda. Quæ enim illi a puero inſita erat mentis elatio, ad ſuperbiam, & inſaniam maximam illum evexerat, & abſque timore & verecundia hæc audere non dubitabat. Hæc igitur manu Zachariæ Surdi illius tale quid machinatur (hic autem ab ipſo Photio Chalcedonenſis Metropolita fuerat conſecratus,) necnon Theodorus, qui e Caria Laodiceam fuerat tranſlatus, illi præſto fuit. Per hos Photius injuſta & iniqua ſua quæque in pſeudoſynodo habita ad Italiam mittit.*

LXXXVI *Photii diverſi conatus.* *Interea inſito illo odio adverſus Ignatium Photius agebatur, & ejus familiares quoſcumque potuerat ſuffurando, & varia ſpe dignitatum alliciendo, per eos innocentis Ignatii calcaneum obſervabat. Longe autem in ſua ſpe aberrabat: omni enim calumnia ſuperior erat beatus ille, & propterea operibus manuum ſuarum iniqua agere Photius deprehendebatur. Qui cum revera magis tutum Imperium futurum, & eſſe longius duraturum diceret, aliquando coram Michaele adverſus Baſilium calumnias ſtruebat, aliquando vero contra, hoc pacto amborum gratiam aucupando, qui amborum amicitiam ſimulando, non in veritate eos colebat, at arbitratus quod alter illorum Imperatorum cum Imperio ſolus remaneret, eum ſibi familiaritate par eſſet devincire. Hæc autem non ſatis placebant Baſilio. Detecta enim illius pravitate, licet philoſophum, doctum ſcilicet & ſapientem virum eumdem Photium ipſe Imperator exiſtimaret, tamen habebat odio.* Hucuſque Nicetas.

LXXXVII At quid tandem hoc eodem anno blaſphemo contigerit Imperatori, jam videa-



PAGIUS *ponerent, & deplorarent, judiciumque Synodi implorant, teſteſque adhibuit, qui accuſatorum calumnias confirmarent. Atque ipſe quidem ficta erga Papam pietate reſpondebat, non eſſe abſentem judicandum, interimque orationes contra Papam aſſidentium ſibi Antiſtitum, quaſi repugnantium ſibi inferebat; quibus ſcilicet victus accuſationes admiſerit, cauſamque cognoſcere cœperit. Itaque tandem ſexcentis obrutum falſis criminibus Nicolaum damnat, atque anathemate in illum & communicantes cum illo conicit, confictis omnium, qui per ejus ſcilicet ſomnia erant in Conciliabulo ſubſcriptionibus, Imperatorum nempe duorum, & trium Vicariorum Orientis, totius Senatus, & Hegumenorum, & Clericorum.* Auctor vero libri de Synodis, Synodo CL. *Photius Nicolai contra ſemet excandeſcentem animum agnoſcens, Michaele, in omnia mutabili, ſibi adſcito, clamque compoſita Synodo, Locum-tenentes aliorum Patriarcharum comminiſcens, voces & ſubſcriptiones omnium Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & Abbatum ſibi ſubjectorum conſcripſit, & Patriciorum, penitus neſcientium, quando, & quomodo, & propter quid coacta eſſet. Per quos omnes depoſitionem & anathematiſmum Papæ Romano Nicolao, divina ſapientia imbuto miſit per Zachariam Chalcedonenſem Metropolitam, & Caria Theodorum, qui in Laodiceam aſcenderat*, tranſlatus ſcilicet a Caria ad Laodicenſem Epiſcopatum. De hoc Conciliabulo legendus etiam Anaſtaſius in Præfatione ad Synodum VIII.

XII. *Conciliabulum Photianum quo damnatur Nicolaus PP.* De hac pſeudo-Synodo Metrophanes in literis ad Manuelem Patricium hæc habet: *Cum intellexiſſet* (nempe Photius) *Legatos Pontificis Romani in Bulgariam miſſos confirmationem ejus reprobaſſe, omneſque Bulgariæ Principes & ſubjectos chriſmate iterum inunxiſſe, tum vero velut æſtro percitus œcumenicam Synodum confinxit. Cui confictæ Synodo, qui tum imperitabant, Michaelem & Baſilium noſtrum Præſides induxit; Orientis etiam trium Patriarchiorum Vicarios ac totum Senatum Palatinum, & Conſtantinopolitanæ Sedis Epiſcopos; nec non accuſatores inſtituit, qui Nicolai Papæ ſcelera videlicet ex-*

XIII. *Michaeli Imp. occiditur.* A num. LXXXVII. ad XCIX. Porphyrogenneta citatus num. XLIV. aſſerit, *Michaelem* Imp. cum atrociores adverſus *Baſilium* Imp. ſtrue-

deamus. Qui una cum Barda Cæſare ab Apoſtolorum principe Petro (cujus Sedem Apoſtolicam & ſedentem in ea Nicolaum blaſphemiis circumſpexerat) in throno ſedente ſententiam mortis acceperat, eodem anno, vindice ira Dei, eam ipſam experiri compellitur. Quomodo autem id acciderit, idem Curopalates ſic narrat:

LXXXVIII. *Basilius creatur Imperator.* *Reverſo Byzantium Imperatore, hæc ipſa res ad Imperium Baſilium perduxit. Nam Michael nulla legitima ſuſcepta prole, cum ſolus Rempub. adminiſtrare non poſſet, ipſum ſibi filium adoptatum Magiſtri militum dignitate exornandum curavit. Et paulo poſt ipſi in magno templo diadema impoſuit.* Quod contigiſſe inferius tradit, die vigeſima ſexta Maii, ſed male, Indictione decimaquarta, ut patet ex iis, quæ ſuperius dicta ſunt. Pergit vero Curopalates: *Hic Imperii compos factus Imperatorem Michaelem conabatur quam longiſſime a pravis & execrandis facinoribus abducere; ſed non intelligebat, ipſum ſibi hac ratione necem moliri. Siquidem non ferens Michael objurgationes, ac de medio Baſilium tollere cogitans, quaſi ſuæ eſſet voluntati impedimento: Baſilicinum quemdam regii dromonis remigem in medium adductum purpuram induit, eique diadema imponit. Cumque eum manu duxiſſet in Senatum, talia verba exorſus eſt: Jam pridem oportebat, amici, virum hunc ad illuſtria Imperii ornamenta perduci potius, quam Baſilium, cujus nunc me pœnitet. Adeſt enim ei primum forma digna Imperio, deinde cognata corona, omniaque dignitati conveniunt. Hoc factum eſt. Atque hæc oratio principium & cauſa fuit, cur ille funditus periret.*

LXXXIX *Michael Imp. occiditur a Baſilio.* *Aliud præterea evenit. Nam cum Michael ſe vino ingurgitare conſuevisset, quo tempore ebrius erat, abſurda multa fieri imperabat: alii enim aures amputari, alii nares, alii caput: quæ fieri Baſilius vetabat, non tam aliis quam ſibi ipſi metuens. Ut igitur ipſum ſibi obſtare Michael novit, contra ipſum tales molitur inſidias. Cuidam præcepit, ut haſtam jaciat, verbo contra feram, ſed re contra Baſilium, idque planum factum eſt. Nam moriturus is, qui juſſus fuerat id facere, rem confeſſus fuit. Jecit igitur hic haſtam, ſed aberravit, atque Baſilius ſervatus eſt. Servatus autem ſtuduit potius aliquid committere, quam ipſe pati. Et ita Michael occiditur ad palatia divi Mamantis, anno ſexmilleſimo ſeptuageſimotertio, hora noctis tertia.* Hucuſque Curopalates. Sed quomodo necatus ſit, Zonaras ita rem narrat:

XC. *Baſilius de inferenda nece Michaeli conſilio cum aliis communicato: cum denuo Michael vino in cæna obrutus torperet, manuque ductus in cubiculum Regiæ, quæ eſt ad divi Mamantis, ſomno profundiſſimo oppreſſus jaceret:* Quomodo occiſus. *egreſſus primum clauſtra cubiculi Imperatorii confregit, ne fores a cubiculariis claudi poſſent, deinde cum conjuratis advenit. Iis autem, qui ante cubiculum excubabant, pauci adeo, percuſſores aditu prohibere conantibus, orto tumultu Imperator experrectus, quidam cum ſtricto gladio ingreſſus manus ſuſtulit, quibus illi ambabus reſectis, ad cæteros rediit; At Michael cum ex vino titubans, ebrietate impediente, fugere non poſſet, miſerabiliter ejulans jacebat. In quem alius quidam ex Baſilianis adhuc vivere conſpicatus inſilit, enſemque ita in ejus pectus adegit, ut ventre etiam trajecto, inteſtina elaberentur.* Hæc Zonaras. Ita plane impletum quod præoſtenſum fuerat, ulciſcente Petro Apoſtolorum coryphæo in blaſphemum Imperatorem: factumque eſt, quod Iſaias propheta alia occaſione prædixerat: (a) *Cum feceris Domine judicia tua in terra, juſtitiam diſcent habitatores orbis.* (a) *Iſai.* 26. Et ſecundum illud Davidicum: (b) *Cognoſcetur Dominus judicia faciens.* (b) *Pſalm.* 9. Et impletum quod dixit in Evangelio: (c) (c) *Luc.* 8. *At non faciet Deus vindictam electorum ſuorum, clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum.*

Quis

PAGIUS ſtrueret inſidias, & unum ac commune omnibus impenderet exitium, *ſive Senatus conſulto, ſive Baſilii amicorum conſilio, ab Imperatoris ipſis Excubitoribus* in Sancti Mamantis Palatio neci traditum eſſe. Verum alii Hiſtorici Byzantini rem aliter narrant, & ex iis Leo Grammaticus, & cum eo Symeon Logotheta aſſerunt, *Michaelem* una cum Baſilio & Eudocia uxore ſedentem *Baſiliſcianum* Patricium ob currum ab eo ſolertem rectum in ludis equeſtribus Imperialibus ocreis indui juſſiſſe, de eo Imperatore renunciando cogitantem. *Egreſſo autem Imperatori ad venandum Monachus quidam chartam, qua inſidiæ a Baſilio paratæ deſcriptæ erant, tradidit. Ea lecta & in furorem verſus, in Baſilium machinatur,* qui cum Michael vino ſe ſe ingurgitaſſet, eum a conjuratis interficiendum curavit, vivente adhuc Theodora ejus matre Ita Leo Grammaticus.

XIV. *Ejus Imperii duratio.* Nicetas in Vita Sancti Ignatii durationem imperii Michaelis his verbis narrat: *Michael ad S. Mamantis Martyris ædem per inſidias mactatur, merito dignoque ſua amentia, ſcelere & impietate, fato perfunctus; cum imperium una cum matre annos quindecim, menſes octo, ſolus novem prope annos, adminiſtraſſet; cumque malum feciſſet in conſpectu Eccleſiæ Dei, periit. Initio autem indictionis primæ nono Kal. Octobris VIII. Kal. Octobris*, ut textus Græcus habet), *Baſilius Regia occupata Imperator eſt conſalutatus.* Verum nonniſi Librariorum errore eo in loco legitur, Michaelem *annos prope novem* ſolum imperaſſe, legendumque, *undecim prope annos*, uti anno DCCCLV. num. XVI. textum

Græ-



Quis enim iſta conſiderans, pariter non intelligat, vigilare Dominum ſuper Eccleſiam ſuam, & manifeſtis indiciis declarare, quæ ſit illa, quam ſibi deſponſavit Chriſtus non habentem maculam neque rugam?

XCI. Sed de Michaele ſatis, niſi quod de eo omnes æque illud produnt, quod quamvis vitam duxerit diſſolutam, non tamen prorſus nihil laudabile egerit. Nam obtulit magno templo poculum, quod Diſcopoterium dicitur, & polycandyla prioribus plurima præſtantiora. His addas oblationes ſacrorum donorum Romam miſſas ad baſilicam S. Petri, cum mentis ſanioris eſſet, ut ſuo loco ſuperius dictum eſt. Cæterum non laudi, ſed vitio adſcriptum, & prodigalitati, non liberalitati tributum, quod pro aurigarum filiis, quos in ſacro baptiſmate ſuſcipere conſuevit, Fiſcum exhauſerit, tribuens ſingulis auri libras centum octoginta, vel ad minus quinquaginta, ut patet ex Curopalate, qui eius tempore hoc laude dignum accidiſſe tradit, quod omnes Græcorum hiſtorici æque affirmant. Ait enim ipſe: *Loca vero intra Euxinum Pontum, omnemque ipſius maritimam regionem exercitus* * *Rhos prædabatur ac percurrebat. Sunt autem Rhos gens Scythica ad Arctorum Taurum habitans, effera & agreſtis, ipſique Conſtantinopoli grave intentavit periculum. Sed tamen haud multo poſt divinam experti iram, domum redire. Quorum legatio Conſtantinopolim cum veniſſet, petiit, & ſupplicavit, ut ſacrum ſibi baptiſma impertiretur, quod impetratum eſt.* *al. Rhoſolanorum, vel Roſſorum Ruſſi ad fidem converſi. Hæc Curopalates. Eademque Zonaras, Cedrenus, & alii, at de his alibi. Sed ad Baſilium tranſeuntes reliqua videamus, quæ Nicetas in Ignatio hoc anno, ab Imperatore Baſilio acta narrat: ait enim:

XCII. *Interea paulo poſt Michael a B. Mamante martyre interficitur (id ea de cauſa, quod in ejus domo Michael eſt occiſus) pro ſua inſania & nequitia juſtas luens pœnas, cum quindecim annos, & menſes octo una cum matre regnaſſet, novem vero ſolus expletis, atque decimo inchoato, & multa mala adverſus Eccleſiam cum patraſſet, tandem moritur. Erat initium primæ Indictionis vigeſimaquarta menſis Septembris, cum Baſilius ad palatium evectus, Imperator proclamatur.* Baſilius ſolus imperans quid pro Eccleſia contra Photium. *Qui quamprimum miſit Chalcedonem; ut Zachariam & ſocios revocaret ab ineundo itinere.* Ne ſcilicet Romam irent, quo a Photio & pſeudoſynodo deſtinati erant ad Nicolaum Romanum Pontificem, ad ejus anathema perferendum; ſic Deus interceſſit, ut hæc tam nefanda Romæ nec audirentur quidem. Pergit Nicetas per ſingulos dies, quæ ſunt temporis geſta ita recenſens:

XCIII. *Poſtera*, inquit, *die a nece Michaelis poſt ſui acclamationem, Photium a Patriarchali deiicit ſede, & illum in monaſterium quoddam nuncupatum *Humbra deportari præcepit. O judicia Dei, ut* (a) *David teſtatur, vera & juſtificata in ſemetipſa, & quidem dulciora ſuper mel & favum.* (a) *Pſ.* 18. Qui enim ante paucos dies pro tribunali ſedens Photius tyrannus, auſus fuit tamquam Jupiter tonans (ut loquar more Gentium) fulmine jaculari omnium ſublimiſſimam arcem Eccleſiæ Dei, inferre inquam anathema in ipſum Eccleſiæ Hierarcham Romanum Pontificem Nicolaum: deponitur ipſe a throno, quem potentia ſæculari jam antea invaſiſſet, & relegatur in monaſterium. Sed quid diebus ſequentibus actum ſit, videamus. *Poſtridie Eliam illuſtriſſimum regii exercitus Drungarium, una cum regio dromone*, navi ſcilicet Imperatoria, *ad ſanctiſſimum mittit Patriarcham Ignatium, ut ipſum ab Inſula ad urbem cum debito honore reducendum curaret. Et interea in patria domo, quæ dicitur Magnaura, illum ſtatuit.* Photius relegatur, Ignatius reſtituitur.

XCIV. *Ut vero omnis iniquitas, quæ contra ſanctum illum Ignatium fuerat perpetrata, manifeſtior fieret, Deus, qui* (b) *comprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilia pravorum diſſipat, in Baſilii Imp. animum conſilium ingerit, ut mittat*

(b) *1. Cor.* 3.



PAGIUS Græcum correximus. Porphyrogennetus ſcribit, cum neci traditum, *die XXIV. Septemb. indictione prima, hora noctis tertia*, imperaſſe cum Theodora matre ſua *annos XIV.* ſolum *undecim: poſteaque adlecto Baſilio, annum unum, menſes tres.* Sed cum matre *Michael* regnavit annos XV. menſes VIII. ut recte Nicetas, cum Baſilio vero annum unum, & menſes quatuor, ut habent Leo Grammaticus, & Symeon Logotheta; hic tamen perperam addit, eum in ſolidum imperaſſe annos XXVII. menſes IV. cum enim anno DCCCXLII. die XX. menſis Januarii *Theophilo* patri ſucceſſerit, totius Imperii ejus duratio fuit annorum XXV. menſium VIII. & aliquot dierum, quod Porphyrogenneta, qui dies ejus natalem & emortualem accurate notavit, ignorare non potuit, ideoque numerorum errores Librariis attribuendi. Cæterum *Baſilium Macedonem* appellatum, Michaelem occidiſſe, quamvis hanc necem dextre ab eo amoveat Porphyrogennetus ejus nepos, ſcribunt Leo Grammaticus, aliique ex eo. Imo in Vita Sancti Baſilii Junioris Anachoretæ, ſcripta a Gregorio ejus diſcipulo, qui initio ſæculi ſequentis vixit, num. XXVIII. legitur: *Habitabat tunc Sanctus in Arcadianis prope duo Templa ſub invocatione ſanctorum Archangelorum extructa ab Imperatore Baſilio, volente ſic reparare cædem Michaelis filii Theodoræ Imperatricis.* Extat ea Vita apud Bollandum ad diem XXVI. Martii. De Sancto Baſilio Juniori infra ſermo erit. Porro jure merito Baronius num. CI. mendacii

re-

Scripta a Photio ſublata. *tat ad Photium, & omnia ſcripta, quæ a Patriarchio diſcedens acceperat, abſque ulla temporis mora ut mitteret, ei præciperet. Ille vero jurejurando affirmabat, licet falſo, nihil tale ſe inde accepiſſe propter feſtinationem recedendi. Dum vero hæc a Photio Præpoſito Bahunæ dicerentur, ipſius Photii famuli magna cum feſtinatione ſeptem ſaccos ſcripturarum plenos plumbeo ſigillo ſignatos ad Calamonem illi propinquum locum tranſtulerunt, occultandi cauſa. Quod cum famuli Præpoſiti vidiſſent, & ab eorum manibus illos abſtuliſſent, ad Imperatorem attulerunt. Quibus apertis, inveniunt duos libros auro & argento deforis bracteatos, & ſerico tectos; intus vero litteris valde pulchris & ornatis deſcriptos. Quorum alter continebat ſeptem Actiones ſynodicas, quæ numquam extiterunt, nec actæ ſunt, adverſus Ignatium, ſed tantum diabolico conſilio fruſtra ſunt machinatæ. Et ſingularum Actionum hujuſmodi initio hæc quæ ſequuntur depicta habebantur, opera videlicet Syracuſani illius Gregorii cognomento Asbeſtæ; erat enim bonus ille vir pingendi peritus, puto pro additamento ſuorum malorum. Et depictus ibi erat Ignatius. O rabiem intolerabilem! o inſaniam omnem exceſſum ſuperantem!*

XCV. Quæ depicta in codice Synodali. *In prima quidem Actione Ignatium depinxit, qui trahebatur, & vapulabat. Supra vero illius caput ita ſcripſit: DIABOLUS. Non horruiſti blaſphemiæ exceſſum? Sed ne miremini. Si enim (a) patremfamilias Beelzebub vocavit, quid facere debebat familiaribus ejus?*

(a) Matt. 10.

*In ſecunda iterum Actione Ignatium depinxerat ſputis conſpurcatum, magna vi tractum, cujus inſcriptio talis erat: PRINCIPIUM PECCATI.*

*In tertia vero Actione eumdem Ignatium exauctoratum pinxerat, & ejus inſcriptio hæc erat: FILIUS INIQUITATIS.*

*In quarta itidem Actione eumdem Ignatium anathemate, atque exilio damnatum poſuit, & inſcriptio erat. SIMON MAGUS.*

*In principio deinde quintæ Actionis, vinculis Ignatium circumdatum pinxerat, & vinctum, cujus erat inſcriptio: EXTOLLENS SE SUPER OMNE QUOD DICITUR DEUS.*

*In ſexta vero Actione depinxit Ignatium damnationi traditum, & ejus inſcriptio: ABOMINATIO DESOLATIONIS.*

*In ſeptima tamdem & extrema Actione depinxit Ignatium protractum, ut illi caput amputaretur, & ejus inſcriptio talis: ANTICHRISTUS.*

*Hæc quidem ego, ingenue fateor, ore proferre vereor, & in memoriam revocare. Et hac de cauſa ſilentio omnino præteriiſſem, niſi viderem eos, qui talia patrarunt, & eorum domeſticos non ſolum ea non occultare, ſed potius illis gloriari, quinimmo, ſanctitatis nomen Photio tribuere. Verax eſt ille, qui dixit (b): Impius quando venerit in profundum malorum contemnit.* Hucuſque Nicetas.

(b) Prov. 18.

Vidiſti, Lector, antiquum inventum diaboli, ut infamiſſimis iſtiuſmodi ſtigmatibus deluſi, ludibrio exponerent ſanctos viros, Dei amicos, juſtitiæ cultores, ſacros Dei miniſtros. Attamen licet viſus ſit in profundum veniſſe Photius peccatorum: haud tamen infimum illum attigit locum, quo ruentes pervenerunt miſerrimi noſtri temporis Novatores. Siquidem Photius, licet in ejuſmodi imaginibus conatus ſit infamare nomen Ignatii: haud tamen auſus eſt talia pro arbitrio fingere & pingere de ſummo Pontifice Nicolao, quamvis hoſte infenſiſſimo, & quem furore percitus, non fuerit veritus excommunicare, reveritus in eo pontificiam majeſtatem. Contra vero leviſſimi & ſordidiſſimi Novatores ejuſcemodi imaginibus Romanos Pontifices pingere, & dehoneſtare inſcriptionibus in contumeliam Romanæ Eccleſiæ his temporibus conſueverit, nec ſolum pingere, ſed cudere, ære conflare, aliiſve modis repræſentare mille ignominiæ notis expreſſos, pro arbitrio quorumlibet perditiſſimorum homuncionum, qui vaniſſime putent, illos ſic poſſe credi, ut fingunt, & inſanis inventis inferri præjudicium veritati, ita larvis iſtis ſeducentes ſimplices & vecordes. De his enim illud occinendum Davidicum (c): *Velut ſomnium ſurgentium Domine in civitate tua imagines ipſorum ad nihilum rediges.* Stat vero, ſtabitque in æternum imago illa, quam Chriſtus verborum ſuorum notis indelebilibus reliquit expreſſam in Petra, qua cernitur ſuper Chriſti cathe-

Novatores audaciſſimi omnium hæreticorum.

(c) Pſalm. 72.

PAGIUS redarguit Zonaram, qui *Photium* a Baſilio depoſitum ſcribit, quod ipſum ob cædem Michaelis Imp. a communione removiſſet. Licet enim longe ante Zonaram idem ſcripſerint Leo Grammaticus, Symeon Logotheta, & Georgius Monachus, Porphyrogennetus tamen Hiſtoricis illis antiquior, nihil ſimile habet, & non ſolum Nicetas in Vita Ignatii illud commentum Schiſmaticorum evertit; ſed etiam Baſilii Imp. ad Nicolaum I. Epiſtola Actioni III. Octavæ Synodi inſerta & Epiſtola Hadriani II. ad Baſilium Imp. Profecto quantum tempori ſervierit *Photius*, Principibuſque adulatus fuerit, inter alia multa demonſtrat Epiſtola ejus ad Michaelem Imp. poſtquam Bardam Cæſarem occidi juſſit, data.

A num.



thedram ſedens Petrus, vel loco Petri ſucceſſor Petri ejuſmodi elogio inſcripta divinitus (a): TU ES PETRUS ET SUPER HANC PETRAM ÆDIFICABO ECCLESIAM MEAM, ET PORTÆ INFERI NON PRÆVALEBUNT ADVERSUS EAM. Sed ad Nicetam redeamus, qui pergit:

(a) Matt. 16.

XCVII. *Advenit tamen Photio dedecus, & additæ ſunt contumeliæ. Juraverunt cum timore Domini, & gloria potentiæ illius, illi omnes qui Actionum illarum impiarum ſcriptis dum legerentur interfuerunt, quinquaginta duo apertiſſima & omnibus perſpicua falſa Capitula ſcripta fuiſſe, impio quodam potius & inſano conſilio contra beatum illum Ignatium prolata. Et ſingulorum capitum in fine reliquerat ſpacium verſus unius non ſcriptum. Idque ea de cauſa, ut ſi quem aliquando inveniret ſui ſimilem, & laquo dignum, muneribus & dignitatibus illum decipere poſſet, & haberet locum, in quo illi mendacio poſſet ſubſcribere. Hæc quidem habebat alter librorum diaboli.*

Falſa ſcripta Photii.

XCVIII. Quæ ſcripſit Photius in Nicol. *Alter vero ſynodica Acta adverſus Nicolaum Papam Romanum, omnem videlicet calumniam, & abſurdam blaſphemiam ad condemnationem ſancti illius viri, & anathematiſmum impie & prave conflatum, dignum potius ipſo & operibus ejus a dæmone ſuggeſtis. Hæc autem omnia audax ille Syracuſanus Gregorius adamuſſim cum deſcripſiſſet, Zachariæ & Theodoro prædictis præbuit Photius, multis cum encomiis & magnificis muneribus ad Regem Franciæ, ut Papam Nicolaum tamquam throno depoſitum eiiceret. Alios vero duos apud ſe detinuit. Hos igitur quatuor libros cum accepiſſet Imperator, & Senatui atque Eccleſiæ cum manifeſtaſſet: Ita Photii totam machinam & peſſimam conſcientiam univerſæ Reipublicæ manifeſtam reddidit. Omnes homines cum hoc viderent, ſtupore perterriti ſunt, non ſolum pro ſophiſtæ illius Photii prava mente & garrulitate, verum etiam pro exceſſu longanimitatis, & patientiæ Dei. Sed hos quidem libros deinde cum attuliſſent in Synodum, & in conſpectu etiam ipſius artificis Photii exprobraſſent, tandem igni tradiderunt.* Sed hæc poſtea tempore Octavæ Oecumenicæ Synodi, ut ſuo loco patebit.

Quod vero ad Ignatii reſtitutionem ſpectat, iſta Nicetas ſubiicit: *Tunc vero Imperator Baſilius Patriarcham Ignatium cum ad ſe advocaſſet, & multis laudibus eum exornaſſet (dies enim Dominicus erat & vigeſimatertia Novembris) ut quo tempore primum ejectus fuit, & poſtquam Dei auxilio & bonitate novem totos annos perfectum certamen pro virtute certavit, eodem tempore reſtitueretur Eccleſiæ, voluit. Et ita lucerna lucidior accenſa quam antea ſuper candelabrum collocatur, & paſtor agnovit oves ſuas, & a ſuis ovibus apertius agnoſcitur. Cum igitur univerſa civitas exultaret pro ejus aſcenſu, atque illum deduceret atque ſequeretur cum exultatione: ipſe quidem per Sanctum puteum* (ita locus nominatus) *ad ſuperiorem partem aſcendit. Dum vero ingrederetur per dexteram portam magnæ Eccleſiæ; illi obviam fit univerſus Patriciorum ordo, illum venerans, & cum honore ſuſcipiens. Et in fine, ut moris eſt, ſacrum conficiebatur. Dignum autem eſt, ne quod in introitu contigit, omittamus. Alii enim aſtabant, alii vero venerabantur: Sacerdos autem cum ſacrum faceret in adytis clamavit: Gratias agamus Domino. Et populus continuo reſpondit: Dignum & juſtum eſt. Et ita ſacer ille Ignatius, cum proſpero eventu ſedem ſuam recepiſſet, & Eccleſiæ gubernacula ſuſcepiſſet, ſuſpendit a ſacris non ſolum Photium, & ab illo ordinatos, verum etiam omnes, qui cum eo communicaverant.* Hucuſque Nicetas; quæ autem ſubiicit de legatione miſſa Romam ad Nicolaum Pontificem, contigerunt anno ſequenti, agemus de ea ſuo loco.

XCIX. In ſuum Thronum Ignatius reſtitutus.

Ex-

PAGIUS XV. *Baſilius Imp. depoſito Photio Ignatium reſtituit.* A num. XCIX. ad CXIV. Baſilius Imp. *poſtero die quam renunciatus erat Imperator*, ideoque die XXV. Septembris, *Photium e throno deturbatum in cœnobium Scepen appellatum eiicit*, inquit Nicetas, qui paucis interpoſitis ſubdit: *Tunc vero Baſilius Imp. adductum in Magnauræ Palatium Ignatium, ſilentio indicto, multis laudibus coboneſtavit. Dies erat Dominica, tertia & vigeſima Novembris* (hoc nempe anno, quo Dominica & dies ille coincidunt) *quo etiam anni tempore prius in exilium pulſus erat* (textus Græcus habet) *ſicut prius in exilium pulſus erat*, eodem nempe die, licet non eadem feria) *qui Dei præſidio & clementiæ fretus, novennalem ac perfectam ex virtutis certamine lauream adeptus, Eccleſiæ ſuæ throno reſtituitur.* in textu Græco legitur, Θιμη τίος. ετ᾿ πολὺ ὥραι τιμὴν λάμβανε καὶ τδιάδυχος ἡμῖν ſed loco, βασιλεὺς ideſt *undecim*, Librarius prono errore ſcripſit κατὸ ideſt *novem*, ideoque ſic locus iſte vertendus, *per annos undecim perfectam ex virtutis certamine lauream adeptus, Eccleſiæ ſuæ throno reſtituitur.* Ignatius enim juxta ipſummet Nicetam die XXIII. Novemb. an. DCCCLVII relegatus eſt, & eodem die hoc anno in Sedem reſtitutus. Quare per annos undecim utrimque incompletos abſque Epiſcopatu vixit. In eodem Niceta jam prorſus ſimilem Librariorum errorem obſervavimus. Curopalates ait: *Coacta Synodo Pontificatu abdicavit Photium, qui ſibi honorem illum vindicaverat;* quæ Synodus nonniſi ex Epiſcopis, qui Conſtantinopoli erant, componi potuit. Poſtea Baſilius Legatos ad Nicolaum Papam deſtinavit: *Mittitur Romam*, inquit Anaſtaſius in Præfatione ad Synodum VIII. *a parte quidam Ignatii, Joannes Metropolita Sylæi*

C. Baſilius imperat ſolus. Extincto itaque Michaele Imperatore, Baſilius ab eo antea in collegam aſſumptus ſolus imperat. Fuit Macedo, genere ignobili, licet ex Arſacidarum antiqua ſtirpe progenitum adulantes alii prodierint. Huic Michael concubinam ſuam Eudociam in matrimonium collocavit. Photius vero Imperialem coronam ſolemni ritu, cum Michael juberet, ejus capiti impoſuerat. Quæ autem ad Imperium de eo vaticinia præceſſerunt, auctores Græci narrant. Sed quæ cum ſolus imperare cœpit, primum ipſi contigerunt, ſic accipe (*a*) Luithprando Ticinenſi: *Parvo*, inquit, *tranſacto tempore, huic Dominus noſter JESUS Chriſtus per viſionem apparuit, domini hujus Imperatoris, cujus hic necis extiterat auctor, dexteram tenens, eumque ita conveniens: Ut quid interfeciſti Regem, hoc eſt, dominum tuum Imperatorem? Expergefactus itaque, tanti ſe reum novit eſſe reatus; moxque ad ſe rediens, quid ſuper hoc faceret, cogitabat.*

(*a*) *Luithpr. l. 1. cap. 1.*

CI. *Confortatus itaque hac Domini noſtri JESU Chriſti per Prophetam ſalubri & vere acceptabili promiſſione: In quacunque die peccator ingemuerit, ſalvus erit: cum lacrymis & gemitibus ſe peccatorem, ſe reum, ſe ſanguinis innocentis effuſorem eſſe confitebatur. Bono autem accepto conſilio, amicos ſibi de mammona iniquitatis effecit, ut quos hic temporalibus ſubſidiis conſolaretur, eorum precibus ab æterno gehennæ incendio liberaretur.* Baſilii pœnitentia de occiſo Michaele. *Fabricavit autem pretioſo, & mirabili opere juxta palatium, Orientem verſus, Eccleſiam quam* νεαν, *ideſt Novam, vocant in honorem ſummi, & cæleſtis militiæ Principis Archangeli Michaelis, qui Græce,* ἀρχιςράτηγος, *appellatur*. Hæc Luithprandus. Subiicit Zonaras: *Baſilius die feſto magnam Eccleſiam ingreſſus, ut incruentæ victimæ particeps eſſet, a Photio Patriarcha eſt prohibitus, eum homicidam appellante: ob quam cauſam iratus, indicto Concilio, Photium Eccleſiæ ejecit, quaſi ſanctus Ignatius contra leges a Barda Cæſare ſede pontificia dejectus eſſet.* Hæc Zonaras ſchiſmaticus, favens ſchiſmatico, novam & inauditam fingens cauſam Photii ejectionis. Non enim probatur quod ait expulſum Photium, quod homicidii Imperatorem redarguiſſet, ſed potius quod a Nicolao Pontifice jam tertio damnatus eſſet. Ita ſcriptæ epiſtolæ Pontificiæ, ita Acta Synodi Octavæ, ita Nicetas ac denique cæteri omnes teſtantur veteres Græcorum hiſtorici, ut de his nulla poſſit oriri dubitatio. Zonaras enim longe poſt iſta tempora vixit: & ipſe ſchiſmaticus, Photio favit auctori ſchiſmatis, laudans eum & occultans crimina ipſius toto cœlo patentia. Verior namque de his erit hiſtoria, quæ proditur ex epiſtolis.

Sic igitur a Deo electus Baſilius Imperator, ſimulac extincto Michaele, liberas eſt nactus habenas Imperii, utpote ad hoc divinitus inſtitutus, ut humiles exaltet, deprimatque ſuperbos: mox, ut audiſti, in dejectionem invaſoris alienæ ſedis Photii, & reſtitutionem ſanctiſſimi a Deo inſtituti Patriarchæ Ignatii omnem adhibuit diligentiam, atque erutis, quas ſchiſmatici obruerant, litteris Nicolai Romani Pontificis, iiſdemque cognitis, ex earum præſcripto confeſtim S. Ignatium in ſuum priſtinum reſtituit thronum, & Photium impudentem ceſſare præcepit. Ita ſumma Dei providentia factum, ut adverſantibus, ut vidiſti, ſchiſmaticis Imperator ſuccederet, qui ſedulo executioni ſponte mandaret, quæ Romanus Pontifex ſua ſententia ſtatuiſſet; qui etiam ſtatim de his ipſis litteras dedit ad eumdem Nicolaum Pontificem, cujus hoc totum eſſe muneris ſciret. Quod vero eædem litteræ miſſæ primum an eidem Pontifici redditæ eſſent, dubitaſſet, rurſum eodem argumento alias addidit, datas hoc anno, undecima die menſis Decembris, quæ Dei beneficio integræ hactenus ſervatæ leguntur in Actione tertia Octavæ Oecumenicæ Synodi, atque ſic ſe habent (*b*): CII.

(*b*) *Extat t. 3. epiſt. Decr. Pontif. pag. 271.*

*In nomine Patris, & Filii, & ſancti Spiritus unius & ſolius & veri Dei, Baſilius fidelis Imperator Romanorum, Nicolao ſanctiſſimo Papæ, & ſpirituali patri noſtro.*



CIII. Baſilii ep. ad Nicol. Rom. Pont. *Qualiter ſe habet noſtræ mentis voluntas ſuper Eccleſiaſticis negotiis noſtris, o divinum & ſacrum atque inſtar Aaron, reverendum caput, in priori epiſtola innotuimus. Neſcientes autem ſi ſanctis veſtris, & ſecundum Moyſem Deo gratiſſimis ſit poſita palmis (multæ namque in longinquo itinere impedientes accidunt cauſæ) neceſſarium conſpeximus, primum quæ in eadem continebantur epiſtola, in brevi commemorare, & nunc quæ defuerunt ſupplere. Habebat itaque, in quibus malis Eccleſiam noſtram, quando Imperii divinis orationibus veſtris gubernacula ſuſcepimus, invenerimus male jacentem, inſanabiliter languentem, legitimo Rectore denudatam, tyrannide detentam, alieni paſtoris ſervituti ſubjectam, omnia inſtar ancillæ patientem, magis quam more Reginæ quidquam gerentem. Hæc ſunt, quæ illa ſignificabat epiſtola.*

CIV. De Ignatio reſtituto. *Et quædam a nobis agenda fore, viſa ſunt, quædam vero paternæ ſanctitati veſtræ penitus relinquenda. Verum nobis nihil amplius debere fieri viſum eſt, niſi ut Photius quidam a ſede removeretur, & ſecum quieſcere hortaremur; quippe qui multa contra veritatem, & contra ſacrorum Pontificum verticem commovit; in tantum enim rabies illius profecit. At vero Ignatius ſanctiſſimus, & ſpiritualis pater noſter, qui clare injurias & tyrannidem pertulit, ſecundum judicium & juſtificationem, quæ in diverſis epiſtolis veſtris inventa eſt (quamquam per eaſdem litteras vix nunc omnibus manifeſtum conſtituimus; ſic enim ipſe litteræ obrutæ, ut nullatenus quibuſdam oſtenſæ fuerint ab his, qui ante nos principatum tenuerunt) per æquam, & juſtam veritatem ad proprium thronum revocaretur.*

*Reliquis autem finem imponendum, immo vero & hæc eadem approbandum, atque horum ſequentia terminandum, ſpirituali ſanctitati veſtræ dimiſimus. Videlicet de his ſacerdotibus, qui ex utraque parte peccaverunt, & ante a ſanctiſſimo Patriarcha Ignatio conſecrati ſecundum ſcripturæ ſuæ confeſſionem, in veritate minime permanſerunt; quamquam qui a Photio viro Impudenti manus impoſitionem ſuſceperunt, necnon & de his ſummis ſacerdotibus, & ſacerdotibus atque Abbatibus, qui diverſimode ſcripſerunt, quorum quidem alii vi, vel tyrannide, alii vero ſimplicitate, & levitate, quidam vero ſeductione & verſutiis, quidam vero muneribus & honoribus diverſimode decepti ſunt, pauci vero ſuperiores laqueo illius prorſus effecti ſunt; immo vero dicendum eſt, quia pene omnes ſacrati tam priores, quam poſteriores, qui ſub nobis ſunt, male, & non, ut oportebat, tractati ſunt. De quibus decretum & judicium mittere paternam ſanctitatem veſtram, præſcribentes popoſcimus, & nunc expetimus. Addentes huic epiſtolæ pro his, qui ceciderunt, benigniſſimam poſtulationem, & maxime de his, qui pœnitentiæ locum requirunt, & ad legitimum ſummum ſacerdotem recurrunt: quatenus non Eccleſiæ noſtræ ſummis ſacerdotibus, & ſacerdotibus, qui ſub omni regimine noſtro conſiſtunt, commune occurrat naufragium, propemodum univerſis illis de falſis & importabilibus guſtantibus iniquitatis reumatibus.* CV. Conſulit de his qui Photio adhæſerunt.

*Super his itaque poſtulamus compatientiſſimum ſacerdotium tuum, ut manum porrigat humanitatis, & eorum diſpenſet ſalutem, qui proprium dumtaxat peccatum pronuntiant, & veniam accipere de eo, qui male ac iniquiter ab ipſis moleſtatus eſt, a ſummo ſanctiſſimo ſacerdote depoſcunt: eos enim qui permanent in malitia, & nolunt adverſitatis ſemitam repedare, nullus modus vel ratio a condemnatione liberabit.* CVI.

Ut

PAGIUS *lei, qui & Perges Pamphiliæ præerat Eccleſiæ; a parte vero Photii Petrus Metropolita Sardenſis, qui contra Ignatium cum jam memorato Gregorio* (ſcilicet Syracuſano) *auctor fuerat Eccleſiaſticæ ſeſſionis: porro a Principe deſtinatur Regius Spatharius, Baſilius nomine, qui inter utramque partem coram Sede Apoſtolica medius haberetur, & fidelis eorum, quæ ſedes eadem decreviſſet, auditor & nuncius.* Ex his Legatis Petrus in itinere diem ſuum obiit, ut ibidem Anaſtaſius teſtatur.

XVI. *Concilium Romanum adverſus Photium.* Auctor Vitæ Hadriani II. quid poſtea Romæ geſtum ſit, his verbis nos edocet: *Venerabilis Pontifex* (nempe Hadrianus II. qui Nicolao ſucceſſerat) *annitente omni Senatorio popularique conventu apud beatiſſimum Petrum Apoſtolum in defenſionem ſuæ Eccleſiæ deceſſoriſque ſui ſacri Concilium convocavit. Et primo quidem per Legatos Conſtantinopoleos, veritate luculenter audita, Deceſſoris ſui ſuper hujuſmodi literas legens, ſiniſtram ipſius famam purgavit. Deinde Photium cum Conciliabulo complicibuſque ſuis tertio anathemate perculit. Ad extremum vero cæterorum ſubſcriptionibus & ſententiis roboratum, præ foribus graduum, nefandi dogmatis librum cunctorum pedibus conculcatum exuſſit. Quem nimirum rogus, ut fomentum quoddam ignis excepit, & pene, antequam ſemiuſtum credi potuiſſet; cum magno fœtore, piceoque colore conſumpſit*, qua de re legendus Baronius.

XVII. Non minus feliciter Conſtantinopoli res procedebant: *Qua die imperii ſummam adeptus eſt Baſilius*, inquit Porphyrogennetus in illius Vita

PAGIUS *Initium Imperii Baſilii felix fauſtumque.* Vita num. XXIX. *velut Deo Romanorum rerum in melius mutationis indice, multorum tropæorum nuncii in Auguſtam hanc urbem advenerunt; multiſque Chriſtianis aſſertam ex captivitate libertatem ad eam perlatum eſt. Pompa itaque progreſſus Imperator ad magnum Dei Templum, cui ab ejus Sapientia nomen eſt, proque omnibus ſimul gratiarum actione perfunctus, redeundo Conſularia ſparſit munera, ingentemque vim pecuniarum, non ex publicis (quæ non ſuppetebant), ſed ex propriis, quas ante poſſederat, in ſubditos, plebemque diſtribuit. Uxor quoque Eudocia cum liberis Conſtantino & Leone, pari & ipſa largitione, multas civibus pecunias ex ſuis erogavit.* Conſtantinus anno ſuperiori, ut infra monſtrabo, Leo vero currenti, ut ex verbis illis liquet, natus eſt.

XVIII. Tum num. LII. *Rebus Occidentis majorem in modum Michaele Imperatore neglectis, totaque fere Italia, quanta nova noſtra Roma ceſſerat, potiſſimaque Siciliæ parte, Carthaginenſium* (Saracenorum nempe Africæ) *armis debellata atque Barbaris vectigali facta. Adhæc etiam qui in Pannonia & Dalmatia, ac qui ultra hos Scythæ, Chrobati ſcilicet & Serbli & Zachlumi, Tarbuniotæ item & Canalitæ & Diocletiani & Rentani, excuſſo Romani imperii jugo, cui pridem ſuberant, ſui juris atque liberi facti* (Michaele nempe Balbo imperante, ut ibidem oſtendimus) *ſuis duntaxat Regulis ac magiſtratibus parebant. Plerique vero majoris defectionis ſpecimine, etiam baptiſmum ejuraverant, ut nullum erga Romanos amicitiæ ac ſubjectionis pignus retinerent.* *Dalmatæ ab Imperio Orientali antea defecerant.*

XIX. *A Saracenis graviter afflicti.* Dein num. LIII. *Sic igitur occidentis rebus conſtitutis, inque eum modum per anarchiam laborantibus ac perturbatis, arrepta Agareni Carthaginenſes occaſione, conjunctis viribus expeditionem ſuſcipiunt; creatiſque ducibus Soldano, Samano, & Chalphuro, qui longe militia bellicaque*

CVII. De Legatis Miſſis ad Nicol. Rom. Pont.

*Ut autem manifeſta etiam his, qui ex forte ſunt Photii, veſtra divina & Apoſtolica fiat ſententia: tam de ſanctiſſimo patre noſtro & Patriarcha Ignatio, quam de miſerrimo Photio deſtinati ſunt ab amabili Chriſto Imperio noſtro ad paternam ſanctitatem veſtram ab utraque parte Apocriſarii. A ſanctiſſimo quidem Patriarcha Ignatio Joannes Metropolita Sylei, a Photio vero Petrus Metropolita Sardis, cum quibus a divinitus munito Imperio noſtro miſſus eſt Baſilius Spatharius. Quos volumus, ut paterna ſanctitas veſtra ſuſcipiat, & in conſpectu Epiſcoporum, qui ex utraque parte directi ſunt, quæ videbuntur ſanctitati tuæ, Eccleſiaſticis legibus atque Canonibus de ſummis ſacerdotibus, & ſacerdotibus ſancita. Cum hiſque mittat nobis reverendiſſimos Apocriſarios, ut certificetur expreſſius, & purius ſanctiſſima Eccleſia noſtra, cujus voluntatis ſanctitas tua ſuper utriſque conſiſtat. Ita pater ſpiritualis, & divinitus honorandæ ſumme Pontifex, accelera pro Eccleſiæ noſtræ correctione & conflictu contra juſtitiam, atque veritatis ſatisfactionem, multam nobis congeriem bonorum donare, ideſt unitatem mundam, compagem ſpiritualem ab omni contentione & ſchiſmate liberam, Eccleſiam in Chriſto unam, & ovile uni obſecundans paſtori, cujus tu miniſter ac immolator exiſtis veriſſimus. Saluto ſanctum & deſiderabile mihi caput quaſi labiis per litteras. Vale. Miſſa eſt menſe Decembrio, die undecimo.* Hactenus Baſilii Imperat. ad Nicolaum Papam epiſtola.

CVIII. Recitantur in eadem octava Synodo etiam litteræ viri ſanctiſſimi Ignatii Patriarchæ per eoſdem Legatos ad eumdem Nicolaum Pontificem datæ, quas ob dignitatem argumenti, atque perſonæ hic tibi pariter deſcribendas, congruum eſſe putavimus; ſic enim ſe habent (a):

(a) *Octav. Synod. Act. 3.*

Ignatii litteræ ad Nicol. Papam.

*Domino honorabili, dilecto fratri & comminiſtro Nicolao ſanctiſſimo ſenioris Romæ, Ignatius miſericordia Dei Archiepiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ.*

*Eorum vulnerum atque livorum, qui in membris hominum conſiſtunt multos medicos protulit ars, hanc quidem paſſionem alio accipiente, & alteram altero, & per experientiam amputante, & medicante: eorum vero quæ in membris ſunt Chriſti, & Dei Salvatoris omnium noſtrum Capitis, & Sponſi Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, unum & ſingularem præcellentem, atque Catholiciſſimum medicum ipſe princeps ſummus, & fortiſſimus ſermo, & ordinator, & curator, & ſolus ex toto magiſter Dominus omnium produxit, videlicet tuam fraternitatem, & paternam almitatem. Propter quæ dicit Petro magno & ſummo Apoſtolorum (b): Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Et iterum: Tibi dabo claves Regni cœlorum, & quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quodcumque ſolveris ſuper terram, ſolutum erit & in cœlis. Tales enim beatas voces non ſecundum quamdam utique ſortem Apoſtolorum Principi ſolum circumſcripſit & deſtinavit, ſed per eum ad omnes qui poſt illum, ſecundum ipſum efficiendi erant ſummi paſtores, & diviniſſimi ſacrique Pontifices, ſeniori Romæ traſmiſit. Et ideo ab olim, & priſco tempore in exortis hæreſibus & prævaricatoribus eradicatores, & interemptores malorum zizaniorum, & tabefactorum, & penitus inſanabiliter ægrotantium membrorum multoties facti ſunt eorum, qui ſanctitatem, & ſummam paternitatem tuam illic præceſſerunt, ſucceſſores ſcilicet Principis Apoſtolorum, & illius zelum in fide, quæ ſecundum Chriſtum eſt, imitantes, & nunc noſtris tem-*

Unus medicus univerſalis in Eccleſia Papa.

(b) *Matt. 16.*

PAGIUS *que rei experientia tribulibus reliquis præſtare exiſtimabantur, ſex ſupra triginta naves in Dalmatiam miſerunt, quibus Dalmatarum plures urbes captæ ſunt, Butoma, Roſa, & inferius Decaterum* (hodie Caſtrum Novum). *Sic cum ſecundis auris res hoſtibus ſuccederent, ad ipſam venerunt totius gentis Metropolim, quam Raguſium vocant, eamque ad longum tempus circumſederunt. Haud tamen facile expugnare potuerunt, iis, qui intra mœnia erant, magno animo concertantibus, quippe quibus pro anima, ut ajunt, curſus agitaretur. Dum itaque Raguſini pro temporis diuturnitate malis conficerentur, atque ad inſitas redacti eſſent, Legatos ad Imperatorem mittunt, neceſſitatis anguſtiis preſſi; quamquam non neſciebant aliis potius rebus eum diſtineri, ſuppliciter rogantes, ut ipſorum miſertus, eis vindex foret, ac tueretur, qui jam jam in infidelium Chriſtumque negantium poteſtatem eſſent redigendi. Nondum Legati in Urbem venerant, ſed itinere adhuc ſubſiſtebant cum ignavus malusve Imperator in humanis eſſe deſiit; rerumque ſumma ad vigilem, ſobriumque curatorem Baſilium per ejus exceſſum tranſivit.*

XX. *A Baſilio Imp. exercitu navali adjuti.*

Subdit Porphyrogenneta, *Baſilium* Legatis diligenter auditis, inſtructa centum navium claſſe, cunctiſque rite apparatis, ſingularis prudentiæ, Virum, experientiaque ſupra vulgi uſum præditum, delegiſſe *Nicetam* Patricium cognomento *Ooripham*, rei navalis Drungarium. Quod cum Agareni accepiſſent, obſidionem dirimere, indeque in Italiam tranſmittentes, Barenſem arcem expugnarunt. Verum fallitur Porphyrogenneta in Barii expugnatione; ut enim jam vidimus, *Barium* ante aliquot annos a Saracenis captum fuerat, annoque ſuperiori a Ludovico Imperatore Occidentis obſideri cœpit. Ea obſidio uſque ad annum DCCCLXX. perduravit, ut in infra mon-



*temporibus beatitudo tua digne tractavit datam ſibi a Chriſto poteſtatem.*

CIX. Quid de Photio Ignatius.

*Et quemadmodum quis peritus belli, & optimus Prætor, ſanctiſſime & amantiſſime frater noſter, omnibus potentiorem, & omnia vincentem veritatem, tamquam quædam valde fortia & inexpugnabilia proponens arma, hujus æmulum dejeciſti, & cum Chriſto, & per Chriſtum mundum viciſti, & eum, qui divina furatus eſt, & diſpoliavit aliena, & per feneſtram in atrium ovium more latronis intravit, & prædatus eſt animas multorum, deinde etiam ſe arroganter extulit, & cervices erexit contra Dominum omnipotentem, & in tantum jactanter elatus eſt, ut conventum ſine ſubſiſtentia, & ſine perſona fingeret contra irreprehenſibile & diviniſſimum & ſacrum Pontificium tuum quemadmodum fabula hippocentauros, & tragelaphos: quod etiam ad Principem latenter miſit. Hujuſmodi ergo non ſanctum operatorem atque omni opere malo repletum, videlicet eum, qui ſecundum antiphraſeos tropum Photius nominatur, opere manus Pontificalis & Apoſtolicæ poteſtatis tuæ a communi Eccleſiæ reſecaſti corpore, & ſummo te Petro æquiparans, tamquam novum Ananiam ſententia potentium verborum tuorum occidiſti, & privatione ſpiritualis vitæ, ut alterum Simonem per anathema morti tranſmiſiſti, & nos, qui injuriam paſſi ſumus, ſicut juſtiſſimus, & fratrum amantiſſimus juſte juſtificaſti, & Eccleſiæ, quæ apud nos eſt, & proprio throno, propter quæ ſategiſti atque ſcripſiſti, utpote Apoſtolicæ & ſummæ poteſtatis ſuſceptor, digne ac rationabiliter reſtituiſti, & fluctum, qui hic inerat, diſſipaſti, & tranquillitatem Eccleſiis contuliſti.*

CX. *A Deo quippe provectus, & a Chriſto dilectiſſimus & manſuetiſſimus & juſtiſſimus noſter Imperator voto & conſilio & decreto, & judicio tuæ ſanctitatis, favens olim, etiam nunc alacriter obediens, ut filius veſter proprius ac fideliſſimus, utrique quæ digna ſunt exhibuit, & multa tribulatione feſſam noſtram ſenectutem, adhuc etiam omnes qui pro juſtitia Dei multas, & varias tribulationes ſuſtinuerunt, Imperialiſſima prudentia uſus, animavit & conſolatus eſt. Pro quibus omnibus gratificas laudes, atque voces referentes, ſuper omnia Deo, & tuæ beatitudini miſimus debite Joannem reverendiſſimum, & ſanctiſſimum Metropolitanum Sylei, virum Dei cultorem, & divino intellectu repletum, qui etiam per totos novem annos pro verbo veritatis cum nobis ipſis perſecutionem, & mala cætera paſſus eſt, & Petrum Deo amantiſſimum Epiſcopum Troadæ, qui eadem & ipſe paſſus eſt, & pariter decertavit, cum regali homine rationem ſimul vobis poſituros pro nobis, & quæ epiſtolæ deſunt, viva voce adimpleturos, & manifeſtaturos, qualem & quantam dilectionem habeat effectu humilitas noſtra circa fraternam ſanctitatem veſtram, ſimul autem & de cœteris Eccleſiaſticis ordinibus accepturos quæ Deo placeant, & veſtro intellectui & ſapientiæ & poteſtati diſtinctiones & diſpoſitiones.*

CXI. Conſultatio de lapſis.

*Duplex eſt enim ſacerdotalis catalogi conſecratio: nam quidam a nobis hanc ſuſceperunt, quidam vero ab iniquo & interfectore Photio. Multi quidem de noſtra conſecratione, gratia Dei confortati, reſtiterunt ei fortiſſime, per nullum modum in inhonorantiam, & contumeliam noſtram, & in eam, quam putant, depoſitionem communicantes, ſed & multas & varias tribulationes & anguſtias & dira exilia & cuſtodias perpetientes: quos præcipue ſuſcipiens & tua beatitudo, ſcio quod ſupremis extollat honoribus, ut certatores veraciter pietatis. Plures autem propria chirographa tranſgreſſi ſunt, & ceciderunt, & pro temporis & utilitatis ſuæ cauſa in omnibus Photii temeritatibus & malignis actibus ab initio uſque ad finem ſectatores, & com-*



PAGIUS monſtrabimus. Porphyrogennetus hanc Dalmatiæ & Raguſii cum Imperio Orientali conjunctionem narrat etiam tam in lib. 2. de Thematibus Imperii Orientalis Them. XI. quam in lib. de Adminiſtr. Imperio cap. XXIX. & ſeqq.

XXI. *Croata per Baſilium fidei & Imperio reſtituti.*

Porphyrogenneta in Vita Baſilii num. LIV. addit, *Chrobatos* hodie Croatos, & paulo ſuperius memoratas nationes, videntes quod Dalmatarum auxiliis a Romanis geſtum erat, miſiſſe & ipſos Oratores ad Baſilium Imp. *tum ſcilicet qui eadem ipſa integraque religione defecerant, tum qui excuſſa prima ſua ſervitute ipſi ſponte baptiſmum prorſus ejuraverant.* Imperator quoque iſtos admiſit atque recepit, *ac ſtatim cum illis Sacerdotes, ſuoque nomine delegatum hominem miſit, ut ante alia, ab ipſo animarum periculo eos eriperet, ac priſtinæ fidei reſtitueret, atque ex delictis, quæ vel ignorantia, vel dementia aut temeritate contraxerant, liberaret. Peracto autem religioſo iſtiuſmodi opere, cunctiſque divino baptiſmate impartitis, atque Romanorum faſcibus inclinatis, hac parte redintegratus eſt Imperatoris Principatus, cunctiſque humaniſſima ejus juſſione, ex ſuis, ejuſdemque gentis hominibus, magiſtratus, rectoreſque, qui illis imperio præeſſent, accipientibus*, inquit Porphyrogenneta. Latiſſime tunc Dalmatia patebat, & complectebatur Croatiam, Serviam & Dalmatiam proprie dictam. *Dalmatia* maritima in Zachlumorum terram, Canalitarum & Diocletanam diſtributam fuiſſe tradit Porphyrogenneta lib. de Adminiſtr. cap. XXXII. & XXXV. & a Raguſio *Zachlumorum* Principatum initium habuiſſe. Qua de re legendus Joannes Lucius in Hiſt. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 1. cap. 14. ubi plura de hodiernis & an-

*& communicatores, & cooperatores effecti ſunt, frequenter contra nos ſubſcribentes, licet non voluntarie, ſed vim & tyrandem paſſi. Sunt autem apud eos, qui contra veritatem poſtea in rabiem verſi, & quemadmodum quadam ſatanæ operatione furentes, validiſſimam etiam contra nos oſtenderunt inſaniam. Primum igitur de hujuſmodi imploramus dari diſpoſitionem. Deinde de his, qui ab illo manus impoſitionem ceperunt, & ſecundum ea etiam ipſi ſimiliter per omnia fruſtra nequiter egerunt. Inſuper de presbyteris, qui ex noſtra conſecratione conſiſtentes, ſemel ei communicaverunt, vel fortaſſe bis & ter ex arcta anguſtia, non tamen ſubſcripſerunt iniuſtitiæ chirographo; & rurſus receſſerunt, & uſque in præſens voluntarie vacant. Adhuc etiam de his, qui cum communione etiam ſubſcriptionem geſſerunt, mox autem ocium complexi ſunt. Et ſuper eos etiam de his, qui manus quidem impoſitionem a Photio & voluntarie, & non voluntarie ſuſceperunt, reveriti tamen, ſacerdotio prorſus nullo functi ſunt.*

CXII. *Porro manus impoſitionem ab eo accepit Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopus reverentiſſimus, & perſeverantiſſimus Paulus poſt concilium vanitatis, quod contra humilitatem noſtram tenuit prius. In ſecunda vero Synodo reproborum, ut dicit Propheta, viriliter valde propugnans ob veritatem, & triumphans, & divulgans eorum interfectricem mentem, & nullo tempore vel modo contra humilitatem noſtram ſubſcribens, ſed ob idipſum multa paſſus, & multimodas neceſſitates ſuſtinens, alio quodam meliori ſcilicet affectu dignus habebitur a fraternitate veſtra.*

CXIII. *Hæc igitur ſunt capitula, pro quibus expoſcimus ſolutionem & ordinationem in ſcriptis mitti humilitati noſtræ, inſuper autem, & Vicarios veſtræ beatitudinis Epiſcopos dignos & rationabiles, ut cum eis bene & rationabiliter diſponamus Eccleſiam, quæ apud nos eſt, quam providentia Dei per interceſſionem ſummi Petri, & inſtantiam & interceſſionem veſtram recepimus: & accipiant negotia finem utilem, & congruentiſſimum ad gloriam Dei & veſtræ fraternitatis, Chriſtique imitatricis beatiſſimæ paternitatis.*

Hucuſque Ignatii Patriarchæ epiſtola ad Nicolaum Pontificem data ut ſuperior, undecima Decembris, & quidem ſecundum Frodoardum biduo ante obitum Nicolai: nam ipſum defunctum affirmat die decimatertia Decembris, ſicquæ redditæ ſunt ſucceſſori ipſius, quæ ad Nicolaum ſcriptæ fuere, ut Octavæ Synodi Acta declarant, in quibus eædem recitatæ, & aſſervatæ ut panegyris ſe habent, quibus ab Imperatore maxime pio, & Patriarcha ſanctiſſimo laudes tanti Pontificis celebrantur.

Sed quæ aliæ ejuſdem Nicolai fuerint res geſtæ anni hujus ante obitum videamus: Cum Teutperga Regina inviſa Lothario, ab eoque peſſime habita, imminentem ſibi mortem timeret: quam citam ab eo profectionem curabat, quam tamen abſque auctoritate Nicolai Papæ, qui eam redire præceperat, non eſt auſa tentare. Colore igitur Romam proficiſcendi, ab eo recedendi occaſionem honeſtam captans, Legatos præmittit ad Nicolaum cum litteris, quibus ab eo Romam veniendi licentiam poſtulavit, ſed ex Lotharii viri ſui, immo infeſtiſſimi hoſtis conſilio, quin potius minantis juſſione, iiſdem litteris atque Legatis eidem Romano Pontifici ſignificare coacta eſt ſe ſponte cedere regiæ dignitati, in quam introduceretur Vvaldrada tamquam legitima Lotharii conjux. Quæ audiens Nicolaus, omnia hæc ipſam a Lothario coactam ſcripſiſſe cognoſcens, hæc ad eam reſcripſit redditis ad ipſam litteris (a): *Quis ignorat hæc te multis preſſuris ſubactam deponere, & immuneris malis attritam proferre, cum etiam (ut prædiximus) omnes religioſi & clari Galliarum & Germaniæ viri hæc ita ſe habere, frequenti relatione teſtentur? adeo ut te nobis hæc ſcripturam fore, multo ante tempus cognoverimus. Sed his omiſſis, hortamur, ac vehementer admonemus, ut ipſa tibi met manus non inferas, nec mortis fomitem generes.*

CXIV. Theutperga Regina a Lothario male habetur.

(a) Nicol. ep. 48.

*Melius quippe tibi eſt, ut veritatem loquentem alius te occidat, quam tu te ipſam mendacium dicens interimas. Sta igitur intrepida atque conſtans, & mortem, quam quoquo modo ſemel experiri debes, præcipue pro veritate ſuſtinere non paveas* Monet poſtremo, ne occaſio- CXV.

PAGIUS antiquis Dalmatia & Croatia & populis, qui eas habitarunt. Porphyrogennetus laudatus in Vita Baſilii, omnes populos in Dalmatia antiqua exiſtentes comprehendit, ſed perperam nominat *Croatos*, quorum pars Occidentali Imperante Heraclio *Croatæ* Chriſtianam religionem amplexi fuerant. Lucius laudatus lib. 2. capitolo 2. exiſtimat converſionem *Croatorum*, qui adhuc baptiſmo carebant, de qua loquitur Porphyrogenneta, adſcribendam eſſe *Methodio* & *Cyrillo*. Verum cum uterque Sanctus ipſo fine Pontificatus Nicolai, hoc ſcilicet anno, Romam venerit, & anno ſequenti in Moraviam miſſus ſit, de illis intelligi non poteſt Porphyrogenneta, qui loquitur de re, quæ ſerius non contigit, quam priori parte ſequentis anni. Denique Baronius anno DCCCLXXXVI. num. VIII. poſt Baſilii Imp. mortem relatam de *Servis* & *Croatis* loquitur, quo anno Imperii ejus ad eum acceſſiſſent, incertus.



ſione Romam veniendi, a viro diſcedat, recepturo poſt ejus diſceſſum Waldradam, & ipſam in via vitæ diſcrimen ſubituram. Hæc Nicolaus ad eam hoc anno Indictione decimaquinta, nono Kalend. Februarii. Sed & ſcribens ad Lotharium (a) æque prohibuit, ne ipſa Romam veniret.

(a) Nicol. ep. 51.

Sequenti vero die, nempe octavo Kal. Februarias idem Pontifex (b) litteras dedit ad omnes Epiſcopos ſub Regno Lotharii conſtitutos, quos redarguit, quod rerum temporalium admittendi timore, ſegnes fuerint hactenus in corrigendo Lothario, de quibus anno ſuperiori dictum eſt. Eadem porro die & Indictione (c) ad Carolum Regem Francorum Lotharii patruum ſcripſit, dolens quod Lothario conniveat de abiicienda atque perdenda Regina Theutperga a Rege adulterii rea conſtituta, damnans conſilium de judicio per monomachiam definiendo, rogat, ut eam a periculo liberans mortis apud ſe recipiat.

(b) Nicol. ep. 49. Nicol. Papa ſolicitus pro Theutperga.

(c) Nicol. ep. 50.

CXVI. *Direxit* (inquit Regina) *eodem tempore etiam Lothario Regi idem reverendiſſimus Pontifex epiſtolam ita incipientem* (d): *Audito revertente Miſſo noſtro, correctionis tuæ (ut ita dicamus) initio, &c.* Integra extat inter cæteras Romæ cuſas epiſtolas Nicolai, quam tu conſulas.

(d) Nicol. ep. 51.

CXVII. In primis autem ipſum Lotharium Regem redarguit, quod Theutpergam varie vexaſſet, compuliſſetque jurare, non ipſam, ſed Waldradam legitimam ipſius uxorem eſſe; inanem oſtendens ejuſmodi adinventionem, cum ſententia Sedis Apoſtolicæ definitum eſſet, eam eſſe legitimam ipſius uxorem Abſtrahitque eum ab omni ſpe ducendi pellicem in uxorem, cum nec defuncta uxore, id ipſi licere, leges Eccleſiæ doceant. Waldradam excommunicatam ipſi denuntiat, cujus conſortio, ne ejuſdem pœnæ fiat particeps, admonet. Sed & eadem ſententia ipſum fore plectendum, niſi pareat, comminatur. His datis litteris, quibus comminatio excommunicationis miſſa eſt, magnus timor invaſit omnes Francorum Epiſcopos, ne Rex, ab eodem Pontifice excommunicationis ſententia plecteretur, cujus rei gratia tunc Adventius Metenſis Epiſcopus, has ad Coepiſcopum Hattonem litteras dedit, quas acceptas e codice Trevirenſi hic recitamus, ſic ſe habent:

CXVIII. Conſilium ſuggerit Hlotharium ad pœnitentiam revocandi.

*Reverentiſſimo ac dilectiſſimo Fratri & Coepiſcopo Hattoni, Adventius humilis plebis Dei famulus, in Domino JESU Chriſto ſempiternæ felicitatis gloriam.*

*De duabus partibus nobis ſcire evenit, ideſt ex Regno Caroli, & ex Regno Hludovici majoris, quod dominus Nicolaus Apoſtolicus præfixam, atque immutabilem ſententiam in ſuis ſcriptis directam habeat in iſtis partibus ſuper cauſam domini ac Senioris noſtri Hlotharii Regis: ita videlicet, ut ſi in vigilia Purificationis ſanctæ Mariæ Vvaldradam non dimiſerit, a liminaribus Eccleſiæ debeat eſſe excluſus. Unde nos, quaſi mortali anguſtia vallati, & nimio tædio affecti, veſtræ charæ fraternitati hos lacrymoſos dreximus apices, propter Deum precando, & propter illam fidem, quam illi debetis, ut nullo modo omittatis, niſi ſtatim, & abſque ulla mora in ſuam præſentiam venire ſtudeatis, eique imminens periculum, quaſi verus ſpeculator, per omnia exponatis, dicendo, quomodo nullas illi moras prætendit, aut ſalvationis, aut forte, quod abſit, damnationis ſententia. Nos vero ſaluberrimum putamus eſſe conſilium, & ex divino adjutorio, modis omnibus accelerandum, ut noſter Senior feſtinato itinere, duos dies ante feſtivitatem ſanctæ Mariæ in *Floriking, aut in alio loco, ubicumque voluerit, ſi amplius non poteſt, ſaltem tres Epiſcopos habeat, quos ſua dominatio elegerit, & in illorum præſentia, ſecrete de retroactis culpis in conſpectu Epiſcoporum humiliter veniam petat, & inter lacrymoſa ſuſpiria emendationem promittat in poſterum.*

* Florikingen

CXIX. *His itaque geſtis, videtur mihi utile conſilium, ut in præſentia eorumdem Epiſcoporum accepta indulgentia, Deo dignam ſponſionem faciat, quod in antea de ſuo conjugio legitimo, cum ſuorum fidelium, in illorum ſcilicet, qui illi puriter fideles ſunt, conſilio atque auxilio, debeat iterari. Sicque, ut mihi videtur, abſque omni periculo animæ ſuæ, & a Deo ſibi conceſſi Regni minoratione, Eccleſiam ſancti Arnulphi liber ac ſecurus, in Purificatione ſanctæ Mariæ, eamdem ſanctam feſtivitatem celebraturus, introeat. Alioquin ſe ipſum, & nos omnes, qui illi ſecundum Deum, & ſecundum ſæculum fideles ſumus, ad irrecuperabilem perditionem, ut veriſimile cernitur, perducet. De publico enim adulterio nullatenus erit illi formidandum, cum Dominus per Prophetam clamet: Cum ingemuerit peccator, ſalvus erit, non reiterans vias ſuas. Hi ergo apices ſub ſigillo confeſſionis mittuntur, ita videlicet, ut propter Deum vobis ſit, ne ullus mortalium præter vos, & noſtrum Seniorem, ſi voluerit, ullatenus videat. Ergo agat veſtra fraternitas, ne dilectiſſimus atque amantiſſimus dominus noſter, & nos cum illo infeliciter pereamus. Oramus dilectam fraternitatem veſtram valere feliciter.* Hæc Adventius Metenſis Epiſcopus.

CXX. Verum aliud conſilium Lotharius iniit, quod excommunicationem comminatam effu-

effugeret, nempe ut ſuum ad Nicolaum Romam adventum litteris præmiſſis eidem nuntiaret, interimque Epiſcoporum ad eumdem legationem decerneret, ut ſic eum ſpe bona ludificaret, ſcripſitque blandas ad ipſum litteras has, quibus & auxilium contra Sarracenos, ſi opus ſit, pollicetur. Sunt & ipſæ acceptæ ex codice Trevirenſi, quæ ſic ſe habent:

*Domino vere ſanctiſſimo ac beatiſſimo, totiuſque Dei Eccleſiæ roſeo pii Regis Chriſti ſanguine acquiſitæ ſummo Pontifici & univerſali Papæ Nicolao, Hlotharius divina propitiante clementia Rex ac devotiſſimus filius veſter, ſempiternam cum gaudio, proſperitatis, & felicitatis gloriam, fideleque ſervitium.*

CXXI. Studium præſefert S. A. adeundi. *Rex Regum & princeps Paſtorum Chriſtus, qui ſacerdotalem, & regiam dignitatem in miniſterio noſtræ redemptionis in ſe ipſo univit, quique ſui ovilis curam B. Petro Apoſtolorum principi tuendam commiſit, ille nos ſalubribus edictis inſtituit, ut Apoſtolatus veſtri ſacratiſſimum apicem divinitus in fundamento Eccleſiæ ſublimatum fideliter diligimus, & humiliter veneremur. Hinc eſt, quod noſtræ manſuetudinis affectus, circa veſtram celſitudinem veræ charitatis igne inflammatur, & a multis jam retro diebus, nos ad veſtram præſentiam deſiderabiliter invitare non ceſſat. Quapropter hos veſtræ eminentiſſimæ paternitati direximus apices, ut de veſtra optabili ſoſpitate celerius reſcire poſſimus, quæ omnium gemmarum nitore pretioſior, omnique theſauro charior noſtro amplexatur in corpore. Et quia nos hoc idem de veſtra ſanitate incunctanter credimus, ſatius vobis intimandum decrevimus, quod divina opitulante clementia, noſtra manſuetudo optime viget, fideliumque noſtrorum generalitas in neceſſariis Reipubl. negotiis, opitulante Chriſto, ſalubribus proficit incrementis, immo proſperitatis ſucceſſum ab ipſo bonorum omnium largitore profuturum humiliter ac fideliter præſtolamur. Regnum quoque nobis divina pietate commiſſum, & ab omni paganorum infeſtatione, aliorumque inimicorum deprædatione, dextera omnipotentis Dei pro nobis pugnante, & auxiliantibus meritis beati Petri Apoſtoli, veſtriſque precibus almifluis ſuffragantibus, hactenus cum omni integritate tutum manere cognoſcite.*

CXXII. *Porro veſtræ ſanctitatis noverit pia paternitas, quod iſto tempore ferventiſſimum deſiderium habemus cauſa orationis Apoſtolorum Limina viſitare, veſtramque diu deſideratam faciem cernere, & ſacra dulciter amplexari veſtigia; & jam ſecundo, ac tertio noſtri itineris apparatum ſub certa deliberatione repetitum habemus, quod in voto manet implere deſiderantes. Verum ſi aliqua, quod abſit, periculoſorum temporum varietas votum noſtrum interceperit, Legatos noſtros * Gutfridum dilectiſſimum avunculum noſtrum, & Vvaltarium fidelem noſtrum, necnon & Theutgaudum venerabilem Archiepiſcopum, atque * Attonem Coepiſcopum ad veſtram præſentiam deſtinare procurabimus, ut per illos liquido cognoſcat veſtra celſitudo, quam fideles vobis per omnia exiſtimus, nos & fideles noſtri, & quam fideliter veſtris ſalubribus conſiliis, & ſpiritualibus monitis parere deſideramus. Revera ſicut ſpiritalis ac devotiſſimus filius reverentiſſimo patri, atque univerſali Papæ debet, quippe nos & venerabiles Epiſcopi atque fideles noſtri, ſi non corpore, corde tamen ad veſtra ſacra veſtigia provoluti, humiliter petimus, ut ſi aliquis inimicorum noſtrorum ex noſtra parte, quiddam ſiniſtrum mendoſo falſitatis elogio veſtris ſanctiſſimis auribus ſignificare præſumpſerit, quaſi ſerpentinum virus, Apoſtolica abominetur auctoritas. Et quidem noſtri Epiſcopi veritatis diſcipuli, magiſtri erroris eſſe non poſſunt, qui Orthodoxi Patris Catholicæ & Apoſtolicæ Fidei veri probabuntur eſſe cultores.*

* Luitfridum

* Hattonem, puta Viridunenſis Eccleſiæ.

CXXIII. Eccleſiæ Rom. adverſus paganos auxilium offert. *Inter iſta vero ratum eſſe duximus inſerendum, quod ſi aliqua incurſio paganorum fines beati Petri vobis cælitus commiſſos adire tentaverit, aut forte terminos Auguſtiſſimi Imperatoris, atque amantiſſimi germani noſtri Hludovici, prout nuperrima, atque infauſta relatione comperimus, irrumpere præſumpſerit, illud nobis abſque ulla dilatione ocyus ſignificari depoſcimus, quia quolibet poſtpoſito rerum temporalium damno, atque parvipenſo perituri diſcrimine Regni pro amore, & timore Dei, & beatorum Apoſtolorum, Sanctorumque omnium reverentia, ſimulque veſtra ſanctiſſima paternitate, quam præ omnibus mortalibus diligere, ac venerari decrevimus, nos ac fideles noſtros morti ac periculo tradere parati ſumus, ſcientes eſſe ſcriptum: Timere non debemus mortem, quæ ſine dubio perducit ad vitam.*

CXXIV. *Igitur quibus valemus votis, Domini miſericordiam imploramus, ut noſtram manſuetudinem veſtræ excellentiſſimæ almitati tamdem repræſentet incolumem; quatenus verior experientia Apoſtolatus veſtri puriter cognoſcat, utrum prolata a veritatis fonte emanaverint. Omnipotens Deus noſtri memorem ſummum veſtri ſanctiſſimi Pontificatus apicem proſperis ſucceſſibus feliciter inſignitum ad cuſtodiam gregis conſervare, & exaltare dignetur, glorioſiſſime ac præſtantiſſime Pater.* Hæc ipſe. At Nicolaus prohibuit ejus Romam adventum, quem ſciret non ad pœnitentiam, ſe ad dilationem prætendi. Vetus fuit Lotharii artificium, ut cum ſive a patruis Regibus, ſive a Romano Pontifice arctaretur ab adultera omnino recedere, ille ſe Romam velle proficiſci, & de ſua cauſa agere coram Pontifice affirmaret. Teſtatur id Nicolai epiſtola (*a*) ante legationem Arſenii data. Sic igitur ab eo ſæpe deceptus, ne Romam veniat interdicit; cum & interim non ceſſaret alia via ipſius omnibus modis procurare ſalutem, ſcribens de his ad Ludovicum (*b*) Regem Germaniæ de ejus emendatione procuranda.

*(a) Nicol. ep. 27.*

*(b) Nicol. ep. 53.*



CXXV. Carolus & Ludovicus pro liberando Lothario coeunt. Occaſio etiam prætexendi Romam adventus & illa præceſſit, quod eodem anno Carolus & Ludovicus fratrem ſimul, Nicolai Papæ monitu convenientes, ſolicite de Lotharii nepotis ſui nondum reſipiſcentis ſcandalo conſulentes decrevere, ut ipſe Carolus patruus ad eum adiuncto ſibi Epiſcopo proficiſci deberet, quo eum coram efficacius hortari poſſet, ut in omnibus parere deberet monitis Apoſtolicæ Sedis. Cum igitur ad eum Carolus cum Epiſcopo perveniſſet, & quæ ſibi & fratri in optatis eſſent aperuiſſet: ille quidem ex more promiſſionibus multis, facturum ſe quæcumque Pontifex juberet, eidem ſatiſfaciens, Romam ad eum venturum eſſe promiſit. De quibus omnibus per ſuum Legatum Ludovicus ipſum Romanum Pontificem Nicolaum reddidit certiorem. Qui his acceptis ad eumdem Ludovicum litteras (*c*) reddidit hoc anno quarto Kalend. Novembris, prima Indictione inchoata, quibus ſignificavit eludere ſolere Lotharium Apoſtolicam Sedem promiſſionibus ſuis, utpote cum multa promittat, nihil præſtet, ſed pollicitis contraria agat, utpote qui legitimam conjugem Theutpergam immenſo odio perſequens peſſime habeat: Waldradam vero Ticino, quo pervenerat, revocaſſet in Gallias, cujus & nutu cuncta perageret. Ob idque, quod ſcilicet inobediens eſſet Apoſtolicæ Sedi, ne Romam veniat, omnino prohibuerit. Nam in ea epiſtola ad Ludovicum hæc inter alia habet:

*(c) Nicol. ep. 55.*

CXXVI. Prohibet Nicol. venire Lotharium Romam. *Adhuc ad nos ſe properare velle demonſtrat, cum ne id ſine noſtra licentia præſumeret, nos et ſæpe diſtrictius injunxerimus, & prohibuerimus. Verum quamobrem Lotharius Romam proficiſci geſtiat, miramur, ſi veſtram latere potuit prudentiam. Itaque impleat, prius, quæ præmiſimus; totius occaſionis vel ſiniſtræ ſuſpicionis fomitem a ſe procul abiiciat, immo vero a noſtris mentibus amputet: & tunc ſi ei ſit huc veniendum, a nobis eſt ſolicite providendum. Siquidem etiam ſi cuncta, quæ nos ei ſupra memoravimus injunxiſſe, penitus adimpleta potuiſſet oſtendere: nec ſic ei contra interdictum noſtrum iter Romam fuerat properandum; quanto minus nunc, quando toties a nobis admonitus, nihil de eis conſummaſſe convincitur. Igitur dilectio veſtra illum nunc venire Romam prohibeat; alioquin, mihi credite, ſi contra propoſitum noſtrum forte præſumpſerit: minime ea, qua cupit, honeſtate vel hic ſuſcipietur, vel hinc profecto regredietur, &c.* Hæc & alia plura Nicolaus de Lothario, queſtus etiam, quod in ſede Trevirenſi & Colonienſi, e quibus exciderant Guntharius & Theutgaudus nullum alium patiatur ordinari Epiſcopum, ſpem habens illos in eaſdem Eccleſias fore reſtituendos, pro quibus & fruſtra itidem Rex Ludovicus (*d*) rogaſſet. Scripſit iſta Nicolaus ad Ludovicum hoc eodem anno tertio Kalend. Novemb. prima jam Indict. inchoata Prid. vero Kal. ſcripſit ad Epiſcop. ſub Ludovici Regno conſtitutos: quos nimium ſolicitos pro reſtitutione eorumdem damnatorum Epiſcoporum redarguit, totamque rerum geſtarum ſeriem pandit, oſtendens eos omnino reſtitutione indignos, indignumque Apoſtolica Sede, ut ſententiam ſemel magna deliberatione prolatam, contram conſuetudinem mutet. Nam inter alia. *Ceſſet itaque*, inquit, *veſtræ fraternitatis nos ſuper hoc pulſare ſolertia, & quod fieri non poteſt, tamdem aliquando deſinat. Nam Sedis Apoſtolicæ ſententia tanta ſemper conſilii moderatione concipitur, tanta patientiæ maturitate decoquitur, tantaque poſtmodum deliberationis gravitate profertur, ut retractatione non egeat, vel immutari neceſſarium ducat, &c.* Sed quem finem tamdem tragœdia iſta habuerit, dicemus anno ſequenti; modo autem quæ ſunt reliqua ejuſdem Regis rerum geſtarum anni hujus proſequamur.

*(d) Nicol. ep. 56.*

Sententiæ Sedis Apoſtolicæ quales.

CXXVII. At non hic finis Lotharii Regis iniquitatum, ſed hoc eodem anno, enormia alia prioribus peccata conjunxit, auferens bona Helletrudis filiæ Lotharii Imp. viduæ relictæ Berengarii Comitis, quæ talia paſſa ad pauperum patronum, viduarumque protectorem Nicolaum Pontificem confugit: qui pro ipſa ad Carolum Regem litteras dedit, ut apud Lotharium intercederet, ageretque ut ablata reſtituat. Porro has ab eo eſſe datas litteras, hoc ultimo Nicolai tempore, cum pro excommunicato ipſe Lotharius haberetur, ex iiſdem apparet, quas numquam adhuc editas, hic deſcribendas eſſe, ne pereant, exiſtimamus; ſic enim ſe habent (*e*):

*(e) Ex Codic. Bibl. S. Mariæ ſuper Miner.*

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Karolo glorioſo Regi.*

CXXVIII *Litteris ſcilicet ſuis, de Helletrude Berengarii Comitis quondam relicta, no-*

*nobis pernotuit, Hlotharii videlicet Regis preſſuris annihilatam, ejuſdemque præ judicia fore perpeſſam. Apoſtolatui noſtro hæc* * *atque alia ſuggeſſit, quo eidem Hlothario Apoſtolicis exinde mitteremus literis monita, & vobis, dilectiſſime fili, fratrique veſtro Hludovico excellentiſſimo Regi, noſtram dirigeremus epiſtolam; quatenus vobis ſuccurrentibus atque foventibus, ipſa proculdubio vidua ad perfectam de ſuis rebus perveniret juſtitiam; quoniam non ſolum prædia a genitore ſuo Hlothario Imperatore per teſtamentum largita ſuſtulit, ſed etiam proprietates ejus a parentibus ſuis ſibi, præfatæ Helletrudi, dimiſſas colludioſe ſurripuit, eiſdemque ſanctæ Dei Eccleſiæ infideles Northmannos paganos beneficiali more ſane donavit. Nos vero jam dicto Hlotario nepoti veſtro Apoſtolicas litteras mittere nequivimus: quia pro nefariis &* * *incertis negotiis ab illo abolendis, plane vobis auditis, excommunicatum habemus.*

* *f.* itaque

* *f.* illicitis

CXXIX. *Sed excellenti veſtræ ineffabili dilectione colendæ, poſcendo, dilectiſſime fili, dirigimus, ut pro reverentia Apoſtolorum Principum, ad quos quaſi refugium faciens, rogavit ipſa ſcriptis juſtitiam, & pro eo quod jure agnationis, ſive majoris natu vos a talibus illum decet coercere illicitis, ſuper his per veſtrum Miſſum, aut epiſtolam, tam ex noſtra ſanctione jubendo, quam ex veſtra parte rogando, ſeu legum auctoritate monendo, jam ſæpedicto Regi mittere* * *ſtudetote. Et ſi vos forte una cum fratre veſtro Hludovico glorioſo Rege conjuncti, eumdem nepotem veſtrum quæque pro cauſa ſororis ſuæ, ut credimus, fueritis allocuturi, quæ ſumus affati, ut hujus crebro fatæ viduæ Helletrudis cauſam tam de propriis, quam de beneficiis, per teſtamentum a jam dicto Hlothario Auguſto quondam conceſſis, nulla afficiente occaſionis ratione, uſque ad finem perducatis, ut cum, Deo favente, a priore nævo fuerit correctus illius feminæ cauſa, hæc reſtituat, & ut ne adiiciat iniquitatem ſuper iniquitatem in Regno ſuo, ſed faciat juſtitiam ſuam abundare, quoniam quidem Regum examina decet omnibus ſubvenire, præcipue viduis, quarum judex Chriſtus eſt.*

* al. ſtudeatis

CXXX. *Itaque hujus inſtar epiſtolæ epiſtolam de hac cauſa nunc, ceu vobis, aut ſecus, Hludovico fratri veſtro* * *immo direximus. Dolemus oppido, pro talibus, eminentiſſime Rex, prædia Chriſti fidelium quoquo modo tollentibus, & Chriſti Regis infidelibus beneficiali more donantibus. Interea rogamus, ut quidquid perfectionis conſultu ſuper his veſtra perfecerit excellentia, ſcriptis per ſingula Apoſtolatui noſtro non dedignetur veſtra intimare regalis magnitudo. Excellentiam veſtram nunc & ſemper bene valere optamus in Chriſto.* Hucuſque Nicolai epiſtola de Lotharii delictis, atque de rebus hoc anno ad eum ſpectantibus jam ſatis.

*

Ad poſtremum autem non prætermittendum, ex antiquo uſu perſeveraſſe, ut pro gravioribus delictis expiandis Fideles ad Romanum Pontificem ſe conferrent: quod ſub Nicolao Pontifice dum frequentatur, inter alios infelix pater trium filiorum necator accurrit; de quo ad ſuum Epiſcopum iſta Paſtor omnium ſcripſit:

*Nicolaus (a) Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo & ſanctiſſimo Ronolardo Epiſcopo.*

(a) *Ex Bibl. Nicol. Fabri Pariſ.*

CXXXI. Epiſt. pœnitentialis Nicol. Pap.

*Dominici gregis curam cœleſti dogmate plenam ita convenit Epiſcopis obſervare, quatenus pro ſuſcepti ovilis neglectu aliquod periculum non incurrant. Undique etenim venientes admodum plurimi ſuorum facinorum proditores, quantum dolorem inferant pectori noſtro, plus ſingultu reminiſcimur, quam calamo ſcribi queat. Inter quos videlicet iſtum Cumarum ad Apoſtolorum Limina feſtinaſſe cognoſcite; & pœnitentiæ modum, pro perpetrato trium filiorum homicidio ſibi impoſitum manifeſtaſſe. Quorum quædam temperavimus, eo quod ſuffragia Apoſtolorum Principis, nutritoris noſtri, poſtulare devote feſtinavit. Nam eumdem ad beati Archangeli oraculum ire volentem, inſtantia temporis revocavit: atque conſtitutionis ſibi impoſitæ modum continentem epiſtolam veſtræ ſanctitati deferendam Apoſtolica ſolicitudo tranſmiſit. In ea igitur, hoc eſt in iſta, ita ſtatutum eſt; ut triennio ante fores Eccleſiæ pro peccatis ſuis oraturus conſiſtat; & deinde inter auditores permaneat quadriennio; ut ſeptem annorum curricula abſque communione Dominici corporis & ſanguinis ducat: ita quidem ut in omnibus diebus vitæ ſuæ carnem non manducet, & in iſto ſeptennio vinum non ſumat, niſi diebus Dominicis, & feſtivitatum: ab inde quinquennio tribus diebus per ſeptimanam a vino abſtineat, ut duodecim annis quantitas pœnitentiæ extendatur. Liceat itaque illi uxorem propriam non deſerere, ne forte incidat in adulterium, & pro occaſione unius delicti, præcipitetur fragilitate carnis in pejus. Conceſſimus etenim ei calceatum ad vos pervenire: ac deinde triennio diſcalciatum ire debere; & veſtimentis ſecundum qualitatem temporis, & aeris temperiem indui, atque lacte perfrui.*

*Cæterum vero ita actus ipſius diſcernentes, per omnia conſiderate atque diſponite, quatenus & Evangelica miſericor-*



*dia in illo agnoſcatur, & canonica auctoritas conſervetur. Attamen permittimus eum caſeum ſumere, atque poſſeſſionem ſuam habere; & poſt ſeptimum annum, uſque ad diem mortis perſeveret in jam dicta pœnitentia, atque arma, niſi contra paganos, non ferat. Optamus ſanctitatem veſtram in Chriſto bene valere.* Hactenus Nicolaus. Relata ſunt iſta ab Jvone (*a*) in ſuum librum Decretorum.

(*a*) *Ivo par.* 10. *c.* 33.

Hoc eodem anno, qui ultimus Nicolai numeratur, contigit per SS. viros Cyrillum atque Methodium Orientales monachos deferri Cherſona Romam corpus ſancti Clementis Papæ, de quo ex Leone (*b*) Oſtienſe in primis iſta narrantur:

(*b*) *Apud Catal. SS. l.* 10. *c.* 98.

CXXXII. Corpus S. Clementis Romam delatum.

*Leo Epiſcopus Oſtienſis tradit, quod tempore Michaelis Imperatoris Conſtantinopolitani quidam Philippus ſacerdos Cherſonam veniens, de his, quæ narrantur in hiſtoria S. Clementis, de maris aperitione habitatores interrogavit. Qui nihil de hoc ſcire profeſſi ſunt, eo quod advenæ magis, quam indigenæ erant. Siquidem miraculum illud jamdudum ob habitantium culpam ceſſaverat, & ab incurſu barbarorum templum illud deſtructum erat, & arca cum corpore marmis fluctibus obruta. Tunc aſſumpto Epiſcopo Georgiæ civitatis cum Clero & populo acceſſerunt ad Inſulam, in qua putabant eſſe Martyris corpus. Ubi divina revelatione fodientes corpus invenerunt, & anchoram, cum qua fuerat in mare projectum. Quod Cherſonam reportantes, ibidem ſepelierunt. Tempore vero Nicolai Papæ Primi, corpus ipſum a ſancto Cyrillo Slavorum Epiſcopo inde ſublatum, & Romam delatum, atque in Eccleſia ejus nomine fabricata reconditum eſt, ubi requieſcit, miraculis clarens.* Hactenus ex Leone Oſtienſe. Porro Cyrillus atque Methodius manſerunt Romæ uſque ad creationem Hadriani Nicolai ſucceſſoris, a quo ambo miſſi ſunt ad prædicandum Evangelium Slavis, quorum linguam didicerant; de quorum Apoſtolatu ab Hadriano collato meminit Joannes Papa VIII. in ſuis epiſtolis, de quibus inferius ſuo loco agendum erit. Porro iſta de tranſlatione corporis S. Clementis Romam, deque eorumdem Apoſtolatu plures ſunt aſſertores, & teſtantur iſta etiam Eccleſiaſtica monumenta, nempe Romanum Martyrologium, ubi in Notis alios

id

PAGIUS XXII. *SS. Cyrillus & Methodius Moravorum Apoſtoli.*

Ad num. CXXXII. Auctor prioris Vitæ SS. Cyrilli & Methodii, de ſacra eorum in Moraviam expeditione loquens, prodit: *Cum ad partes illas, Deo præparante veniſſet* (ſcilicet Cyrillus, qui tunc Conſtantinus Philoſophus appellabatur); *cognoſcentes loci indigenæ adventum illorum, valde gaviſi ſunt, quia & Reliquias B. Clementis ſecum ferre audierant, & Evangelium in eorum linguam a Philoſopho prædicto tranſlatum. Exeuntes igitur extra civitatem obviam, honorifice & cum ingenti lætitia receperunt eos. Cœperunt itaque ad id quod venerant peragendum ſtudioſe inſiſtere, & parvulos eorum literas edocere, Officia Eccleſiaſtica inſtruere; ſicque abraſis & extirpatis de agro illo peſtifero multifariis vitiorum ſentibus, divini verbi gramina ſeminare. Manſerunt ergo in Moravia per annos quatuor & dimidium* (ideoque ab anno Chriſti DCCCLXIII. uſque ad præſentem) *& direxerunt populum illius in fide Catholica, & ſcripta ibi reliquerunt omnia, quæ ad Eccleſiæ miniſterium videbantur neceſſaria. His omnibus auditis, Papa glorioſiſſimus Nicolaus, valde lætus ſuper his, quæ ſibi ex hoc relata fuerant, redditus, mandavit & ad ſe venire illos literis Apoſtolicis invitavit. Quo nuncio illi percepto valde gaviſi ſunt, gratias agentes Deo, quod tanti erant habiti, quod mererentur ab Apoſtolica ſede vocari. Mox igitur iter aggreſſi, duxerunt etiam ſecum aliquos de diſcipulis ſuis, quos dignos eſſe ad Epiſcopatus honorem recipiendum cenſebant; ſicque poſt aliquot dies Romam applicuerunt.*

XXIII. *Romam veniunt ſedente jam Hadriano II.*

*Sed cum ante non multos dies ſupradictus Papa Nicolaus tranſiſſet ad dominum, ſecundus Hadrianus, qui illi in Romano Pontificatu ſucceſſerat, audiens quod præfatus Philoſophus corpus B. Clementis, quod ſtudio ſuo repererat, ſecum deferret, valde nimis exhilaratus eſt, & extra Urbem cum Clero & populo procedens obviam illis, honorifice ſatis eos recepit. Cœperunt interea ad præſentiam Sanctarum Reliquiarum, per virtutem Omnipotentis Dei, ſanitates mirabiles fieri, ita ut quovis languore quilibet oppreſſus fuiſſet, adoratis pretioſi martyris Reliquiis ſacroſanctis, protinus ſalvaretur. Quapropter tam venerabilis Apoſtolicus, quam & totius Romani populi univerſitas, gratias & laudes Deo maximas referentes, gaudebant & jocundabantur in ipſo, qui eis poſt tam prolixi temporis ſpatia conceſſerit in diebus ſuis ſanctum & Apoſtolicum virum, & ipſius Apoſtolorum Principis Petri ſucceſſorem, in Sede ſua recipere; & non ſolum Urbem totam, ſed & orbem quoque totum Romani imperii, ſignis ejus ac virtutibus illuſtrare. Multis itaque gratiarum actionibus præfato Philoſopho pro tanto beneficio redditis, conſecraverunt ipſum & Methodium in Epiſcopos, nec non & cæteros eorum diſcipulos in Presbyteros & Diaconos.*

Subdit idem Auctor Anonymus, Conſtantinum Philoſophum, cum diem tranſitus ſui imminere ſibi ſenſiſſet, *ex conceſſione Summi Pontificis* impoſuiſſe ſibi nomen *Cyrillum*. Auctor poſterioris Vitæ eorumdem Sanctorum ait, Cyrillum Epiſcopatui renunciaſſe, habitum induiſſe monachalem, & ex auctoritate Apoſtolica dereliquiſſe poſt ſe Sanctum Methodium fratrem ſuum. *Factus ergo Moravorum Antiſtes*, ſubdit idem Scriptor, *& Lucernæ patriæ, gregem commiſſum curæ ſuæ diſcreta pietate monuit, docuit, & correxit, evellens nocua, ſalubria ſeminans, Eccleſias Dei ad culmen ſummi honoris erigens, mira exercens, unumquemque a polluta religione diſcedere perſuaſit, & baptiſmum Chriſti inducere.* De anno emortuali Cyrilli infra ſermo erit. Porro Methodium ab Hadriano II. Papa ordinatum fuiſſe, Moraviſque directum, diſerte teſtatur Joannes Papa VIII. in Epiſtola CXCIV. De Methodio infra ſermo redibit.

XXIV. *Methodius Moravorum Epiſcopus creatus in Moraviam redit.*

A num.

id afferentes citavimus auctores.

CXXXIII Interea vero dum iſta Romæ geruntur, Conſtantinopoli, ut dictum eſt, cuncta mutari contigit, de quibus Anaſtaſius hæc ſummatim recenſet ante obitum ipſius Nicolai Pontificis: *Dum hæc* (inquit) *agerentur, Dei judicio, Michaelem Imperatorem Græcorum ultio digna percutit, & nefanda cæde perimit: Imperante autem Baſilio Conſtantinopoli, quoniam voluit Dominus ipſius ſancti Pontificis juges labores, quos pro ſancta Conſtantinopolitana paſſus fuit Eccleſia, cum fine boni operis conſummare; ſicut fama ſe habet, Photius neophytus & invaſor ut mœchus pellitur: & juxta decretum Sedis Apoſtolicæ Patriarcha Ignatius redditur throno.*

Nicol. virtutes. *Neque enim hic divinorum executor operum piiſſimus & Catholicus Papa, quæ ſua ſunt, ſed ea quæ Dei ſunt, primo loco poſuit, & quæſivit, & cum adjutorio S. Petri bella Domini ſummo diſpenſationis libramine ſpiritualiter præliari curavit. Prælatos ſiquidem quoſque, ne ſubditos læderent, magna proviſione moderans, ut pater commonuit; & ut ſubiecti prælatis ſubeſſent, juxta uniuſcujuſque privilegia paſtoraliter quoque decrevit. Cujus qui ſtudium vult agnoſcere, in epiſtolis ſuis, quas bene libratas per mundi partes direxit, luce clarius invenire valebit.* Ita quidem ex his, quæ cuſæ habentur numero ſeptuaginta (*a*, judicare licet, & aliis, quas hinc inde ſummo labore colligimus, atque fragmentis, quæ apud Gratianum, ſive apud alios Canonum & Decretorum veteres Collectores deſcripta reperiuntur, quæ ſimul in collectione (*b*) Conciliorum per titulos viginti diſpoſita, edita habes. Pergit vero Anaſtaſius quæ ſunt reliqua uſque ad ejus obitum dicens: *Animam ſuam in manibus ſuis poſuit, qui nulla niſi cœleſtia cogitabat: qui jejuniis, vigiliis & orationibus nocte ac die vacans, nec requiem corpori, nec membra dabat ſopori.* Nam *ſi cuncta, quæ Chriſti gratia plenus, virtutibus atque fide ſanctitatis opera geſſit, & moribus, vitaque docuit, & implevit, chartis inſerere volumus: prius fortaße membrana, quam ſermo deficiet. Tamen antequam ad finem vitæ illius ſtylum convertamus, primum ea, quæ ſanctis locis obtulit, reddamus.*

(*a*) Tom. 3. ep. Rom. Pon. Rom. edit.

(*b*) Tom. 2. Concil. vet. edit. Col. & Venet. t. 3.

Sed antequam iſta ac reliqua de Nicolao quæ ſpectant ad ejus munificentiam, de donis collatis diverſis Ecc. agamus: non prætermittendum errare eos, qui putarunt, (*c*) adiectionem illam ſymbolo inditam FILIOQUE eſſe primum in Eccleſia Romana ab ipſo Nicolao Pontifice factam, id ex epiſtola Photii elicientes, nimirum quod ad Nicolaum inter alios Photius ſcripſit adverſus eos, qui dicerent Spiritum ſanctum ſicut a Patre, ita etiam a Filio procedere. Quod igitur tunc regebat Eccleſiam Nicolaus, creditus eſt ipſe auctor, ut quatuor illæ ſyllabæ Symbolo intexerentur. At hi ab eodem ipſo Photio redarguuntur erroris, dum in epiſtola inferius recitanda poſt Joannem Papam Octavum ſcripta, ipſe teſtetur a nemine Romanorum Pontificum uſque ad illa tempora aliquid additum Symbolo. Cum ergo ab eodem Photio contrarium afferente corrigantur hi, nihil eſt, ut ad hæc confutanda diutius immoremur. Nicolaus igitur, etſi eadem cum ſuis prædeceſſoribus ſentiret de Spiritus ſancti proceſſione a Patre Filioque manante: nequidquam tamen id Symbolo Fidei adjectum voluit, quod ſciret a Leone Tertio prædeceſſore Pontifice id recuſatum Legatis Caroli Magni Imperatoris. Qua autem urgente occaſione id poſtea factum oportuit, ſuo loco dicetur. CXXXIV.

(*c*) De his agit Pithœus in libello hiſt. controver. de proceſſ. Spir. San.

CXXXV. Ornamenta Eccleſiis noviſſime collata.

Sed redeamus ad Anaſtaſium, de Nicolao iſta ſubiicientem: *Hic igitur egregius Papa ob amorem principis Apoſtolorum Petri Apoſtoli nutritoris ſui fecit in baſilica ejus pannos tam ſcilicet de ſtauraci, quam de fundato, vel aliis pulchris variiſque coloribus numero quatuor. Qui trabes majores in presbyterium reſpicientes omnes in gyro complevit, luculenter ornans, decuſque augens, tres miræ magnitudinis. Ubi etiam, quod nullus poſt devaſtationem Sarracenorum agere niſus eſt, arcum fecit argenteum, & meliorem, quam olim fuerat ſuper excelſiorem trabem, quæ eſt ante Ciborium,*

in

PAGIUS XXV. *Moritur Nicolaus PP.*

A num. CXXXIII. ad CXLIX. Anaſtaſius in Vita Nicolai Papæ ſcribit: *poſtquam ſedem Apoſtolicam victorioſiſſime & ut verus Dei athleta catholice, ac principaliter rexit, ex hac luce Id. Novemb. indictione prima migravit ad Dominum*, ideſt, die XIII. menſis Novemb. hujus Chriſti anni, Indictione prima a Kalendis Septemb. notati. Idem Anaſtaſius, qui tunc Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarius erat, hanc mortem per literas, quæ Tom. VIII. Concil. pag. 568. recitantur, Adoni Archiepiſcopo Viennenſi ſignificavit, aitque: *ab hac miſera vita Idibus Novemb. ad cœleſtem beatitudinem, ut credimus, ductus, nos miſeros & valde deſolatos reliquit.* Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. in Elogio Hiſtorico Sancti Adonis Archiepiſcopi Viennenſis colligit ex MS. Codice Autiſiodorenſi Monaſterii Sancti Mariani hanc Epiſtolam aliis Galliarum Epiſcopis directam fuiſſe, quod in eo eadem Epiſtola ſic inſcribatur: *Venerando mihi & valde diligendo ill. Archiepiſcopo ill. plurimam ſalutem. Triſte tibi nuncium*, &c. quibus etiam verbis Epiſtola laudata ad Adonem inchoatur. Quare erravit Annaliſta Bertinianus, cujus verba exſcripſit Flodoardus lib. 3. cap. 17. qui ait, Nicolaum *Idibus Decembris* vita functum eſſe. Cum itaque die XXIV. menſis Apri-

iis



*in medio poſuit penſantem libras .... & tres imagines argenteas, in quarum una figuram Domini Salvatoris, in duabus vero Angelorum ſculpſit effigies, ac illis novem libras auri deaurans ſuperpoſuit. Earum una penſat libras octoginta, alia ſeptuaginta, tertia ſimiliter libras ſeptuaginta. Fecitque Crucem auratam unam, pretioſis gemmis ornatam, penſantem libras .... & in ſummitate ejuſdem arcus locavit. Ubi pro amplitudine decoris ejus, atque ſpeciminis appendit coronam auream unam, Cruces argenteas duas, calices argenteos duos, * Stauros argenteos duos. Porro in purpureis marmoribus, quæ ante corpus B. Petri Apoſtoli regulas argenti retinent, duas Cruces argenteas offerens poſuit penſantes libras ....*

f.* ſcyphos

CXXXVI. *In Patriarchio ſiquidem Lateranenſi domum pulcherrimam nimiſque decoram fieri juſſit, & Oratorium ſanctæ Dei Genitricis illic conſtruens, veſtes, & competentes ornatus pro æternæ vitæ amore ipſe beatiſſimus Pontifex obtulit. Multaque loca Sanctorum caſu ad ima delata renovavit, & diverſis Eccleſiis diverſa contulit, & commoda luculenter adauxit. In Ciborio Conſtantinianæ baſilicæ quatuor pannos de fundato obtulit, ſicut & in Ciborio S. Petri fecit. Et in Eccleſia Doctoris Gentium ſimiliter fecit. Et in Eccleſia Dei Genitricis Ad præſepe. Et in Eccleſia S. Laurentii foris muros quatuor pariter pannos pro Ciborio obtulit.*

CXXXVII. Obitus Nicolai Pap. & tempus Sedis.

*Hujus itidem beati Pontificis temporibus tanta ubertas & victualium copia extitit, ut omnem memoriam famis deceſſoris ſui factæ diebus hæc oblivioni traderet abundantia. Hic fecit ordinationem unam per menſem Martii, creavit presbyteros ſeptem, diaconos quatuor, Epiſcopos per diverſa loca numero ſexagintaquinque. Poſtquam autem Sedem Apoſtolicam victorioſiſſime ut verus Dei athleta catholice & principaliter rexit, ex hac luce Idibus Novembris, Indictione prima, migravit ad Dominum. Porro quid dicam, cum ſolum ejus exitum diverſæ hominum nationes plena ratione utentes, verum etiam, quantum ad intemperiem aeris, ipſa mundi elementa diu fleverunt, & in triſtitia permanſerunt? Quo defuncto, corpus ejus ſepultum eſt ante fores baſilicæ ſancti Petri Apoſtoli.* Implevit in Sede annos novem, menſes ſex, dies viginti. Ita ſecundum Anaſtaſium, res ab eo præclare geſtas proſequentem temporis hujus auctorem. Cæterum quod ad diem obitus ſpectat, apud Frodoardum (*a* niſi ſit error in codice) obiiſſe Nicolaus ponitur Idibus Decemb. Laudatiſſimus ſi quis alius Romanorum Pontificum. Nam audi Reginonis elogium litteris plane aureis exarandum:

(*a*) Frodoard. hiſt. Rhem. c. 15.

Nicol. Pap. dignum præconium.

*Poſt beatum Gregorium uſque in præſens, nullus Præſul in Romana urbe pontificali honore ſublimatus Nicolao videtur æquiparandus. Regibus & tyrannis imperavit, eiſque ac ſi dominus orbis terrarum auctoritate præfuit. Epiſcopis & ſacerdotibus religioſis, ac Domini mandata obſervantibus humilis, blandus, pius, manſuetus apparuit. Irreligioſis, & a recto tramite exorbitantibus terribilis atque auſteritate plenus extitit, ut merito credatur alter Elias, Deo ſuſcitante, noſtris temporibus ſurrexiße, & ſi non corpore, tamen ſpiritu & virtute.* Hæc Regino.

Porro Joannes Diaconus (*b*) hujus temporis ſcriptor, ipſum Nicolaum in cœlum receptum in gloria Sanctorum una cum ſancto Gregorio apparentem per viſum, eſt teſtis. Quem & ſucceſſor ejus Hadrianus ſummis eſt laudibus proſequutus, eumque novum Eliam, novum Phineem, ſuo colloquio habito cum Orientalibus, nuncupavit, & quibus aliis potuit laudibus exornavit, ut ſuo loco dicetur. Ejus ſepulcrum ante fores Vaticanæ baſilicæ poſitum, ejuſmodi fuit epitaphio inſignitum, quod male Nicolao II. in aliquo exemplari depravato tribuitur: Primo enim & non Secundo emendatior codex inſcriptum retinet, quod hic tibi ſcribendum curavimus, licet longe impar ſit muſa meritis tanti viri: CXXXVIII.

(*b*) Jo. Diac. in vita S. Gregor. l. 4. in fin.



PAGIUS lis anni DCCCLVIII. Pontifex Romanus ordinatus fuerit, ſedit *annos novem, menſes ſex, dies viginti*, uti habent Chronicon Monaſterii Sancti Vincentii prope Wulturnum Fl. in Provincia Capuana, apud Ducheſnium Tom. III. pag. 672. cujus initio variorum Pontificum tempora notantur, & tres antiqui Catalogi Pontificum Rom. in Appendice de Antiquitate Eccleſiæ a Scheleſtratio exhibiti. Nam apud Anaſtaſium, Hermannum Contractum, Marianum Scotum, omneſque Catalogos Colbertinos duratio Sedis Nicolai mendoſe deſcripta. Anaſtaſium tamen durationem Sedis Nicolai non annotaſſe, ſed eam in editis Codicibus additiam eſſe colligo ex MS. Biblioth. Colbert. a quingentis circiter annis exarato num. 417. in quo ea non exprimitur. Hujus Pontificatus initium & finem Baronius recte conſignavit, ſed in utroque peccavit Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico; ait enim, Nicolaum die XXV. menſis Martii anni DCCCLVIII. conſecratum, dieque duodecima Novemb. demortuum, poſtquam ſediſſet annos IX. menſes VII. dies XIX. Quod ex dictis ſtare non poteſt.

In Nicolao primo deſinit Hiſtoria Pontificalis Anaſtaſii Bibliothecarii, licet is per aliquot annos adhuc ſuperſtes fuerit. Hiſtoriam XXV.

il.

*Conditur hoc antro ſacræ ſubſtantiæ carnis*
*Præſulis egregii Nicolai, dogmate ſancto*
*Qui fulſit cunctis, mundumque replevit & Urbem.*
*Intactis nituit membris, caſtoque pudore.*
*Quæ docuit verbis, actuque peregit opime.*
*Sidereæ plenus manſit doctuſque Sophiæ*
*Cœlorum claris quæ ſervat Regna triumphis*
*Ut regnet ſoliis procerum per ſæcula natus.*

CXXXIX. Hadrianus ſuccedit Nicolao.

Poſt obitum Nicolai uſque ad ſucceſſoris ipſius Hadriani conſecrationem menſis interveniſſe reperitur auctoritate Anaſtaſii Bibliothecarii: etenim Idibus Novembris Nicolaus mortuus aſſeritur, Hadrianus conſecratus decimonono Kalendas Januarii ponitur. De cujus electione hæc ipſe, quem Collectorem potius, quam ſcriptorem vitarum præteritorum Pontificum Romanorum affirmamus:

Primordia Hadriani.

*Hadrianus natione Romanus ex patre Talaro, poſtea Epiſcopo, regionis tertiæ, ſedit annos quinque. Hic ex proximitatis genealogia beatæ recordationis Stephani Quarti, & Sergii Junioris Pontificum deſcendens, dum miris polleret actibus, a venerandæ memoriæ Gregorio Quarto Apoſtolicæ Sedis Præſule Subdiaconi ſortitus eſt miniſterium. Deinde vero in Lateranenſe Patriarchium familiariter aſſumptus, laudabiliter converſatus, ad regendum titulum ſancti Marci Confeſſoris Chriſti, atque Pontificis presbyter ordinatus, tam inculpabiliter degit, tam viriliter miniſtravit, ut non tantum ſicut factus presbyter, ſed ſicut futurus Pontifex, reverenter ab omnibus coleretur: ſiquidem in eo erat in Chriſto, ejuſque Genitrice (apud cujus Præſepe jugibus orationibus incumbebat) tanta fiducia, ut benefaciens non deficeret; nec quidquam diſcriminis, cuncta, quæ habere poterat, largiens, incurrere formidaret.*

CXL. Hadriani liberalitatis ingens exemplum.

*Nam cum die quadam inter compreſbyteros ſuos a ſanctiſſimo Papa Sergio conſuetudinaliter denariis quadraginta perceptis, domus ſuæ portas revertens ingredi vellet, ac præ multitudine peregrinorum, quæ ibi fiducialiter ſolito more, velut ad horreum commune confluxerat, omnino nequiret: miſericordia motus Equeſtri ſuo retulit, nil ſine tantis fratribus in tantillis denariis ſibi eſſe commune. Cumque ille neque tertiæ parti pauperum ſingulos denarios poſſe ſufficere intuliſſet: Virtute, inquiens, Chriſti, qui de quinque panibus, & duobus piſcibus quinque millia hominum ſatiavit, non ſingulis ſingulos, ſed ternos ſingulis denarios erogabo. Hæc dicens, forinſecus portæ ſubſidens, ac de manu Equeſtris ſui ſuſcipiens, peregrinis cunctis egredientibus ternos ſingillatim denarios erogavit. In qua redundatione cum miraretur Equeſter non ſolum non defeciſſe denarios, quinimmo fuiſſe ſuper: liberalis presbyter qui ſupererant, domum ſe recipiens, multitudini familiæ ſuæ ternos nihilominus perſonatim nummos largitus eſt. At cum ſex identidem ſupereſſent: Vides, inquit, quam largus, & quam ſuavis ſit omnipotentiſſimus Dominus, qui quadragenariam quantitatem nummorum & fratribus noſtris per ternos diſtribuit, & mihi ternos, & tibi ternos æqua ſorte ſervavit?*

CXLI.

*Erat præterea tantæ hoſpitalitatis & largitatis, ut non immerito beato Job in his valeat comparari. Non deſpiciebat inter eundum eum, qui non haberet indumentum, ſed de ſuis ovium (a) calefaciebat velleribus: nec buccellam quidem ſuam ſolus, nam hanc cum pupillis & egenis comedebat; quippe qui oculus eſſe cæco, & pes probabatur exiſtere claudo. Et ut ſcriptis virtutum ejus multiplicitas referatur: pater erat pauperum, & cordis viduæ conſolator. Oſtium ejus viatoribus patebat, nec clauſa erat domus ipſius quidpiam poſtulantibus. Adeo ut ab omni clericali gradu, ab omni ſenatorio & populari concordiſſimo cœtu, ſicut poſt mortem Quarti Papæ Leonis,* ita

(a) Job. 31.

Concordia animorum in electione Hadriani.

PAGIUS. *Hadrianus II. fit Pontifex Rom.*

illam continuavit Guillelmus Bibliothecarius, cujus extant Vita Hadriani II. & Stephani V. Ille Hadrianum II. natione Romanum die decima quarta Decembris hujus anni, in quam Dominica cadebat, ordinatum fuiſſe, his verbis nos edocet, inſinuatque morem tuliſſe, ut non aliis quam diebus Dominicis Pontificum Rom. ordinationes fierent: *Sabbato peractis rite orationibus, vigiliis & eleemoſynis,* Dominico ſecundum Morem *idem venerabilis Sacerdos ab univerſitate ad Eccl. S. P. Apoſt. Princ. ductus nono decimo Kalend. Januar. indict. I. anno præfati Auguſti* (ſcilicet Ludovici II) *decimo nono, per Epiſcopos Reverendiſſimos*, &c. *ordinatus eſt,* uti refert Baronius ex eodem Guillelmo num. CXLVI. Annus ille XIX. Ludovici II. ab anno DCCCXLIX. quo a Lothario patre in conſortium Imperii adlectus eſt ante finem menſis Aprilis, repetitur, perperamque Baronius eodem num. CXLVI. illum ab anno antecedenti deducit, ut ex dictis manifeſtum eſt. Miſſi ejuſdem Imperatoris, qui tunc Romæ erant, electioni adeſſe volebant, ſed hunc novum morem induci Romani paſſi non ſunt. *Collectis*, inquit Guillelmus Biblioth. *omnibus tam Epiſcopis cum univerſo clero, quam Primoribus Urbis cum obſecundantibus ſibi populis*, &c. *trahitur, & ad Lateranenſe Patriarchium certa*tim,



*ita poſt obitum Tertii Benedicti Pontificis ſubire ſummum Pontificium, niſi ipſe diverſis argumentis & exquiſitis excuſationibus verecunde ſubterfugeret, cogeretur.*

CXLII. Ætas Hadriani ann. LXXV. Concordia animorum in electione Hadriani.

*Sed dum Apoſtolicæ memoriæ ſanctiſſimus Papa Nicolaus rebus exceſſiſſet humanis, & iſte in præſens tertio quintum & vigeſimum annum tranſigeret, omnes Urbis Romanæ concives, ſimul & hi, quos extrinſecus tunc adeſſe contigerat, tam pauperes, quam divites, tam clericalis ordo, quam cunctum populi vulgus, omnis ſcilicet ætatis profeſſionis, & ſexus, contemptis omnibus ejus excuſationibus, Hadrianum deſiderant Hadrianum dari ſibi Præſulem ac paſtorem exoptant. Nulluſque in totius Urbis ampliſſimo ſpacio repertus eſt, niſi vel ſe, vel ſuum quemque provehi voluiſſet, qui non Hadrianum provehi ad hoc culmen medullitus exoptaret. Proceres vero, licet ſolito in duas partes viderentur eſſe diviſi, una tamen mente parique circa hunc flagrabant ardore: quoniam cauſam diviſionis eorum nec niſi nimius in tantum virum faciebat charitatis affectus, dum ſic alterutra pars ſibi præferri geſtiret, ut ſi hunc altera pars deligeret, pars altera penitus dubitaret, nec erat, ulla parti alteri retinendi voluntas, niſi quia opinabatur eam ſua in alium vota dirigere.*

CXLIII. Prædictiones de Pontificatu Hadriani.

*Præſertim cum multi monachorum, plerique religioſorum ſacerdotum ac fidelium laicorum, cœlitus emiſſis viſionibus a multo jam tempore Hadrianum futurum Pontificem non ſolum non dubitarent, verumetiam apertis vocibus proclamarent. Inter quos, quidam Hadrianum in Sede Apoſtolica pallio humeris obducto reclinatum viderat: alii cum Apoſtolicis infulis Miſſas celebrare: nonnulli more Apoſtolico in baſilica Lateranenſi bis aureos erogare: plerique in equo, cujus ſeſſione ſanctiſſimus Papa Nicolaus ad ſanctum Petrum pergens, uſus fuerat, eum cum pontificali pallio impoſitum præcedentibus * exiomaticis & ſubſequentibus reliquis turbis in urbem redire, Patriarchiumque ſubire conſpexerant. Verum ubi micantibus indiciis hunc eumdem utraque pars deligere claruit: tanta in eum unitas & animorum & corporum fuit, ut unum in eis erga eumdem dominum ſacerdotum cor, & unus ſpiritus ineſſe omnibus videretur, ita ut lapis angularis (ſalva reverentia JESU Chriſti Domini noſtri) quodammodo poſſit vocari, quoniam per oſtenſiones immo provectionem ſuam ſolvens inimicitias cordium fecit utraque unum.*

CXLIV.

*Collectis igitur omnibus tam Epiſcopis cum univerſo Clero, quam primoribus Urbis cum (b) obſecundantibus ſibi populis, ab Eccleſia ſancta Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, quæ appellatur Ad præſepe, rapitur, trahitur, & ad Lateranenſe Patriarchium certatim a procerum, ac plebis multitudine deportatur. Quod audientes, tum Miſſi Principis moleſte tulere, indignati ſcilicet, quod dum præſentes eſſent, non fuerunt invitati, nec optatæ a ſe futuri Præſulis electioni intereſſe meruerunt. Qui accepta ratione, quod non cauſa contemptus Auguſti, ſed futuri temporis proſpectu omiſſum hoc fuerit, ne videlicet Legatis Principum in electionem Romanorum Præſulum expectandi mos per hujuſmodi fomitem inoleſceret: omnem indignationem medullitus ſedaverunt, & ad ſalutandum electum etiam ipſi humiliter acceſſerunt.*

(a) Diſt. 63. c. 29. & addit.

Cur Legati Imp. non vocati ad electionem Romani Pont.

CXLV.

*Cumque Patriarchium Lateranenſe aſcenderent, atque deſcenderent; tantis clamoribus univerſæ plebis, ut ſibi diu deſideratus vir ad conſecrandum duceretur clamantis, obſeſſi ſunt, ut nullus eorum loquentis ſecum collegæ ſui verba poſſet audire. Erant enim ſinguli circa conſecrandum Pontificem tanta dilectionis efficacia poſſeſſi, ut tale non vidiſſe, neque viſuros eſſe exiſtimarent. Denique omnes hunc certatim coram eiſdem Legatis rapere, ac anxie nitebantur portare, niſi blanditiis Senatorum, & conviciis aliquantulum ſedarentur. Quorum omnium unanimitatis deſiderium au*dieus

Ludovici erga Rom. Eccleſiam benignitas.



PAGIUS

*tim, ac a Procerum & plebis multitudine deportatur. Quod audientes tunc Miſſi Principis moleſte tulere, indignati ſcilicet non quod tantum virum nollent Pontificem, quem nimirum anxie cupiebant, ſed quod ſe dum præſentes eſſent, Quirites non invitaverint, nec optatæ a ſe futuri Præſulis electioni intereſſe conſenſerint; Qui accepta ratione, quod non Auguſti cauſa contemptus, ſed futuri temporis hoc omiſſum fuerit omnino proſpectu, ne videlicet Legatos Principum in electione Romanorum Præſulum mos expectandi per hujuſmodi fomitem inoleſceret, omnem ſuæ mentis indignationem, medullitus ſedavere, ac ſalutandum Electum etiam ipſi humiliter acceſſere.* Subdit Guillelmus: *Quorum omnium unanimitatis deſiderium audiens Hludovicus chriſtianiſſimus Imp. cognoſcens etiam, qualiter in eo decretum ſuis ſubſcriptionibus roboraverunt, valde gaviſus eſt,* &c. *at mox Imperialem ſcribens Epiſtolam, cunctos Romanos quod dignum tanto elegiſſent officio Præſulem conlaudavit*, & poſtea Hadrianus Pontifex conſecratus eſt. Quare Miſſi Cæſarei conſecrationi, ut moris erat, interfuere, ſed neutiquam electioni, quod mos non ferebat.

XXVII. *Normanni Northumbriam ſibi ſubiiciunt.*

Poſtquam Normanni ſeu Dani anno ſuperiori in Angliam adventarunt, Northumbri mutare Principes aſſueti, primi eorum jugum ſubiere. Huntindonienſis enim pag. 415. ſcribit: *Anno DCCCLXVII. prædictus Paganorum exercitus, de Orientalibus Anglis, ad Eboracam civitatem migravit, omnia vaſtando, uſque Tinemutham. Eo tempore orta ſeditione inter Northimbros Regem ſuum Osbrichtum nomine, re*gue

*diens Ludovicus Chriſtianiſſimus Imperator, cognoſcens etiam qualiter in eo decretum ſuis ſubſcriptionibus roboraverunt, valde gaviſus eſt, & ut tantus Dei famulus, cunctiſque gentibus, videlicet tam Romanis, quam diverſis advenis deſideratus, ut Chriſtianæ plebi præficeretur, medullitus exoptavit, & mox Imperialem ſcribens epiſtolam, cunctos Romanos, quod dignum tanto præelegiſſent officio Præſulem, collaudavit. Per quam videlicet & innotuit, nulli quidpiam præmii fore pro conſecratione ipſius quoquo modo pollicendum, cum ipſe ad hanc non ſuorum ſuggeſtione, ſed Romanorum potius unanimitate commotus cuperet pervenire: maxime cum reddi quæ ablata fuerant, non auferre ab Eccleſia Romana vel diripere quidpiam, ſe diceret anhelare.*

CXLVI. Conſecratio Hadriani. *Itaque Sabbato peractis rite orationibus, vigiliis, & eleemoſynis, Dominico ſecundum morem idem venerabilis ſacerdos ab univerſitate ad Eccleſiam S. Petri Apoſtolorum principis ductus nonodecimo Kalendarum Januariarum Indictione prima, anno præfati Auguſti decimono*, ex quo cœpit regnare cum patre, *per Epiſcopos reverentiſſimos, ſcilicet Petrum * Gavenſem, Leonem Silvæ Candidæ, deinde tertio loco Donatum Oſtienſem, quia Epiſcopus Albanenſis obierat; Formoſus vero Portuenſis a beatiſſimo Papa Nicolao ad prædicationem & inſtructionem Bulgarorum deſtinatus extiterat, benedictionem ſummi Pontificis, ad conſolationem videlicet multorum ſanctæ Dei Eccleſiæ filiorum, qui factioſorum tyrannide liberius ſolito ſæviente, inter unius deceſſionem, & alterius ſubſtitutionem Pontificis, diverſis agebantur exiliis, variiſque afficiebantur incommodis, ſuſcipere meruit in nomine Domini.*

* Cavenſem

CXLVII. Excommunicati communicant. *Siquidem ad celebritatem Miſſæ ipſius tam incredibilis extitit multitudo, ut certatim de manu ejus omnibus communicare nitentibus, Theutgaudus Trevirorum Archiepiſcopus, & Zacharias Anagninus Epiſcopus, qui a domno Nicolao ſacerdotio denudati, etiam communione caruerant, ſimulque Anaſtaſius, qui dudum a Leone, Benedictoque Pontificibus presbyterio denudatus, inter laicos communicare ſolitus erat, Eccleſiaſticam communionem ſub congrua ſatisfactione receperunt.*

*Igitur mox ad Patriarchium Lateranenſe reverſus eſt, conſuetudinemque diverſorum xeniorum hinc inde confluentium retentis ſolum quæ uſibus Miſſarum ſufficerent, de reliquis pretio capientem excluſit, dicens: non eſſe pium, quod gratis accepimus, pretio venundare, & chariores habere rationabilibus fratribus irrationabiles nummos, pro quibus Chriſti pretioſus effuſus eſt cruor; ſed parvipendantur, obſecro, hæc pudenda pretiorum commercia. Et ut quod gratis accepimus, gratis etiam juxta præceptum Domini, largiamur, oblationes Chriſti cum ejus hoſpitibus & inopibus partiamur, propter quos has nobis tribui divinitus ſcimus.* Conſuetudo de xeniis vendendis abrogatur.

CXLVIII. Dux Spoletinus invadit urbem, & deprædatur. Inter tot læta, atque felicia, triſtia admodum atque luctuoſa admixta ſunt, quæ apud eumdem Anaſtaſium ita deſcripta leguntur: *Lampertus Vuitonis filius Dux Spoletanus tempore conſecrationis hujus venerandi Pontificis, Romanam Urbem præter conſuetudinem, ſicut tyrannus intravit, non rebellantem, ſicut victor, ſatellitibus ſuis ad prædandam diſtribuit: majorum domos multis muneribus vendidit: nullis monaſteriis, Eccleſiis nullis pepercit, quinimmo nobiliſſimi generis puellas tam intra Urbem, quam extra ſuis ſatellitibus indifferenter diripiendas conceſſit. Propter quæ apud Auguſtos piiſſimos Romanorum querimoniis prægravatus, Ducatum perdidit, iram Principum, & invidiam pene cunctorum Gallorum, tamquam re vera Sedis Apoſtolicæ hoſtis adjudicatus incurrit. Mox Pontifex tanta tyrannide liberatus, Hiſtaldum, Vualterium, Gilpianum, Odonem & Theupertum cum cunctis aliis raptoribus & prædonibus, quouſque raptus redderent, ſibique legaliter ſatisfacerent, omni Eccleſiaſticæ communione privavit. Sed Theupertus quæ rapuerat haud difficulter reddere ſtuduit; Hiſtaldus vero vir Deo devotus, belloque fortiſſimus ad Præſulem ſe per-*

PAGIUS *gno expulerunt, & tyrannum quemdam Ellam nomine, non de Regali proſapia genitum, in regni apicem levaverunt; ſed advenientibus Paganis, pro communi utilitate aliquatenus ſedata diſcordia Oſbrichtus & Ella viribus adunatis, & exercitu congregato Eboracum adeunt. Quibus advenientibus mox Pagani in urbem refugiunt, & intra mania ſe defendere procurant. Quorum fugam & pavorem Chriſtiani cernentes, etiam intra urbis mania eos perſequi & murum frangere cœperunt; cumque jam fracto muro multi Chriſtianorum in civitatem ſimul cum Paganis introiſſent, Pagani dolore & neceſſitate compulſi ſuper eos atrociter irrumpunt, cædunt, fugant, proſternunt, intus & extra: illic maxima ex parte omnes Northymbrenſium caſi, occiſis duobus Regibus* ( qui tributarii erant Ethelredi Regis Saxonum Occident. totius Angliæ Monarchæ), *occubuerunt, reliqui vero, qui evaſerunt, pacem cum Danis fecerunt. Quibus prædicti Pagani ſub ſuo dominio Regem Egbertum præfecerunt, regnavitque ſuper Northymbros ultra Tine ſex annis. Hæc geſta ſunt Eboraci II. Kalen. April. feria VI. ante dominicam Palmarum.* Sed loco, *II. Kalend.* legendum, *XII. Kalend.* cum is dies concurrat cum feria ſexta ante Dominicam Palmarum. Thomas Elienſis Monachus in Vita Sanctæ Ethildritæ Reginæ & Ab-



*percutientem tota humilitate converſus eſt, ejus gratiam, ſecundum omnem Romanorum libitum ſatisfacturus, accipiens; ſpem quoque recuperandæ communionis frequenter accepit, quam nimirum recipere valeret, niſi conjurationem Lampertorum poſtea conſcius cum viris excommunicatis ac rebellibus fugiens Beneventum petere maluiſſet.* Hæc de his ibi.

CXLIX. Ubi autem innotuiſſet in Galliis obitus Nicolai, Lotharius Rex mox has litteras ad ejus ſucceſſorem Hadrianum ſcripſit, rogans, ut quod a Nicolao obtinere non potuit, ab eo impetraret ſuum Romam adventum. Recitantur a Reginone ipſæ litteræ ad Hadrianum, ſed ex parte tantum: verum eas integras accipe ex codice Trevirenſi his verbis:

Lotharii Regis epiſtola ad Hadrianum. *Sanctiſſimo & perbeatiſſimo Hadriano ſummo Pontifici & univerſali Papæ, Hlotharius divina præveniente clementia Rex, æternæ beatitudinis & præſentis proſperitatis pacem & gloriam.*

CL. *Infauſta relatio, & in ambiguo hactenus manens, ut ita dicamus, acriter noſtræ ſerenitatis transverberavit aures intimando, quod beatæ memoriæ domnus Nicolaus univerſalis Papa ab hac lacrymarum valle, vocante Chriſto, deceſſerit, cum Sanctis, ut credimus, inæſtimabiliter coronandus. Unde noſtræ manſuetudinis affectio admodum ingemiſcens, gemino dolore concutitur, videlicet quod Mater omnium Eccleſiarum Dei, ſancta, & Apoſtolica Eccleſia, tali ac tanto caruit Patre, atque in cœleſti Hieruſalem lucerna ardens & lucens noſtris periculoſis temporibus a tenebroſis malefidis * Dei finibus ſit remota. Nec differt, ut omnis Chriſtiana religio de tanto Pontifice doleat, & omnis ordo Eccleſiaſticus de prudentiſſimo ac ſanctiſſimo Papa ingemiſcat. Revera nos potius deflemus, qui cauſas noſtræ calumniæ inſolentes, & fraudulentas æmulorum noſtrorum querimonias, tam benigno Patri æquitatis, & juſtitiæ lance ponderandas ac determinandas ad tempus, & in parte commiſimus. Sed quod lugubriter replicamus, plus apud ſanctitatem illius valuere noſtrorum inimicorum inſidiæ & ſimulatæ deceptiones, quam noſtra ſimplex & pura defenſio; quippe patienter atque æquanimiter ultra ſufferentiam omnium prædeceſſorum noſtrorum, noſtram regiam dignitatem, ac divinitus attributam poteſtatem reverentiæ illius, immo potius Apoſtolorum Principis, humiliter ſubmiſimus, & ultra quam credi poſſit, ſuis paternis monitis fidenter paruimus, ac Miſſorum ſuorum varia & multiplicia hortamenta ſectando propter amorem Dei, & reverentiam Sanctorum, in aliquibus a noſtro regio themate, ſecus quam oporteret in parte exorbitavimus. Igitur ſperantes, & modis omnibus credentes, in ſanctiſſimo Pontifice fidum noſtræ tuitionis auxilium ponimus. Sed neſcimus quibus ſuggeſtionibus aut certe ſuperfluis promiſſionibus actum eſt, quod inſperata dilatio, multiplices peperit ſimultates; atque ob hoc noſtra Reſpublica non modicam uſquequaque pertulit læſionem. Nos autem litteris & verbis indeſinenter proclamantes, & diverſis legationibus eadem repetentes, humiliter poſtulavimus, ut nos & accaſatores noſtri juxta divinas & humanas leges, ſui Pontificii audientiam mereremur, ut ratio docet, noſtram præſentiam exhibendo. Sed toties repulſi etiam tamdem multipliciter coacti, judicium, ac refugium noſtrum, in illa collocavimus petra, de qua Pſalmiſta confidens ajebat (a): Montes excelſi cervis, petra refugium erinaciis.*

* dici

(a) Pſ. 103.

CLI. *Porro illud potiſſimum noſtræ mentis aciem obnubilavit, quod nos ab ipſa ſancta Sede repellimur, quorum progenitores & atavi illam ſanctam Matrem Eccleſiam divino auxilio pie ac fideliter patrocinantes protexere. Et quidem ultra quam fari poſſit, congratulamur, quod Bulgaros, & alia paganorum feritas ad Limina ſanctorum Apoſtolorum invitatur, immo quod ſancta Eccleſia, juxta vaticinium (b) Prophetæ, dilatat locum tentorii ſui, & longos facit funiculos ſuos, ac pedes tabernaculorum ſuorum extendit. Sed non modice contriſtamur, quod tam crebro illuc anhelando audientia prædeceſſoris veſtri potiri non valuimus. Sed his omiſſis, ad noſtræ mentis propoſitum, & veſtri Deo digni Apoſtolatus excellentiam redeamus, & uti dignum eſt, Gloriam in excelſis Deo reſonemus, qui roſeo proprii ſanguinis pretio acquiſito gregi miſericordiſſima*

(b) Iſai. 54.

PAGIUS & Abbatis Elienſis cap. 39. Ethelwerdus lib. 4. cap. 2. aliique idem narrant.

XXVIII. *Galliæ affligunt.* Auctor brevis Chronici Maſciacenſis in Biblioth. Labbei Tom. I. ad hunc Chriſti annum habet: *Biturix eodem anno a Paganis vaſtatur, & incenditur*, a Normannis ſcilicet. Mentio eſt hujus Normannicæ incurſionis in Hiſtoria Tranſlationis Sancti Genulphi Epiſcopi Sæc. IV. Benedict. part. II. pag. 226. relata, in qua habetur, Bituricenſi pago a Normannis violenter afflicto *Mainardum* Abbatem Monaſterii Stradenſis in eadem Urbe ſiti tranſtuliſſe *Sancti Genulphi* Reliquias ad Nivernenſe Sancti Petri Cœnobium. Monaſterium *Stradenſe* nunc a Sancto Genulfo nomen habet, qui fertur a Romano Pontifice una cum Genito patre in Gallias miſſus, ubi Cadurcenſis Eccleſiæ fundamenta jecit tempore Diocletiani Aug. ut videre eſt apud Bollandum ad diem XVII. menſis Januarii, & in Hiſtoria laudata Tranſlationis Sancti Genulfi a Mabillonio recitata.

*ma dignatione proſpiciens, veſtri Pontificii jubar, ſua electione in Sede ſanctæ Matris Eccleſiæ collocavit, ad noſtram & totius Chriſtianæ plebis ſalutem.*

CLII. *Et quia omnipotens Deus princeps paſtorum, in illa ſancta Sede, veſtri Pontificatus apicem ſublimavit, noſtræ ſerenitatis ſalubre auxilium, ad defenſionem, ſtatum, atque honorem Pontificatus veſtri, more prædeceſſorum noſtrorum, in omnibus exhibere parati ſumus. Et teſte rerum omnium conditore, nullus Catholicorum Regum, nullus Chriſtianorum Principum devotior veſtræ ſanctitati, & promptior veſtræ utilitati eſſe deſiderat, quam noſtra * exiguitas. Nam ſi tempus arriſerit, & auxiliante divina clementia ſcandala ſopita conquieverint, quæ ſimultate & ſuggeſtione æmulorum noſtrorum, membrorum, videlicet ſatanæ, enormiter emerſere, veſtrum multipliciter deſideramus conſpectum, & veſtris Deo dignis animari colloquiis, atque melliflua benedictione potiri. Denique almifluam pæternitatem veſtram humiliter precamur, ut nullum regiæ dignitatis, & nominis nobis conſimilem præferre quoquo modo, aut præponere noſtræ manſuetudini decernatis, neque etiam apices beatitudinis veſtræ nobis porrigendos: per aliquem dirigere placeat, niſi aut per noſtrum Legatum, aut certe per veſtrum a veſtro ſancto latere deſtinatum, vel per nuntium auguſtiſſimi germani noſtri Hludovici Imperatoris: quia, ut vere fateamur, non modica ſimultas hactenus iſtis in partibus per hujuſmodi factum orta noſcitur, & niſi in poſterum caute præviſum fuerit, quoddam poterit generare diſcrimen.*

* al. quantitas

CLIII. *Interea modis omnibus obſecramus, ut de veſtra optabili proſperitate litteris veſtris celſitudinem noſtram certam reddentes, charæ filiationis munus nobis impertiri dignemini, & veſtris almifluis precibus noſtram apud Dominum commendabilem atque venerabilem exhibeatis ſerenitatem, quatenus tanti Patris piis precibus ſuffulti, creditum nobis regimen, Chriſto opitulante, gubernare valeamus. Omnipotens Deus veſtri Pontificii ſplendifluum jubar, atque angelicam ſanctimoniam diu nobis incolumem conſervare dignetur.* Amen.

Porro Hadrianus ad eum primo ſcribens, has dedit litteras commonitorias, quas a Fabro cum aliis accepimus, quæ nunc primum editæ ſic ſe habent:

CLIV. *Quia beato Petro Apoſtolorum principi Dominus noſter oves ſuas, totam videlicet Eccleſiam pretioſo jam ſanguine ſuo redemptam, poſt paſſionis vincula, poſt clavorum vulnera, & Crucis ludibria, atque Reſurrectionis gloriam tertio commendat, dicens (a): Paſce oves meas, paſce agnos meos: nos vice utique Apoſtolatus illius, Domino in omnibus cooperante, fungentes, in virga æquitatis & juſtitiæ, in longanimitate benignæ humilitatis & patientiæ, gregem Domini pabulo ſpiritalis vitæ paſcendum, & cura ſolerti cuſtodiendum, divina ſuſcepimus voluntate. Nos noſtri Apoſtolatus ſeptiformis Spiritus gratia,* plenum pro Regni tui ſtabilitate, felicitateque perpetua, ſempiterna nempe vera animæ ſalute, qua nunc & in æternum beate ſecuriterque fruaris, o inclyte Rex Lothari, viribus indefeſſis aperientes, excellentiam tuam paterno monemus affectu, & jure Apoſtolico exhortamur, quatenus malorum hominum conſiliis relictis, & mortiferis perſuaſionibus omnimodo ſpretis, aurem cordis tui cœleſti ſane clavigero beato Petro in nobis loquenti aperias, omnique animoſitate, & inclyta mundi dilectione procul abiecta, ea, quæ juſtitiæ ac rectitudini maxime congruunt, prædicantes, toto deſiderio audias, evidentique proficias devoto affectu, quia non auditores, ſed factores legis Deus fore juſtos approbat. Unde Sedis Apoſtolicæ ſalubrem admonitionem & correctionem, venerabili ſinceraque mente ſuſcipere ſtude.*

(a) Joan. 21

CLV. *Duo igitur a te carnis devicto illecebra dudum commiſſa videntur illicita, quæ ab anteceſſore noſtro piæ memoriæ Papa Nicolao cenſura fuerant emendata canonica. Unum videlicet nefarium Theutpergæ legitimæ uxoris conjugis tuæ divortium: alterum vero ſceleſtiſſimum Vualdradæ mæchæ concubitum: quod non ſolum lex omnis divina reprobat, condemnat, & fieri omnimodis vetat, ſed etiam mundana probibent jura: de quibus nos iterum reſcribere nullatenus ſtuderemus, niſi vos a juſtitiæ tramite, per incentivum carnis proculdubio deviaſſe, bonumque conjunctionis legitimæ vinculum diſſolviſſe, & ad illicitum ac priſtinum ſtuprum incongruis reverti velle occaſionibus agnoſceremus. Theutperga itaque illuſtriſſima Regina conjux veſtra, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ad Limina veniens, menteque devota orationis deſiderium complens, noſtram faciem contemplari, cauſaſque ſuæ neceſſitatis nobis ore proprio exponere quæſivit. Quæ cum a nobis pro amore Dei & veſtro, & ab omni noſtra Eccleſia honorifice, ſicut oportebat, ſuſcepta fuiſſet: dixit ſe propter quamdam corporis ſui infirmitatem, & quia non legitimo vobis antea fuerat conjuncta connubio, a veſtro velle ſeparari conſortio, & ob amorem Dei, ſæculi dignitatem & gloriam abiicere, ac ſub levi jugo Chriſti cervicem cordis ſubmittere. Quibus profecto auditis, & Domi-*

*no*



*no auxiliante diligenter conſideratis, non modico fuimus turbati ſtupore, quod ſe pro talibus a vobis quæreret ſeparare, cum ſcriptum ſit, dicente Domino: A Deo jungitur mulier viro: & iterum (a): Quod Deus junxit, homo non ſeparet. Et cum ipſa, ſicut dixit Apoſtolus, ſui corporis non habeat poteſtatem, ſed vos, cui Domini eſt voluntate legitimo matrimonio regalique thoro conjuncta, cui ſane, quamvis cum veſtræ voluntatis conſenſu atque licentia, hoc ſupplici nimis prece depoſceret, noſtrum in tali voluntatis ſuæ deſiderio conſenſum nullo modo præbuimus. Licentiam vero illi revertendi ad magnitudinis veſtræ conſortium, juraque matrimonii regalia illibata cuſtodiendi præcepimus.*

(a) Gen. 2.

CLVI. *Super his autem, quibus ſe a vobis quærit disjungere, tam repente ſine multorum fratrum noſtrorum conſilio, & ingenti examine, finitivam nunc proferre ſententiam, aut conſenſus noſtri immaturam dare licentiam jure diſtulimus. Deo autem nobis ſalutis opem vitamque præbente, tam pro his, quam etiam pro aliis Eccleſiaſticis cauſis Synodum facientes, & talia ſubtili examine indagantes, ut ſecundum Dominum ſalvi eſſe poſſitis, idonea ſatis intentione deliberabimus coram Deo Salvatore noſtro, atque finiemus. Propter quod excellentiam tuam Apoſtolicis monemus alloquiis, & hortamur in Domino, ne aurem nobilitatis tuæ conſiliis impiorum, & veritati repugnantium verbis inclines; ſed potius Dominicis, & Apoſtolicis præbens gratanter præceptis, tamdem Theutpergam nobiliſſimam Reginam conjugem tuam dilectionis amore, in conjugale conſortium lætus recipias, & pro amore Dei & ſancti Petri & noſtro ſimul, honore digno eam retinere ſicuti corporis proprii membrum dilectum procures. Quod ſi ob itineris longitudinem & aſperitatem, vel aliquam carnis incommditatem, ad vos uſque ipſa pervenire diſtulerit, elegeritve in aliquo proprietatis ſuæ loco ſibi utili magis conſiſtere, interim donec Synodus, ut prædiximus, fiat, ſalva & incolumis ſub veſtra regali tuitione atque defenſione ſecura permaneat: habeatque in poteſtate ſua ipſas Abbatias, quas ei dare ipſo ore proprio promiſiſti, de quarum ſumptibus atque redditibus neceſſaria poſſit habere ſtipendia, dignaque ſubſidia: ſin vero quilibet veſtrum ei aliquam fuerit molitus contrarietatem inferre, aut periculoſe præſumpſerit nocere: ſciat ſe a nobis perpetui anathematis vinculo eſſe proculdubio innodandum, & ab omni Chriſtianorum conſortio ſeparandum. Te autem, ſi talibus conſenſum præbueris omnimodis excommunicandum.* Hæc Hadrianus.

CLVII. Scripſit etiam Hadrianus ad Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum, ut cum Lothario ageret, ut ab omni ſe culpæ ſuſpicione liberaret; quod Hincmarus egregie præſtitit. Litterarum enim Hincmari ad Lotharium cum meminit Frodoardus hæc ait (b): *Idem venerabilis Hincmarus, & ad Lotharium Galliæ Regem ſcribit, qui ſe, relicta propria uxore, cuidam feminæ copulaverat, dans ei conſilium & admonens, ut eam a præſentia ſua omnimode removeret, ſignificans, ſe domini Hadriani Papæ litteras & mandata ſuper hæc ſuſcepiſſe, & ut idem Rex in hac cauſa ipſius Papæ præcepta conſervet, ſuggerere curet.* Et paulo inferius de litteris ab Hincmaro ad Hadrianum Pontificem miſſis hæc habet: *Scripſit etiam quædam ad Hadrianum Papam, qui Romanus Pontifex nonnulla ei dirigere ſe ſcripta commemorat cui etiam mittens epiſtolam ſuam per Actardum Nannetenſem Epiſcopum laudibus plenam, delegavit, ut ejus vice in iſtis partibus ſuper Lotharii cauſa fungeretur, quatenus, quod inde Nicolaus Papa decreverat, ſervaretur.*

(b) Frod. l. 3. c. 20.

CLVIII. Fuit præterea curæ hoc primo ejus Epiſcopatus ingreſſu cætera promovere negotia, quæ inchoaverat Nicolaus, & inter alia monere Francos de obiectionibus a Græcis in Latinos conſcriptis, de his (ut ille fecerat) ſcribens ad Francorum Epiſcopos; ait enim hæc Frodoardus (c): *Item idem Hincmarus cum aliis Rhemenſis diœceſis Epiſcopis ſcripſit de Græcorum adinventionibus, quas contra canonicas ſtatuere regulas conabantur, pro quibus tam ad ipſum, quam ad cæteros hujus Regni Archiepiſcopos dominus Hadrianus Papa litteras dederat. Inſuper & alia ſæpenumero pro diverſis negotiis ad eum ſcripta direxit.* Idem rurſus Hadrianus, ut mentiri convincerentur, qui dicerent, ſe reſcindere quæ a Nicolao Papa geſta eſſent, rurſus ad Hincmarum ſcripſit, ſignificans ſe prædeceſſorum veſtigiis inſiſtere, eaque ſectari, quæ ab eis ſtatuta fuiſſent. Nam audi quæ Frodoardus inferius de his ait: *Dominus Hadrianus ei*, nempe Hincmaro, *ſuæ auctoritatis litteras miſerat, quibus ſignificavit, ſe certamina, quæ Sedes Apoſtolica per anteceſſores ſuos Benedictum & Nicolaum in hac cauſa certaverat, ſequi, monens eum, ut quod ſuper hoc negotio geſtum ſit, nullatenus enervari conſentiat, intimans qualiter excommunicata fuerat Vualdrada.* Cum igitur inflexibilem Hadriani animum ſicut, & prædeceſſoris Nicolai Lotharius cognoviſſet; eum decipere in ſuum damnum ſimulatione decrevit: cujus rei gratia ad Urbem adventum adornat, deque his antea (ut

(c) Ibid.

au-

audiſti ) eumdem Hadrianum Pontificem reddidit certiorem.

LIX. Quid autem Hadrianus Pontifex cum iſta accepiſſet ad ipſum Lotharium reſcripſerit, Regino his verbis ſignificat, cum de his agit: *Ad hæc ſupraſcriptus Papa reſcripſit, Sedem S. Petri ſemper paratam eſſe dignam ſatisfactionem recipere; nec quod divinæ, humanæque leges juſte decernunt, umquam repuliſſe. Itaque ſi immunem ab obiectis ſe ſciret, cum omni fiducia Sedem Apoſtolicam oportere adire, ut expetitam benedictionem perciperet. Si culpam autem recognoſceret: nihilominus abſque hæſitatione venire feſtinaret, condigna pœnitentiæ remedia ſuſcepturus*. Hæc de reſponſione Hadriani Pontificis Regino, haud tamen in his ſequuti veſtigia prædeceſſoris, qui ( ut vidimus) ab acceſſu ad Urbem vetaverat Regem, nugis atque fallaciis traducentem Romanæ Eccleſiæ majeſtatem, ob id indignum ratus, qui reciperetur ab ea, niſi antea ejuſdem Sedis Apoſtolicæ juſſis obtemperaſſet. Cujus rei cauſa, atque etiam quod excommunicatos a Nicolao Epiſcopos non recipiendos ad communionem uſque ad horam mortis, pariter ( ut vidimus ) recepiſſet, magnam ſibi Hadrianus concitavit invidiam bonorum omnium, maxime vero Orientalium Romæ degentium; ex omnibus enim ſedibus Patriarchalibus erant illic delecti viri ſanctiſſimi, Apocriſarii fungentes munere, præter innumeram multitudinem eorum, qui cauſa Photii Conſtantinopoli fugerant, in Urbe degentes extorres, omneſque mirifici cultores nominis Nicolai, cujus egregias virtutes, & admiranda facinora proxime contemplati fuiſſent. Unde accidit ut iidem animo ab Hadriano magnopere eſſent ab alienati, non ſine periculo futuri ſchiſmatis. Quantum vero eidem Hadriano fuerit laborandum, ut hos ſibi conciliaret, atque in officio contineret, dicturi ſumus ſuo loco, anno ſequenti. In Hadrianum conflata invidia.

An-



I. Annus incipit Redemptoris octingenteſimus ſexageſimuſoctavus, Indictione prima, quo ( *a* ) Baſilius Imperator filium ſuum Conſtantinum in Imperio collegam aſſumit. Ex hoc enim tempore pater, & filius ſimul inſcribuntur Imperatores, ſed patris, quod præcedat annum, Imperium. Quo pariter anno Hadrianus Papa bene cœpta a prædeceſſore ſuo Nicolao proſequenda curavit, atque primum deſignatam ab eo legationem ad Bulgaros inſtitutam dimiſit, de quibus hæc apud Anaſtaſium: *E veſtigio etiam Dominicum, & Grimoaldum Epiſcopos, quos deceſſor ſuus ſanctæ recordationis Papa Nicolaus in Bulgarorum patriam ire præceperat, & a ſe in ipſo articulo ſui diſceſſus abſolverat, quique videntes tanti Patris obitum ire diſtulerant: eadem fungentes legatione direxit; & quaſdam epiſtolarum quas ille mittendas delegarat, ut ſe ejuſdem voluntatis & ſtudii fore oſtenderet, ſuo nomine titulari præcipiens, in quantum tempeſtas fluctuoſi temporis permittebat, piiſſimi Patris votum pius hæres explevit.*

(*a*) *Octava Synod. Act.8. in princ.*

Legatio ad Bulgaros.

II. *His ab Urbe dimiſſis, continuo exules, Gaudericum videlicet Velitrenſem, Stephanum Nepeſinum Epiſcopos & Joannem cognomento Simonidem, quos procaciſſima falſitas ſereniſſimo Auguſto incuſans, domo, patriaque proſcripſerat, ab Auguſta manſuetudine multis epiſtolarum documentis requirere ſtuduit dicens: Se bonum Eccleſiæ paſtorem videri non poſſe, niſi oves, quas fideles ſanctæ Eccleſiæ infidelis vir per ſuam ſurreptionem proſcripſerat, recepiſſet. Qua religioſa ſuggeſtione lætificatus Auguſtus una cum Chriſtianiſſima coniuge, non ſolum eos, propter quos ſummus Pontifex miſerat honorifice ad Urbem remi*-



*ſit; verumetiam quoſcumque privata ſimultate tamquam reos Imperatoriæ majeſtatis in ergaſtulis quibuſlibet truſerat, ut reverterentur, præcepit.*

III. *Itemque ut in omnibus intelligeretur, velle ſe veſtigiis prædeceſſoris inſiſtere: abſolvit, inquit, poſt hæc ſummus Pontifex baſilicam Nicolaitanam, quam ſanctiſſimus Papa Nicolaus a fundamentis adeo luculenter cum tribus æquæductibus fabrefactis extruxerat, ut omnes Lateranenſes baſilicas, ſui pulchritudine ſuperaret, & juxta notam prædeceſſoris ſui picturis variis decoravit. Cujus ipſe converſationis exempla ſic ſolertiſſime ſequebatur, ut ab hoſtibus ſancti Nicolai, qui in omnibus ejus Acta penitus infringere nitebantur, Nicolaitanus & ſcriberetur & publice diceretur.* Verum inconſtans vulgus his contraria jactare tunc cœpit, *cum ſcilicet* ( ſubdit Anaſtaſius ) *hoſtium nonnullos parturientes injuſtitiam, conceptum dolorem effuſuros eſſe cognoſcens, penes ſe veluti zizania inter frumenta uſque ad maturitatis tempus diſpenſatorie retinebat, rumore fallaciter exurgente, creditus eſt quia omnia deceſſoris ſui Acta, quæ ille zelo divino ſanxerat, hoſtes vero ejus ad proprios libitus infamabant, voluiſſet infringere.* Hujuſmodi autem ſpargendi rumoris ea occaſio viſa eſt præceſſiſſe, quod mox Theutgaudum a Nicolao excommunicatum, nec reſtitutum, licet ſæpe ( ut vidimus ) pulſaſſet fores Eccleſiæ, Hadrianus, communionis manu ſua participem effeciſſet; quodque Lothario Regi ( ut diximus ) adventum in Urbem, quem Nicolaus denegavit, aperuiſſet. His acceſſit, quod intercedente apud eumdem Hadrianum Ludovico Imp. idem Pontifex Waldradam pœnitentiam

Hadrianus dictus Nicolaitanus.

S ſimu-

---

PAGIUS SÆC. IX.

Anno Eræ Hiſpan. DCCCCVI

Anno Hegiræ CCLV. inchoato die 20. Decemb. fer. 2.

A. C. 868.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6361.

☉ 9. DC. ☽ 14. P. 18. April. Indict. 1.

Jesu Christi 868.

Hadriani II. Papæ 2.

Ludovici Imp. 20. 19. & 14.

Basilii Imp. 2.

I. Annum. I. ad XXXIV. Guillemus Bibliothecarius refert, Hadrianum II. Dominicum, & Grimoaldum Epiſcopos in Bulgariam a Nicolao Papa ante mortem deſtinatos ire juſſiſſe, ut videre eſt apud Baronium num. 1. Annaliſta vero Metenſis, qui loco non ſuo de Michaelis Regis Bulgarorum converſione hoc anno loquitur, ea narrata ait: *Ferunt de hujus gentis Rege, quod a tanta perfectione poſt perceptam baptiſmi gratiam cœperit, ut diebus ornamentis Regiis indutus coram populo procederet, noctibus vero ſacco veſtitus, latenter Eccleſiam intrans, ſuper pavimentum ipſius Baſilicæ, ſubſtrato tantum ſibi cilicio proſtratus in oratione jaceret. Non poſt multum tempus divina inſpiratione commonitus, regnum terrenum dimiſit, ut in cœlis æternaliter regnaret cum Chriſto. Et ordinato in loco ſuo in Regem majori filio ſuo, comam capitis depoſuit, habituque Sanctæ converſationis ſuſcepto Monachus effectus eſt. Eleemoſynis, vigiliis & orationibus die noctuque intentus. Interea filius ejus, quem Regem conſtituerat, longe a paterna intentione & operatione recedens, prædas cœpit agere, ebrietatibus, comeſſationibus & libidinibus vacare, & omni conamine ad gentilitatis ritum populum noviter baptizatum revocare.*

*Bulgarorum Rex Monachum induit.*

*Quod*

ſimulantem abſolvendam curavit, ad quam ex codice Nicolai Fabri has accipe datas ab Hadriano Pontifice litteras:

IV.

De reſtitutione Vualdradæ Hadriani epiſtola.

*Nemo plane dubitat, nullum facinus eſſe, quod Eccleſia data ſibi divinitus poteſtate, ab eo deſiſtentibus non poſſit abſolvere, & pœnitentibus relaxare, cui dicitur (a): Quæcumque dimiſeritis ſuper terram, dimiſſa erunt & in cælis: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlis. In quibuſcumque omnia ſunt quantacumque & qualiacumque ſint. Quod etiam in ſententia tua rationabiliter obſervandum eſt, qua licet fueris obligata, quia tamen ſicut multorum, ſed præcipue dilectiſſimi filii noſtri Hludovici clementiſſimi Auguſti, cui fides in omnibus adhibenda eſt, relatione didicimus, a nexu, quo tenebaris obſtricta reſipuiſſe diceris, & ab obſtinatione, qua videbaris annexa diſceſſiſſe narraris: pietatis tibi viſcera noveris Apoſtolicæ Sedis aperta, & tam vinculis anathematis & excommunicationis exutam, quam cunctorum Chriſtianorum, Dei, & beatorum primorum Apoſtolorum auctoritate, ſocietati redditam, atque communione te gaudere reductam, ita ut deinceps Eccleſiam ingrediendi & orandi, convivandique, ſeu cum cæteris Chriſtianis loquendi ſit tibi, auctore Deo, data licentia præfati dumtaxat Regis ſocietati propter antiqui hoſtis verſutias, nullo pacto penitus adhærendi. Quod tamen beneficium, quamquam hoc moderatio flagitaſſet Eccleſiaſtica, quæ ſicut incorrectis inflexibilis, ita correctis ſemper debet eſſe flexibilis, inſtantiam precum, & imcomparabilem dilectionem deſiderabilis & ſpiritualis filii noſtri jam memorati, & jugiter memorandi Auguſti, tam tibi celeriter impetraſſe cognoſce. Cujus ſcilicet poſtulatio, ſicut nonniſi juſta creditur, ita quoquo modo poſtponenda non ducitur.*

(a) Matt. 18.

V.

Admonitio ad Vualdradam.

*Verum tu ſic te de cætero ſtude munire, ut donum ſolutionis, quod in terra percipere cerneris, in cœlo, Deo auctore, veraciter capere merearis: nam ſi te coram humanis oculis abſolvendam exhibes, & coram Dei conſpectibus obligata conſiſtis, nec nodo cares, nec veniam impetras. Quinimmo & pro ſimulatione potiori nexu ligaberis. Etenim divino fertur oraculo (b), quia homo videt in faciem, Deus autem cor intuetur. Ergo ne delecteris in infimis, ſed ſuperna cordis intuere ſemper obtutibus: caduca ſunt quæ cernuntur (c); quæ vero non videntur, æterna conſiſtunt. Noli rogo pro terrenis cæleſtia, pro viſibilibus gaudiis perdere gaudia, quæ quidem nec cogitari ſufficiunt. Nullus tibi blandiatur: qui enim te beatificant, ipſi te decipunt. Denique quantiſcumque velaminibus juſtitia, & veritas occultetur, quandoque tamen ſplendorem foras ſuæ claritatis emittet: nec poterit omnino diutius nubilo ſerenæ defenſionis obduci. Quod faciente Deo, tam Sedis Apoſtolicæ ſtudio, quam rectiſſimi Principis, chariſſimi videlicet filii noſtri, cui numquam tortitudo quælibet aliquo modo placuit, ſed nec placere quoquo modo poterit, ſolicitudine radios ſuos ut ſolis candor extendet.* Hæc ad Waldradam Hadrianus, qui & de eadem ad Epiſcopos in Regno Ludovici poſitos has dedit litteras (d):

(b) 1. Reg. 17.

(c) 2. Cor. 4.

(d) Ex Nic. Fabr. Bibl. ut ſupra.

VI.

De pœnitentia, & abſolutione VValdradæ epiſtola.

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimis & ſanctiſſimis confratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis in Regno Hludovici glorioſi Regis conſtitutis.*

*Sicut obſtinatis & incorrigibilibus debetur vindicta; ita a converſis atque correctis annuenda eſt ultio, & adhibenda curatio. Quapropter nos Vualdradæ, quæ multorum, ut refertur, atteſtatione, a priſtinis & illicitis affectibus ad ſalutiferum correctionis iter converſa eſt, remedia miſerationis Apoſtolicæ Sedis exhibere conſenſiſſe, illamque vinculo excommunicationis, vel anathematis auctoritate Dei & Principum Apoſtolorum abſolviſſe cognoſcite: ita ut deinceps Domini Eccleſiam ingrediendi, & orandi, convivandique ſeu cum cæteris Chriſtianis loquendi ſit ei, auctore Deo, conceſſa licentia. Cui Valdradæ videlicet competentia monita deſtinavimus, & quæ con-*

PAGIUS *Quod cum pater audiſſet, nimio zelo accenſus, ſacrum habitum depoſuit, & militiæ cingulum reſumſit, & cultu Regio indutus, adſociatis ſibi Deum timentibus, filium perſecutus eſt. Quem mox abſque difficultate cœpit, oculoſque ejus effodit, & in carcerem miſit. Deinde convocato omni regno ſuo, filium juniorem Regem conſtituit, interminatus coram omnibus ſimilia fore paſſurum, ſi in aliquo a recta Chriſtianitate deviaret. His ita geſtis, depoſito cingulo & reſumto ſacræ religionis habitu, ad monaſterium regreſſus in Sancta converſatione reliquum vitæ præſentis tempus duxit.* Verum Annaliſta Metenſis hæc loco non ſuo retulit; Legatus enim Michaelis Principis Bulgariæ interfuit Synodo Conſtantinopolitanæ VIII. anno ſequenti habitæ, ut videre eſt apud Baronium eo anno num. XLVIII. Vivebat adhuc Michael, & quidem in Monaſterio, anno DCCCXCVI. ut eo anno num. X. & ſeq. videbimus.

II.

*Geſta in cauſa Lotharii & Teutbergæ.*

*Lotharius* Rex, ubi mortem Nicolai I. accepit, *Hadrianum* II. ejus Succeſſorem rogavit, ut Romam adeundi ſibi licentiam concederet, quod & ab eo obtinuit, ut liquet ex ejuſdem Pontificis Epiſtola anno ſuperiori a Baronio num. CLVI. relata. Ad Lotharium reſcripſit *Hadrianus* II. literas Commonitorias, quibus ſigni-



*conveniebant, litteris inculcanda prævidimus, quarum ſcilicet litterarum textum ſibi veſtra fraternitas exhiberi ſummopere poſtulet. Et quoniam ita convenit, a vobis exigendum & agnoſcendum decernimus: quatenus per hoc ſcire valeat veſtra ſanctitas Apoſtolicæ Sedis auſteritatis, & manſuetudinis, remiſſionis & refrænationis indicia, & moderantiſſimæ diſcretionis prorſus inſignia. Optamus ſanctitatem veſtram in Chriſto bene valere. Data prid. Idus Februar. Indict. prima.*

VII.

Hadrianus coram Orientalibus ſe purgat.

Quod autem iſta contra Nicolai inſtituta ab Hadriano facta viſa ſunt multis, quid ex his acciderit, Anaſtaſius Bibliothecarius ſubiicit verbis iſtis: *Unde accidit, ut omnium Occidentalium regionum Epiſcopi ſolemnes ac honorificas litteras emittentes, religioſam ejus memoriam, utpote Orthodoxæ & veræ philoſophiæ Pontificis excolendam, ſummo Pontifici jugiter inculcarent. A cujus videlicet ſanctiſſimi Hadriani Papæ collegio, cum per dies aliquot quidam Græcorum, & aliarum gentium ſervorum Dei per id tempus Romæ morantium ſe clanculo ſuſpendiſſent: ſexta feria Septuageſimæ idem ſummus Antiſtes eos ſecundum conſuetudinem, refectionis gratia, ſolito plures numero convocavit. Quorum omnium manibus per ſemet humiliter aquam fudit, cibos appoſuit, pocula miniſtravit. Et quod nullum Pontificum ante ſe feciſſe noverat, ut eos promptiores ad prandium redderet, cum illis diſcubuit. Et canticis ſpiritualibus ibi per totum ſpatium jugiter concrepantium Deum laudans, dum ſurrexit ab epulis in faciem ſuam coram omnibus procidit, dicens: Rogo vos, & ſuppliciter obſecro, patres, fratres, & filii, ut fundatis Domino pro ſancta Catholica Eccleſia preces: oretis pro Chriſtianiſſimo filio noſtro Ludovico Imp. Auguſto, ut ei Dominus omnipotens ad noſtram perpetuam pacem Sarracenorum ſubditam faciat nationem. Oretis etiam pro*



PAGIUS ſignificavit, ſe *Teutbergam* ſolutionem matrimonii Romæ poſtulantem ad eum redire juſſiſſe, donec in Synodo ea de re ſtatueret. Juſſit autem *Lothario*, ut eam in conſortium reciperet, & ſi quis ei moleſtus fuerit, huic perpetuum anathema intentavit. Præterea ſcripſit ad *Hincmarum* Archiepiſcopum Remenſem, eique vices ſuas commiſit ut Sedis Apoſtolicæ Decreta, in cauſa *Lotharii* & *Teutbergæ* executioni mandari curaret, ac Regem Carolum ad conſtantiam eo in negotio excitaret. Epiſtola dicitur data VIII. *Idus Martii Indict. I.* & a Baronio num. XXVII. recitatur. Hincmarum mandata Pontificis diligenter executum eſſe, teſtatur Flodoardus lib. 3. cap. 20. [1]

III.

*Hadrianus II. VValdradam excommunicatione abſolvit.*

Annaliſta Bertinianus de eadem ad Hincmarum epiſtola ab Hadriano II. data loquitur, aitque: Carolus *ſecunda die Rogationum Adventio Metenſium Epiſcopo & Grimlando Lotharii Cancellario deferentibus Epiſtolas Hadriani Papæ accepit unam ſibi directam, in qua iſdem Apoſtolicus præcepit, ut regno Hludovici Imperatoris ac regno Lotharii nullam moleſtiam ingerat. Alteram autem Epiſtolam de abſolutio-*

NOTÆ [1] ANte hunc annum celebratam fuiſſe non arbitror Synodum Romanam ad quam pertinet Oratio, cujus fragmentum ſervavit nobis Cl. Muratorius Rer. Italic. tom. II. part II. col. 136. Quod enim cum Muratorio illam referamus ad Synodum Romanam anni 864. ſub Nicolao habitam, plura nos retrahunt: Primo quia in ea dicitur Teutberga *olim veniſſe ad hanc ſedem Apoſtolicam, & inter alia*, addebat Orator, *juramento dicebat, quod antea inter Paganos aufugeret, quam faciem Lotharii glorioſi regis videret*. Teutbergam Romam veniſſe niſi anno 867. nuſpiam legimus. Quin & ex Epiſtolis Nicolai I. diſcimus illam nonniſi per literas legatoſque ante annum illum cauſam ſuam Romæ egiſſe. Inſuper ex literis ejuſdem Nicolai I. datis præcedenti anno 867. Indictione XV. intelligimus infelicem illam reginam malis ſuis edoctam agere aliter ac ad id uſque conſueverat, cœpiſſe, ut non amplius ſuam in regnum reſtitutionem, ſed deſtitutionem potius urgeret. Quod tacite innui verbis illis ex fragmento jam recitatis opinamur. Ad hæc in eodem fragmento conſulitur utrum præſtaret necne Gunthariùm Colonienſem & Zachariam Anagninum in priſtinum reſtituere; nihil autem dicitur de Theotgaudo Trevirenſi, qui malum ſe Gunthario ſocium præbuerat, unaque cum illo ſententiam in Synodo Romana anni 864. ſubiit. Porro ille ante annum 868. non obiit, ſi quæ fides habenda ſit Authori Hiſtoriæ Trevirenſis in Spicilegio to. II. pag. 213. Ex his igitur conſtare arbitror fragmentum illud eſſe Orationis habitæ in Synodo, quam non ante hunc annum Romæ tenuit Hadrianus, ut de reſtituendis Epiſcopis depoſitis deliberaret. Authori Orationis illius alia ſedebat opinio, nec Sedis Apoſtolicæ judicium revocari æquum cenſebat, niſi cauſa diſcuſſa in pleniſſimo Concilio ab eodem Pontifice coacto ex Epiſcopis non Italis tantummodo, ſed & *iſtorum Regnorum* (Gallicis nempe) *necnon ſi fieri poteſt* etiam *Orientalibus*. An vero huic Synodo hoc ipſo anno Romæ celebratæ adſcribenda ſit, ignorare me profiteor; ſed forte aliquot annis poſterior eſt, cum Teutbergam *olim* Romam veniſſe dicat Orator; id autem annorum quorumdam decurſionem denotat. Venit autem Romam anno 867. ut ſuperius adnotavimus. Inſuper Zacharias reſipuiſſe & reſtitutionem ſuam petiiſſe ex eodem fragmento intelligimus. Exploratum eſt autem Zachariam anno adhuc 869. in ſua pertinacia perſeveraſſe, ut ex actione IV. Synodi VIII. Oecumenicæ Conſtantinopolitanæ anno illo habitæ intelligimus. Fragmentum eſt igitur Synodi coram Pontifice, & facile Romæ celebratæ; quam ſub Hadriano potius, quam ſub ejus ſucceſſore Joanne VIII. ideo celebratam opinor, quia Joannes Zachariam reſtituit. Synodus iſta Collectores latuit. MANSI

*pro me fragili, & imbecilli, ut det mihi Chriſtus virtutem tantam Eccleſiæ ſuæ multitudinem in ſanctitate & juſtitia reſtitandi, qui commiſit B. Petro Apoſtolo cunctos regere, quos redemit, quatenus qui curarum ſæcularium pulvere caligans, plerumque ſpiritualia minus luculenter intueor, veſtra mihi oratio, quæ tanto purior, quanto ab inquinamentis ſæculi remotior extat, divinitus ſuffragetur.*

VIII. *Cumque illi pro ſe magis illum oportere preces fundere clamitarent, qui tanto acceptior apud Dominum haberetur, quanto ſolus pro omnibus in labore ferventior: interna miſeratione commotus, cum lacrymis ait: Quia pro valde bonis orare gatiarum actiones Domino perſolvere eſt: peto ut, dominum patrem, deceſſoremque meam ſanctiſſimum & Orthodoxum Papam Nicolaum in veſtris orationibus communem habentes, grates Domino referatis, qui eum Eccleſiam ſuam miſeratus, elegit, & ad excludendum mundi tumidiſſimos ſtrepitus, ſicut os ſuæ protectionis armavit, & gladio ſpiritualis potentiæ roboravit. Quo audito, cuncti famuli Domini, videlicet Heroſolymitani, Antiocheni, Alexandrini, ac Conſtantinopolitani, quorum aliqui legationibus mundi Principum fungebantur, divino ſtupore attoniti, in vocem clariſſimam prorupere, dicentes: Deo gratias, Deo gratias, te talem Eccleſiæ ſuæ præficiendum diſponenti, qui noſcis, tui patris & deceſſoris reverentiam præ oculis * poſſidens, gregem Dominicum in virga & baculo paſcere, teſtamentumque Patrum non convellere, ſed implere. Deo gratias, Deo gratias, qui in Sede ſui Apoſtoli non poſuit apoſtaticum Papam. Qui domus ſuæ fundamenta poſuit non ſuper arenam, ſed ſuper firmiſſimam petram. Qui te ſuccedere fecit ſanctiſſimo Papæ Nicolao, non ab ejus decretis abſcedere. Eja ceſſet invidia: mendax fama recedat. Domino noſtro Hadriano a Deo decreto ſummo Pontifici & univerſali Papæ vita: Dictum eſt ter.*

Cum plauſu recipitur Hadriani de Nicolai teſtificatio.

* al. ponens

IX. Acclamationes de Nicolao Papa.

*Cumque manu ſilentium innuiſſet ſummus Præſul, intonuit, dicens: Reverentiſſimo, ſanctiſſimo, & Orthodoxo domno Nicolao a Deo decreto ſummo Pontifici & univerſali Papæ ſempiterna memoria: Dictum eſt ter. Novo Eliæ vita perennis, & immarceſcibilis gloria: Dictum eſt ter. Novo Phinees æterni ſacerdotii infulas merenti ſalus æterna: Dictum eſt ter. Sequacibus ejus pax & gratia. Dictum eſt ter.* Hucuſque ibi. Ita ſanctiſſimus Pontifex ſatisfaciendum Orientalibus Orthodoxis exiſtimavit de falſa opinione, quam falſa pariter relatione conceperant de irritandis ab eo rebus geſtis Nicolai prædeceſſoris, tanti ponderis eſſe judicans, prædeceſſoris memoriam integram conſervare.

X. Quod autem verbis eſt pollicitus Hadrianus, ipſa re præſtitit, litteriſque profeſſus eſt, quas hoc anno quarto Nonas Februarii reſcripſit ad Synodum Trecenſem, ex qua legatio Romam miſſa fuit una cum litteris ad Nicolaum Papam. Cum enim Legati Epiſcopi Nicolaum Pontificem defunctum inveniſſent: eaſdem litteras reddiderunt ejus ſucceſſori Hadriano. Qui his acceptis, has, quas ſubiicimus, reddidit ad Synodum litteras. Accepimus eas, & alias ejuſdem Hadriani epiſtolas hactenus numquam editas, opportune Pariſiis miſſas a noſtro Nicolao Fabro, cui hoc nomine jugis in chartis noſtris gratiarum actio perſeveret. Sic enim ſe habent:

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ſanctæ & in Chriſto diligendæ Synodo apud Trecas collectæ.*

XI. Hadriani Papæ epiſtola ad Synodum Trecenſem.

*Legationis veſtræ ſcripta beatæ memoriæ deceſſori meo Papæ Nicolao miſſa, nos jam in Sede illius divina dignatione locati ſuſcepimus, promptiſſimamque obedientiam veſtram, quam in colligendis geſtis, ſecundum definitionem prænominati ſanctiſſimi Præſulis exhibuiſtis, laudavimus. Et licet ad ſeriem rerum geſtarum luce clarius agnoſcendam non ſufficiant quæ tam de Ebbonis dejectione, quam de his, quæ poſtmodum acta una-*

PAGIUS *tione Vvaldradæ ad Epiſcopos regni ipſius Caroli detulerunt, ſimiles dicentes miſſas Epiſcopis regni Hludovvici atque Hlotharii. Abſolutio autem ipſius Vvaldradæ ea conditione eſt facta, ut Hlothario nullo pacto cohæreat. Silvacum Carolus perveniens Actardum Nannetenſem Epiſcopum Roma venientem ſuſcepit, ſibi deferentem Epiſtolas, quarum una reſponſum reddidit de his, quæ Nicolao in contrarietate Hincmari mandavit: inter cætera ei inculcans, ut de cætero ac perpetuo talis inutilis quæſtio ſopita maneret. Alteram autem Epiſtolam Hincmaro detulit, ut quia iſdem Actardus pro Paganorum infeſtatione & Britonum oppreſſione in ſua civitate manere non poterat, ſi locus veniret, etiam de Metropoli iſdem Actardus in vacante Civitate Paſtore, auctoritate Apoſtolica ab Epiſcopis ipſius provinciæ incardinetur.*

IV. *Actardum Epiſcopum Nannetenſem Epiſcopis Galliæ commendat.*

His lucem accipiunt quæ Baronius de *Actardo*, aliiſque ab Annaliſta Bertiniano memoratis refert. *Actardus* Britonum feritate a Sede Namnetica pulſus fuerat, indeque & Hadrianus II. mandat Eccleſiis Gallicanis, ut ad primam Eccleſiam etiam Metropolitanam quæ vacaverit evehatur. Scripſit & ad Actardum literas, a Baronio n. XXXI. & ſeqq. relatas, quibus ei conſolationis cauſa Pallium concedit, aitque eum propter continuam Britonum oppreſſionem pene pejus ab eis, quam a Pyratis inſecutionem paſſum eſſe: Literarum ſubſcriptio notabilis eſt: *Scriptum per manum Zachariæ Notarii & Scrinarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ,*



*unanimitas veſtra deſcripſit, & nonnulla relationi veſtræ deſint, eorum, quæ ſuper his geſta ſunt, quæque jam memoratus & ſemper memorandus Pontifex Apoſtolicæ Sedi voluit ex integro reſerari: pium tamen laborem veſtræ ſanctitatis & ſtudium, non ſolum laudabile, ſed & longe lateque prædicabile judicavi. Innocentia quippe jam nunc fratris & Coepiſcopi noſtri Vulfadi & collegarum ejus, quam quidam emergens caſus per non brevis temporis intercapedinem obumbraverat, retractatione & refricatione veſtræ, ſacratæ & Apoſtolicæ Sedis auctoritate frequenter adunatæ, ſolertiæ, ecce Deo gratias, venit ad lucem, & juſtitiæ ſuæ radios ad omnium omnino certitudinem foras quaſi ſolis ſplendor extendit.*

XII. Pallium concedit Vulfado Bituricenſi Epiſcopo.

*Ideoque nos veſtrum judicium ac veſtram ſententiam, quam Apoſtolicæ Sedis cenſura, ſicut exegit ordo præceſſit, approbamus, admittimus & corroboramus, atque poſtulationi veſtræ, cui quidquam negari difficillimum eſt, annuentes, ad pleniorem confirmationem uſum pallii jam dicto fratri noſtro Vulfado Bituricenſi Antiſtiti, ſecundum priorem conſuetudinem ad genium & decus Eccleſiæ ſibi commiſſæ, & inſtructionem ipſius concedimus. Quod etiam ſæpe memoratus deceſſor noſter jamdudum libenter annueret, ſi quæ nunc miſiſtis, ipſe reciperet, vel ſi is, qui hoc ſuſcipere conabatur, a Bituricenſi miſſus probaretur Eccleſia. Sed quod ille non egit, ecce nos agimus. Quin potius quod ille perficere deliberaverat, nos ecce Deo auctore ſupplevimus. Non quippe eſt diverſitas operis, ubi, eſt una eademque concordia voluntatis: præſertim cum debeamus ei in labore ſuccedere, cui ſucceſſimus in honore. Nimirum qui ſumus, ut Pſalmiſta canit (a). Pro patribus nati filii, & conſtituti, quamvis longe meritis impares, ſuper omnem univerſalis ſanctæ Eccleſiæ terram.*

(a) Pſalm. 44.

XIII. Nicolai Pap. conſecranda memoria.

*Precamur autem & obſecramus in Domino, ut ſicut nos unanimis fraternitatis veſtræ precibus annuimus, & aſſenſum de cætero non ſolum in hoc, ſed & in omnibus præbere diſponimus; ita quoque vos meis nunc votis ſatisfacere procurantes, crebro dictum Apoſtolicæ recordationis Papam Nicolaum in codicibus, vel diptychis Eccleſiarum veſtrarum ſcribi, & nomen ejus inter ſacra Miſſarum ſolemnia imprætermiſſe recitari faciatis. Ita ut aliis quoque fratribus, & diæceſeos veſtrarum ſacerdotibus idipſum agere præcipiatis. Nihilominus vero ſuadere veſtræ dilectioni curamus, & admonemus, ut tam Græcis Principibus, quam omnibus omnino clericali fungentibus ordine, contra perſonam vel acta, ſeu decreta ipſius agere vel decernere quidquam tentantibus, tam verbo, quam ſcripto viriliter obvietis, ac validiſſime reſiſtatis. Scientes præterea, quia quæcumque hic adverſus ejus perſonam, vel decreta gererentur, me his numquam præbiturum fore conſenſum. Nec ei, a quibuſcumque, vel quomodocumque fiant, meum intereſſe mentis, vel definitionis aut diſpoſitionis affectum. Quamquam ſi quilibet Apoſtolicæ Sedis miſericordiam humiliter poſtulaverint, circa hos præmiſſa ſatisfactione, mitius agere nullo modo velimus inflexibiles apparere. Tantum ne hujuſmodi homines ſic innocentiam ſuam aſſerere ſtudeant, ut in accuſationem tanti Pontificis, maximeque in Dei*

PAGIUS *ſiæ, in menſe Februario, indictione prima. Bene vale, quinto Kalendas Martias, per manus Anaſtaſii Bibliothecarii Sanctæ Summæ Sedis Apoſtolicæ, imperante Domino noſtro Piiſſimo perpetuo Auguſto Ludovico magno Imperatore anno XIX. & poſt Conſulatum ejus anno XVIII. indictione prima.*

V. *Epocha Imperii Ludovici imp.*

Quibus ex verbis intelligimus primo, *Ludovicum* Imperatorem a patre adlectum fuiſſe, non anno DCCCXLVIII. uti putavit Baronius, alioquin jam annum Imperii vigeſimum exorſus eſſet, ſed anno DCCCXLIX. idque poſt diem viceſimum ſextum menſis Februarii (hic enim annus biſſextilis eſt); cum eo die annum Imperii XIX. adhuc numeraret. Jam anno DCCCLXIII. obſervavimus, poſt diem XXVIII. menſis Aprilis Imperium eidem collatum fuiſſe, annoque DCCCXLIX. etiam vidimus, eum die XX. menſis Maii ejuſdem anni nondum eo exornatum. Quare inter diem XIX. menſis Maii, & diem tertium menſis Octobris ad eam dignitatem evectus eſt; cum anno DCCCLV. die tertia Octobris annum Imperii ſeptimum inchoaſſet, ut ann DCCCXLIV. indicavimus. Hanc Epocham hactenus non ſatis explicatam, in manifeſtam lucem educere voluimus. Intelligimus ſecundo, *Ludovicum* II. Conſulatum iniiſſe anno DCCCL. eo die, quo a *Leone* IV. Papa Imperator coronatus eſt; cum prior Imperii ejus epocha Conſulatum unitate ſuperet, iſque cum ſecunda æquiparetur. [1] Intelligimus denique *Anaſtaſium* iſtum Bi-

NOTÆ [1] NOn ſatis exploratum eſt, quod hic aſſerit Pagius de Conſulatu Ludovici illigando cum anno 850. quo Pater ejus Lotharius deceſſit. Nam apud Ughellium novæ editionis in Gradenſi tom. V. p. 1105. indicatur Diploma Benedicti datum anno 9. *Imperii Ludovici, & poſt Conſulatum ejus 9. Indictione VI.* qui temporum characteres exhibent annum 858. figuntque epocham cœpti a Ludovico Imperii anno 849. ex quo etiam ejus conſulatus repetitur. MANSI

*Dei judicio collocati, quoquo modo prorumpere audeant, præcipue cum illum, dum advixit, nemo impetere præſumpſerit, vel eum de injuſto judicio arguere, vel tenuiter auſus extiterit. Niſi forte hunc quis humiliter .................... cui illæſa ſatisfactione nondum curata jure remittere non conſenſit .......*

XIV. *Eſtote igitur circa hæc vigiles, eſtote fortes, & iſta omnibus vel ultra Alpes conſtitutis Epiſcopis nuntiantes, ut & ipſi quoque ſuper his ſoliciti & intenti propugnatoribus, ſint ſalutaribus monitis incitati. Quoniam ſi Sedis Apoſtolicæ Præſul, vel ipſius decreta deteſtationi, vel abdicationi habentur, nullius veſtrum vel noſtrum ultra inſtitutum firmum aut ſtabile permanere valebit. Quin potius & dogmatibus, quæ de ſancta & individua Trinitate a Præſulibus Sedis Apoſtolicæ promulgantur; nonnulla poſſent fieri detrimenta, ſi præcedentium quorumque, & maxime primæ Sedis Pontificum ſtatuta, vel ulli (quod dici nefas eſt) quin & ipſo auditu prorſus horrendum, a ſubſequentibus quibuſque, immo & inferioribus abolitioni cuidam, vel damnationi ſubiiciantur, vel impiæ temeritatis auſu ſaltem ſoli derogationi prodantur. Sanctam fraternitatem veſtram optamus nunc & ſemper in Chriſto bene valere. Dat. iv. Non. Febr. Indictione prima.* Hæc ad Synodum. Decem autem interlapſis diebus, idem Hadrianus litteras has ad Ludovicum Germaniæ Regem ſcripſit, pridie Idus Februarias, quibus eum ad pacem hortatur, commendans plurimum Ludovici Imperatoris pietatem, & bellicum robur in Sarracenis debellandis. Monetque ne quid quod ad ejuſdem Ludovici Imp. Regnum ſpectet, contingere audeat. Sic enim ſe habent:

Hadriani epiſtola ad Ludovicum Germaniæ Regem.

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Hludovico glorioſo Regi.*

XV. *Inter exordia divinitus ordinati, licet in indigno miniſtro, Pontificatus mei pacis ſtudium præ cæteris virtutibus prædicandi, ſuadendique mihi neceſſitas non inconvenienter incumbit. Nimirum cum etiam in ipſius Dominicæ Nativitatis principio cæleſtis exercitus militiæ viſæ ſint, quæ clamarent (a), Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ubi profecto ſolerter intuendum eſt, quia ſicut tunc paſtores, qui ſuper gregem ſuum præ cæteris vigilaverunt, tanti tripudii videre præ cæteris gaudia meruerunt: ita nos nunc proculdubio cæleſtium bonorum lætitiam adipiſci merebimur, ſi ſuper oves Dominicas ſolicite vigilemus, ne videlicet has vel per inſidias odii ſeu diſcordiæ vorax lupus invadat, nec per cupiditatem avidus ille leo deglutiat, qui docente (b) Apoſtolorum Principe, circuit quærens quem devoret: ideoque fili chariſſime, opportune importune ſuadeo, admoneo, & inſtanter adhortor, ut pacis & dilectionis vinculum, quæ major eſt omnibus virtutibus & holocauſtomatibus inſolubiliter ...... & in invicem obſervare gloria tua contendat, & inter ſubiectos medullitus cuſtodiri ſemper admoneat: in hoc enim Regni veſtri ſtatus poterit incolumis ...... manere, & vos neminem concutientes, a nullo concuti dignoſcamini.*

(a) Luc. 2.

(b) 1. Pet. 5.

XVI. Laudes Ludovici Imp.

*Præterea nolumus ignorare celſitudinem tuam, dilectiſſimum & ſpiritualem filium noſtrum Hludovicum æquiſſimum, & a Deo protectum Imperatorem non adverſus ſanctæ religionis filios pugnare, ſive contra Fidei Chriſtianæ domeſticos, ſed adverſus filios Belial, & adverſus Chriſti nominis inimicos, pro Eccleſiæ ſanctæ, & præcipue noſtra ſecuritate, proque Fidelium liberatione multorum, qui pene jam finetenus apud Samnium periclitabantur; ita ut etiam fines noſtros infeſtantes jam jamque Sarracenos invaderet; egreſſus a ſummo ſublimitatis proprio ſolio, & a pacatiſſimæ quietis ſuæ fundamine, nec corpori parcit nec æſtibus, nec algoribus, nec denique ullis eventibus cedit, ſed omnia incommoda, omnia diſcri-*

PAGIUS Bibliothecarium eum eſſe, quem menſe Octobris præſentis anni *Hadrianus* II. officio movit, ideoque diverſum ab Anaſtaſio Bibliothecario, cui Vitæ Pontificum Rom. attribuuntur. Annaliſta Bertinianus citatus mentionem non facit Epiſtolæ Hadriani Ludovico Germaniæ Regi datæ, & a Baronio num. XV. & ſeqq. relatæ, qua eum ad pacem cum Ludovico Imp. hortatur. In ea tamen notabile, quod ait de victoriis ejusdem Imperatoris idem Pontifex, eum, ſcilicet pugnare adverſus Saracenos *pro Sancta Eccleſia* inquit, *& præcipue noſtra ſecuritate, proque fidelium liberatione multorum, qui pene jam finetenus apud Samnium periclitabantur, ita ut etiam fines noſtros infeſtatio jam jamque Saracenorum invaderet.* De eodem bello Saracenico mentionem poſtea facit, idem Annaliſta Bertinianus, cujus mox verba recitabimus. Porro ea Hadriani II. ad Ludovicum Regem Germaniæ Epiſtola, quæ variis in locis apud Baronium corrupta, pura legitur Tom. VIII. Concil. pag. 908. Epiſtolam de abſolutione *Valdradæ* refert Baronius num. VI. Denique Francorum Reges fratres ſæpe inter ſe non conveniſſe paſſim vidimus. In Capitularibus vero Caroli Calvi Tit. XXXIX. memorantur pactiones inter Hludovicum & Carolum præſentibus aliquibus Præſulibus factæ *anno Incarnat. Dominicæ DCCCLXVIII. indictione prima regni Caroli glorioſi Regis XXIX.*



*crimina pro Chriſti nomine tolerans nihil eſt quod pro Chriſtianorum ereptione recuſet arripere; nihil eſt, quod pro Fidelium quiete ac pace declinet aſſumere. Denique non modicam Eccleſiæ ſanctæ quietem per eum divina jam pietas operata eſt, nec modice paganorum vires fortitudine ſuperna proſtratæ ſunt. Siquidem ſæpius eoſdem tamquam mures de cavernis ſuis egreſſos, ad ſua latibula terga vertere compulit, & brachia contra noſtros exerta potenti virtute reſolvit. Quin & nobis omnibus, qui longe ſumus, & qui prope, magnæ ſecuritatis præſidium condonavit, dum ſcilicet nonnullos eorum proſtravit, nonnullos etiam ab eorum ſuperſtitioſo ritu convertens, Chriſti Fidei & veræ religionis itinera ſectari perdocuit.*

XVII. *Qua de re ratum ducimus veſtram commonere magnopere celſitudinem, quo non veſtris motibus, non aliorum ſuggeſtionibus incitati, quidquam quæ illius ſunt, concutere præſumatis. Non ſolum autem quæ illius ſunt, verumetiam quæ fratris ipſius, Hlotharii videlicet glorioſi Regis conſiſtunt, nullo commovere patiamini proſus inſtinctu. Qui enim tangit ea, quæ fratris ejus ſunt, ille quæ ipſius ſunt, tangit; & qui illum livore victus commovet, hunc proculdubio commovere dignoſcitur. Quamobrem ſuademus, & dilectionem veſtram his apicibus cohortamur, ut iniquis ſuaſionibus non cedatis, nec ſiniſtra machinantibus aures accomodetis. Sed unuſquiſque veſtrum ſuo jure contentus, quæ alterius ſunt, uſurpare non tentet, nec invadere quocumque modo nitatur, quod invaſum non modicum poteſt invaſori generare ſine dubitatione diſcrimen. Provideat ergo prudentia veſtra, ne jam fato deſiderabiliſſimo filio noſtro ſemper Auguſto cauſam Dei exequenti, & hæreditatem Domini vindicanti, ac ipſius bella prælianti quodlibet offendiculum præparetur ........ ſanctæ Dei Eccleſiæ quavis ex parte impediatur, vel profectus Fidelium excludatur: ſed potius tela veſtra paganorum acies paveant, & jacula veſtra, hi, qui ſine Deo ſunt, acuta reperiant. Quin penitus ſecundum (a) Apoſtolum non ſit vobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, id eſt homines, ſed adverſus principes & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Alioquin manum Apoſtolicæ Sedis cum eodem piiſſimo Principe fortiter eſſe cognoſcite, & arma noſtra illi munimina validiſſima, conferentia ſummo agoni, Deo nobis concertante, & beatorum Principum Apoſtolorum interceſſione cooperante præparata ſine cunctatione prænoſcite. Optamus gloriam veſtram nunc & ſemper in Chriſto bene valere dilectiſſime fili. Dat. prid. Id. Febr. Indict. prima.* Ita Hadrianus inter Chriſtianos Principes arbiter, & cuſtos pacis.

(a) Ephes. 6.

XVIII. His quoque diebus Hadrianus commendatum litteris duarum Synodorum Trecenſis & Sueſſionenſis Actardum Nannetenſis Eccleſiæ Epiſcopum a Northmannis ſua ſpoliatum Eccleſia, & a Britannis eadem peſſumdata, multa perpeſſum, virum pietate inſignem, & doctrina eminentem, cum Romam veniſſet, digne excepit, eumque ut haberet unde viveret, providit, atque etiam pallio exornavit. De quo multa præconia habet in litteris ſcriptis ad Synodum Sueſſionenſem, quæ ex codice ſumpta Nicolai Fabri, hic deſcribuntur:

Hadriani Pap. epiſtola ad Epiſcopos Gall.

*Reverendiſſimis & ſanctiſſimis confratribus & Coepiſcopis noſtris, qui præterito anno apud Sueſſionicam urbem convenerunt.*

XIX. *Inter cætera quæ Apoſtolicæ Sedis auctoritate in idipſum convenientes de fratre jam & Coepiſcopo noſtro Vulfado & collegis ipſius præterito anno ſynodice definiſtis, & jam Apoſtolicæ Sedi cauſam venerabilis fratris noſtri * Hactardi Nanneticæ quondam urbis Epiſcopi, ſeu tribulationes expoſuiſtis: ſimul etiam hunc mirifice commendantes, quo illi a tanta Sede ſubveniretur, unanimiter ac magnopere poſtulaſtis. Quorum relationem ſive ſuggeſtionem tanto gratanter tantoque libentius nos jam Deo auctore illius Sedis, licet immerito, moderamine potiti ſuſcepimus, quanto hanc ex fraternæ dilectionis affectu prodiiſſe luce clarius intelleximus. Præcipue cum ei vobiſcum præceſſorum meorum, Leonis ſcilicet, & Nicolai ſanctiſſimorum Præſulum recenſita ſcripta non parvipendendum perhibeant teſtimonium. Igitur illi omnium, qui in Concilio Trecaſino inventi ſunt legatione fungenti, & inſtantius pro hoc ſatagenti, pallium fratri & Coepiſcopo noſtro Vulfado ſanctæ Bituricenſis Eccleſiæ, ſicuti jam per alia ſcripta ſignificavimus, deferendum commiſimus.*

* Actardi

XX. *Sed quia idem reverendus Antiſtes, ut veſtra relatio manifeſtat, a propria Eccleſia diutino jam tempore paganorum perſecutione propulſus, hac illacque peregre proficiſcitur, huc atque illuc multis jam feſſus ærumnis vagabundus incedens, valde dolemus, & ei fraterna vincti charitate compatimur, maxime cum Apoſtolice dictum ſit (b): Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Illud ſane præcipue flentes, quod tantæ ſcientiæ tantæque morum probitatis viro ſub hujuſcemodi prætextu vagante, maximum diſpen-*

(b) 1. Jo. 3.

*pendium hominibus generetur, dum ſcilicet utilitas, quæ per hunc Eccleſiæ Chriſti provenire poterat, tantis jam temporibus excludatur. Qua de re ſecuti prædeceſſorum Patrum inſtituta & Apoſtolicæ Sedis exempla Pontificum, præcipueque B. Papæ Gregorii, qui circa hujuſmodi quæ nos nunc erga præfatum Antiſtitem, Deo favente, ſtatuimus, ſæpe ſtatuiſſe dignoſcitur: decernimus hunc ſanctiſſimum crebro dictum fratrem noſtrum & Coepiſcopum Actardum Eccleſiæ, quæ forte ſuo fuerit viduata rectore, penitus incardinari, quatenus in ea conſtitutus, & officia Epiſcopalia, quæ per impoſitionem manus accepit, exerceat, & paſtorale miniſterium ſolemniter agens, oves Dominicas ſapientiæ ſibi divinitus attributæ ſale condiat, & lucrum Deo ac conditori ſuo ſine quolibet impedimento reportet. Si tamen ejus Eccleſia, ut ipſius & Metropolitani proprii ac multorum Antiſtitum, necnon litterarum veſtrarum circumſtantia innuit, funditus diruta, & per nonnulla curricula jam in ſolitudinem redacta eſſe dignoſcitur, paganis videlicet non ſolum tranſitum, ſed & jam ſtationem ibidem facientibus, ac per hoc depopulatis undique locis habitatore carentibus; ſublatis etiam a Britonibus ſibi quæ remanſerant rebus, nec ei minorem quam ſua fuerat, dari voluimus. Cum, licet hoc ipſe minime poſtulet, ne videlicet alicujus ambitionis fama notetur, etiam ſi ſe Metropolis fortaſſis obtulerit, conveniat conſequi potiorem: nimirum qui inter cætera virtutum ſuarum inſignia barbarorum rabiem ſæpe perpeſſus, Chriſtumque confeſſus, jam nunc Deo jure dicere debeat:
(a) Pſ. 93. (a) Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.*

XXI. *Pro cujus rei obtinendo prorſus effectu, dilecto filio noſtro Karolo glorioſo Regi preces direximus, & ecce * veſtram unanimem charitatem, quo pietatis hujus operis favorem & ſtudium curetis, indeficiens præſtare, præſentibus hortamur affatibus. Et ut noſtram vultis erga vos in opportunitatibus eſſe benevolentiam; ita veſtra erga hunc fratrem, cui manum porrigimus, nobiſcumque manum porrigentium, donec quod decrevimus, effectum capiat, promptiſſima pateſcat induſtria. Siquidem & nos illius multiplici miſeriæ & diutinæ peregrinationi atque continuo mœrori compatientes, decus illi pallii ſolo miſerationis affectu contulimus, quod non aliter illi, nec cuilibet abſque Metropolitis concederemus, niſi multoties hunc exilio male vincula paſſum etiam ad capitalem ſententiam frequenter tractum fuiſſe comperiſſemus & niſi hoc ipſe ſuis tantis arctatus, detrimentis, quin potius meritis, pro celerrimæ conſolationis ſolatio meruiſſet; ut ſcilicet habeat pro exilio & catena pallii ornamenta. Nam de * Eccleſiæ cui cardinandus eſt perpetuum inſtitutum, ſed ad ſuum ſpecialem certique temporis uſum. Siquidem indignum ducimus, quemquam ad Apoſtolicam Sedem, ubi ſemper Catholicis ſubvenitur, accedere tribulatum, & non ex quavis parte conſolatum recedere. Debet enim noſtra compatiendi abundantia aliorum ſuppleri inopia, quo valeat eſſe mœrens cum mœrentibus, & cum gaudentibus gaudens, & conſolatus jam queat Deo auctore conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per JESUM Chriſtum Dominum noſtrum.* Datam putamus ſeptima Martii hac Indictione prima, ut ſequens pro eodem ad Carolum Regem, eodem argumento conſcripta, a quo pro ipſo litteras commendaticias acceperat: cum & confirmationem Actorum ſynodalium contra Ebbonem Rhemenſem olim Epiſcopum poſtulaſſet. Hadriani igitur ad Carolum epiſtola ſic ſe habet ab eodem Nicolao Fabro accepta:

* non ad Eccleſiæ cui incardinandus eſt perpetuum

*Dilecto filio Karolo glorioſo Regi.*

*Actardus venerabilis quondam Nanneticæ urbis Epiſcopus ad Apoſtolica perveniens Limina, veſtræ celſitudinis epiſtolam detulit, quam quidem vos ſanctæ memoriæ deceeſſori meo Papæ Nicolao deſtinaſtis, ſed nos jam vice illius in Apoſtolica Sede dignatione ac miſeratione divinæ magnitudinis ordinati ſuſcepimus. Unde quæ ab illo fragilitata ſunt *, ſunt, nos pro viribus indigni licet hæredes ſupplere, & opitulante Chriſto, forte tamquam non ingrati filii paternum debitum perſolvere maturavimus. Quamdiu enim merita beati Petri Apoſtoli Deo, cui omnia vivunt, non moriuntur: nequaquam fidei ſuæ vel ſolicitudinis hæredes deficient, nec deerunt prorſus qui regulam, quam circa Dominum ferventiſſimæ charitatis oſtendit, pro quantitate virium, proque capacitate divinitus collati doni ſequantur. Ipſe namque quidquid ab indignis miniſtris negligenter agitur, ſupplet; ipſe locum, quem olim delibatione proprii corporis Domino conſecravit quiſcumque, vel qualiſcumque Vicarius extet, ſuæ tantum claritatis lumine hodieque indeficienter illuſtrat. Cui etſi deſunt merita ſucceſſoris, ſed adſunt beneficia deceſſoris, ac primi Sedis ejuſdem ſeſſoris.* XXII.

* flagitata.

Petri merita fluunt in ſucceſſores quoſcumque.

*Itaque de Ebbonis quondam Rhemenſis Archiepiſcopi qualiſcumque reſtitutionis negotio benignitatis veſtræ litteris ſatis edocti, obedientiam & ſtudium, quod hinc juxta definitionem Apoſtolicæ Sedis exhibuiſtis, approbavimus, & auctori, a quo cuncta bona procedunt, im-* XXIII.

*men-*



*menſas gratiarum actiones perſolvimus. Verum illa ſi eſſent quæ Apoſtolica Sedes de Ebbone ad liquidum invenire ſatagebat, reſtituendis a fratre & Coepiſcopo noſtro Hincmaro olim dejectis clericis poſſent aliquid generare diſcriminis. At vero cum nec idem Ebbo erroris alicujus defenſioni, quo hæreticus quis efficitur, dederit operam, nec jam memorati clerici aliud in hoc niſi humilitatem & obedientiam exhibuerint, illa, quæ de Ebbone dici poſſunt, quia ut opinamur, nihil ad utilitatem proficiunt, jam jamque ſilentio contegantur. Maxime cum & ipſe, & omnes Epiſcopi, præter Rotbaldum, qui cauſæ illius notitiam habuere, deceſſerint, & præ longitudine temporis ad liquidum ſine dubio, quæ tunc acta ſuper hoc ſunt negotio, ſciri non poſſint: atque de his, qui ad Dominum migraverunt, nobis facere judicia non liceat. Cum enim in manu judicii Dei conſiſtant, ſi humanis definitionibus quidquam de his tribuatur, non ſolum præſumptionis, ſed & damnationis eſt prorſus judicium. Ille quippe Ebbo ſuo jam Domino aut ſtat, aut cecidit. Quod ſi ſtat, quis hunc conetur deiicere: ſi vero ceciderit, quis nitatur erigere? Niſi forte is, qui ſua judicia divino judicio præponere * impietate temeritate deliberat. Relinquantur hujuſmodi Dei cunctarum intentionum ſcrutatoris judicio: nimirum qui ſecun-*
(a) Act. 10. *dum (a) Apoſtolum eſt conſtitutus judex a Deo vivorum & mortuorum; quique juxta fidei noſtræ ſtabile fundamentum judicaturus eſt vivos & mortuos.*

* impia temeritate

XXIV. Vulfado Pallium conceſſum

*Præterea non modicas gratias veſtræ benignitati referimus, quoniam prolatis reſtituendis clericis, quibus Apoſtolicam Sedem manum porrigere ſenſit, ipſa quoque ad laudem, Dei, & reverentiam Principum Apoſtolorum, necnon & honorem Sedis ipſorum manum porrigere alacri ſtudio procuravit. Quamobrem poſtulantibus jam vobis, ut primus eorum Vulfadus ſcilicet frater & Coepiſcopus noſter pallii uſu more * ſucceſſorum ſuorum noſtræ auctoritatis largitione decorari potuiſſet, merito condeſcenſionis aures accommodavimus. Et quoniam in reſtituendis his cum Sedis Apoſtolicæ ſtudiis concordaſtis & concertaſtis, ad percipiendum quoque quod deerat veſtram flocci pendere dilectionem ſatis inconveniens duximus. Quin memores nihilominus pietatis veſtræ grates rependimus, quoniam tanta compaſſionis viſcera circa prædictum fratrem noſtrum & Coepiſcopum Actardum, ſicut ex relatione ipſius, & ex epiſtolæ veſtræ pio affectu datur intelligi exhibere contenditis, ut dolorum & ærumnarum ipſius maximam partem vos geſtare luce clarius innoteſcat,*

* prædeceſſorum

XXV. *Verum nos votis excellentiæ veſtræ conſonantes, non ducimus tantum virum & Eccleſiæ Chriſti perneceſſarium debere involvi miſeriis, vel tantis gravari, cum ſit etiam ætatis maturitate maceratus, incommodis præſertim, cum & ſcientia non contemnenda polleat, & hunc veſtri Regni Eccleſiarum præſulum relatio non parvipendenda commendet. Qua de re ſi ejus Eccleſia, ut ipſius & Metropolitani proprii ac multorum Antiſtitum, necnon & litterarum veſtrarum circumſtantia innuit, funditus diruta, & per nonnulla curricula jam in ſolitudinem redacta eſſe dignoſcitur, paganis videlicet non ſolum tranſitum, ſed etiam ſtationem ibidem facientibus, ac per hoc depopulatis undique locis habitatore carentibus; ſublatis etiam a Britonibus, ſi quæ remanſerant, rebus, aliam vacantem dumtaxat concedendam decrevimus. Cujus decreti neceſſario inſtituto libenter .... more ſolito præbet pro Chriſti dilectione favorem. Nec ei minorem, quam ſua fuerat, dari voluimus, cum licet hoc ipſe minime poſtulet, ne videlicet alicujus ambitionis fama notetur, conveniet conſequi ...... Nimirum qui inter cætera virtutum ſuarum inſignia barbarorum rabiem ſæpe perpeſſus, Chriſtum confiteri non ſolum coram hominibus, verum etiam coram paganis, & infidelibus non erubuit. Ei ergo cujuſcumque ſint numeri merito poſſunt oves Chriſti committi, qui ipſum Chriſtum etiam inter gladios & vincula diverſaque pericula prædicare non renuit. Unde & nos illius multiplici miſeria & diutinæ peregrinationi atque continuo mœrori compatientes, decus illi pallii, ſolo miſerationis affectu contulimus, quod non aliter illi, nec cuilibet abſque Metropolitis concederemus, niſi multoties hunc exilia, mare, vincula paſſum, etiam ad capitalem ſententiam frequenter tractum fuiſſe comperiſſemus; & niſi hoc ipſe ſuis tantis ac talibus detrimentis, quin potius meritis pro celerrimæ conſolationis ſolatio meruiſſet, ut ſcilicet habeat pro exilio & catena pallii ornamenta, non ad Eccleſiæ, cui incardinandus eſt, perpetuum inſtitutum, ſed ad ſuum ſpecialem certique temporis uſum.*

XXVI. *Potiatur igitur tanti decoris ornatu, qui inter ſacerdotum infulas præcipuum tenere locum dignoſcitur, quatenus etiam per hoc inſigne veſtra excellens admoneatur induſtria, & hujus ſacrati muneris reverentia pium cor veſtrum ſolicitius ac ſalubrius urgeatur, quo tantarum virtutum quoque favore, vacantis etiamſi ſe Metropolis obtulerit Eccleſiæ moderamina conſequatur, ad excludenda videlicet cuncta contra ſe iniecta obſtacula, & peragenda divinitus ſibi collata Epi-*

Benignitas Hadriani Papæ.

*ſcopalia miniſteria. Siquidem indignum ducimus, quemquam ad Apoſtolicam Sedem, ubi ſemper Catholicis ſubvenitur, tribulatum accedere, & non conſolatum recedere; præſertim cum quemdam Romanorum Principum etiam a fide Chriſti extraneum non debere quempiam ab Imperatore triſtem diſcedere perhibuiſſe quædam fateantur hiſtoriæ: debet enim noſtra compatiendi abundantia aliorum ſuppleri inopia, quo valeat eſſe mærens cum mærentibus, & cum gaudentibus gaudens, & non in ſcabellum (a) pedum, in perſonarum acceptione ....... Sed conſolatur quæ ad *, jam Deo auctore conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per JESUM Chriſtum Dominum noſtrum. Optamus gloriam veſtram nunc & ſemper in Chriſto bene valere dilectiſſime fili. Dat. vii. Mart. Indictione prima.* Quo pariter tempore, nempe pridie ejus diei, idem Hadrianus Papa de eodem Actardo, ſed prius de cauſa Lotharii ad Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum ita ſcripſit:

(a) Jac. 2.

Ad Hincmarum Hadrianus.

*Reverendiſſimo & ſanctiſſimo confratri noſtro Hincmaro Archiepiſcopo Rhemenſi.*

XXVII. *Licet frequens ſanctitatis tuæ fama, quæ numquam niſi cum laude ſemper exiſtit, te nobis dudum fecerit manifeſtum: tamen * ad virtutum probabiliumque morum tuorum prædicamenta liquidius agnoſceremus, fratrum noſtrorum videlicet Arſenii venerabilis Apocriſarii Sedis noſtræ, quin & Actardi ſanctiſſimorum præſulum, necnon & dilectiſſimi filii mei ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarii fecit Anaſtaſii multis præconiis plena, delectabiliſque relatio.*

* ut

*Qua de re ſic animam meam tuæ dilectionis ardorem concepiſſe cognoſce, tamquam ſi millies mutuis frueremur alloquiis. Habeto ergo noſtræ repromiſſionis pignus, & in nobis, ut in noſtris anteceſſoribus, fiducia tota prorſus innitere. Propterea ſanctitas tua bene novit, quanta Sedes habuerit Apoſtolica in cauſa Hlotharii Regis certamina, & per Præſules ſuos Benedictum ſcilicet, & Nicolaum, quot hinc labores aſſumpſerit. Unde nos habentes eumdem ſpiritum, quem & iidem Patres noſtri habuiſſe probati ſunt, eadem hinc qui ſequimur, & decernimus. Quamobrem tuæ fraternitatis induſtriam ſpecialiter admonemus, uti quod ſuper hoc olim negotio geſſiſti ſtudium nullatenus enervari conſentias. Sed vice noſtra fretus coram Regibus & præſidibus de teſtimoniis Domini loqui non ceſſes, ita ut quod auctore Deo deſtructum eſt, nullis doloſe reædificari machinantium valeat argumentis. In quo videlicet pietatis opere, quia de Regibus idem dilectus filius noſter Karolus, de ſacerdotibus vero tu potiſſimum Sedi Apoſtolicæ ſedule laboranti concurriſtis, & concertaſtis: tuam proprie cohortamur inſignem ſolertiam, quo & ipſa pravis viriliter obviet, & prædictum piiſſimum Regem, uti conſummet bonum quod inchoaverat, indeſinenter commoneat: quatenus & variarum virtutum veſtrarum tunica uſque (b) ad cœlos pertingat, & ſacrificium boni veſtri operis Deo cum cauda (c) oblatum holocauſtum effici mereatur; necnon & illud de vobis dicaturi, quod de Job ſancto, dum a divinis non ceſſaret obſequiis, ſcriptis aſſeritur, videlicet ubi non legitur quod ſic fecit Job per aliquot dies, ſed ſic faciebat (d) Job cunctis diebus. Nam & (e) ſancta animalia non poſt ſe, ſed ante ſe gradi viſa ſunt cum incederent.*

(b) Exod. 28. (c) Lev. 3. (d) Job. 1. (e) Ezech. 1.

XXVIII. *Porro Actardum venerabilem Epiſcopum fraternæ charitatis ulnis amplectere, & in opportunitatibus pro beatorum Principum Apoſtolorum amore ſemper auxiliari memento. Verum non hæc ideo dicimus, quaſi te ille ſibi compaſſum & miſertum fuiſſe non prædicet, ſed ut quod tunc uſque proxime feciſti charitatis intuitu, nunc etiam primorum perficias Apoſtolorum, ad quorum Limina feſtinavit, ac præſidium poſtulavit dilectionis affectu. Inſta igitur opportune, importune, & quia propria caret, apud dilectiſſimum jam fatum filium noſtrum excellentiſſimum Regem Karolum noſtra vice impetrare ſtudeto, uti ſuo quoque favore vacans ei Epiſcopalis, etiam ſi ſe Metropolis obtulerit, Eccleſia tribuatur. Fortis enim Domini bos ipſe, auctore Deo, conſiſtit, & ideo ſegetes ei ad trituram proculdubio committi debent. Nam ſcriptum eſt, (f) ibi plurimæ ſegetes, ubi manifeſta fortitudo boum. Optamus fraternitatem tuam nunc & ſemper in Chriſto bene valere. Dat. viii. Idus Martii, Indictione prima.* Eadem quoque die ſic ad Archiepiſcopum Turonenſem pro eodem:

(f) Prov. 14

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Erardo Archiepiſcopo Turonico.*

XXIX. *Miſerias & diras calamitates Actardi communis fratris & Coepiſcopi, non eſt exponendi tuæ reverentiæ ulla neceſſitas. Quippe cum ipſa utpote in his ſocia, & pene ſemper contigua, earum liquidius nobis experientiam habeat: ut ſicuti de ſanctimonia ſua credendum eſt, immo ut ipſo Antiſtite referente comperimus, ejus continuis ærumnis non modice compaſſa ſit & miſerta. Verum quia noſtris ſæpe & apud dilectionem tuam litteris adjuvari, & Apoſtolorum Principum, quorum præſidia tanto labore tantoque ſtudio requiſivit, amoris intuitu ſibi quamdam proprie voluit conſolationem conferri; charitatem tuam his hortamur & deprecamur apicibus, ut inter alia beneficiorum tuorum ſibi collatorum inſignia, monaſteriolum illud, quod olim in diœceſi tua tenuiſſe dignoſcitur, tua nunc conſequatur, ob amorem jam memoratorum Apoſtolorum, largiente benevolentia; quatenus qui ſuis valde deſtitutus eſſe comperitur: hic ſaltem alicujus ſuſtentationis adipiſci queat ſuæ vitæ ſubſidium; quod te negaturum profecto non credimus, ſi quam ſit a fratre frater adjuvandus intenta mente conſideres; ſi quam ſit indignum, ut quod a benignitate tua intuitu tantorum Apoſtolorum dilectionis depoſcitur, petitor minime conſequatur ſolerti, ſicut decet, perpendet induſtria.*



XXX. *De his vera, quæ de Eccleſiæ tuæ vel diœceſeos privilegiis idem venerabilis Actardus præcipue ſuggeſſit, Salomoni Duci, & populo Britannorum ſufficienter deſcripſimus, quod etiam in exemplari, quod ſecum idem Antiſtes deferet, experientia tua quibit agnoſcere, nihilque quod contra rationem poſtulabunt, ſi fortaſſis ad nos eorum aliqui venerint, agnoveris eos a nobis, opitulante Domino, fore penitus adepturos. Optamus fraternitatem tuam in Chriſto bene valere. Dat. viii. Idus Martii, Indictione prima.* Sequitur in eodem codice privilegium eidem Actardo conceſſum, cum pallium tribuit, quod ſic ſe habet:

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo, ac ſanctiſſimo Actardo ſanctæ Eccleſiæ Nanneticæ diebus vitæ ſuæ tantummodo.*

XXXI. *Si ſecundum divinæ pietatis viſcera circa neminem conſiſtat reprehenſibilis quantacumque miſeratio; quanto potius erga illos exhibenda eſt totius charitatis affectio, qui circa divinum cultum irreprehenſibiles apparentes diverſarum deinde tentationum exercitia pertulerunt, nec tamen in tentationibus Chriſto propitio, defecerunt? Qua de re benedicimus Deo Patri Domini noſtri JESU Chriſti, Deo ſcilicet totius conſolationis (a), qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, ut poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt. Tibique frater Actarde, qui dira fatigatus, & diuturnæ captivitatis miſeria quaſſatus, nec inter cuneos barbarorum, nec inter enſes infidelium defeciſti; quinetiam Dei providentia mirabiliter erutus & liberatus, circumquaque peregrinando, procul a propria Eccl. procul a notis & proximis, propter eorumdem rabiem barbarorum, & continuam Britonum oppreſſionem, quibus heu nimium vicinus eſſe noſceris, & pene pejus ab eis, quam a piratis inſecutionem pateris, curriculis jam multis incedis; decus pallii pro Dei ſolius amore, quem inter furentium paganorum manus, & gladios confeſſus es, prævidimus concedendum: quo videlicet pallio cum fueris, auctore Deo, noſtroque decreto aliquem vacantem adeptus Epiſcopatum, ſcias a nobis te eidem ſtabiliter incardinatum, vel ſi contigerit forſan in proprio, certis valeas uti temporibus. Quod non aliter tibi, nec cuilibet abſque Metropolitis concederemus, niſi multoties exilia, mare, vincula paſſo, etiam ad capitalem ſententiam frequenter tracto, teſte ſuo Metropolitano, qui id nobis litteris innotuit, & tibi ſpem in ſede propria non ſupereſſe ſignificavit, hoc tua * acellerrimæ conſolationis ſolatia tanta exigerent detrimenta, quin potius merita. Ut videlicet habeas pro exilio & catena, pallii ornamenta, non in tua Eccleſia perenne decretum, ſed ad tuum, certo tempore, vitæque præſentis ſpecialiter uſum.*

(a) 2. Cor. 1.

*

*Utere igitur, annuente Deo, pallio a nobis tibi ſolo miſerationis, & conſolationis affectu collato: & niſi Sedis Apoſtolicæ Præſulibus ingratus extiteris, prænotato tenore illius dum vixeris ornare decore. Quod tamen fraternitati tuæ ad Miſſarum ſolemnia tantum celebranda concedimus: In die dumtaxat ſanctæ & venerandæ Domini noſtri JESU Chriſti Reſurrectionis ac Nativitatis ſeu Aſcenſionis Domini, & in Aſſumptione beatæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ, ſeu in natalitiis beatiſſimorum Apoſtolorum, ſive in nativitate ſancti Joannis Baptiſtæ, necnon & natali ſancti Chriſti Confeſſoris Martini die, pariterque in ſolemnitatis Eccleſiæ tuæ die, verum etiam, & in ordinationis, tuæ natalitio concedimus die, ſicuti a beatiſſimo prædeceſſore noſtro Gregorio hujus Apoſtolicæ Sedis Præſule ſancitum eſt. In ſecretario vero induere tua fraternitas pallium debeat, & ita ad Miſſarum ſolemnia proficiſci, & nihil ſibi amplius auſu temerariæ præſumptionis arrogare; ne dum in exteriore habitu inordinate aliquid arripitur, ordinate etiam quæ licere poterant amittantur.* XXXII.

*Si quidem autem de rebus Nanneticæ diæceſeos tam a depopulatione nefandæ gentis Northmannicæ, quam a Britannorum ſubreptione remanſit, ad tuam decernimus pertinere ſolicitudinem. Porro cenſemus, Apoſtolicæque inſtitutionis auctoritate definimus, ut nullus Metropolitanorum Antiſtitum, vel cæterorum Epiſcoporum in controverſia criminis, ſi Sedem appellaveris Apoſtolicam, vel ejus ſpeciali expetieris audiri, vel diſculte fortaſſis examine, præſumat de te proferre non noſtro præmiſſo decreto judicium, ſed Apoſtolicæ Sedis tantum reſerveris examinandus, vel judicandus incunctanter arbitrio. Cujus videlicet decreto vel largitate vacanti Eccleſiæ incardinatus ac palliatus eſſe dignoſceris. Scriptum per manum Zachariæ notarii, regionarii, & ſcri-* XXXIII.

*& ſcrinarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe Februario, Indictione prima. Bene vale. v. Kal. Mart. per manus Anaſtaſii Bibliothecarii ſanctæ ſummæ Sedis Apoſtolicæ imperante domino piiſſimo PP. Auguſto Hludovico magno Imperat. anno nonodecimo, & poſt Conſulatum ejus Anno xviii. Indictione prima.* Ita numerans a tempore, quo cum patre, ut dictum eſt, ſuo regnare cæpit. Quod ad hanc Actardi legationem ſpectat, non prætermittendum, quod eidem recedenti ab Urbe Actardo Anaſtaſius Bibliothecarius dedit litteras ad Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum, ſimulque ſacra pignora, benedictionis nomine, quibus acceptis Hincmarus reddidit ei litteras, miſitque munuſcula, ſicque mutuis his inter ſe certantes officiis, arcto ſimul ſunt inter ſe amicitiæ vinculo colligati. De his enim agit (a) Frodoardus, qui relegens Hincmari epiſtolas, hæc inter alia habet: *Scripſit*, inquit, *Anaſtaſio venerabili Abbati, & Bibliothecario ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, gratiarum referens actiones pro benedictionibus ſanctiſſimis ab eo ſibi per Actardum Epiſcopum directis, ſuas eidem quoque Abbati mittens munerum benedictiones, quædam etiam opuſcula * ſuo labore confecta ipſi delegans. Necnon pro beneficiis ſibi ab eo collatis, & ut ſuggeſtionem ſuam domino Papæ acceptabilem faciat, ſcripſit; & de memoria benedictionis, quam dirigebat. Et Gregorio ſcripſit ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Nomenclatori, & Apocriſario, aſſerens, quod præfatus Anaſtaſius multa bonitatis inſignia ſibi ſuis litteris intimaverit, & quod magnam fiduciam in ipſius habere poſſet amicitia, ſinceriter mandaverit; unde & petit, ut idem Gregorius inter fideles amicos ſuos ſe tenere dignetur.* Hæc Frodoardus. Porro Anaſtaſium apud Hadrianum Papam jam ante pro ipſo Hincmaro egiſſe, eidemque ipſum plurimum commendaſſe, conciliaſſeque amicitiam, litteræ nuper recitatæ ipſius Hadriani ad Hincmarum ſatis oſtendunt.

Anaſtaſii cum Hincmaro neceſſitudo.

(a) Frod. l. 3. c. 23.

* ſummo

XXXIV. Legatio Baſilii Imper. ad Hadrianum.

Inter hæc autem ubi innotuit Conſtantinopoli, Hadrianum ſubrogatum in locum Nicolai Papæ defuncti, idem Imperator Baſilius ad eum legationem adornat, mittitque Euthymium Spatharium Legatum ad ipſum jam creatum Pontificem: cum tamen & illa legatio pariter decreta anno ſuperiori a Baſilio Imperat. ad Nicolaum Papam, hoc anno pervenit ad eumdem Hadrianum, de qua iſta apud Anaſtaſium, a nece Bardæ, & Michaelis rem breviter recenſentem: *His compoſitis, poſtquam Michael Græcorum Imperat. Bardam Cæſarem Photii fautorem ſuum, ſicut perhibent, interitum machinantem peremit, Baſilium ſibi adoptans, Imperatorem conſtituit. Cumque nobilis Imperator Baſilius a Catholicis, tamquam qui eis ſemper faverit, ſummo ſtudio coleretur, Michael a ſpadonibus ſuis, dubium an Baſilii voluntate peremptus eſt, moxque Baſilius rerum potitus primo quidem non ſe fuiſſe conſcium necis Michaelis, ut fertur, omnibus ſatisfecit. Tum vero ſecundum Romanæ Eccleſiæ conſtitutum pervaſorem Photium depulit, & Ignatium Patriarcham, populo annitente, Patriarchio reſtituit. Ac ex utraque parte, Ignatii ſcilicet Patriarchæ, Photiique neophyti Legatos Romam per ſuum Spatharium Baſilium nomine, deſtinavit, qui præſente ſummo Antiſtite alternatim confligerent, & juſtitia ſuffragante, aut juſtificarent Photium, aut perpetuo condemnarent. Sed divino judicio diſertiſſimam partem Photii pelagus ſorbuit, & ſimpliciſſimam partem Ignatii cum Legato Imperiali ſalvam ſervavit.* Hæc Anaſtaſius, qui in præfatione hiſtorica in Octavam Synodum de his agens, merſionemque navis hominum Photii recenſens, hæc ait: *Sed Petrus Metropolita Sardenſis, qui contra Ignatium una cum ſociis a Photio mittebatur, licet nova navi, & quam ipſe ſibi elegerat, veheretur, naufragium ſimul & mortis periculum pertulit; & qui navem Chriſti, hoc eſt Eccleſiam ſciderat, navis ſuæ ſciſſionem non inconvenienter incurrit.* Idem in Hadriano, hæc quæ ſequuntur: *Nulluſque ex Photii neophyti parte, niſi monachulus, Methodius nomine ſolus evaſit. Qui poſtmodum neque Photium pro cujus parte venerat, neque Ignatium, contra quem, neque univerſalis Eccleſiæ, ad quam venerat, jura ſuſcipiens, tertio conventus, tertio perfidiæ denotatus, ſemel anathematizatus abſceſſit.*

Methodius excommunicatur.

XXXV. *At vero Baſilius Legatus Imperatoris, & Joannes Metropolita Cæſareæ Cappadociæ, qui Nicolao fuerant deſtinati, huic ſanctiſſimo Hadriano Papæ cum Epiſcopis, & proceribus in Secretario ſanctæ Mariæ Majoris juxta morem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ reſidenti ſe ſatis humiliter præſentarunt; dona & epiſtolas obtulerunt. Quibus ſuſceptis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cujus * conamine Conſtantinopolitana Eccleſia de ſchiſmate purgata ſurrexerat, multiplices gratias retulere. At poſt innumera laudum præconia concordi voce dixere: Devotiſſimus veſter filius Imperator Baſilius, & Patriarcha munere veſtro reſtitutus Ignatius, dum Eccleſia Conſtantinopolitana per interventum veſtrum invaſorem Photium pepuliſſent: in archivo ejus librum ſumma falſitate congeſtum contra ingenium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſanctiſſimique Papæ Nicolai repercre; quem bullatum, quaſi vere contagium, a ſua urbe penitus pepulere vobiſque, utpote ſummo capiti, cui Chriſtus cœlo terraque ſolvendi atque ligandi poteſtatem tribuit, remiſere. Quem precamur ſuſcipientes rimamini, & fraudulentiam, quam inſontibus Conſtantinopolitanis noſter verſipellis Photius inferre potuit, ex eo quod in hanc ſanctam Romanam Eccleſiam non habentem maculam neque rugam, aut aliquid hujuſcemodi, audacem linguam exacuit, prorſus advertite. Et quid Eccleſiæ Dei de hoc latrocinio ſit ſentiendum, quod ſub nomine Concilii furtim ab eo confictum eſt, palam omnibus promulgate.*

* al. certamine juvamine

Scripta Photii ad Hadrianum perlata.

XXXVI. Cum deteſtatione accipitur volumen Photii.

*Utrarumque partium conſenſu electus Pontifex annuens reſpondit: Contra Sedem Apoſtolicam, Pontificemque ipſius quam Photius vocem non habuit, ſententiam forte præcipitare potuit, judicium vero librare non potuit, qui a Sede Apoſtolica bis judicatus, biſque damnatus eſt. Et quia vires ſuas Photius tranſcendens, in ſanctiſſimum Pontificem noſtrum Nicolaum falſa garrire non timuit: (a) os ſuum nimirum in cœlum poſuit, & linguam ſuam, ut in terram pertranſiret, exeruit. Ideoque conciliabuli ipſius librum perſcrutandum admittimus, ut auctor illius & fabricator mendacii & inventor perverſorum dogmatum tertio judicetur.*

(a) Pſ. 72.

XXXVII Exhibitio Conciliabuli Photii a legatis facta.

*Egreſſus Metropolita librum exhibuit, & in terram præcipitavit, imprecatorie illi dicens: Tu maledictus. Conſtantinopoli, ſis Romæ iterum maledictus. Te miniſter diaboli Photius, novus Simon, mendaci compilator aptavit. Te miniſter Chriſti Nicolaus, novus Petrus, veritatis amator attrivit. Et Spatharius calce ſuo, enſeque librum percutiens, nihilominus ait: Credo quod in hoc opuſculo diabolus habitat, quia per os complicis ſui Photii ea, quæ per ſe dicere nequit, eructat. Nam, & ſubſcriptionem Baſilii noſtri Imperatoris poſt ſubſcriptionem Micha-*

PAGIUS VI. *Romanum Concilium contra Photium coactum.*

A num. XXXIV. ad XLVIII. Legati, quos anno ſuperiori *Baſilium* Imp. Romam miſiſſe diximus, cauſam Sancti *Ignatii* & *Photii* dirimendam propoſuere. Quare Hadrianus II. coacto Concilio res a Baſilio Imp. contra Photium geſtas comprobavit; Conciliabulum Photianum contra Nicolaum habitum flammis adjudicavit; omneſque ejuſdem acta ſeu probantes ſeu conſervantes anathemate feriit. In Actis Concilii Romani Latinis contra Photium celebrati, in octavæ Synodi Actione VII. extantibus, dicitur: *de iis vero, qui eidem impio Conciliabulo conſenſerunt, vel ſubſcripſerunt, ſi decreta deceſſoris mei ſecuti fuerint, & ad reverendi Patriarchæ Ignatii communionem repedaverint atque idem Conciliabulum anathematizaverint, atque monumenta illius, vel exemplaria inventa cremaverint, Eccleſiæ communione fruantur; alias autem ne hac digni reperiantur. Sane filium noſtrum Baſilium, clementiſſimum & orthodoxiſſimum Imperatorem, quia & illius nomen in ejuſdem profani Conciliabuli geſtis, ut ipſius & ſanctiſſimi Ignatii Patriarchæ relatione didicimus, falſo adſcriptum eſt, in omnibus eum Apoſtolicæ Sedis conſtitutionum diligentiſſimum conſervatorem eſſe cognovimus, non ſolum ab omni ſiniſtra ſua ſententia extraneum reddimus; verumetiam inter Catholicorum & piorum Auguſtorum numerum & nunc recipimus, & ſi ſic perſeveraverit in finem, recipiendum ſtatuimus.*

VII. *Photius ob invaſionem Sedis Conſtantinop. culpatur.*

*Photium*, pulſo *Ignatio*, legitime Patriarcham electum Heterodoxi paſſim cum Shiſmaticis publicare non verentur; ſed Conſtantinus Porphyrogenneta in Baſilio, ubi quæ eidem Baſilio avo invidioſa ſunt, magna cura premit, eos, his verbis refellit: *Hinc Imperator rurſus ei* (ſcilicet Photio) *Eccleſiam recte, qui antea non recte ſibi vendicaverat, attribuit, & ut leges canoneſque præcipiunt, in vacantem cathedram regnantis Urbis conſtituit ſapientiſſimum Photium.* Hic itaque iniuſte querebatur de ſua depoſitione. Baronius num. XLV. refert Photii Epiſtolam *Joanni Patricio & Sacellario* datam, & num. XLVI. reſponſum Joannis Patricii ad Photium, quo ſuperbiam ejus ac temeritatem reprimit, quia inquit, vir eviratus auſus erat Sedem alterius invadere. Montacutius tamen in editione Epiſtolarum Photii anno MDCLI. curata contendit, hanc ultimam Epiſtolam, non a *Joanne Sacellario* ad Photium, ſed ab iſto ad Joannem Sacellarium ſcriptam eſſe, licet ea Inſcriptio diſerte diſerte legatur in Codice MS. in Bibliotheca Sfortiana aſſervato. Contra vero Combefiſius recenſens Auctores, ex quibus compoſita a ſe bibliotheca Patrum Concionatoria, oſtendit in voce *Photius*, verba, quæ in ea Epiſtola habentur referri ad eum qui illegitime invaſerat ſacrum Principatum, ſuique intruſione Eccleſiæ ſtatum turbarat: *Unde ergo factum*, habet Epiſtola illa ordine XLIX. apud Montacutium, *ut utrinque terminos circumſcriptos tranſiliens, in Eccleſia, te ſacraria injeciſti; omnia ſuſdeque habes?* quid enim aliud hæc verba ſignificant, quam quod ait Cedrenus, dum ceſſare juſſum Photium, narrat Baſilio demum Imperatore, ἐπεισπήδαντα τῇ ἀρχῇ Φώτιον idest, *quî in ſilierat ſe intruſerat, involarat ſacro Principatui.* Eviratio canonicum impedimentum erat, ideoque Photius ſacris arcebatur, nec Epiſcopus fieri poterat, indeque eam ei Joannes Sacellarius objecit Montacutius non *Photium*, ſed Joannem ipſum eviratum contendit, profertque locum ex Cedreno in Baſilio Macedone; ſed reſpondet Combefiſius nihil ſimile in Cedreno, nec in Baſilio, nec in Michaele, nec in Leone reperiri, & hunc errorem non Montacutii ignorantiæ, ſed malæ ejus fidei malitiæque attribuit; cum locus a Montacutio prolatus Joannem Sacellarium non reſpiciat. Quare inter eos non convenit de illarum literarum epigraphe. Præterea Photium Eunuchum fuiſſe; quod Baronius num. LXV. & Combefiſius volunt, Montacutius negat.

VIII. *Non videtur Eunuchus fuiſſe.*

Verum Epiſtolam illam ordine XLIX. in editione Montacutii ſcriptam eſſe *Photio*, non ſolum verba a Combefiſio laudata; ſed etiam alia, quæ in eadem leguntur, indicant. Sed non inde ſequitur, *Photium* eunuchum fuiſſe. Ve-

Excuſatio Baſilii Imp. de ſubſcriptione.

*chaelis, quem ebrioſiſſimum ſcribere noctu ſuaſit, falſiſſime continet, quam ejus non eſſe, reſtitutio Ignatii declaravit, & ſatisfactio noſtra (ſi vobis placuerit) jurejurando firmabit. Neque enim unius ſemper Catholici Baſilii nomen non potuit falſo ſuis feralibus commentis inſerere, qui mutato charactere potuit multorum abſentium Epiſcoporum nomina cum paucis complicibus ſuis deſcribere; quorum videlicet Epiſcoporum univerſitas tam immunis eſt hujus inſcriptionis, quam tenoris ignara. Siquidem nullus Conſtantinopolitanorum quando illud conciliabulum collectum fuiſſet, quia re vera non fuit, agnovit. Sed quia Conſtantinopolim comprovinciales, veluti regiam civitatem pro diverſis negotiis, inſtar iſtius Urbis aſcendunt: pervicaciſſimus Photius mendacium ſuum veritatis medicamento (ſicut ei a primævo fuerat inſtitutum) linivit, dum in locum quorumdam ſchiſmaticorum Epiſcoporum cives quidem aliquorum illorum, ſed transfugas) ut fama vulgatum eſt) muneribus excæcatos ſubſcribere fecit. Inde eſt, quod ſubſcriptionum iſtius videntur diverſi characteres, & quidam eorum acutiori penna, quidam groſſa, nonnulli vero decrepitum ſimulantes groſſiori manu membranam inquinantes deſcribunt; ut videlicet fraude præſentium ſimplicitati abſentium illudatur, & illud credat facilius univerſitas eſſe veriſſimum, quod diſſimilibus litteris fecerit falſitas eſſe diverſum. At vos illico ſubſcriptionum multitudinem, librum reſerantes, videbitis, fraudem vero, niſi Conſtantinopolim (ut omnis illa Eccleſia deprecatur) miſeritis, minime cognoſcetis.*

XXXVIII. Concilium in cauſa Photii voluminis.

*Tum ſummus Pontifex utriuſque linguæ peritis librum ſcrutandum per aliquot dierum ſpacium decrevit, & omnia, quæ in eo continerentur, coram Synodo fideliter propalare. Qui ubi ſtrenue perſcrutatus eſt venerabilis Pontifex, annitente omni ſenatorio, popularique conventu, apud ſanctiſſimum Petrum Apoſtolum, in defenſionem ſuæ Eccleſiæ, deceſſoriſque ſui ſacrum Concilium convocavit. Et primum quidem per Legatos Conſtantinopoleos rei veritate luculenter audita, deceſſoris ſui bujuſmodi litteras relegens, ſiniſtram ipſius famam purgavit. Deinde Photium cum ſuo conciliabulo, complicibuſque ſuis tertio anathemate percutit. Ad extremum vero cæterorum ſubſcriptionibus ſententiis roboratis, pro foribus gradum nefandi dogmatis librum, cunctorum pedibus conculcatum exuſſit. Quem nimirum rogus ut fomentum quoddam ignis & cœpit, & pene antequam ſemiuſtum credi potuiſſet, cum magno fœtore, piceoque odore conſumpſit, & cum forte focus inundatione pluviæ naturaliter debuiſſet extingui, ad pluviam quaſi ad olei guttas flamma convaluit, & in laudes Dei, ſanctiſſimique Papæ Nicolai, ſimulque Hadriani ſummi Pontificis miraculi ſtupor tam Latinorum, quam Græcorum corda reſolvit.* Addit idem Anaſtaſius in præfatione hiſtorica ad Octavam Synodum, pariter in hac Synodo juſſum, ut quod factum eſt Romæ de inflammatione ſcriptorum Photii, pariter Conſtantinop. fieri deberet, ſi quæ ibi exemplaria reperiri poſſent.

XXXIX.

Sic igitur quod faciendum Michaeli Imperatori Nicolaus ante præceperat, ut ſcriptæ ab eo blaſphemiæ in Apoſtolicam Sedem igni darentur, cum ille facere contempſiſſet, Deus voluit, ut per ejus ſucceſſorem Baſilium eædem miſſæ Romam publice Synodali judicio, magna ſua gloria, Sediſque Apoſtolicæ honore, laudeque ejuſdem Pontificis Nicolai, cœlo teſtante, populo acclamante, orbe Chriſtiano gaudente perficeretur. In Photii enim illo volumine inſertas fuiſſe illas blaſphemas Michaelis epiſtolas quis poterit dubitare? Quod igitur ipſe mentitas ſubſcriptiones in Romanam Eccleſiam, ejuſque Pontificem tanto ſtudio, tantaque fraude, ut vidiſti, mendicare conatus eſt: blaſphema illa quoque ſcripta Imperatoris eodem argumento in ſua officina conflare minime prætermiſiſſe credendus. In his autem peragendis, præſens inſumptus eſt annus. Quomodo autem retenti hieme Legati a Baſilio Imperatore, & ab Ignatio Patriarcha miſſi, ſequenti anno una cum Apoſtolicæ Sedis Legatis Conſtantinopolim dimiſſi ſint, ſuo loco dicturi ſumus.

Michaelis Imp. litteræ ſimul incenſæ.

XL.

Porro eodem hoc anno, antequam iſta conficerentur, occaſione redeuntis Conſtantinopolim Theognoſti olim Exarchi, inde ob pietatem extorris, Romæ ad ſeptennium uſque incolæ, Hadrianus Pontifex litteras ad Baſilium Imperatorem de-

PAGIUS Verum Joannes Sacellarius cum a Photio offenſus fuiſſet, ſatyrice in eum invectus eſt, paſſim metaphorice locutus. Hæc ejuſdem Epiſtolæ verba: *Sunt qui te comparant Atti, Gallum nominantes* (ideſt juxta Montacutium, ſectum & eviratum vocantes): *nimirum Græcanici Sophiſtæ. Noſtri naſuciores, qui & ſciunt Androgynon, & ita nominant, Gynecio includendum tradunt.* Quare Joannes Sacellarius non dicit *Photium* eviratum fuiſſe, ſed ita a quibuſdam eum appellatum. Ipſe vero contemptim cum ſuis appellat eum *Androgynon*, id eſt, imbecillum & invalidum, aut virum muliebri & molli animo præditum, ut ſequentia demonſtrant). *Unde ergo factum, ut utrimque terminos circumſcriptos tranſiliens, in Er-*



dedit, quæ intextæ Actis Octavæ Synodi, hic ut loco proprio ſunt recitandæ. Sic enim ſe habent (a):

(a) Oct. Synod. Act. 7.

Hadriani epiſt. ad Baſilium Imp.

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo filio, & Chriſtianiſſimo Imperatori Baſilio a Deo protecto ſemper Auguſto.*

*Quoniam, tranquilliſſime Imperator, audiſti vocem Dei per Apoſtolicæ Sedis officium tibi delatam, & honoraſti eximios ejus Apoſtolos, & reſtituiſti Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ throno proprium Paſtorem, repellens adulterum: benedictus ſis ab omnipotente Deo, & videas ſubjectionem inimicorum, & temporis longitudinem, ac in ſolio tuo de lumbis tuis hæredem, ac in futuro vitam perpetuam, ſi tamen ab his, quæ bene cæpiſti, non diſceſſeris, ſed uſque ad finem in eis perſeveraveris, o ſpiritualis, & dilectiſſime fili; licet vobis quolibet modo agentibus, a decretis ſanctæ memoriæ præcipui deceſſoris mei Papæ Nicolai, quæ de Photii depoſitione, & recuperatione Ignatii fratris & conſacerdotis noſtri promulgavit numquam quoquo modo diſcedamus. Tanto enim volumus illius decretis concordare, quanto ipſe cum hæc ageret, divinis præceptis concordare ſtudebat. Nam & hoc neceſſarium eſt, ut cuſtodiens prædeceſſorum meorum decreta, doceam poſt deceſſum meum, & mea quoque ab his, qui poſt me fuerint, nullo modo violanda.*

XLI. De Theognoſto Exarcho.

*Poſtquam autem cognoſcimus, quod miſericors Deus Imperium veſtrum ſimul & affectum ad hoc erexerit, ut diſperſa congreget, & quæ ceciderant erigat, & contrita reſolidet: fiducialiter poſſumus (Deo gratias) depoſcere, ut hi, qui abjecti ſunt, ab Imperio veſtro recipiantur, & hi, qui diſperſi, congregentur. Quapropter prudentiſſimum virum Theognoſtum honorabiliſſimum Exarchum veſtræ fiduciæ remmittentes commendamus, qui legatione tam pro fratre & comminiſtro noſtro Ignatio, quam pro cæteris contribulatis functus, per ſeptennium apud Principis Apoſtolorum Limina, & peregrinus, & incola vixit, & eorum Confeſſionibus memoriam veſtram aſſidue commendavit; & a die adventus ſui uſque ad præſens pietatis veſtræ præconia enarrare, & Eccleſiæ manifeſtare vulnera, & eorum medelam exigere non deſtitit. Nunc vero quoniam iſte unus ex illis eſt, qui poſtquam lupus factus eſt paſtor, continuo diſperſi, & a vobis pie omnia regentibus iterum congregati ſunt, revocetur & ipſo petimus, & in mandra Fidelium omnium a clementia veſtra locetur, & inter lætantes pios filios paterno affectu poſt longæ captivitatis reverſionem connumerari mereatur, & ob amorem Dei, & protectorum veſtrorum Principum Apoſtolorum honorem, a quorum regimine proficiſcitur, manſuetudinis veſtræ auxilia ſentiat, & poſt turbationem, ſerenitatem, poſt tempeſtatem, tranquillitatem, poſt multa adverſa, optatæ proſperitatis affectum, quatenus qui per patronorum veſtrorum interceſſiones, Principum videlicet Apoſtolorum Sedem remittitur, & quorum Principatum pro Eccleſia veſtra, quæ valde fluctuat, die ac nocte interpellare per multa curricula non ceſſavit: a miſericorde Deo, quem in famulis ejus honoratis, & hic vobis felicitas continua, & inimicorum ſubjectio, & in futuro æterna gloria & infinita præmia, inſuper & Regnum cœleſte cum ſempiterna vita præſtetur. Optamus Imperium veſtrum a Chriſto & nunc & ſemper valere, o ſpiritualis & dilecte fili. Data Kal. Auguſti, Indictione prima.* Hæc ad Imp. Hadrianus.

Quod autem (ut vidimus) rumore ſparſo eumdem Hadrianum Acta Nicolai Papæ caſſa redditurum, & Ignatius Patriarcha ſubſtiterat, nec ex more litteras ad ipſum miſerat: hac de cauſa ad eum Hadrianus ipſe reſcribens, illum eo nomine reprehendit. Litteræ ſic ſe habent (b):

(b) Ex Act. 7. Oct. Synod.

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, honorabiliſſimo fratri & conſacerdoti noſtro Ignatio ſanctiſſimo Patriarchæ Conſtantinopolitano.*

XLII. Hadriani epiſtola ad Ignatium.

*Convenerat ſanctitatem tuam, licet nos ad ſui adiutorium primum minime provocaverit, ſaltem nunc ſuper reſtitutione ſua, quæ facta dicitur, lætificare nos anhelans, proprias nobis litteras deſtinare. Verum licet hoc minus ſtuduerit agere, ſaltem gratiam divinæ miſerationis, quæ in te mirabiliter operata eſt, non taceres: Secretum enim Regis (ſecundum quod ab Angelo Tobiæ (c) dicitur) celare bonum eſt; opera vero Dei enarrare mirificum. Veruntamen conſolatur nos conſcientia, quæ non tantum nos, quantum Apoſtolicæ memoriæ deceſſorem meum beatiſſimum Papam Nicolaum non tam pro te, quam pro charitatis cuſtodia decertaſſe teſtatur (d). Si enim qui diligunt nos, tantum dilexerimus, quam mer-*

(c) Tob. 12.

(d) Matt. 5.

PAGIUS *Eccleſiæ te ſacraria injeciſti? Omnia ſuſdeque habes. Naturæ autem tuæ corruptiſſimæ, quidquid ſine fructu & inutile adhærebat, in fecundiſſima Chriſti Eccleſia & liberis quamplurimis ſata, ſummam per impudentiam inſerere voluiſti, &c. Cum vero malorum omnium Architectum illum, una cum ipſius portis (quarum fortaſſis tu una es, cum in ſolidum ipſi os, linguam, vocem conceſſeris), & omnes ipſius, exercitus invalidos, & nihil agentes contra Eccleſiam, Chriſtus ipſa Veritas nobis confirmaverit: quouſque tu de impudentia tua nil remittis?* &c.

*mercedem habebimus? At quoniam frater noſter es, ſi viderimus (a) te neceſſitatem habere, & clauſerimus viſcera noſtra a te, quomodo, charitas Dei manet in nobis? Igitur ſcito, quia in his, quæ deceſſor meus ſanctæ memoriæ Papa Nicolaus pro perſona tua, & his, qui tecum in tribulationibus non defecerunt, inſuper & pro Eccleſia Conſtantinopolitana plurimum laborans, ſtatuit & definivit: & nos ſimiliter manemus & permanebimus; & ſicut ipſe ad horam mortis ſuæ uſque tam pro te, quam pro his, qui tecum ſunt, in præfata Eccleſia ne quidquam ceſſavit procurans; ita & nos auctore Deo, uſque ad finem in opere pietatis hujus nulli torpori dabimus operam. Debemus enim ipſius ſequi laborem, cui gratia Dei ſucceſſimus in honore.*

(a) 1. Jo. 3.

XLIII. Commendat Theognoſtum.

*Præterea communem filium Theognoſtum reverendiſſimum Exarchum & dilectum nobis, ecce ad vos tranſmiſimus. Qui ex perſequentibus æmulatoribus tuis illinc nudus ſalvatus, quin, & mutato habitu vix huc pertingens, vitam lucratus eſt; deinde apud Memorias Apoſtolorum per ſeptem ferme annorum curricula, ut hoſpes & advena demoratus non tantum propriam miſeriam, quantum ſanctitatis tuæ preſſuram, & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ calamitates pene inceſſanter deflebat; ita ut non ſolum ante jam dictum deceſſorem meum, ſed me poſtea nocte & die indeficienter erigere, & pro ſtatu tantæ Eccleſiæ & erectione, noſtra crebris ſuaſionem ſtimulis latera percutere, & quemadmodum Angelus quondam (b) Surge Petre, accipe fortitudinem ad ſalvandas gentes, per ſingulos dies nobis dicere non ceſſaret, quouſque auditum, Deo præſtante, ſuſcepit, quod ardenter ſemper in pectore bajulabat. Qua de re, frater dilectiſſime, ſanctitati tuæ hunc commendantes, rogamus, & deprecamur, quatenus circa ſe ſentiat beneficii tui propoſitum; & ſicut veſtræ factus eſt communicator paſſionis, ita ſit & conſolationis: etenim dignus eſt operarius mercede ſua. Non autem ſolum ut familiaris noſter factus, ſed ut a Sede Principis Apoſtolorum ſuſceptus, hic debet ob amorem ejus non qualemcumque in conſpectu ſanctitatis veſtræ gratiam invenire. At vero ſi ad Apoſtolicam Sedem quoſdam mittere diſpoſueris: hunc ſpecialiter volumus præ cæteris mitti, ut de proſperitate tua, quemadmodum & optamus, gratificari, & diſpoſitionem & ordinem & cauſam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſecundum diligentiam, quam de omnibus nos Eccleſiaſticis negotiis certiſſime ſcire velle cognoſcit, Apoſtolatui noſtro referre maturet.*

(b) Act. 12.

XLIV. Commendat Euthymium.

*Commendamus autem ſanctitati veſtræ Euthymium glorioſiſſimum Spatharium, qui Romam Imperialem ferens legationem, primus nobis, & Eccleſiæ noſtræ de fraternitate veſtra annuntiavit, & divinam circa te miſericordiam, & ſanctitatis tuæ recuperationem innoteſcens, omnes gratulabundos effecit. Pro quo rogamus, ut & iſte ſentiat in opportunitate præſidium veſtrum, & effectu amoris noſtri protectionis veſtræ ſolamina conſequatur. Optamus tuam ſanctitatem & nunc & ſemper bene valere, dilectiſſime frater & comminiſter. Data Kalend. Auguſti Indictione prima.* Hæc Hadrianus.

Photius audacior depreſſus conſurgit.

At quid inter hæc Photius ita (ut audiſti) humi depreſſus? Amicorum infidam fidem accuſat, queritur, lamentatur, tamquam ſi injuſte pateretur ut innocens, & non de alieno, ſed de ſuo eſſet throno depoſitus: lingua non hæret, calamo non parcit, utroque pollens, utroque procax. Inter alia autem reperitur queſtus eſſe de Joanne Patricio Sacellario, cujus tunc apud Imperatorem Baſilium ſumma erat gratia, cum potentia. Ad hunc iſta ipſe Laconice, ſed ſalibus Atticis aſperſa ſimul ſcripſit:

*Photius Joanni Patricio, & Sacellario.*

XLV. Photii ad Joannem Patricium epiſt.

*Velim quidem mihi adiungere amicum, a quo nec ullum aſſequar ſuperborum & excelſorum beneficiorum; nec mihi timeam, nequando adverſans, tamquam ventus ea ſimul abſtrahat, quæ amiſſurum me, ne in ſomnis quidem putaveram. Unde igitur ad hanc decidi voluntatem? Facta tua, qui aliquando diligebas, huc nos adduxerunt.* Hæc ad eum Photius. Quam quidem epiſtolam una cum aliis pluribus acceptam ex Sfortiana Bibliotheca Petrus Morinus in Latinum vertit.

His autem acceptis a Photio litteris Joannes Patricius, hominis admiratus audaciam, frontemque perfrictam, dum alteri tribueret, quod ſua ipſius culpa accideret, ut ſede pelleretur, quam invadens diu mala fide ut fur & latro poſ-

ſe-

PAGIUS &c. Vides Auctorem Epiſtolæ, *Joannem* nempe *Sacellarium* ubique metaphoris uti, & *Photium* juxta priores vocare virum corruptiſſimæ naturæ, comparare eum inferno, & inferni portis & quam debilis & infirmus adverſus Eccleſiam eſſet, inculcare. Non eum itaque eunuchum fuiſſe indicat, quod & revera ex tot adverſariis nullus ei unquam objecit. Verum negare Epiſtolam illam *Photio* datam, & hunc illegitime in Eccleſiam Conſtantinop. intruſum, quod utrumque Montacutius præſtat, nimium eſt ſtudere viro tot malorum auctori.

Ad



ſederat: amariores ad eum litteras reddidit, quibus ejus ſugillavit audaciam, ac repreſſit ſuperbiam atque temeritatem, quod cum eſſet eunuchus, auſus eſſet ſedem alterius invadere & poſſidere. Quæ ſic ſe habent:

*Joannes Patricius Sacellarius Angariorum Photio.*

XLVI. Joannis Patricii ad Photium epiſt.

(a) Deut. 23.

*Ex his arguitur Photius ejus generi eunuchus, fuiſſe qui prohiberetur fieri Epiſcopus, de quo in dicto Canone Niceni Concilii agitur. Concil. Nicæn. c. 1*

*Attidi quidam te comparant, gallum vocantes Græcorum ſophiſtæ. Noſtri vero ſapientes in Gynecæo te clauſum collocant, eunuchum te eſſe non ignorantes, & hoc nomine appellantes. Unde igitur tu neglectis (a) utriuſque generis legibus, ad Eccleſiæ Dei ſacramenta proſiliiſti, ſurſum atque deorſum omnia evertens, ut tuam corruptam, & infructuoſam & inutilem conditionem in Eccleſiam Chriſti fœcundiſſimam, & multorum filiorum matrem intrudere contenderis? Sed certo ſcio, quod inferis ipſis & inferorum portis per ea, quæ perperam agis, turpiorem & inverecundiorem te ipſum demonſtraſti. Quod vero tu imbellis: nos & qui nobiſcum eſt numerus & ſanctus chorus, tuo licet malo & gravi dolore, te confundemus & arguemus etiam ſi tecum ſumas opificem illum omnium malorum cum ſuis inferorum portis, quarum una es tu fortaſſe, dum totum videlicet os tuum & linguam, vocemque tuam ipſi es largitus; univerſam tamen ejus cohortem ignavam, & imbecillem contra ſuam Eccleſiam Chriſtus ipſe, qui veritas eſt, demonſtrabit. Quouſque igitur non deſiſtes turpiter agere, & in cœlum inſaniæ tuæ ſagittas cum magna amentia jaculari? Quibus rebus vel dæmoniis ipſis tuis ſociis riſum moves. Contra vero, Sanctis pro tuo interitu mœſtitiam præbes, & tuum genus nunc longe magis quam antea exoſum, & execrandum tua reddis pravitate.* Hucuſque ipſius Joannis Patricii ad Photium epiſtola a Federico Metio Epiſcopo Thermularum Latinitati donata, quam neſcio quomodo inverſo titulo cuſam videbis inter alias Photii epiſtolas una cum ipſius Bibliotheca, nempe ut a Photio data habeatur Joanni Patricio, cum ex argumento ipſius & perſona Photii eunuchi non ab ipſo, ſed ad ipſum ab eodem Joanne fuiſſe ſcriptam, nemo jure poterit dubitare:



XLVII.

At quid ipſe his ſtimulis cruentatus? num quievit? minime gentium. Sed licet ſciret durum eſſe contra ſtimulum calcitrare, non deſtitit tamen, aculeatas reddens litteras, quibus inurens ipſi notam arreptæ tyrannidis, cum Baſilio Imperatori ſtuduiſſet; atque ejus ruinam pariter vaticinans, ita breviter, ſed acute admodum ſcripſit:

*Photius Joanni Patricio, & Sacellario.*

Rurſus Photius ad Joannem Patricium.

*Admodum pulchre quidem ac intelligenter ſe habere videtur vetus proverbium: In arborem, quæ vocatur tyrannis, multos aſcendiſſe, neminem vero deſcendiſſe, ſed inde corruiſſe omnes. Quod ſi ita eſt: quid tibi places, & exultas? Qui ne quidem in ejus ramis, gravis omnibus, arrogans ac tumens, ſed in foliis inſipienter veheris.* Hæc ad Joannem Patricium & Sacellarium Photius: quam quidem epiſtolam pariter ex Bibliotheca Sfortiana una cum aliis acceptam Morinus convertit in Latinum. At modo de Photio nobis ſatis, ad ipſum iterum reverſuris anno ſequenti.

XLVIII.

Contigit hoc anno, menſe Julii, Lo-



tha-

PAGIUS IX.

*Lotharius Rex Hadrianum PP. in monte Caſſino convenit.*

Ad num. XLVIII. & ſeqq. Baronius mortem *Lotharii* Regis hoc anno conſignat, quod Regino mortem Nicolai Papæ cum præſenti alliget, & tamen Lotharius nonniſi anno qui mortem Nicolai ſecutus eſt, Romam venerit, & mortuus ſit; verum Lotharii mortem anno ſequenti contigiſſe docent Auctor brevis Chronici S. Galli Lambertus Schafnaburgenſis, Annaliſta Hildesheimenſis, Hermannus Contractus, & alii. Erravit itaque Regino in anno emortuali Nicolai, & in narratione profectionis Romanæ Lotharii, ut auctoritate Hadriani Papæ *Vvaldradam* reſumere poſſet, quæ ideo nobis ex Annaliſta Bertiniano referenda. Is ad annum DCCCLXIX. hæc habet: *Lotharium mittens ad eum* (nempe ad Carolum Calvum patruum), *ſed & ad Ludoicum* (Germaniæ Regem Caroli fratrem) *petiit, ut in ſuo regno nullum ei impedimentum facerent, donec ipſe Roma rediret. A Carolo autem nullam firmitatem accepit. Sed a Ludoico, ſicut dicitur firmitatem inde ſuſcipiens, Romam perrexit, locuturus prius cum Ludoico fratre ſuo Imperatore: ut hunc ſi poſſet, per eum apud Hadrianum Papam obtineret, quatenus Teutbergam eiiceret, & Vvaldradam reſumeret. Ipſamque Teutbergam poſt ſe Romam ire præcepit. Sed, ut dicebatur, Ludoicus Imperator ab obſeſſione Sarracenorum pro fratris ſui petitione non debuiſſet diſcedere, cui amplius quam ducentas naves Rex Græcorum* (nempe Baſilius Imp.) *in auxilium contra eoſdem Sarracenos feſtinato mittebat. Lotharius iter, quod tempore inconvenienti, ſcilicet menſe Junio cauſa uxorum ſuarum in parte Romæ cœperat, contendens perficere, uſque Ravennam venit ubi Miſſos fratris ſui* (nempe Ludovici Imp.) *obvios habuit, per quos ei contradixit, ut nec in antea procederet, nec diutius in eodem regno immoraretur, ſed ad ſuum regnum rediret, & tempore commodo & opportuno loco ſimul convenirent, & de quibus vellet cum eo ſatageret. Lotharius autem Romam rediens a latere ad ſuum fratrem* (nempe Ludovicum Imp.) *in Beneventum uſque pervenit, & apud eum per Engelbergam* (Imperatricem) *multis petitionibus & muneribus; atque inconvenientiis obtinuit, ut ipſa Engelberga cum eo uſque ad monaſterium S. Benedicti, quod in monte Caſſino ſitum eſt rediret. Quo etiam Hadrianum Papam eidem Engelbergæ, & ſibi ex juſſione Imperatoris venire fecit, & apud eum, datis illi multis muneribus, per ipſam Engelbergam obtinuit, ut idem Papa illi Miſſam cantaverit, & ſacram communionem ac convenientia ei dona*

*ve-*

Lotharii Regis Romam adventus.

tharii Francorum Regis adventus in Urbem, antea ( ut vidimus anno ſuperiori ) ſuis litteris ab Hadriano Pontifice impetratus. Quæ autem tranſacta ſint inter ipſum & Hadrianum, Regino ita deſcribit: *Lotharius Romam profectus eſt. Quo cum perveniſſet, ab Hadriano Pontifice honorifice ſuſceptus eſt. Qui ab eodem Pontifice ſciſcitatus, ſi monita pii Patris domini Nicolai cum omni vigilantia hactenus obſervata haberet, & præſtitum juramentum inviolato fœdere cuſtoditum? Qui ab illo deceptus, qui in veritate non ſtetit, qui non ſolum mendax eſt, ſed etiam pater omnis medacii, reſpondit, ſe ita omnia obſervaſſe, ac ſi divinitus ſibi eſſent imperata. Cumque proceres & optimates, qui cum eo venerant, eadem teſtificarentur, nec ulla oppoſita perſona inveniretur, quæ adverſus regiam auctoritatem legitimum auderet controverſiæ inire certamen: univerſalis Papa talia proſequitur: Si veſtræ teſtificationis verbis veritas ſuffragatur, cum omni alacritate mentis omnipotenti Deo multiplices gratiarum actiones referimus. Reſtat ergo fili chariſſime, ut ad Confeſſionem ſancti Petri accedas. Ibi Deo propitio hoſtiam ſalutarem pro tua non tam corporis, quam animæ incolumitate immolabimus; ex qua nobiſcum te participare oportet, ut per hanc participationem membris Chriſti, unde abſciſſus eſſe videbaris, merearis incorporari.*

XLIX. *Finitis igitur Miſſarum ſolemnibus, invitat ſummus Pontifex eumdem Regem ad menſam Chriſti; acceptoque in manibus corpore, & ſanguine Domini, ita eum alloquitur: Si innoxium te recognoſcis a probibito atque interdicto tibi a Nicolao adulterii ſcelere, & hoc fixa mente ſtatutum habes, ut numquam diebus vitæ tuæ Vvaldradæ pellicis tuæ dudum a te repudiatæ miſcearis nefario concubitu: fiducialiter accede, & Sacramentum ſalutis æternæ tibi ad remiſſionem peccatorum profuturum percipe. Sin autem tua conſcientia te accuſat, teque lethali vulnere ſauciatum, proclamat, aut iterum redire, mente diſponis in mœchiæ volutabrum: nequaquam ſumere præſumas, ne forte ad judicium, & condemnationem tibi adveniat, quod Fidelibus ad remedium præparavit divina providentia.*

Conteſtatio Hadriani Papæ ad Lotharium.

L. *Qui mente captus, obduratus & obcæcatus, abſque retractatione communionem corporis & ſanguinis Domini de manu Pontificis ſumpſit, non expaveſcens illam ſententiam, quæ dicit ( a ): Horribile eſt incidere in manus Dei viventis ( b ). Qui enim manducat, & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit. Deinde converſus idem Præſul ad ſequaces & fautores Regis, unicuique communionem obtulit in hæc verba: Si domino, & Regi tuo Lothario in objecto adulterii crimine favorem non præſtitiſti, neque conſenſum tribuiſti, & Vvaldradæ & aliis ab hac Sede Apoſtolica excommunicatis non communicaſti: corpus & ſanguis Domini noſtri JESU Chriſti proſit tibi in vitam æternam. Igitur quiſquis ſe læſum ſciens, auſu temerario communionem ſub tali conteſtatione porrectam ſumere præſumpſit, divino judicio percuſſus ab hac luce ſubtractus eſt, antequam ſubſequentis anni re-*

(a) Heb. 10. (b) 1. Cor. 11.

Vltio divina ſecuta deluſores.

PAGIUS

*verit. Si poſtquam Nicolaus Papa Vvaldradam excommunicavit, nullum cum ea contubernium, vel carnalis copula mercimonium, quin nec conloquium quoddam habuerit.*

X. *Sacram communionem ſub conditione a Pontifice accipit.*

*Ipſe autem infelix more Judæ ſimulata bona conſcientia, & impudenti fronte, eamdem ſacram Communionem ſub hac conventione accipere non pertimuit, nec recuſavit. Sed & ſui fautores cum eo ab ipſo Papa percepere Communionem. Inter quos & Guntharius, auctor & incentor hujus publici adulterii, communionem inter Laicos ab ipſo Hadriano Papa accepit, data illi prius coram omnibus profeſſione, „ quæ ita habetur „:* Profiteor ego *Guntharius* „ coram Deo & Sanctis ejus vobis Domino „ meo Adriano Summo Pontifici & Univerſa„ li Papæ, ac venerandis tibi ſubditis Epiſco„ pis, reliquoque Conventu quoniam judi„ cium depoſitionis in me a Domno *Nicolao* „ canonice datum non reprehendo, ſed humi„ liter porto. Unde nec ulterius ſacrum mi„ niſterium contingere præſumo, niſi per mi„ ſericordiam mihi ſubvenire volueritis. Nec „ aliquando contra Sanctam Romanam Eccle„ ſiam, aut ejus Pontificem, aliquod ſcanda„ lum, vel quidquam adverſi movere volo: „ ſed devotum me eidem ſanctæ matri Eccle„ ſiæ ejuſque Præſuli exhibere, atque obedien„ tem permanere proteſtor. Ego *Guntharius* „ huic profeſſioni a me factæ manu propria „ ſubſcripſi. Data Kal. Julii, Indictione II. „ in Eccleſia S. Salvatoris, quæ eſt in Mo„ naſterio S. Benedicti in Caſſino. *Accipiens autem iſdem Papa a Gunthario conſiſtente inter laicos hanc profeſſionem, relectam inter laicos ab ipſo publice coram omnibus, dixit illi: Et ego tibi concedo laicam communionem, ea conditione ut ita quandiu vixeris obſerves, ſicut modo profeſſus fuiſti.*

XI. *Pontificem Romam euntem proſecutus eſt.*

Conveniunt Annales Bertiniani cum Reginone, quem Baronius ſequitur, & cujus verba citat, in eo quod *Lotharium* cum ſuis ab Hadriano communione ſacra donatum memorant, ſed diſſentiunt in loco, Regino enim id Romæ; Annaliſta vero Bertinianus in monte Caſſino geſtum eſſe teſtatur. Sed Reginonem deceptum demonſtrat relata profeſſio Guntharii Archiepiſcopi quondam Colonienſis. Pergit Annaliſta Bertinianus: *Engelberga denique redeunte ad ſuum Imperatorem, Hadrianus Papa Romam reverſus eſt. Quem e veſtigio Lotharius eſt proſecutus. Et Hadriano Papa Romam ingrediente, Lotharius ad Eccleſiam B. Petri venit, ubi nullum Clericum obvium habuit: ſed tantum ipſe uſque ad ſepulcrum S. Petri cum ſuis pervenit: indeque ſelarium ſecus Eccleſiam B. Petri manſionem habiturus intravit, quem nec etiam ſcopa mundatum invenit. Putavitque in cra-*



*rediret principium; perpauci, qui ſe a communione ſubtraxerunt, vix mortis periculum evaſerunt. Porro Lotharius Roma egreſſus, morbo corripitur, & Placentiam civitatem perveniens, diem clauſit extremum ſexto Idus Auguſti. Tanta autem ſtrages in præfati Regis populo facta eſt, ut non peſte periiße, ſed hoſtili gladio corruiſſe virtus & nobilitas totius Regni videretur, quæ eo tempore tantæ fecunditatis erat, ut in morem denſarum ſegetum pullulans, veluti quoddam examen Imperii fines impleverit.* Hucuſque tragœdia Lotharii Regis infeliciſſimi a Reginone recitata, ſed male anno ſequenti errore ponens obitum Nicolai anno præſenti. Subdit vero, eodem quoque tempore contigiſſe in Italia obitum Theutgaudi Epiſcopi Trevirenſis, de quo nos ſuperius, & Guntharii Colonienſis Epiſcopi a Nicolao anathemate condemnatorum. De obitu & ſepultura Lotharii, paulo dilucidius habet Aimoinus hæc paucis ( a ) verbis: *Lotharius autem Roma lætus promovens, uſque Lucam civitatem venit, ubi febre corripitur, graſſante clade in ſuos, quos ſub oculis ſuis coacervatim mori conſpiciebat; ſed judicium Dei intelligere nolens, uſque Placentiam octavo Idus Auguſti pervenit, ibique Dominica die ſuperdiurnans circa horam nonam inopinato exanimis pene effectus eſt, & obmuteſcens, in craſtinum hora diei ſecunda moritur, & a paucis ſuorum, qui a clade remanſerant, in quodam monaſteriolo ſecus ipſam civitatem terræ mandatur.* Hæc ipſe, qui ſubiicit de theſauro erogato pro anima ipſius.

(a) Aim. l. 5. c. 21.

LI. Hic ecce finis Deum mendaciis eludentium, Sedemque Apoſtolicam fraudibus traducentium Principum, ut plane acciderit illis ſecundum illud ( b ): *Vidi eos, qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolos, & metunt eos, flante Deo periiſſe, & ſpiritu iræ ejus conſumptos.* Ita de Rege ipſo, & Principibus miniſtris ipſi pariter adulantibus, ultore numine, pœnas dantibus: etenim ſecundum illud Proverbiorum ſacrorum evenerat ( c ): *Princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes miniſtros habet impios.*

(b) Job. 4. (c) Pro. 29.

Quod autem audiſti, hoc anno inter alios, quos divina vindicta tetigit, defunctum in Italia Theutgaudum Trevirenſem Archiepiſcopum: audi quæſo, quæ de ipſo ſcripſerit Joannes diaconus hujus temporis auctor, qui præſens cuncta perſpexit ( d ): *Alio quoque, inquit, tempore Theutgaudus quondam Trevirenſis Epiſcopus, qui cum Gunthario Agrippinæ Coloniæ Epiſcopo a reverendæ memoriæ Nicolao fuerat ſacerdotali privatus officio, liberalitate Hadriani Pontificis in eodem monaſterio ſancti Gregorii ad Clivum Scauri manſionem ſuſcepit. Cui beatus Gregorius in ſomnis apparens, maximum terrorem quo de ſuo monaſterio egrederetur, incuſſit. Ille perpendens, viſum fuiſſe phantaſticum, oratione facta, rurſum dormire cœpit, cui Gre-*

(d) Joan. diac. Vit. S. Greg. l. 4. c. 94.

Theutgaudus eiicitur a S. Gregorio.





PAGIUS

*craſtina, ſubſequente videlicet Dominica ( nam ſabbato ad Baſilicam S. Petri pervenit ) ſibi cantari debere Miſſam. Sed a præfato Pontifice hoc obtinere non potuit* ( & tamen Regino ait Lotharium Romæ honorifice ſuceptum, & communione Corporis Chriſti refectum ). *Inde ſecunda feria Romam ingrediens in Palatio Lateranenſi cum ipſo Apoſtolico prandidit, & datis ei muneribus in vaſis aureis & argenteis, obtinuit ut ei ipſe Pontifex Leenam & Palmam ac ferulam daret, ſicut & fecit. Quæ munera ita ipſe & ſui interpretati ſunt, videlicet per Leenam de Vvaldrada reveſtiretur, per palmam victorem ſe in his quæ cœperat, demonſtraret, per ferulam Epiſcopos ſuæ voluntati reſiſtentes obſiſtendo obſtringeret.*

XII. *Subito moritur.*

*Sed aliter ab eodem Papa & Romanis fuere diſpoſita; nam idem Pontifex Formoſum Epiſcopum, & alium etiam cum eo Epiſcopos in has Galliarum partes mittendo diſpoſuit: ut cum pluralitate Epiſcoporum de his, quæ Lotharius petebat, tractarent, & illi Kal. Martiis quæ inventa forent, in Synodo renunciarent, quam Romæ in ipſis Kalendis Martii denunciavit. Quo etiam quatuor Epiſcopos ex regno Ludoici Regis Germaniæ, cum ipſius Legatis; & quoſdam Epiſcopos ex regno Lotharii, cum Epiſtolis ſuis hac conditione venire præcepit, ut quæ in Synodo vel examinanda, vel gerenda forent in perſonis aliorum confirmarent, tam ex Occidentalibus partibus, quam ex Orientalibus. Unde Miſſos ſuos quos nuper Conſtantinoplim pro contentione, quam Orientales cum Nicolao Papa habebant, miſerat, tunc venturos ſperabat. Lotharius vero Roma lætus promovens uſque Lucam civitatem venit, ubi febre corripitur; & graſſante clade in ſuos, quos in oculos ſuos coacervatim mori conſpiciebat, ſed judicium Dei intelligere nolens, uſque Placentiam VIII. Idus Auguſti pervenit. Ibique dominica die ſuperdiurnans, circa horam nonam inopinate exanimis pene effectus eſt, & obmutuit, atque in craſtina hora diei ſecundæ moritur: & a paucis ſuorum, qui a clade remanſerant, in quodam monaſteriolo ſecus ipſam civitatem terræ mandatur.* Auctor libri de Vita & Miraculis S. *Daicoli*, cujus fragmentum apud Ducheſnium Tom. III. legere eſt tam a Reginone & Annaliſta Metenſi, quam a Bertiniano diſcrepat in narratione receptionis Lotharii ab Hadriano Papa; verum Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. II. Diſſert. IX. num. XVIII. Scriptorem illum in pluribus falli demonſtrat. Porro corrigendus Annaliſta Fuldenſis, qui *menſe Julio* Lotharium mortuum tradit, ejus enim mors incidit in diem *VI. Idus Auguſti*, ut habent Regino & Annales Metenſes, qui erat feria ſecunda, ut notant Annales Bertiniani. Anno autem DCCCLXIX. feria II. incidit in diem VIII. menſis Auguſti.

XIII. Anno DCCCLIII. num. XII. & ſeq. verba fecimus de Synodo Romana, a Leone IV. *Hlotha-*

*Gregorius Pontificali habitu redimitus apparens: Nonne (inquit) dixi tibi, ut a monaſterio meo, quod in rebus propriis per invocationem ſancti Andreæ Apoſtoli Domino dedicavi, recederes, quia diverſorium fieri nullo modo licuiſſet? Cumque Theutgaudus hoſpitandi ibi licentiam ſuſcepiſſe ſe a Pontifice reſpondiſſet: Gregorius ait: Et tu qui petiſti, & ille, qui dedit, utrique contra Deum feciſtis, cujus vindictam citius incurres.*

LII. *Evigilans Theutgaudus, intremuit, & facta oratione, ſopori ſe reddere voluit, cum repente venientium ſonitum audiens vehementer expavit, ſeque dormire ſimulavit. Appropinquans ergo Gregorius, ſanctum Andream Apoſtolum per dexteram tenens, præcepit ſubdiacono, qui ſe præibat cum lumine, dicens: Corripe illum. Qui dum correptus in lectulo clauſis oculis reſediſſet, Gregorius ait: Aſpice in nos. Intuitus in eos Theutgaudus, magis intremuit, eumque ſibi taliter comminantem audivit: Quia ſecundo commonitus, verbis oris mei credere noluiſti, & me tua inobedientia adeo provocaſti, ut hunc Apoſtolum Dei huc fatigare ſtuduerim: ſcito cognoſcens, quia niſi hodie ab hoc monaſterio meo receſſeris, futura hebdomada cum tuis omnibus vita privaberis. Si vero receſſeris, ab hac quidem momentanea ſententia liberaberis: ſed neque tu, neque aliquis hic tecum degentium ſuam patriam revidebit. Mox Theutgaudus lectulo ſe proripuit, & primo ſuis, deinde monaſterii monachis, poſtremo quibuſcumque potuit, ſomnium revelavit. Et quia aliud hoſpitium citius a Pontifice impetrare non potuit, apud Sabinos concedens, eodem anno cum ſuis omnibus vita privatus eſt.* Hucuſque Joannes Diaconus de fine Theutgaudi, cui etſi Hadrianus ignovit, Deus non ita; quem diuturnæ contumaciæ voluit hic pœnam luiſſe.

*Theutgaudus una cum ſuis moritur.*

LIII. Idem autem Hadrianus Pontifex, audita morte Lotharii fratris Ludovici Imp. ne quæ ipſi Ludovico legitimo ſucceſſori deberetur hæreditas, ab aliis invaderetur, nempe a Carolo, vel Ludovico Regibus ejus patruis, ſcripſit epiſtolam ad Principes in Regno Lotharii conſtitutos, hortans eos fideles eſſe debere Ludovico Imperatori, cui ex legitima ſucceſſione Regnum competat, quæ ſic ſe habet a Fabro una cum aliis accepta:

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus primatibus & glorioſis Comitibus conſiſtentibus in Regno domni Hlotharii quondam magni Imperatoris & genitoris domini Hludovici Imperatoris.*

LIV. *Perfectæ proculdubio charitatis eſt bonum, ſecundum Apoſtolum, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Unde quia Hlotharius quondam Rex veſter divina de hoc ſæculo juſſione migravit: vos de obitu ipſius valde triſtes effectos & lugubri doloris ingentis amaritudine, utpote viros fideles repletos eſſe, cognoſcimus; carnalique affectu ejus nunc tranſitum flere: noſter non minus Apoſtolicus animus vobis compatiens & condolens, non ſolum pro actione illius Re-*

PAGIUS *Anaſtaſius Presbyter in nova crimina incidit.*

*tharii ac Ludovici Imperatorum anno Imperii eorum quinto & trigeſimo ſeptimo, menſe Decemb. die VIII. Indict. II.* ut in Actis dicitur, celebrata, in eaque *Anaſtaſium* tit. S. Marcelli Presbyterum Cardinalem depoſitum fuiſſe oſtendimus, quod Parochiam ſuam per annos quinque deſeruiſſet. Is hoc anno cum in nova crimina incidiſſet, rurſus damnatus eſt, uti nos edocet Annaliſta Bertinianus, qui ait: *quarta feria poſt initium Quadrageſimæ factione Arſenii filius ejus Eleutherius filiam Adriani Papæ ab alio deſponſatam dolo decepit & rapuit, ſibique conjunxit. Unde idem Papa nimium eſt contriſtatus. Arſenius ad Ludovicum Imperatorem pergens in Beneventum, infirmitate corripitur, & theſaurum ſuum in manus Ingelbergæ Imperatricis committens, & ut dicebatur, cum dæmonibus confabulans, ſine communione abiit in locum ſuum. Quo mortuo, Hadrianus Papa apud Imperatorem miſſos obtinuit qui præfatum Eleutherium ſecundum leges Romanas judicarent* (Ludovicus enim Imp. ſicut ejus Deceſſores Dominio Urbis potiebatur). *Iſdem vero Eleutherius conſilio, ut fertur, fratris ſui Anaſtaſii, quem Bibliothecarium Romanæ Eccleſiæ in exordio ordinationis ſuæ Hadrianus conſtituerat, Stephaniam uxorem ipſius Pontificis, & ejus filiam, quam ſibi rapuit, interfecit, & iſdem Eleutherius a Miſſis Imperatoris occiſus eſt. Hadrianus vero Papa congregans Synodum ſupradictum Anaſtaſium hoc modo, ſicut ſubſequitur, poſt damnationes in eum latas iterum condemnavit.*

XIV. *Iterum in Synodo Romana damnatur.*

Refert poſtea idem Annaliſta excommunicationem Anaſtaſio Presbytero a Leone Papa inflictam in locis publicis deſcriptam fuiſſe, eaque recitata ſubdit: *Poſt mortem vero jamdicti Leonis dignæ memoriæ Præſulis, ipſe anathematizatus atque depoſitus Anaſtaſius, ſæculari potentia rediens ab abditis, quibus ſicut fur latitaverat, locis diabolica fraude ſeductus inretituſque caligine, latronum more, hanc, quam non debuerat introire, Eccleſiam invaſit, velut ethnicus atque barbarus, ad perditionem ſuæ animæ atque periculum, hujus venerandæ Synodi cum ſuis nequiſſimis conſentaneis atque ſequacibus picturam deſtruxit, imaque dejecit. Quam beatiſſimus Papa Benedictus atque egregius reſtauravit, & lucifluis coloribus decoravit.* Deinde Annaliſta recitat ſententiam Hadriani Papæ adverſus eumdem Anaſtaſium latam, in qua ait, *Nicolaum* Papam eum in gremio Eccleſiæ recepiſſe, ſed ipſum deprædatum eſſe Patriarchium & furatum Synodales Scripturas ac beneficiorum ſuorum immemorem hominem ad Eleutherium miſiſſe exhortantem homicidia perpetrari, quæ & facta ſunt, ideoque ſe nihil in ejus anathemate vel cauſa adjungere, vel



*Regni atque ſalute, ſed etiam pro præſenti conſolatione veſtra, pro pace, concordia & unitate, quam vos ex toto corde ſequi, & fideli omnino devotione complecti, ceu Chriſti membra nullum habentia maculam, quæ inſtantem aut futuram mortis perniciem vobis poſſit inferre, incunctanter oportet, flebilibus Dominum precibus precati ſumus, & quotidie ſuppliciter exoramus, ut & illi, qui carnali obiit conditione, vitam perpetuam, & vobis miſericordiæ largitate conſolationis, pacis, & unanimitatis affectum & deſiderium inſpirare, donareque dignetur. Quoniam ipſe eſt, qui nos paterno amore virga juſtitiæ corripit, ac purgationis mœrore affligit, & ipſe in omni tribulatione noſtra clementer conſolari dignatur, ut poſſimus ſuſtinere, numquamque deficere.*

LV. *Quamobrem filii chariſſimi Apoſtolicæ Sedis magiſterio plurimum debentes nos, qui per ſupernam gratiam Apoſtolorum Principis fungimur vice, omniumque Eccleſiarum Dei curam & ſolicitudinem nobis a Domino præ cæteris delegatam habentes, antequam antiquus noſter adverſarius mentes veſtras occultis & impiis nequitiæ ſuæ verſutiis corrumpat, & morbo inſanabili ſauciet, armis præcincti divinis occurrere, ſalubribuſque vos informare præceptis debemus: quibus humiliter obedientes, ſicut omnes, qui ab initio Deo placuerunt, ſalvi eſſe poſſitis, dicente Domino in Evangelio (a): Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Quapropter charitatem veſtram, chariſſimi in Domino filii, Apoſtolica tuba monemus, & cœleſti magiſterio exoramus, ut pro Regni ſtabilitate vos nunc in ea fide mentiſque ſinceritate generaliter omnes ſatagatis conſiſtere circa dilectiſſimum & ſpiritalem filium noſtrum domnum Hludovicum Imperatorem Auguſtum, quam circa divæ memoriæ quondam Hlotharium Imperatorem patrem illius mundo pectore conſervaſtis, ut nullus mortalium, cujuſcumque ſit dignitatis & gloriæ, vos ab Apoſtolicæ Sedis præcepto monituque ſalubri poſſit, modis aut argumentis quibuſlibet revocare, vel a via veritatis in obliquum deflectere, nec ullius præcepta magis, quam beati Petri Apoſtoli, per os noſtrum prolata, vobiſque utiliora jucundis percipere auribus ſtudeatis. Quoniam ipſi & paterno & hæreditario jure ſecundum legem, & rationem*

(a) Joan. 10.

PAGIUS

vel minuere, *niſi ut omni communione Eccleſiaſtica privatus exiſtat, donec de omnibus, quibus impetitur,* ſibi coram Synodo rationem ponat. *Prolata in conſpectu totius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ante hunc eumdem Anaſtaſium apud Sanctam Praxedem poſitum anno Pontificatus domni Hadriani Summi Pontificis & univerſalis Papæ I. per IV. Idus Octobris indictione II.* Legenda hæc Synodus Tom. VIII. Concil. pag. 129. & ſeqq.

XV. *Concilium VVormatienſe.*

Hoc etiam anno juſſu Ludovici Germaniæ Regis apud *Vvormatiam* Civitatem, *Indictione prima, XVII. Kalendas Junii*, ut in Præfatione dicitur, Synodus convocata, [1] in qua conditi Canones XLV. ex quibus notabilis eſt Canon XV. quo ſtatuitur, ut ad inquirendum furti auctorem in Monaſteriis, Miſſa ab Abbate, vel ab alio Presbytero, ejus juſſu celebretur, & ſinguli Monachi pro purgatione ſua Corpus & Sanguinem Chriſti percipiant, ut ita ſe innocentes oſtendant. Similis purgatio per Corpus Domini *Gerfredo* Monacho, qui *Adalgarium* Aeduenſem Epiſcopum veneno necaſſe dicebatur, indicta eſt Decreto Synodi Cabilonenſis anno DCCCXCIV. Hæc tamen diſciplina propter ſacrilegii periculum abrogata poſtea fuit. Hunc enim inquirendæ veritatis modum a *Roberto* Francorum Rege damnatum eſſe teſtatur Helgaldus in ejus Vita, in Epiſtola nempe ab eodem *Roberto* ad Leothericum Archiepiſcopum Senonenſem data. A *Gregorio* tamen VII. purgationem per Corpus Domini uſurpatam aſſerit Lambertus Scafnaburgenſis ad annum MLXXVII. ubi refert ipſum celebrando Miſſam, cum communioni proximus eſſet, Regem *Henricum* evocaſſe ad Altare, & manu præferentem Corpus Chriſti dixiſſe, *Ecce Corpus Dominicum, quod ſumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentia mea*, &c. Ita recte Canonem, de quo agitur, explicat Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. II. cap. IV. Art. XXIII. Legenda *Miſſa Judicii* in Gloſſario Franciſci Pithæi, in voce *Aquæ ferventis aut frigidæ Judicium*.

Hoc vel ſequenti anno, die incerto, obiit *S. Convvoio* Rotonenſis Monaſterii in Armorica ac Diœceſi Venetenſi ſiti Abbas, idque in XVI.

NOTÆ [1] VVormatienſis hujus Concilii ſubſcriptiones ex literis quibus Hereſienſis parthenii fundatio in eo Concilio confirmatur, exhibuit Mabillonius Annalium Benedict. to. 3. lib. 36. n. 93. ſed minus abſolutas. Literis enim illis ſubſcripta leguntur tantummodo nomina Epiſcoporum 17. item Bernardi Chorepiſcopi, & Abbatum quinque. Pleniores e MS. Vindebonenſi Codice vulgavit P. Hanſizius German. Sacræ tom I. pag. 161. apud quem ſunt nomina Epiſcoporum 21. Abbatum 7. Sed & quidam Epiſcopi apud Mabillonium leguntur, quorum nomina in Hanſizio deſunt, ut Altfridus Hildeneſhimenſis, & Bernardus Chorepiſcopus. Ex quo licet conjicere utrumque indiculum mancum eſſe, quanquam alterum ex altero ſuppleri utcumque poteſt. Animadverſione etiam dignum ducimus Concilii hujus canones nonnullos, ne verbis quidem immutatis, deſumptos eſſe ex Epiſtola Nicolai I. ad Carolum Moguntinum ejuſque Suffraganeos data, legenda in Collect. Monument. Martenii t. I. col. 149. Canones iſti ſunt XX. XXI. XXXIII. XXXIV. MANSI

*nem hoc Regnum debetur, & per paternæ hæreditatis ſucceſſionem ſummopere pertinet: quippe cum præfatus genitor illius quondam Imperator conſtituerit Imperatorem, Regnique totius hæredem præ cæteris ſublimaverit natis, ſicut Iſaac quondam Jacob filio ſuo benedicens, dominum (a) illum Eſau conſtituit; ita & huic cæteris prælato totum omnino eſt a patre conceſſum Imperium. Quin ipſe adhuc vivens, Imperiali voluit & conſenſit una vobiſcum ab Apoſtolica Sede diademate coronari, ſceptroque potiri ſine dubio Auguſtali permiſit. Ideoque nobilitatem veſtram monemus & obteſtamur in Domino, ut nullatenus ab eodem vos ſpiritali filio noſtro Auguſto, quibuſlibet promiſſionibus, vel minis alicujus ſeparare, dividereque tentetis: ſed illi quamdiu ſuperna vixerit voluntate, in omnibus veluti proprio Seniori, proprio Imperatori, juſtoque hæredi Regni obedire, fidemque illæſam more ſolito conſervare, ſtudioque ſagaci ſemper attendite, ut Dei omnipotentis & S. Petri gratiam noſtramque plenariam habere mereamini benedictionem, & Apoſtolicæ communionis conſortium.*

(a) Geneſ. 27.

LVI. Excommunicationem minatur Hadrianus Papa.

*Nam quem ex vobis contraria tentare nitentem, atque Apoſtolicæ Sedis monitis in contemptum B. Petri Apoſtoli cœleſtis Regni clavigeri ſpretis, ad aliam ſe partem conferre cognoverimus: velut infidelem & Eccleſiaſticæ paci & ſaluti contrarium a noſtri Apoſtolatus communione non ſolum alienum habebimus, ſed etiam anathematis vinculo, jure, meritoque alligare omnino curabimus: & nos ſe-*

PAGIUS

Moritur S. Convvoio Abbas Rotonenſis.

in Prioratu a Rotonenſi Monaſterio pendenti quo ante aliquot annos, Monaſterio ejus a Normannis Britanniam devaſtantibus everſo, ſeſe receperat. In eo Prioratu *Plebelamio* tunc appellato, hodieque dicto Monaſterio *S. Maxentii*, cujus corpus ibi adſervari dicitur, per aliquot annos manſit, *indeſinenter perenni oculorum imbre populi Chriſtianam ſtragem & patria ſua cladem, ut Hieremias in Lamentationibus Judaici regni exemplo deplorans*, inquit Auctor Anonymus qui incerto tempore Vitam ejus ſcripſit, Sæc. IV. Benedict. part. II. recitatam, in qua quidem nec annus, nec dies ejus mortis deſignantur, ſed ex iis, quæ anno ſequenti num. XXV. in medium afferemus, ejus mortem tardius non accidiſſe apparebit. Monaſterium *Rotonenſe* hactenus ſubſiſtit ſub Benedictina S. Mauri Congregatione, Sedi Apoſtolicæ proxime ſubiectum, adiunctum habens Oppidum, vulgo *Redon*, ut notat Mabillonius in Notis ad eamdem Vitam. Colitur *Convvoio* die V. Januarii.

XVII. Moritur S. Nicolaus Acæmetorum Archimandrita.

Obiit & Sanctus *Nicolaus Studita* Monaſterii Studii Conſtantinopoli Præpoſitus, cujus Vitam publicavit Combefiſius in Auctario Biblioth. Græco Lat. & poſt eum Henſchenius ad diem IV. Februarii. E ſuo Monaſterio ſe ſe fuga proripuerat, ut Photii congreſſum ac inſidias vitaret, ſed *poſt annos ſeptem* vinctus ad diem Monaſterium reductus, *in carcere ad biennium* detentus eſt. Barda & Michaele occiſis, *mox Baſilius Cæſar Romani Imperii ſceptra moderanda ſuſcipit, jubenſque ſacram fieri Synodum, poſt redditam Ignatio Pontificalem Sedem* Nicolaum obſecravit, *ut & ipſe monaſterii ſui curam reciperet, una ſecum obſecrationis interceſſorem Epiſcopum adhibens*. Verum cum hoc ab ipſo Imperator obtinere non poſſet, is *multa animi voluptate ab Aula remiſit: quamquam etiam ad ſe crebrius accerſebat, ejus impendio ſimplicitate affectus*, inquit Anonymus Studita in ejus Vita. *Eudociam* Baſilii Imp. uxorem, quæ in gravem morbum inciderat, & omni medicorum auxilio deſtituta erat, ſanitati reddidit; multaque miracula patravit. Tandem *animam tradidit abducentibus Sanctis Angelis anno vitæ ipſius ſeptuageſimo quinto, a mundi autem creatione ſexcies milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſexto, die quarto menſis imparis, prima Indictione, qui eſt Februarius*, ut habet idem Anonymus, ideoque hoc Chriſti anno quo annus ille Eræ mundanæ Conſtantinopolitanæ cum menſe Auguſto abſolvitur. Hæc Vita Baronii tempore non extabat, ſed Sancti Nicolai Archimandritæ Studitarum, Ordinis Acæmetorum, honorabilis mentio eſt in Epiſtola Nicolai Papæ a Baronio an. DCCCLXV. n. XCIII. recitata.

XVIII. Salomon Britanniæ Dux ob bellum Normannicum Rex dictus.

*Salomon* Minoris Britanniæ Dux Carolo Calvo, *mandavit*, inquit Annaliſta Bertinianus, *ut haud ipſe pergeret ad expugnandos Nortmannos qui reſidebant in Ligeri, quia iſdem Salomon cum valida manu Brittonum paratus erat illos aggredi tantum ut adiutorium ex parte Caroli haberet. Ad quem idem Rex præmittens Engelramnum Camerarium, & Hoſtiariorum Magiſtrum, atque a Secretis Conſiliarium ſuum, cum corona auro & gemmis ornata, ſed & cum omni paramento Regio cultu exculto, Carolomannum filium ſuum Diaconum & Abbatem, cum ſcara e veſtigio, ſicut Salomon ei mandaverat, miſit: & inde Audriacam villam gratia venandi perrexit. Scara quæ cum Carolomanno a Carolo Rege trans ſequanam miſſa, terram quidem vaſtavit, ſed nullius utilitatis effectum ex Nortmannis ad quos reſiſtendum miſſa fuerat, faciens, jubente Rege Carolo rediit; & ſic unuſquiſque ad ſua perrexit. Pictavenſes autem vota facientes Deo & S. Hilario, tertio eoſdem Nortmannos fuere aggreſſi, quorum plures occiderunt, cæteros vero in fugam miſerunt: & de omni præda, excepta voluntaria oblatione decimam Sancto Hilario contulerunt.* Erravit itaque Auctor Vitæ S. Convvoionis Abbatis Rotonenſis, qui ait: *Salomon Rex appellatur, non quod revera eſſet, ſed quia circulo aureo & purpura conceſſione Caroli Auguſti utebatur, idcirco hoc nomine cenſebatur*. Id enim hoc anno factum, & Carolus Calvus non niſi poſt Salomonis mortem Imperator renunciatus. Porro Regis nomen a Carolo hoc anno Salomoni duntaxat, iiſque qui ſuperſtites tunc erant, conceſſum fuiſſe eruitur ex Capitulari LIII. ejuſdem Caroli anno DCCCLXXVII. edito, cap. XXIII. in quo ipſe jam Imperator ait: *Qualiter regnum quod neceſſitate Britonibus quondam juramento confirmatum fuerat, quia de illis quibus firmatum eſt nullus ſuperſtes eſt, a fidelibus noſtris recipiatur.* Quare cum Salomon, ejuſque filius anno DCCCLXXIV. ſublati fuerint, mandavit Carolus tunc Imperator, ut eo nomine impoſterum abſtinerent, quod factum eſt. Qui enim



*cundum Apoſtolicæ privilegium dignitatis & poteſtatis, ipſum excellentiſſimum ac ſpiritualem filium noſtrum dominum Hludovicum Imperatorem Auguſtum, Regni huius provinciæ, ſcilicet Galliæ totius Regem dominum & Imperatorem, ſicuti jam olim a Deo præordinatum eſſe conſtat, & ab anteceſſoribus noſtris ſacris Pontificibus ſtatutum multis videtur indiciis, habemus, & quouſque ſuperſterit ipſe, eum habere ſtudebimus. Quod ſane Regnum ſi tyrannis aliquis contra divinam & Apoſtolicam voluntatem invadere præſumpſerit: Apoſtolicæ ſine mora ſuſtinebit ultionis cenſuram. Optamus nobilitatem veſtram unanimi devotione conſiſtere, & in inſolubili charitatis vinculo manere conjunctos.* Hucuſque litteræ Hadriani Pontificis ad Regni proceres, qui inobedientes Pontifici de-

PAGIUS

nim poſt Salomonem Britanniæ præfuere, non Reges, ſed Duces appellati ſunt.

XIX. Sævientibus Normannis in Burgundia Reliquiæ S. Viventii transferuntur.

In Vita S. *Viventii* Presbyteri Auctore Anonymo poſt ſæculum X. ſcripta, & a Bollando ad diem XIII. Januarii quo Viventius Vergiaci in Ducatu Burgundiæ ſiti colitur, recitata, cap. VIII. legitur, *Normannis* hoc anno Eccleſias & ſepulchra Sanctorum evertentibus, innumerabilia Sanctorum Confeſſorum & Martyrum corpora a propriis mauſolæis a fidelibus ſublata eſſe, & ad alias Provincias delata; tuncque Reliquias Sancti *Viventii*, cui Sanctus *Hilarius* in Pictavenſi territorio caſtellum dederat, in quo eæ quieſcebant, cum aliis Sanctorum pignoribus ad Arvernenſem Urbem, cujus Epiſcopatum regebat *Agilmarus*, deportatas fuiſſe. Ibi reliquiæ & Monachi, qui eas comitabantur collocatæ ſunt in fundo, quod *in Burgundiæ partibus in Comitatu Amauſo, ſex millibus ab Arari flumine*, conſtruxerat. Quo loco a Normannis poſtea everſo Vergiacum Manaſſes Comes circa annum DCCCCXXIV. fundavit, & amplis poſſeſſionibus dotavit, S. Viventii & aliorum Sanctorum Reliquiis in locum illum tranſlatis. Ab eo tempore *Viventius* Vergiaci in magna veneratione fuit. Mortuus eſt Sanctus Presbyter circa annum CDXIII. & tempore S. Hilarii Pictavienſis Epiſcopi floruit, ut in ejus actis habetur.

XX. Normanni a Regno Merciæ recedere coacti.

*Normanni*, qui anno ſuperiori Eboracenſium fines cæde & incendio fœdarant, præſenti in Mercios feruntur, ubi Civitate & arce Nottingamienſi potiti, hyemare conſtituunt. *Burrhebedus* Merciæ Rex Ethelredo Occident-Saxonum Rege ejuſque fratre *Alfredo* ſeu *Alvredo*, quorum ſororem duxerat, cum magnis viribus ad Urbem accedit; ſed Normanni caſtro muniti, nec allici ad pugnam, nec arce exturbari potuere. Ad honeſtam tamen pacis conditionem venire coacti ſunt, & Urbe ac omni Provincia ceſſere, ut narrat Ingulfus, qui refert poſtea Chartam donationis Monaſterio Croylandiæ a Burrhedo Rege factam, in cujus fine legitur: *Iſtud Regium chirographum meum anno Incarnat. Domini noſtri Jeſu Chriſti octingenteſimo ſexageſimo octavo, Kal. Auguſti apud Snothryngham coram fratribus & amicis & omni populo meo in obſidione Paganorum congregatis Sanctæ Crucis munimine confirmavi*. Tum poſt ſubſcriptiones: *Ego Beorredus Rex Merciorum intimo animi affectu, totiſque præcordiis gratias exolvo ſpeciales omni exercitui meo, maxime tamen viris Eccleſiaſticis, Epiſcopis & Abbatibus aliis etiam inferioris ſtatus & dignitatis; qui licet piiſſimæ memoriæ Rex quondam Ethelvulphus pater meus per ſacratiſſimam chartam ſuam, ab omni expeditione militari vos liberos reddiderit, & ab omni ſervitio ſæculari penitus abſolutos, digniſſima tamen miſeratione ſuper oppreſſiones chriſtianæ plebis, Eccleſiarumque, ac monaſteriorum deſtructiones luctuoſas beniginiſſime compaſſi contra nefandiſſimos Paganos in exercitum domini prompti & ſpontanei convenistis, ut tanquam Martyres, Chriſti cultus ſancto ſanguine veſtro augeatur, & Barbarorum ſuperſtitioſa crudelitas effugetur*. Ita habetur pag. 14. Ingulfi nuper Oxoniæ integri publicati. Idem habet antiquus Chronographus Saxo, aliique Hiſtorici Angli. Baronius tamen qui in Codicem Ingulphi, in quo annus Incarnationis non exprimitur, inciderat, hanc donationem cum anno DCCCLXXIV. ut ibidem n. III. videre eſt copulavit.

XXI. Græci conſilium ineunt de Saracenis Bario pellendis.

Porphyrogenneta in Vita Baſilii Imp. avi ſui n. LV. refert, *Saracenos*, Raguſio pulſos adhuc in Italia fixo pede, continue eam incurſaſſe, *centum quinquaginta munitis oppidis qua ſpontanea deditione, qua obſidione uique in poteſtatem ſuam redactis*, & Imperatorem hæc audientem valde animo diſcruciatum fuiſſe exiſtimantem quæ Ragufinorum cauſa gentiſque omnis Dalmatarum miſſæ fuerant copiæ, *Niceta Oorypha Patricio* ductore, adverſus tantam Barbarorum multitudinem haud ſatis pares eſſe. Quare *prudenti conſilio inito ad Ludovicum Franciæ Regem & ad Romanum Antiſtitem Legatos mittit, ut ab ſe Miſſis copiis opem ferant, ac cum eis adverſus Agarenos Barii ſedes habentes pugnam inſtruant; jubens ut Sclavenorum gentes inſtitutum ſuum juvent, tranſmiſſo Raguſii incolarum ope ſuiſque ipſorum navigiis, Dalmatarum mari. Hac modo coniunctis viribus ingens contractus eſt exercitus, quodque Romanæ claſſi Præfectus longe omnibus ſolertia ac fortitudine præſtaret, Barium brevi capitur*. Hæc Porphyrogenneta, qui idem narrat lib. II. de Them. Them. XI.

XXII. Fœdus cum Francis ſanciunt.

Verum magis oratorie, quam hiſtorice loquitur inclytus Imperator; *Barii* enim Oppidi munitiſſimi obſidio hoc & ſequenti anno continuata, nec illud ante annum DCCCLXX. expugnatum. Præterea Ludovicus II. Occidentis Imperator, quem ipſe, Deceſſorum ſuorum more vocat tantum τὸν Ῥῆγα Φραγγίας, ideſt, *Regem Franciæ*, jam ab anno DCCCLXVI. *Barium* obſidione cingebat, & varia ex centum illis & quinquaginta caſtris a Saracenis occupatis in poteſtatem redegerat, tam hoc quam duobus ſuperioribus annis. Inſuper *Ludovicus* Aug in Epiſtola ad Baſilium Imp. data, & a Baronio anno DCCCLXXI. n. LI. & ſeqq. recitata queritur domus Sclavorum ſuo Imperio ſubditorum direptas fuiſſe: *Non enim congrue geſtum eſt, ut iiſdem Sclavinis noſtris cum navibus ſuis apud Barim in procinctu communis utilitatis conſiſtentibus, & nihil ſibi adverſi imminere putantibus, tam impie domus quoque ſuæ diriperentur*. Quare Sclavi ſeu Croati maritimi Ludovico Imp. ſubditi, cum ſuis navibus ad Barium oppugnandum cum cæteris Croatis & Dalmatis Baſilio Imp. ſubditis convenerant; quod tamen Porphyrogenneta avo blandiens diſſimulat. Ludovicus Aug. in eadem Epiſtola num. LXV. reſpondet, hæc ad Ba-

deſciverunt a Ludovico Imp. legitimo ſui fratris ſucceſſore, & adhæſerunt Carolo Calvo ejuſdem Lotharii defuncti Regis patruo; cujus rei cauſa plurimum fuit ipſi Pontifici declamandum adverſus ejuſdem Regni Lotharii invaſores, ut ex ejuſdem Hadriani Papæ litteris apparet, quæ datæ habentur anno ſequenti, quas ſuo loco pro integra veritate hiſtoriæ conſequenda inferius recitabimus.

Se-

PAGIUS Baſilium Imp. qui queſtus fuerat de paucitate Francorum in obſidione Barii: *Cum diu demorante*, inquit, *ſtolo Fraternitatis tuæ* (ideſt exercitu navali) *& illius jam minime praſtolaremur adventum & in anno de obſidione Bari nihil omnino fieri putaremus: Omnes ad ſuas redire permiſeramus, his ſolum retentis, quod ad prohibitionem recipiendorum alimentorum ſufficere credebamus. Et hoc eſt quod ſtolus inſperatus apparens, nonniſi paucos noſtros invenerunt. Verumtamen iſti pauci, & adhuc pauciores quibuſdam horum diverſo languore gravatis, effecti, antequam Baris caperetur, tres Ammiredas, qui totam Calabriam, depopulabantur & numeroſam multitudinem Sarracenorum proſtraverunt, & magnam veſtratibus ſalutem divino beneficio contulerunt. Quare non ſolum Calabritanorum Iſmaelitarum ingens extunc facta eſt diminutio, ſed & Barenſium potentatus omnino diſſolutio, ac per id ad capiendum facilis adinventio.*

XXIII. Ad hæc in Excerptis Chronici S. Vincentii de Vulturno pag.695. apud Ducheſnium Tom. II. de ſecundo Barienſis obſidionis anno legitur: *Sequenti anno multis fultus auxiliatoribus* (nempe Ludovicus Aug.) *Barim perrexit ac cum ſæpe dicto Sangdan* (quem Porphyrogenneta Soldanum qui aliis eſt Seodanus appellat) *Auguſtalis exercitus pugnam commiſit, a quibus exuperatus, aufugit, amiſſa non modica parte ſui exercitus. De hinc omnia eorum ſata circumquaque comburens Materem adiit, quam ſine mora igne cepit. Tunc venit Venuſiam, caſtra metatuſque in ea, cœpit renovare, & Barim hinc inde graviter expugnans demolitus eſt, poſitoque præſidio pugnatorum in Canuſia præcipue eos cornibus ventilabat*, &c. *poſt hac iterum itum Orientanam in urbem. Sicque reverſus eſt Beneventum, atque annuente ſibi dextera ſuperna, cum jam ad extremitatem maximam perveniſſent Sarraceni, miſſo exercitu Barim cœpit*, anno ſcilicet DCCCLXX. Hæc etiam aliaque plurima a Francis, poſtquam fœdus cum Græcis ſanxere, geſta Porphyrogennetus ſilentio obvolvit. *Victoria Francorum de Saracenis.*



I. Legatio a Papa miſſa Conſtant. SEquitur Chriſti Redemptoris annus octingenteſimus ſexageſimus nonus, Indictione ſecunda inchoatus, quo Hadrianus Papa ad celebrandam Synodum Oecumenicam Legatos Conſtantinopolim mittit. De his enim hæc apud Anaſtaſium in Hadriano: *Poſt hæc cum epiſtolis deceſſoris ſui, ſicut ab eo fuerant ordinati, Donatum Epiſcopum Oſtienſem, & Marinum diaconum Conſtantinopolim deſtinavit: quibus ejuſdem epiſtolas ſuo tantum nomine titulatas, ſed & commonitorium dedit; his autem & Stephanum Nepeſinum Epiſcopum ſociavit, eiſque præcepit, ut omne ſcandalum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſolerter ſopirent, & ſegregatis a Methodio, & Ignatio ſub ſatisfactione libelli, quem de ſcrinio ſuſceperant, proprias Eccleſias redderent; Photianis vero ſub eadem & ſtrictiori ſatisfactione communicarent quidem, ſed ſacerdotium uſque ad recidivam Apoſtolicæ Sedis ſententiam, manente ſanctiſſimi Nicolai Papæ judicio, protelarent.* Sed reddamus hic appoſite epiſtolam Hadriani Pontificis ad Baſilium Imper. de cogenda Synodo per eoſdem Legatos miſſam ex Actis ejuſdem Synodi Octavæ (*a*) acceptam, quæ ſic ſe habet:

(*a*) *Synod. Oct. Act.* I.

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Deo amabili & piiſſimo Imperatori Baſilio Auguſto Chriſtianiſſimo & deſiderabiliſſimo filio.*

II. Epiſt. Hadriani ad Baſil. Imp. pro Synodo. *Legationis excellentiæ tuæ præſtantiſſimos gerulos ad anteceſſorem meum Apoſtolicæ recordationis Papam Nicolaum deſtinatos, nos licet indigni ſuſcepimus, innumeraſque laudes, & gratiarum actiones tota mente, totaque prorſus intentione Deo perſolvimus. Nimirum qui facit magna & (b) inſcrutabilia, quorum non eſt numerus; quique omnia jura Regnorum, omniumque continens poteſtatem, his tuum diebus ſuſcitavit cœlitus protectum Imperium, per quod Apoſtolica Sedes, ipſo auctore, cœptum pro Eccleſia Conſtantinopolitana pietatis opus conſummaret, & ejus jam jamque removens funditus caſum, inſtauraret tamdem aliquando gratulabunda, qui male ceciderat, ſtatum, & mercenario, quinimmo lupo rapace non parcente gregi penitus ſequeſtrato, rectorem ei redderet proprium, & paſtorem reformaret legitimum. Igitur, o quam vobis eſt illa laudabilis, & ab omnibus veneranda; quam, inquam, eſt Sedes Apoſtolica laudabilis, & merito a cunctis mortalibus efferenda, quæ ſemper Catholicis ſubvenire conſuevit; quæ ſemper gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus non ceſſavit!*

(*b*) *Job.* 9.

III. Commendatio rerum geſtarum a Baſilio Imp. *Sed & tu, felix Imperator, & multis præconiis dignus qui verborum ſemina divinorum, non ut ager petris, aut ſpinis, aut vepribus occupatus, ſed ut terra bona, corde bono ſuſcipiens fructum multiplicem attuliſti, & quaſi verus Eccleſiaſtes, mox perceptis habenis Imperii, Eccleſiæ paci conſulere magis, quam ad cæteras res humanas attendere procuraſti, ac per id alter quodammodo Salomon, id eſt, Pacificus, temporibus noſtris apparuiſti, audiſti quippe verba Dei Patris tui, & non dimiſiſti legem Matris tuæ. Adeo ut quæ deceſſori tuo pro ea ſuggerebantur, ipſe feceris. Et quia, ſecundum (c) Scripturam, nemo eſt qui poſſit corrigere, quem Deus deſpexerit: Eo incorrecto divina permiſſione deficiente, ipſe correctiones ejuſdem Eccleſiæ operari ſatagis. Intellexiſti enim ut litteræ tuæ manſuetudinis innuunt, quibus vulneribus ſauciata, te cælitus conſecuto Imperium, quæ apud vos eſt, manebat Eccleſia, & quod hæc Sedes hujuſcemodi mederi poſſet vulneribus, ma-*

(*c*) *Eccl.* 7.

*Ann. Eccl. Tom. XV.* X gi-

PAGIUS SÆC IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCVII. Anno Hegiræ CCLVI. inchoato die 9. Decemb. fer. 6. A.C.869. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6362.

☉ 10. B. ☽ 15. P. 3. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 869.

HADRIANI II. PAPÆ 3.

LUDOVICI IMP. 21. 20. & 15.

BASILII IMP. 3.

ANum. I. ad XIII. Poſtquam anno ſuperiori *Hadrianus* II. Romæ Synodum adverſus *Photium* jam antea e Sede Conſtantinopolitana exturbatum celebravit, actaque omnia ab eo contra Romanam Eccleſiam in eadem aboleri decrevit, præſenti Synodum Generalem VIII. Conſtantinopoli congregari juſſit: *Volumus*, inquit in Epiſtola ad Baſilium Imperat. Actioni I. ejuſdem Synodi inſerta, *per veſtræ Pietatis induſtriam Conſtantinopoli numeroſum celebrari Concilium*. Illud tamen ipſummet *Baſilium* convocaſſe teſtatur Synodus de Baſilio Actione prima dicens: *Qui univerſalem Synodum congregans, quæ viſa ſunt Spiritui ſancto pie peregit*. Synodus numeroſa non fuit, omnes enim, qui *Ignatio* aut Romanæ Eccleſiæ adhærebant, *Photius* valde afflixerat, indeque Pontifex, qui nihil ab eo paſſi eſſent, ſchiſmaticæ factionis merito ſuſpectos habebat. Quare Legatis Conſtantinopolim proficiſcentibus libellum dedit, cui omnes ſubſcriberent; alioquin ad conſeſſum & ſuffragium Synodale non admitterentur. *Imperator & Patriarcha* (nempe Ignatius) *dixerunt*, in-

*Indicitur Synodus Generalis VIII.*

giſtris Fidei noſtræ ſcrutatis, liquido didiciſti, atque ideo hæc curare cupiens, Apoſtolicæ Sedis decreti remedium ſaniſſime requiſiſti, cujus nimirum medicamentis Eccleſia Conſtantinopolitana, ſæpe Præſulibus ejus languentibus, infirmata priſtinam ſoſpitatem vigoremque reſumpſit. Nam quibuſdam ipſorum nonnumquam errantibus, quibuſdam vero imminentis perſecutionis injuriam ſuſtinentibus hæc ſemper ſubvenire non deſtitit, illis ſcilicet tramitem directionis oſtendens, iſtis pietatis manum ſemper extendens.

IV. Probantur res geſtæ ab Imp. Itaque, fili chariſſime, venerabilis ſemper Auguſte, noveris quidquid erga ſanctiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum Ignatium, vel circa ſchiſmaticum Photium, divinitus inſpiratum, & juſtitiæ zeli ſuccenſum te litteris intimas peregiſſe: nobis & univerſæ Occidentalium Eccleſiæ per omnia placuiſſe, præſertim cum nihil egeris, præter quod Apoſtolica Sedes cum totius Heſperiæ præſulibus jamdudum agendum decrevit, & nulla mora interveniente, perficiendo mandavit. Quæ videlicet cum his omnibus propter id cœlitus protecto Imperio tuo grates multifarias reddunt, & humillimæ obedientiæ tuæ præconia laudibus eximiis * indagare non deſinunt. Porro de ſacerdotibus, vel cæteris, qui contra pacem Eccleſiæ facientes, unitatem ejus ſcindere præſumpſerunt, & in fratrem & Coepiſcopum noſtrum multifariam commiſiſſe probantur, ſuper quibus etiam decretum ab Apoſtolica Sede clementia tua more priſcorum Principum poſtulat: ſciat dilectio tua, quia ſicut diverſo modo deliquiſſe referuntur, ita diverſis eos definitionibus ſubiici non inconvenienter oportere, perpendimus. Quorum tamen differentias Apoſtolicæ Sedis Legatis, una cum fratre & comminiſtro noſtro Ignatio convenientibus, quemadmodum nobis deſuper datum eſt, moderandas commiſimus.

* al. inclinare

V. Verum quia pietas tua cum Eccleſiaſtica miſericordia nos circa illos ad id, quod humanius eſt, exhortatur: nolumus ignorare, quoniam ultra quam dici poſſit, hinc fateor, mœrore comprimimur, immenſoque dolore conſtringimur; eos nimirum non ſolum beatæ memoriæ deceſſoris mei Papæ Nicolai, quibus & ipſe ſubſcripſi, juſtis ſanctionibus creberrime percellentibus, verum etiam ſanctorum Patrum regulis ſeveriſſime, ſeu quodammodo peremptorie punientibus. Verumtamen propter pacem facilius obtinendam, propterque tantam multitudinem, ſi tamen reſipuerint, miſericorditer liberandam (ut cum ſancto Gelaſio Papa dicamus) neceſſaria rerum diſpenſatione conſtringimur, & Apoſtolicæ Sedis moderamine convenimur, ſic Canonum paternorum decreta liberare, & retropræſulum, deceſſorumque noſtrorum præcepta metiri, ut quæ præſentium neceſſitas temporum reſtaurandis Eccleſiis relaxanda depoſcit, adhibita conſideratione diligenti, quantum poteſt fieri, temperemus: quod & nos æqua poſſumus pro lucrandis fratribus ratione proſequi, & temporum neceſſitati conſulendo penitus imitari Photii dumtaxat ordinationem ab hujus moderamine pietatis interim prorſus excipientes, eamque paſſim, & præter examen nullatenus admittentes. Neceſſaria diſpenſatio. Dicit enim altiſona Eccleſiæ tuba, ſanctus videlicet Sedis Apoſtolicæ Papa Leo (cujus ſententiam quidquid ubique Catholicum eſt velut cœleſte miratur, celebrat, & veneratur oraculum). Leonis Magni digna laus. Cum ſæpe quæſtio de male accepto honore naſcatur, quis ambigat, nequaquam iſtis eſſe tribuendum, quod non doceatur fuiſſe collatum? Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum Cynicum a Synodo ſecunda damnatum; vel inter ordinationes hujus & illius diſtinctionis aliquid eſſe conicimus. Photius Maximo Cynico & Dioſcoro comparatus. Atque ideo pari fine conſtringi debere videtur, qui par habuiſſe cum eo principium, modis omnibus comprobatur. Sic quidem, & juxta quod præfatus magniloquus Pontifex univerſis per Cæſarienſem Mauritaniam conſtitutis Epiſcopis ſcribit: Difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. Et infra: Non in cujuſpiam perſona ergo prætermittendum eſt, inquit, quod inſtitutis generalibus continetur; nec putandus honor ille legitimus, qui fuerit contra divinæ legis præcepta collatus. Et certe fideliſſimus & prudentiſſimus vir Ba-

PAGIUS inquit Guillelmus Biblioth. in Vita Hadriani II. quia novum hoc & inauditum de libello proferendo aſſertis, neceſſe eſt, ut tenoris illius formam videamus; nec mora libelli forma prolata eſt, & de Latino in Græcum converſa omnium notitiæ declaratur. Quorum quidam libellum proferentes in Sancta Synodo reſederunt, proferre nolentes extra Synodum inglorii relicti ſunt, ſed diatim fervore ſancti Spiritus temperati, præmiſſa libelli ſatisfactione, ad unitatem ſacræ Synodi reverſi ſunt.

II. Hinc Actioni primæ præter Apoſtolicos, Sedium Orientalium Legatos, & Ignatium Patriarcham duodecim tantum Epiſcopi interfuere, poſtquam Legati Romani Pontificis, Ignatius, & Legati Sedium Patriarchalium dixiſſent: Ingrediantur Epiſcopi omnes, quotquot laboraverunt & certaverunt pro verbo veritatis, utpote conſentanei Ignatii ſanctiſſimi Archiepiſcopi Cpoleos. Cur numeroſa non fuerit. Libellus in Actione ſecunda lectus fuit, quem plures Epiſcopi profiteri cœpere, & ita eorum numerus augeri. Quare Anaſtaſius in margine Actionis V. hæc verba appoſuit: Nota quod per ſingulas Actiones paulatim multiplicetur numerus Epiſcoporum; quoniam cum in principio Synodi non omnes ſunt in urbe reperti, tunc ſolum recipiebantur in Synodali Conventu, cum ſingulos a ſuis



Baſilius Imperialis Spatharius, preces veſtras nobis pro his in perceptis ordinibus recipiendis multiplices detulit; & adeo conſtans & continuus penes nos in precibus perſtitit, ut ſi non legitime recipi poſſe quodammodo viderentur, ipſius (ut ita dicamus) inſolentia victi, recipiendos eſſe profecto ſtatueremus. Verum & circa hos poſt reverſionem Miſſorum noſtrorum, poſtquam rerum geſtarum nobis expoſitas differentias, & indagatas liquidius perſonarum, culparum, & provectionum qualitates atque diſtantias, ſi quid miſerationis impertiendum, docente Deo, apud quem omnia poſſibilia ſunt, nobis fuerit reſeratum: non erimus penitus inflexibiles; nimirum qui ſemper ad omne bonum cupimus exiſtere ſuaſibiles.

VI. De congregando Concilio & comburendis Photii ſcriptis. Volumus ergo per veſtræ pietatis induſtriam, illic numeroſum celebrari Concilium, cui noſtri quoque Miſſi præſidentes, & culparum perſonarumque differentias liquido cognoſcentes, juxta quod in mandatis acceperunt, ſingulorum libere diſcretiones exerceant. In quo videlicet ſacrato cœtu execrando vanitates concilii, quod adverſus Sedis hujus actum eſt prorſus injuriam, cuncta decernimus exemplaria prorſus a poſſeſſoribus ſuis ablata, in mediumque delata, contemplantibus cunctis, igne cremari: nec ſupereſſe apud quemlibet ex his omnibus ſaltem jota unum, vel unum apicem, niſi forte quis totius clericatus, immo totius nominis Chriſtiani dignitate, anathemate perculſus, carere voluerit. Non enim nos tam deteſtandum collegium, niſi Ariminenſi ſub Conſtantio, vel Epheſino a Dioſcoro congregato Latrocinio comparandum decernimus. Accendatur igitur circa protectorum tuorum reverentiam beatorum videlicet Apoſtolorum Principum, fili chariſſime, tuæ zelus pietatis; & tantorum ficta commenta præſtigiorum remanere nullo modo penes aliquem patiatur: ſed ſi quiſquam hæc defendere, vel occultare, ſibique in poſterum ſervare tentaverit: tua publicis legibus promulget multiplex ſapientia, quid hujuſmodi perſona poſt Imperiale debeat edictum redargutionis incurrere, vel quantum conveniat ſi non correctionis, ſaltem * correctionis incidere. * locus depravatus Quatenus per hoc pura conſcientia cum Pſalmiſta de cætero canere valeas (a): Odivi congregationes malignorum, & cum impiis non ſedebo: lavabo inter innocentes manus meas, &c. (a) Pſ. 25.

VII. Ut decreta ab Apoſtolica Sede ſubſcriptione Epiſcoporum roborentur. Inſuper exhortamur, & ſalubri ſuadere ſtudio procuramus Imperatoriæ inſtantiæ veſtræ annexa ſententiarum capitula, ut quæ ſynodice in Eccleſia Dei, ubi ſanctum corpus Apoſtolorum Petri principis requieſcit, pro abominandis profanis conciliis Conſtantinopoli a Photio, tam adverſus Sedis Apoſtolicæ reverentiam, quam contra fratris & comminiſtri mei Ignatii pontificium congregatis communi conſonantia promulgavimus, apud vos in Synodo cunctorum ſubſcriptione roborentur, & in ſingularum archivis Eccleſiarum provide recondantur.

Porro divinitus protectum Imperium tuum precamur, ut Baſilium, Petrum, Zoſimum, & alterum Baſilium, qui ſcelerum ſuorum conſcii, & cupiditatis ardore ſuccenſi, propoſitum deſeruerunt, & ſine commendatitiis litteris Conſtantinopolim properaverunt, ad nos per præſentes Apoſtolicæ Sedis Miſſos remittat, quatenus dum profeſſionem & loca, quæ propter Deum primitus elegerunt, repetierint, & tibi cœleſte præconium conferatur, & illis ſuarum lucrum animarum, divinitate propitia, concedatur. De monachis Roma profectis ſine licentia. Alias autem ſi ſanctorum Patrum regulæ calcari minimum vel contemni tentantur, eos impune profecto nullus penes ſe retinere prorſus audebit. Apud nos quidem a rudimentis ablactati, & ſanctæ ſunt converſationis habitum conſequuti, quin & in monaſteriis noſtris officium presbyteratus adepti. Interim tamen eos, quod ſunt excommunicati, donec ad nos redierint, tamquam ſacrorum violatores Canonum, cognoſcere volumus.

His ita prælibatis, obſecramus divinitus redimitum tranquillitatis tuæ caput, inceptæ pietatis opere circa fratrem & conſacerdotem meum Ignatium perſiſtere, atque a decretis Apoſtolicæ Sedis VIII.





in

PAGIUS ſuis Eccleſiis venientes Romanum libellum propria manu ſcripſiſſe pateſceret. Tum ad ſubſcriptiones in Actione X. factas ait: non te ſcandalizet ſubſcribentium paucitas, quia dum Photius diu tyrannidem exercuiſſet, & in loca eorum fautores ſuos tantummodo provexiſſet, quorum nullus in hac Synodo eſt receptus, iſti ſoli ex piorum Patriarcharum conſecratione ſuſceptibiles ſunt inventi. Verum quotquot ſub Nicolao & Adriano, Summis Pontificibus, Epiſcopi fuerunt, hujus Synodi ſenſui conſenſerunt, licet hæc paucitas gregi illi pro ſui juſtitia comparetur, cui Dominus dicit, NOLITE TIMERE PUSILLUS GREX.

III. Numerus Epiſcoporum. Synodo enim Epiſcopi tantum centum & novem ſubſcripſere; Nicetas qui ſcribit, adfuiſſe tantum centum & duos; non numerat tres Romanos Legatos, nec Legatos trium Orientalium Patriarcharum, nec Ignatium Patriarcham, quia hos omnes tanquam Synodi Primates habet. Scribit Lupus in Notis & Scholiis ad Concilium Generale VIII. cap. IX. falſum eſſe eumdem Nicetam, quando ſcripſit, Thomam Tyriorum Epiſcopum ac Metropolitam fuiſſe Vicarium Michaelis Patriarchæ Antiocheni; quod vacaſſe tunc Antiochenam Eccleſiam ſæpe in Actis Synodalibus iteretur. Verum Nicetas hoc ignorare non potuit, ſed

Hortatur Imperat. ad perſeverantiam.

*in nullo quoquo modo deviare, ſed promulgationibus ejus arctius hærens, a propoſito noli recedere; & quouſque unitas fiat Eccleſiæ, nulli ſtude quæſumus deſidiæ cedere: nemini quippe profuit umquam, bonum cæpiſſe, & minime conſummaſſe. Quamobrem ut Regnum, quod temporaliter aſſecutus es, perenniter adipiſcaris, coronamque pro corruptibili capias incorruptam: hoc pietatis opus perficere ſatage, perfectumque coram ſummo agonotheta Chriſto repræſentare decreta.*

Commendantur Legati Apoſtolicæ Sedis.

*Poſtremo dilectos fratres meos, Donatum ſcilicet ſanctæ Eccleſiæ Oſtienſis, & Stephanum ſanctæ Nepheſinæ Eccleſiæ reverendiſſimos & ſanctiſſimos Epiſcopos, atque filium meum Marinum Apoſtolicæ Sedis diaconum, conſiliarios noſtros tuæ commendantes pietati, precamur, ut eos ob amorem præcipuorum Apoſtolorum Petri & Pauli, a quorum Sede mittuntur, benigne ſuſcipias, & tamquam nobiſmetipſis aures credulitatis accommodes, familiaritatis videlicet tuæ fiduciam illis impendens, & præfatos in eis eximios interceſſores tuos Apoſtolos reverenter attendens. Quos ut celeriter ad nos remittas, obnixe depoſcimus. Cupimus enim tam de ſanctæ Eccleſiæ reintegrato ſtatu, quam de incolumitatis tuæ conceſſo divinitus dono ſemper in Domino gratulari, ac per hoc hortamur & deprecamur, ut apud vos nullam eos moram ſuſtinere faciatis, ſed tuæ benignitatis ſolatio freti, velociter de omnibus, quæ illic ſecundum Deum geruntur, nos adventu ſuo conſtituant lætiores.*

IX. *Commendamus etiam clementiæ tuæ tam reverendiſſimum & ſanctiſſimum fratrem noſtrum Joannem Metropolitanum Sylei, qui a fratre & Coepiſcopo noſtro Ignatio ad Sedem Apoſtolicam directus eſt, quam etiam glorioſum & ſpectabilem virum Baſilium Imperialem Spatharium, qui cum eo a Deo conſervando tranquillitatis tuæ Imperio deſtinatus eſt: qui tanta poſtquam illinc profecti ſunt, offendicula (ut didicimus) pertulerunt, ut properantes nullum pene periculorum quæ Paulus in Epiſtolis ſuis dinumerat, evaſiſſe videantur. Quapropter digni ſunt viciſſitudinibus a pietate veſtra remunerandi, qui pro Eccleſia Chriſti, proque injuncta ſibi a pietate tua legationis conſummatione tot & talia ſubire promptiſſime conſenſerunt.*

Demerſione Legati a Photio miſſi.

*Alterum vero nominatum in ſcriptis tuis Metropolitam, Domino diſpenſante, non vidimus: quia enim ſicut iſte a reverendo Patriarcha Ignatio, ita ſeorſum ille a Photio tyranno mittebatur, volens Deus oſtendere non in duo Eccleſiam ſuam fore ſcindendam (quod videlicet malum Jeroboam, quondam in Iſrael (a) Rex impius egit) nolens etiam nos auctoris hujuſmodi ſchiſmatis nec ipſam quoque viſionem percipere: antequam ad nos perveniret, juſto judicio ſuo, pelagus cooperuit eum. Et qui populum Dei diviſerat, diviſa eſt ſuper eum aqua, devenitque in profundum quaſi lapis.*

(a) 3. Reg. 11.

X. Excuſatio de mora Legatorum.

*Verum ſi forte moveatur a Deo redimitum Imperium veſtrum, quia præfati Legati penes nos diutiſſime morati ſunt: precamur, & obnixe flagitamus, non eis imputetur: nimirum qui ut dimitterentur, non horis, non momentis, non denique clamantes, atque pulſantes ullis intervallis parcere conſentiebant; ſed inſtantibus, & irremotis laboribus, & ſolicitudinibus omnium Eccleſiarum Dei, quas ſecundum (b) Apoſtolum circumferimus, adſcribatur. Non enim requies ulla nobis, non ocium fuit a die perventionis eorum, nunc videlicet Eccleſiæ, quæ apud vos eſt cauſam tractantibus; nunc aliarum quoque partium mundi negotia * more perpeti diſponentibus. Præſertim cum ad hanc ſolam controverſiam, qua pro Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ commotione petimur, digne modificandam, licet prolixum fuerit ipſum tempus, non ſufficere crederetur re vera, quam interius & omni diligentia nos oportebat examinare, ac eorum quoque qui longe ſunt fratrum & Cepiſcoporum noſtrorum ſuper hoc conſenſus, immo conſilia præſtolari: Salus enim, teſte (c) Salomone, ubi multa conſilia. Non enim in aliquem horum hinc indignetur veſtra tranquillitas,*

(b) 2. Cor. 6.

* al. motu

(c) Prov. 11.

PAGIUS ſed cum Thomas Protothronus eſſet Antiochiæ, quia Tyriorum Eccleſia erat Antiochenæ Diœceſeos prima poſt Patriarchalem Sedem, ac illa vacante totius Patriarchatus Vicaria ut ipſemet Lupus animadvertit cap. X. & ſuo loco expoſuimus, Nicetas juxta vulgarem loquendi modum, vocavit *Thomam* Vicarium *Michaelis* Patriarchæ Antiocheni licet nuper defuncti, & in Actis Synodi, nulla mortis illius ratione habita, Thomas & Elias appellantur *Orientis Legati Patriarcharum*, uti Actione IV. & in fine decimæ. *Joſephus* Eccleſiæ Alexandrinæ Archidiaconus Vicarius erat Patriarchæ nomine Michaelis, & *Elias Presbyter & Syncellus vicem Theodoſii Patriarchæ Hieroſolymitani explebat*, inquit idem Nicetas qui addit, Imperatorem donis ac literis *Principem Syriæ*, Calipham ſcilicet, propitiaſſe.

IV. Præſides Concili.

Synodo præfuere Legati Hadriani II. his enim verbis Actio I. inchoatur: *Convenientibus Donato & Stephano Epiſcopis, & Marino Diacono locum tenentibus Adriani Archiepiſcopi Senioris Romæ & Ignatio Archiepiſcopo Cpoleos novæ Romæ, & Vicariis Orientis* &c. & aliquibus interpoſitis: *Sanctiſſimi Vicarii Senioris Romæ dixerunt, &c. Ergo habemus Epiſtolas ad Imperatorem & Patriarcham, & ſi jubetis, legantur*. Ubi uti moris eſt, Legati omnium primi leguntur & nominantur primi. Et Actio-



*tas, quos non propriæ voluntatis impedivit aliqua tarditas: ſed multiplex prohibuit numeroſarum Eccleſiarum per induſtriam noſtram ſublevandarum properare neceſſitas. Piiſſimum Imperium veſtrum gratia ſuperna cuſtodiat, eique omnium infidelium gentium ferocitates ad exultationem ſanctæ Eccleſiæ, potenti virtute ſubſternat.* Hactenus Hadriani Papæ ad Baſilium Imper. epiſtola: cui licet non inhæreat menſis & dies, quibus data eſt, tamen ex ejuſdem Pontificis epiſtola eiſdem Legatis tunc data ad Ignatium Patriarcham, quæ ſcripta habetur quarto Idus Junii, Indictione ſecunda, utique eadem ipſam ſcriptam eſſe die, poſſumus intelligere. Verum eam ad Ignatium ab eodem Pontificem datam hic brevitatis cauſa ſcribere prætermittimus, habetur intexta & ipſa Actis ipſius (a) Octavæ Synodi, eſtque ejus exordium: *Nec ſcriptura pandere, nec profecto lingua ſufficit enarrare*. Eſt ejuſdem argumenti cujus nuper recitata, ſcripta ad Baſilium Imperatorem.

(a) Oct. Syn. Act. 3.

XI. Acceptis ergo ab Hadriano Pontifice litteris Legati, ab Urbe egreſſi, cum Legatis Imp. & Ignatii Patriarchæ proficiſcuntur Conſtantinopolim. Quomodo autem excepti ſint, quæ apud Anaſtaſium leguntur, oſtendunt, quæ hic deſcribenda ſunt: ait auctor: *Itaque multorum anfractuum laborioſos circuitus penetrantes, tandem Chriſto præduce, Theſſalonicam veniunt, in quam Baſilius Imp. Euſtachium Spatharium Candidatum cum ſuæ ſalutationis officio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Legatis obviam deſtinavit. Qui eos admodum honorifice per contingentia itineris loca ducens Syllambriam, poſuit, a Siſinio Imperiali Protoſpathario, & Theognoſto Patriarchali Egumeno, qui Romæ apud ſanctiſſimum Papam Nicolaum pro reſtituendo Ignatio ſedulus interceſſor extiterat, cum quadraginta equis de ſtabulo Imperiali, & totius menſæ argenteo apparatu, officialibus, qui ſibi ad omne libitum famularentur, excepti, ad Caſtrum Rotundum, in quo eſt Eccleſia miræ magnitudinis, ſancti Joannis Evangeliſtæ nomine Deo dicata, favore Auguſtali Sabbato manſionem ſuſcipiunt. Et Dominica, quæ quintadecima dies Septembris erat, per Indictionem tertiam,* menſis initio, more Græcorum inchoatam, *ſingulos equos cum ſellis aureis devotione Imperatoria capientes, obviatis omnibus ſcholis, videlicet Spathariorum, Candidatorum, Stratorum, Mandatorum, cæterorumque palatinorum ordinum cum omnibus clericorum planetatis ordinibus ad portam Auream veniunt: ibi a Paulo librorum cuſtode, & Joſeph vaſorum cuſtode, ſimulque Baſilio Sacellario Eccleſiaſticis induti veſtibus ſalutati cum Syncellis Patriarchæ Conſtantinopoleos ſolemniter procedunt. Omnis populus cum cereis & lampadibus proſequitur, ſicque ad Irenes palatium deſcendentes, in domo, quæ dicitur Magnaura, a Joanne a Secretis Spatharioque Candidato, & Strategio Spathario Candidato, qui ſubminiſtrationis gratia fuerant deputati, laudabiliter ſuſcipiuntur: per quos imperialia mandata ſuſcipiunt devotiſſime proculdubio ſuggeſta, ne forte moleſte ducerent, quod Imperiali natalitio imminente, in craſtinum ſuſcipi non valerent.*

Quomodo Legati Sedis Apoſt. excepti.

XII. Baſilius veneratur litteras Apoſtolicas.

*Quo feliciter celebrato, miſit Imperator in occurſum ipſorum omnes ordines palatinos. Quibus præcedentibus ante Imperatorem in chryſotriclinio ipſis continuo aſſurgentem ſalutabundi conveniunt, Apoſtolicas epiſtolas Imperatori offerunt. Quas Imperator per ſemetipſum ſuſcipiens, oſculatur. De ſtatu Romanæ Eccleſiæ, ſalute domni Hadriani ſummi Pontificis, deque omni clericorum, Senatorumqe ordine ordinabiliter perſcrutatur, Legatoſque amabiliter oſculatus, Ignatio Patriarchæ juſſionem Apoſtolicam perlaturos abſolvit.*

Quid Imp. ad legatos.

*Cum vero ſequenti die ad Imperatorem redeunt, taliter Imperator eos alloquitur: Sanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ per ambitionem pervicaciſſimi Photii diverſis ſchiſmaticorum fluctibus laceratæ, ſancta omnium Eccleſiarum Dei Mater Eccleſia Romana, ſanctiſſimi domni & univerſalis Papæ Nicolai, ſicut in eis litteris, quarum auctoritate præſens Pater noſter Ignatius, qui violenter*

PAGIUS ctione X. omnium Epiſcoporum primi ſubſcribunt. Nec refert quod Baſilius & Conſtantinus Imperatores aliquando *præſidentes* dicantur, uti Actione VIII. & X. præfuiſſe enim dicuntur non auctoritate, ſed ſolo ſeſſionis honore, quem ipſis uti Eccleſiæ Defenſoribus detulit Synodus non vero ut controverſiarum fidei vel cauſarum Eccleſiaſticarum Judicibus. Baſilius Aug. ſoli Actioni VI. interfuit, licet Acta eum Synodo præfuiſſe tradant, cujus rei hanc ipſe rationem aſſignat: *Noſtrum imperium in nulla alia hujus Concilii Actione ſeu conſeſſu adfuit, ne quis diceret a Regia potentia manuque judicium fuiſſe corruptum*. Denique quod Imperatores rogati ſint a Legatis Pontificis Rom. ut ante omnes ſubſcriberent, merum id fuit teſtimonium reverentiæ & urbanitatis Legatorum erga illorum majeſtatem, invicem enim certabant ſive Romanus Pontifex & ejus Legati, ſive Synodus tota & Imperator, uter alterum honori ampliore proſequeretur, ut liquet ex Actione X. Primi tamen omnium ſubſcripſere quinque exemplaribus *Donatus* Epiſcopus Oſtienſis, & duo alii Romanæ Sedis Legati, poſtea Vicarii Patriarcharum ac Sanctus *Ignatius*, & ſecundum hos *Baſilius Conſtantinus*

*ver fuerat a Photianis expulſus, ſedi propriæ nuper, juvante Domino, reſtitutus eſt, poteſt luculenter intelligi, fida proviſione conſuluit. Quapropter nos cum omnibus Orientalibus Patriarchis, Metropolitis atque Epiſcopis, cenſuram ſanctæ Matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ per biennium præſtolantes, propter Dominum petimus, ut Dei negotium viriliter peragatur, & tamdem aliquando auctoritate veſtri ſacri Collegii tam peſtiferæ Photianæ tergiverſationis ſcandala pellantur, quatenus unitas & tranquillitas optata diutius, juxta decretum ſanctiſſimi Papæ Nicolai reſtaurentur.*

Munus Legatorum. *Legati ſanctæ Sedis Apoſtolicæ reſponderunt: Et nos ideo venimus, ideo miſſi ſumus. Sed neminem Orientalium veſtrorum (ut noſtra Synodo ſtatutum eſt) ſuſcipere poſſumus, niſi oblato libello, cujus formam de ſcrinio ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſumpſimus, nobis fuerit ſatisfactum.*

XIII. *Imperator & Patriarcha dixere: Quia novum hoc & inauditum de libello proferendo aſſeritis; neceſſe eſt, ut tenoris illius formam videamus. Nec mora libelli forma prolata eſt, & de Latino in Græcum converſa omnium notitiæ declaratur.* Reliqua autem, quæ ſequuntur, ad Synodi Acta pertinent. Sic igitur, cum ita benigne & honorifice Legati Apoſtolicæ Sedis excepti fuiſſent, quæ ſpectare viderentur Synodum curavere, quam non apte menſem Octobris inchoare potuerunt. Extant ejus Acta diligenter excerpta, quæ hic a nobis non per ſingula quæque verba ſunt deſcribenda, ſed ſummatim reddenda. In primis legitur ei præfixa præfatio, qua infelix Photius jure perſtringitur, dum arbor infructuoſa falce Apoſtolica ſuccidenda vocatur, necnon ſimulator, hypocrita, raptor, lupus, graſſator, quique demum per antiphraſim Photius nominetur, non ſecus ac princeps tenebrarum Lucifer appellatur peſſimus omnium dæmon: commendatur etiam zelus Nicolai Pontificis adverſus eum, cujus rei cauſa alter Elias ſit nominatus. Ejuſmodi igitur præfatione præmiſſa, in ipſa Synodo celebranda, in primis, more majorum tempus ita deſcribitur, divino implorato primum auxilio:

Quid præfatio Octavæ Synodi contineat.

*In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.*

XIV. Actio I. De tempore loco, & perſonis Synodi. *Anno tertio Conſulatus amicorum Chriſti & piiſſimorum Imperatorum noſtrorum Baſilii & Conſtantini perpetuorum Auguſtorum, Indictione tertia, menſe Octobris, die quinta, feria quarta, præpoſitis pretioſis & vivificis lignis* ſanctæ Crucis, *& intemeratis ſalutis noſtræ Evangeliis in dextris partibus catechumenorum nominatiſſimi templi ſanctæ Sophiæ.* Hæc quæ ad tempus atque locum Synodi celebratæ. Quod autem ad perſonas, præter nominatos Apoſtolicæ Sedis Legatos & Ignatium Patriarcham, recenſentur interfuiſſe, qui tenerent locum Patriarcharum, Antiochiæ & Hieroſolymorum, pariter Imperator una cum pluribus Patriciis viris clariſſimis. Quibus conſidentibus, ingredi juſſi ſunt Epiſcopi, qui numquam deſciverunt ab Ignatio glorioſi Confeſſores ejus cauſa multa perpeſſi, omnes numero duodecim, & non amplius. Ex quibus plane conſiderare licet magnum atque miſerandum Orientalis Eccleſiæ naufragium, in qua ii tantum ſint inventi perſtantes fortes in fide legitimi Patriarchæ Ignatii, cæteris Photii execranda communione pollutis: cum tamen annumeratis iis, qui recantantes palinodiam Synodo ſubſcripſerunt, in fine recenſentur interfuiſſe huic Synodo centum & duo Epiſcopi. Ita Nicetas. Juſſi igitur hi ſedere, laudati primum; & ubi omnes ordine conſediſſent, juſſa eſt legi ejuſdem Imperatoris Baſilii exhortatio ad Synodum, qua monuit eos omnes, quæ recta ſunt judicare, quod nominatum Epanagnoſticum eſt.

XV. Mandatum haud ſoliti oſtendere Legati Apoſtolicæ Sedis. His peractis, rogati ſunt Apoſtolicæ Sedis Legati, mandatum ejus a quo miſſi eſſent, oſtendere. Tunc ad hæc ipſi: *Hoc nos non invenimus in univerſali Synodo factum, ut Vicarii ſenioris Romæ a quolibet perpendantur, utrum talem exiſtimationem habeant.* Tunc

PAGIUS *nus & Leo* Imperatores. Facta autem quinque exemplaria, ut Sedes quælibet Patriarchalis, ſuum, ut, mos ferebat, haberet.

V. Actio prima. A num. XIII. ad XXIII. Actio prima his verbis inchoatur: *In nomine Domini & Dominatoris omnium Jeſu Chriſti Dei noſtri, Conſulatus Sereniſſimorum Imperatorum noſtrorum a Deo coronatorum, Baſilii anno tertio, Conſtantini filii ipſius ſecundo, indictione III. III. Nonas Octobris.* Ita verſio, quæ Græco textui reſpondet in Tom. VIII. Concil. Ubi cum annus Conſulatus idem ſit cum anno Imperii, & uno eodemque die Conſulatus & Imperium poſt Conſtantinum Pogonatum ab Imperatoribus capeſſerentur, incertum an Baſilius *Conſtantinum* filium coronaverit exeunte anno DCCCLXVII. menſe v. g. Decembri an ineunte anno DCCCLXVIII. menſe v. g. Januario. Verſio Anaſtaſii hac in parte, ſicuti & alibi non raro, parum accurata. Hæc ejus verba: *Anno tertio Conſulatus amicorum Chriſti & piiſſimorum Imperatorum noſtrorum Baſilii & Conſtantini perpetuorum Auguſtorum, indictione tertia menſis Octobris*: cum tamen textus Græcus diſerte habeat, fuiſſe tunc tantum *annum Conſulatus* Conſtantini *ſecundum*, quem initio anni Chriſti ſuperioris, vel in fine anni DCCCLXVII. inire potuit, ideoque & Imperium



Tunc Bahanes famoſiſſimus Patricius & Præpoſitus (gerebat hic in Synodo munus judicis cognitoris) dixit: Et nos non propter inhonorantiam Apoſtolici throni hoc dicimus, ſed quia anteriores veſtri aſcendentes Miſſi Rodoaldus & Zacharias deceperunt nos, alia in mandatis habentes, & alia facientes. Quibus perſuaſi Legati, obtulerunt legendas Hadriani Papæ litteras ad Imperatorem datas, quibus quæ Legatis ipſis mandata eſſent, continerentur. Quæ primum Latino ſermone, ut ſcriptæ erant, lectæ ſunt a Marino diacono Sedis Apoſtolicæ uno ex Legatis, quæ a regio interprete tranſlatæ Græce auditæ ſunt legi. Quibus lectis & ab Ignatio Patriarcha & reliquis Epiſcopis Deo pro tanto beneficio per Romanum Pontificem impertito, gratiæ redditæ ſunt. Poſt hæc ab Apoſtolicæ Sedis Legatis juſſæ ſunt legi Legatorum Patriarchalium ſedium Orientis litteræ, quas ab ipſarum Patriarchis accepiſſent. Pro Patriarcha Antiocheno (quod ſedes illa vacaret) ſatisfecit qui aderat Elias Tyri Epiſcopus, tenens locum Patriarchæ, ſede vacante. Venerunt hi ante ferme biennium, ut in Actione quinta inferius enarratur. Lectæ vero ſunt litteræ Theodoſii Hieroſolymorum Patriarchæ ad Patriarcham Conſtantinopolitanum redditæ, quarum eſt exordium: *Honorabiliſſimis & cultu digniſſimis litteris, &c.* Ex quibus quædam, quæ pertinent ad præſentem ſtatum ejus Eccleſiæ intelligendum, hic deſcribenda ſunt.

XVI. Status Eccleſiæ Hieroſolymorum. Significatur enim ex illis, Hieroſolymorum Eccleſiam ſub Sarracenorum jugo poſitam hoc tempore pace frui, non ſine tamen trepidatione, ne aliqua levi occaſione ab hoſte Chriſtianæ religionis arrepta perturbaretur. De pace autem docet his verbis: *Noſti autem utique, ſanctiſſime, cauſam, ob quam neque ſcribere, neque mittere potuimus ad vos, ne forte fieremus penes poteſtatem, quæ nos tenet, exiſtimationis malæ vel ſuſpicionis. Etenim multam benevolentiam, & compaſſionem oſtendunt in nos, licentiam nobis præbentes ædificandi Eccleſias noſtras, & tenendi ſine prohibitione mores noſtros, juſte agentes, & in nullo nobis injuriam vel violentiam inferentes.* Et paulo poſt, quo prætextu, vel colore miſerit Legatos ad Synodum ita declarat: *Noſti autem utique, ſanctiſſime, quia multa temeritate & auſu hos tranſmiſimus præcipitanter & audacter ad receptionem quaſi quorumdam Sarracenorum apud vos in cuſtodia conſiſtentium. Precamur igitur & rogamus, ut loquaris ad aures a Deo coronati piiſſimi domini noſtri, quod donet nobis quotquot voluerit magnifica ejus dominatio Sarracenos, ad ſatisfactionem noſtrorum, & inſuſpectam repræſentationem meorum, quin immo, & ſalutem noſtram, & tegmen omnium noſtrum. Si enim tam ab Imperiali, quam a veſtra providentia non fuerit hoc taliter ordinatum, pavor non modicus erit in omnimodam perditionem noſtram, cum opportunitatem invenerint.* Sed quæ idem ad eumdem Ignatium munera mittat, ex eadem ejus epiſtola ſic accipe:

XVII. Munera miſſi a Patriarcha Hieroſol. ad Ignatium. *Interea ſperans penes ſacratiſſimam & ſolertiſſimam affectionem tuam impetrare quæ cordi ſunt: poderem & ſuperhumerale cum mitra, pontificalem ſtolam ſancti Jacobi Apoſtoli & fratris Domini primi Archiepiſcoporum,* Hieroſolymorum ſcilicet, *qua anteceſſores mei Patriarchæ circumamicti, ſemper in ſancta Sanctorum ingrediebantur ſacerdotio fungentes, videlicet ſanctam memoriam Vitæ,* Reſurrectionis ſcilicet, *& ſanctum coluere, qua & ego indutus ſum eamdem gerens, tuo deſiderabili & honorando mihi capiti, ex amore & dilectionis copia tranſmiſi, quatenus ſanctifica ſuavitate, ac tactu ſanctorum locorum, utpote dignus perfruaris. Simul autem & ſacrum vas Cymiliorum ſanctæ Reſurrectionis, craterem argenteum cum imaginibus interſatilem tranſmiſi.* Hec munera miſſa ſunt per Eliam Syncellum Legatum, una cum Thoma Archiepiſcopo Tyri.

XVIII. Poſt hec autem miſſus eſt a Legatis Apoſtolicæ Sedis legi libellus, cui ſubſcribere tenerentur, qui ex ſchiſmaticis recipi in Eccleſiam vellent, & Hadriano Papæ, aut loco ipſius Legatis offerrent, in quo cum totus ferme cardo hujus verſetur Synodi, hic eum deſcribendum putavimus; ſic enim ſe habet:

XIX. *In nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti. Imperantibus dominis piiſſimis, & perpetuis Auguſtis Baſilio & Conſtantino ejus filio a Deo coronatis pacificis magnis Impp. anno tertio, men-*

PAGIUS rium Porphyrogenneta in Vita Baſilii avi ſui n. XXXIV. de eo ſcribit: *Studens majorem in modum eorum reprimere animos, qui injuſte aliorum ædibus inhiant, omnemque illis ſpem auferre filios natu majores Conſtantinum atque Leonem regie jam educatos ac eruditos, omnique virtute ex imperii ratione excultus, ad Imperii dignitatem promovet.* Ita Combefiſius in ſua Verſione, ſed ea hac in parte vitioſa in Græco legitur, *καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἐλπίδα περιέλειν πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα τοῖς τῶν παίδων καθ' ἡλικίαν προήκοντας ἤδ' βασιλικῶς ἀναγμένοις καὶ παιδιομένοις, καὶ εἰς πᾶσαν ἐκλάμποντας ἀρχικὴν ἀρετήν.* Quæ verba ſic vertenda, *qui jam regie nutriebantur, & erudiebantur, & omni jam virtute Regia relucebant*, quæ de parvulis, qui in

Libellus oblatus Synodo a Legatis Apoſtolicæ Sedis pro recipiendis lapſis.

menſe Octobrio, Indictione tertia.

*Prima ſalus eſt rectæ Fidei regulam cuſtodire. Deinde a Conſtitutis Dei & Patrum nullatenus deviare. Unum quippe horum ad Fidem pertinet, alterum ad opus bonum. Sicut enim ſcriptum eſt. (a) Sine Fide impoſſibile eſt placere Deo, ſic rurſum legitur: Fides ſine operibus mortua eſt. Et quia non poteſt Domini noſtri JESU Chriſti prætermitti ſententia dicentis (b): Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: hæc quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus: quia in Sede Apoſtolica immaculata eſt ſemper Catholica ſervata religio, & ſancta celebrata doctrina. Ab hujus ergo Fide atque doctrina ſeparari minime cupientes, & Patrum, & præcipue ſanctorum Sedis Apoſtolicæ Præſulum ſequentes in omnibus Conſtituta: anathematizamus omnes hæreſes ſimul cum Iconomachis: anathematizamus etiam Photium, qui contra ſacras regulas, & ſanctorum Pontificum Romanorum ſacra decreta repente de curiali adminiſtratione, ſæcularique militia ſublatus, ſuperſtite Ignatio Patriarcha, in Conſtantinopolitana eſt, pervaſorie, immo tyrannice a quibuſdam ſchiſmaticis vel anathematizatis, atque depoſitis inſtitutus Eccleſia, donec Sedis Apoſtolicæ ſanctioni inobediens perſeverans, ejus ſententiam tam de ſe, quam de Patriarcha noſtro Ignatio ſpreverit, & conciliabuli acta, quod ſe auctore contra Sedis Apoſtolicæ reverentiam congregatum eſt, anathematizare diſtulerit.*

(a) Heb. 11.

(b) Matt. 16.

XX. *Sequimur autem ſanctam Synodum & amplectimur, quam beatæ recordationis Papa Nicolaus, cui & ipſe, domine coangelice ſumme Pontifex Hadriane ſubſcripſiſti, ante ſacratiſſimum Petri Apoſtolorum eximii corpus celebravit. Simul & quam tu ibi ſuper ipſum nuper egiſti, & omnia, quæ in his ſtatuta ſunt ſecundum decreti veſtri moderationem, venerabiliter conſervabimus, recipientes quos recipiunt, & damnantes omnes, qui in illis damnati ſunt, & præcipue jam dictum Photium, & Gregorium Syracuſanum, in parricidas videlicet, qui contra ſpiritalem patrem ſuum linguas exercere minime formidarunt: itemque perſeverantes in ſchiſmate ſequaces eorum, nec non & qui in illorum communionis ſocietate permanſerint, communionis omnes gratia cum ipſis dignos, ſi tamen vobis obedierint, judicantes. Etenim quorum ſe quis communioni miſcuit, ipſorum ſimilem meruit in juſtificatione, vel damnatione ſententiam. Synagogas vero malignantium, immo ſpeluncam latronum, & conventicula ſanguinum, & fabricatorum mendacii, atque inventorum perverſorum dogmatum, quæ ſub Michaele Imperatore bis contra beatiſſimum Patriarcham Ignatium, & ſemel adverſus Sedis Apoſtolicæ principatum factioſe conſpiraverunt, inſolubilibus anathematis nexibus innodamus, & defendentes ea, vel ipſa geſta ipſorum celantes, & non potius ſi hæc invenerint concremantes, & anathematizantes, uſque ad ſatisfactionem & obedientiam, dignos eadem anathematis ſententia judicamus.*

*Porro de venerabiliſſimo Ignatio Patriarcha noſtro, & de his, qui ex parte ipſius ſunt, quod auctoritas Apoſtolicæ Sedis veſtræ decrevit, tota mente ſequimur, & religioſa devotione veneramur, atque pro noſſe & poſſe noſtro pia intentione ac ſpiritali conflictu defendimus. Quoniam, ſicut prædiximus, ſequentes in omnibus Apoſtolicam Sedem, & obſervantes ejus omnia conſtituta, ſperamus, ut in una communione, quam Sedes Apoſtolica prædicat, eſſe mereamur, in qua eſt integra & vera Chriſtiana religionis ſodalitas; promittentes etiam ſequeſtratos a communione Eccleſiæ Catholicæ, id eſt, non conſentientes Sedi Apoſtolicæ eorum nomina inter ſacra non eſſe recitanda myſteria. Hanc autem profeſſionem meam ego ille Epiſcopus ſanctæ illius Eccleſiæ manu propria ſcripſi, & tibi ſanctiſſimo ac ter beato & coangelico domino ſummo Pontifici & univerſali Papæ Hadriano per Legatos tuos Donatum videlicet & Stephanum ſanctiſſimos Epiſcopos atque Marinum ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ diaconum obtuli menſe illo, die illo, Indictione quota*, Subſcriptio. *Ego ille Epiſcopus ſanctæ illius Eccleſiæ huic profeſſionis meæ libello facto a me beatiſſimo Hadriano ſummo Pontifici, & univerſali Papæ ſubſcripſi, & teſtes, qui ſubſcriberent, rogavi.* Sequebatur in codice & ſubſcriptio formata pro teſtibus, omniaque a Legatis tradita Græce ſcripta, ut quid profiterentur, planius intelligerent. XXI.

Por-

PAGIUS in tenera ætate præclaræ indolis indicia jam exhibuerunt, dici poſſunt; ut enim vides in Græco nullum præteritum aut participium legitur, ſed præſentia & imperfecta participii. Porro Leo non cum fratre *Conſtantino*, ſed biennio poſt illum Imperator inauguratus, die nempe Theophaniæ ſequentis Chriſti anni, ut infra videbimus.

Conſidentibus in templo S. Sophiæ Sedis Apoſtolicæ Legatis, *Ignatio* Patriarcha Cp. & Vicariis Sedium Orientalium, ac Præſentibus Illuſtriſſimis Patriciis, quos Imperator adeſſe juſſerat, ut omnia ſecundum juris regulas fieri curarent, admiſſi ſunt ad Synodum Epiſcopi duodecim qui ab *Ignatii* & Sedis Apoſtolicæ partibus ſoli conſtanter ſteterant, qui ideo tamquam omnino incorrupti ſine Romani li-

VI. *In eo libellus ab omnibus ſubſcribendus lectus.*



XXII. Porro non ignorandum, libellum iſtum non ab Hadriano Pontifice primum, ſed ab ejus prædeceſſore Nicolao factum, & miſſum Conſtantinopolim in remedium, lapſorum; ſed quoniam tunc ſedente Photio non fuit admiſſus, modo fuit Roma ab Hadriano iterum miſſus. At vero non ſolum Epiſcopi, ſed & reliqui ſacerdotes & clerici & monachi per chirographum & ſubſcriptionem hujuſmodi recepti ſunt, ut Anaſtaſius Bibliothecarius, qui interfuit, in margine poſuit in Latina a ſe elaborata ejuſdem Octavæ Synodi verſione.

De legitime facta damnatione Photii.

Lecto libello, & rogata de eo Synodi totius ſententia, omnium una voce ipſe laudatus, atque probatus eſt. Lectaque eſt definitio Legatorum Antiochenæ & Hieroſolymitanæ Eccleſiarum ante Legatorum Apoſtolicæ Sedis adventum habita Conſtantinopoli, cum morantes diu venire ab Urbe Legatos haud diutius expectare haberent in animo, cum jam (ut Anaſtaſius ait) annum integrum illic morati eſſent, & diſceſſionem pararent. Porro eorum definitio non alia fuit, niſi ut in omnibus obediretur Nicolai Papæ decretis. Quibus omnibus a plena Synodo comprobatis; ab eodem Patricio Bahane rogatio facta eſt, ut ediſſererent Apoſtolicæ Sedis Legati, quomodo Nicolaus Papa abſentem Photium condemnaſſet. Satisfecerunt Legati, recenſenteſque res geſtas ab expulſione Ignatii uſque ad Romanum Concilium, omnia recte, riteque, & auctoritate legitima facta eſſe monſtrarunt. Pariterque rogati Legati Sedium Patriarchalium, cur venientes Conſtantinopolim, Photium non convenerint; ſed ut execrabilem habuerint: reſponderunt, & probaverunt, quod numquam ab ulla Patriarchalium ſedium Orientalium eum receptum certo ſcirent, ſed & damnatum a Romano Pontifice. Ex quorum reſponſione redargutum eſt falſitatis ipſum conciliabulum Photii adverſus Romanum Pontificem Nicolaum; cui mentitus fuit interfuiſſe; & ſubſcripſiſſe Legatos ſedium Patriarchalium Orientis. His abſolutis, ſecutæ ſunt acclamationes in Synodis fieri conſuetæ, & primæ Actioni finis impoſitus eſt.

XXIII. Actio II.

Die ſeptima ejuſdem menſis Octobris itidem Indictionis tertiæ iidem qui ſupra Patres, iiſdem ſacris ritibus ad locum Synodi convenere, ubi auditi ſunt pro foribus ſtare quamplurimi Epiſcopi qui olim vel a ſancto Methodio, vel ab Ignatio ordinati, lapſi deſciviſſent ab eodem Ignatio, ſecuti Photium alienæ ſedis invaſorem: juſſi ſunt ingredi, & legi ab eis oblatus libellus, in quo, ipſo ferme exordio iſta de Photio dolentes ſe ſubdole ſupplantatos: *Erat, ajunt, vir alia quidem loquens, & alia cogitans, & operam dans mendacio, ſemper proponebat bona, deveniebat autem ad mala, & erat potens ad ſuperandum, & decipiendum, ut non ſit factus talis, nec fiet ullus hominum. Unde cum talis eſſet, ſupplantavit nos, &c.* Innumera alia addentes in deteſtationem diabolo ſimilis hominis. Dicentes pariter ab eodem Photio mendaciter aſſertum, ſedes Patriarchales cum ipſo ſentire in depoſitione Ignatii Patriarchæ. Sicut etiam cum in Nicolaum Papam jaculatus eſſet anathema, mentitus eſt, ſedes Patriarchales ab ipſo ſtare: ſed & quod in eos, qui ipſius mendacium detexerunt, haud mediocrem exercuerit crudelitatem, flagris, exiliis, proſcriptionibus, atque carceribus, aliiſque pœnis ſuperius ſuo loco, & tempore recenſitis eos ſubiiciens.

Photii mores quales.

XXIV. Quibus auditis, & interrogatis an libellos oblatos ab Eccleſia Romana Synodo offerri vellent, libenter conſenſerunt. Impoſitique ſunt illi ſuper lignum ſanctæ Crucis, & ſancta Dei quatuor Evangelia, unde ſumentes illi, & eorum Patriarchæ Ignatio offerentes: ab illo ex conſenſu Synodi ſuperhumeralibus ipſis impoſitis, recepti ſunt in Eccleſiam. Simili modo qui poſt hos ad pœ-



PAGIUS libelli profeſſione recepti ſunt. Poſt quædam alia jubentibus Legatis Apoſtolicis lectus eſt libellus, cui ſubſcribere deberent univerſi Epiſcopi, Sacerdotes, Clerici & Monachi; quo nimirum cunctas primum hæreſes execrati, & inter alia Iconomachiam anathema *Photio* dicere debebant, donec Sedis Apoſtolicæ Decretis paruiſſet; Actaque Conciliabuli contra Sedis Apoſtolicæ reverentiam congregati eodem anathemate percellere; ſe denique amplecti Synodos a Nicolao I. & Hadriano II. ejus ſucceſſore in cauſa Photii & Ignatii Romæ celebratas profiteri debebant. Marca lib. 5. de Concordia cap. XIV. num. VI. notat plena & integra auctoritate uſos eſſe Legatos Apoſtolicæ Sedis, quod non ſolum primum conſeſſus locum occuparint, interlocutionibus ſuis Synodi ordinem conſtituerint, & uniuſcujuſque ſententias rogarint; ſed etiam quod ante omnia iis, quæ a Nicolao I. & Hadriano II. decreta erant adverſus Hæreticos & Schiſmaticos ſe obtemperaturos Epiſcopi lapſi profiteri debuerint, libellumque eo modo ſubſcriptum Legatis tradere.

VII. *Actio ſecunda.*

A num. XXIII. ad XXVI. Actio ſecunda *Nonis Octobris* ejuſdem anni habita, in eaque Epiſcopi, qui olim vel a *Methodio*, vel ab *Ignatio* ordinati ad *Photium* defecerant, & culpam omnem ſuam in vexationes ab eo ſibi illatas refundebant, receptis inſignibus, in ſuo ordine ſedere ſinguli juſſi ſunt; quod & de Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis pœnitentibus obſervatum. *Ignatius* tamen Epiſcopis, cæteriſque inſignia non reddidit, niſi uti delegatus, a Sedis Apoſtolicæ Vicariis: *Patriarchæ Ignatio in Synodo non erat auctoritas agen-*

pœnitentiam ſequuti ſunt presbyteri, & diaconi, pariter eodem modo ab Ignatio Patriarcha Eccleſiæ reconciliati ſunt, redditis eis orariis, tamquam inſignibus. Poſt hos ultimo loco ſubdiaconi etiam pœnitentes recepti ſunt: omnes (ut continet eorum libellus) rogantes admitti per interceſſionem ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ & ſanctorum Apoſtolorum, & ſanctiſſimi ac beatiſſimi Papæ Nicolai. Ita plane mox poſt obitum Orientales coluerunt eum ut Sanctum cum Sanctis a Deo receptum in cœlum.

Qui omnes ita a ſancta Synodo ſimul judicati ſunt venia digni, ut tamen aliquam deberent ſubire ob lapſum pœnam, in hunc modum ab ipſa præſcriptam:

XXV. Pœnitentia lapſorum. *Sit remedium & ſalutem animæ ferens ac valde diſcretum Epitimium*, nempe pœna Eccleſiaſtica ita dicta ſacerdotum videlicet: *ſi quidem carnibus veſcuntur, abſtinere a carne, caſeo & ovo. Hi vero, qui carnes non comedunt, abſtinere a caſeo, ovo, & piſcibus quarta feria, & paraſceve, legumina & olera comedere cum oleo & pauco vino, facereque genuflexiones quinquaginta per ſingulos dies, & dicere Kyrie eleiſon centies, & Domine peccavi centies, & Domine ignoſce mihi peccatori centies: recenſereque ſextum Pſalmum, & trigeſimumſeptimum. Hæc tibi mando cuſtodire uſque ad Chriſti Nativitatem. Non autem habeas poteſtatem miniſtrandi, nec agendi quoquo modo, quæ ſacerdotum ſunt. Et tunc in Natalitiis magni Dei & Salvatoris noſtri JESU Chriſti recipies ſacerdotium tuum, & mecum eris ſacerdotio fungens, & miniſtrans immortali æterno Deo.* Iſta eſt Epitimiorum forma, qua perlecta, conſuetis acclamationibus finis impoſitus eſt ſecundæ Actioni.

XXVI. Actio III. Tertia Actio habita legitur undecima menſis Octobris, iis qui ſupra, præſentibus, & præmiſſis ſacris ritibus inchoata. Ubi cum alii lapſi Epiſcopi, immo Archiepiſcopi noluiſſent libellum a Romano Pontifice miſſum ad ſatisfactionem ſuſcipere; a Synodo non ſunt recepti: fuerunt hi Theodulus Metropolitanus Ancyræ, & Nicephorus Metropolitanus Nicææ ingenio refractario. Poſt hæc vero juſſione Apoſtolicæ Sedis Legatorum juſſæ ſunt legi epiſtolæ Baſilii Imper. & Ignatii Patriarchæ ultima ad Nicolaum Pontificem, necnon Hadriani Romani Pontificis ad Ignatium, quibus lectis, & collaudatis, ſecutis conſuetis acclamationibus, finis Actioni huic impoſitus eſt.

XXVII. Actio IV. Convenerunt rurſus Patres ad eumdem ſacrum conſeſſum decimatertia ejuſdem menſis Octobris, cum duo ex parte Photii pſeudoepiſcopi Zacharias atque Theophilus intromiſſi ſunt, uterque ex illis quatuor, qui una cum Barſa Legato Michaelis Imper. legatione functi ſunt nomine Photii ad Nicolaum Romanum Pontificem. Hi enim cum mendaciter jactarent, tum ipſos, tum Photium a Nicolao Papa receptos, ut audirentur a Synodo: Senatores, qui aderant, expetierunt, ut etiam Photius ipſe, ſi vellet, audiri deberet: repugnantibus autem Apoſtolicæ Sedis Legatis, utpote quod ſententia Romanorum Pontificum condemnati audiri iterum non deberent; ex indulgentia tamen juſſi ſunt in Synodum ingredi, & ultimo loco ſtare. Qui cum ab ipſis Legatis præcipue vero a Marino diacono, qui præſens fuit, auditi ſunt dicere a Nicolao Pontifice Photium recceptum: redarguti manifeſti mendacii, litteris inſuper Nicolai iidem convicti ſunt, cum patefactum eſt, Photium numquam a Nicolao receptum, ſed ſæpius condemnatum. Quibus lectis, & Legatis Patriarchalium Eccleſiarum interrogatis, an ab illis Photius fuerit aliquando receptus: negantibus illis omnino; foras miſſi ſunt illi cum dedecore mendaciorum opifices pſeudoepiſcopi Theophilus, & Zacharias. Tunc & Metrophanes Smyrnenſis Archiepiſcopus coram omnibus teſtatus eſt, ſe ea de cauſa ſeductum a Photio, quod ille ſcelestus aſſereret, receptum ſe a Romano Pontifice, & omnibus Patriarchis. Sed quo prætextu iſti ſe cum Nicolao Pontifice communicaſſe jactarent, in fine Actionis ejuſdem redditur manifeſtum:

nimi-

PAGIUS *gendi quæ vellet; Romanis enim pro antiqua Eccleſiaſtica Traditione Judicandi poteſtatem permittebat*, inquit Nicetas in Vita Ignatii.

VIII. *Actio tertia.* Ad num. XXVI. & ſeq. Actio tertia *V. Idus Octob.* celebrata; in qua *Theodulus* Metropolita Ancyranus & *Nicephorus* Metropolita Nicænus, qui a Methodio vel Ignatio ordinati erant, libello a Romana Sede tranſmiſſo ſubſcribere detrectarunt, dicentes profeſſionem in ſua conſecratione factam proteſtatos eſſe ſemper ſervandam, ſed libellum Romanum non eſſe neceſſarium, ideoque a Synodo rejecti ſunt. Hujus rei arcanum nos edocet Anaſtaſius in Nota ad illum libellum; *Poſtquam omnes* (nempe Græcorum Epiſcopi) *chyrographa ſua fecerunt, & teſtibus roboratæ tradiderunt, ſurrexerunt quidam eorum & ad ſanctiſſimum Patriarcham Ignatium, atque ad Baſilium Imperatorem accedentes ſecreto dixerunt, non bene factum fuiſſe, quod Eccleſiam Cpolitanam tantæ ſubiectione ſubdi Romanæ Eccleſiæ permiſerint, ita ut hanc ei tanquam Dominæ ancillam tradiderint. Quibus verbis Imperator commotus juſſit Primoribus, qui Vicariorum Sedis Apoſtolicæ ſervitio deputaverint unum* (locus corruptus eſt) *illi ad aliquam Eccleſiam cum ſuis pergerent, ipſi manſionem eorum ingreſſi chirographa illa latenter arriperent. Nam eos palam ſcandaliza-*

re



nimirum quod Romanæ eſſe Eccleſiæ conſuetudinis dicerent, nullum peregrinum Epiſcopum permitti in ſancti Petri baſilicam introire, niſi Fidei libello prius oblato: cum hoc ipſi feciſſent, ſatisfactum putarunt, ut dici poſſent communicaſſe cum Nicolao Pontifice. Immo & cum alium dediſſent libellum, quo declararent, atque jurarent, ſequturos ſe Apoſtolicæ Sedis judicium: nec ſic (ut ſuo loco audiſti ſuperius) admiſſi ſunt cum aliis Epiſcopis ad communionem, eo quod ab eo miſſi eſſent, qui thronum invaſiſſet alienum. Peractis his, finis impoſitus eſt cum acclamationibus ex more, quartæ Actioni.

XXVIII. Actio. V. Photius revocatus ad Synodum. Poſt hæc autem decimanona ejus menſis Octobris, eadem tertia Indictione, rurſum ex inſtituto coeunt Patres ritu ſolemni, cum Photius ipſe præcepto Imperatoris, juſſus eſt invitus accedere. Quem ut laicum, per laicos vocari voluerunt Apoſtolicæ Sedis Legati, non per Epiſcopos. Quibus Photius ſe invitum, eſt conteſtatus, adduci, & ſilentium ſervaturum, illud Davidicum

(a) Pſalm. 38. male uſurpans (*a*): *Dixi cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea: Poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret peccator adverſum me.* Ad quem S. Synodus hæc ſcriptis denuntiari mandavit ingredi detrectantem: Quia opera tenebrarum habens in temetipſo, formidaſti ſanctam & univerſalem Synodum, quæ in lumine veritatis eſt congregata, ne manifeſtareris divulgatus per eam, quemadmodum ſanctum perhibet Evan-

(b) Joan. 3. gelium: (*b*) Quia omnis, qui prava agit, odit lucem, ut non arguantur

(c) Pſ. 31. opera ejus. Sed ſcriptum eſt (*c*): In camo, & fræno maxillas eorum conſtringe qui non approximant ad te.

XXIX. Quibus auditis Photius, rurſus vim conteſtatus, eſt introductus, & in medio conſtitutus, juſſuque S. R. E. Legatorum interrogatus, ſi ſuſcipiat conſtituta SS. Patrum? Non reſpondit. Et a Legatis ipſis quæſitus, ſi reciperet conſtituta Romanorum Pontificum; nec verbum ullum reſpondit: ſed ut ille, qui ſine veſte nuptiali inter alios convivas inventus compellatus obmutuit, præ confuſione conticuit, vafreque verba repreſſit. Etenim ſi ea recipere dixiſſet, quibus ſe ſciret eſſe damnatum, contra ſe ipſum manifeſte ſententiam promulgaſſet. Sed cum affirmare in damnum ſuum non acquievit, tamen nec auſus eſt negare, & ea ſe non recipere profiteri, quod probroſum adeo ſciret ſibi fore, & ab aliis deteſtandum. Sed vafer ille, Chriſti imitationem prætexens, ea auſus eſt velare turpitudinem ſuam de affectato ſilentio, affirmans ſe Chriſti exemplo tacere, cum judicaretur. Sic infelix vel ſilentio, vel compoſitis, & comparatis ex divina Scriptura verbis Synodum ſe eludere poſſe exiſtimavit, eluſus ipſe atque confuſus, cum ibi contra ſe recitatas audivit epiſtolas Nicolai, cujus voluntate ſe Patriarchatum conſecutum eſſe, mentitus fuerat, ſicut de communicatione aliarum ſedium Patriarchalium falſo olim fuerat gloriatus, teſtimonio earumdem ſedium Legatorum ibi in Synodo redargutus, numquam ab eis fuiſſe receptus. Cum igitur ſic undique convictus ille & condemnatus haberetur, tempus tamen reſipiſcendum a Synodo benigne impertitum eſt, ſed ipſe recuſavit accipere. Quo foras ejecto, abſoluta eſt cum ſolitis acclamationibus Actio quinta.

Photius in Synodum introductus.

XXX. Actio VI. Sexta vero celebrata eſt vigeſimaquinta menſis Octobris, cui intereſſe voluit Imperator, atque primum peroravit in ea Metrophanes Metropolitanus Epiſcopus Smyrnæ, cujus abſoluta oratione, Legati Apoſtolici ab Imperatore petierunt non retractari, ſed executioni mandari quæ contra Photium tyrannum definita fuiſſent. Relectæ ſunt litteræ Ni-



co-

PAGIUS *re penitus recuſabat. Cum ergo Vicarii Romani ad collocutionem Patriarchæ proceſſiſſent, cuſtodes fures facti penetrantes domum quandam partem clanculo ex numeroſis illis chirographis abſtulere. Quo vicarii reverſi comperto talia inter cætera Imperatori dixere: Nos quidem Romam ob amiſſa chirographa redire non audebimus, tu tamen inchoata pro Eccleſia ſtatu pietatis, nihil omnino mercedis lucraberis.* Verum ipſemet Anaſtaſius, qui cum collegis ſuis Ludovici Aug. Legatis aderat, obtinuit ab Imperatore, ut chirographa illa Legatis Apoſtolicis redderentur, uti fuſius narrat Baronius num. LXXXI. & ſeqq.

IX. *Actio quarta.* In Actione IV. *tertio Iduum Octobris* habita introducti ſunt in Synodum *Zacharias* atque *Teophilus* Pſeudo-Epiſcopi a partibus Photii, qui cum libellum Romanum ſubſcribere nollent, jubentibus Legatis Apoſtolicis foras projecti ſunt. Valde poſtea gloriatus eſt *Photius* quod hi aliique non pauci ſuis partibus conſtanter ſtetiſſent, ut videre eſt apud Baronium anno DCCCLXXI. num. XXVII. & ſeqq. ubi *Photii* Epiſtolam ad Epiſcopos ſuæ factionis ex exilio ſcriptam refert.

X. *Actio quinta.* Ad num. XXVIII. & ſeq. In Actione quinta *XIII. Kal. Novembris* celebrata, citatus eſt *Photius*, ut ſe ſe coram Synodo ſiſteret, qui cum reſpondere nollet, *Babanes* Patricius illuſtriſſimus viri inſipientiam ac ſuperbiam demiratus, ipſi inducias conceſſit, ut ſaluti ſuæ conſuleret; ſed cum affectato ſilentio immotus maneret, a Synodo dimiſſus eſt.

XI. *Actio ſexta.* A num. XXX. ad XXXVI. *Octavo Kalend. Novemb.* Sexto convenit Sancta Synodus, cui Baſilius Imp. interfuit, & Epiſcopos a Photio ſtantes interrogavit, an in tam manifeſto Judicio totius Eccleſiæ comprobato conſenſu acquieſcerent; quibus voce impudenti renuentibus Imperator ſapienter reſpondit; *Vos princi-*

*pali*

colai damnationem Photii continentes; idemque aſſeruerunt duarum Patriarchalium ſedium Legati, iterum coram Imperatore teſtantes, numquam ab ipſis Photium fuiſſe receptum. Admiſſis autem in Synodum Epiſcopis qui erant ex parte Photii, auditis litteris Nicolai, & aliis propoſitis contra Photium a cæteris Patriarchis, interrogans Imperator Epiſcopos Photii, ſi acquieſcerent adeo manifeſto, atque toto cœlo patenti judicio totius orbis Eccleſiæ comprobato: negantibus illis, atque petentibus licere ſibi defendere Photium: ex eis unus Zacharias nomine Chalcedonenſis Epiſcopus prolixa oratione, ſed vacua ratione conatus eſt Photii damnati ſæpius cauſam tueri, in qua ubi putaret quod cardo totius controverſiæ moveretur, probare in primis conatus eſt, juſtam fuiſſe Ignatii depoſitionem, ut quoquo modo poſt eum potuiſſet Photius ſubrogari: ſed nequidquam hoſtis invenit, quod in Ignatium effutiret. Porro eidem ſatisfecit, reſpondens omnibus, & redarguens ſingula ab eo propoſita vana argumenta Metrophanes Metropolitanus Epiſc. Smyrnæ. Cum vero nec ſic ille cederet veritati, nec monitioni acquieſceret Imperatoris, exprobrante eo adhuc ipſis Photii Epiſcopis, eos, ſicut ipſum, ex laicis & curialibus ab eo ordinatos, ex Patriciis videlicet, Protoſpathariis, Spathariis & Stabulariis eſſe creatos Epiſcopos: illis vero nihilominus reſiſtentibus, & abutentibus tanta Imperatoris clementia: Legati Apoſtolicæ Sedis, repreſſerunt hominem jam excommunicatum in Synodo loqui præſumentem, hoc nec ipſi, nec ejus ſimilibus excommunicatis licere poſt ſententiam latam; ſed tantum oblatum ſi velint accipere libellum ab Eccleſia Romana, & ſic veniam petere. Negantibus omnino ipſis, Imperator eos hortatus eſt ad pœnitentiam, benignitate provocans ad reſipiſcentiam, qua oratione inter alia multa perpetua digna memoria, habuit exhortationem iſtam aureis exarandam litteris ad perditiſſimos illos pſeudoepiſcopos Photianos.

XXXI. Exhortatio Baſilii Imp. ad Photianos

*Vos quoque, qui curatione indigetis, ac medela opus habetis, pretioſa membra Chriſti, etſi neſcio quomodo a malo dæmone detenti, a capite ſeparati eſtis: Vitis vera, quæ propter contentionem importunam, immo vero injuſtam in amaritudinem converſa es; Amici & proximi noſtri, etſi propter odium irrationabile ex adverſo appropinquantes & ſtantes, ac unitatem reſpuentes. Suſcipite admonitionis ſermonem (non autem confundor dicere) etiam deprecationis. In id enim nos adduxit miſericordia, quam circa vos habemus. Scrutamini intima conſcientiæ veſtræ, & invenietis vos male ab Eccleſia eſſe disjunctos. Noviſſima hora eſt, & Judex pro foribus eſt, fratres: ne præoccupemur ab ejus Eccleſia ſequeſtrati, & longe ab illius gloria projiciamur. Nihil turpe ducamus paſſionem manifeſtare, & vulnus oſtendere, ac locum pœnitentiæ & medicinæ requirere, atque intra atrium ſalvantium fieri; ne confuſionem, obedientiam arbitrando, confuſionis æternæ ſumamus experimentum. Qualis autem hæc eſt confuſio, fratres, procidere Deo, & veniam expetere? Deo enim procidunt qui Eccleſiæ, & ſpiritalibus iſtis Patribus procidunt. Confuſio quidem re vera eſt & maximus pudor, immo vero in Deum dimicatio, nolle unumquemque proprium confiteri peccatum, & humiliari propter Chriſtum & lucrari & ſe, & multos.*

XXXII. Mira Imp. humilitas.

*Si autem omnino hoc confuſionem arbitramini: Ego, cui Imperii ſuperpoſita eſt corona, forma vobis efficiar hujus optimæ humilitatis: Ego, qui imperitus, & inſipiens ſum, bonum initium ero veſtrum, qui ſapientes eſtis & ſcientia clari: Ego, qui in peccatis volutatus ſum, primus vobis typus fiam, qui mundi eſtis, & virtuti operam datis. Ego primus memet ſuper pavimentum projicio, purpuram & diadema parvipendens: aſcendite ad genas meas, & ſuper oculos meos incedite, nec reputetis magnum, Imperatoris calcare ſcapulas: nec revereamini pedibus tangere verticem, cui ſuperimponitur a Deo donata corona: omnia pati promptum habeo, & agere promptius, quæ vobis quidem confuſionem, mihi autem gloriam, & maximam claritatem conferre videntur. Neque enim in hoc curam gero gloriæ meæ, tantum ut videam communionem, unitatem, & unam Eccleſiarum feſtivitatem, tantum ne animæ detrimentum patiar, & gaudeat ſuper me ille omnium inimicus diabolus, captivum ſumens: quod mihi deſiderandum eſt, tantum ſpei meæ lampas inſperate non extinguatur, per quam feſtinabam communi illuſtrari lætitia ſimul & gaudio.*

*Ne-*

PAGIUS *pali manu Synodos inordinatas ſoli ac ſingulariter ſine Patriarchicis Thronis facientes, Sanctas vocare auſi eſtis, & huic præſenti, quæ ab omnibus Patriarchalibus Thronis celebrata eſt; Dei cooperatione ac gratia, qui imperium vobis commiſit, detrahere non erubeſcitis. Utique noſtis & vos, & univerſitas, quæ ſub Cœlo eſt, quia protectione veri Dei noſtri quinque Patriarchia Orbis terrarum recta ſentiunt, & non eſt læſio fidei: & ideo quidquid judicant, neceſſario debetis recipere.* In eadem Actione ſolide reſponſum ad ea quæ Photii partiarii

ad



XXXIII. *Neſcio quod erat ſatagendum, & efficiendum, & non feci, vel quos proponendos admonitionis & deprecationis ſermones, & non propoſui. Vos de cætero videbitis. Innocens enim ſum a perditione veſtra. Si vero & ad magnum & horrendum illud Judicium futuræ diei vos remittitis, quaſi pro vobis rationem daturos: noſcite, quia bene novi, quia nullus vobis juſtitiæ ſermo ſive hic adeſt, ſive illic aderit, niſi quantum in hac controverſia, inventum extiterit. Verum ſi vultis ante illud Judicium, conſcientiæ veſtræ interrogare judicium: diſcetis amplius nihil, quam quod ab Imperio noſtro dicitur. Deponite igitur contentiones, fratres, & reſumite amorem fraternitatis: fugite diſſenſionem, & unitatem amplectimini: odium avertite, & dilectionem in ſinum recipite: ſtate cum probabilibus, & capiti compaginamini. Recipite per * parentiam divinæ communionis gratiam, & nihil ob ſæcularia ſitis ſoliciti. Sunt enim apud compatientiſſimum Imperium noſtrum ſuſceptionum modi diverſi, per quos conſolabimur, & inceſſanter quæ ſecundum ſæculum vobis opportuna fuerint, faciemus. Rurſus multimode decertabimus, obſecrantes, rogantes, & omne ingenium commoventes ad ſpiritales Patres noſtros, & Patriarchas, ut diſpenſent quid eorum quæ inſunt animo veſtro; tantum ne temere contra ſalutem veſtram agatis.*

* idem quod obedientiam

XXXIV. *Non enim eſt tempus ad pœnitentiam, & receptionem acceptius: qui namque hodie ligare, & ſolvere Eccleſiæ negotia poſſunt, præſto ſunt. Dimittit importune tempus explorare, & rerum immutationem expectare, quæ etſi fiet aliquando, nihil vobis conferet. Etenim etſi alia tempus immutaverit, hoc commovere non poterit. Nam ſi actio unius viri veſtri nil rationabile habens, cum tota erronea eſſet, tantum æſtum operata eſt, ut hunc vix ac difficile diſſolvere quiverimus: actionem dic mihi, & judicium quatuor Patriarchalium ſedium quis diſſolvere poterit? Ad quem enim confugietis, ſolutionem obligamenti petentes? Ad Romanum Præſulem? ſed finetenus vos condemnavit. Ad Antiochenum? ſed conſentaneus Romano, & conſonus factus eſt. Ad Hieroſolymitanum vel Alexandrinum? ſed & illi veſtræ damnationi conſenſerunt. At ſi & thronum aliquando Conſtantinopolitanum ille, qui cuncta violat, vobis commiſerit, & per voſmetipſos convenire volueritis, quis vos ſequetur?*

XXXV.

Hic velim antequam ulterius progrediamur, Lector, obſerves, & memoriæ mandes, quod ait Imperator, non niſi per eum, qui cuncta violat, pravum intelligens dæmonem, accidere poſſe, ut Photius iterum Conſtantinopolitanum thronum accipiat: ut cum id factum ſuo loco cognoveris, operatorem intelligas. Etenim ſecundum illud Proverbiorum: (a) *Divinatio in labiis Regis, in judicio non errabit os ejus.* Hæc ab Imperatore futura neſciente, prophetice eſſe dicta declararunt eventa. Pergit Imperator:

(a) Prov. 16.

*Vel quomodo aperire oculos, & aſpicere quempiam poteritis, impugnati ab omnibus ſacerdotibus & Patriarchalibus ſedibus? Ne ergo, fratres, ipſi vos tempus ſalutis veſtræ deſpicientes, perdatis: neque enim talem invenietis aliquando. Sed importunas contentiones, & obſtinationes deſerentes, communi medelæ occurrite, & medicinæ remedium ſumite, ac adhærete ſpiritali capiti veſtro, & Eccleſiæ Dei communicatores eſtote, ut ex crimine exuamini, & Deum propitium habeatis, & Eccleſiam lætificetis, Imperiumque noſtrum exultare, & ſpiritualiter feſtivitatem celebrare faciatis, atque Rempublicam univerſam gaudio magno ac tripudio repleatis, atque in communi omnes benedicamus Domino gloriæ noſtræ, & Principi pacis, & auctori diſperſa congreganti, & bene coaptanti, interceſſionibus ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis, Dominum videntium Angelorum, & omnium Sanctorum. Amen.* Hucuſque Imperatoris ad ſchiſmaticos exhortatio. Quo nomine collaudatus eſt ab univerſa Synodo & magna admiratione accepta ejus erga lapſos pietas & miſericordia.

XXXVI.

At quid illi ad quos ſermo, ſchiſmatici? Nihil præterea, niſi (quod eſt in (b) Pſalmo) *ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* Eorum malitia petrea, immo ferrea frangi non potuit malleo verbi Dei, Imperatoris licet manu ſuſcepto. Qui nec vinci eorumdem pertinacia paſſus, adhuc decem dies ad reſipiſcendum ipſis dari voluit. Quibus peractis, finem accepit Actio ſexta, acclamante, ut alias ſæpe factum, Concilio univerſo.

(b) Pſ. 57.

Rurſus autem convenere Patres ac ſimul

Actio ſeptima.

mul

PAGIUS ad ejus cauſam defendendam in medium attulere.

XII. *Actio ſeptima.*

A num. XXXVI. ad XL. In ſeptimam Actionem *IV. Kal. Novemb.* factam, rurſus ex Baſilii Aug. mandato & Romanorum Legatorum permiſſu *eſt introductus Photius*, & cum eo *Gregorius Syracuſanus*; ſed cum eorum impudentia magis ac magis augeretur, tandem Legati Apoſtolici latum in utrumque Synodalem anathematiſmum ex Ambone pronunciari juſſere.

mul Imperator cum magiſtratibus undetrigeſima die Octobris ad præſcriptum Synodi locum, decem diebus elapſis Photio ad reſipiſcendum datis, cum iterum Photius intromitti ad judicium ſynodale jubetur: *Cum* (inquiunt Acta) *introductus eſſet Photius baculo innixus, & cum eo Gregorius dudum Syracuſanus: Marinus Deo amiciſſimus Vicarius dixit: Tollite baculum de manu ejus: ſignum eſt enim dignitatis paſtoralis, quod hic habere nullatenus debet, quia lupus eſt, & non paſtor*. Eo dempto, jubetur ab

Iterum Photius introducitur.

ipſis Apoſtolicæ Sedis Legatis rogari Photius, ſi pœniteat, & paratus ſit offerre libellum. Cum ille pervicax Legatos ipſos potius pœnitere debere reſpondit: quare maxime eſt redargutus a Legatis duarum ſedium Patriarchalium. Poſthæc autem intromiſſi ſunt Epiſcopi partis Photii, rogatique de libello pœnitentiæ dando, magis obſtinati quam umquam antea ſunt reperti, adeo ut Imperator his eos verbis ſtatuit compellandos: *Dicite unde eſtis? De cælo eſtis? an de terra, in qua nos degimus? Et oſtendite ab hac hora: Quis ſive hæreſis mota eſt, ſive ſchiſma emerſit in qualibet parte, & ſenſit aliquis extra quatuor Patriarcha, & ſalvatus eſt? & audio vos hodie. Quatuor Patriarchia, immo vero quinque condemnatione condemnant vos. Quid vobis videtur ad hæc? eſt qui adjuvet vos? dicite*. At illi ſtulte provocantes ad Canones, Synodi judicium conati ſunt ſubterfugere.

XXXVII. Tunc Apoſtolicæ Sedis Legati repetitum a Romano Pontifice Nicolao judicium recitari voluerunt, quo ſecundo eumdem Photium condemnavit: miſſum Conſtantinopolim per epiſtolam ad Archiepiſcopos & Epiſcopos, & Clerum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, quæ incipit: *Ea, quæ nuper Conſtantinopoli geſta ſunt, &c.* Poſtea vero juſſi ſunt legere epiſtolas Hadriani ſuperius recitatæ, quibus confirmat ipſius Nicolai prædeceſſoris contra Photium Acta. Inde vero recitatæ ſunt res geſtæ in Concilio Romano ſub eodem Pontifice Hadriano, in quo noviſſimum Photii conciliabulum contra Nicolaum Pontificem damnatum eſt igni comburendum, ſimiliter & Photius & omnes, qui ſubſcripſerunt. Erant Acta illa tribus diſtincta allocutionibus Hadriani ad idem Concilium habitis. Inde vero lecta eſt a Niceta Archidiacono Legatorum Sedis Apoſtolicæ admonitio ad Synodum contra Photium ejuſque participes, petens, ut contra Photium ejuſque ſectarios executioni mandentur: poſtea vero ſecuta eſt declamatio Ignatii Patriarchæ ad Synodum facta contra eumdem Photium, Dei beneficia facta in ſe recolendo, cum poſt tot paſſiones & perturbationes Deus reſpexerit ſua miſericordia in ipſum. Sic enim eſt exorſus: *Fratres & filii dilecti, rogo vos ego humilis Pontifex veſter conſiderare & conſpicere, completam eſſe maxime nunc eloquium Scripturæ* (a), *quod habet: Aſpicite ad antiquas generationes, & videte, Quis credidit Domino & confuſus eſt? Vel quis permanſit in timore illius, & deſpexit eum?* Et poſt nonnulla converſus ad Photium: *Ecce*, inquit (b) *homo qui non poſuit Deum adjutorem ſuum, ſed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum, & prævaluit in vanitate ſua, &c.* Abſoluta autem hujuſmodi cum gratiarum actione proclamatione, per Stephanum Archidiaconum in fine hujus Actionis ejuſmodi anathematiſmi in Photium aſtantem ſunt recitati, & (ut addit Anaſtaſius in notis) ex Romano Concilio ſub Hadriano:

(a) Eccl. 2.

(b) Pſ. 51.

XXXVIII. Anathematiſmi contra Photium & alios.

*Photio Curiali & Invaſori Anathema. Photio ſæculari & forenſi Anathema. Photio neophyto & tyranno Anathema. Photio ſchiſmatico & damnato Anathema. Photio mœcho & parricidæ Anathema. Fabricatori mendaciorum Anathema. Inventori perverſorum dogmatum Anathema. Photio novo Maximo Cynico Anathema. Novo Dioſcoro Anathema. Novo Judæ Anathema. Omnibus ſequacibus & fautoribus ejus Anathema. Gregorio dudum Epiſcopo Syracuſano Anathema. Eulapio depoſito & ſchiſmatico Anathema.*

Hæc ſequutæ ſunt acclamationes pleniſſimæ dictæ Imperatori, Imperatrici, Romanis Pontificibus Nicolao & Hadriano. Nicolao in hæc verba: *Nicolai beatiſſimi Papæ Romani æterna memoria. Novi Phinees æterna memoria. Novi Danielis æterna memoria. Novi Martini æterna memoria.* Et Hadriano ejus ſucceſſori ſic acclamatum: *Hadriano ſanctiſſimo Papæ Romano multi anni. Interemptori novi Simonis multos annos. Percutienti novum mendacem Ananiam multos annos.* Sed & Ignatio acclamatum & Legatis Apoſtolicæ Sedis atque cæterarum ſedium Patriarchis.

XXXIX. Notat in margine Anaſtaſius in Græco codice ejuſdem Synodi Græce ſcriptos Jambos hos reperiri:

*Photius, qui pridem inſuperabilem Petram*
*Fraudibus malignis conturbavit inſipienter,*
*Pellitur nunc ut atrociſſima fera*
*A thalamo caſto & venerabilibus templis.*
*Satanæ peſſimo miſerrimiſque tenebris*
*Bene præmiſſus & paſſus digne*

*A ju-*



*A judicibus recte ſentientibus atque ſanctis,*
*Doctiſſimo videlicet Nicolao*
*Hadrianoque divino Papa Romano*
*Et Ignatio martyrium paſſo*
*Et tribus reliquis ſedibus Orientis*
*Orthodoxis & ſapientibus valde.*

Hic non prætermittendum, quod habet Nicetas in vita Ignatii, Epiſcopos ſubſcribentes damnationi Photii, in majorem hominis deteſtationem (quod factum legimus in damnatione Pyrrhi pſeudopatriarchæ Monothelitæ) intinxiſſe calamum in ſacrum ſanguinem Chriſti: ait enim: *Subſcribunt autem hujuſmodi damnationi non ſimplici atramento facto chirographo, ſed horrendum dictu* (*ut ab his qui id norunt, accepi*) *ipſo videlicet Salvatoris ſanguine calamum tingentes ita damnarunt Photium*. Hæc Nicetas: verum nihil de his in Actis, quæ integra extant.

XL. Octava actio.

Collecta eſt poſt hæc rurſum Synodus, quinta Novembris, eadem tertia Indictione iis ritibus, quibus antea, præſente etiam Imperatore, qui rogationem propoſuit de incendendis chirographis omnibus, quæ ab omni hominum genere Photius extorſiſſet, ſimulque omnibus ejuſdem ſcriptis contra Nicoalum voluminibus. Cui aſſentientibus Apoſtolicæ Sedis Legatis, & aliis omnibus. Tunc (habent Acta) jubente Baſilio Chriſti amico & magno Imp. poſitum eſt in medio Synodi vas æneum plenum igne, & delati ſunt in marſupio a Theophylacto reverendiſſimo diacono & Referendario omnes tomi chirographorum, qui exacti ſunt a Photio ab omni ſacro catalogo & omni ordine clericorum tam magnæ Eccleſiæ, quam earum quæ foris ſunt, quamque etiam in magnis & parvis & omnibus ſenatoriæ dignitatis, & cunctis aliis tam illuſtribus, quamque ignobilibus, atque his, qui in omni arte ac diſciplina & diverſo ſtudio eſſe videbantur, uſque ad pellarios & piſces vendentes, & lignarios & acus facientes. Inſuper & libri, qui ficte conſcripti ſunt contra beatiſſimum Nicolaum Papam, & Geſtorum relationes ac Synodi, quæ contra ſanctiſſimum Patriarcham Ignatium factæ ſunt a Photio. Et accipiens Georgius reverendiſſimus Orphanotrophus ſingulos libellos & tomos tribuit, hominibus utrorumque ſcriniorum Vicariorum, qui miſerunt omnia in ignem, & cremata ſunt, & redacta in nihilum.

XLI. Poſt hæc autem introducti in Synodum Petrus, & Baſilius, quos Photius finxerat in ſuo conciliabulo attuliſſe libellos ab Urbe Roma adverſus Nicolaum Pontificem, qui interrogati, negaverunt omnino. Sed & falſarius ille, qui in eodem conciliabulo ſuppoſuerat Leontium quemdam ſubſcribentem tamquam Apocriſarium Patriarchæ Alexandrini: introductus iſte in medium, & negavit omnino ſe fuiſſe Apocriſarium, vel ſubſcripſiſſe, ſed tantum ab eodem Patriarcha litteras accepiſſe ad Imp. His detectis Photii ſubdolis impoſturis, a Legatis Apoſtolicæ Sedis juſſus eſt legi Canon Concilii Romani ſub Martino Papa adverſus hujuſmodi impoſtores, ut non recipiantur ad pœnitentiam, niſi in fine vitæ.

XLII. Iconomachi auditi in Synodo.

His abſolutis, introducti ſunt Iconomachi quorum caput Theodorus, Chriſtinus dictus, qui negavit ſe colere imagines ſacras: & quod non inveniretur eſſe Chriſti præceptum: Reſponſum eſt, eſſe præceptum Chriſti intelligendum, quod ab univerſa Catholica Eccleſia eſt definitum. Illo autem in impietate perſeverante, duo alii Iconomachi, Nicetas clericus, & Theophilus laicus pœnitentes ad Eccleſiam rediere: quos Imperator ad oſculum ſuſcepit. Et prolatis in Iconomachos anathematiſmis, repetitiſque iterum iiſdem in Photium, collaudato ex more acclamationibus Imperatore, & univerſa Synodo, finis impoſitus eſt octavæ Actioni, eidem ultimæ anni hujus dicta die quinta Novembris: reliquæ autem duæ aliæ Actiones ſequenti anno ſunt celebratæ, quæ ne diſcrimine temporis, ab aliis diviſæ in volumine remanerent, cum ædem omnes ſint unius ejuſdem Concilii Actiones, hic eas ſuperioribus jungere, conveniens magis & opportunum viſum eſt.

Nona Actio octavæ Synodi.

Sequenti igitur anno Redemptoris octingenteſimo ſeptuageſimo duodecima menſis Februarii, in conſtitutum locum, in quo aliæ habitæ ſunt ejuſdem Concilii ſuperiores Actiones, convenere Patres

tres

PAGIUS XIII. *Actio octava.*

Ad num. XL. & ſeq. Actione octava *Nonis Novembris* celebrata in ignem conjecta ſunt ſcripta omnia *Photii* contra *Nicolaum* Pontif. Max. & Conciliabula contra Ignatium facta, & poſtea actum de Iconomachis, & anathematiſmi in eos & Photium iterati.

XIV. *Actio nona.*

A n. XLII. ad XLVIII. Actio nona anno ſequenti, *pridie Idus Frebruarias* habita eſt. Intromiſſi ſunt falſi teſtes, qui contra *S. Ignatium*, ſuadente Photio & Michaele Imp. compellente, teſtimonium dixerant, ut jure deponi videretur. Hi crimen confeſſi pœnam canonicam a Synodo ſuſcepere. Deinde actum de rerum ſacrarum illuſoribus tempore *Michaelis* Imp. qui confeſſi ſunt, ſe mimos in Eccleſia egiſſe, ac illuſiſſe Sacerdotio, jubente eodem Imperatore. Hi vero ad pœnitentiam reſervati ſunt in alio Conventu ipſis imponendam.

tres. Ubi cæremoniis conſueto ritu præmiſſis, ad rerum gerendarum tractationem devenientes, primum omnium in ſanctam Synodum introire juſſus eſt Legatus, qui nuper advenerat miſſus a Patriarcha Alexandrino Michaele. Qui autem functus eſt legatione Joſeph nomine, Archidiaconus erat ejus Eccleſiæ: qui ubi in ſanctam Synodum ingreſſus eſt, ſuæ legationis protulit legendas litteras, quibus probe cognitis, inventus eſt re vera eſſe Legatus. Idemque percognitis, quæ in Synodo octo Actionibus acta eſſent, omnia rata habuit, & confirmavit.

XLIII. Falſi teſtes confeſſi pœnitentiam ſuſcipiunt.

Poſthæc introductis falſis teſtibus, qui ſuaſione Photii, & compulſione Michaelis Imperatoris contra Ignatium falſum dixerant teſtimonium, primus fuit Theodorus Protoſpatharius, qui auditus eſt, inde Leo Conſul, & poſt hos alii nobiles magiſtratus, qui Michaelis Imp. juſſu confeſſi ſunt contra Ignatium falſa juraſſe; quorum hæc nomina, Euſtachius regius Spatharius candidatus, Conſtantinus regius Spatharius, Baſilius regius Mandator, Photius Spatharius, & factus Chartularius militaris Logotheſii, Paulus regius Scriba, Chriſtophorus regius Spatharius & Secundus vulgi Praſinorum, Anaſtaſius dudum diaconus, Marianus Veſtitor & factus Epoptes, Conſtantinus Chartularius, Arſabir regius Candidatus functus prima legatione a Michaele ad Nicolaum Pontificem, & Conſtantinus regius Protoſpatharius; omnes hi jurati teſtes falſi contra Ignatium, ut jure deponi videretur coram plena Synodo confeſſi ſunt, & pœnitentiam a Legatis Sedis Apoſtolicæ & univerſa Synodo acceperunt, quæ ab iiſdem ita decreta fuit, ibidemque deſcripta verbis iſtis:

XLIV. Sententia Legatorum in falſos teſtes.

*Definimus & promulgamus hos per ſeptem annos Epitimium habere: eſſe illos duobus annis extra Eccleſiam, & aliis duobus intra Eccleſiam audire divinas Scripturas uſque ad catechumenos, non tamen ullo modo communicare, ſed abſtinere a carnibus & vino quatuor annis præter Dominicos dies & Dominicas feſtivitates, & aliis tribus annis ſtare cum Fidelibus & mereri divinam communionem in ſolis Dominicis ſolemnitatibus cum eleemoſynis, orationibus atque jejuniis, ita ut tribus diebus hebdomadæ, ſecunda videlicet, quarta & ſexta feria abſtineant a carnibus & vino.* Qui accipientes ejuſmodi juſtiſſimam, uti fatebantur, conſtitutam pœnitentiam, petierunt, ut ob diuturnitatem temporis facultatem concederent Ignatio Patriarchæ diſpenſandi, moderandi ſcilicet pro cauſa. Qui annuentes conceſſerunt eidem Patriarchæ ſuper oves ſuas pro rationis arbitrio diſpenſare. Quod autem alii plures ordinis ſenatorii ejuſdem criminis falſi juramenti rei eſſent, ſed non adeſſent, in aliam Actionem eorum cognitio eſt dilata.

XLV. Quid in illuſores rerum ſacrarum.

Poſt hæc autem ſuggeſtum eſt ab Apoſtolicæ Sedis Legatis ſanctæ Synodo de ſacerdotii illuſoribus laicis, qui in urbe Conſtantinopolitana ſacerdotalibus indumentis progredi conſueviſſent, & ſacra facere tempore Michaelis Imp. etiam cum Photius Patriarcham ageret, quorum tres ad Synodum ſunt perducti, videlicet Marinus Spatharius Candidatus, Baſilius Spatharius, & Gregorius Spatharius. Qui interrogati confeſſi ſunt eos id feciſſe, Imperatore jubente, mittenteque ad eos ſtolam ſacerdotalem ob ludum, non ad ipſos ſolum, ſed alios plures Spatharios, indutos ſacerdotalibus veſtibus ſacris, uno ex illis Patriarchæ formam exprimente, & orationem ſuper cæteros dante, & ſacra miſcente. Qui ad pœnitentiam reſervati ſunt, dandam illis in futura ſeſſione.

XLVI. Photii infamiæ tituli.

Porro inter alia crimini invenitur datum Photio, quod iſta ſciens, non abſtulerit, ob idque Compatriarcham mimi appellaverunt eum, cum aliis infamiæ titulis in Synodo hac eadem Actione a patribus conclamatis, qui in notis Anaſtaſii ſic reperiuntur expreſſi: *Photium ſciſſionibus mundum replentem, duas vero fides impie habentem, animas autem duas mortalium dicentem & Imperium multipliciter incidentem, & Patriarcham primarium deponentem, alienumque thronum invadentem, mœchiam rurſus omnibus exprimentem, ignobilemque populum advocantem, ſubſcribere invitos minitantem, Compatriarcham mimi exiſtentem, pauperum clericorum & orphanorum res conſumentem, & inſontes punientem Fideliumque fidem in maledictionem exponentem, & Nicolai fidem proiicientem & * Sacarium in vicis invenientem, hujus vero ſocios ex ſemitis congregantem, & ſcandalum omnibus excitantem: inimicum Dei diximus impie agentem.* Hæc apud Anaſtaſium in fine Actionis hujus de Photio a patribus conclamata.

*

De falſis Legatis.

Antequam autem hæc ipſa Actio abſolveretur, juſſi ſunt Synodum ingredi falſi Vicarii ſeu Legati, quibus Photius contra Nicolaum Pontificem uſus eſt: fuerunt hi Leontius, Georgius, & Sergius, quorum Leontius a Photio confictus eſt eſſe Legatus miſſus a Patriarcha Alexandrino, Georgius & Sergius ſimulati eſſe miſſi Vicarii a Patriarcha Antiocheno. Qui palam falſitatem ſunt confeſſi, admirante & deteſtante S. Synodo ejuſdem Photii multiplicem, & immenſam iniquitatem, finiſque eſt impoſitus Actioni.





XLVII. Inter hæc autem antequam Synodus abſolveretur, pervenit Conſtantinopolim legatio miſſa a Ludovico Imperatore Occidentalis orbis pro conjugio ineundo inter ejus filiam atque Baſilii primogenitum. Functi ſunt hac legatione Anaſtaſius Bibliothecarius Apoſtolicæ Sedis, Suppo Comes conſobrinus Auguſtæ, & Everardus præpoſitus menſæ ipſius Imp. Habet horum nomina idem ipſe Anaſtaſius notata in exordio decimæ Actionis; qui & meminit legationis hujus in præfatione ad Octavam Synodum iſtis verbis: *Igitur cum hæc celebraretur venerabilis Synodus, accidit me famulum veſtrum* (Joannem Papam alloquitur) *miſſum ab Ludovico piiſſimo Imperatore cum duobus aliis viris inſignibus intereſſe ferentem legationem ab Apoſtolicis meritis decorato præſulatu veſtro cauſa nuptialis commercii quod efficiendum ex filio Imperatoris Baſilii, & genita præfati Dei cultoris, augeri ab utraque parte ſperabatur ſimul & putabatur. In tam enim pio negotio & quod ad utriuſque Imperii unitatem, immo totius Chriſti Eccleſiæ libertatem pertinere proculdubio credebatur, præcipue ſummi Pontificis noſtri quærebatur aſſenſus. Dei ergo nutu actum eſt, ut tanti negotii cum loci ſervatoribus Apoſtolicæ Sedis, Legatis ipſis, & ipſe ſine gauderem, & inveniens fructum, cum exultatione portarem manipulos, qui per ſeptennium pro eo indefeſſe laboraveram, & per totum orbem verborum ſemina, ſedulo ſcribendo, ſparſeram.* Hæc idcirco Anaſtaſius, quod in fine venit Oecumenici Concilii, & interfuit ultimæ hujus Synodi Actioni. Meminit hujus legationis (a) Aimoinus in geſtis Francorum, aitque Baſilium claſſem ante hæc direxiſſe in Adriaticum mare opem laturam. Ludovico Imp. in Apulia adverſus Sarracenos bellum gerenti.

Legatio a Ludovico Imp. ad Baſilium Aug.

(a) *Aim. lib. 5. c. 22.*

XLVIII. Legatio Bulgarorum Conſtantinopolim.

Quo etiam tempore ex Urbe reverſo Petro Legato Regis Bulgarorum abſque petitionis effectu: decernit idem Rex Legatos Conſtantinopolim, qui (ut habet Anaſtaſius in hiſtorica ſua præfatione ad Octavam Synodum) admiſſi ſunt in Synodo conſidere una cum Legatis nominatis Ludovici Imperatoris. Quid autem abſoluta Synodo inter Legatos Pontificis & Græcos præſentibus Patriarchalium ſedium Legatis actum ſit in Bulgarorum cauſa inferius dicemus hoc eodem anno poſt abſolutam Octavam Synodum.

Decima & ultima actio.

Cæpta eſt autem decima & ultima ejuſdem Octavæ Synodi Actio, die ultima Februarii, feria tertia, in qua præter nominatos ſæpius ibidem magiſtratus, præſentes fuerunt Legati Ludovici Imperatoris, & qui a Bulgarorum Rege miſſi fuerant, quorum nomina idem qui interfuit Anaſtaſius in notis ſeu ſcholiis ad dictam Synodum a ſe additis, ita recenſet: *Hic ſimiliter conſederunt in dextera parte glorioſiſſimi Principes & Apocriſarii perſpicui Ludovici Imperatoris Italorum atque Francorum, videlicet Anaſtaſius Deo amabilis Bibliothecarius Romæ, Suppo primus Contoſanariorum, & Conſobrinus uxoris ejus, & Everardus præpoſitus menſæ ipſius; ſimiliter glorioſiſſimi judices Michaelis ſublimiſſimi Principis Bulgariæ Staſiſzereo, Neſundicus, Vagartus, Ilueſrannatabam, Praſtit, Ziſunas, Campſis, & Alexius Sampſibunol.* Quod autem in vita Hadriani nominatur Petrus ejuſdem Regis Bulgarorum Legatus miſſus Conſtantinopolim, vel ſeorſum ab his miſſus eſt, vel unus ex iis, qui Bulgarico nomine ſcripti leguntur.

XLIX.

Quod autem pertinet ad res hac Actione geſtas, primum omnium juſſi ſunt legi Canones a patribus conſtituti omnes numero viginti ſeptem; quibus in primis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ opportunitatibus conſultum eſt; nimirum de perpetuo conſervandis, quæ a ſanctiſſimis Romanis Pontificibus pro Ignatio contra (b) Photium definita eſſent. Ut (c) cultus ſacrarum imaginum firmus conſiſteret. Ut (d) quæ collata ſunt Photio, & ipſe in alios contulit ſacra miniſteria, nullius ſint efficaciæ. Ne (e) quis laicus in Epiſcopalem provehatur dignitatem, niſi in ordine Lectoratus annum unum, duos in Subdiaconatu, in Diaconatu tres, in Presbyteratu autem quatuor annos exegerit. Ut (f) cunctæ res geſtæ per Photium, potiſſimum in Nicolaum Romanum Pontificem nullius ſint roboris. Ne (g) ſacras imagines anathematizati pingere audeant. Ne (h) chirographa ab Epiſcopis exigantur, niſi ex more tempore conſecrationis; hac enim arte Photius ſuam roboravit tyrannidem. Ut (i) exorta per Photium hujuſmo-

(b) *Oct. Synod.*
(c) *c. 3.*
(d) *c. 4.*
(e) *c. 5.*
(f) *c. 6.*
(g) *c. 7.*
(h) *c. 8.*
(i) *c. 9.*



PAGIUS XV. *Actio decima.*

A num. XLVIII. ad. LVIII. Actio decima & ultima *pridie Kalendarum Martiarum* celebrata, in eaque Canones XXVII. a Patribus conditi, ac promulgati, definitio Synodi, *Photiique* damnatio confirmata. Primus ſubſcribendi locus Imperatori delatus eſt a Synodo honoris gratia; ſed ipſe aſſeruit ſe ſe ſubſcripturum poſt Legatos Sedis Apoſtolicæ & alios Patriarchas, quando quidem ita Patribus placeret, quod & ita factum. Poſt omnes ſubſcripſere Epiſcopi CI.

(a) c. 10. di chirographa nullius ſint roboris. Itemque ne (a) quis ante ſententiam ſeparetur a communione proprii Patriarchæ. Anathematizati etiam ibi (b) ſunt omnes cum Photio credentes duas in uno corpore eſſe animas.

(b) c. 11.

Statutum eſt etiam iſtud admodum Eccleſiæ Dei proficuum, ne favore Principum eligantur Epiſcopi. Sunt iſta Canonis verba: (c)

(c) c. 12.

L. Reges non ſe immiſceant electionibus Epiſcoporum.

*Apoſtolicis, & ſynodicis Canonibus promotiones & conſecrationes Epiſcoporum, ex potentatu & præceptione Principum factas penitus interdicentibus concordantes definimus, & ſententiam nos quoque proferimus, ut ſi quis Epiſcopus per verſutiam vel tyrannidem Principum hujuſmodi dignitatis conſecrationem ſuſceperit, deponatur omnimodis: utpote qui non ex voluntate Dei, & ritu ac decreto Eccleſiaſtico, ſed ex voluntate carnalis ſenſus, & ex hominibus, & per homines Dei donum poſſidere voluit, vel conſenſit.*

(d) c. 13. Ut (d) non niſi qui in eadem Eccleſia militarunt, ad majores gradus promoveantur, & non alii aliunde petiti.

(e) c. 14. Repreheduntur Epiſcopi adulantes Principibus.

Ne (e) promoti ad Epiſcopatum indecentia obſequia exhibeant magiſtratibus, nimirum ne obviam prodeant procul ab Eccleſiis ſuis: non ſe demittant ab equis vel mulis, vel procidant & adorent eos; nec intrent ad Principes hora prandii, ubi indebita perſolvant obſequia. Sed veneratione digni habeantur, & qui libere errantes Principes valeant redarguere.

Vetantur omnes decimoquinto Canone alienare Cymilia Eccleſiæ, ornamenta ſcilicet, poſſeſſiones vendere, vel dare in emphyteuſim.

Decimoſexto Canone vehementer prohibetur ſacrilegus ille uſus a Michaele Imperatore introductus, quo laici luſus cauſa, ſacra indumenta geſtarent ſacerdotum, de quo ſæpe ſuperius, graviſſimis pœnis ejus criminis reos afficientes.

LI. Ne interſint Reges Synodis niſi œcumenicis.

Decimusſeptimus ſancitur Canon, quo Patriarcharum jura in convocandis Metropolitanis illibata ſervari vult; execraturque S. Synodus omnes dicentes, invalidas eſſe Synodos, quibus non interſit perſona Principis, monens, ut non interſint niſi Conciliis Oecumenicis Principes: Sunt hæc Canonis verba: *Illud autem tanquam peroſum quiddam ab auribus noſtris repulimus, quod a quibuſdam imperitis dicitur, non poſſe Synodum abſque principali præſentia celebrari. Cum nuſquam ſacri Canones convenire ſæculares Principes in Conciliis ſanxerunt. Unde nec interfuiſſe illos Synodis, exceptis Conciliis univerſalibus, invenimus. Neque enim fas eſt ſæculares Principes ſpectatores fieri rerum, quæ ſacerdotibus Dei nonnumquam eveniunt.*

(f) c. 18. Inde (f) ſtatutum, ut privilegia Eccleſiarum conſerventur. Utque viſitationes Eccleſiarum abſque omni avaritiæ ſuſpicione (g) peragantur. Itidem (h) ne ſibi jus dicat Epiſcopus in rebus Eccleſiaſticis.

(g) c. 19.
(h) c. 20.

LII. Judicare Romanam Eccleſiam nulli liceat Synodo.

Vigeſimusprimus autem ſancitus eſt Canon de exhibendo honore & reverentia omnibus Patriarchis, præcipue vero Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici. De quo ſpeciatim iſta: *Neminem debere conſcriptiones contra ſanctiſſimum Papam ſenioris Romæ, ac verba complicare atque componere, ſub occaſione quaſi diffamatorum quorumdam criminum, quod nuper Photius fecit, & ante Dioſcorus. Quiſquis autem tanta jactantia & audacia uſus fuerit, ut ſecundum Photium vel Dioſcorum in ſcriptis, vel ſine ſcriptis injurias quaſdam contra Sedem Petri principis Apoſtolorum moveat: æqualem & eamdem, quam illi, condemnationem recipiat.* Et paulo poſt de eodem Romano Epiſcopo hæc: *Porro ſi Synodus univerſalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de ſancta Romanorum Eccleſia quævis ambiguitas & controverſia: oportet venerabiliter & cum convenienti reverentia de propoſita quæſtione ſciſcitari, & ſolutionem accipere, & aut proficere * aut profectum facere; non tamen audacter ſententiam dicere contra ſummos ſenioris Romæ Pontifices.* Sed & qui ſequitur Canon vigeſimus ſecundus Dei Eccleſiæ proficuus multum ceſſit, qui ſic ſe habet: (i)

*

(i) dist. 63. c. 1. 2.

LIII. Principes non ſe immiſceant promot. Epiſc.

*Promotiones & conſecrationes Epiſcoporum concordans prioribus Conciliis electione ac decreto Epiſcoporum collegii fieri ſancta hæc & univerſalis Synodus definivit, & ſtatuit, atque jure promulgat, neminem laicorum Principum vel potentum ſemet inſerere electioni vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cujuslibet Epiſcopi, &c.* Idque ſub anathemate prohibetur. Inſuper ſtatutum, (k) a rebus, & perſonis, & ſacris actionibus alienæ diœceſis quemlibet abſtinere debere. Item (l) illud, ne Archiepiſcopi per alios ſuas Eccleſias curent Epiſcopos ſuffraganeos. Ne qui (m) hactenus adhærentes Photio Epiſcopi conſecrati a Methodio ſive Ignatio, etiam ſi reſipiſcant, ſpem ullam habeant reſtitutionis Epiſcopatus. Inſuper (n) ut beneficium appellationis ad majores ſedes ſit cuique clerico liberum. Ultimo (o) vero loco definitum, ne Epiſcopi pallio utantur, niſi loco & tempore congruo, & ne monachi ad Epiſcopatum aſſumpti monaſticum habitum deponant.

(k) c. 23.
(l) c. 24.
(m) c. 25.
(n) c. 26.
(o) c. 27.

LIV.

His ſtatutis, & comprobatis, facta commemoratione ſeptem aliorum Oecumenicorum Conciliorum præcedentium, & confirmatione ipſorum adhibita, damnatiſque hæreſibus omnibus, quæ in aliquibus locis, iiſdem temporibus, Manichæorum vigerent de phantaſtica, & non vera carne Domini noſtri JESU Chriſti, & his affinibus, Iconomachis, ſimulque repetitis cum deteſtatione Photii impiis facinoribus, eodemque cum fautoribus ſuis anathemati tradito, finis Synodo feliciſſimus omnium conſenſu eſt impoſitus, Baſilio Imperatore noviſſime conſenſum omnium explorante: quem ſecutæ ſunt exclamationes conſuetæ, & anathema in Photium & ejus ſocios iteratum. Lectaque demum Imperatoris gratiarum actio cum exhortatione ad Epiſcopos, ut gregem Dei curent. Et inter alia, ut ſaltem diebus Dominicis miniſtrent illi verbum Dei, & errantes omnes revocent ab errore.

Ad laicos autem idem Baſilius habuit admonitionem iſtam in plena Synodo, dignam Imperatore maxime pio, quam ob dignitatem argumenti & majeſtatem ejus illa tractantis, hic ad Synodi finem attexere æquum exiſtimavimus: Sic enim ſe habet:

LV. Baſilii ad Laicos admonitio digna Chriſtiano Imp.

*De vobis autem laicis tam qui in dignitatibus; quam qui abſolute converſamini, quid amplius dicam, quam quia nullo modo nobis licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem movere, neque penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, & univerſali Synodo adverſari? Hoc enim inveſtigare, & quærere, Patriarcharum, Pontificum & ſacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſolvendi, & ligandi poteſtatem habent, qui Eccleſiaſticas & cæleſtes adepti ſunt claves: non noſtrum, qui paſci debemus, qui ſanctificari, hoc eſt benedici, qui ligari, vel a ligamento ſolvi egemus. Quantæcumque enim religionis & ſapientiæ laicus exiſtat, ovis vocari non deſinet. Rurſumque quantumcumque Epiſcopus ſit * reverentia plenus, & nudus omni virtute, donec Antiſtes eſt, & veritatis verbum recte prædicaverit, paſtoris nominationis & dignitatis damna non patitur. Quæ ergo nobis ratio eſt in ordine ovium conſtitutis, paſtores verborum ſubtilitate diſcutiendi, & ea, quæ ſuper nos ſunt querendi & ambiendi? oportet nos cum timore: & fide ſincera hos audire, & a facie eorum vereri; cum ſint miniſtri Domini omnipotentis, & ejus formam poſſideant, & nihil amplius, quam quæ noſtri ordinis ſunt, requirere.*

* al. irreverentia

LVI.

*Nunc autem (ut videmus) adeo multos malitia in inſaniam accendit, ut obliviſcentes proprii ordinis, & quod pedes ſint, minime cogitantes, legem ponere velint oculis, non ut natura ſe habet, ſed ut ipſi cupiunt, & ſinguli ad accuſandum quidem majores exiſtunt ſemper promptiſſimi, ad corrigendum autem quid eorum, in quibus accuſantur, & criminantur, pigerrimi.* Hæc ad laicos; quod nimirum Bardas Patricius & Michael Imp. immiſcendo ſe Eccleſiaſticis negotiis, Eccleſiam Orientalem in maximum diſcrimen adduxerint. Pergit: *Sed moneo & hortor omnes, qui tales ſunt, ut maledictum, & alternum odium avertentes, & judicare judices deſinentes, attendant ſibi, & ſecundum divinam voluntatem converſari contendant. Nam non quieſcet ſupernum judicium, ſed contra diffidentes divinus furor ſtillabit, & ultionem juſtam opere oſtendet. Oramus autem ſuper omnia ſanctum Deum, omnes melioratos, & ſecundum beneplacentem ſibi voluntatem clareſcentes, non ſolum a divina ira intentatos manſuros, ſed & æterna bona conſecuturos orationibus & interceſſionibus ſanctiſſimæ dominæ noſtræ Dei Genitricis & omnium Sanctorum, & precibus & obſecrationibus ſanctæ hujus & univerſalis Synodi. Amen.*

LVII. Subſcriptio Imperatorum & ſociorum.

Poſt hæc autem cum ſubſcribenda Synodus eſſet, jubentibus Apoſtolicæ Sedis Legatis, ut primo loco ſubſcriberent Baſilius & filii Imperatores: non acquievit ipſe; ſed ut ipſis in aliquo ſatisfaceret, poſt ſubſcriptionem omnium Legatorum cunctarum patriarchalium ſedium ſubſcriptionem ſuam appoſuit ante reliquos Epiſcopos cum additamento ſigni ſanctiſſimæ Crucis, quod etiam & Epiſcopi omnes ex more fecere, ut quæ ſuo loco inferius dicturi ſumus, oſtendent. Ipſi vero tunc ſubſcripſerunt Imperatores litteris phœniceis ex cinnabrio ex more. Erat quidem magiſtratus in Imperio, cui cura Caniculi, cujus mentio fit in Synodi Actis, Chriſtophori ſcilicet præpoſiti Caniculi, qui dictus Proto a ſecretis. Porro vocem Caniculi, exponit Anaſtaſius in ſcholiis ad Octavam Synodum, atramentum, ſive potius rubramentum, ex quo Imperatores litteras phœniceas exararent ſubſcribendo. Qui autem poſt Imperatores ſubſcripti numerantur Epiſcopi, non niſi centum & unus ſunt. Ubi Anaſtaſius hæc notat in margine: *Non te, inquit, ſcandalizet ſubſcribentium paucitas, quia dum Photius diu tyrannidem exercuiſſet, & pene omnes a piis deceſſoribus ſuis ſacratos depoſuiſſet, & in loca eorum fautores ſuos tantummodo provexiſſet, quorum nullus in hac Synodo receptus eſt: iſti ſoli ex priorum Patriarcharum conſecratione ſuperſtites ſunt inventi. Verum quotquot ſub Nicolao & Hadriano ſanctiſſimis Pontificibus Epiſcopi fuerunt, huic Synodo conſenſerunt, licet hæc paucitas illi gregi pro ſui juſtitia comparetur*

De paucitate Epiſcoporum cauſa aſſeritur.

(a) Luc. 12.

*tur, cui (a) Dominus dicit; Nolite timere puſillus grex, &c.* Hæc ipſe qui interfuit Anaſtaſius.

LVIII. Ita plane ſancta, quæ in Spiritu ſancto congregata eſt, Synodus, pura atque ſincera, non affectans numeroſam Epiſcoporum ſubſcriptionem, ut Photius, qui quæ voluit, & quot voluit, appoſuit ſuis conventiculis mentita nomina Epiſcoporum, prout ſuperius demonſtratum eſt. Porro hæc de eadem Synodo Anaſtaſius habet in hiſtorica præfatione ad Octavam Synodum ſcripta ad Joannem Papam: *Nuncupanda eſt, inquit, ſine ulla contradictione, SYNODUS UNIVERSALIS OCTAVA, ut & appellatio, quam cum aliis Conciliis ſortita eſt, non celetur, & nomen proprium, quod ſingulariter poſſidet, non veletur.* Hæc ipſe.

Synodus univerſalis Octava.

Sic igitur Synodus iſta, Octava ordine, Oecumenica jure dicta, & ut Oecumenica comprobata inter alias Oecumenicas eſt annumerata, adeo ut in Fidei profeſſionibus fieri ex more ſolitis, ſicut aliæ ſeptem ſuperiores, iſta etiam poneretur, Octava cognominata, quam Orthodoxi omnes profiteri deberent. Immo (ut omittamus de reliquis dicere Fidei profeſſionem emittere conſuetis) illud conſtat, quod etiam ipſi Romani Pontifices in eorum ordinatione profitebantur una cum aliis Synodis Oecumenicis, hanc quoque dictam Octavam Conſtantinopolitanam Oecumenicam ſe recipere, ut patet ex ſolemni Fidei profeſſione ab eis recitari ſolita, cum in Pontificem electi eſſent jam conſecrandi, quæ ſic ſe habent (b):

(b) Ex Cod. Ant. Auguſtini m. s. A. ex Diurno, ut aſſerit accepta libro.

LIX. Profeſſio Pontificia.

*In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Ego N. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus, vel presbyter, aut Epiſcopus Cardinalis electus, ut fiam per Dei gratiam hujus ſanctæ Apoſtolicæ Sedis humilis miniſter, profiteor tibi beate Petre Apoſtolorum princeps, cui claves Regni cœleſtis ad ligandum, atque ſolvendum in cœlo & in terra Creator & Redemptor Dominus noſter tradidit, inquiens: Quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis; ſanctæque tuæ Eccleſiæ, quam hodie tuo præſidio regendam ſuſcipio, quod quamdiu in hac miſera vita conſtitutus fuero, ipſam non deſeram, non relinquam, non abnegabo, non abdicabo aliquatenus, nec ex quacumque cauſa, cujuſcumque metus, vel periculi occaſione dimittam; nec me ſegregabo ab ipſa, ſed veræ Fidei rectitudinem, quam Chriſto auctore tradente per beatiſſimum tuum Coapoſtolum Paulum, & per diſcipulos ſucceſſores veſtros uſque ad exiguitatem meam prolatam in tua ſancta Eccleſia reperi; totis conatibus uſque ad * ſanguinem cuſtodire, tam de ſanctæ & individuæ Trinitatis myſterio, quæ unus eſt Deus, quam de diſpenſatione, quæ ſecundum carnem facta eſt unigeniti Filii Dei Domini noſtri Jeſu Chriſti, & de cæteris Eccleſiæ dogmatibus ſicut in univerſalibus Conciliis & Conſtitutionibus Apoſtolicorum Pontificum, probatiſſimorumque Eccleſiæ Doctorum ſcriptis ſunt commendata, ideſt quæ ad rectitudinem noſtræ veſtræque (c) Orthodoxæ Fidei a te traditionem recipiunt, conſervare, ſanctaque octo univerſalia Concilia, ideſt Nicænum Conſtantinopolitanum & Epheſinum Primum, Chalcedonenſe, Quintum quoque, & Sextum item Conſtantinopolitana, & Septimum item Nicænum, Octavum quoque item Conſtantinopolitanum uſque ad unum apicem immutilate ſervare, & pari honore & veneratione digna habere: Et quæ prædicaverunt, & ſtatuerunt, omnimode ſequi prædicare: Quæque condemnaverunt, condemnare ore, & corde.*

* al. animam

(c) diſt. 16. c. 8.

*Diligentius autem & vivacius quamdiu vixero, omnia decreta canonica prædeceſſorum Apoſtolicorum noſtrorum Pontificum, quæcumque ipſi ſynodaliter ſtatuerunt, & probata ſunt confirmare, & indiminuta ſervare, & ſicut ab eis ſtatuta ſunt, in ſui vigoris ſtabilitate cuſtodire: Quæque vel quoſcumque condemnaverunt, vel abdicaverunt, ſimili ſententia condemnare, vel abdicare. Diſciplinam & ritum Eccleſiæ ſicut invenimus a ſanctis prædeceſſoribus meis canonice traditum, quamdiu vita in iſtis comes fuerit, illibate cuſtodire; & indiminutas res Eccleſiæ conſervare, neque alienare ſeu in feudum, cenſum, vel emphyteuſim dare quomodolibet ex quacumque cauſa, & ut indiminutæ cuſtodiantur, operam dare. Nihil de traditione, quam a probatiſſimis prædeceſſoribus meis canonice traditam & ſervatam reperi, diminuere, vel mutare, aut aliquam novitatem admittere, ſed ferventer, ut eorum vere diſcipulus & ſequipeda totis mentis meæ conatibus quæ tradita canonice comperio, ſervare & venerari. Si qua vero emerſerint contra canonicam diſciplinam, communicatione filiorum meorum S. R. E. Cardinalium, cum quorum conſilio, directione & rememoratione miniſterium meum geram & peragam, emendare, aut patienter (excepta Fidei & Chriſtianæ religionis gravi offenſione) tua & beatiſſimi tui Coapoſtoli Pauli procurante interceſſione, tolerare, ſacroſque Canones, & ſacrorum Pontificum Conſtituta, ut divina & cæleſtia mandata, Deo auxiliante, cuſtodire. Utpote Deo & tibi ſciens me redditurum de omnibus quæ profiteor, & quandiu vixero, egero, vel obliviſcar, diſtrictam in divino judicio rationem. Cujus ſanctiſſimæ Sedi divina dignatione, te patrocinante, præſideo, & vicem interceſſionibus tuis adimpleo. Eris autem mihi in illa terribili die hæc conanti, & diligenter ſervare curanti propitius. Adiutorium quoque ut præbeas, obſecro in hac corruptibili vita conſtituto, ut irreprehenſibilis appaream ante conſpectum Judicis omnium Domini noſtri JESU Chriſti, dum terribiliter de commiſſis advenerit judicare, ut faciat me dexteræ Patris participem, & inter Fideles diſcipulos & ſucceſſores tuos eſſe conſortem. Hanc autem profeſſionem meam per Notarium & Scriniarium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ me jubente ſcriptam, propria manu ſubſcripſi, & tibi Apoſtole Petre & Apoſtolorum omnium Principi pura mente & devota conſcientia ſuper ſanctum corpus tuum, & altare tuum, ſinceriter offero. Actum, &c.* Hactenus profeſſio Pontificia.

LX.

LXI. Quod audiſti, Lector, Octo Synodos Oecumenicas recipi ab omibus Romanæ Eccleſiæ thronum conſcenſuris ipſamque Octavam Synodum Oecumenicam, Conſtantinopolitanam dici, nec aliam quam hanc, quæ ſub Hadriano Secundo eſt celebrata: hinc valde miramur, cur Concilium Florentinum, Octava Synodus Oecumenica dicta & inſcripta in ipſius Actis typis excuſis habeatur. Pace dictum ſit Juliani Cardinalis, qui in diſputatione habita cum Marco Epheſino Seſſione ſexta Ferrariæ, eidem nimis viſus eſt indulgere iſta dicenti de Octava hac, de qua agimus, Synodo, cum ea carens Julianus, & a Græcis eamdem petens Epheſinus hæc attulit in excuſationem: (a) *Concilium illud inter generalia connumerandum non eſt, quandoquidem non modo non ſuſceptum, verum etiam antiquatum fuiſſe conſtat. Joannis enim & Hadriani ſummorum Pontificum tempore convocatum fuit, ac Photium Conſtantinopolitanum Antiſtitem condemnavit. Is deinde Joannes aliud Concilium habuit, quod item appellavit Octavum, quod Acta ipſius Concilii, quod vos Octavum fuiſſe dicitis, improbavit, Photiumque reſtituit. In quo plane Concilio inter alia fuerat decretum, ut hæc eadem Symboli additio tolleretur, quod vos non ignorare putamus. Si quidem igitur ipſius Concilii Acta reprobata videntur, non eſt congruum rationi ut de his aliqua mentio fiat, cum alterum Octavum Concilium ſe-*

(a) Conc. Florent. Act. 6. in princip.

Marci Epheſini mens ſubdola.

Mendacia Marci Epheſii.

PAGIUS XVI. *Synodum VIII. Schiſmatici non recipiunt.*

A num. LVIII. ad LXVIII. Licet *Hadrianus* II. Synodum generalem VIII. confirmarit, & alias apud Græcos omnes Orthodoxos in tanta veneratione fuerit, ut ejus breviarium ad valvas Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ cum inſigni elogio affixerint, *Marcus* tamen *Epheſinus* Archiepiſcopus Schiſmaticus Seſſione VI. Florentinæ Synodi, magna temeritate eam rejecit, & Zonaras ac Balſamo in ſuis Collectionibus loco Synodi VIII. Oecumenicæ Pſeudo-Synodum Photianam ſub Pontificatu Joannis VIII. celebratam ſubſtituunt. Græci Schiſmatici ſeptem duntaxat Synodos Oecumenicas profitentur, ut conſtat ex Præfatione *Conſtantini Hermenopuli* ad Canonum Epitomen, ex *Matthæo Blaſtare* in Collectione Canonum, ex *Germano* Patriarcha Conſtantinopolitano Græco in literis ad Latinum Patriarcham Conſtantinopolitanum, & ex Epiſtola Synodica, quam Patriarcha Conſtantinopolitanus, cæterique Epiſcopi Græci Schiſmatici etiamnum poſt Ordinationem ſuam ſcribere ſolent. *Abrahamus Cretenſis* Florentinæ Synodi Interpres, & primus editor ipſi titulum *octavæ Synodi* inſcripſit, eumdemque ipſi tribuit Privilegium editionis, quod *Clemens* VII. conceſſit, uti obſervat Launoius in Epiſtola ad Claudium Amelinum. Verum nec Florentinæ Synodi Acta & decreta, nec Eugenii IV. Diplomata ipſi nomen *Synodi Oecumenicæ octavæ* uſpiam tribuunt.

XVII. Privilegium autem editionis a Pontifice, cujus nomine datum, expenſum non fuit, ſed expreſſus eſt titulus libri, pro ut ab Editore fuerat ad



PAGIUS *Synodus Florentina dici non poteſt Synodus generalis VIII.*

adſcriptus, ab eo qui Privilegium exaravit. At hac in re fuiſſe obreptum Pontifici Maximo Natalis Alexander ſæc. IX. & X. part. 2. Diſſert. IV. § 24. non ſolum ex veteri profeſſione fidei, quam recens electi Pontifices emittebant nono ſæculo, colligit; ſed etiam ex ea quam Synodus Oecumenica Conſtantienſis ſeſſione XXXIX. præſcripſit a Pontifice mox eligendo faciendam. Ad hanc ſane traditionem *Clemens VII.* attendiſſet, ſi Privilegium pro editione Concilii Florentini ab Abrahamo Cretenſi adornata datum, diſcuſſiſſet. Quare in editione Romana Conciliorum ſub *Paulo* V. detractus eſt is titulus, & male Launoius Græcis & Latinis Epiſcopis in Synodo Florentina congregatis tribuit, quod a ſolo *Abrahamo Cretenſi* temere factum eſt.

XVIII. Legatis Apoſtolicis magno auxilio fuit Anaſtaſius Bibliothecarius, de quo Guillelmus ejus in eo Officio Succeſſor ſcribit in Vita Hadriani II. *Tunc Temporis pro cauſa Ludovici Secundi Sereniſſimi noſtri Auguſti cum Suppone Archiminiſtro poſt Apoſtolicos Legatos Conſtantinopolim, divina, ut creditur, diſpenſatione pervenit.* Et ipſemet Anaſtaſius in præfatione ad Synodum Oecumenicam VIII. alloquens Hadrianum II. *Cum hac celebraretur venerabilis Synodus, accidit me famulum veſtrum miſſum a Ludovico piiſſimo Imperatore, cum duobus aliis viris inſignibus intereſſe, ferentem etiam Legationem ab Apoſtolicis meritis decorato præſulatu veſtro cauſa Imperialis commercii, quod efficiendum ex filio Imperatoris Baſilii & Genitæ præfati Dei cultoris & augeri ab utraque parte ſperabatur ſimul & parabatur. In tam enim pio negotio, & quod ad utriuſque imperii unitatem, imo totius Chriſti Eccleſiæ libertatem pertinere proculdubio credebatur, præcipue ſummi Pontificis veſtri quærebatur adſenſus. Dei ergo nutu actum eſt, ut tanti negotii cum loci-Servatoribus Apoſtolicæ Sedis & ipſe fine gauderem, fructum in exulta-*

*Anaſtaſius Bibliothecarius Conſtantinopoli erat tempore Synodi VIII.*

*ſequi potius deberemus. Propterea tempore ex eo in Conſtantinopolitana Eccleſia hucuſque ſolet ita celebrari: Quæcumque in ſanctos Patriarchas Ignatium & Photium ſcripta vel dicta ſunt, anathema ſunto.* Hucuſque Marcus Epheſius veteratoria arte Latinos exuens tanto Concilio Oecumenico, ipſa inquam Octava Synodo ſolemni ritu ſub Hadriano Pontifice Conſtantinopoli celebrata turpiter mentiens quidem & multipliciter, ut ex iis, quæ ſuperius ſunt dicta, & quæ ſuo loco in Joanne Papa dicetur, quilibet facile poterit intelligere. Procul enim abeſt, ut Octava Synodus ſub Hadriano abrogata fuerit a Joanne Romano Pontifice: longeque longius a vero diſcrepat, ut Joannes Synodum Photianam damnantem Octavam eamdem legitimam eſſe, & Oecumenicam Synodum comprobarit, falſum quod ait, quod Oecumenica eadem Octava Synodus ſub Joanne etiam Pontifice fuerit congregata, quam inchoatam, & abſolutam vidimus ſub Hadriano. Rurſum quas citat litteras Joannis contra Octavam Synodum, eas falſatas fuiſſe a Photio, ex teſtificatione ejuſdem Joannis litterarum, luce meridiana clarius ſuo loco demonſtratur, ut de his nulli prorſus poſſit eſſe aliqua dubitatio.

LXII. Marcus Epheſius redarguitur.

Præterea non fuit juris ac poteſtatis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ anathemati tradere quæcumque tranſacta ſunt inter Ignatium Patriarcham atque Photium, cum ea publica fuerint, & quæ pro Ignatio contra Photium facta ſint, eadem auctoritate Romanorum Pontificum habita, atque comprobata fuiſſe noſcantur. Ad poſtremum cum ambos Ignatium atque Photium nominet Patriarchas atque Sanctos: eum neceſſario mentitum oportuit in alterutro, cum de Patriarchatu pugnantibus invicem uſque ad mortem, plane dicendum eſt, quod ſi legitimus Patriarcha fuit, dum vixit Ignatius, Photius tunc temporis eſſe non potuerit. Sed & ſi Sanctus fuit Ignatius, quem jure meritoque tam Orientalis, quam Occidentalis Eccleſia inter Sanctos allegit: neceſſe eſt dicere, ut ejus perſecutor acerbiſſimus Photius in anathemate diem claudens extremum, Sanctus neutiquam dici poſſit, ſed maledictus, reprobus inter damnatos & excommunicatos annumerandus. Tanta iſta cum potuiſſet atque debuiſſet in plena Synodo contra Marcum reſpondendo Julianus afferre, & inſultantem Græcum retundens mendacia veritate, perſtringere & cohibere, & loquacem elinguem reddere, procacemque reprimere: iſta omnia prætermittens, puto ignoratione rerum geſtarum, iſta tantum Marco, omnibuſque ſimul Græcis reſpondit: *Hoc autem metu vos libero, præſtantiſſimi Patres: nam nihil de ipſo Concilio, Octavo ſcilicet recitabitur. Sed quoniam in eo volumine nonnulla Sexti, Septimique Concilii Acta ſunt ſcripta: idcirco ea videre vellemus: nam de Octavo Concilio nobis curæ non eſt.* Hactenus Julianus, atque ea Actione de Octava Synodo poſthac ſilentium.

LXIII. Juliani incuria in re tanta.

Sic ipſe quaſi per tranſitum (ut dici ſolet) rem agens, cuncta quæ obiicienda erant in Marcum, omittens, ad præcipuam quæſtionem, cujus cauſa Synodus illa fuerat convocata, ſe contulit. Cæterum res tanta, ipſa Octava Oecumenica Synodus, mea ſententia minime ſic fuerat relinquenda Epheſii dicacitate proſtrata, attrita mendaciis, atque penitus condemnata. Cum alioqui non levioris fuerit culpæ, caruiſſe tunc ibi Latinos in tanto Patrum conventu ipſa legitima Octavaquæ Oecumenica Synodo, quam Græce ſcriptam, & Latinitati a ſe donatam Anaſtaſius Bibliothecarius in S. R. E. Archivium intuliſſet, & jam ex autographo deſcripta complura exemplaria eſſent in diverſis Bibliothecis recondita, ut opus non eſſet a Græcis ſchiſmaticis illa petere: vel negatam ita relinquere indefenſam, cum Julianus una ſimul telum & clypeum viſus ſit abieciſſe tanta jactura Catholicæ Eccleſiæ, quæ jam per ipſum non ſtetit, quin diſpendium paſſa ſit Synodi Octavæ Oecumenicæ, ejuſdemque germanæ atque legitimæ. At in ſequenti Seſſione, quod Julianus inconſiderate prodegerat, Andreas Coloſſenſis Epiſcopus vir doctiſſimus æque ac maxime pius reſtituit, qui omnino negavit per Joannem Octavum abolitam eſſe Octavam Synodum Oecume-

PAGIUS *tatione portarem, manipulos qui per ſeptennium pro eo laboraveram, & per totum Orbem verborum ſemina ſedulo ſcribendo diſperſeram.* In margine Actionis primæ idem Anaſtaſius etiam habet: *pro cauſa nuptialis contractus inter utrumque Imperatorem efficiendi aderamus.* Annaliſta Bertinianus ad annum DCCCLXIX. ſcribit, Baſilium Imp. jam antea miſiſſe Patricium ſuum *ad Biram*, ideſt, *Barium*, Oppidum in ora ſinus Venetici poſitum, ut Ludovici II. Imp. filiam a ſe deſponſatam ab eo ſuſciperet, ſed *quadam occaſione interveniente* eidem Ludovico diſplicuiſſe filiam ſuam dare Patricio. Non itaque hoc anno de conjugio filiæ Ludovici cum filio ejuſdem Imperatoris actum, ſed anno ſuperiori. Porro *Ludovicus* Imp. has nuptias optarat, ut Conſtantinopolitani Imperatores, qui nec ei, nec ejus Deceſſoribus, *Auguſti* titulum dare voluerant, aliter impoſterum ſe ſe erga eum ejuſque ſucceſſores gererent. Sed conſilium iſtud in irritum cecidit.



menicam ſub Hadriano Secundo Romano Pontifice habitam.

LXIV. Redarguitur appoſitus titulus Concilio Florentino.

Cum autem hoc ſtatu de Octava Synodo, Oecumenica comprobata, & numquam reſciſſa monſtrata Acta illa Concilii Florentini remanſiſſent; magna interpretis temeritate & audacia ſicut & imperitia factum eſt (fuit is Abrahamus Cretenſis) ut eidem Concilio Florentino inditum illud ſit nomen, ut Octava Synodus nominetur, cum id factum decreto ipſius Synodi dici non poſſit: ſicut nec debuit; cum nulla ratio ſubſit, ut illa dici queat Octava, cum locum in ordine numeri vendicante ſibi hac ipſa legitima Octava eademque Oecumenica celebrata ſub Hadriano; dicta jure Conſtantinopolitana Octava; quam (ut audiſti) una cum aliis Oecumenicis profiteri ſolerent omnes electi Romani Pontifices conſecrandi: ut antiquata nullo modo dici poſſit, quæ per ſingulos ſucceſſores Romanos Pontifices ſolemni ritu, profeſſione Fidei innovaretur. Cum igitur nec in Florentinæ Synodi decretis, vel Actis, nec in Eugenii Papæ diplomatibus de ipſa datis, Concilium illud Octavum ut dicatur, cautum aliquo modo inveniatur, interpretis Abrahami explodenda omnino, penituſque temeritas eſt, qui eidem Octavæ Synodi nomen perperam indidit: cum alioqui, etſi hæc, de qua agimus, Octava Synodus (quod dicere ſacrilegium eſt) fuiſſet abolita: adhuc tamen nec Florentino Concilio illa nota numeri competit, ut dicatur Octavum, cum plures aliæ ante ipſum celebratæ inveniantur Synodi Oecumenicæ. Aboleatur igitur (iterum clamo) aboleatur omnino nomenclatura mendax a Cretenſe mendace præſumpta, Latinis tradita, & inconſiderate deſcripta, cuſaque oſcitantia Collectoris. Sed jam quæ abſolutam Synodum ſint ſecuta, videamus.

LXV. Epiſtolæ ex Synodo ſcriptæ.

Poſt Synodum quaſi appendix poſitæ ſunt epiſtolæ ex Synodo, vel ob Synodum ab aliis tunc datæ, de quibus iſta Anaſtaſius in præfatione hiſtorica ad eamdem Octavam Synodum: *Sane epiſtolæ tam Synodi, quam Patriarchæ Ignatii, & Imperatorum ad Romanum Pontificem miſſæ, quæ in codicis Actionum ipſius Synodi calce habentur inſertæ, reverenti ſunt cultu recipiendæ: nam a totius Synodi conſenſu, dum adhuc ageretur, decretæ ſunt & expoſitæ.* Hæc ipſe. Eſt autem omnium prima Encyclica ad omnes Chriſti fideles, cujus eſt exordium: *Exultate Deo adiutori noſtro, Jubilate Deo Jacob, &c.* Qua cunctæ in Synodo res geſtæ narrantur. Alia item ex Synodo ſcripta epiſtola ad Hadrianum Romanum Pontificem, quæ incipit: *Opportunum eſt cum ſapientiſſimo Salomone nunc & nos clamare, &c.* Qua commendatur Hadriani ſtudium in Synodo Oecumenica colligenda. Ad finem vero; ut eam confirmet, his verbis exorat: *Igitur libenter, oppido, & gratanter, imitatrice Dei ſanctitate veſtra omnium noſtrum conventum & univerſalis hujus atque Catholicæ Synodi conſenſum ac conſonantiam recipiente, prædica eam magis ac magis, veluti propriam, & ſolicitius confirma coangelicis præceptionibus & admonitionibus veſtris, ut per ſapientiſſimum magiſterium veſtrum etiam aliis univerſis Eccleſiis perſonet, & ſuſcipiatur veritatis verbum, & juſtitiæ decretum. Ora pro nobis, ſanctiſſime: Chriſtus te cuſtodiat ad conſolationem noſtram & ſtatum Eccleſiarum in longitudinem dierum.* Eædemque miſſæ ſunt ad alios Patriarchas. Duæ reliquæ in eodem codice, quæ ſequuntur, poſt diſceſſionem Legatorum datæ reperiuntur. Agemus de illis inferius ſuo loco.

LXVI. Aimoini error confutatur.

Porro de Octava Synodo accipe delirium (a) Aimoini ita dicentis, dum de ipſa paucis agit: *In qua Synodo de imaginibus adorandis aliter quam Orthodoxi Doctores ante definierant, ſtatuerunt, & quædam pro favore Romani Pontificis, qui eorum votis de imaginibus adorandis annuit, & quædam contra antiquos Canones, & contra ipſam ſuam Synodum conſtituerunt, ſicut qui eamdem Synodum legerit patenter inveniet.* Hec ipſe. Ex quibus plane qualis ipſe fuerit, cujuſve dogmatis, manifeſtatur, nempe ex Gallis illis unus qui negabant cultum ſanctarum imaginum, de quibus & Anaſtaſius in præfatione ad eamdem Octavam Synodum meminit: quos nos ſuperiori tomo abunde ſatis confutavimus. Porro in hac Octava Synodo nihil præterea de cultu ſacrarum imaginum eſſe decretum, quam quod in pluribus Romanis Conciliis, & in Oecumenico Nicæno ſecundo ſtatutum fuerat, certum eſt. Sed quid poſt hæc?

(a) Aim. l. 5. c. 28.

LXVII. Laudes Occidentalis Imp. Orientales non admittunt.

Quod autem ubi vetus æmulatio ſemel in corde hominum radices fixit, pax licet bene plantata, difficillime coaleſcat: ad turbanda quæ bene compoſita ſunt, pacis hoſtis diabolus quæcumque valuit fomenta undique ad incendium comparavit. Vetus æmulatio Orientis Imperatoris in Occidentis Imperatorem concepta, ſemper aucta, numquam evulſa, eo progreſſa eſt, ut ejus gloriam nec pati poſſet audire, prout ſubſequens narratio declarabit de his, quæ acciderunt ante factam ſubſcriptionem, quæ Actis ſynodalibus inſerta non ſunt. Nimirum quod cum petitum eſſet, ut oblata ab Anaſtaſio Legato epiſtola Hadriani in Synodo legeretur, inventi ſunt in ea eſſe cor-

corraſi verſus illi, in quibus Ludovici Imperatoris laudes prædicabantur. *Quapropter* (inquit idem Anaſtaſius in Hadriano) *epiſtolam Sedis Apoſtolicæ fraudulenter corraſam ſummis clamoribus conquerebantur Legati Apoſtolicæ Sedis, fatentes ſe nullo modo ſynodalibus actionibus ſubſcripturos, niſi totius epiſtolæ integritas Geſtis ſynodicis jungeretur. Hoc modo Romanis certantibus, Græcis vero non eſſe in Synodo de laude Imperatoris, ſed de ſolius Dei tractandum, altiſone reſpondentibus, nomenque Imperiale noſtro Cæſari penitus invadentibus, ad hoc uſque perventum eſt, ut interpoſita conditione voluntatis Apoſtolicæ, definitis ſententiis minus finite ſubſcriberent; Ita legentes: Ego ille vicem agens domini mei Hadriani ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ omnia, quæ ſuperius leguntur, huic ſanctæ & univerſali Synodo præſidens uſque ad voluntatem ejuſdem eximii Præſulis promulgavi, & manu propria ſubſcripſi.* Ita quidem ad finem Actionis decimæ tres Legati Apoſtolici reperiuntur eidem Octavæ Synodo ſubſcripſiſſe. Ex qua pariter Græcorum illiberali actione creduntur turbata quo minus cœpta fœdera nuptiarum ulterius progrederentur, immo turbarentur omnino. Laudanda prudentia Legatorum, qui eo modo & paci publicæ ex ſynodali illo conventu formandæ conſuluerunt, & bene æſtimationi Romani Pontificis proſpexerunt. Hæc inquam antequam Synodus abſolveretur. Poſtquam autem eſt abſoluta, quæ ſunt oborta ſcandala ex Græcorum verſutia, diligenter attende:

LXVIII. Legatio Regis Bulgarorum coram Legatis audita. *Poſt diem tertium* (inquit idem auctor Anaſtaſius in vita Hadriani) *quo ſacratiſſima Synodus in ſuis ſubſcriptionibus omnino in codice conſummata, redactaque ad omnem elegantiam in Eccleſiam ſanctæ Sophiæ fuerat: ab Imperatore in domo quadam Vicarii Patriarcharum, videlicet Apoſtolicæ Sedis, Alexandrini, Antiocheni, & Hieroſolymitani, ſimulque Patriarcha Ignatius, ubi cum aliquibus reſidebat, convocati ſedere jubentur, quo eas, quas Princeps Bulgarorum ei litteras cum donis per Petrum alioſque direxerat, audirent. Quorum legationem, Imperatore potiſſimum annuente, ſuſcipiunt. Sicque poſt ſalutationem Petrus Bulgarorum Legatus exorditur: Domnus Michael Princeps Bulgarorum audiens, quod pro utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ ex diverſis partibus auctoritate Sedis Apoſtolicæ conveneritis, gratanter accepit: vobiſque qui ex Sede Apoſtolica miſſi eſtis, quia in veſtro tranſitu veſtris cum litteris viſitare dignati eſtis, multiplices gratias agit: Legati ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſponderunt. Nos quia vos filios ſanctæ Romanæ Eccleſiæ novimus, inſalutatos præterire neque debuimus, neque voluimus, quos nimirum ſancta Sedes Apoſtolica, ut propria membra complectitur. Bulgarorum Legati dixerunt: Uſque hodie pagani fuimus, & nuper ad gratiam Chriſtianitatis acceſſimus: ideoque ne in aliquo errare videamur, cui Eccleſiæ ſubdi debemus, a vobis, qui vices ſummorum Patriarcharum geritis noſſe deſideramus.*

*Legati Eccleſiæ Romanæ reſponderunt: Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, cui per te, o Petre, tuus Senior & beato Apoſtolorum principi Petro cum omni gentis ſuæ populo ſe tradidit, a cujus ſucceſſore videlicet egregio Papa Nicolao, & præcepta vivendi, & Epiſcopos, & presbyteros ſuſcipere meruit: vos pertinuiſſe, & pertinere debere, etiam in eo monſtratis, quod poſtulatos noſtros ſacerdotes & ſuſcepiſtis, & devotione congrua retinetis. Bulgarorum Legati dixerunt: A ſancta Romana Eccleſia ſacerdotes nos petiiſſe, ſuſcepiſſe, hactenuſque habere nos confitemur, & eis in omnibus obedire decernimus. Verum utrum Romanæ an Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ rationabiliter ſubdi debeamus, cum his Patriarcharum Vicariis definite. Legati Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reſponderunt: Propter* LXIX. Contentio excitata de diœceſi Bulgarorum.

*quæ*

PAGIUS XIX. *Controverſia de Bulgaria poſt Synodum agitata.* A num. LXVIII. ad XCIII. Solidum *Illyricum* ad Patriarchatum Occidentis pertinuiſſe, ſed Leonem Iſaurum anno DCCXXX. illud ab eodem per vim avulſiſſe; provincias quibus conſtabat, nempe Daciam, Prævalim, Dardaniam ac Myſiam Superiorem poſtea Bulgaros occupaſſe; & eiſdem *Bulgariæ* nomen, quo & hodie Regio illa appellatur, dediſſe, ſuis locis oſtendimus. Verum cum *Bulgari*, poſtquam fidem Chriſtianam amplexi ſunt, Eccleſias ſuas *Nicolao* I. Pontifici Romano ſubieciſſent, & *Photius* eos Ditioni Patriarchæ Conſtantinop ſubeſſe debere contendiſſet, Michael Bulgarorum Princeps Oratores ſuos Conſtantinopolim miſit, qui dixere, *cui Eccleſiæ ſubdi debeamus, a vobis qui vices ſummorum Patriarcharum geritis, noſſe deſideramus*, ut inquit Guillelmus Biblioth. in Vita Hadriani II. qui poſtea argumenta refert, quibus Græci prætenſum ſuum in Bulgarorum Eccleſias tuiti ſint, quæ haud difficili negotio a Legatis Apoſtolicis diluta, ut videre eſt apud Baronium qui ex eodem hanc controverſiam ſolide explicat. Actum de ea controverſia poſt Synodum abſolutam in privato Conventu. Verum Legati Sedis Apoſtolicæ Græcos hac in cauſa Judices recuſarunt, qui tamen temerario ac iniquo judicio hanc ſententiam pronunciarunt. *Bulgarum patriam ex Græcorum poteſtate dudum fuiſſe, & Græcos Sacerdotes habuiſſe comperimus ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ: a qua quia per paganiſmum receſſerat, nunc per Chriſtianiſmum reſtitui judicamus*, uti refert Guillelmus Biblioth. qui addit, Romanæ Eccleſiæ Legatos huic ſententiæ præcipitanter, & nullo jure redditæ interceſſiſſe.



*quæ ſancta Sedes Apoſtolica cum Orientalibus definienda mandaverat, Domino juvante, finivimus. Cauſa autem veſtra non ſecus, quam jam definita eſt definienda. Quia nihil in mandatis accepimus, nihil definivimus, vel in præjudicium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ definiendum cenſemus. Quinimmo quia omnis veſtra patria noſtris ſacerdotibus ubique plena eſt: nulli vos niſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ pertinere debere, definitiva ſententia, quantum ex nobis eſt, promulgamus.*

LXX. Vicarii Orientalium ſedium laborant pro Græcis contra Sedem Apoſt. *Vicarii Orientalium Patriarcharum Bulgaris dixerunt: Quando vos illam patriam cepiſtis, cujus poteſtati ſubdita erat; Et utrum Latinos, an Græcos ſacerdotes habuit, dicite. Legati Bulgarorum dixerunt: Nos illam patriam a Græcorum poteſtate armis evicimus, in qua non Latinos, ſed Græcos ſacerdotes reperimus. Vicarii Orientalium reſponderunt: Si Græcos ſacerdotes ibi repeririſtis: manifeſtum eſt, quia ex ordinatione Conſtantinopoleos illa patria fuit. Legati ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſponderunt: Sicut Bulgariæ nobis diverſo modo pertinere ordinationem nos dicentes, mendacium non loquimur: ita nimirum eamdem Bulgariam ex Græcorum Regno fuiſſe, numquam negamus. Sed intueri, vos decet, quia aliud ordinant jura ſedium, aliud patiuntur diviſiones Regnorum. Nos de diviſione Regnorum non agimus, ſed de jure ſedium loquimur. Vicarii Orientalium Patriarcharum dixerunt: Illud: quod vobis diverſo modo Bulgariam pertinere dicitis, addiſcere volumus. Legati ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſponderunt: Sedes Apoſtolica juxta quod in Decretalibus ſanctiſſimorum Romanorum Præſulum doceri poteritis, utramque Epirum, novam videlicet, veteremque, totamque Theſſaliam & Dardaniam, in qua & Dardania civitas hodie demonſtratur, cujus nunc patria ab his Bulgaris Bulgaria nuncupatur, antiquitus canonice ordinavit, & obtinuit. Ac per hoc ordinationem, quam tunc paganorum Bulgarorum irruptione amiſerat, non a Conſtantinopolitana Eccleſia, ut modo fingitur, abſtulit, ſed ab iis factis modo Chriſtianis recepit. Secundo modo, quia Bulgari, qui jure gentili ſibi patriam ſubjugantes, ecce per quot annos retinent, quod cæperunt Sedis Apoſtolicæ ſemet (ut ſuperius diximus) patrocinio, ordinationique ſpecialiter committentes, nobis debent, nec immerito ſubiici, quos ultronea voluntate magiſtros elegerunt. Tertio modo quia eoſdem Bulgaros ſancta Sedes Apoſtolica juſſu quondam ſanctiſſimi Papæ domini Nicolai, tam per aliquos noſtrum, qui hic ſumus, illic multas Eccleſias dedicantes, ſacerdotes creavimus, quam per Paulum, Dominicum, Leopardum ac Formoſum venerabiles Epiſcopos, ſed & Grimoaldum Coepiſcopum noſtrum, quem hactenus iſti Bulgari cum multis noſtris ſacerdotibus, in conſpectu noſtro habere faſſi ſunt: a diverſis erroribus ad Catholicæ Fidei veritatem, multo ſudore Chriſti gratia præduce transferens, ecce ultra triennium tenuit & tenet, ordinat & diſponit. Ideoque conſequens non eſt, ut ſine conſcientia Romani Pontificis Eccleſia Romana, de quibus præſentialiter veſtita cernitur, ſpolietur.*

LXXI. Recuſatur Legatorum Oriental. præſumptum judicium. *Vicarii Orientalium Patriarcharum dixerunt: At quem iſtorum modorum modo diſpenſare velitis, edicite. Legati ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſponderunt: Sancta Sedes Apoſtolica vos, quia re vera inferiores eſtis, ſuper ſuæ cauſa judices nec elegit, nec per nos elegit, utpote quæ in omni Eccleſia ſola ſpecialiter fas habeat judicandi: ſed neque nobis de hac cauſa ſententiam proferre commiſit. Quapropter & quod ab ea faciendum non ſuſcepimus, ejus cognitionis judicio, quæ librorum multiplicitate ad defenſionem ſui multa proferre prævalet, ex integro reſervamus; a qua omnis veſtra ſententia tanta facilitate reſpuitur, quanta levitate profertur.*

LXXII. Præcipitata nullo jure ſententia. *Vicarii Orientalium Patriarcharum dixerunt: Satis indecens eſt, ut vobis, qui Græcorum Imperium detrectantes, Francorum fœderibus inhæretis, in Regno noſtri Principis ordinandi jura ſerventur. Quapropter Bulgarorum patriam, quam ex Græcorum poteſtate dudum fuiſſe, & Græcos ſacerdotes habuiſſe comperimus: ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, a qua per paganiſmum receſſerat, nunc per Chriſtianiſſimum reſtitui judicamus.*

Legati Sedis Apoſt. reiiciunt Legatorum Orientalium ſententiam. *Legati ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reclamantes dixerunt: Sententiam, quam non electi, neque admiſſi, ſive timore, ſeu gratia, vel quidquid illud eſt modo præcipitaſtis; potius quam protuliſtis, auctoritate Spiritus ſancti uſque ad definitionem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ omnino reſcindimus, ita ut nullo modo vel nomen habere ſententiæ mereatur. Teque reum Patriarcham Ignatium auctoritate ſanctorum Apoſtolorum Principum, coram Deo ſuiſque Angelis omnibus præſentibus conteſtamur, ut ſecundum hanc epiſtolam ſanctiſſimi reſtitutoris tui domni Hadriani ſummi Pontificis, quam tibi ecce offerimus, induſtria tua, ab omni Bulgariæ ordinatione immunem te, nullum tuorum illuc mittendo, cuſtodias; ne ſancta Sedes Apoſtolica, quæ tibi tua reſtituit, per te ſua perdere videatur. Quin potius ſi (quod non credimus) juſtam te habere querimoniam æſtimas;*

Ignatii Patriarchæ excuſatio. *ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtitutrici tuæ ſolemniter ſuggerere non omittas. Tunc Patriarcha Ignatius Apoſtolicam epiſtolam ſuſcipiens, licèt magnopere admonitus eam legere diſtuliſſet, reſpondit: Abſit a me, ut ego his præſumptionibus contra decorem Sedis Apoſtolicæ implicer: qui nec juveniliter ago, ut mihi ſubripi valeat; nec ita ſeniliter deliro, ut quod in aliis reprehendere debeo, ipſe committam. Hoc ſine collocutio illa finita eſt. Sed Imperialis commotio, licet ſpem fronte ſimularet, argumentum ſuſcepit.* Hæc in rebus geſtis Hadriani Anaſtaſius, qui aderat.

LXXIII. Acceſſerunt ad iſta, quod Græca calliditate, ex improviſo ita conventi Apoſtolicæ Sedis Legati, carentes interprete, coacti ſint uti eo tunc uno tantum, qui aderat, interprete Imperatoris, qui ut voluit, & quæ voluit Legatis Orientalium ſedium, vel Bulgariæ Regi interpretabatur. Eſt de his juſta querela ipſius Anaſtaſii Bibliothecari, qui (ut dictum eſt) tunc aderat cum aliis Legatis Ludovici Imperatoris pro nuptiis contrahendis. Ipſe igitur in ſæpe citata hiſtorica præfatione ad Octavam Synodum iſta ait poſt multa de Bulgarorum converſione ad Fidem per Apoſtolicæ Sedis Legatos, de admirabili ſtudio Regis Bulgarorum erga Romanam Eccleſiam: *In tantum autem pietas venerat Principis, & abundabat circa beatum Petrum veneratione affectus, ut quadam die manu propria capillos ſuos apprehenderet, & contemplantibus cunctis ſe Romanis Miſſis tradiderit, dicens: Omnes primates, & cuncti populi * Vulgarum terræ cognoſcant, ab hodierno die me ſervum fore poſt Deum beati Petri & ejus Vicarii.* At ſuperius, cum de Longobardis eſt actum, dictum eſt ſummæ Fidei pignus fuiſſe inter barbaros illos, ſuos capillos mittere, cujus rei hic certum vides exemplum. Pergit Anaſtaſius:

Bulgarorum Reg. ſtudium erga Sedem Apoſt.

* al. Bulgarorum

LXXIV. Invidia Græcorum Bulgari a Romanis disjungi tentati. *Quæ Græci de die in diem audientes, invident, & tantæ gloriæ avidi, ut eum poſſent a Romana Sede avertere, diverſa requirunt ingenia, munera poſt munera numeroſa mittentes, & ſophiſtica ei argumenta creberrime proponentes. At ille ut columna manſit immobilis, donec eorumdem Græcorum fraude deciperetur, ſcribentium ei atque dicentium, quod de patria illa, vel utrum Romano, an Conſtantinopolitano Pontifici ſubdi debeat, inter Vicarios Romanos, Patriarchamque Ignatium Conſtantinopoli diſceptatio fuiſſet canonice ventilata; & convictis Romanis Orientis ſedium Lociconſervatores judicaverint Vulgarum diœceſim illi urbi fore ſubiiciendam, cui ante adventum Vulgarum ſubdebatur; cum alia ſit in mundanis negotiis, alia in Eccleſiaſticis diſpoſitio juris. Et quamvis regio illa antea fuerit Græcis ſubdita: nullum tamen in ea ſibi jus vendicare legitime poterant, quam armis olim amiſſam, per tot tempora bellando recipere non valuerunt. Quamvis & prius quam Græcis fuiſſet ſubdita, Romanos hanc poſſediſſe pateſcat, nec illam Græci, ut ſupra monſtratum eſt, tenuiſſe memorentur, niſi dum ſceptris * Romanicis potirentur. Quamquam etſi huic Græci Principes regioni, quantum ad Remp. attinet dominati ſint: non tamen præjudicaſſe poſſunt Dei Eccleſiæ juri, quæ quantumlibet illi cum diverſis nationibus confligantes, ſive victi, ſive victores extiterint, non novit niſi charitatem & pacem. Unde quidam magiſtrorum ejus exclamat: Qui videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus neque Eccleſia Dei. Licet hoc ipſum, ſi Lociſervatores Orientis decreverint, nullis certis probetur indiciis.*

* Romanis

LXXV. Arte ſubdola uni interpreti cauſa commiſſa Bulgarica. *Quamvis enim Romani Lociſervatores, & Vulgarum Miſſi cum Imperatore ſeu Patriarcha, nec non Orientis Lociſervatoribus conveniſſent: his tamen omnibus in uno conclavi poſitis, nulli deforis venienti patebat aditus, niſi cum vel Imperator, vel Patriarcha forſitan permiſiſſet. Unde factum eſt, ut quidquid Romani aſſererent, nec Orientis Lociſervatores, nec Vulgares intelligerent. Et rurſus quidquid Orientales Legati dicerent, nec Romani Lociſervatores, nec Vulgarum Miſſi cognoſcerent, dum videlicet nullus adeſſet, niſi unus Imperatoris interpres, qui nec Romanorum, nec Orientalium Lociſervatorum voces aliter audebat edere, niſi ut jam Imperator ad ſubverſionem Vulgarum quoddam ſcriptum Græcis verbis, & litteris exaratum contineret: quaſi Lociſervatores Orientis inter Lociſervatores Romanos, & Patriarcham Ignatium arbitri exiſtentes, judicaverint Vulgarum patriam, quæ in Illyrico conſtituta eſt, diœceſi Conſtantinopolitanæ ſubiiciendam, cum ab olim in utraque Epiro, Dardania, Dacia, Theſſalia, & certis in Illyrico ſitis provinciis ſemper Sedis Apoſtolicæ diſpoſitio facta clareat, ſicut diverſæ hiſtoriæ vel Pontificum Romanorum, & a Damaſo Papa per eaſdem provincias miſſæ teſtantur epiſtolæ, & has Græcorum Principibus ſola ira faventibus ſibi, Conſtantinopolitanis præſulibus, cauſa dumtaxat, quam ſuperius annotavimus, extortas ab Apoſtolica Sede ſubegerint. Super quibus recipiendis ideo Apoſtolica Sedes nullam reperitur feciſſe querelam, quoniam mox has (ut prædictum eſt) ſæpe memorata Vulgarum natio adit, & ſibi jure poteſtatis, omnia vendicat. At ubi religio redit, confeſtim & diœceſeos fas Sedi propriæ reformatur.*



LXXVI. Nullum eſſe potuit in Bulgarica cauſa Judicium. *Hæc cum Romani & his ſimilia Lociſervatores ſummatim Græcorum locutiones advertentes aſſererent, etiam hoc proſecuti ſunt, dicentes: Omnibus liquet neque nos neque Lociſervatores Orientalium ſedium cauſa vindicandarum quarumlibet diœceſum veniendi Conſtantinopolim invitatos, ſed controverſiam, pro qua diſponenda & definienda, vel ab ipſis Imperatoribus expetiti, vel a præſulibus noſtris deſtinati ſumus, Deo auctore, ſane diſſolvimus, & propria ſinguli ſubſcriptione ſignavimus. Super diœceſi autem Illyrici, quam Sedes Apoſtolica jure priſco, & in præſentiarum ſibi a poſſeſſoribus ejus reddito nunc quieta retentione poſſidet, & regulariter utitur, eadem principalis Sedes neque pulſata eſt, neque ut pro ea mitteret altercandum ullo modo provocata; ſed neque nos perſonas Advocatorum, vel Aſſeſſorum ejus aſſumimus: neque quid illa, ſi adeſſet, reſponderet objectis, agnoſcimus: quippe qui nihil hinc ab ea in mandatis accepimus, ac per hoc diſceptare non juſſi quidquam non poſſumus. Verum nec Lociſervatores Orientis judicum ſe perſonas aſſumpturos in controverſiis, in quibus ab utraque non ſunt parte judices appellati, vel electi, conjicimus, præſertim cum Apoſtolus prohibeat (a): Mediator, inquiens, unius non eſt: & ſacri Canones non quorumcumque, ſed electorum judicum ſententiam minime ſpernendam edoceant: & quidam probabilium Patrum dicat: Juſtus mediator non eſt, qui ſic unam partem audit, ut alteri parti nihil reſervet.* Hæc Anaſtaſius qui cur in præfatione ad Octavam Synodum iſta intexuerit, ſui inſtituti afferens rationem mox ſubiicit:

(a) Gal. 3.

LXXVII. Peculiare Græcis eſſe falſare Synodos. *Hæc itaque diximus, intentos reddere ſtudioſos curantes, ne forte proceſſu temporis quidquam de ſubiicienda Conſtantinopolitanæ diœceſi Vulgarum terra, ſtatutum, vel definitum ab Univerſali & Octava putent Synodo, vel Actionum illius codici a Græcis hinc aliquid adiici præſumatur. Nam familiaris eſt illis iſta præſumptio & ſingularis quodammodo ambitionis indicium: ſiquidem in ſecunda Synodo contra ſtatuta magnæ Nicænæ Synodi, & ſanctorum decreta Præſulum Romanorum, Alexandrinæ privilegia ſedis Conſtantinopolitano contulerit Pontifici. Et quædam penes illos reperiantur capitula regularum, quæ illi quidem dicunt Tertiæ exiſtere Synodi, cum apud Latinos nec in vetuſtiſſimis inveniantur editionibus. In Quartæ quoque Synodi quibuſdam codicibus, quoddam de privilegiis Conſtantinopoleos oſtendunt capitulum quod inter Canones ejuſdem Synodi ab univerſa Eccleſia veneratos, nec Latinitas, nec alia lingua ſub ſole recipere comprobatur; quodque licet ab Anatolio, & Imperatore, vel fautoribus eorum poſt omnia Geſta Synodi & prolatos Canones in abſentia Romanorum Lociſervatorum clam depromptum extiterit: mox ibi ipſum ab iiſdem Lociſervatoribus eſt repulſum, & a Sede Apoſtolica, quæ ut eadem Synodus fieret ſola decrevit, ſolaque jus habuit eos recipiendi, quos Synodica decreta perculerunt, non ſolum non admiſit, verum etiam continuo reſpuit; quodque Anatolius, vel Imperator quia ut firmaretur a Sede Apoſtolica, cui tunc Magnus præſidebat Leo, impetrare non potuit, in ejus poſitum poteſtate confeſſus eſt. Nihilominus & alia oſtendunt regularum numeroſa & præſumptuoſa ſatis capitula priſcæ traditioni pene omnia valde contraria, quæ a Sexta perhibent falſo, Synodo promulgata; cum Sexta Synodus nullam protulerit præter Fidei regulam: ſed quas ejus aſſeverant regulas, longe poſt Sextam Synodum ab ipſis conſtat eſſe penes ſe, privatimque depromptas. Porro in Septimæ Synodi codice (quia ſæpe contra Canones Conſtantinopoli, & Neophyti Antiſtites provehuntur, & eo tempore Taraſius ex laicis Patriarcha fuerat ordinatus) ita epiſtolam beatæ recordationis Papæ Hadriani exiſtimant tranſcribendam, ut nihil in ea ex his, quæ ad prædictum Præſulem, vel contra Neophytos idem ſanctiſſimus Pontifex ſcripſerat, vel ſcriptum, vel tranſlatum Græce reperiatur. Sic igitur ſic Græci acceptæ occaſione celebratorum Univerſalium Conciliorum, frequenter egiſſe clareſcunt, & nunc minuendo, nunc addendo, vel mutando, nunc in abſentia ſociorum, nunc in abſcondito angulorum, nunc extra Synodum, nunc poſt Synodum aſtutia ſua, immo fraude communibus ſanctionibus abutuntur, & ad ſuos libitus cuncta, quæ ſibi viſa fuerant, etiam violenter inflectunt.*

LXXVIII. Latina verſio ſincera. *Itaque quidquid in Latino Actionum Octavæ Synodi codice reperitur, ab omni eſt fuco falſitatis extraneum. Quidquid vero amplius, ſive de diœceſi Vulgarica, ſive aliunde in Græco ejuſdem Synodi codice forſitan invenietur: totum eſt mendacii venenis infectum. Denique diſceptatio, quam coram Imperatore, Vicariis, & Vulgaribus tantam ſuper Vulgarum terra ſupra fuiſſe ſignificavimus actam: poſt Synodum conſummatam, Canoneſque viginti prolatos, atque ſeptem tantum Capitulis terminum Fidei depromptum, & omnia hæc in quinque codicibus ſcripta, ſive compacta, & omnium ſub-*

*ſubſcriptionibus roborata, ſed & ipſos codices plumbea bulla munitos, atque ſigillatim Lociſervatoribus traditos Patriarchalibus ſedibus deferendos, effecta eſt. Ne ergo Græcorum ſueta aſtutia, quin potius doloſitas etiam circa præſentem Synodum agat: hæc me admonendi cauſa dixiße ſufficiat. Cæterum bene novi, quod juxta Proverbiatorem (a); Fruſtra jactetur rete ante oculos pennatorum. Unde quiſquis ſapientiæ ac prudentiæ pennis ad alta ſuſtollitur, omnes inſidiarum muſcipulas, quæ a Græcis in infimis tendi poterint, alto contemplationis ſaltu tranſcendet.* Hucuſque Anaſtaſius, qui (ut ipſe in ſua præfatione ſuperius teſtatur) eadem ex Græco in Latinum verſione Octavæ Synodi a ſe elaborata dum eſſet hoc anno Conſtantinopoli (ita bene merens de Univerſali Eccleſia) ſua plane diligentia nobis ipſam Synodum ſinceram, in nullo corruptam ſervavit.

(a) Prov. 1.

LXXIX. Ratio Anaſtaſii in interpretatione ſervata.

Quæ inſuper in eadem præfatione de ſui inſtituti ratione in tranſlatione a ſe facta habeat, accipe: *Interpretans igitur hanc ſanctam Synodum verbum e verbo, quantum idioma Latinum permiſit, excerpſi: nonnumquam vero, manente ſenſu, compunctionem Græcam in Latinam neceſſario commutavi: rara præterea interpreti doctiori enucleanda ſervavi; quædam etiam ſicut mihi nota erant, nimirum qui tam Romæ, quam Bizantii poſitus in cunctis his ſolicite laboravi, ſcholiis in marginibus codicis exarata annotavi, vel etiam, ſicut mihi viſum eſt, explanavi. Sane & hoc notandum, quia quædam Scripturarum, quæ ſuper his a Sede Apoſtolica Conſtantinopolim miſſæ ſunt, deficientibus urbis ejuſdem interpretibus, non ex toto recte tranſlata in Græcitatem inveni, quorum ipſe nonnulla, & quantum anguſtia illic morandi permiſit temporis, emendavi, partim vero, ut reperi, hactenus incorrecta reliqui, &c.* Hæc de ſtudio Anaſtaſii, dum eſſet Conſtantinopoli. Vidimus in Columnenſi bibliotheca ipſius Anaſtaſii membraneum codicem autographum verſionis Octavæ Synodi cum ipſius ſcholiis in margine affixis: quæ non ſine magno labore legi poſſunt, ob nimiam codicis vetuſtatem, habitum ex monaſterio Avellanæ, cui præfuit Petrus Damiani, cum eremum coluit, eodemque uſi ſumus.

LXXX.

Audiſti jam quæ a Græcorum invidia contra Romanam Eccleſiam ab Imp. Baſilio ſunt pertentata, non abſque immenſa ingratitudinis nota, duas nimirum doloſas captiones, alteram in abradendo ab epiſtolis Hadriani Papæ laudes Ludovici Imp. alteram in abripiendo e diœceſi Romanæ Eccleſiæ gentem Bulgarorum. Attende adhuc tertiam turpiorem nequitiam ejuſdem doloſa arte pariter fabricatam. Hanc primum accipe ab eodem Anaſtaſio, qui res geſtas Hadriani Papæ conſcripſit hoc ipſo tempore: *His*, inquit *expletis quidam Græcorum Imp. conveniunt, Conſtantinopolitanam Eccleſiam per oblatos libellos in poteſtatem Romanam redactam flebiliter conqueruntur; & dubietate ſubſcriptionum, omnia quæ in Synodo decreta fuerant revolvenda, cunctaque recidivis erroribus confundenda fatentur. Et niſi libellos reciperent, libertatem priſtinam ſe non poſſe recipere fingunt. Illico quidam libellorum a cuſtodibus (quoniam excellentiorum Epiſcoporum libellos Legati ſanctæ Romanæ Eccleſiæ futurorum præſcii prorſus occuluerant) defraudantur. At pro hoc incredibiliter conſternati ipſi Legati Apoſtolicæ Sedis, Supponis Archiminiſtri & Anaſtaſii diſertiſſimi, ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarii fideliſſimi auxiliis innituntur. Quibus, diverſo modo non ſine magno labore, periculis imminentibus, libellos quidem vix tandem recipiunt. Sed Imperatoris iram pro nimia ſuæ diſtrictione fidei vehementer incurrunt.* Hæc ibi Anaſtaſius Bibliothecarius, qui tunc (ut dictum eſt ſæpe) cauſa legationis nuptiarum Conſtantinopolis his omnibus præſens interfuit: & in tranſlatione ejuſdem Octavæ Synodi a ſe celebrata, inter nonnulla, quæ in ſuo volumine in margine poſuit, vel declarationis obſcurarum vocum cauſa, vel hiſtoricæ veritatis illuſtrandæ, quam deſcripſit (quæ habet nuper citatus vetuſtiſſimus codex Columnenſis, qui fuit dignæ memoriæ Cardinalis Sirleti) ubi in prima Actione libellus a Legatis Sedis Apoſtolicæ legendus proditur, hæc in margine annotavit, quæ plurimum conferunt ad veritatem hiſtoricam conſequendam.

De Libellis pœnitentium ſublatis ab Imp. Baſilio.

LXXXI. De libellis oblatis.

*Notandam eſt* (inquit) *& memoriæ commendandum, quoniam libelli hujus tenorem beatæ recordationis Nicolaus Papa expoſuit. Sed quia tunc a prævaricatoribus non eſt admiſſus; rurſus ab Hadriano Papa, mutato nomine Pontificis, Conſtantinopolim eſt tranſmiſſus, ſecundum cujus formam omnes Archiepiſcopi, & Metropolitani, & cæteri Epiſcopi Conſtantinopolitanæ diæceſeos, necnon etiam omnes clerici, vel in honorem, vel in communionem conſequendam, chirographum Sedi Apoſtolicæ Græce ſcriptum fecere, & tam propriæ manus ſcripto, quam teſtium a ſe rogatorum teſtimonio, & ſubſcriptione roboravere, nomina & tempus ſignantes, quo ſinguli chirographum ſuum ſcribebant, & Sedis Apoſtolicæ Legatis porrigebant, ita ut nullus Antiſtitum, vel reliquorum clericorum fuerit conventu receptus, qui non ſecundum exemplar hujus codicilli chirographum ſcripſit, & Miſſis Sedis Apoſtolicæ, Eccleſiæ Romanæ nomine deferendum porrexit.*



LXXXII. Cuſtodes furantur oblatos libellos.

*Verum poſtquam omnes chirographa ſua fecerunt, & teſtibus roborata tradiderunt: ſurrexerunt quidam eorum & ad ſanctiſſimum Patriarcham Ignatium atque ad Baſilium pium Imperatorem accedentes, ſecreto dixerunt: non bene factum fuiße, quod Eccleſiam Conſtantinopolitanam tanta ſubjectione Romanæ ſubdi Eccleſiæ permiſerint; ita ut hanc ei tamquam dominæ ancillam tradiderint. Quibus verbis Imperator commotus, juſſit primoribus, qui Vicariorum Apoſtolicæ Sedis obſequio deputati erant, ut cum illi ad aliquam Eccleſiam cum ſuis pergerent, ipſi manſionem eorum ingreſſi, chirographa illa latenter auferrent. Nam eos palam ſcandalizare, penitus recuſabat. Cum ergo Vicarii, Donatus ſcilicet, & Stephanus Epiſcopi, atque Marinus diaconus ad collocutionem Patriarchæ perrexiſſent: cuſtodes fures facti, penetrantes domum quamdam partem clanculo ex numeroſis illis chirographis abſtulere. Quo illi reverſi comperto, taliter inter alia Imperatori loquentes, dixere: Nos quidem Romam ob amiſſa chirographa redire non audebimus: tu tamen inchoatæ pro Eccleſiæ ſtatu pietatis nihil omnino mercedis lucraberis.* Hæc illi pergit Anaſtaſius, hæc de ſe dicens:

LXXXIII. Anaſtaſius laborat pro recuperandis libellis.

*Nos autem, qui pro cauſa nuptialis contractus inter utrumque Imperatorem efficiendi aderamus, his ei verbis dicta traſmiſimus: Non decet Imperatoriam poteſtatem, aut ea facere, quæ deſtruenda ſunt vel deſtruere, quæ non deſtruenda conſiſtunt. Cum ergo conſenſu tuo chirographa facta fuerint; ſi male conſenſiſti, palam pœnitentiam age: & quod feciſti non clam, ſed palam deſtrue. Jam vero ſi bene feciſti, conſentiendo, ut Sedi Apoſtolicæ pro futura cautela fierent ab Epiſcopis chirographa: quamobrem ea pœnitens, de bono * ſublata tegi conſentis? Jam vero ſi fateris, quod non voto tuo factum fuerit, ut auferentur chirographa: reſpondemus: Tum liquido patebit, voto tuo non fuiſſe tantum piaculum commiſſum, cum hos diſtringens, quos Vicariis pro cuſtodia dediſti, quæ ablata ſunt, eos reddere jure coegeris. Neque enim alii debent reſtituere, vel corrigere, ſi quid Vicarii perdiderunt, vel ſi quid ſiniſtri perpeſſi ſunt, niſi illi, qui hos cum ſuis omnibus ad cuſtodiendum reverenter, & ſalvandum * inſegniter Imperatoria pietate receperunt.*

* idem quod incunctanter.

LXXXIV.

*At vero Imperator, his auditis, accerſivit Vicarios, & eis omnia chirographa reddidit, ita ut nec unum ſaltem deeſſe putaretur, dicens: Ego quidem ut magiſtram Eccleſiaſticorum negotiorum Sedem Apoſtolicam per meos Legatos adii, & ideo veſtram præſentiam præſtolatus ſum, ut veſtro decreto, & ſolertia Eccleſia noſtra remedia ſanitatis reciperet, & nos non noſtris motibus, ſed veſtræ ſententiæ pareremus. Ergo chirographa, quæ a noſtris ſacerdotibus ac cunctis clericis ſalubriter exegiſtis, recipite, & ſpiritali Patri noſtro ſanctiſſimo Papæ repræſentate. Ita ut ſiquis eorum per abrupta vitiorum vel devia pravitatum ſolito incedere more tentaverit: his quodammodo ab eis refrænetur, & talibus loris ad rectum juſtitiæ tramitem revocetur.*

Imp. reſtituit libellos ablatos.

LXXXV.

*Quo facto, Vicarii gaviſi libellos acceptos caute nobis deferendos tradiderunt qui videlicet ut remeandi ad patriam iter arripuiſſe reperti ſumus, quia Dyrrachio navigio venimus Sipontum, deinde terreno itinere Beneventum, poſt hæc Romam eoſdem libellos portantes. Miſſi vero Sedis Apoſtolicæ Dyrrachio ſimili modo navim ingreſſi, Anconam petebant. Sed in Sclavenorum piratas, incurrentes, omnia, quæ poſſidere videbantur, penitus amiſerunt, ſimul & codicem Actionum præſentis Synodi. Verum ego, qui Romanæ Bibliothecæ curam gerebam, ſtudium habui a Conſtantinopoli mecum ipſius Synodi codicem deferendi, delatumque ſummo Pontifici repræſentavi. Ac per hoc factum eſt, ut Sedes Apoſtolica, Deo Auctore, codicem Synodi per nos ſuſciperet, & libellos Miſſis quidem a nobis redditos, ſed per nos ſalvatos haberet, quos nimirum ſi Miſſi penes ſe retinuiſſent, ut codicem Synodi & cætera ſcripta; hos proculdubio perdidißent.* Hucuſque Anaſtaſius.

Legati in Piratas incurrunt.

LXXXVI.

Quando autem Legati Conſtantinopoli diſceſſerint, etſi haud liquet, tamen temporis eorum adventus Romam habita ratione, nonniſi autumno inde receſſiſſe, intelligere poſſumus. De tempore enim perventionis Romam hæc in vita Hadriani, ſive ab ipſo Anaſtaſio, ſive ab alio ſcripta leguntur: *Poſt dies aliquot navigantes, in Slavorum deducti manus, proh dolor, inciderunt. Bonis omnibus, ac authentico, in quo ſubſcriptiones omnium fuerunt, denudati ſunt; ipſique capite plexi eßent, niſi ab his, qui ex illis aufugerant, timeretur: tamdem Apoſtolicis, Imperialibuſque litteris ab exilio liberati, undecimo Kalendarum Januariarum die, Indictione quarta Roma reverſi, omnia quæ ſuperius diximus, coram ſummo Pontifice & proceribus retulere, nihil aliud ſcripturarum, quam librum Actionis Ignatii, & libellos, quos a Slavis receperant, ceu & reliquos libel-*

*bellos, quos Supponis Archiminiſtri Imp. & Anaſtaſii prudentiſſimi Bibliothecarii ſanctæ Sedis Apoſtolicæ hujus præſcientiæ ſolicitudine ſalvos, & exemplar amiſſæ Synodi, quod ſibi ſcribendum impetraverat, Eccleſia Romana ſuſcepit.* Hæc de his ibi. Cæterum in Hadriani Papæ epiſtola ad Baſilium Imperatorem data anno ſequenti, nequaquam ex litteris Imperatoris, ſed divino tantum auxilio liberatos Legatos aſſeritur. Immo non ſine magna Imperatoris culpa in tantum diſcrimen incurriſſe Legatos, idem Hadrianus ſignificat: Reddemus eas ſuo loco, anno ſequenti.

LXXXVII. *Summa Imperatoris deploratur ingratitudo.* Sic igitur hujuſmodi periclitatio Legatorum quartum numeratur ſcelus & immane piaculum hoc eodem anno patratum poſt reſtitutionem Patriarchæ Ignatii, & redditam pacem Eccleſiæ Orientis tanto labore partam. Talem vicem rependit ingratiſſimus Imp. Baſilius, in Deum infidelis exiſtens, atque in Sedem Apoſtolicam ſervili animo, ac penitus illiberali, ne dixerim (quod etiam jure dici potuit) inimico; cum pro debitis, omnibus legibus, gratiarum actionibus, & obſequiis beneficiorum, oblitus cito, citus & concitatus ad malum, talia tantaque nefanda Apoſtolicæ Sedi perſolverit, quæ adeo de univerſo ejus Imperio bene meruerit, atque periclitanti illi Eccleſiæ optime conſuluerit, ut plane cum omne ſuperaverit barbaricum ſcelus ingratum facinus, ſit exclamandum cuique compoti rationis (a): *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc.* Et erubeſcite omnes mente ſana, & ratione pollentes, ut compos rationis id potuerit humana creatura committere? adeo ut hac ex parte Hadriano Pontifici magis fuerit laudandus Michael prædeceſſor, quam ejus ſucceſſor Baſilius Imperator, cum & deteriora mala pati coacti ſint Apoſtolicæ Sedis Legati Romam victores remeantes, quam qui cum damnatione Photii Conſtantinopolim miſſi ſunt.

(a) Jer. 2.

LXXXVIII. *Exemplum hominis ingratiſſimi.* Porro & Græci hiſtorici Baſilium Imp. ingratiſſimum conclamant ex alio ejuſmodi facto ipſius. Ait enim Zonaras: *Cum venatum exiſſet, in cervum incidit inuſitata magnitudine, elata in altum cornua geſtantem, quem perſequendo aſſecutus, cum ſtricto gladio percuſſurus eſſet, bellua ſe defendit, & ramo uno cornuum zonæ Imperatoris infixo, illum ſublimem fert cornibus ſuſpenſum, ac forſan ita periiſſet, niſi a quodam enſe diſſecta zona fuiſſet ereptus. Cui mercedem ſalutis ſuæ præclaram reddidit ille capitis obtruncationem, ſpecioſa cauſa quæſita, quod enſem contra Imperatorem ſtrinxiſſet: nec reputavit, pro Imperatore potius ſtrinxiſſe, & remuneratione, magniſque præmiis eſſe dignum.* Hæc Zonaras ad ſugillandam ſummam Imperatoris ingratitudinem.

LXXXIX. Ad poſtremum autem, ne quid ad Synodum Octavam hanc ſpectans relinquamus intactum, ſciendum præterea eſt, quod eadem ſancta Synodus triplices adverſarios ubi conſummata eſt, ſenſit infeſtos, Photianos in primis, & Catholicos duplicis generis, quorum alteri dicerent, ſevere nimis cum lapſis actum eſſe, exigendo ab eis chirographum, atque ſeveram nimis pœnitentiam injungendo; alteri his omnino contrarii, qui indignantes aſſererent, indulgentem nimis fuiſſe Synodum, recipiendo lapſos Epiſcopos cum honoribus ac dignitatibus, quas ante lapſum habuerant, idque cedere in ruinam Eccleſiæ, ejuſque maximum detrimentum, eo quod in eam ingredi permiſſi eſſent lupi vice paſtorum. Inter alios, qui de his conqueſti ſunt fuit, Nicetas ille, qui res a ſancto Ignatio Patriarcha Conſtantinopolitano geſtas conſcripſit, ut apparet ex iiſdem ejus ſcriptis in fine. Sed vetus iſta fuit altercatio in Eccleſia Dei, & ut plurimum vicit pars illa, quæ viſa eſt, ad miſericordiam eſſe proclivior. Hactenus de rebus ad Synodum Octavam ſpectantibus, quæ (ut ſuperius dictum eſt) hoc anno cœpta, in ſequentem eſt propagata.

XC. *Unde cœpta ruina Græcorum.* Ex quibus certe habes, quod vehementer admireris, quorſum adverſum Romanam Eccleſiam progreſſus ſit Græcorum furor, haud dico ſchiſmaticorum, ſed Orthodoxorum gloriæ Latinorum invidentium. Quod ſi iſta (b) fiunt in viridi ligno, in arido quid fiet? Ut non mireris Lector, ſi maledictio per Iſaiam in ſynagogam prædicta, etiam juſto Dei judicio reciderit ſuper nobilem illam Græcorum Eccleſiam, de qua etiam appoſite illud: (c *Quid eſt, quod potui facere vineæ meæ, & non feci?* Et in pœnam id, quod ſubiicitur: *Ecce nunc oſtendam vobis quid faciam vineæ meæ. Auferam ſepem ejus, & erit in direptionem: diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem. Et ponam eam deſertam, & non putabitur, & non fodietur, & aſcendent vepres & ſpinæ, & nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam imbrem.* Mentiar, niſi hæc ipſa ſit præſens ipſorum Eccleſiæ facies, quæ ab oculis intuentium excutiant lacrymas præ commiſeratione ejuſdem, qui ſi ad tantorum malorum originem contemplandam altius attollant oculos, unde tanta ruina principium duxerit, aperta luce perſpicient. Etenim juxta Evangelicum illud: (d) *Si lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quales erunt?* Si, inquam ipſorum Orthodoxi, & ab Eccleſia Latina beneficiis jugiter affecti, adeo ab Eccleſia Romana averſi ſunt cogniti: quales in ipſam eſſent futuri ſchiſmatici?

(b) Luc. 23.
(c) Iſai. 5.
(d) Matt. 6.



XCI. *Pſeudoſynodum Photii loco œcumenicæ Octavæ acceperunt Græci.* Ecce ipſa vere Oecumenica, eademque pura, ſincera, atque legitima Octava Synodus, Græcorum Orthodoxorum precibus, litteris, legationibus a Romano Pontifice petita, rogata, atque tamdem obtenta; celebrata ipſa, laudata, prædicata, accepta, ſubſcripta, & (ut vidiſti) feliciter ſicut fideliter abſoluta, & laudabiliter conſummata, atque perfecta; ſed ipſorum (ut intellexiſti) nequitia ſtatim in diſcrimen adducta, periclitari cœpit, jam tantum paſſa naufragium, ut ab iiſdem Græcis penitus evanuerit, adeo ut ignorent omnino etiam quæ vere fuerit Octava Synodus Oecumenica, cujus loco, ſpuriam illam ſacrilegamque a Photio celebratam octavam & œcumenicam nominent, ac venerentur, & laudent, atque ut quid ſacroſanctum cuſtodiant: ut videas ex his, quæ ſit ſpes curationis eorum, qui accipiant venenum loco medicamenti, & ipſam medicinam exiſtiment eſſe venenum. Ut illis conveniat propheticum illud oraculum (a). *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum dulce, & dulce amarum: Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.* Quibus & dicendum, ut deviis (b): *Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea.* Quæ, inquam vera ſit atque legitima Octava Synodus, & eam, utpote celebratam coram S. Ignatio Conſtantinopolitano Patriarcha (quem & jure Sanctum colitis, & nos vobiſcum veneramur eumdem) cognoſcite, recipite, & cuſtodite: quam vero ſcitis octavam ſub Photio celebratam, falſo œcumenicam nominatam, reſciſſam, anathemate condemnatam, abiicite, & execramini: nam ſecundum Evangelicum illud (c): *Numquid colligunt ex ſpinis uvas, aut de tribulis ficus?* Minime gentium. Sed de pſeudoſynodo illa habita per Photium, & falſo œcumenica dicta, ſuo loco inferius dicendum erit. Simulque monendum de Latino Collectore Canonum, qui ex rejecta pſeudoſynodo ſententiam quamdam deſcripſit. Jam vero ad ea, quæ anni hujus rerum geſtarum ſunt reliqua, convertamus orationem.

(a) Iſai. 5.
(b) Jerem. 6.
(c) Matt. 7.

XCII. *Reditus Legatorum e Bulgaria Romam.* Hoc anno Legati Apoſtolicæ Sedis miſſi ad Bulgarorum converſionem Romam reverſi ſunt, & cum iis legatio ab eorum Rege miſſa eſt ad Romanum Pontificem. Quomodo iſta ſe habuerint, quæ ſunt apud Anaſtaſium in Hadriano ſic accipias: *Superiore tempore Formoſus & Paulus Populonienſis venerabiles Epiſcopi, qui cum cæteris, juſſu ſanctiſſimi Papæ Nicolai, cauſa prædicationis deſtinati fuerant remeantes, de Chriſtianiſmo Bulgarorum, & eorum omnimoda ſubjectione, qua ſpecialiter S. R. E. devotiſſime colla ſubmiſerant, Sedem Apoſtolicam recrearunt: & Michaelis Bulgarici Regis Legatum, Petrum nomine, ſummo Pontifici præſentarunt.* *Petri Legatio a Rege Bulgarorum ad Hadrianum Papam.* *Qui Legatus cum donis regalibus regias quoque litteras obtulit, ſummum Præſulem ſummopere deprecantes, ut aut Marinum ſibi bene compertum diaconum, Archiepiſcopum conſecratum remitteret, aut aliquem ex Cardinalibus presbyteris dumtaxat ſuæ Eccleſiæ, virum ſapientem, probatum, atque Archiepiſcopatu digniſſimum Bulgaris eligendum dirigeret: quem poſt approbationem eorumdem denuo remeantem Archiepiſcopali miniſterio ſublimaret. Sed Marino Conſtantinopolitanum Miſſaticum devotiſſime (ut diximus)* * *obtinente, ſortito ſummus Pontifex Silveſtrum quemdam ſubdiaconum Bulgaris eligendum direxit, quem cum Leopardo Anconitano miſit & Dominicum* * *Travirenſem Epiſcopum. Cum illi eſſent litteris pro Marino Archiepiſcopo ordinando, aut Formoſo Portuenſi Epiſcopo remittendo importuniſſime deprecantes, quem remittentibus Bulgaris, magna ſub velocitate Papa receperat. Quibus inter nonnulla reſcripſit, ut quemcumque nominatim devotio regalis exprimeret, eum ſine dubio Pontificalis proviſio Bulgaris Archiepiſcopum commodaret, Marino exceptis atque Formoſo.* Cum autem nec de remeando in Bulgariam Formoſo Portuenſi Epiſcopo, nec Marinum, quem petierat, Rex obtinere potuiſſet: Petrus poſt longas moras reverſus eſt in Bulgariam. Quæ vero hæc ſequuta ſint, dicentur ſuo loco anno ſequenti.

* al. obeunte
* Triventenſem
*Bulgarorum petitiones non auditæ.*

XCIII. Eodem anno cum Carolus Senior, cognomento Calvus Rex Francorum occupaſſet Lotharii nepotis jam defuncti Regnum, expoſtulante Ludovico Imperatore

PAGIUS XX. *Carolus Lotharii demortui Regnum uſurpat.* A num. XCIII. ad CVII. Lotharius Rex, *ſexto Idus Auguſti* currentis anni Placentiæ vita functus eſt, ut anno ſuperiori, quo Baronius mortem ejus conſignavit, oſtendimus, uti & ab eodem geſta hoc anno retulimus, quæ ideo huc revocanda ſunt. *Quod Carolus* inquit Annaliſta Bertinianus ad hunc Chriſti annum poſtquam Lotharii obitum narravit, *apud Silvanectis civitatem degens, (ubi tam ipſe, quam & uxor ſua theſauros, quos in quibuſcumque rebus habuerant, per loca ſancta in ſuam eleemoſynam diſpenſante, , a Piſtis reverſi, Domino, de cujus manu illos acceperant, reddiderunt) non incerto comperiens nuncio, ab ipſa civitate movens, Attiniacum venit. Ubi a quibuſdam Epiſcopis, ſed & ab aliqui-*

re frequentibuſque legationibus apud fratrem agente, interpellanteque Sedis Apoſtolicæ auctoritatem: ab Hadriano Pontifice decernitur ad eumdem Carolum legatio, de qua iſta apud Aimoinum: *(a) Carolus Legatos Hadriani Papæ Paulum & Leonem Epiſcopos ſuſcepit cum epiſtolis miſſis ſibi & præſulibus ac Regni primoribus in his Galliarum partium regionibus conſiſtentibus, in quibus continebatur, ut Regnum quondam Lotharii, quod Ludovico Imperatore ſpirituali filio ejus hæreditario jure debebatur, & quod ad eum poſt mortem ipſius Lotharii rediit, vel homines in eo degentes mortalium nullus invaderet, nullus commoveret, nullus ad ſe conaretur inflectere. Quod ſi quis præſumeret, non ſolum per ſuæ auctoritatis miniſterium infirmaretur, verumetiam vinculis anathematis obligatus nomine Chriſtianitatis privatus, cum diabolo omnino locaretur; & ſi quis de Epiſcopis tam nefariæ temeritatis auctorem, vel tacendo fugeret, vel non reſiſtendo conſentiret, non jam paſtoris, ſed mercenarii nomine ſe noverit fore cenſendum: & quia non pertineret ad eum quidquam de ovibus, nec pertineret ad eum conſequenter de paſtoralibus dignitatibus. Cum quibus Epiſcopis & nuntius Ludovici Imperatoris venit, nomine Boderardus, de his nihilominus ſatagens.* Hæc de Legatione Apoſtolica Aimoinus. Quas vero per Legatos litteras allatas tradit, præter illas ad Carolum Regem datas nobis incognitas, reliquas una cum pluribus aliis Hadriani Papæ litteris Pariſiis a noſtro Nicolao Fabro opportune miſſis hic tibi deſcribendas curavimus. Sic enim ſe habent:

(a) Aim. l.5.c.24.

Hadriani Pap. Legatio & comminatio ad Carolum.

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus glorioſis Ducibus, Comitibus, & cæteris primoribus in Regno Karoli excellentiſſimi Regis conſtitutis.*

XCIV. Hadriani Pap. epiſt. ad Principes Regni.

*Omnes quidem virtutes Chriſti cultoribus ſectandæ ſunt, ſed nulla utilius, quam pax cum dilectione mutua inter omnes, & maxime inter ſublimiores perſonas cuſtoditur, & colitur. Quanto enim quis ſublimior, tantum ad mores ſuos quoſque trahendum conſtat eſſe facilior. Ideoque his præſentibus opportune ac importune moneo, ſuadeo, & exhortor apicibus, quo pacis bonum in omnes, ſed præcipue inter ſublimiores mundi Principes ædificare, & conſtruere ſatagatis. In hoc enim dilecti filii mei Regis veſtri Regnum totum poterit incolume permanere, ſi neminem ille concutiens, a nullo concutiatur. Non autem ignorare vos credo, qualiter deſiderabiliſſimus & ſpiritalis filius meus Hludovicus piiſſimus & a Deo protectus Imperator non ut quidam adverſus ſanctæ Religionis filios non contra Fidei Chriſtianæ domeſticos, ſed adverſus filios Belial, adverſus Chriſti nominis inimicos, præcipue pro noſtra ſecuritate, proque multorum liberatione Fidelium, qui fine tenus apud Samnium, & circumquaque regiones jam jamque periclitabantur, ita ut etiam fines noſtros infeſtatio propemodum Sarracenorum invaderet, egreſſus a ſummo ſublimitatis propriæ ſolio, & a pacatiſſimo requiei ſuæ fundamine, non corpori parcat, non æſtibus, non algoribus, non denique ullis eventibus cedat; ſed omnia incommoda, omnia diſcrimina pro Chriſti nomine tolerans, nihil eſt quod pro Chriſtianorum exemptione recuſet arripere; nihil eſt, quod pro Fidelium quiete ac pace declinet aſſumere.*

Ludovici Imp. laudata virtus.

XCV. De Regno injuſte pervaſo.

*Denique non modicam Eccleſiæ ſanctæ quietem per eum divina pietas operata eſt; nec modice Paganorum vires fortitudine ſuperna proſtratæ ſunt: ſiquidem ſæpius hoſtes tanquam mures cavernis ſuis greſſos ad ſua latibula terga vertere compulit, & brachia contra noſtros exerta potenti virtute diſſolvit. Quin & nobis omnibus, qui longe fuimus, & qui prope, magnæ ſecuritatis præſidia contulit, dum ſcilicet nonnullos eorum proſtravit, nonnullos etiam ab eorum ſuperſtitione convertens Chriſti Fidei & veræ religionis itinera ſectari perdocuit. Qua de re ratum ducimus veſtram commonere dilectionem qua præfato glorioſo Regi veſtro, & filiis*

PAGIUS *quibus Primoribus regni quondam Lotharii Miſſos directos ſuſcepit ut ibi reſideret, & in regnum, quod Lotharii fuerat non intraret, donec frater ſuus Ludoicus Rex Germaniæ ab expeditione hoſtili de VVinedis, cum quibus præſenti & præterito anno ſæpius cominus ſui congredientes, aut nihil aut parum utilitatis egerunt, ſed damnum maximum retulerunt, reverteretur. Petierunt ergo ut in Palatio Ingiliheim reſidens ad eum miſſos ſuos dirigeret, & ei mandaret ubi & quando ſimul convenirent, & de regni ipſius diviſione tractarent. Plures autem ſaniori conſilio illi mandaverunt, ut quantocius commode poſſet uſque Metis properare ſatageret, & ipſi tam in itinere quam ad ipſum civitatem ei occurrere maturarent. Quorum conſilium Carolus acceptabilius & ſalubrius eſſe intelligens, juxta eorum ſuggeſtionem agere feſtinavit.* Recitat poſtea Annaliſta Synodum ab ipſomet Carolo *V. Idus Septembris* Metis congregatam, qua Regnum a legitimo Succeſſore abſtulit, ſibique attribuit, quam & integram refert Baronius num. CI. & ſeqq. & habetur Tit. XLI. Capitularium Caroli Calvi, ubi ea recitata hæc verba leguntur: *Et poſt hæc ab Epiſcopis cum benedictione Sacerdotali eſt idem Rex coronatus.*

Licet autem Regni *Lotharii* poſſeſſionem integram non retinuerit *Carolus*, hujuſque Regnum inter ſe & Ludovicum Germaniæ Regem partitus ſit, ut videre eſt apud eumdem Annaliſtam, ſucceſſionis tamen ejus Epocham ſuis

XXI. *Nova Caroli Calvi Epocha.*



*liis ejus ſuggerere ſatagat, & prudenti conſilio ſuadere contendat: quatenus nec ſuis motibus, nec aliorum ſuaſionibus impulſus, quidquam quæ tanti Principis, & tam pii Auguſti ſunt, invadere vel ſolicitare conſentiat: eorum videlicet, quæ cum ſint in Regno glorioſæ memoriæ Hlotharii quondam Regis germani ſui, ad ſe, ſuffragantibus cunctis legibus, non tam pro fraterna ſucceſſione quam pro paterna diſpoſitione hæreditario jure pertinere probantur. Qui enim concutit fines, & ſolicitat homines qui ſub moderamine quondam jam nominati Regis erant, illa quæ Dei ſunt, & Eccleſiæ utilitati conveniunt, concutit; & qui hunc avaritia victus commovet, magnum proculdubio Eccleſiæ diſpergit augmentum.*

XCVI.

*Iniquum præterea eſt, quod fratres ſibi mutuo pro integra inter ſe ac nepotes ſuos cuſtodienda parte Regnorum, quam ſinguli diſtincta ſorte perceperant, juramentis ........ ſpoponderant, impia prævaricatione violetur, vel cujuſquam cupidinis fomite temeretur: cum potius pio conveniat affectu fratrem fratri, ac patruos nepotibus totius præſidium conferre juvaminis, & ſecundum promiſſam invicem juramento fidem omnis auxilium præſtare ſolatii: præcipue jam fatum inclytum Regem veſtrum, qui hunc nepotem ſuum, magnum ſcilicet Auguſtum de patris proprii dextra, cum omnibus, quæ ad eum pertinere viderentur, ad fovendum roborandumque pro viribus veluti ſecundus pater accepiſſe dignoſcitur. Iniquitas autem & inſtar ſacrilegii eſt, ut qui ſe ultro pro ſalute Fidelium & maxime pro S. R. E. Matris ſuæ defenſione tot periculis offert, a cœpto pietatis alicujus factione ſtimulatus recedat opere, atque ad patriam coactus vindicandam procedat hæreditatem. Verum quiſquis ſuo vitio tam ſancto labori cupiditatis æſtibus accenſus aliquod impedimentum præſtiterit, condignam profecto Apoſtolica Sede ſanciente luet cum ſuis fautoribus ultionem. Unde ſi quiſquam veſtrum hujus diabolicæ ambitionis auctorem ſectatus fuerit, vel ei quoquo modo in rapinis concupiſcenti favorem contulerit, anathematis vinculis innodabitur, ac pro hoc a Regno Domini ſeparatus, cum impiorum omnium capite, quod eſt diabolus, merito deputabitur.*

Admonitio & comminatio.



XCVII.

*Attendat ergo Rex prudentiſſimus, veſtris quoque probabilibus conſiliis adhortetur, ne iniquorum ſuaſionibus credat, nec ſiniſtra machinantibus aures accomodet, ſed proprio jure contentus, quæ ſua non ſunt, uſurpare non tentet, nec invadere quocumque modo nitatur, quod invaſum non modicum poteſt invaſori generare detrimentum. Ne itaque jam memorato, dilectiſſimo filio meo domino ſemper Auguſto cauſam Dei exequenti, & hæreditatem Domini vindicanti, ac ipſius bella prælianti, quodlibet offendiculum præparet, quo ſanctæ Dei Eccleſiæ quavis ex parte impediatur utilitas, vel profectus Fidelium excludatur: alioquin manum Apoſtolicæ Sedis cum eodem piiſſimo Principe fortiter eſſe comperiat, & arma noſtra illi munimina validiſſima conferentia, ſummo Agonotheta nobiſcum certante, & beatorum Principum Apoſtolorum interceſſione cooperante & præparante, ſine cunctatione prænoſcat. Hos præterea Miſſos Apoſtolicæ noſtræ Sedis Paulum & Leonem venerabiles Epiſcopos dilectos conſiliarios noſtros, quos pro pace & concordia ſanctæ Dei Eccleſiæ illuc deſtinavimus: ob reverentiam principum Apoſtolorum Petri & Pauli benigne ſuſcipite, & ea, quæ vobis pro utilitate Fidei atque religionis dixerint, percipientes, ad effectum perducere feſtinate. Optamus gloriam veſtram in Chriſto bene valere. Data Non. Septembris Indict. iii.* Ita ſi a menſis Septembris exordio inchoetur indictio, alioqui loco Indictionis tertiæ, ſecunda ponenda, ut apparet ex Actis Comitialibus paulo poſt reddendis. Quæ autem ad Epiſcopos eodem argumento, eademque die ſunt ſcriptæ, ſic ſe habent:

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimis & ſanctiſſimis fratribus & Coepiſcopis noſtris in Regno Ka-*



PAGIUS ſuis deinceps Diplomatibus adjecit, ut liquet ex Præcepto pro Monaſterio S. Arnulphi Metenſi in die coronationis Caroli dato, & a Baluzio in Notis ad laudata Capitularia memorato, in cujus fine habetur: *Data V. Idus Septemb. Indictione II. anno XXX. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege & primo in ſucceſſione regni Clotarii*, ideſt Lotharii, ubi Indictio illa II. cum V. Idus Septemb. conjuncta Conſtantiniana eſt, a VIII. Kalend. Octob. ſuperioris Chriſti anni inchoata, quæ ideo hoc anno ante eum diem mutanda non erat. Idem Indictionis genus extat apud Baronium num. CI. ubi leguntur capitula Metis publice denunciata *anno Incarn. Dom. DCCCLXIX. indict. ſecunda, pridie Idus Septemb.* Hoc Indictionis genus Baronium turbavit, qui cum videret litteras Hadriani Papæ eadem de re ſcriptas dici datas *Non. Septemb. indict. III.* ait: *Ita ſi a menſis Septembris exordio inchoetur indictio, alioqui loco indictionis tertiæ, ſecunda ponenda, ut apparet ex Actis Comitialibus.* Verum non dubium, quin Hadrianus Papa litteras ſuas indictione tertia ſignarit, cum Romæ hoc ſæculo, ſicuti & proxime conſequentibus Indictio a Kalendis Septemb. initium duceret. At in Gallia poſt Ludovici Pii obitum Indictio Conſtantiniana a VIII. Kalend. Octobr. ſeu

Karoli glorioſi Regis Eccleſiam Domini gubernantibus.

XCVIII. Epiſt. Hadriani Papæ ad Epiſcopos. Inter exordia Pontificatus mei, pacis ſtudium præ cœteris virtutibus prædicandi, ſuadendique arripuiſſe memini. Quippe qui noverim quod in Dominicæ Nativitatis principio cœleſtis militiæ viſus ſit exercitus, qui clamavit (a): Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ubi profecto ſolerter attendendum eſt, quia ſicut tunc paſtores, qui ſupra gregem ſuum * præ cœteris gaudia meruerunt: ita nos, qui Paſtores dicimur, tunc cœleſtium bonorum lætitiam adipiſci merebimur; ſi ſuper oves Dominicas ſolicite vigilemus: ne videlicet has, vel per inſidias odii, ſeu diſcordiæ vorax lupus invadat, vel pro cupiditate avidus ille leo deglutiat, qui, ut Princeps (b) Apoſtolorum ſcribit: Rugiens circuit quærens quem devoret. Ideoque fratres chari, nunc etiam idipſum repeto, idipſum opportune, vel importune prorſus efflagito. Quamobrem ut pacis, ſeu dilectionis vinculum, quæ major eſt omnibus virtutibus & holocauſtomatibus, veſtra quoque ſanctitas inſolubiliter inter omnes, ſed præcipue inter ſublimiores perſonas obſervari doceat, indeſinenter adhortor. Quapropter illud a vobis exigo, ut ſoliciti exiſtentes, ſi quos ſenſeritis velle filii noſtri glorioſi Regis veſtri Karoli fortaſſis animos ad invadendum Regnum, quod defuncto quondam inclyto Rege Hlothario ad dominum deſiderantiſſimum filium noſtrum piiſſimum Imperatorem rediit, jureque hæreditario illi debetur, nequiter * ducitare: vos, qui ſpirituales eſtis, horum carnales voces, quin potius & ipſum excellentiſſimum Regem ac filios ejus, tamquam veri Epiſcopi a tanto compeſcere piaculo ſtudeatis. Quinimmo ad favorem & opem ejus hunc inflammantes hortemini, ut qui ſicut eum in fide ſua tamquam alter pater ſuſcepit, ita foveat, & hunc ut proprium genitum amplectatur.

(a) Luc. 2.
* deeſt f. vigilabant
(b) 1. Pet. 5.
* f. ſuſcitare

Iniquum enim, & inſtar ſacrilegii eſt ut qui ſe ultro pro ſalute Fidelium, & maxime ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris, ſcilicet omnium Dei Eccleſiarum defenſione tot mortis caſibus offert, alicujus factione ſtimulatus, a cœpto pietatis recedat opere, atque ad patriam vindicandam procedat hæreditatem. Non enim debet paternam hæreditatem ille dimittere, qui Deo gratias, non ignorat, (c) Naboth Jezrabelitam pro ſola paterna vinea, etiam contra Regem impium defendenda uſque ad mortem lapidum perveniſſe. Verum ſi & labor alicujus ambitione impediatur, quoniam paternum deſeri patrimonium ſurripientibus non oportet, per quem quid tale contigerit una cum fautoribus & ſectatoribus ſuis dignam paremque animadverſionem exſolvet. At ſi quis veſtrum tam nefariæ temeritatis auctorem, vel tacendo fugerit, vel non reſiſtendo conſenſerit: non jam paſtoris, ſed mercenarii nomine ſe noverit fore cenſendum, & quia jam non pertinebit ad eum de ovibus, non pertinebit conſequenter de paſtoralibus dignitatibus.

XCIX. Laborans pro Eccleſia Princeps juvandus.
(c) 3. Reg. 21.

C. Hos præterea Miſſos Apoſtolicæ noſtræ Sedis Paulum & Leonem venerabiles Epiſcopos, dilectos conſiliarios noſtros, quos pro pace & concordia ſanctæ Dei Eccleſiæ illuc deſtinavimus, ob reverentiam Principum Apoſtolorum Petri & Pauli benigne ſuſcipite; & ea, quæ vobis pro utilitatibus Chriſtianæ Fidei atque religionis dixerint, aure cordis percipientes, ad effectum ducere feſtinate. Optamus ſanctam fraternitatem veſtram in Chriſto bene valere. Dat. Non. Septembr. * Indict. III. Hæc Hadrianus qui de his etiam ad Ludovicum Germaniæ Regem ſcripſit, ut abſtineret a Regno ad Ludovicum Imperatorem ſpectante. Æque enim ut Carolus, ita & Ludovicus in ſuſpicionem venerat affectatæ Lotharii hæreditatis, ut inter eos certamine foret decernendum, qui Lotharii Regnum invaſurus eſſet. Hos autem Legatos haud honorifice a Carolo fuiſſe ſuſceptos, ſuis litteris poſt hæc datis queritur Hadrianus. Sed antequam hi perveniſſent ad Carolum, immo pau-

* Indict. II.

cos

PAGIUS ſeu a die XXIV. menſis Septemb. cœpta ſæpe obtinuit, ut vel duo exempla mox in medium adducta demonſtrant. Vide dicta de Indictione Conſtantiniana anno DLXXVI. num. IV. Porro diviſio regni Lothariani anno tantum ſequenti facta, tuncque Legati cum oblationibus in Urbem ad placandum Hadrianum II. a Carolo Calvo miſſi, quod tamen Baronius num. CVI. hoc anno contigiſſe putavit.

XXII. Munera ad Hadrianum PP. mittit. Annaliſta enim Bertinianus ad an. DCCCLXX. ſcribit: Carolus peracta autumnali venatione, ad monaſterium Sancti Dionyſii feſtivitatem ipſius Sancti celebraturus, perrexit. Ubi ipſa die inter Miſſarum ſolemnia præfatos Apoſtolici Miſſos (de quibus is Annaliſta hoc anno verba facit) cum Epiſtolis ad ſe & ad Epiſcopos regni ſui directos, terribiliter ſibi regnum quondam Lotharii, quod fratri ſuo Imperatori debebatur, interdicentibus, moleſte ſuſcepit. Ipſos autem Miſſos domni Apoſtolici & Imperatoris uſque Remis deduci fecit. Et undique plurimos fidelium ſuorum illic convenire faciens, & per octo dies ibidem immorans, eoſdem Miſſos abſolvit. Poſtea Legatos ſuos, Anſegiſilum videlicet Presbyterum, Monaſterii Sancti Michaelis Abbatem; & Lotharium laicum, cum Epiſtolis ad domnum Apoſtolicum, ſed & pannum ad Altare Sancti Petri de veſtimentis ſuis aureis compoſitum, cum duabus coronis aureis, & gemmis ornatis miſit, & ipſe uſque ad Lugdunum pervenit. Illas litteras Hadriani Papæ ad Carolum Regem anno ſequenti, quo datæ ſunt, recte Baronius refert.

Sed



Prædatoria Metenſis Synodus pro Carolo. cos poſt dies, cum ſuperius recitatæ datæ ſunt litteræ, idem Carolus, collecto Metenſi Concilio, pridie Idus Septembris Indict. II. decernentibus Epiſcopis Regni Lotharii coronam accepit. Quæ Synodus Prædatoria dici jure meruit? hoc enim digna nomine, quæ Regnum abſtulit a legitimo ſucceſſore, & Carolo tyrannice dedit. Cujus quidem Acta ex codice Antonii Auguſtini, ubi extant, hic tibi exſcribenda curavimus, quæ ſic ſe habent:

CI. Anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſexageſimonono, Indict. II. pridie Id. Septembris, Metis civitate in Eccleſia S. Stephani martyris, hæc quæ ſequuntur, Capitula Adventius Epiſcopus ipſius civitatis, coram Rege & Epiſcopis, qui affuerunt, populo & ſcriptis & verbo publicæ denuntiavit.

Denuntiatio Epiſc. Metenſis. Vos ſcitis & multis in pluribus Regnis eſſe cognitum, quantos & quales eventus tempore Senioris noſtri quem hactenus habuimus, pro cauſis notiſſimis communiter ſuſtinuimus, & quanto dolore, quantaque anguſtia de illius infauſta morte nuper cordibus perculſi ſimus. Unde unicum refugium, & ſingulariter ſalubre conſilium, Rege & Principe noſtro deſtituti & deſolati nobis omnibus eſſe conſideravimus, ut jejuniis, & orationibus ad eum nos convertamus, qui eſt adiutor in opportunitatibus & in tribulatione, & cujus eſt conſilium, ac cujus eſt Regnum, & (ut (a) ſcriptum eſt) cui voluerit, dabit illud, & in cujus manu corda ſunt Regum, & facit unanimes habitare in domo, (b) ſolvens medium parietem, & faciens utraque unum, deprecantes ipſius miſericordiam, ut donet nobis Regem ac Principem ſecundum cor ſuum, qui in judicio & juſtitia nos in omni ordine & profeſſione regeret & ſalvaret atque defenderet juxta voluntatem ejus, & corda omnium noſtrorum unanimiter in eum inclinaret atque uniret, quem ipſe ad ſalutem atque profectum præſcitum & electum atque prædeſtinatum habet ſecundum miſericordiam ſuam.

(a) Dan. 4.
(b) Epheſ. 2.



CII. Quia denique voluntatem Dei (qui (c) voluntatem timentium ſe facit, & deprecationes eorum exaudit in corde) unanimitate noſtra videmus, hunc Regni hujus hæredem eſſe legitimum, cui nos ſponte commiſimus, videlicet præſentem Regem ac Principem noſtrum Carolum, ut nobis præſit, & proſit, videtur nobis, ſi vobis placet, ut ſicut nos poſt illius verba vobis manifeſtavimus, ſigno certiſſimo demonſtremus, quia illum a Deo electum & nobis datum Principem credimus, & idem largitori Deo ex ſuis beneficiis non ſimus ingrati, ſed gratiarum actiones illi referentes oremus, qualiter & eum ad ſalutem & defenſionem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, atque ad auxilium & profectum omnium noſtrum cum ſalute & pace & tranquillitate nobis conſervet diutius, & nos fideli devotione illi obſequentes atque optata ſalvatione fruentes, ſub illius adminiſtratione in ſuo gubernet ſervitio. Et ſi illi placet, dignum ipſi, & neceſſarium nobis eſſe videtur, ut ex ejus ore audiamus, quod a Chriſtianiſſimo Rege fideli & unanimi in ſervitio illius populo unicuique in ordine ſuo convenit audire, ac devota mente ſuſcipiatur. Hæc Adventius. Pergunt Acta:

(c) Pſ. 144.

CIII. Denuntiatio Caroli Regis. Poſt hæc Rex Carolus hæc, quæ ſequuntur, per ſe in eadem Eccleſia cunctis qui affuerunt, denuntiavit. Quia ſicut iſti venerabiles Epiſcopi unius ex ipſis voce dixerunt, & certis indiciis ex veſtra unanimitate demonſtrarunt, & vos acclamaſtis me Dei electione ad veſtram ſalvationem & profectum; atque Regnum & gubernationem huc adveniſſe: ſciatis me honorem & cultum Dei atque ſanctarum Eccleſiarum, Domino adjuvante, conſervare & unumquemque veſtrum, ſe-



cun-

PAGIUS XXIII. Hirmentrudes uxor Caroli Regis moritur. Sed redeo ad ea quæ hoc anno geſta, quæque Annaliſta Bertinianus his verbis narrat: Carolus in villa Duciaco VII. Idus Octob. certo comperiens obiiſſe Hirmentrudem uxorem ſuam II. Non. Octobris in monaſterio Sancti Dionyſii, ubi & ſepulta eſt, exequente Boſone filio Buvini quondam Comitis hoc miſſaticum apud matrem & materteram ſuam Theutbergam Lotharii Regis relictam, ſororem ipſius Boſonis nomine Richildem mox ſibi adduci fecit, & in concubinam accepit. Qua de re eidem Boſoni Abbatiam Sancti Mauritii cum aliis honoribus dedit: & ipſe Aquis Palatium eamdem concubinam ſecum ducens feſtinare acceleravit: quatenus ibi reſiduos illius partis homines qui Lotharii fuerant, ſicut ei mandaverant, in ſua ditione ſuſciperet, denunciant ſe abinde Palatium, quod Gundulphi villa dicitur, in Miſſas Sancti Martini venturum, ut de provincia & de ſuperioribus partibus Burgundiæ ad ſe venturos ſuſcipiat.

XXIV. Invaſio Caroli Hadriano II. valde moleſta fuit. Veniens autem Aquis, nullum obtinuit, quem antea non habuit, & inde ut denunciaverat ad Gundulphi villam pervenit. Ubi Miſſos Adriani Papæ Paulum & Leonem Epiſcopos ſuſcepit, cum Epiſtolis miſſis ſibi & Præſulibus ac regni Primoribus in his Galliarum partium regionibus conſiſtentibus. In quibus continebatur, ut regnum quondam Regis Lotharii, quod Ludovico Imp. ſpiritali filio ejus hæreditario jure debetur, & quod ad eum poſt mortem ipſius Lotharii rediit, vel homines in eo degentes, mortalium nullus invaderet, nullus commoveret, nullus ad ſe conaretur inflectere. Quod ſi quis præſumeret, non ſolum per ſuæ auctoritatis miniſterium infirmaretur, verum etiam vinculis anathematis obligatus, nomine chriſtianitatis privatus cum diabolo locaretur. Et ſi quis de Epiſcopis tam nefariæ temeritatis auctorem vel tacendo fugeret, vel non reſiſtendo conſentiret, non jam Paſtoris ſed mercenarii nomine ſe noſſet fore cenſendum

Et

*cundum ſui 'ordinis dignitatem & perſonam, juxta meum ſcire & poſſe, honorare, & ſalvare, & honoratum & ſalvatum tenere velle, & unicuique in ſuo ordine, ſecundum ſibi competentes leges tam Eccleſiaſticas, quam mundanas, legem & juſtitiam conſervare, in hoc ut honor regius & poteſtas & debita obedientia atque adjutorium ad Regnum mihi a Deo datum continendum & defenſandum ab unoquoque veſtrum, ſecundum ſuum ordinem & dignitatem atque poſſibilitatem mihi exhibeatur, ſicut veſtri anteceſſores fideliter & juſte & rationabiliter meis anteceſſoribus exhibuerunt.*

*Et poſt hæc Hincmarus Rhemorum Epiſcopus hæc, quæ ſequuntur, Capitula, jubente & poſtulante Adventio ipſius civitatis Epiſcopo, & cæteris Epiſcopis Trevirorum provinciæ, Attone ſcilicet Viridunenſis Eccleſiæ Epiſcopo, & Arnulpho Tullenſis civitatis Epiſcopo, Franco Tungrenſis civitatis Epiſcopo, conniventibus provinciæ Rhemorum Epiſcopis, coram Epiſcopis, Rege, cunctis, qui affuerunt in eadem Eccleſia, publice dennuntiavit.*

CIV. Dennuntiatio Hincmari. *Ne alicui forte videatur, incongrue & præſumptuoſe me, ac provinciæ noſtræ venerabiles Coepiſcopos facere, quoniam de altera provincia ordinationis & cauſis hujus provinciæ nos immiſcemus: ſciat nos contra Canones ſacros non agere, quoniam Rhemenſis & Trevirenſis Eccleſia in hac regione Belgica cum iſtis Eccleſiis ſorores & comprovinciales habentur, ſicut auctoritas Eccleſiaſtica, & antiquiſſima demonſtrat conſuetudo, ac per hoc unanimi conſenſu, & ſynodalia judicia exercere, & quæ a ſanctis Patribus conſtituta ſunt, debent concorditer cuſtodiri, ac privilegii conſtitutione ſervata, qui prior de Rhemenſi & Trevirenſi Epiſcopo fuerit ordinatus, prior etiam habeatur. Et lex divinitus inſpirata præcipit, dicens: (a) Si tranſiens per meſſem amici tui, * colligens ſpicas, manu confricabis ad manducandum, falcem non mittas, vel falce non metas, Meſſis eſt populus, ut Dominus demonſtrat in Evangelio, dicens: (b) Meſſis quidem multa, operarii autem pauci, rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam, quia vos pro nobis Epiſcopis debetis orare, ut vobis digna poſſimus loqui. Meſſis autem amici eſt populus in provincia alteri Metropolitano commiſſa. Unde vos hortando, quaſi manu operis confricando, ad*

(a) Levit. 25.
* f. colligas
(b) Matt. 9.

*Dei voluntatem & veſtram ſalutem in corpus unitatis Eccleſiæ valemus & debemus traiicere. In parochianos autem provinciarum aliis Metropolitanis commiſſarum falcem judicii non mittimus, quia nec eſt unde, nec noſtrum eſſe conſideramus.*

CV. *Eſt & alia cauſa, quia iſti venerabiles domini & confratres noſtri provinciæ iſtius Epiſcopi non habentes Metropolitanum Epiſcopum, exiguitatem noſtram ſic in ſuis, ſicut & in ſpecialibus noſtris cauſis nos fraterna charitate jubent & commonent agere. Eſt ita, domini fratres? Et reſponderunt Epiſcopi: Ita eſt.*

*Præterea quia dominus Epiſcopus & frater noſter Adventius nobis ex ſua & cæterorum ſuorum ac noſtrorum fratrum & venerabilium Epiſcoporum voce dixit, In hoc etiam animadvertere poteſtis, voluntatem Dei eſſe, ut præſens dominus & Rex noſter, qui in parte Regni, quam hactenus tenet & tenuit, & nobis & Eccleſiis noſtris, & populo ſibi commiſſo utiliter præeſt & præfuit & ſalubriter prodeſt & profuit: inde ad hunc locum, Domino ducente, pervenerit, quo etiam vos ejus inſpiratione confluxiſtis, & ipſi vos ſponte commendaſtis, cujus inſtinctu animata omnia in Arcam hoc ſignificantem Eccleſiæ unitatem, nullo cogente, convenerunt: quia ſanctæ memoriæ pater ſuus domnus Hludovicus Pius Imp. Auguſtus ex progenie Hludovici Regis Francorum inclyti per B. Remigii Francorum Apoſtoli Catholicam prædicationem cum integra gente converſi, & cum tribus Francorum millibus, exceptis parvulis & mulieribus, vigiliæ S. Paſchæ in Rhemenſi Metropoli baptizati, & cælitus ſumpto chriſmate, unde & adhuc habemus, peruncti, & in Regem conſecratus per B. Arnulphum, a cujus carne, id eſt Ludovicus pius Auguſtus originem duxit carnis, & a Stephano Papa Romano ante S. Dei Genitricis & ſemper Virginis Mariæ altare Rhemis in Imperatorem eſt coronatus. Et demum factione quorumdam terreno Imperio deſtitutus, in prædictam Regni partem unanimitate Epiſcoporum & fidelis populi ante ſepulchrum S. Dionyſii eximii martyris Eccleſiæ ſanctæ eſt redditus, & in hac domo, ante hoc altare protomartyris Stephani (cujus nomen interpretatum reſonat Coronatus) per Domini ſacerdotes, acclamatione fidelis populi, ſicut vidimus, qui affuimus, corona Regni eſt Imperio reſtitutus.*

Nova coronatio Caroli Calvi.

PAGIUS *Et quia jam non pertineret ad eum de ovibus, non pertineret conſequenter de Paſtoralibus dignitatibus. Cum quibus Epiſcopis & miſſus Ludovici Imp. venit nomine Boderadus, de his nihilominus ſatagens.* Utraſque literas Hadriani Papæ tam ad Primores Regni Caroli, quam ad Epiſcopos in ejus Regno conſtitutos recitat Baronius num. XCIV. & ſeqq.

Ad



*tus. Et quia (ut in hiſtoriis ſacris legimus) Reges quando Regna obtinuerunt, ſingulorum Regnorum ſibi diademata impoſuerunt: non incongruum videtur iſtis venerabilibus Epiſcopis, ſi veſtræ unanimitati placet, ut in obedientia Regni, unde vos ad illum ſponte conveniſtis, & ei vos commendaſtis, ſacerdotali miniſterio ante altare hoc coronetur, & ſacra unctione Domino conſecretur. Quod ſi vobis placet, propriis vocibus conſonate.*

CVI. *Et in hoc conclamantibus omnibus, dixit idem Epiſcopus: Agamus ergo unanimiter Deo gratias, decantantes, TE DEUM LAUDAMUS.* Hucuſque in codice Acta Metenſia in coronatione Caroli de Regno Lotharii. Unctio ſecundum conſuetum ſacrum ritum eſt ſecuta hæc, quæ dicta ſunt.

His abſolutis, idem Carolus ad placandum Romanum Pontificem Hadrianum Legatos in Urbem decernit cum oblationibus ad baſilicam ſancti Petri, in quibus inerat operimentum auro textum, & duæ coronæ aureæ gemmis ornatæ pro duobus, quæ poſſidebat Regnis, hæc teſtatur Aimoinus (a). Porro oblationes has haud putamus ab Hadriano eſſe ſuſceptas, cum de his in litteris poſtea ad Carolum ab ipſo datis nulla ſit mentio, quæ alias præteriri minime conſuevit. Sic igitur præter jus faſque expoliantes Epiſcopi legitima hæreditate Ludovicum Imperatorem Regnum Lotharii ejus fratris tradiderunt Carolo Calvo, quibus merito illud aptatum oraculum (b): *Sacerdotes & prophetæ neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt a vino, neſcierunt Videntem, ignoraverunt judicium.* Quid autem poſt hæc Hadrianus auditis his fecerit, ſequenti anno dicturi ſumus.

(a) Aim. l.6.c.24.
(b) Iſai.28

CVII. Inter hæc autem Ludovicus Germaniæ Rex, cum iſta præſumpſit Carolus, ægrotabat, ſed & ex inſperato convaluit. Quomodo autem id acciderit, ex antiquis Annalibus a Pithœo editis accipe:

Quæ Ludovicus ægrotans.

*Dum hæc in diverſis locis gerebantur, Ludovicus Rex apud Ratiſbonam Bajoariæ civitatem gravi detinebatur infirmitate; ita ut medici illum ſanitatem poſſe recuperare deſperarent. Quapropter omne aurum & argentum, quod in theſauris illius inveniri potuit, in diverſa monaſteriorum loca diſtribuit, & pauperibus erogavit. Unde & a cæleſti medico, cui ſe, ſuaque commendavit, curari promeruit. Carolus vero, comperta Ludovici fratris ſui infirmitate, Regnum Lotharii invaſit, & ſecundum libitum ſuum diſpoſuit, &c.* Sed quomodo timore ejuſdem Ludovici, ubi convaluiſſe audivit, eum in partem ejuſdem Regni admiſit, ſuo loco, anno ſequenti dicturi ſumus.

Hoc eodem anno ſcripſit Salomon Rex Britanniæ litteras Hadriano Papæ, pallium petens pro Feſtiniano Antiſtite Dolenſi, necnon reliquias pro monaſterio, quod

PAGIUS XXV. *Salomon Britanniæ Rex appellabatur.* Ad num. CVII. & ſeqq. Ex litteris Hadriani Papæ ad *Salomonem* Britonum Regem datis, [1] cum quibus ad hunc mittit brachium Sancti *Leonis* Papæ hujus nominis III. miraculis clari, & ex ejuſdem Salomonis Britonum Regis ad eumdem Hadrianum literis a Baronio recitatis, apparet verum eſſe quod anno ſuperiori diximus, *Salomonem* eo anno a Carolo Calvo Regem appellatum fuiſſe; cum in utriſque illis literis Salomon Rex nuncupetur, ſicuti & in aliis ejuſdem Salomonis ibidem relatis, quibus Salomon teſtatur, ſe locum *Plelan, ubi antea aulam habebat*, Convvoioni Abbati in refugium conceſſiſſe, & in eodem loco conſtruxiſſe *non ignobile monaſterium Sancti Salvatoris, in quo etiam Reverendiſſimus Abbas Convoion ſapultus jacet*. Ex quibus etiam verbis Mabillonius ſæc. IV. Benedict. part. II. in Appendice ad Vitam Sancti Conwoionis Abbatis Rotonenſis colligit, hunc Sanctum Abbatem anno ſuperiori animam Deo reddidiſſe, ſicut & ex alio Diplomate ab eodem Salomone anno DCCCLXVIII. *quarto Kalend. Septemb.* dato, quo Monachis tunc in *Plebelamio* conſiſtentibus facultas eligendi Abbatem conceditur. Ex eo Monaſterio corpus *Sancti Convvoionis* poſt ſedatos Normannici belli tumultus *Rotonum* relatum eſt.

XXVI. *Normanni Galliam affligunt.* Huc revocandum quod Annaliſta Bertinianus hoc anno ſcribit: *Salomon Dux Britonum pacem cum Nortmannis in Ligeri reſidentibus fecit, & vinum partis ſuæ de pago Andegavenſi cum Britonibus ſuis collegit. Hugo Abba, & Gauzfridus cum Trans-Sequanis confligentes cum* Nor-

NOTÆ [1] HAnc Epiſtolam Hadriani ad Salomonem fidei eſſe dubiæ produnt Sapientiſſimi Anecdotorum Editores PP. Martene & Durand. tom. III. col. 866. Primo quod illam minime ex authentico productam fuiſſe a Dolenſibus aſſerat Innocentius III. in ſententia de ſubiectione Dolenſis Eccleſiæ Metropoli Turonenſi recitata, ibid. *col.* 943. Juſſi enim illam ex authentico promere Dolenſes carere ſe illa reſponderunt. Quod igitur ex ea probet Pagius Salomonem jam tunc Regem agnitum fuiſſe, nihil eſt, cum præſertim in ſalutatione ejuſdem Epiſtolæ Salomon non Rex ſed Dux appelletur: *Salomoni Britanniæ Duci*. In Collectione Actorum in Cauſa Dolenſi Ducem eum tantummodo appellat Hadrianus in hac epiſtola & in altera a ſe data ad Herardum Turonenſem Archiepiſcopum, relata *ibid.* Nicolaus I. ejus prædeceſſor in duplici ad eumdem Salomonem Epiſtola data anno 865. Regis titulo illum ſalutat. Vide ibid. col.859. &c. Igitur ex titulo illo in litteris Pontificis dato pro anno, quo Salomon Regium titulum a Carolo obtinuit, nihil infertur. MANSI

quod ædificabat, quas idem Argentræus cum Hadriani reſponſo recitat his verbis (*a*):

(*a*) *Hiſt. Brit. l. 2. c. 27.*

*Domino ac beatiſſimo Apoſtolicæ Sedis Romanæ Hadriano. Salomon Britonum Rex flexis genibus, inclinatoque capite in Chriſto fideliter pacis diuturnitatem.*

CVIII. Epiſt. Salom. Regis Brit. ad Hadrian.

*Mundi termino appropinquante, ruiniſque crebreſcentibus cum certa ſigna plurimis manifeſta videantur, Romam vovimus ire cauſa orationis, necnon etiam petitionis noſtræ gratia, quia præterito tempore beatæ memoriæ prædeceſſor veſter Nicolaus pallium Epiſcopo Dolenſi Feſtiniano amovit, quod idcirco nobis dare diſtulit, quia nos noſtrum nomini ejus præpoſueramus ignoranter, & litteras abſque ſigilli noſtri impreſſione, minus etiam idoneo Legato tranſmiſeramus. Sed cum jam totius Britanniæ voluntatem probare curavimus, omnes abnuerunt, nolentes nos adire orationem Apoſtolorum Petri & Pauli, cæterorumque Fidelium pro eo quod pagani intrinſecus injuſte vaſtant omnes terminos noſtræ poteſtatis. Et ideo conſiderans meorum peccaminum gravitatem, & reminiſcens bonitatem Dei, precor omnipotentiam veſtræ dignitatis, ut hoc munuſculum placide * ſi perſona ſupradictorum Apoſtolorum dignetur aſpicere, hanc ſtatuam auream veſtræ magnitudinis, tam in altitudine, quam in latitudine cum lapidibus diverſi generis, & mulum cum ſella & camo & fræno valentem, & triginta camiſias, & triginta drapas laneas variis coloribus tinctas, cum triginta cervinis pellibus & triginta pallia pedalia ad opus domeſticorum veſtrorum, trecentos quoque ſolidos denariorum quotannis deinceps perſolvendos, quatenus dignitas a prædeceſſoribus veſtris anteceſſoribus noſtris impenſa, nobis noſtriſque ſucceſſoribus auctoritate veſtra confirmetur in ſæcula. Hæc omnia veſtræ dignitati vilia putantes, mementote viduæ pauperculæ (b) in templo Domini duos denarios offerentis, & interim innoteſcere veſtræ largifluæ almitati per has litteras, per hos geminos nuntios, hoc eſt, Harennam Epiſcopum, & Felicem Archidiaconum, cæteroſque fideles noſtros, qui in noſtra ſunt præſentia, voluimus, quod unum ædificem monaſterium, quod adhuc in honorem alicujus Sancti non eſt dedicatum. Quocirca ſublimitatem veſtræ dignitatis precamur, ut reliquias, quas a vobis & plurimis jam probatis (auxiliante Deo) digne poſſidetis, & quibus noſtra inſulæ melius in Chriſto favente poſſit illuminari, nobis cum his Legatis tranſmittere dignemini.* Hactenus epiſtola Salomonis Regis, ad quem Hadrianus Papa iſta reſcripſit, mittens ad eum brachium S. Leonis Papæ Tertii, divinitus, præmiſſis precibus ac jejuniis impetratum.

* conſideret

Munera Regis Salomon. ad Hadrianum Pap.

(*b*) *Luc. 21.*

CIX. *Dilectiſſimo filio, amantiſſimoque Salomoni Regi Britonum cum omnibus ſuis fidelibus, Hadrianus gratia Dei Papa perennem ſalutem.*

Hadriani ad Salom. Reg. epiſtola.

*Sublimitas veſtræ poteſtatis intelligat, nos veraciter per inducias ſeptem dierum a Deo poſtulaſſe condignum veſtræ magnificentiæ reſponſum: tranſactis autem ſeptem diebus, nobiſque omnibus Romanis in oratione & jejunio perdurantibus viſum eſt mihi tribuſque Cardinalibus meis, Spiritu ſancto revelante, ut de corpore beati Leonis Papæ vobis tranſmitterem, quia grande munus eſt. Igitur notum ſit vobis, fili cariſſime, & omnibus Chriſtianis illic habitantibus, quod nos cum noſtrorum auctoritate brachium ſupradicti Leonis Papæ ad illum, & adjutorium ad defenſionem veſtræ regionis charitative dirigamus. Pro certo enim per illum probavimus multa feciſſe miracula, ut fides veſtra magis ac magis in illo accreſcat. Ipſe eſt ſanctiſſimus Leo qui per invidiam Romanorum, oculis, linguaque privatus, gratia Dei cooperante fuit mirabiliter reſtauratus, quatenus ſeptempliciter eis oculis clarius vide-*

PAGIUS *Nortmannis in Ligeri reſidentibus, LX. circiter inde interfecerunt. Et capientes quemdam apoſtatam Monachum, qui relicta chriſtianitate ſe Nortmannis contulerat, & nimis Chriſtianis infeſtus erat decollari fecerunt. Carolus vero civitates Trans-Sequanam ab incolis firmari rogavit, Cinomannis ſcilicet ac Turonis, ut præſidio contra Nortmannos populis eſſe poſſent. Nortmanni autem hoc audientes, multam ſummam argenti, frumenti quoque & vini, ac animalium, ab incolis terræ ipſius quæſierunt, ut cum eis pacem facerent.* Ducem appellat, quem Annaliſta Metenſis Regem, uti vere erat, nuncupat.

XXVII. Idem Annaliſta Bertinianus narrat Baſilium Imp. Patricium ſuum *ad Bairam*, (ideſt, Barium in regno Neapolitano hodierno ſitum) cum CCCC. navibus miſiſſe, ut *Luodovico* contra Saracenos ferret auxilium, & eodem Ludovico Imp. ab obſidione Saracenorum de partibus Beneventanis revertente, *Saracenos* ex Bario Oppido egredientes, hoſtem poſt tergum ſecutos eſſe & ad Eccleſiam Sancti Michaelis in monte Gargano perrexiſſe, ſubditque, *Clericos ejuſdem Eccleſiæ, multoſque alios, qui adorationem illuc convenerant, deprædantes, cum multa ſpolia ad ſua redierunt. Quod factum valde Imperatorem, atque Apoſtolicum, ſed & Romanos turbavit.*

*Beneventanos Saraceni infeſtant.*

XXVIII. Subjungit poſtea idem Annaliſta, *Rotlandum* Arelatenſem Archiepiſcopum a Ludovico Imp. & Engelberga uxore Abbatiam Sancti Cæſarii adeptum, in inſula Camaria, *in qua res ipſius Abbatiæ plurimæ conjacent*, & in qua portum Sarraceni habere ſolebant, caſtellum opere tumultuario de ſola terra ædificantem, audito Sar-

*Rotlandus Archiep. Arelatenſis a Saracenis captus.*



*deret, & eadem lingua verbum Dei eloquentius prædicaret. Et ideo auctoritas Romana in hoc de Deo præſumit, ut a Ligeri fluvio uſque ad Occidentalem plagam, quos aut ætas, aut ſexus, aut perſona non impedit, tribus vicibus reliquias illius in anno frequentent; & inde votum Romam eundi, quoad vixerint, noſtro libitu & auctoritate adimpleant * Pallium quoque, quod fratri & Coepiſcopo noſtro Feſtiniano poſtulaſtis, cum ſuo privilegio veſtræ dirigimus charitati. Valete in Chriſto fideles Britanniæ habitatores.*

* hunc locum falſatum eſſe habes apud Innocentium Papam III. lib. 2. ep. 79.

CX. Cum autem graſſantibus in dies magis per Britanniam Northmannis, Salomon Britonum Rex Convvoyoni Abbati Redonenſi, ejuſque monachis refugii locum conceſſiſſet in aula ſua juxta Plelanum, ibidem monaſterium in eorum gratiam condidit in honorem Salvatoris. De cujus fundatione extant litteræ hoc anno datæ, quæ ab (*a*) Argentræo ita deſcribuntur:

(*a*) *Arg. hiſt. Brit. lib. 2. c. 27.*

*In nomine Domini Amen. Salomon Dei gratia totius Britanniæ, magnæque parti Galliæ Princeps.*

CXI. Salomonis Reg. litteræ de monaſt.

*Notum ſit cunctis Britanniæ tam Epiſcopis, quam ſacerdotibus, cæteriſque nobiliſſimis ducibus fortiſſimiſque militibus omnibus noſtræ ditioni ſubditis, quomodo venerabilis Richirdus Abbas, cum aliquibus ſuis monachis, omnium tamen cæterorum monachorum petitionem deferens, noſtram adierit præſentiam in monaſterio meo, quod eſt in Plelan, ubi ego antea unam aulam habui; ſed infeſtantibus Northmannis, Connoyon Abbas cum precatu monachorum ſuorum ſibi locum refugii ante Northmannos, ſuiſque monachis poſtulans, nos, venerabilemque conjugem noſtram Guibenerec adiens petiit. Quibus aſſenſum præbentes, non ſolum ſupradictam aulam eis tradidimus, ſed etiam in eodem loco monaſterium non ignobile ex noſtro, in honorem ſancti Salvatoris, ad refugium ſupradictis monachis pro hæreditate cœleſti, & redemptione animarum noſtrarum, necnon & noſtræ prolis, parentumque noſtrorum tranquilliſſima ſtabilitate conſtruere juſſimus. Quem etiam locum monaſterium Salomonis vocari voluimus. In quo etiam reverendiſſimus Abbas Connoyon ſepultus jacet, & venerabilis conjux noſtra Guinerec honorifice ſepulta quieſcit, in quo etiam ego (ſi piiſſima Dei clementiæ concedere dignata fuerit) corpus meum ſepeliendum cum conſilio Britanniæ nobilium, tam ſacerdotum, quam laicorum devovi: necnon ad augmentum felicitatis & pacis totius Britanniæ munus adeo maximum nobis tranſmiſſum præteritis temporibus ſanctiſſimum feci collocari Maxentium, &c.*

Hucuſque (*b*) Argentræus, addens, reliquam partem litterarum continere enumerationem variarum oblationum, quas eidem monaſterium attribuebat. Datas autem fuiſſe anno DCCCLXIX. & Salomonis manu ſubnotatas, itemque Rivalonis & Guegonis ejus filiorum, Rathini Epiſcopi Alethenſis, Paſteneteni & Branni filiorum Nomenoii aliorumque procerum. Monaſterium hoc in Redonenſis monaſterii jure fuiſſe ſcribit: hodie vero non extare.

(*b*) *Hiſt. Brit. lib. 2. c. 27.*

Oſtin-

PAGIUS Sarracenorum adventu in illud intraſſe, ſed advenientibus Sarracenis ab ipſis captum eſſe, aliquos ex ſuis interfectos, & plura a ſuis ad eum redimendum data fuiſſe, ſed cum interea idem Epiſcopus *XIII. Kalend. Octob.* in navibus mortuus eſſet, Sarraceni mortem ejus celantes, & ſe amplius ibi immorari non poſſe dicentes, redemptio ejus accelerata fuit, & Saraceni ſuſcepta omni redemptione miſerunt eumdem Epiſcopum veſtibus ſuis indutum, ſed ſui volentes cum eo colloqui, illum mortuum invenerunt, & *X. Kalend. Octob.* in ſepulchro, quod ipſe ſibi paraverat, ſepelierunt.

XXIX. Anno Hegiræ CCLV. die Sabbati ſecundo menſis Ragiab. *Almotazzo Bellachi* Calipha Babylonienſis dignitate depoſitus eſt, inquit Elmacinus, ideoque hoc Chriſti anno medio circiter Junio. Eum excepit *Almothamedo Bellabi*.

*Deponitur Calypha Babylonis.*

I. OCtingenteſimus ſeptuageſimus ſequitur annus, tertia Indictione inchoatus, quo intercurrentibus nuntiis, intentatis a Ludovico Germaniæ Rege minis, Carolus timore perculſus, accipit in partem Regni Francorum, quod ſibi iniuſte poſt mortem Lotharii vendicaverat, eumdem Ludovicum fratrem ſuum. Extant hujus diviſionis Acta inter utrumque confecta in ſæpe citato codice Antonii Auguſtini, quæ prolixitatis nimiæ vitandæ cauſa hic deſcribere prætermittimus. Eſt illorum exordium: *Anno Incarnationis Chriſti Domini noſtri octingenteſimo ſeptuageſimo, Indictione tertia, pridie Idus Martii, anno trigeſimo ſecundo Caroli glorioſi Regis Aquiſgrani palatio hæ pactiones inter ipſum & Ludovicum, &c.*

Cum autem Hadrianus Papa audiſſet a Carolo Calvo conniventia Epiſcoporum penitus uſurpatum Regnum Lotharii prædefuncti, debitum multiplici jure Ludovico Imperatori: illudque diviſum cum Ludovico fratre: ad vendicandum audax & inſolens facinus, novam in Gallias decernit legationem, tam ad ipſum Carolum, quam etiam ad ejus germanum Ludovicum Germaniæ Regem. Qui autem hac functi ſunt legatione, fuerunt tres Epiſcopi, & presbyter unus Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quibus tam ad Reges, quam ad Epiſcopos & Regni Principes litteras dedit, quas nos his diebus opportune acceptas Pariſiis, miſſas a noſtro intimo familiari Nicolao Fabro, hic deſcribendas curavimus, ex quibus inſpiciat ipſam, quam præ cæteris Lector candidus diligit veritatem; ſic enim ſe habent:

II. *Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Karolo glorioſo Regi.*

* videtur deeſſe principium.

** Sacrorum itaque dogmatum evidentiſſimis documentis, & Apoſtolicis informamur exemplis, ut mitius agere debeamus cum mitibus, & ſeverius per juſtitiam delinquentes corripiamus. Sed neque nos Deo placere poſſumus, ſi paſtoris vicem ſuſcipientes, non ovium paſtoris, ſed mercenarii latibula præſtolamur: & veniente lupo fugimus, ne ſolatium conferamus. Super quibus illud cavere debemus, quod Dominus per Prophetam loquitur dicens (a): Canes muti non valentes latrare. Et rurſum (b): Væ paſtoribus, inquit, paſcebant ſemetipſos & reliqua. Quod ſi cunctis paſtoribus Dominici gregis Dominus pro ſe * deſidiæ generaliter dicit; tanto magis nos illam ſententiam formidare debemus, quanto præ omnibus & pro omnibus non ſolum honoris, ſed etiam oneris in humeris noſtris pondera quoque geſtamus. An non pro te, Rex, rationem, ponere coram Domino compellemur: ſicut illud interim ſileamus quod Miſſos Apoſtolicæ Sedis more regalì recipere contempſiſti: factum tuum non reprehendemus, & ſpiritali zelo redarguere deſiſtemus, quando contra divinam ſanctorumque Patrum auctoritatem, atque contra propriæ fidei ſponſionem, qua jurejurando pollicitus es, ne aliena, & præcipue fratrum tuorum Regna concupiſceres aut invaderes, Regnum quondam Hlotharii Imperatoris, quod ſpiritali filio noſtro domino Hludovico Auguſto filio ejus juxta divinas & humanas leges debetur, præſumpſiſti invadere, & in reatum perjurii incidere non formidaſti? Numquid a mente excedit quod veſtra veſtrorumque juramenta Sedi Apoſtolicæ deſtinata diſcuſſimus, roboravimus, & in archivo noſtro hodie illa recondita retinemus? Quod ſi nec iſta tibi ſufficiunt, tunc ad majoris reprehenſionis tuæ cumulum tuis te ſpecialibus ſententiis convenimus. Et ut ad cor tum redeas, ex oris tui profeſſionibus * ducertamus.*

Hadriani epiſtola ad Carolum Regem.

(a) Iſai. 56. (b) Ezech. 34.

* advertamus

III. *Quando igitur Hludovici fratris tui filii*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6363.

SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCVIII. An. Hegiræ CCLVII. inchoato die 29. Nov. fer. 4.

☉ 11. A. ☽ 16. P. 26. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 870.

HADRIANI II. PAPÆ 4.

LUDOVICI IMP. 22. 21. & 16.

BASILII IMP. 4.

A. C. 870. I. ANum. I. ad XXVII. Annaliſta Bertinianus aliqua hoc anno habet, quibus quæ narrat Baronius, illuſtrari & ſuppleri poſſunt: Carolus, inquit, *in die feſtivitatis Septuageſima prædictam concubinam ſuam Richildem deſponſatam atque dotatam in coniugem ſumſit, & inſperate a fratre ſuo Ludovico Germania Rege ſibi nunciantes Miſſos accepit: ut ſi quantocius Aquis non egrederetur, & regnum quondam Lotharii penitus non deſereret, idemque regnum ſic Lotharii homines tempore obitus ejus habebant, eis tenere pacifice non concederet, ſine ulla retractatione, illum bello appeteret. Unde inter eos Miſſis diſcurrentibus, eo uſque cauſa perducta eſt, ut inter utrumque hujuſmodi ſacramenta fierent.* Tum narratis Sacramentis inter Miſſos de diviſione regni Lothariani facienda præſtitis ſubdit: *Carolus Miſſos ſuos, Odonem ſc. Belgivagorum* (id eſt Bellovacorum) *Epiſcopum, & Odonem atque Harduinum Comites,*

*Diviſio Lotharii Regni inter Carolum Calvum & Ludovicum ejus fratrem.*



*filii ſuperatis viribus Regnum prodidiſti; numquid non epiſtolam, quam habebus præ manibus, Sedi Apoſtolicæ direxiſti; in qua inter cætera confeſſus fuiſti, dicens: Cum fratribus noſtris poſt Fontanicum bellum in unum convenimus, & inter nos diviſione Regnorum facta, pacem fecimus, & jure jurando juravimus, quod nemo noſtrum Regni alterius * meas invaderet? nunc autem Regno * meo juramentis ſumptis invaſo atque ſublato, miſereatur noſter Apoſtolatus, & ne nomen Chriſti blaſphemetur in gentibus, ſine vindicante facinus * non relinquatur? Ecce qualiter aliena tibi concupiſcere minime competit. Ecce tibi oſtenſum eſt, quod juramenta publice facta contempta ſunt; poſtremo ad fortioris tuæ reprehenſionis indicium aliquantis permonſtratum eſt, quod & te impunitum dimittere non debemus. Qui quod alii facere precabaris, nunc in ſimili opere tibi facere juſto nos oportet judicio, & te de tuis actibus increpare, præcipue, cum apertius demonſtrares, quod labiis tantum, & non corde devotum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ (veluti in epiſtolis ad deceſſores noſtros, & nobis a te directis continetur,) te jactitares exiſtere filium, & nunc adeo devotio fidei tuæ caſſata eſt, ut jam quia convenientibus reſponſis Miſſos noſtros ante minime dimiſiſti, nobiſque reſcribere callide omiſiſti, Miſſos tuos vel epiſtolas quas remiſſurum indicaſti, hactenus ad contemptum Apoſtolicæ Sedis non direxiſti. Quod ſi quis alius tale tibi dedit conſilium, fidem circa te minime veram ſervavit. Si autem in hoc tuo tantum conſilio uſus es, minus regalis excellentia quam debuit fecit.*

* ſ. metas

* a me

* num

IV. *De pacis vero & concordiæ unitate, cujus nos inter piiſſimum Cæſarem & te mediatores eſſe debere ſuggeſſeras, libentiſſime ſuſcepimus, & agere cœpimus. Sed illi contra hoſtes Chriſtiani nominis dimicanti, pro liberatione populi Dei multis laboribus inſiſtenti, & bella Domini præliando Sarracenorum multitudinem ſuperanti ut pax fieret, cedere noluiſti; quin potius non ut pacis amator, ſed ut ſcandali concitator, etiam & tyrannidis manifeſtiſſimus executor, pacis tempus non es præſtolatus; quia poſtquam hæc illi callide mandari curaſti, domini Imperatoris Regnum magis ac magis invaſiſti, ſolicitaſti, ordinaſti, & homines ipſius Regni ad tuam fidelitatem jurare feciſti. Cui talia facere pertimeſceres, niſi ipſe tantis laboribus ad perpetuam pacem ſanctæ Eccleſiæ diu noctuque pro Chriſti amore fidenter hæreret. Qui a cæptis bonis in quibus illi te ſolamina oportebat conferre magis, quam Chriſtianum populum contra fidem debitam perſequi, manum & opus non ſubtrahens, dubium non eſt, quod omnipotentem Dominum ad hæc peragenda ſibi propitium faciet, & de hoſtibus Chriſtiani nominis triumphum cito percipiet.*

Ludovicus Imp. laudatur.

V. *Sed his ſincere prolatis, quoniam, ut prædiximus, ſicut omnium pondera in humeris noſtris geſtamus, ita omnium actus prævidere debemus, ne pro humanis favoribus nos hæc dicere quis exiſtimet, ſi forte acciderit, ut Principes noſtri, quibus a te pervaſum Regnum jure debetur, ſibi illatas injurias non vendicarent: nos uſque ad veſtram emendationem, quia omnes ſalvare volumus, perjuria illa atque invaſionem tyrannides impunitas nullo pacto dimitteremus; quia non ambitione Regni, ſed juſtitia commo-*

Munus Rom. Pont.



PAGIUS *tes, ad fratrem ſuum Ludoicum ad Franconofurt dirigens, petiit, ut ad regnum Lotharii dividendum ſimul convenirent. Ipſeque Pontigonem petens, ibi miſſos fratris ſui, nunciantes illi, ut ad Heriſtallium pergeret, & frater ſuus Ludoicus ad Marſnam venturus foret.* Poſtea refert diviſionem V. *Kalendas Auguſti* factam & quam regni Lothariani partem quilibet Regum, Sc. Carolus & Ludovicus acceperit. Quæ regni *Lotharii* diviſio, integra etiam recitatur in Capitularibus tit. 43. ſed ibi ea *VI. Idus Auguſti* facta dicitur, ideoque in die Annaliſta Bertinianus erravit.

II. Paulo poſt de Ludovico Aquiſgrani poſt gravem morbum reſidente, ſcribit: *Ibi Apoſtolici Adriani miſſos Joannem & Petrum Cardinales Epiſcopos itemque Joannem Eccleſiæ Romanæ Preſbyterum, ſed & Miſſos Ludoici Imperatoris Vuibodum ſc. Epiſcopum & Bernardum Comitem ſuſcepit, ſibi denunciantes, ut de regno Lotharii nepotis ſui, quod fratri ſuo Ludovico Imperatori debebatur, non præſumeret. Et in brevi abſolutos ad fratrem ſuum Carolum eos direxit, & ipſe mox, ut aliquantulum convaluit, ad Riginisburg pergens Reſtitium Vuinidorum,* (id eſt Moravorum) *Regulum a Carolomanno per dolum nepotis ipſius Reſtitii captum, & aliquandiu in cuſtodia detentum, poſt judicium mortis excæcari, & in monaſterium mitti præcepit.* Annaliſta Fuldenſis *Reſtitium* iſtum *Raſtizen* appellat, & nepotem ejus, qui eidem ſ·cceſſit, *Zvintibaldum*. *Reſtitius* iſte diverſus non eſt a *Raſtilao* Principe M·raviæ, qui S. Cyrillum & Methodium fratres a Michaele Imp. petiit, ut Evangelium Moravis annunciarent, ut in priori Vita utriuſque Sancti dicitur, & ſuo loco oſtendimus. Baronius n. II. & ſeqq. refert literas Hadriani II. ad Carolum Regem *V. Kal. Julii Indict. III.* datas ex quibus conſtat, *Vuibodum* Epiſcopum, non Ludovici Imp. ſed ipſiuſmet Hadriani II. Legatum fuiſſe, indeque recte corrigit Aimoinum, qui Annaliſtam Bertinianum hac in re exſcripſit. Refert & n. XII. litteras ab eodem Pontifice ad Ludovicum Germaniæ Regem eadem die datas, in quibus etiam *Vuibodus* inter Legatos Hadriani II. numeratur. Carolus ſuos poſtea Legatos cum muneribus ad Hadrianum II. miſit, uti anno ſuperiori numer. XXII. ex eodem Annaliſta Bertiniano diximus.

*Hanc uſurpationem Hadrianus II pati non vult.*

movemur, & non terrarum ſpacia quærimus, ſed ex debito, vitiis ac pravitatibus cujuſcumque reſiſtere vigilamus.

Quid Hadrianus Papa jubeat Regi.

Igitur ut interim pro paucis gloriam tuam conveniamus: monemus, & auctoritate Apoſtolica modis quibus poſſumus ſpiritualiter ſuademus, paternoque affectu præcipimus, ut jam tertio monitus, te ab invaſione Regni ſpiritalis filii noſtri Chriſtianiſſimi Principis ſubtrahas, & compeſcas, aliena non concupiſcas; & quæ tibi non vis fieri, illi non facias. Noli juſtiſſimis competentibuſque tibi rebus injuſte captas tyrannice ſociari, ne & juſte poſſeſſas amittas, & injuſte perverſas, juſto Dei judicio, te ambiſſe pœniteat. Nos etenim, quoniam ſalvum te conſiſtere cupimus, & ut anima corporeque felici ſucceſſu polleas, anhelamus: niſi ſaltem nunc noſtris aliis ſic ſalubribus parueris monitis, & ut prius inobediens noſtræ ſpiritali cenſuræ conſtiteris; nullo pacto nulloque prætermittemus ingenio, quo minus, Deo juvante, noſmetipſi partes illas petamus, & quod noſtri eſt miniſterii, penitus peragamus.

VI. Commendat Legatos.

Poſtremo magnopere commonemus, ut hos Apoſtolatus noſtri præcipuos Miſſos, Joannem videlicet atque Petrum & Vvibbodum, & Joannem reverendos Epiſcopos, necnon & Petrum religioſum preſbyterum cardinis noſtri, dilectumque familiarem noſtrum pro Principum Apoſtolorum, ab omnibus præferenda reverentia & amore, benigne ſuſcipias, & utpote a tanta Sede digreſſos, honorifice receptos colas. Ipſis enim quæ pagina reticuit, tibi dicenda injunximus; & Ideo quidquid verbotenus expoſuerint, ſine ſcrupulo prorſus admitte, & ut efficaces ad nos reverti valeant, omnimodis vigila. Optamus gloriam tuam in Chriſto nunc & ſemper bene valere. Dat. v. Kal. Julii, Indictione tertia. Hæc ad Carolum Regem Hadrianus, qui eodem quoque argumento ſcripſit per eoſdem Legatos ad Epiſcopos in ejus Regno conſtitutos, atque alias inſuper dedit litteras ad ejuſdem Regni proceres.

Quod autem ad nomina Legatorum pertinet, hic conſiderandum, quod (a) Aimoinus, cum & ipſe pariter quatuor Legatos miſſos dicat, nominat itidem Joannes duos & Petrum Epiſcopos, & Petrum presbyterum Cardinalem, Wicbodum autem ſive Wibbodum Epiſcopum dicit fuiſſe Legatum Ludovici Imperatoris: ſed plane redarguitur erroris ex epiſtolis Hadriani tam recitata, quam duabus ſequentibus, quarum prior ad optimates Regni ſcripta ſic ſe habet:

(a) Aim. l.5.c.26.

Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus reverentiſſimis & ſanctiſſimis confratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis in Regno Caroli glorioſi Regis conſiſtentibus.

VII. Hadrianus epiſcopus pro iiſdem ad Epiſcopos.

Nuper Apoſtolatus noſtri Miſſis atque epiſtolis reverentiam veſtram ſalutiferis exhortationibus, ut vobiſmetipſis conſuleretis, monuimus, & juxta quod vos oportuit, paternitatis affectu non immerito corripuimus; ſed tantum Apoſtolica monita contempſiſtis, quantum nec noſtris epiſtolis reſpondiſtis, nec Regem veſtrum Karolum grave facinus incurrentem proculdubio doluiſtis. An non grave ſcelus incurrit, quando, ſicut multi veſtrum noverunt, ſui oblitus, jusjurandum, quod olim cum fratribus ſuis pepigit, quo nemo illorum Regnum fratris alterius invaderet vel uſurparet, ut evidentiſſime patet, factum eſt: Regnum quondam Hlotharii Imperatoris, quod jure divo Imperatori domino Hludovico filio ejus ſemper Auguſto debetur, ſpretis juramentis invaſit, & perjurii incidit crimen? Unde valde miramur, obſtupeſcimus, & dolemus, ut ſi vos fidem illi promiſiſtis, quare voſmetipſos perditis, & non eum modo ſuggerendo, modo illud aut illud apponendo, ut reſipiſcat circumvenitis: quin potius vobis conſentiendo, & illi, tam deteſtabilia faciendo (quod veſtri non fecere parentes) gehennam paratis? præfatus ſiquidem Imperator terrena Regna non ambiens, pro liberatione populi Dei multis laboribus fatigatus, triumphales in Sarracenorum cervices potius manus, quam in eum Regnum ſuum tollentem extendit.

VIII. Quid Epiſcopi facere debeant.

Redite ergo ad vos, dilectiſſimi, & ut olim fœdera inter Seniorem veſtrum fratreſque illius cum juramentis habita, ſed modo corrupta reformentur, ſine ceſſationibus laborate. Commonete jugiter illum juxta veſtrum miniſterium, & ut Epiſcopalis in vobis non refrigeſcat charitas, providete: & ſi eum ſalvum conſiſtere vultis, ut Regni jura ad ſe non pertinentia deſiſtat invadere opportune, importune inſiſtite. Aliena non concupiſcat, aliena non rapiat, & quod ſibi non vult fieri, alii prorſus non faciat. Reminiſcatur Scripturæ dicentis (b): Non concupiſces rem proximi tui. Et rurſum (c): Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, eadem & vos facite illis: Nos enim non tantum Regnum cuique augmentando, * quam juſtitiam requirendo, iſta perſequimur. Et ne quis pro temporali Regnum perdat æternum, non indebite conteſtamur. Quod ſi & nunc his ſalubribus noſtris exhortationibus atque monitionibus tam jam fatus Rex, quam vos parere contempſeritis: ſcitote quia ducti paterno affectu, ferventiſſimoque zelo juſtitiæ, ſtatim Chriſto opifice, partes illas penetrabimus, & in contemptores dignam dabimus ultionem.

(b) Exod. 20. Deut. 5. (c) Matt. 7. * al. quantum

IX. Poſtremo magnopere commonemus, ut hos Apoſtolatus noſtri præcipuos Miſſos, Jo-



Joannem videlicet atque Petrum ſeu Vvibbodum & Joannem reverendos Epiſcopos, necnon & Petrum religioſum presbyterum cardinis noſtri dilectumque noſtrum familiarem pro Principum Apoſtolorum ab omnibus præferenda reverentia & amore benigne ſuſcipiatis, & utpote a tanta Sede digreſſos honorifice receptos colatis: ipſis enim quæ pagina reticuit, vobis dicenda iniunximus; & ideo quidquid verbotenus expoſuerint, ſine ſcrupulo prorſus admittite, & ut efficaces ad nos reverti valeant, omnimodis vigilate. Optamus ſanctitatem veſtram in Chriſto bene valere. Data V. Kal. Julii, Indictione tertia. Hæc ad Epiſcopos Hadrianus, qui ad proceres Regni ejuſdem Caroli itidem, ſed totidem verbis ſcripſit epiſtolam:

Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus optimatibus Regni Karoli glorioſi Regis.

X. Nuper Apoſtolatus noſtri Miſſis atque epiſtolis reverentiam veſtram ſalutiferis exhortationibus ut vobiſmetipſis conſuleretis monuimus, & juxta quod vos oportuit paternitatis affectu non immerito corripuimus. Sed tantum Apoſtolica monita contempſiſtis, quantum nec noſtris epiſtolis reſpondiſtis, nec Regem veſtrum Karolum grave facinus incurrentem proculdubio doluiſtis. An non grave ſcelus incurrit, quando ſicut multi veſtri noverunt, ſui oblitus, jusjurandum, quot olim cum fratribus ſuis pepigit, quo nemo illorum Regnum fratris alterius invaderet, vel uſurparet: & ut evidentiſſime patefactum eſt Regnum quondam Hlotharii Imperatoris, quod jure divo Imperatori domino Hludovico filio ejus ſemper Auguſto debetur, ſpretis juramentis, invaſit, & perjurii incidit crimen? unde valde miramur, obſtupeſcimus, & dolemus, ut ſi vos fidem illi promiſiſtis, quare voſmetipſos perditis, & non eum, modo ſuggerendo, modo illud aut illud opponendo, ut reſipiſcat circumvenitis. Quin potius vobis conſentiendo, & illi, tam deteſtabilia faciendo (quod veſtri non fecere parentes) gehennam paratis? Præfatus ſiquidem Imperator terrena Regna non ambiens, pro liberatione populi Dei multis laboribus fatigatus, triumphales in Sarracenorum cervices potius manus, quam in eum Regnum ſuum tollentem extendit.

XI. Redite ergo ad vos dilectiſſimi, & ut olim inter Seniorem veſtrum, fratreſque illius cum juramentis habita, ſed modo corrupta reformentur, ſine ceſſationibus laborate. Et ſi eum ſalvum conſiſtere vultis, ut Regni jura ad ſe non pertinentia deſiſtat invadere, opportune importune inſiſtite. Aliena non concupiſcat, aliena non rapiat, & quod ſibi non vult fieri, alii prorſus non faciat. Reminiſcatur Scripturæ dicentis (a), Non concupiſces rem proximi tui. Et rurſum (b) Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, eadem vos facite illis. Non enim tantum Regnum cuicumque augmentando, quam juſtitiam requirendo, iſta perſequimur. Et ne quis pro temporali Regnum perdat æternum, non indebite conteſtamur. Quod ſi & nunc his ſalubribus noſtris exhortationibus atque monitionibus tam jam fatus Rex, quam vos parere contempſeritis: ſcitote quia ducti paterno affectu, ferventiſſimoque zelo juſtitiæ, ſtatim, Chriſto opifice, partes illas penetrabimus, & in contemptores dignam dabimus ultionem. Poſtremo magnopere commonemus, ut hos Apoſtolatus noſtri præcipuos Miſſos, Joannem videlicet &c. Ad finem uſque in præcedenti epiſtola. Dat. v. Kal. Julii Indictione tertia. Ita ad optimates Hadrianus, qui eadem quoque die ſcripſit de iiſdem ad Ludovicum Germaniæ Regem, laudans eum plurimum, quod ſe abſtinuiſſet a Regno Lotharii, conquerens adverſus Carolum, qui illud invadendo, ſit tyrannus effectus. Epiſtola autem ſic ſe habet:

(a) Exod. 10. (b) Matt. 7.

Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Hludovico glorioſo Regi.

XII. Hadriani ep. ad Germ. Reg. Ludovic.

Sicut ſæpe per Miſſos, & epiſtolas veſtras comperimus, de exaltatione Matris veſtræ Romanæ Eccleſiæ jucundamini, & cum chariſſimo filio noſtro domino Hludovico Auguſto omnem concordiam, omnemque pacis dilectionem & fidei poſſidetis, & inſolubiliter, quemadmodum idem ſereniſſimus Imperator nobis innotuit, vos retinere multis coram poſitis profitemini. Unde glorioſæ veſtræ ſerenitati nonnullas grates referimus, & ut in cæptis bonis perſeveretis, Apoſtolicis affatibus, fili chariſſime, incitamus: quoniam ſcriptum eſt (c). Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Sed & laudanda plane veſtra conſtantia, quæ ſui non immemor fidem promiſſam merito cuſtodivit: Et velut frater veſter Karolus, alterius Regni jura Hlotharii quondam ſcilicet Imperatoris, quæ juxta divinas atque humanas leges eidem piiſſimo Imperatori filio ejus debentur, nec invaſit nec concupivit. Pro quibus ſcilicet iniquiſſimis actibus, quos idem Karolus Deo contempto peregit, & pro juramentis, quæ corrumpere non trepidavit, valde obſtupeſcimus, & miramur. Quia & illorum quos deviare cognoſcimus, tantum animarum pericula gemimus & dolemus, pro omnibus illis, qui nos ſuo gregi præeſſe dignatus eſt, rationes ponere proculdubio compellemur.

(c) Marc. 10.

XIII. Verumtamen Miſſos noſtri Apoſtolatus, cum ejuſdem ſpiritalis filii noſtri Auguſti Legatis tam ad vos, quam ad eun-

*dem Karolum, ſicut nos nuper facere propoſuimus, ecce direximus: quos benigne ac honoriſice pro Amore Apoſtolorum ſuſcipientes, omnes utilitates, & opportuna in opere præſenti negotia cum eis tractetis: quatenus his peractis, ſicut vos nos, & ſæpe dictus Auguſtus ſperamus, iidem Miſſi ſalvi atque illæſi per veſtrum adiutorium ad prædictum Regem, duce Deo, perveniant, & regredi valeant. Jam vero ſi idem Rex ab invaſione illa ceſſaverit, & ſuæ tyrannidi ceſſerit, ecce bene. Sin autem, ſcitote, quia per nos illuc iter veniendo accelerabimus, & velut in contemptorem Dei ac Apoſtolicarum monitionum ultionem debitam inferemus, ne nobis imputetur, ſi ille impunitus remanſerit: & ſi ſe a pravis actibus perjurus ſcilicet ac concupiſcentiis aliiſque nefandis ſceleribus non correxerit: venturus judex eum de manibus noſtris requirat, & pro deſidia merito reprebendat.*

De Colonienſi electo Epiſc. *Miramur præterea gloriam in præficiendo Epiſcopo Agrippinæ Coloniæ, tam indiſcrete præbuiſſe conſenſum: cum evidentiſſime ſcires, quod Apoſtolicæ Sedis judicio atque conſenſu ibidem debuerit ordinari Antiſtes, cujus cenſura nuper fuerat eadem Eccleſia ſuo privata rectore. Et quidem quod poſt judicium Sedis Apoſtolicæ factum eſt, dure ſuſcepimus: ſed quod tua ſuper hoc devotio, quam circa nos habere probaris, omnimodis * latuit, durius æſtimamus.* (* tacuit) *Præcipue quia Guntharii dudum Archiepiſcopi cauſam antequam in locum illius ſubſtitueretur Epiſcopus, nos iterum audituros, & vocem ejus admiſſuros fore ſpondimus. Præfatam quippe ordinationem nec confirmamus, nec ratam habere decernimus, quouſque ille, qui ordinatus eſt, noſtræ exhibeatur præſentiæ, & utraque pars coram nobis diſcuſſa conventus ſynodalis perpendatur audientia.* Porro quod hic audis, Guntharium adhuc fuiſſe ſuperſtitem; habes in quo arguas (*a*) Reginonem, qui dixit eum mortuum eſſe in Italia, eodem tempore atque eodem morbo, quo Lotharius Rex, & alii proceres defuncti ſunt, ut ſuo loco ſuperius dictum eſt. Pergit vero Hadrianus:

(*a*) *Regin. chron. anno 869.*

XIV. *Poſtremo magnopere commonemus, ut omnes Apoſtolatus noſtri præcipuos Miſſos, Joannem videlicet atque Petrum ſeu Vuibbodum & Joannem reverendos Epiſcopos, necnon & Petrum religioſum preſbyterum cardinis noſtri, dilectumque noſtrum familiarem pro Principum Apoſtolorum ab omnibus præferenda reverentia, & amore benigne ſuſcipiatis: utpote a tanta Sede digreſſos honoriſice receptos colatis: ipſis enim quæ pagina reticuit, vobis dicenda iniunximus. Et ideo quidquid verbotenus expoſuerint, ſine ſcrupulo prorſus admittite, & ut efficaces ad nos reverti valeant omnimodis vigilate. Optamus gloriam tuam in Chriſto nunc & ſemper bene valere. Dat. v. Kal. Julii Indictione tertia.* Hæc ad Regem Ludov. Hadrianus, qui ejuſdem quoque argumenti litteras dedit ad Epiſcopos in Regno ipſius conſtitutos, hortans eos conſtanter agere, vindiceſque profiteri juſtitiæ, & non facere, ſicut fecerunt Epiſcopi illi, qui ſub Caroli Regno poſiti ipſi turpiter connivere. Sunt hujuſmodi:

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus reverentiſſimis & ſanctiſſimis confratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis in Regno Hludovici glorioſi Regis conſtitutis ſalutem.*

XV. Hadriani epiſtola ad Epiſcopos Regni Ludovici.

*Gratias agimus Deo omnipotenti pro vobis, quod ſicut fidelium relatione comperimus, inter ſereniſſimum Principem noſtrum dominum Hludovicum Auguſtum, & glorioſum Regem æquivocum eius & patruum, Seniorem ſcilicet veſtrum, firma charitas & pax perpetua maneat, utpote fidei cuſtodes invigilatis, & ut fœdera inter eos habita inconvulſa conſiſtant, ſuadere curatis. Quocirca, dilectiſſimi, noſtris vos Apoſtolicis monitis exhortamur, ut in hoc ſemper perſeveretis, & idipſum ei ſuadere puro pectore ſtudeatis. Tam eſt enim invictus Auguſtus benevolus, quantum erga omnes probatur eſſe piiſſimus. State ergo in fide, viriliter agite, & Deo odibilium facta declinate, quia non decet vos fidem veſtram corrumpere, ſicut illos, qui Karolo Regi Seniori ſuo pro humano favore conſenſerunt, ut Regnum ipſius Principis veſtri pervaderet, & perjurii noxam incurreret: pro quibus vos merito collaudamus, & ut in cæptis perſeveretis, paternitatis affectu præcipimus, quia qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.*

*Poſtremo magnopere commonemus, ut hos Apoſtolatus noſtri præcipuos Miſſos videlicet Joannem atque Petrum ſeu Vuibbodum & Joannem reverendos Epiſcopos, necnon & Petrum religioſum presbyterum cardinis noſtri dilectumque noſtrum familiarem pro Principum Apoſtolorum ab omnibus præferenda reverentia & amore benigne ſuſcipiatis, & utpote a tanta Sede digreſſos honoriſice receptos colatis: ipſis enim quæ pagina reticuit, vobis dicenda injunximus. Et ideo quidquid verbotenus expoſuerint, ſine ſcrupulo prorſus admittite, & ut efficaces ad nos reverti valeant, omnimodis vigilate. Optamus ſanctitatem veſtram bene valere. Dat. v. Kal. Julii Indict. iii.*

XVI. Præter has autem, alias rurſus dediſſe litteras reperitur Hadrianus ad Epiſcopos in Regno Caroli conſtitutos, quos gra-



Epiſcoporum ſugillata ſocordia. gravi comminatione exagitavit, illud inculcans, ut ſi Carolus Sedi Apoſtolicæ obtemperare recuſaret: ipſi ſe ab ejus communione ſejungerent, ſi vellent cum Apoſtolica Sede communicare, alioqui ut indignos reſpuendos. Hæc & alia Pontifex, quæ in redditis ad eum Hincmari litteris reperiuntur, quas amaro animo ſcripſit, ut ex ipſis accipies, cum eas proxime auditurus eris. Apparet enim quod qui reſiſtendi Regi, immo tyranno ſacerdotali conſtantia caruere, ut canes rictus & latratus denteſque in corripientem eos, & provocantem in lupum, paſtorem primarium convertere. De his quidem appoſite a Propheta (*a*) dictum: *Væ qui conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas:* utpote qui adulantes Principibus ad voluntatem eorum jura omnia tam humana, quam divina diſponunt. Nullus inter eos Jeremias, (*b*) ad quem a Domino: Conſtitui te ſuper Reges & Principes: nullus Joannes (*c*) Baptiſta, qui vitæ diſpendio arguebat Herodem. Nullus prorſus, qui diceret Carolo: Non licet tibi alienam invadere hæreditatem, quod nec humanæ, nec divinæ leges fieri ſinunt. Non licet tibi contra abs te factam atque juratam Regnorum diviſionem præſumere quidquam, nec abſque ſacrilegii reatu conceſſum. Jura ipſa Regum Francorum antiquitus inviolabiliter conſervata in te conclamant. populumque tuum æque declamant, Regnum Francorum non ex electione, ſed ex ſucceſſione deberi; quod ex ſancti Gregorii teſtificatione iidem Principes in ſacris ſæpe ſunt profeſſi Comitiis: Immo ipſe Carolus Calvus in libello declamatorio contra Guenilonem Archiepiſ. Senonenſem, ipſo ejus exordio id ex S. Gregorii prædicat, & magna ingerit auctoritate, nempe Regnum Francorum ex ſucceſſione, non ex electione deberi, ut plane ex verbis ſuis convincatur tyrannus eſſe Carolus, dum aliena invaſit illicite.

(*a*) *Ezech.* 13.
(*b*) *Jerem.* 1.
(*c*) *Matt.* 14.

XVII. Quod etſi licuiſſet, nec tamen ita abſque magno conſilio atque deliberatione agendum fuiſſet, ſecundum ſententiam illam ejuſdem magni Gregorii (*d*) ad Childebertum Francorum Regem ita ſuis litteris inculcatam: *Tunc enim vere Regi Regum, ideſt omnipotenti Domino amplius placebit, ſi poteſtatem ſuam reſtringens, minus ſibi licere crediderit, quam poteſt.* Et quod ad Theodoricum & Theodobertum Francorum Reges ſic idem ſanctiſſimus pater inculcat: *Summum* (inquiens *e*) *in Regibus bonum eſt juſtitiam colere, ac ſua cuique jura ſervare. Ergo ſummum malum juſtitiæ limites tranſgredi, & quod jure non licet, tyrannice vendicare.* Et quod ad Brunichildem Reginam: *Si vultis* (inquit *f*) *nihil injuſte perdere, ſummopere ſtudete de injuſtitia nihil habere.* Et rurſum. *Cum* (*g*) *ſcriptum ſit: Juſtitia elevat gentem, miſeros autem facit peccatum: tunc Regnum ſtabiliri creditur, cum culpa, quæ cognoſcitur, citius emendatur.* Præterierunt iſta doctos Epiſcopos. Periit tunc plane lex a ſacerdote, conſilium a ſapiente, & ſermo a Propheta. (*b*) Ubi tu Hincmare, qui cæteris ſcientia præſtare putabaris, ut homines bruta animalia antecellunt? Paſſus anginam Demoſthenis, adverſus Regem elinguis, in ſummum Pontificem, qui corripuit eum ſtylum acuens, ad eum ea ſcripſiſti, quæ Politici hujus temporis manus tuas exoſculantes in ſuo deſcripſere libello de Juribus, & prærogativis Regum ac Regni Franciæ, tempore belli civilis haud pridem conſcripto, cum iſta præmittunt: *Quid conſilii ceperint proceres Franciæ, cum Hadrianus Carolo Calvo Regi ſub excommunicationis pœna præcepiſſet, ut Regnum Lotharii & Ludovico ejus filio poſſidendum relinqueret, apparet ex Hincmari epiſtola reſponſoria, &c.* Poſt hæc epiſtola hoc modo:

(*d*) *Greg. l.* 5. *epiſt.* 6.
(*e*) *Greg. l.* 9. *epiſt.* 120.
(*f*) *Greg. l.* 9. *epiſt.* 57.
(*g*) *Greg. l.* 7. *epiſt.* 64.
(*b*) *Jerem.* 16.

*Domino ſanctiſſimo & reverendiſſimo Patri Patrum Hadriano primariæ Sedis Apoſtolicæ ac univerſalis Eccleſiæ Papæ, Hincmarus nomine non merito Rhemorum Epiſcopus, ac plebis Dei famulus.*

XVIII. Hincmari furentis epiſtola ad Hadrianum.

*De hoc, quod ſcripſiſtis, ut ſi ipſe Rex Carolus in obſtinationis ſuæ perfidia poſt meam conventionem perſiſtere maluerit, quam juxta veſtra monita reſipiſcere, ab illius me communione & conſortio ſequeſtrem, & ſecundum* (*i*) *Apoſtolum nec Ave ei dicam, & ſi veſtræ communionis volo eſſe particeps, præſentiam ejus modis omnibus devitem: cum magno cordis dolore ac gemitu dico, quoniam & Eccleſiaſtici & ſæcularis ordinis viri, qui de diverſis Regni partibus Rhemis plurimi convenerunt, quos mandatum veſtrum ibidem mihi delatum, quia non debuit, latere non potuit, exiguitati meæ, qui quantum ſcivi & potui, ſemper Apoſtolicæ Sedis privilegium extuli, improperando dixerunt, & dicunt: Numquam hujuſmodi præceptionem ab illa Sede ulli prædeceſſorum meorum miſſam fuiſſe, cum inter Reges ſacramentis etiam confœderatos, ſed & inter patrem & filios, ac inter fratres prælia, & ſeditiones eorum temporibus fuiſſe noſcantur, &c.*

(*i*) *Joan.* 2.

XIX. *Nec etiam ab hæreticorum vel ſchiſmaticorum ſive tyrannorum Imperatorum ac Regum, quales fuerunt Conſtantius Arianus, ac apoſtata Julianus & Ma-*

xi-

*ximus tyrannus, præſentia & ſalutatione, ſive collocutione, Sedis Apoſtolicæ Pontifices, vel alii magnæ auctoritatis atque ſanctitatis Epiſcopi, cum locus & ratio ac cauſa exegit, ſe ſubtraxiſſe leguntur, &c. Et dicunt ſæcularem ſcripturam dicere, Quia omne Regnum ſæculi hujus bellis quæritur, victoriis propagatur, & non Apoſtolicis vel Epiſcoporum excommunicationibus obtinetur; & ſcripturam divinam proponunt dicere (a): Quia Domini eſt Regnum, & cui voluerit dat illud miniſterio Angelorum & hominum. Quibus cum verba B. Jacobi (b) Apoſtoli opponimus dicentis, Unde bella & lites inter vos? &c. Et cum poteſtatem a Chriſto S. Petro primo Apoſtolorum, & in eo ſuis ſucceſſoribus datam, ſed & Apoſtolis & cæteris Epiſcopis Pontificium ligandi & ſolvendi collatum inſinuare volumus, reſpondent: Et vos ergo ſolis orationibus veſtris Regnum contra Northmannos & alios impetentes defendite, & noſtram defenſionem nolite quærere; & ſi vultis ad defenſionem habere noſtrum auxilium, ſicut volumus de veſtris orationibus habere adiutorium, nolite quærere noſtrum diſpendium: Et petite dominum Apoſtolicum; & quia Rex & Epiſcopus ſimul eſſe non poteſt, & ſui anteceſſores Eccleſiaſticum ordinem, quod ſuum eſt, & non Rempublicam, quod Regum eſt, diſpoſuerunt. Non præcipiat nobis habere Regem, qui nos in ſic longinquis adjuvare non poſſit contra ſubitaneos & frequentes paganorum impetus. Et nos Francos non jubeat ſervire, cui nolumus ſervire; quia iſtud jugum ſui anteceſſores noſtris anteceſſoribus non impoſuerunt, & nos illud portare non poſſumus, quia ſcriptum eſſe in ſanctis libris audimus, ut pro libertate & hæreditate noſtra uſque ad mortem certare debeamus. Et ſi aliquis Epiſcopus aliquem Chriſtianum contra legem excommunicat, ſibi poteſtatem ligandi tollit, & nulli vitam æternam poteſt tollere, ſi ſua peccata illi eam non tollunt. Et non convenit ulli Epiſcopo dicere, ut Chriſtianum, qui non eſt incorrigibilis, non propter propria crimina, ſed pro terreno Regno alicui tollendo vel acquirendo, nomine Chriſtianitatis debeat privare, & cum diabolo collocare, quem Chriſtus ſua morte & ſuo ſanguine de poteſtate diaboli venit redimere, & Chriſtianos pro fratribus ſuis animas docuit ponere.*

(a) Dan. 2.

(b) Jac. 4.

XX. *Propterea ſi dominus Apoſtolicus venit pacem quærere; ſic pacem quærat, ut rixam non moveat; quia nos non credemus, ut aliter ad Regnum Dei pervenire non poſſimus, ſi illum, quem ſic commendat, terrenum Regem non habuerimus. Et alia de juramentis & perjuriis & de tyrannide, de quibus ſcripſiſtis, vobis dicunt: Quia veſtræ auctoritati mandare nobis convenit. Sed & alias comminationes in vos ſunt jaculati, quas adhuc nolo proferre: quaſque ſcio, ſi Dominus illis permiſerit, ut jam in deliberatione, ita ſine retractatione comminantes in opere monſtrare curabunt. Et ut mihi experimento videtur propter meam interdictionem, vel propter linguæ humanæ gladium, niſi aliud eis obſtiterit, Rex noſter vel Regni ejus primores non dimittent, ut quod cœperunt, quantum potuerint, non exequantur.* Hactenus ex Hincmari epiſtola Politicus nomen ſuum reticens; qui iſta ut guſtui ſuo dulciſſima lambit.

XXI. Porro verſutus Hincmarus ex ore alieno iſta ſe depromere ſimulat; quæ ſponte aſſerere tam abſurda non auſus eſſet. Sed utique pœna dignus, qui alterutro modo delinquit, vel dum ſua quæ eſſent, aliis tribuit; vel ſi aliena eſſent ab aliis male aſſerta, atque furore deprompta non redarguit, ut muneris ſui erat, ſed ſcripſit ea, utpote inter omnes primatum agentes tamquam ſapientium dicta, ſic plane ſe ea probaſſe ſignificans. In quibus quotupliciter ſit peccatum, quilibet prudens ac pius intelligit, ut non ſit opus hic ſingula demonſtrare. Sed quod (ut dictum eſt) eadem Hincmari epiſtola ſit a Politicis in argumentum aſſumpta, & in auctoritatem adducta ad ſuos ipſorum confirmandos errores: patere Lector, ut vel curſim hic ſaltem eam relegens, errores qui in ipſa ſunt, ſignatos, damnatoſque relinquam.

XXII. Quod autem durum admodum & aſperum atque inuſitatum aſſeruere, quod ſcripſerit ad Hincmarum Hadrianus, ut ſe a Rege ſeparent, qui non pareat Apoſtolicæ Sedis juſſis: Primum videndum, ſi hoc facere potuit vel debuit Hadrianus de Rege præcipere, ut exors eſſet Catholicæ communionis. Certe quidem in nullo pernicius vult Apoſtolus aſſurgere ultores Epiſcopos, quam cum per inobedientiam quod jubetur impleri contemnitur. Nam ad Corinthios: (c) *In promptu* (inquit) *habentes ulciſci omnem inobedientiam.* Cum tamen in his Hadrianus haud fuerit velox, qui triplici admonitione, atque duplici legatione antea ipſum Carolum Regem præmonuit. Sed & quod debuit, facere utique potuit: Nullus puto Catholicus id revocet in controverſiam, an in Reges jus dicere poſſit Pontifex; niſi qui inter Chriſti oves non numerandos eſſe Principes, amens dixerit. Quod ſi Principes iidem ſint Chriſti oves: de iis dictum Petro ut de cæteris: *Paſce oves meas.* At paſcere non convincitur, qui morboſam ovem ab aliis, cum ſit opus, non ſegreget ad ſalutem. Sed dicis: Quod ſi potuit, non tamen adhuc debuit. Immo neceſſitas multiplex id ab ipſo invito licet extorſit: ſiquidem urgebat actor, Ludovicus Imperator legitimus hæres Lotharii fratris, cujus Regnum Carolus invaſiſſet. Exigebat hoc ipſum ab eo ignavia illorum Epiſcoporum, qui in Caroli erant Regno, quorum cum munus eſſet, rogare, monere, præcipere, & redarguere Regem invaſorem publice peccantem: tantum abeſt, ut iſta perſtiterint, ut etiam ad ruinam properantem calcaribus agitarint. At cum omnes defecerint, ut ab interitu revocarent præcipitem Regem, nonne debuit ex adverſo conſurgere Hadrianus, ut ipſi eſſet ſaluti, dum ne peccaret, eſſet impedimento?

(c) 2. Cor. 10.

XXIII. Quod ſi fecit, quod facere potuit, atque debuit: quid queſti ſunt de eodem Pontifice dicentes, numquam hujuſmodi præceptionem ulli prædeceſſorum Rhemenſium Antiſtitum ab aliquo Romanorum Pontificum eſſe miſſam adverſus Francorum Reges? Sed non uni Rhemenſis Eccleſiæ præſuli tantum, verum omnibus Galliarum Epiſcopis, nec adverſus legitimos Reges, ſed adverſus tyrannos ſive Gallias, ſive Britanniam invadentes id ſæpe factum, quæ ſunt ſuperius dicta, declarant. At certe ea ex parte, qua alienum Regnum invadit Carolus, non legitimus Rex, ſed jure tyrannus (ut eum ſæpe ſuis litteris Hadrianus appellat) dicendus fuit. At ſi non omnes tyrannos, hæreticos, ſive ſchiſmaticos Imperatores ſuperius nominatos, perculerunt Romani Pontifices anathemate, & litteras conſcripſere, ut omnes eorum communicationem vitarent: id facere opus non fuit, quia ſponte id agerent Orthodoxi omnes Epiſcopi. Quis enim inventus Orthodoxorum, qui communicaret cum Conſtantio vel Juliano vel alio manifeſte hæretico Imperatore? Quod etſi non omnes rei Principes, quot tamen Imperatores a Romanis Pontificibus ſunt ſententia excommunicationis affecti (cum jus id ab eis exegit) deque his non ad unum Rhemenſem Epiſcopum, ſed ad omnes ubique terrarum conſtitutas Eccleſias litteræ Apoſtolicæ datæ ſunt?

XXIV. At quam perperam illam (ut ajunt) ex ſæcularibus libris depromptam ſententiam uſurpare ſunt auſi Epiſcopi illi; immo Hincmarus ipſorum nomine, qua dicitur, *Omne Regnum bellis quæritur, victoriis propagatur, & non Apoſtolicis, vel Epiſcoporum excommunicationibus obtinetur?* oblitus Hincmarus (ſic furor dementat hominem, ut ob oculos poſita non conſideret) ipſum Romanum Imperium non niſi excommunicatione hæreticorum Imperatorum Orientalium, opera Romanorum Pontificum, eſſe tranſlatum in Francos, & apud eos eorumdem conceſſione Pontificum propagatum in hanc diem ad poſteros, immo ipſum Regnum Francorum non niſi miniſterio Romani Pontificis e familia Clodovei tranſlatum in Carolinos, cujus germen idem eſſet Carolus Calvus filius Ludovici cognomento Pii filii Caroli Magni. Videant igitur, quomodo cuncta ſic tribuant armis, ut nihil deferant Pontificiæ poteſtati æque ingrati, ſicut rudes Epiſcopi, & ſui ordinis contemptores.

XXV. Et quid illud, *Quod dominus Apoſtolicus Rex & Epiſcopus eſſe non poteſt, ut anteceſſores ordinem Eccleſiaſticum & non Rempublicam gubernarunt, non præcipiat habere Regem, &c.* Quid hoc? niſi liceat Regibus impune, quod volunt contra Dei legem agere, nullo ſacerdote exiſtente vindice regalium delictorum? Si hoc dicitis, nec in Eccleſia eſtis: Si conceditis, Reges ratione ſaltem delicti ſubiici ſacerdotibus: quid nugamini, dicentes, non Reipublicæ curam, ſed ordinis Eccleſiaſtici adminiſtrationem ſpectare ad Romanum Pontificem; quaſi tyrannum: hæreticum, ſchiſmaticum non poſſit ipſe Eccleſiaſtica cenſura notare, & ſi opus ſit, ab Eccleſia pellere?

Illud inſuper quam præter rem? *Si aliquis Epiſcopus aliquem Chriſtianum contra legem excommunicat, ſibi poteſtatem ligandi tollit.* Ergo e contrario (ſubiicio ergo) Si ſecundum legem excommunicat, bene facit. At quid tam ſecundum naturale, divinum, atque humanum jus eſſe poteſt, quam conſervare, quod ſuum eſt unicuique? Jus vetus Francorum ſtatuit, quod uſus pariter comprobavit, ex ſucceſſione deberi Regnum, cui ſi religionem adiicias ſacramenti: quid hoc poſſit inveniri ſtabilius atque conſtantius? ut non niſi tyrannus debeat conclamari, qui divinum ſimul cum humano jus impugnet atque conculcet. Sed ubi invenitur, ut injuſte agens Epiſcopus, mox judiciali poteſtate nudetur?

XXVI. Quod inſuper pacis perturbatorem Hadrianum Pontificem dicant: convertant (ſi audent) eamdem in Redemptorem calumniam, quod non venit pacem mittere ſed gladium; & quod non pacem, quam mundus dat, e cœlo deſcendens, in terram ſecum tulerit, ſed illam, qua filios iræ, inimicos reddit filios Dei, ſecundum quam Hadrianus legationes miſit, litteras ſcripſit, ut pacem haberent, & abundantius haberent, atque *Deo* conciliarentur, qui ex rapina alienorum bo-

bonorum eſſent, Deo redditi inimici.

Ad poſtremum autem quod ratione carentes ad minas converſi, omnem exuant reverentiam plane factis ſicut & dictis, cujus ſint ipſi diſcipuli, Chriſtine, qui ſuis humilitatem atque manſuetudinem, an diaboli qui apoſtaſiam, omnemque ſuperbiam ſuis inſinuet, poteſt intelligi. Ut plane Carolo lugubre illud elogium Jeremiæ fuerit occinendum (a): *Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent: Viderunt tibi aſſumptiones falſas & ejectiones.* Porro Carolum ægro animo tuliſſe reprehenſionem Pontificis, atque re infecta Legatos dimiſiſſe, teſtatur (b) Aimoinus hoc anno.

(a) *Thren.* 2.
(b) *Aim. l. 5. c. 26. 27.*

XXVII. Hadrianus Pap. pro Carolomanno agit cum patre.

Quod rurſum ſpectat ad eamdem legationem per Hadrianum Pontificem ad Carolum Calvum miſſam: tradit idem ipſe hujus temporis ſcriptor Aimoinus, per eoſdem Sedis Apoſtolicæ Legatos factum, ut idem Carolus Rex Francorum filium ſuum Carolomannum, quem detinebat in vinculis, liberaret. Extant autem adhuc tres ejuſdem Hadriani Papæ epiſtolæ datæ, tum ad ipſum Carolum Regem, tum ad ejus Comites, & aliæ ad Epiſcopos ejus Regni, hactenus numquam viſæ, acceptæ autem ex ſuperius citato codice Trevirenſi. Quæ autem ad Carolum Regem ſcripta eſt epiſtola ſic ſe habet:

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Karolo Regi.*

XXVIII. *Inter cætera exceſſuum tuorum, quibus aliena uſurpando invaſiſſe crederis, illud quoque nihilominus obiicitur, quod etiam beſtiarum feritatem excedens, contra propria viſcera, ideſt contra Karolomannum genitum tuum ſævire minime verearis; ita ut more ſtrutionis, quod ex libro beati (c) Job diſcimus, obduveris ad filium tuum, quaſi non ſit tuus, eum videlicet non ſolum paterna gratia, & beneficiis privans, verum etiam Regni finibus eliminans; atque quod impium eſt, ut excommunioni ſubmittatur, affectans. Verum quia idem Carolomannus Sedem Apoſtolicam Legatis ſuis tamquam quibuſdam pedum ſuorum paſſibus adiit, & per proprias litteras nos appellat, quin potius interpellat: primo quidem ab hujuſmodi conatum tuum intentu, auctoritate Apoſtolica refrænamus, deinde vero ne adverſus (d) Apoſtolum ad iracundiam provoces filium tuum, ſalubriter exhortamur. Atque ideo & gratiam ei tuam, ſicut convenit, redde, & illum, ut revera proprium filium paternis affectibus ſuſcipe: necnon & priſtinis beneficiis ac honoribus reſtituere ſatage, donec ſaltem Apoſtolatus noſtri Miſſi ad te veniant, & ſalvo debito utriuſque veſtrum honore, quidquid de illo ſalubrius inventum fuerit, competenti executione ac diſpenſatione ordinetur ac diſponatur. Ergo ne adiicias peccatum ſuper peccatum, ſed & de priſtinis invaſionis & avaritiæ pravitatibus deprecare, & correctionis oſtenſa perfectione, veniam Eccleſiaſticam recipere totis medullis exopta, & ne finetenus pereas, uſquequaque decerta, quatenus per hoc finis pravitatum, finis animadverſionis efficiatur, & præſtante Deo, cum termino culpæ, terminus accedat & pœna. Dat. III. Idus Julii, Indictione quarta.* Iſta Hadriadus ad Carolum Regem pro filio Carolomanno, pro quo hæc breviter etiam ad Comites in ejus Regno conſtitutos:

(c) *Job.* 30. & *Greg. Ibid.*
(d) *Epheſ.* 6.

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus glorioſis Comitibus & cæteris fidelibus in Regno Karoli, & in Regno quondam Hlotharii Regum conſtitutis.*

XXIX. Hadrianus ad Comites pro Carolomanno.

*Auditui noſtro ſonuit, quod Carolus Rex etiam belluarum furorem tranſcendens, contra propria viſcera, ideſt contra Carolomannum filium ſuum ſævierit: hunc videlicet non modo paterna gratia & beneficiis privans, verum etiam Regni ſui metis eliminans, quin etiam conetur adverſum illum exercitum congregare, & vos omnes adverſus eum totis niſibus deſtinare. Unde quia per hujuſmodi contentionem atque conflictum, ſæpe*

PAGIUS III. *Carolomannus adverſus patrem & Regem Carolum rebellat.*

A num. XXVII. ad XXXIV. Idem Annaliſta Bertinianus ait: *Carolomannus Caroli Regis filius, & plurimorum monaſteriorum Pater reputatus, quoniam inſidias infideliter erga patrem moliebatur, Abbatiis privatus in Silvanectenſi civitate eſt cuſtodia mancipatus.* Paulo poſt: *Deprecantibus eiſdem Miſſis* (nempe Hadriani Papæ) *cum aliquantis fidelibus ſuis, Carolomannum filium a cuſtodia ex Silvanectis civitate abſolvit, & ſecum manere præcepit.* Paucis interpoſitis: *Carolus* (id eſt Carolomannus) *noctu a patre aufugiens, in Belgicam provinciam venit, & congregatis ſecum pluribus ſatellitibus, ac filiis Belial, tantam crudelitatem & devaſtationem ſecundum operationem ſatanæ exercuit, ut credi non poſſit niſi ab ipſis, qui eamd[...] depopulationem viderunt atque ſuſtinuerunt.* Carolus Rex eam rebellionem & immania flagitia Regio & Eccleſiaſtico judicio certus proſequi, Carolomanni complices & ſocios morti addicit, eorum bona omnia fiſco: *& ordinatis ſcaris* (id eſt turmis militaribus) *qua eundem Carolomannum cum ſuis complicibus de regno propellerent, judicium Epiſcopale de illis expetiit,* inquit idem Annaliſta ad annum DCCCLXXI. Complices Provinciæ ſuæ vaſtatores excommunicavit Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus, & cenſuræ formulam ad Archiepiſcopos aliarum provinciarum, atque ad nepotem ſuum *Hincmarum* Laudunenſem Epiſcopum mittit ſubſcribendam. *Carolomannus*, qui Senonenſis Diaconus erat, juramenti



*pe ſanguinis effuſio contigit: providendum ſummopere ducimus, ne tale, proh nefas, noſtro proveniat tempore, ac per hoc nomen Domini blaſphemetur in Gentibus. Ideoque pacem, & non bella volentes: nam Pſalmiſta (a) Domino dicit, diſſipa gentes, quæ bella volunt: ea, quæ pacis ſunt, inter genitorem & genitum ſi poteſtis, conſtituite: porro ſi non poteſtis, ſaltem bellis cedite, prælia diſſipate. Alioquin quiſquis veſtrum contra Carolomannum caſtra moverit, arma ſuſtulerit, vel læſionis exercitia præparaverit, ac per id ut effundatur Fidelium ſanguis confluxerit: non ſolum excommunicationis nexibus innodabitur, verum etiam vinculis anathematis obligatus in gehenna cum diabolo deputabitur. Optamus vos in Chriſto bene valere. Data III. Idus, Jul. Indictione quarta.* Hæc ad Comites Hadrianus, quæ autem ad Epiſcopos datæ ſunt litteræ, ſic ſe habent:

(a) *Pſalm.* 67.

XXX. Hadrianus ad Epiſcopos pro Carolomanno.

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimis & ſanctiſſimis confratribus noſtris Archiepiſcopis in Regno Karoli, & in Regno quondam Hlotharii Regum Eccleſiam Domini gubernantibus.*

XXXI. *Præſulatus noſtri auribus intimatum eſt, Karolum Regem Carolomannum filium ſuum gratia ſua privatum, poſt multa dira ſimul & dura crudeliter irrogata, beneficiis, & ab ipſis quoque Regni ſui metis eliminaſſe; quinimmo ut vos etiam in eum excommunicationis ſpicula jaceretis, ſanctimoniæ veſtræ nihilominus ſuaſiſſe. In quo quid aliud intelligi datur, ſi rei ſe ita veritas habet, niſi quod reſti delictorum, quam multipliciter extendendo contexuit, adhuc iſtud quoque impietatis genus velit adiicere, & ſeſe talibus iniquitatum captum funiculis & conſtrictum geſtiat irretire? Unde nimirum valde dolemus, & ei effectu ſpiritali compatimur; & quamvis exteriorem circa illum pacem ſolvamus, interiorem tamen integram conſervamus: nam & ideo illum percutimus, ut ſanemus. Flagella idcirco extrinſecus adhibemus, ut intrinſecus vulnera delictorum curemus: verbera namque corrigentis ſunt, non pœnæ damnantis. Verum quia idem Carolomannus nos Miſſis ſuis, quaſi quorumdam pedum ſuorum greſſibus adiit, & per ſyllabas proprias Apoſtolicam Sedem appellat, quin potius interpellat: decernimus nullam vos in eum excommunicationis jaculaturos omnino ſententiam; quouſque videlicet nos, qui ſacerdotum Domini matura volumus eſſe judicia, univerſa, quæ geſta ſunt, veraciter agnoſcamus. Alioqui invalidam Apoſtolicæ pondere auctoritatis futuram, contraque reverentiam veſtram potius non immerito ſævituram.*

Ne quid Epiſcopi in Carolomannum.

XXXII. Carolum digna pati.

*Satius autem & ſine dubitatione præſtantius eſt, ne Karolus proprium filium ſpernat, ne domeſticos ſeminis ſui deſpiciat, ne jura propinquitatis ſolito more corrumpat, ne pacis & charitatis fœdera violet, ne caduca manſuris anteferat, ne temporalia æternis præponat. Præterea præfatus Carolomannus inſontem ſe circa patrem, multipliciter aſſerit. Verum ut nos non aſtruendo, ſed ratiocinando, quæ animadvertimus fateamur: quid mirum, ſi Carolus præcepta Dei, præfixos metis ſuis terminos transferendo, aliena invadendo, contemnens, ex ſuis reperit qui ejus voluptatibus contrairet, & de lumbis ſuis procederet, qui ipſius motibus reſultaret? cum non ignoremus, protoplaſtum contra Dominum ſe per inobedientiam erigentem, & vetita contingentem, non ſolum exteriora quæque rebellantia cognoviſſe, verum etiam in ſemetipſo quæ ſibi obſiſterent inveniſſe. Quod tamen non dicimus, quaſi Carolomannum rebellem circa patrem fatentes, aut contumacem genitum erga genitorem fore docentes: ſed quid ſacro juſtoque divino judicio fieri poſſit conſiderantes, & ut hæc Rex Carolus ſolerter attendat, ſalubriter admonentes.*



PAGIUS

ti bis patri ſuo præſtiti reus, eidem Provinciæ judicandus permiſſus eſt: renuit ter quaterque admonitus ſubſcribere *Hincmarus*; ſive Regis & Archiepiſcopi Hincmari odio, ſive ſimilis cauſæ ſocietate, ſive ad Hadriani II. gratiam magis ac magis emerendam. Nam *Carolomannus* Hincmari Laudunenſis exemplo, & forſan conſilio, Legatis Romam miſſis, & appellatione ad Pontificis judicium excommunicationem ſibi multis nominibus debitam conatur effugere: dum ipſe loca terrarum, qua tranſit, qua fugit, fæde depopulatur.

IV. Ex hoc hominum pari inter *Hadrianum* Pontificem Romanum, *Carolum* Regem, & *Hincmarum* Remenſem ſimultates exortæ. Hadrianus enim ad eam appellationis vocem excitatus, & Principis impii legatione deceptus (nam is eodem tempore patrem & Regem ſuum pulchra in ſpeciem legatione ludere voluerat) & aliunde ob Regnum Auſtraſiæ occupatum Carolo infenſus, ejus patrocinium ardenter ſuſcipit, patrem de cogitata adverſus filium vindicta graviter reprehendit in Epiſtola ad eum *data III. Idus Julii indictione IV.* anno ſcilicet Chriſti inſequenti: *Inter cætera exceſſuum tuorum, quibus aliena uſurpando invaſiſſe crederis, illud quoque nihilominus obiicitur, quod etiam beſtiarum feritatem excedens, contra propria viſcera, ideſt, contra Carolomannum genitum tuum, ſævire minime verearis: Eum videlicet non ſolum paterna gratia & beneficiis privans, verum etiam regni finibus eliminans, atque, quod impium eſt, ut excommunicetur, affectans.* In fine Epiſtolæ habet: *Ergo ne adiicias peccatum, ſuper peccatum, ſed & de priſtinis invaſionis & avaritiæ pravitatibus deprecare, & correctionis oſtenſa perfectione,*

*Carolomannus ad Hadrianum II. provocat.*

*De quibus omnibus ſcitote nos ipſi Regi Carolo ſcripta noſtra miſiſſe, & exhortatoria Pontificatus noſtri direxiſſe. Optamus fraternitatem veſtram in Chriſto bene valere. Dat. III. Idus Jul. Indict. iii.* Hactenus Hadrianus de cauſa Carolomanni, qui invitus attonderi, clericalemque vitam profiteri coactus, reſiliens, a patre pulſus, beneficiiſque privatus, & Epiſcoporum ſententia condemnatus, Sedem appellans Apoſtolicam, litteris Hadriani per Legatos eſt liberatus, atque ita dum vixit Hadrianus, res ſe habuerunt. Verum poſt Hadriani obitum in eum Carolus pater acrius ſæviit, nec deſtitit, quouſque eum luminibus excæcans orbavit, ut Frodoardus, Aimoinus, aliique ſcriptores omnes affirmant.

XXXIII. Reperitur autem hoc item anno Carolus ipſe (quod Politicorum eſt in decretis, ut quo magis Princeps exercet tyrannidem, eo magis religionis culturam affectet) ſcribi ſibi feciſſe aureis litteris libellum precum ſelectarum, quas quotidiano uſu recitaret, quæ quidem magnam redolent pietatem. Extat ipſe nuper editus, in quo temporis etiam nota his verſibus ſcripta legitur:

*Bis quadringenti volitant & ſeptuaginta*
*Anni, quo Deus eſt Virgine natus homo:*
De libello precum Caroli Regis. *Terdenis annis Carolus regnabat & uno,*
*Cum codex actus illius Imperio.*

Eſt autem titulus iſte:

*Incipit liber orationum, quem Karolus piiſſimus Rex Hludovici Cæſaris filius colligere, atque ſibi Manualem ſcribere juſſit.* Sicque exorditur a precibus matutinis: *Hoc orandum eſt, cum de lecto veſtro ſurrexeritis: JESU Chriſte Fili Dei vivi in nomine tuo levo manus meas, &c.* Jam cuſus extat Ingolſtadii anno ſalutis MDLXXXIII. Iſta ipſe laudanda quidem, ſed reprehenſione plane digna reliqua hoc eodem anno ab ipſo tractata.

Tantum enim abeſt, ut Carolus litteris acquieverit Hadriani Papæ, ut potius iiſdem fuerit refragatus, ad hoc opus uſus conſueto miniſtro Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo, qui ad hæc provincialem Synodum indixit, commotus in Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum, qui pro litteris Apoſtolicis agens, nullo modo conſentire voluiſſet excommunicationi ab eo contra Carolomannum illatæ: quo nomine idem Hincmarus Rhemenſis ad eum increpatorias litteras dedit, quarum meminit (a) Frodoardus, dum ait: *Item ſcripſit ad eumdem Hincmarum Laudunenſem pro excommunicatione Carolomanni, dum ipſe obedire nolebat, eum ſæpe commonens, ut contumaciam mentis ſuæ deponeret, & ad obediendum ſibi, ceu jam coram multis teſtibus profeſſus fuerat in alia Synodo, cui ſubſcripſerat, ſe inclinaret.* XXXIV.

(a) Frod. l. 3. c. 21.

Hæc ſummatim de Hincmari litteris ad Hincmarum Laudunenſem Frodoardus. Qui paulo inferius de aliis ejuſdem litteris ad eumdem datis meminit, quibus eum ad Synodum vocat proxi-

Unus Hincmarus Laudun. Epiſc. pro Papæ litteris agit.

PAGIUS *ne, veniam Eccleſiaſticam recipere totis medullis exopta, & ne ſine tenus pereas uſquequaque decerta.*

V. *Hadrianus ejus defenſionem ſuſcipit.*

Scripſit & ad Epiſcopos literas eadem ſubſcriptione notatas, vetatque excommunicationem in *Carolomannum* jaculari, qui ſe inſontem circa patrem multipliciter aſſerit; alioquin irritam fore. Eodem die ad Regni Proceres literas dedit, ne a patre vocati ad arma contra filium progrediantur; quiſquis fecerit, *non ſolum excommunicationis nexibus innodabitur; verum etiam vinculis anathematis obligatus in gehenna cum diabolo deputabitur.* Ita de perduelli & apoſtata filio, mendaciis præventus Pontifex. Tres eæ literæ a Baronio num. XXVII. & ſeqq. hoc anno recitatæ. Verum cum dicantur *dat. III. Id. Jul. indictione quarta*, eas ad annum ſequentem pertinere certum. Annaliſta Bertinianus ad annum DCCCLXXI. narrat, *Carolomannum Duziaci* poſt Synodum ibi habitam patri fuiſſe reconciliatum: *Ubi* (nempe Duziaci) *Miſſos Carolomanni filii ſui interveniente Ludovico fratre ſuo* (Germaniæ Rege) *Carolus Rex audivit; & ſicut antea ſub conditione ſua correctionis eum redire ad ſe invitavit: qua invitatio nihil profecit;* idem enim Annaliſta ſubdit Carolum Silvacum veniſſe: quo *Placitum cum ſuis Conciliariis habuit, & eorum conſilio Carolomannum iterum Silvanectis cuſtodiæ mancipavit, & ejus complices ſacramento ſuæ fidelitatis per ſingulos comitatus conſtringi præcepit.*

VI. *Hincmarus junior Hincmari avunculi favore Laudunenſis Epiſcopus factus.*

A num. XXXIV. ad XXXIX. Plures Viri docti hac noſtra ætate de cauſa *Hincmari* Laudunenſis Epiſcopi cum *Hincmaro* avunculo Remenſi Archiepiſcopo diſſeruere, præſertimque Ludovicus Cellotius, qui librum de eadem publicavit, ubi Hincmari Laudunenſis Vitam a ſe compoſitam exhibet, quam ex eo & ex Natali Alexandro Sæc. IX. & X. Diſſert. VIII. in ſummam contraham. Erat *Hincmarus* Junior alterius Hincmari ex ſorore nepos, qui eum adhuc adoleſcentem ad negotia admovit; ita ut Legationem Regis nomine in Gothiam obierit, ut ipſemet teſtatur. Mortuo *Pardulo* Laudunenſi Epiſcopo, hunc ipſi Epiſcopatum *Hincmarus* avunculus Regis favore impetravit, eoque inſcio *Carolus Rex* adminiſtrationem quoque Palatinam ei commiſit, & externarum ſive ſæcularium poteſtatum interventu Abbatiam quamdam eidem contulit.

VII. *Levitate ſua e gratia Regis excidit.*

Anno octingenteſimo ſexageſimo octavo a Caroli Regis gratia *Hincmarus Junior* hac occaſione excidit, ut ad eum annum Annaliſta Bertinianus narrat. Placitum quoddam in Diœceſi Laudunenſi cum idem Rex haberet, *Luidonis* filius de *Hincmaro* præſente coram eodem Rege conqueſtus eſt, quod cum dato exenio ſeu mu-



xime celebrandam, in qua (ut ait) Hadriani Papæ mandata tractanda eſſent. At quænam iſta Synodus? Utique illa, quæ adverſus eumdem Hincmarum Laudunenſem tunc fuiſſe congregata cognoſcitur, eo quod Laudunenſis Hincmarus pro Sedis Apoſtolicæ litteris agens, nec Regis, nec ſui Rhemenſis Archiepiſcopi, cui ſubjectus erat, viſus eſt aliquam habuiſſe rationem. Contumax atque pervicax eſt exiſtimatus, qui non in gratiam Regis, ut reliqui, cuncta faceret, ſed magis pro litteris Apoſtolicis contra Regem pugnaret, cujus rei cauſa juſſus eſt, ut reus in Synodo cauſam agere.

XXXV. Latrocinalis Synodus contra Hincmarum Laudun.

Hoc namque anno habita eſt Synodus immo graſſatio in Attiniaco villa, loco ſub Regno Caroli conſtituto, cui præfuerunt Remigius Lugdunenſis, Ardovicus Veſontienſis, Bertulfus Trevirenſis Archiepiſcopi, una cum ſubjectis Epiſcopis & aliis Rhemenſis provinciæ. In hac Synodo ipſe Archiepiſcopus Hincmarus accuſatorem egit adverſus nepotem ſuum, quem jam antea ipſe conſecraverat Epiſcopum Laudunenſem. Exæſtuabat enim odium Hincmari Rhemenſis in nepotem; eo quod (ut dictum eſt) junior Hincmarus adverſus ipſum jura Sedis Apoſtolicæ attenuare conantem (ut patet ex iis quæ ſuperius dicta ſunt diverſis in locis) contraria ſcripta collegiſſet, quibus ejuſdem Sedis jura corroborare niteretur. Traxit ad hanc cauſam ſenior Hincmarus Carolum Calvum adverſus Laudunenſem Hincmarum, quaſi apud Romanum Pontificem eum accuſaſſet, ad quem abſque ejus licentia adverſus ipſum ſcripta miſiſſet, contra fidelitatis juramentum, quod eidem Regi jam antea præſtitiſſet.



PAGIUS munere, patris ſui Beneficium ab ipſo impetraſſet, eo deinde fuiſſet per iniuriam ab eodem privatus & excluſus. Eam ob rem Rex vehementer in *Hincmarum* Juniorem commotus ipſum in frequenti Procerum corona conviciis & opprobriis proſcidit, & deinde ei diem dixit, quo ad cauſas ſuas, ideſt, ad ſæculare tribunal ſe ſiſteret, facti illius rationem redditurus, ſuoque nomine, nullo Coepiſcoporum, conſcio, Advocatum nominaret. *Iſdem autem Epiſcopus* (nempe Hincmarus Junior) *ſe reclamans, quod relicto Eccleſiaſtico judicio non auderet ſæculare adire Judicium, ſicut ei juſſum fuerat, ad locum nominatum ſæcularis judicii non venit, ſed cauſas ſuæ impoſſibilitatis Regi mandavit. Rex autem Carolus jubens inde quaſdam judicare etiam infames perſonas, quia perſonam præfatus Epiſcopus non miſit, qui juraret quod illuc venire non poſſet, & quoniam Advocatum ſuum de ſe in Judicio ſeculari non dedit, prædictarum perſonarum judicio quidquid iſdem Epiſcopus de rebus & facultatibus Eccleſiaſticis in uſibus Epiſcopii ſpecialiter habebat, proſcriptum eſt*, inquit Annaliſta Bertinianus. Per omnia Cancellarium Palatii prohibuit, ne ſubditorum Laudunenſis Eccleſiæ quiſpiam obſequium ullum Epiſcopo deferret, ullumve ſubſidium de facultatibus Eccleſiaſticis præberet, tandemque cauſæ illius cognitionem infamibus perſonis commiſit; quas ſacræ profanæque leges a judicandi munere repellunt, & quos liberi & ſani capitis laici merito recuſaſſent, uti habet Hincmarus Remenſis Epiſtola XXIX. ad Carolum Regem, qui & Epiſtola XXXV. ad ipſummet Hincmarum Juniorem data teſtatur, eum levitate ſua, ſuperbia & contumacia Regis animum commoviſſe.

VIII. *Hincmarus Senior eum defendit.*

Acceptam a Rege injuriam Archiepiſcopo Remenſi avunculo ſuo per literas ſignificavit, haud ſincere tamen, ſed in unum ſcripſit, proſcripta bona Eccleſiaſtica, quod vocatus ad ſæculare judicium, venire noluiſſet. Ei Hincmarus Senior fidem adhibens, multa ſcripſit ad Regem pro defenſione Eccleſiaſticæ libertatis, ut ipſe aſſerit in Epiſtola ad Hadrianum II. poſt Synodum Duziacenſem anno DCCCLXXI. habitam data. Cumque interim Rex ad Piſtenſe caſtrum ſe contuliſſet *menſe Auguſto* anni DCCCLXVIII. annua dona accepturus, Hincmarus Senior cum nepote Hincmaro ipſum adiit, *ſcriptis & verbis oſtendens, quantum præjudicium & Epiſcopalis auctoritas, & univerſalis Eccleſia in tali facto patiebatur. Et obtinuit ut reveſtito Epiſcopo quibus fuerat ſpoliatus, ſicut ſacræ leges præcipiunt, in provincia, ubi hæc cauſa judicanda erat, electorum Judicum judicio, & ſi neceſſe foret, poſt hoc ſynodali examinaretur examine*, inquit Annaliſta Bertinianus. Extant plures quaterniores Carolo Regi apud Piſtas ab Hincmaro Remenſi oblati, quibus oſtendit ipſum ad Eccleſiaſtica Privilegia ſervanda, & ordinis Epiſcopalis tuendam libertatem adſtrictum eſſe; tum ſolemni profeſſione *Bellovaci* anno DCCCXLV. edita cum Capitulis apud *Cariſiacum* anno DCCCLVIII. ſubſcriptis. Hanc vero ſacrorum hominum libertatem ac immunitatem a foro ſæculari aſſerit canonum & legum Imperialium auctoritate, & ex Regum etiam Anteceſſorum Capitularibus. In primo quaternione fatetur, Epiſcopum Beneficia ſæcularibus dare poſſe, qui Eccleſiæ aut Reipublicæ utiles fuerint. Si collatum Beneficium ab ipſis Epiſcopus auferat, poſſe illos apud Regem querelam deponere, & Regem illos ſecundum leges Eccleſiaſticas judicare debere. Denique Regi revocat in memoriam Hiſtoriam *Oziæ* Regis, qui lepra percuſſus eſt, quod in Sacerdotale miniſterium contra fas manum præſumptionis extenderit, & a Sacerdotibus extra domum Domini expulſus eſt.

IX. *Bona ablata ei reſtituuntur.*

Præterea *Hincmarus Laudunenſis* avunculi conſilio, apud aliarum provinciarum Antiſtites, qui ad Placitum *Piſtenſe* cum Rege convenerant, querelam depoſuit, ſe potius de rebus ſuis in conſilium eos adhibuit. Extat Schedula ab ipſo porrecta Epiſcopis; qua ipſis breviter exponit rem adverſus ſe geſtam; conſilium rogat quid hoc rerum ſtatu ſibi agendum exiſtiment; ſatisfactionem, ſi neceſſaria judicabitur; Regi promittit; occupata Eccleſiæ ſuæ bona ſibi reſtitui poſtulat; & ad id impetrandum a Rege fratrum adhibet interceſſionem; cum in bonorum ſuorum poſſeſſionem redierit, ſe facti ſui rationem Judicibus Eccleſiaſticis in Synodo provinciali redditurum pollicetur. Si autem res adeo juſtas obtinere non potuerit,

Se-

In Hincmarum Laudun. tyrannice actum. Aſtitit huic Synodo ☞ ſeu potius Synodo Duziacenſi, celebratæ anno ſequenti Hincmarus junior ☞ ut reus, immo ut condemnatus, ut qui in itinere captus fuiſſet ab hoſtibus, & ſpoliatus, & ad eamdem Synodum ita perductus. Teſtatur id ipſe in libello declamatorio oblato Joanni Papæ Octavo in Trecenſi Concilio habito anno Redemptoris octingenteſimo octogeſimo octavo, ut ſuo loco patebit, ubi & oſtendit omnia acta eſſe tyrannice, dum præter illa, quæ dicta ſunt, cum oblatus eſſet ab eodem Hincmaro juniore libellus huic Synodo, idem non eſt permiſſus legi, immo nec ſuſcipi. Cum ipſe accuſationibus Hincmari ſenioris, & Caroli Regis potentia ita præſtrictus, ut ſuam cauſam agere non liceret, jam ſpoliatus nec auditus, Sedem Apoſtolicam appellavit; ſed appellationi non delatum, quamvis eam vim patiens coram Synodo humi proſtratus dari ſibi defenſionis locum expetierit, ipſa gemente Synodo, ſed tam a Rege, quam ab Archiepiſcopo adverſus eum averſo vultu pertracta, proteſtante tamen, aditum ipſi ad Sedem Apoſtolicam non denegandum.

Damnatus quæ paſſus Hincmarus Laudun. Sic igitur Hincmarus Laudunenſi privatur Epiſcopatu penitus, eiiciturque in exilium; ubi ferreis detentus eſt vinculis & cuſtoditus; atque demum (quod omnem ſuperat crudelitatem (ut ſpes omnis ipſi adimeretur in ſedem ſuam iterum remeandi, eumdem oculis evulſis ejus hoſtes excæcarunt. Hæc omnia coram plena Synodo, præſente Joanne Pontifice, ex ejus libello ſunt lecta, ubi ab eodem meruit Pontifice in ſuum thronum quamvis cæcus reſtitui, & etiam aliis ho-

PAGIUS Sedem Apoſtolicam appellat, eamque appellationem ſuam Regi ſignificari poſtulat. Sed & chartulam, quæ *ſatisfactio* inſcribitur, obtulit Regi, qua ſuam imprudentiam excuſabat, rogabatque, ut eum in gratiam reciperet. Extat poſt Concilium Duziacenſe Tom. VIII. Concil. Obtinuit tandem a Rege *Hincmarus* Senior ut Laudunenſi reſtituerentur omnia, quibus fuerat ſpoliatus, donec legitimo judicio lites omnes finitæ eſſent.

X. *Sedem Apoſtolicam appellat.* Diu gratia Regis, & pace tot laboribus ab Avunculo parta imprudens Epiſcopus Laudunenſis potitus non eſt, de ejus enim facinore conqueſtus eſt apud Romanum Pontificem *Hadrianum II.* Avunculo ſuo ac Metropolitano, cæteriſque Epiſcopis inconſultis. Acerbiſſime tulit Carolus Rex ſe ab Epiſcopo ad Apoſtolicam Sedem traduci, ut rerum Eccleſiaſticarum pervaſorem. Improbarunt etiam Antiſtites præcipitem *Hincmari* Laudunenſis impetum, qui intempeſtivo ad Papam confugio ſe provincialis Synodi judicio reclamantibus Canonibus ſubducere volebat, & Regem cum Pontifice committendo, vulnus refricabat, quod ſanari facile potuiſſet, ut liquet ex *Hincmaro* Seniori in Opuſculo LV. Capitum cap. VII. Aliud præterea accidit, quo Regi in Hincmarum magis commotus eſt animus. In gratiam *Nortmanni Comitis* ſibi amiciſſimi, rogantibus *Rodulpho* & *Conrado* viris Aulicis, *Pauliacum* villam, & res alias olim Eccleſiæ ſuæ a Rege reſtitutas, eidem Regi libens volenſque tradidit, ut eas eidem Comiti in beneficium daret. Deinde mutata voluntate, ea repetere cœpit, ac per vim extorquere conatus eſt, quibus ſponte ceſſerat. Nortmannum tradere abnuentem, quæ jure ſe poſſidere arbitrabatur, apud Pontificem accuſavit, tanquam rerum Eccleſiaſticarum pervaſorem. Mandatum impetravit ab Hadriano II. quo Hincmaro Remenſi jubebat ut Nortmanum excommunicaret, *niſi præſentialiter ſe omnibus Laudunenſis Eccleſiæ rebus exueret.* Cujus mandati executione abſtinuit Senior *Hincmarus*, quod Nortmannum res Eccleſiæ non invaſiſſe certo ſciret. Laudunenſis Epiſcopus moras prudentis hac in cauſa Avunculi impatienter ferens, cum armatorum hominum manu, & permixta vulgi multitudine, venit in villam, irruit in domum, in qua Nortmanni conjux de partu jacebat, & direpta omnis generis ſuppellectile, nobilem mulierem languentem immaniter ejecit. Poſtea Nortmannum ipſum eadem vi aggreſſus, a poſſeſſione expulit, omniaque ejus bona corraſit. Quæ omnia conſtant ex Synodo Duziacenſi part. 3. cap. 15. ex Epiſtola Synodica, ex Hadriano II. Epiſt. XI. & ex Epiſt. XXXV. Hincmari.

XI. *Hincmarus Senior excommunicationem ab eo latam irritat.* Haud mitius ſe geſſit cum *Amalberto* Hincmarus Laudunenſis, cui cum ereptum Beneficium Rex juſſiſſet reſtitui, ipſum armata manu ex illo ejecit. Quin & eumdem *Amalbertum* excommunicavit, quamvis e Laudunenſi Diœceſi non eſſet, ſed ex Remenſi: nec Archiepiſcopo Remenſi obſecutus eſt, jubenti ut ſententiam contra Canones latam immutaret, refert Hincmarus Senior in Opuſculo Capitum LV. cap. 2. Hinc nova Regis *Caroli* & *Hincmari* Remenſis in Laudunenſem offenſio. Sæviit & in Clericos propriæ Eccleſiæ, eoſque neque confeſſos, neque convictos excommunicavit, ſeu omni Officio Eccleſiaſtico ipſis interdixit. Dies quinque duravit ferale juſtitium, quibus & infantibus multis Baptiſmus, & morientibus Viaticum, & Chriſtiana ſepultura defunctis defuit. Tum Clerici Metropolitanum appellarunt *Hincmarum* Archiepiſcopum Remenſem, qui communioni ac ſacris miniſteriis reſtituit, & excommunicationem irritavit. Mox grandi Canonum & Veterum Patrum Collectione, quæ temporum injuriia periit, factum ſuum probavit, & latæ excommunicationis probavit iniquitatem, ut conſtat ex Hincmaro Remenſi in Opuſculo Capitum LV. cap. 28. 30. 32. & 33. Iſti Collectioni aliam oppoſuit *Hincmarus* Laudunenſis, Libellum ex veterum Pontificum, qui Nicænam Synodum præceſſerunt pſeudepigraphis Epiſtolis ac Decretis colligens in quibus, ut ait Hincmarus Remenſis Epiſt. XXXV. ſententias inter ſe diſſonas, & contra Evangelicam & Apoſtolicam atque Canonicam, & Apoſtolicæ Sedis auctoritatem immiſcuit, & eidem Libello ſine Metropolitani & Coepiſcoporum Remenſis provinciæ conſcientia & conſenſu ſubſcripſit, & a Clericis Eccleſiæ ſuæ & parochianis Presbyteris ſubſcribi fecit, a Metropolitani obedientia ſe ſubducere volens, effutienſque Remenſem Archiepiſcopum non potuiſſe abſolvere quos ipſe excommunicaverat, ſed reſervare debuiſſe cauſæ judicium Synodo, aut



honoris inſignibus, decorari, ut ſuo loco dicetur.

XXXVII. Synodus Vvermeriæ habita. Sed (quod non omittendum) præceſſit Synodum hanc, quam hoc anno diximus celebratam, alius Epiſcoporum viginti conventus Wermeriæ habitus, in quo actum de excommunicatione ab Hincmaro Laudunenſi illata in Northmannum, qui bona Eccleſiaſtica accepiſſet a Carolo Rege in beneficium; cujus cauſa condemnatus, ab eorum injuſta ſententia idem Laudunenſis appellavit Hadrianum Romanum Pontificem: cui nec delatum fuit, reclamante Synodo, id contra Canones fieri. Sed proſequente ipſo litteris apud Romanum Pontificem cauſam ſuam, & Hadriano Papa pro ipſo reſcribente, & nihil operante, ſed magis odium Regis & Hincmari ſenioris in ipſum juniorem Hincmarum concitante, ut in eum hoc anno dicta Latrocinalis ſynodus cogeretur, præbuit occaſionem.

Cum interea ad excuſandas (ut ait (*a*) Pſalmus Davidicus) excuſationes in peccatis, Hincmarus ipſe Rhemenſis Archipiſcop. adverſus Laudunenſem prolixam ſcripſit epiſtolam (*b*) apologeticam, quam dixeris potius invectivam orationem; inſuper & Synodi hujus pro arbitrio Acta conſcripſit, in quibus & accuſationes in eum prolatæ intextæ ſunt, nimirum quod non eſſet obediens ſuo Metropolitano, quodque ob privatas injurias ſuas omnes Laudunenſes excommunicaſſet, & ſacros miniſtros omnes a ſacris miniſteriis, ſacramentorumque exhibitione etiam ſuſpendiſſet. XXXVIII

(*a*) Pſalm. 149.

(*b*) *Recitat eam Frod. l. 3. c. 21.*

Quod autem appellans Hincmarus Sedem Apoſtolicam non auditus eſſet, commotus eſt vehementer Hadrianus Papa, qui juſſit, ſcribens ad Hincmarum ſeniorem, ut Laudunenſem Epiſcopum cum tribus aliis Epiſcopis Romam mitteret. Sed nec in his quidem illi paruit, ſicut nec obedivit, cum præcepit ut Northman-

PAGIUS aut Sedi Apoſtolicæ; quod luculenter explodit Remenſis Hincmarus. Geſta hæc anno DCCCLXVIII.

XII. *Hincmarus Junior coram Synodo Vermerienſi citatur.* Ad Synodos tandem perducta hæc cauſa eſt. Primum ad Vermerienſem anno DCCCLXIX. de qua ad eum annum Annaliſta Bertinianus: *Et quoniam iſdem Epiſcopus, etiam, per alios Epiſcopos evocatus, ut ad illum veniret, juſſionem illius detrectavit, ſcaram* (id eſt turmam militarem) *ex quamplurimis Comitibus regni ſui confectam Laudunum miſit* (nempe Carolus Rex), *ut ipſum Epiſcopum ad eum violenter perducerent. Iſdem autem Epiſcopus cum Clericis ſuis juxta Altare reſedit: & quibuſdam Epiſcopis ſatagentibus, actum eſt, ut ipſi qui miſſi fuerant de Eccleſia eum non extraherent; ſed ſine illo ad Carolum redierunt, omneſque homines ipſius Epiſcopi liberos ſibi ſacramenta fieri fecit. Carolus autem valde commotus, Synodum Epiſcoporum omnium regni ſui, VIII. Kalend. Maii ſecunda indictionis apud Vermeriam condidit, quo eundem Hincmarum Epiſcopum vocari præcepit.* Ante hanc Synodum idem Laudunenſis Antiſtes Regem, plurimoſque aliarum Diœceſeon homines excommunicarat, quibus illum ægre reconciliavit Archiepiſcopus Remenſis ne recentes iniurias Synodali judicio perſequerentur, ut ipſe teſtatur in Epiſtola XXXV. Stitit ſe Synodo *Hincmarus* Junior, & cum difficilem ſibi exitum fore ſentiret, ad Sedem Apoſtolicam appellavit. Licentiam tamen eundi Romam, quo etiam ab Hadriano II. vocabatur obtinere tunc a Rege & ab Epiſcopis non potuit. Qua de re conqueſtus eſt in Pitaciolo, quod citat Hincmarus Remenſis Epiſtola XXXV. Paulo poſt Synodum Vermerienſem aliquandiu detentus eſt Hincmarus Laudunenſis velut in carcere, apud *Silvacum*, qui Locus eſt. Laudunenſis Diœceſeos. Detentionis auctorem ſuæ dixit ſcripſitque avunculum Hincmarum Remenſem, qui tamen ſine ſua voluntate & conſenſu id factum conteſtatus eſt Epiſtola XXXV. ipſumque ab hac purgavit, calumnia Carolus in Concilio Duziacenſi part. IV. cap. VI.

XIII. Præſenti anno, a quo Baronius hanc inter utrumque *Hincmarum* controverſiam auſpicatus eſt, Synodus apud *Attiniacum* Palatium celebrata, ad quam Epiſcopi ex decem Provinciis convenere. Ibi *Hincmarus* Archiepiſcopus librum LV. Capitum tradidit turbulento nepoti quo ejus Collectionem ad ſe miſſam per *Vvenilonem* Archiepiſcopum Rothomagenſem, prolixe ac luculenter refellebat. Ille vero ex adverſo prolixiſſimum Scriptum contra veritatem & auctoritatem ac rationem contextum, monſtruoſamque collectionem ſuam a ſe & a ſuis ſubſcriptam protulit. In ea Synodo Rex de rebellione, *Hincmarus* Remenſis de contumacia, Nortmannus Comes de vi manifeſta, Clerici Laudunenſes de injuſta excommunicatione adverſus *Hincmarum Laudunenſem* conqueſti ſunt Nova fidelitatis profeſſione Regi & Metropolitano ſuo facta, ortam adverſus ſe tempeſtatem nonnihil ſedavit, uti patet ex Actis Synodi Duziacenſis, ex Annalibus Bertinianis ad hunc annum, & ex Flodoardo lib. 3. cap. 21. *In Synodo Attiniac. cauſa ejus agitata.*

XIV. *Se ſe ex Synodo proripit.* Nortmanni Comitis, Laudunenſiumque Clericorum, & aliorum examinandis querimoniis electi Judices, *Actardus*, *Regenelmus*, & *Joannes* Epiſcopi. Comiti & nonnullis aliis adjudicatæ poſſeſſiones ſeu beneficia: cæterorum cauſæ comperendinatæ. Laudunenſis Epiſcopus ante definitionem contra ſacros Canones, & ſine ulla neceſſitate vel ratione fuga lapſus, regularem definitionem expectare contempſit. Tum Pitaciolum miſit, quo Romam eundi licentiam poſtulabat. Deinde neſcio quibus machinationibus ſæculares Judices a Rege impetravit, qui non ſolum cauſas nondum cognitas ac diſcuſſas judicarent; ſed etiam negotia coram ejus Majeſtate per electos Judices finita retractarent. Hi quædam ex definitis refricarunt & immutarunt, quædam ex definiendis judicarunt: quo facinore graviter contra Canones peccavit Laudunenſis Antiſtes, qui ab Eccleſiaſticis Judicibus ad Eccleſiaſticos majoris auctoritatis Judices, & non a majoribus ad minores, nec ab Eccleſiaſticis ad ſæculares, neque a conſenſu partium electis provocari permittunt, ut obſervat Hincmarus Remenſis in Epiſt. XXXV. ubi hanc hiſtoriam commemorat. Hoc miſeranda excuſatione diluere conatur facinus *Hincmarus* Laudunenſis in Epiſtola ad Avunculum quæ

mannum bona Eccleſiæ occupantem, accepta a Rege in beneficium, niſi redderet, excommunicaret. Acceptis autem Hadriani Papæ litteris, excuſavit ſe Rhemenſis Hincmarus, reſcribens ad Hadrianum, quod non prohibuerit appellationem ad Apoſtolicam Sedem, & Romam profectionem; ſed & alias nectens frivolas cauſas ad alias accuſationes, quibus impetebatur, Apoſtolicæ Sedis judicium eludendo vitavit, donec Hadrianus ipſe ex hac vita ſublatus eſt, vindex acerrimus contemptæ Apoſtolicæ Sedis auctoritatis. Qui eodem argumento in ipſum Regem pergraves litteras dedit, increpans, quod appellantem Laudunenſem, ad Apoſtolicam Sedem venire juſſum retinuiſſet, & alia, quibus eum acerrime, ut tyrannice agentem corripuit, ut patet ex epiſtola Caroli ad eum reddita, cui ſatisfactum ſuperius ex iis quæ ad redarguendam Hincmari Rhemenſis audaciam dicta ſunt. At de his modo ſatis; reliqua autem inferius in Concilio Trecenſi dicenda.

Hoc eodem anno Coloniæ Synodus XXXIX.
acta eſt, Ludovico Rege agente, ſexto Kalendas Octobris, in qua, præter complura ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantia petractata, inſuper ab iiſdem, qui convenerunt, Epiſcopis dedicata eſt ibidem Eccleſia S. Petri. Hæc pluribus in veteri Francorum Chronico a Pitœo nuper edito.

Ac

PAGIUS

quæ incipit: *de his*, &c. Fugam ſuam comparare audet cum fuga S. Pauli Damaſco ſe proripientis, & S. Athanaſii furorem Arianorum vitantis: Judices ex Ordine Epiſcoporum Electos ad dictam diem non adfuiſſe queritur. Nihil ſe præſidium in Metropolitano & Avunculo inveniſſe: non jure & ratione ſecum agi, ſed vi & poteſtate: Appellationis ſuæ ad Sedem Apoſtolicam nullam habitam fuiſſe rationem; Avunculum ſuum Romani Pontificis Juribus derogare, ut Metropolitanam dignitatem extollat. Poſtremum iſtam calumniam refellit Hincmarus Remenſis apud Flodoardum lib. 3. cap. 22.

XV. *Hadrianus II. eidem ſuffragatur.*

Abrupta Synodo Attiniacenſi, *Hincmarus* Laudunenſis, qui appellationem ſuam ad Sedem Apoſtolicam plenis buccis perſonabat, faventem habuit *Hadrianum II.* qui graves & acerbas pro ipſo literas ſcripſit Carolo Calvo & Hincmaro Remenſi Metropolitano, quibus ipſos increpabat quod appellantem Epiſcopum Romam ire prohiberent. Id conſtat ex Epiſtola Caroli Regis ad Hadrianum II. poſt Synodum Duziacenſem data, & ex Epiſtola poſteriore Epiſcoporum ejuſdem Concilii ad eundem pontificem, quas MSS. laudat Cellotius in Vita Hincmari Laudunenſis §. 13. & ſeqq. Hadriano reſpondit Hincmarus Epiſtola XLI. malevolum aliquem ejus Sanctitati obrepſiſſe & verbis aut literis mendacia ſuggeſſiſſe. In poteſtate autem ſua non eſſe, ut eum Romam mittat abſque mandatis Regis: immo nec ſibi fas eſſe a Regno ejus exire abſque ejus licentia. Literis ab Hadriano Papa ad ſuam Majeſtatem ſcriptis utpote aſperioribus vehementer offenſus eſt Carolus Calvus: & metuendum erat ne Hincmarum Laudunenſem qui ipſum cum Sede Apoſtolica committebat, gravi pœna mulctaret, niſi Hincmarus Archiepiſcopus Odoni Bellovacenſi tum apud Regem degenti ſcripſiſſet, *De Presbytero, qui epiſtolam Papæ Roma detulerat, ut Regem admoneret, modificans ejus animum, ne contra Dominum aliquid faceret in Eccleſia Dei, vel Epiſcopali Ordine: Non pro Hincmaro nepote ſuo ſe tantum id dicere aſſerens quantum pro ipſo Seniore ſuo Rege, ne ipſe taliter peccaret, unde eternaliter periret.* Ita refert Flodoardus lib. 3. cap. 23.

XVI. Ad literas Pontificis reſcripſit alias *Carolus* Rex ſtylo acerbiori, quas compoſuit *Hincmarus* Remenſis Archiepiſcopus, Regis mandato. Extant inter ejus Epiſtolas num. XLIII. quibus ſignificat ſibi tandem perſuaſum eſſe priores literas, quas aliorum inſtinctu ſcriptas crediderat, ac per obreptionem ab ipſo Pontifice ſubſcriptas, vere ipſius eſſe, idque ex poſterioribus ſe doceri: Utraſque minus honeſtas eſſe queritur, & Regiæ Majeſtati injurioſas. Se non poſſe ſuſcipere alacri mente omnia quæ a Sede Apoſtolica diriguntur, ut hortabatur *Hadrianus*, ſi contumelioſæ literæ ad ſuam Majeſtatem ſcriberentur, in quibus perjurii, tyrannidis ac perfidiæ, diſtractionis rerum Eccleſiaſticarum, murmurationis adverſus Sedem Apoſtolicam, crimina ſibi impinguntur. Se mandatis Pontificis obedire non poſſe, quibus jubebat ut *Hincmarum* Laudunenſem Romam mitteret, quia & Canonibus & Juribus Regiis ſunt adverſa. Epiſcopum pro ſuis exceſſibus legitime damnatum, & publicæ quietis perturbatorem Romam dirigi non oportere, ut libertas ipſi detur majores turbas excitandi. Poſſe quidem renovari Judicium in provincia Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & ſi probetur innoxius, demum ipſi permitti ut ſedem Apoſtolicam adeat. Non ita ſcripſiſſe Gregorium Magnum & Alios Pontifices ad Reges Chriſtianiſſimos, nec ita cum ipſis egiſſe. Monet ut judicet privilegio S. Petri, juxta æquitatis ejus judicium, ſi morem ſibi geri velit. Venerationem ſuam erga Sedem Apoſtolicam teſtatur, ac obedientiam pollicetur in his quæ ad Pontificis miniſterium, pertinent. Rogat ut nec literas inhoneſtas, nec incongrua mandata ulterius ad ſuam Majeſtatem dirigat, ne cogatur ejus Epiſtolas, & Nuncios minus honorifice excipere. Hæc Epiſtola ſcripta eſt duntaxat poſt Synodum Duziacenſem, cum jam depoſitus eſſet Hincmarus, ut ex ejus tenore patet. Hujus Caroli ad Hadrianum II. Epiſtolæ partem recitat Baronius anno DCCCLXXI. num. CXIII. & ſeq.

*Hincmari Junioris occaſione diſſidium inter Papam & Regem exortum.*

A num. XXXIX. ad XLIV. Hic annus *Normannorum* impietate & cladibus Angliæ funeſtiſſimus fuit. *Juvvarus* enim & *Hubba*, duo Danorum Duces, de quibus ſupra locuti ſumus, in Northumbriam anno ſuperiori rediere, indeque poſt multam ſtragem currenti per Merciam ad Orientales Anglos ſeu in Eſtangliam tranſiere, & *Sanctum Eadmundum* Orientalis Angliæ Regem, & cum illo Humbertum Epiſcopum peremere, uti narrat Baronius ex Weſtmonaſterienſi, cui alii Auctores Anglici ſuffragantur. *Edmundo perempto, in Orientali Anglia, regnare deſierunt Angli, annis quinquaginta, novennio enim ſine Rege, Paganis vaſtantibus, provincia ſubjacuit. Poſtea in Orientali* XVII.

*XVII. Normanni Angliam Orientalem ſibi ſubiiciunt.*



Synodus Colonienſis.

Ac demum anno huic coronidem imponamus, coronas ipſas ſanctarum virginum ex martyrio forti, conſtantique animo comparatas; de quibus hæc ſunt, quæ ex antiquioribus Annalibus in lucem prodidit Matthæus Weſtmonaſterienſis, qui rem geſtam ſic enarrat: *Anno gratiæ octingenteſimo ſeptuageſimo applicuerunt in Scotiam Danorum innumera multitudo, quorum duces fuerunt Hinguar & Stubba, diræ perverſitatis homines, & fortitudinis inauditæ. Qui totius fines Angliæ in exterminium adducere conantes, pueros & ſenes quoſque ſibi obvios jugulabant, matronas ſanctimoniales, ſeu virgines ludibrio tradendas mandabant. Cumque per omnes Regnorum fines tanta tyrannorum immanitas diſſeminata fuiſſet: Ebba ſancta Collinghamnenſis cœnobii Abbatiſſa, metuens, ne & ipſa, cui ſolicitudo regiminis & cura paſtoralis commiſſa fuerat, cum ſibi ſubiectis virginibus ludibrio traderetur paganorum, ut pudicitiam amitterent & virginitatem: convocatis ſororibus ad Capitulum univerſis, in hanc vocem prorupit, dicens: Advenerunt nuper ad partes noſtras pagani nequiſſimi, & totius humanitatis ignari, qui loca regionis hujus ſingula perluſtrantes, nec ſexui muliebri, nec parvulorum quidem parcentes ætati, Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas deſtruunt, feminas ſanctimoniales proſtituunt, & obvia quæque ſibi conterendo conſumunt. Itaque ſi conſiliis meis acquieſcere decreveritis, ſpem certam de clementia divina concipio, quod & barbarorum rabiem effugere valebimus, & perpetuæ virginitatis pudicitiam cuſtodire. Cui cum univerſa virginum congregatio certis promiſſionibus ſpopondiſſet, ſeſe maternis in omnibus velle obtemperare præceptis: illa admirandæ animoſitatis Abbatiſſa, palam cunctis ſororibus exemplum caſtitatis præbens, non ſolum ſanctimonialibus illis proficuum, verumetiam omnibus & ſucceſſuris virginibus æternaliter amplectendum; arrepta novacula naſum proprium cum labro ſuperiori ad dentes uſque præcidens, horrendum de ſe ſpectaculum aſtantibus præbuit univerſis. Quod factum memorabile cum congregatio tota videns admiraretur: ſimili de ſe opere a ſingulis perpetrato, materna ſunt veſtigia conſecutæ.*

Admirandum ſacrarum Virginum factum.

*Et his ita geſtis, cum mane craſtinum illuxit, pervenerunt tyranni nequiſſimi, ut feminas ſanctas Deo devotas ludibrio traderent, ſimul & ipſum monaſterium ſpoliatum ignibus concremarent. Sed conſpicientes Abbatiſſam illam, & ſorores ſingulas tam enormiter mutilatas, cum feſtinatione receſſerunt de loco illo; dum longum nimis ſibi videretur, vel ibidem etiam per breve temporis ſpacium demorari. Sed inde recedentes, præceperunt ſatellitibus ſuis nefandis, ut injecto igne, monaſterium cum omnibus officinis, & ipſis ſanctimonialibus concremarent. Sicque executione completa a miniſtris iniquitatis, ſancta Abbatiſſa, & omnes cum illa virgines ſanctiſſimæ ad martyrii gloriam pervenerunt.* Hucuſque de his auctor, qui his ſubiicit diram ſtragem monaſteriorum aliorum, & Eccleſiarum omnium ab iiſdem crudeliter diverſis in locis ſibi obviis perpetratam. XL.

Martyrium conſummatum SS. Virginum.

Erit fortaſſe audaculus quiſpiam, qui ſanctas virgines Chriſtianæ fortitudinis exemplum incomparabile inter Martyres receptas, & cultu Martyrum ab Eccleſia celebratas audeat ſugillare, quod cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum, ipſæ de illis adeo prodigæ fuerint XLI.

XLI. Pro SS. Virginibus defenſio.

rint

PAGIUS

*tali Saxonia Guthrum Rex Danus regnavit annis duodecim, tempore Regis Altfredi. Guthrum habuit ſucceſſorem æque Danum, nomine Eodric; qui cum regnaſſet annis XIV. peremptus eſt ab Anglis: eo quod inciviliter in eos egiſſet. Nec tamen eis libertas aſſurrexit: Danorum Comitibus, vel eos prementibus, vel in VVeſtſaxonum Reges acuentibus; donec Edvvardus, filius Alfredi, ambas provincias expulſis Danis, liberatis Anglis; ſuo, ideſt Vveſtſaxonum imperio adiecit, anno poſt occiſionem ſancti Edmundi Regis & Martyris quinquageſimo, regni ſui decimo quinto*, inquit Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 5. pag. 34.

XVIII. *Pugnæ Chriſtianos inter & Normannos habitæ.*

Ingulphus in ſua Hiſtoria pag. 20. & ſeqq. narrat hoc anno *Aigarum* ſtrenuiſſimum Comitem contraxiſſe univerſam juventutem Hoylandiæ, *menſe Septembri*, & una cum cohorte Croylandiæ monaſterii, videlicet ducentis bellatoribus fortiſſimis, quibus præerat *Tolius* Monachus Converſus ejuſdem monaſterii, miles ante ſuam converſionem nominatiſſimus, aliiſque validiſſimis bellatoribus, in feſto Sancti Mauricii Martyris bellum cum Paganis commiſiſſe, & largiente Domino victoriam, occiſis tribus Regibus Barbaros uſque ad portas tentoriorum ſuorum perſecutos eſſe, donec nox bellum diremit. Verum ipſa nocte venerunt in caſtra Paganorum omnes cæteri ejuſdem gentis Reges, quorum adventu cognito Chriſtiani fugere, & remanſerunt cum *Algaro* Comite ac Ducibus ſuis vix ducenti de octingentis; Barbari ex condicto fugam fingentes, campum relinquere cœperunt. Quod videntes Chriſtiani, Ducibus ſuis invitis, Paganos per planitiem diſperſos peſequuntur, hique revertentes tanquam leones in paucos illos Chriſtianos debacchantur. *Algarus* & ſex Duces robuſtiſſimi cernentes omnes fortiſſimos ſui exercitus cecidiſſe, in confertiſſimum tumulum corporum Chriſtianorum ſimul irrumpentes mortem generoſe oppetiere.

Hoc cum accepiſſet Abbas Croylandiæ aſſumptis ſecum ſacris Reliquiis Monaſterii, corpore Sancti *Guthlaci*, & præcipuis fundationis Ethelbaldi Regis Chartis fugit, & Dani venientes XIX.

*XIX. Monaſteria a Normannis everſa.*

rint. Cui modo ſat illud, diiudicari ab Eccleſia quando quid divini ſit impetu Spiritus, vel humana tantum audacia. Quæ non has tantum recenſuit inter Martyres, quæ membris ſuis, virginitatis ſalvandæ cauſa non pepercere, ſed alias, quæ ſive præcipitio, ſive aquarum vorticibus, ſive etiam ignibus dedere corpus, pudicitiæ ſervandæ gratia; quas uno conſenſu, tam Occidentalis, quam Orientalis Eccleſia colit Martyres, & ſanctiſſimi utriuſque orbis Patres defendunt, & prædicant. Vox illa apud S. Ambroſium adhuc clamans auditur S. Pelagiæ virginis Antiochenæ eadem neceſſitate conſtrictæ, ut virginitatis diſpendium pateretur (a): *Moriamur ſcilicet, vel ſi nolunt licere, moriamur, Deus remedio non offenditur, & facinus fides abluit.* Fecit illa quod dixit, & ſorores idipſum facere perſuaſit. Prætermittimus relegere ſingulas in diverſis totius orbis Eccleſiis, quæ ſimili animi fortitudine, ſimilique facto conciliaverunt ſibi coronam martyrii. Sed cum vix paucas ſpicas ex diverſis colligere liceat: ex fertili tamen agro Martyrum ipſa nobili, fœcunda Martyribus Eccleſia Anglicana amplam meſſem in tanto examine es nactus ſanctarum virginum; quæ tunc inſtar apum monaſterii alveari contentæ, jam cœlo cum ſponſo duplici inſignitæ corona lætantur.

(a) *Ambr. de virg. l. 3.*

XLII. S. Eadmundi Regis martyrium.

Eodem anno, eadem quoque perſecutione urgente, eorumdem Danorum, ſævitia contigit crudeliſſima affici nece S. Eadmundum Angliæ Regem, eademque illuſtrari corona martyrii miraculorum multiplicium fulgore nitente. De quo, præter alia multa iiſdem Annalibus prædicata, habentur hæc de martyrio: *Sanctus quoque Eadmundus cum ſe ab hoſtibus undique vallatum cognoſceret, de conſilio Humberti Helmhamenſis Epiſcopi confugit ad Eccleſiam, ut ſe membrum Chriſti oſtenderet. Et armis temporalibus projectis, cœleſtia induit, humiliter Patrem, & Filium cum Spiritu ſancto deprecans, ut ſibi in paſſione conſtantiam largiretur. Igitur a miniſtris iniquitatis clementiſſimus Rex Eadmundus ab Eccleſia truculenter extrahitur, loris diriſſimis coarctatus. Et ſicut Chriſtus ante Pilatum præſidem, ita ducitur Eadmundus ante iniquum Ducem, cupiens ejus ſequi veſtigia, qui pro nobis immolatus eſt hoſtia. Quo jubente, ad arborem quamdam, quæ non multum aberat, ligatus diutiſſime flagellatur, multiſque modis illuditur: ſed invictus athleta Chriſti Eadmundus inter flagella ſemper Chriſtum invocando flebilibus vocibus, tortores ſuos compulit in furorem, & ad ipſum tunc arcubus, quaſi ad ſignum ludendo, totum corpus ejus telis confodiunt & ſagittis. Nec erat locus in corpore Martyris vacuus, cui novum poſſet imprimi vulnus. Nam ſicut ericius in cute denſis armatur ſpinis, ita corpus invicti Regis ſpiculis conficitur ſagittarum. Cum nec ſit Hinguar carnifex truculentus ſanctum martyrem Eadmundum a Fide Chriſti, & confeſſione Trinitatis potuit ſeparare, ut ſuis iniquis perſuaſionibus præberet aſſenſum: protinus lictori mandat, ut enſe cruento Martyris caput præcidat. At lictor Sanctum de ſtipite truculenter avulſum inter verba orationis & confeſſionis Chriſti nominis unico ictu ipſum decapitando, xii. Kal. Decembris, gratiſſimum Deo holocauſtum igne paſſionis examinatum cum palma victoriæ & corona juſtitiæ tranſmiſit ad cœlum.* Et paulo inferius.

XLIII. Martyrium Humberti Epiſcopi.

*Paſſus eſt autem cum ſanctiſſimo Rege Eadmundo Humbertus Helmhamenſis Antiſtes, qui Regem eumdem in Regni faſtigium ſublimaverat, & conſtantia invicti Regis ad martyrium animatus, cum ipſo eſt Regni cœleſtis poſſeſſor effectus.* Subiicit his de admiranda capitis Regis inventione & miraculis, quæ tunc fieri contigerunt, atque demum exacta temporis chronologia rem tantam ſic teſtatam reliquit: *Paſſus eſt autem Rex & martyr Eadmundus anno gratiæ octingenteſimo ſeptuageſimo, Regni vero ſui anno decimoſexto, duodecimo Kalendarum*

PAGIUS

tes immiſſo igne Monaſteriorum incenderunt. Everſa & alia monaſteria, præſertimque *Elienſe* a *Sancta Etheldrita* Regina & poſtea Abbatiſſa fundatum, omnibus tam Virginibus, quam Viris in eo inventis crudeliter occiſis, ut fuſe idem Ingulphus refert, & ex eo Baronius anno DCCCLXXIV. num. IV. anno ſcilicet non ſuo. De Monaſterii Elienſis combuſtione pluribus agit Thomas Elienſis Monachus in hujus ſanctæ Reginæ Vita cap. 40. Sæc. II. Benedictino recitata. Alfordus hoc Chriſti anno agit de ſanctis Monachi, qui in hæc Normannorum perſecutione hoc anno Martyrium paſſi ſunt. Bollandus vero ad diem IV. menſis Martii exhibet Martyrium plurium aliorum Sanctorum in Maia Scotiæ inſula hoc anno a Normannis necatorum. Porro in editione Ingulphi curata a Savilio anno MDCI. annus Incarnationis, quo Monaſterium Sancti *Guthlaci* in Marcia poſitum incendio periit, non exprimitur; in editione vero quam ſecutus eſt Henſchenius ad diem XI. Aprilis quo idem Sanctus colitur, pag. 52. col. 2. dicitur id factum anno DCCCLXXI. Verum in editione Scriptorum Veterum Rerum Anglicarum nuper Oxoniæ facta, qua utimur, annus Incarnat. DCCCLXX. diſerte notatur. Ingulpho ſuffragatur Thomas Elienſis Monachus citatus cap. 41. qui narrato excidio monaſterii Elienſis ſubdit: *Hæc geſta ſunt anno dominicæ Incarnat. DCCCLXX. centeſimo autem & nonageſimo ſexto, ex quo beata Ethelreda in Ely fa-*



*rum Decembrium, feria ſecunda, Indictione * ſexta, luna exiſtente vigeſima ſecunda.* Hic finis rerum Occidentalium anni hujus.

* Ind. IV.

XLIV. Quod ad res pertinet Orientalis Eccleſiæ, præter illa, quæ ad Octavam Synodum ſpectare viſa ſunt, anno ſuperiori recitata, ne quæ eſſent unius Synodi partitio importuna ſuccideret: hoc eodem anno Metrophanes, qui inſigni orthodoxia ſpectatus, & cujus ſumma eſt laus in ſingulis Octavæ Synodi Actionibus, quique cæteris Orientis Epiſcopis præſtare videretur, doctrina atque virtutibus, rogatus a Manuele Patricio & Tabellariorum præfecto, ut totius cauſæ Photii res geſtas hiſtoria brevi conſcriberet: annuit libenter, quod & præſtitit diligenter; brevitate cuncta perſtringens, ſummaque fide proſequens, quod conatus eſt feliciter conſecutus una epiſtola, quam nunquam hactenus Latinam viſam, a noſtro Metio fido interprete primum Latinam redditam hic tibi ex eodem citato ſæpius Græco codice, ſuo opportuno loco cudendam putavimus Anacephaleoſin rerum geſtarum, in qua uno aſpicias intuitu plurium annorum rerum geſtarum ſeriem, ſed & ab aliis prætermiſſa invenias diligenter expreſſa. Sic enim ſe habet (a):

(a) *In Codic. poſt Octav. Synod.*

*Metrophanes Metropolitanus Smyrnæ Emmanueli Patricio Tabellariorum præfecto.*

XLV. Metrophanis epiſtol. hiſtorica de rebus Photii.

*Cum tuæ dilectioni, magnificentiſſime vir, nihil comparandum judicemus, ideo tuæ annuentes petitioni, hæc ſcribimus, ab initio uſque ad finem legibus & Canonibus damnatum Photium exiſtere. Primum quidem, quod cum adhuc laicus eſſet, fuit excommunicatus. Deinde quod propter varias & diverſas ſuas iniquitates ſibi metuens, adductus eſt, ut a ſingulis Epiſcopis & magiſtratibus ſuis, ipſorum manibus ſcripta chirographa pro ſui defenſione habenda curaret. Adde quod ſchiſmatis & auctor fuit. De his vero, qui ſchiſmatis ſunt auctores, quæcumque Canones dicunt, ipſe videris. Tot igitur Eccleſiaſticis legibus aperte excommunicatus & anathemati obnoxius eſt Photius.* Hæc ſunt Photii, antequam ipſam Conſtantinopolitanam ſedem invaſerit: quæ autem poſtea ſunt ſecuta ſic ſubdit, incipiens ab Ignatii Patriarchæ ab eo facta eiectione, cum ipſe ejus ſedem invaſit:



*Cum vero ita res ſe haberet, adhuc ſuperſtite Ignatio, tamquam adulter, Eccleſiam Conſtantinopolitanam invaſit, quamvis Epiſcoporum ſuffragiis non fuiſſet electus juxta Eccleſiæ Canones & ſtatuta, ſed ab eo, qui Imperii particeps erat (Bardas hic dicebatur) adiutus.*

*Quapropter Epiſcopi communi omnium ſententia cum Photium excommunicaſſent: tres alios elegerunt, & multis diebus in hac electione & ſententia perſtiterunt. Deinde vero omnes fere paulatim defecerunt exceptis quinque, inter quos ipſe fui.* Hæc eo tempore cum depoſito Ignatio, ſeipſum Photius in ſedem intruſit, cum hi tantum quinque, cæteris ad eum deficientibus, eidem fortiter reſtitiſſent. Pergit Metrophanes: *Atque cum primum vidimus univerſam Epiſcoporum multitudinem corruptam, operæpretium fore duximus, noſtra etiam manuſcripta aſſenſione Photium noſtræ Chriſti Eccleſiæ filium declarare, & ſanctiſſimi ejus præſulis Ignatii ſocium & collegam, ut hoc pacto Bardæ edicta nullo modo refragari deprehenderentur. Edixerat enim ille, ut noſtræ Chriſti Eccleſiæ Patriarcham conſtitueremus, licet coram nobis ſua ſcripſerit manu, ſe Ignatium ab omni culpa immunem Patriarcham exiſtimare; nec umquam adverſus illum aliquid ſe dicturum. Si quis vero dicat, Photium fuiſſe admiſſum Patriarchæ collegam: admiſſus certe fuit Photius a nobis tamen invitis, vi quidem, atque ejus qui imperabat imperio. Qui paulo poſt quod ſua manu chirographum ſcripſerat, ipſe etiam delevit, & Ignatium depoſuit, quando coram univerſo Epiſcoporum cœtu Conſtantinopolitanæ provinciæ ipſe anathemate fuit damnatus, & depoſitus, & ſegregatus a Patre, & Filio, & Spiritu ſancto declaratus.* Iſta facta ſunt, cum Photius non admitteret Ignatium in throno collegam, excogitatum tale remedium ob pacem Eccleſiæ. Pergit: XLVI.

*Cum vero omnes Epiſcopi ita conveniſſent, & ſimul decreviſſent, ac ſeipſos anathemate obſtrinxiſſent, ſiquis aliquando* XLVII.

E e

PAGIUS

*facta eſt Abbatiſſa*, ubi annum ultimum, quia incompletum excludit; jam enim cap. 15. dixerat, monaſterium Elienſe *anno ab Incarnatione DCLXXIII. Etheldredam* ædificare incœpiſſe & Sanctum *VVilfridum* ſtatim advolaſſe, eamque in Abbatiſſam conſecraſſe. Eamdem monaſteriorum ſubverſionem & S. Eadmundi necem huic anno illigat novus Chronographus Saxo nuper Oxonii publicatus.

XX. A num. XLIV. ad LXIII. Epiſtola *Metrophanis* Smyrnenſium in Jonia Metropolitani ad Manuelem Patricium data in qua res a *Photio* ab anno DCCCLVII. uſque ad currentem adverſus *Sanctum Ignatium* geſtas commemorat, extat in Actis Græcis Concilii Oecumenici VIII. In ea narrat Metrophanes ſe poſt Concilium in æde SS. Apoſtolorum a Photianis habitum miſſum fuiſſe cum Ignatio Mitylenem in exilium. *Metrophanes* filius erat mulieris illius, quæ *Methodium* Patriarcham Conſtantinopolitanum ſtupri accuſavit, ut refert Baronius anno DCCCXLIII. numer. I. & ſeqq.

*Metrophanes geſta a Photio ſcribit.*

ex

*do Photium eſſe Patriarcham fateretur, & propterea quadraginta diebus in ſancta beatæ Irenes Eccleſia eſſent congregati: Photius Bardæ prædicti auxilio nixus, Synodum in Eccleſia ſanctorum Apoſtolorum congregat, & iterum Ignatium deponit, & anathemate damnat. Quo etiam tempore nos ejus iniquitatem coram arguimus, & hac de cauſa in illo conciliabulo iniquiſſimam depoſitionem nos itidem paſſi ſumus, & in fœtidiſſimum carcerem apud Numeros multis diebus fuimus conjecti atque detruſi. Nobiſcum etiam fuit ipſe Patriarcha Ignatius ferreis vinculis devinctus & cuſtoditus, & alii præterea multi in Prætorii carcere, qui deinde illinc educti, in exilium miſſi ſunt. Patriarcha quidem Mitylenem, reliqui vero alii alio.*

XLVIII. *Photius interea ſeparatim ad beatiſſimum Papam Nicolaum quatuor Metropolitas Romam miſit, & per eos illi omnia ſignificavit, quæ ad Ignatii damnationem faciebant. Divinus autem ille Pontifex, quamvis nullam noſtrarum partium accepiſſet excuſationem & defenſionem, cum nobis per adverſarios id facere minime licuiſſet: congregata nihilominus Occidentalium Epiſcoporum Synodo, ex iſtiuſmet Photii litteris illum reprobavit, & condemnavit, laicum & ſæcularem hominem ipſum appellando. Quo etiam tempore Zachariam & Rodoaldum Epiſcopos miſit, ut Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ res & negotia viſitarent; & primum quidem Photium deponerent, deinde vero Ignatium Patriarcham reſtituerent; & ſi quis eſſet, qui illum accuſaret, audirent quæ ipſi obiicerentur, & illa Pontifici ſignificarent. At illi cum Conſtantinopolim veniſſent, & epiſtolas Imperatori & Photio dediſſent, octo menſibus inſtare & ingerere non deſtiterunt, ut ea, quæ ſibi fuerant mandata, peragerent. Quod cum illi facere minus potuiſſent, ſed potius muneribus corrupti fuiſſent: nullo habito judicio, inique Patriarcham Ignatium depoſuerunt, & Photium confirmaverunt adverſus Ignatium, Photio ipſo eam accuſationem producente, quod abſque ſuffragiis videlicet eſſet electus, quæ contra Photium potius conveniebat, cum ſola Principum manu, & imperio in eum gradum acceptus eſſet, nullis Epiſcoporum ſuffragiis, quin potius præter eorum ſententiam, quod non poterat, niſi falſo dici de Ignatio. Hos autem Legatos Romam reverſos Nicolaus ſanctiſſimus depoſuit, cum diligenter, per ſe ſciviſſet, quæcumque illi præter ſuam feciſſent ſententiam, & Synodo non parva congregata, Photium anathemate damnavit, non ſolum quia ſynodicam ſuam ſententiam & decretum fuerat transgreſſus, quod ipſe ſponte ſua receperat, verumetiam quia Legatos deceperat.*

*Cum vero Photius adhuc in ſua pravitate permaneret, didicit, quod Legati Papæ, cum in Bulgariam veniſſent, ſacrum ipſius Photii chriſmatis unguentum reprobarunt, & omnes eos, qui præerant, quive ſubiiciebantur in Bulgarorum regione, iterum ſacro unxerunt unguento. Furore quodam percitus propterea Photius œcumenicam ſynodum finxit, & compoſuit, & duos Imperatores, qui tunc rerum potiebantur, Michaelem ſcilicet & Baſilium noſtrum erronee & ſimulate Synodo præſidere conſtituit, Legator etiam trium Orientalium ſedium Patriarchalium, & univerſam Senatorum multitudinem, & provinciæ Epiſcopos, & accuſatores inſtituit, qui querelas proponerent, & res male geſtas a Papa Nicolao prædicarent, & deplorarent; atque ut ſynodale judicium promulgaretur, expoſcerent. Teſtes adhibuit, qui accuſationes & querelas confirmarent: ipſe vero Photius quaſi partes Nicolai tuendas ſuſciperet, & benevolentiam quamdam erga Papam ſimularet, & quod videlicet non oporteret abſentem condemnari reſpondebat: rationes etiam adduxit, tamquam eorum eſſent præſulum, qui aſtabant ſibi refragantium adverſus Papam: quibus tamdem quaſi victus Photius, querelas admiſit, & quæſtionem ac judicium introduxit, & Papam ipſum pro ſexcentis falſis criminibus poſtremo condemnat, illumque una cum ipſis, qui cum eo communicabant, anathemate damnat, ſubſcriptiones ſimulans eorum omnium, qui ibi juxta ſuum ingenium fuerant congre-* XLIX.

*gati,*

PAGIUS ex Curopalate, cui Cedrenus conſentit; ſed culpa matris in filium redundare non poteſt.

XXI. *Theophilactus fit primus Archiep. Bulgariæ.* Abſoluta pridie Kalendarum Martiarum Synodo Oecomenica VIII. *Bulgari per Orientales Conſtantinopolitanoſque donis & promiſſionibus perſuaſi*, inquit Guillelmus Biblioth. *Græcos Sacerdotes* recepere, & Romanos ejecere. De qua generali expulſione extat Hadriani II. Epiſtola ad Ignatium Patriarcham data, qua lamentatur omnes Latinos Epiſcopos & Clericos cum ignominia & contemptu e regione *Bulgarorum* expulſos eſſe, ut videre eſt apud Baronium anno ſequenti num. XV. Ignatius enim *Theophilactum* Bulgaris Archiepiſcopum hoc anno conſtituit. Eſt hic diverſus a Theophilacto Acridæ in Bulgaria Epiſcopo qui claruit anno circiter MLXXX. de cujus Operibus legendi Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſ. & Oudinus in ſuo Supplemento. Porphyrogenneta in Baſilio Macedone n. XCV. tacitis, quæ Latinos inter & Græcos de Bulgarorum regimine verſabantur controverſiis, in Baſilii avi gratiam ſcribit: *Ea gens* (ſcilicet Bulgarorum) *etſi antea ad pietatem tranſiiſſe viſa fuerat, & Chriſtianorum ritus rece-*

*piſſe;*



*gati, duorum ſcilicet Imperatorum, & Legatorum trium Orientalium Patriarcharum, & omnium Senatorum, monaſteriorumque Præpoſitorum & clericorum. Cum ita igitur ſimulaſſet, & finxiſſet proprias omnium ſubſcriptiones, Imperatorem * Doliechum & Ingelbergam Auguſtam celebravit, & ſummis laudibus exornavit in ſua ſimulata Synodo; epiſtolam etiam ad * Ingelberam ſcripſit encomiis refertam, dignam videlicet ipſam fuiſſe, ut ab Oecumenica Synodo inſtar Pulcheriæ illius Auguſtæ (ut ipſe putabat) proclamaretur, & præconio celebraretur. Rogabat etiam, quod tamdem effecit, ut ſuo marito Doliecho ſuaderet, ut Nicolaum Papam Roma pelleret, tamquam ab œcumenica & univerſali Synodo depoſitum, cujus exemplar ad illam cum muneribus etiam miſit.*

* Ludovicum

* Engelbergam

L. *Deus autem zelotes præveniens Baſilio noſtro a Deo cuſtodito Imperium eſt largitus, qui tale facinus interturbavit, & miſſum exemplar illius ſynodi in Aureo triclinio coram omnibus poſuit. Quod cum vidiſſent univerſi ſunt perterriti, tum Eccleſiaſtici, tum ſæculares omnes; & Photio publico interdixerunt edicto. Omnes enim affirmarunt ſe nihil eorum ſcire quæ ſcripta fuerunt. Hoc exemplar ad Hadrianum Papam Imperator Baſilius miſit. Quod cum ille vidiſſet, cum Occidentalibus Epiſcopis Concilium congregat, & quanam damnatione dignus foret Photius pro hujuſmodi figmentis, quærit, qui damnationem & depoſitionem hoc pacto præripuerat. Cum ergo Epiſcopi congregati aliquid novi excogitare vellent, nec illud facile invenirent, priorem condemnationem confirmandam decreverunt, mandantes præterea Photium nullo pacto amplius Chriſtianum fore dicendum. Et Legatos ad Imperatorem ſuper iis Pontifex miſit. Imperator autem Baſilius hos convocavit, dum in Eccleſia celeberrima ſanctæ Sophiæ præſiderent una cum aliis Legatis trium Orientalium ſedium Patriarchalium, & ita Synodum vere Oecumenicam fecerunt, & Octavam illam nuncupaverunt. In qua cum Photius ſæpius fuiſſet accerſitus, & ejus ſocii, ut ſi quid ad ſui defenſionem haberent, in medium afferrent: cum primum animadverterunt eos nihil dicere: edicto publico Photio interdixerunt, ne Chriſtianus amplius diceretur. Qui igitur a quinque Synodis juſtis de cauſis, & pro multis iniquitatibus fuit condemnatus, & diabolo per anathema traditus: dignum ne illum umquam judicares, ut Chriſtianus ullo pacto diceretur? vel ut ſacer Deo foret dicatus, ne dum ſupremum obtineret ſacerdotium?*

LI. Quoties damnatus Photius. *Primum enim depoſitus fuit, & anathemate damnatus ab Epiſcopis Conſtantinopolit. provinciæ, quando ſuum chirographum violavit & irritum fecit. Secundo a Romana Synodo, cum ad Papam Nicolaum ipſe ſcripſit. Tertio cum Rodoaldus, & Zacharias Roma ſunt reverſi: quo etiam tempore ipſi fuerunt depoſiti. Quarto a Synodo ab Hadriano Papa Romæ congregato. Et quinto ab Oecumenica Synodo Octava Conſtantinopoli habita. Hæc itaque magnificentiſſime, & ſapientiſſime vir in animi tui ærario depone ad tui cuſtodiam, & cautelam, vel potius portionem & ſortem, & cum Photio nulla tibi ſit, ullo pacto, communio.* Hucuſque Metrophanes. Antequam autem quæ ſunt reliqua Photii proſequamur, de Ignatio hæc dicenda.

LII. Bulgaris datur Primus Epiſcopus a Græcis. Ad hujus etiam anni res geſtas pertinet, quod Ignatius Patriarcha auxilio Baſilii Imp. una cum Legatis Bulgarorum, miſit in eam provinciam, tamquam ad Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ diœceſim pertinentem, creatum a ſe Epiſcopum una cum aliis clericis, quem nominatum fuiſſe Theophylactum affirmant. Verum Theophylactus ille Archiepiſcopus Bulgarorum, cujus extant in ſacrum Evangelium lucubrationes, & alia ſcriptorum monumenta, longe poſt hæc tempora claruit, tribus nimirum ab hoc ſæculis evolutis ſub Commenorum, & Ducarum familiæ Imperatoribus, ut quæ apud nos extant ejus epiſtolæ plures docent.



PAGIUS *piſſe; adhuc tamen in bono inſtabilis ac quaſi volatica erat, velut folium quod facile levi aura quatitur atque movetur. Crebris tamen Imperatoris hortamentis, ſplendidiſque acceptionibus ac cultu, nec non magnificis largitionibus ac muneribus, Archiepiſcopum recipere ſuadetur, nec plures in provincia creari Epiſcopos, iiſque conſtipari abnuit. Horum opera, eorumque quos ex montibus & cavernis terræ religioſiſſimos Monachos Imperator acciverat, inque eam meſſem deſtinarat, avitis moribus valere juſſis, in Chriſti ſagenam, quidquid Bulgaricæ gentis eſt, conceſſit.*

XXII. *Photius a Baſilio Imp. relegatur.* Interim *Photius* ab Imperatore Baſilio in exilium miſſus, eique qui a partibus ejus ſtabant. Ipſemet Photius in ſuis literis a Baronio num. LV. & ſeqq. recitatis, queritur, librorum ſolatium ſibi ademptum, quia ſcilicet Imperator viderat eum enormis ſui ſceleris minime pœnitere. Porphyrogennetus tamen in Vita Baſilii avi ſui num. XLIV. de hoc Imperatore ſcribit: Photium *quamquam Sede deturbarat, quod ſane nihil ſibi juſtitia cultu potius eſſe volebat, nihil tamen quod ſolanda viri fortunæ eſſet, omittebat. Unde etiam aſſignato ei in Regia habitaculo, liberorum ſuorum inſtitutorem, ac diſciplinis præfecerat.* Quod ſi verum eſt, factum id a Baſilio Imp. ante præſentem annum, vel ſaltem paulo ante S. Ignatii mortem.

Photius damnatus non acquieſcit.

Sed jam ad damnatum Photium redeamus: quem tantum abeſt, ut enormis ſceleris pœnituerit, ut potius ſe ad maledicta converterit, ipſam ſacroſanctam Synodum Oecumenicam, a qua juſtiſſimam ſententiam damnationis acceperat, blaſphemiis inceſſendo, ut apparet ex brevi iſta ipſius epiſtola ad unum ex ſuis Epiſcopis ſcripta:

*Photius Michaeli Metropolitæ Mitylene.*

LIII. *Quemadmodum diſcipulos Domini dum Judæorum conciliabulum Chriſto exoſum e ſua ſynagoga ejecit, ipſos eo magis Præceptori ſuo, & Domino junxit, & chariorem illis effecit: ita etiam nunc iſti Judæorum imitatores, qui nos Apoſtolorum æmulos e ſynagoga ejecerunt ſua; nos quidem divinis illis Apoſtolis divini Verbi ſpectatoribus magis conjunxerunt, & applicuerunt. Malorum enim communio, & conſortium perſpicaciorem reddidit & arctiorem tum vitæ, tum fidei conjunctionem: illi vero contra ſeipſos ab Apoſtolorum doctrina, & a noſtra recta fide, quinimmo a Chriſtianorum nomine & converſatione ſuam ipſorum ſortem miſere, & perdite omnino ſegregarunt, & ſe una cum Judæis præcipites dederunt, quos ſunt imitati, quod ad Chriſti necem & interitum pertinet.* Hactenus epiſtola a Metio in Latinum converſa.

LIV. Imperator mittit Photium in exilium.

Conſilium autem illud, & quidem rectum fuit Imperatoris, obſtinatiſſimum hominem a communi civium conſortio longe longius ablegare, quod viderit ipſum pollentem eloquio plurimum poſſe obeſſe tranquillo Reipublicæ ſtatui.

Quamobrem totus ad partes Photii minuendas Imperator incumbit: ipſum quidem in exilium damnat, ejuſdemque affines, amicos laceſſit, ab eo facta ſcinduntur: deportantur in exilium & alii complures; quin etiam conſecratæ ab eo Eccleſiæ profanantur & diruuntur, ſervique ejus atque ſectarii ad quæſtiones vocantur, & alia id genus adverſus eos committuntur: quæ idem ipſe brevi epiſtola ad Michaelem Prothoſpatarium data enumerat, quæ ſic ſe habet:

*Photius Michaeli Protoſpathario.*

LV. Photii exulantis querelæ.

*Corpus morbis, animus paſſionibus, tota vita obtrectationibus hominum afflicta defluit. Amicorum incommoda ſolicitant, ſervorum cruciatus, plagæ, captivitates, conſanguinei gravibus minis diſtracti, rerum neceſſariarum privationes, direptiones librorum, vaſtationes ſacrarum ædium, quas propitiatorium ſcimus, item pſallentium, legentium, in omnibus divinis miniſtrantium. In omnes domus acerbæ ſententiæ, & decreta, ne quiſquam appropinquet; ut ad nos veniat. Quid commemorem quotidianas quæſtiones, ac diſceptationes & judicia & damnationes, ubi nec ullus teſtis, nec judex, nec accuſator quidem non ſolum in nos, ſed etiam in amicos & cognatos & famulos, in omnes denique, in quos irruit meditatio, ſtudiumque, & excogitatio in perniciem noſtram? Quod ſi defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, hoc nec illorum ſententiæ eſt, nec noſtræ virtutis, ſed profundæ & excelſæ humanitatis Dei, ex qua ſola pendemus, & in qua ſalo hujus vitæ jactamur, tot tantiſque obruti fluctibus pro cognatis, pro amicis, pro famulis, pro pſallentibus, pro omni conſolatione humana. Quid? Milites, & cuſtodia, & Tribuni, & vicarii, & cohortes militares circumſident. Quomodo igitur anima tot malorum falcibus dirempta e corpore non erupit, & fugit? Hoc & nos in conſilii inopiam anxietatemque redigit.* Hactenus ad Michaelem epiſtola una ex illis, quas ab Aloiſio digno Epiſcopo Bellunenſi Græce ſcriptas accepimus, quas Petrus Morinus noſter Latinitate donavit. Tunc idem Photius ad Taraſium fratrem his verbis:

LVI. *Calamitatis vigor nunc eſt, ac malum gliſcit, nec ullum eſt præter Deum ac illam ſpem, ſolatium. Inſidiæ vero, & minæ & terrores leviora oſtendunt, quæ antea experti ſumus. Quis horum finis? mors fortaſſe, quam ipſi in nos parturiunt, vel eos ab ulciſcendo ac puniendo, vel nos ab ærumnis abducens.* Huc uſque Photii malis obruti ad fratrem epiſtola. Eodemque argumento ita æque breviter ad Joannem Epiſcopum Heracleæ eadem cauſa pariter condemnatum:

*Lamentaris tuas res, quod ignores noſtras. Quod ſi ea, quæ perpetimur, ſcires, quæque certamina, quotidie ſubimus: deſineres puto tuas enumerare ac deplorare calamitates. Nam & ingentes tonitruum ſonos, poſtquam auribus majores fragores inciderint, ſine moleſtia, magis quam ante ferre aſſuevimus. Quid igitur facere oportet, niſi toleranter cum his, quæ acciderint, confligtari? accurate ſcientes, ſicut quidem divinæ ſacræque litteræ teſtificantur, quod hæc vita non eſt braviorum, ac præmiorum ſed certaminum, laborum, luctarum, honores & coronas & fruitionem illic quærere conſuevit: illic (niſi hoc dicere magnum eſt) Dei benignitate inveniemus.* Hæc ad Epiſcopum Heracleæ Photius, qui nec adeo patienter ſuorum querelas audiens, invidus etiam alienæ quietis, litteris ſuis perſtringit illos, qui eo perturbato tempore receſſiſſent in ſolitudinem, inertes & inutiles eos ſugillans, ut qui laborantibus nullo ſint adiumento; ſed audi eas:

*Photius Arſenio monacho & quietam vitam agenti.*



LVII. *Quid ſcribam? evanuit oratio, evanuit hominum virtus, evanuit etiam in Deum fiducia, & virorum illorum deſerta eſt jam vita, & inopia laborat, qui ſupernam providentiam ad hæc, quæ in terris aguntur, proſpicienda alliciant. Evanuit tamdem juſtitia, ſed quomodo id dicere valeam? Nollem enim hoc ipſum affirmare, quod ipſa dormit iniquitas. Etenim valde tumet, & legum neque divinarum, nec humanarum ulla eſt ratio. Homines vero, qui veterem illam virtutem ſectantur, quoſcumque vel vincula vel carceres non detinent, vel exilia, vel deportationes, in montibus ſeipſos abdentes, quaſi prætextu quodam hac communi calamitate utentes, ipſi quidem longiſſime ab hujus mundi tempeſtatibus abſunt, & nullum eorum, qui in ipſo naufragium patiuntur, & undis merguntur, curam habent. Nec enim manus ſuas ad Deum erigunt, ut ipſum placent, nec illud una cum Moſe loquuntur (a): Aut dimitte eis hanc noxam & quæ ſequuntur voces mirabilis charitatis & fiducia plenæ; neque ſolutionem malorum intolerabilium, quibus ipſorum cognati opprimuntur, a Deo poſtulant. Si autem ego mentior cum hæc affirmo: veſtrum erit me arguere, ſicut meum adduci, ut credam, & libenter errorem meum fatear, dummodo æterna ſequatur lætitia.* Hactenus Photii epiſtola a Metio Latinitati tradita.

(a) Exod. 32.

Si iſta in ſuos, in eos, inquam qui adhuc ab ejus partibus ſtarent: quæ putas in eos locutum, qui ab ipſo defeciſſent? Extat adhuc perbrevis ipſius epiſtola ad Archiepiſcopum Cæſareæ Paulum, cum jam ipſum Photium deſeruiſſet; quæ ſic ſe habet:

*Photius Paulo quondam Archiepiſcopo Cæſareæ in apoſtaſiam lapſo.*

LVIII. *Arcbadiam a me petis, diceret aliquis qui proverbiis & dicteriis delectatur, & valde merito. Ego vero tibi dabo non ea, quæ ex curru, ut fertur proverbio, neque illud Scytharum dictum; ſed potius quæ veritas dicere conſuevit. Quod ſcilicet malus fuiſti amicis, & divini dogmatis proditor, & tuæ confeſſionis hoſtis. Deinde quæris: Quanam de cauſa pii homines te ut impium averſentur, neque communi & conſueta ſalutatione te dignum ducant. Ob qualem te (ut par eſt) dicam? Metuunt non immerito, vel per ſalutationem tuis pravis operibus homines tecum communicare.* Hæc ejus animi odio turgentis indicia. Ex quibus ejuſdem perditiſſimi atque deploratiſſimi hominis ſtatum conſidera omnium deterrimum, utpote a pœnitentia, per quam offenſum numen conciliatur, remotiſſimum; ſiquidem ubi non eſt cognitio culpæ, ibi & pœnitentia deſperatur, ut qui non ſolum diceret: Non peccavi, ſed pati propter juſtitiam, ut Confeſſor, gloriaretur nefandus homo, quinquies, ut audiſti, excommunicatione mulctatus. Qui & eo veſaniæ devenit, ut Eccleſiam Dei dira perſecutione vexatam diceret, dum ipſe cum collegis improbis ab Eccleſia arceretur. Nam accipe, quæ ad Gregorium illum Syracuſanum Eccleſiæ peſtem olim Epiſcopum, jam ante a Benedicto Papa, deinde a Nicolao excommunicatum & depoſitum, atque ab Hadriano, & Octava Synodo anathemate iterato percuſſum, ingenti temeritate conſcripſerit; ſic enim ſe habet epiſtola:

Photius prorſus impœnitens.

LIX. Pro Eccleſia pati ſe ſimulat Photius.

*Quæ ad conſummationem Eccleſiæ Dei, veſtra ſacerdotalis agit ſanctitas, in his mediocritas noſtra jampridem atque ab initio vobiſcum ſentit. Itaque non indigetis de his aſſidua commonefactione, maxime vero nunc cum clarius quavis voce & perfectius nos invicem de rebus noſtris edocent, inque unam eamdemque adducunt ſententiam, tum communis ob Chriſtum perſecutio, tum communia atque inaudita, & omnibus ſæculis inenarrabilia mala, in quibus decertare propter Dominicorum mandatorum conſervationem, & cuſtodiam nobis præcipitur. Intende igitur, & proſpere procede, manus imponens, & ſacra perficiens, gregem Chriſti augens ac multiplicans, veneranda templa extruens, & conſecrans, præſertim his temporibus, in quibus & ſacerdotes, & ſacerdotium ex parte quidem illorum ter infidelium conticuit, atque ex hominibus ſublatum eſt. Solitudo & vaſtitas Romanam Rempublicam occupat pro ſuperiore ordinis pulcritudine. Res Chriſtianorum a fundamentis ipſis everſæ ſunt. Quibus quis alius Jeremias digne ingemiſcat? quis ſuis lamentationibus poſſit tantæ ſolitudinis tragicæ explicare, & oſtendere magnitudinem? Sed hæc quidem etiam tacendo clamant. Tu vero mihi alioqui vale, & pro noſtra mediocritate ora.* Hæc Photius, dicens Eccleſiam redactam in ſolitudinem, eo quod omnes ſuæ partis Epiſcopi, plurimi numero, ceſſare ſint juſſi.

LX. Terræmotus concutit urbem Conſt.

Sed quid accidit? Cum poſt ipſius exilium contigerit civitatem Conſtantinopolitanam gravi concuti terræmotu: inde ipſe aucupatus eſt occaſionem, qua de ſuo exilio gratias Deo agat, quaſi ob id eum permiſerit Deus exulare, ut ſicut innocens Loth ſubtractus ab Angelo incendio Sodomæ, ipſe a ruina ſubduceretur periclitantis civitatis. Nam audi quæ ad Gregorium diaconum, & Chartularium ſcribat:

*Si qua laudum, ſi qua gratiarum actio, jam ego ex tota anima dedico Deo, quod me talibus temporibus, hominibus præ-*

*præeſſe non conceſſit, nec oculis cladem incomparabilem & inceſſabilem videre, ubi ſepulchrum eſt, pro civitate Conſtantini ſolium, lamentatio vero pro pſalmodia non ſolum domos, ſed etiam Eccleſias tenet: illis quidem totis ad ſolum uſque everſis ſpectaculum miſerabile, & ad enarrandum fide majus; his vero ex magna parte dirutis; ut nullam vim & caſum majorem ſuperare potuerint; utque ipſa etiam terra intolerabili motu, & quaſſatione in multas partes crepuerit, & omnes a ſæculo civitatis clades magnitudine malorum vicerit. Non enim meos caſus tantum intueor, ut eos mea cura, & ſolicitudo reſpicit. Cum vero trepidare neceſſe erat, ob quæ ab aliis peccabatur, ac ob illorum calamitates amarius ingemiſcere ac timere, ne quando ob communia ſcelera, & flagitia, commune cum aliis ſupplicium, cum ipſis videremur præeſſe, una perferre damnaremur, quibus omnibus non humana quidem, ut exiſtimarunt, conſilta, ſed Deus gratia, & humanitate ſua nos liberavit.* Hactenus ad Gregorium diaconum: Reliqua autem de Photio anno ſequenti.

Quod adhuc inſuper ad res pertinet LXI.
Orientis, hoc eodem anno in Theophaniæ celebritate per Ignatium Patriarcham Baſilius alium filium ſuum minorem natu, Leonem nomine, Imperatorem coronari voluit. Teſtatur id qui præſens aderat Anaſtaſius Bibliothecarius in ſuis Notis ad Octavam Synodum. His conſentientia teſtatur Curopalates in Baſilio; idemque addit, tertium Baſilii filium, nomine Alexandrum a patre creatum fuiſſe Cæſarem, quartum vero natu minimum, dictum Stephanum Deo dicatum eſſe, mancipatumque divinis officiis; quatuor vero filias in monaſterio conſecratas Deo virgines claruiſſe pietate. Porro tam patris, quam duorum filiorum Auguſtorum imaginibus cuſum numiſma rudi Minerva, Græcolatinis characteribus corruptiſſime fuſum, nominibus eorum expreſſis, hic tibi reddimus:

Eo-

PAGIUS XXIII. *Familia Baſilii Imp.*
Ad num. LXI. Anaſtaſius in ſcholio ad Act. VIII. Conc. VIII. General. notat, *Leonem* filium Baſilii Imp. *in ipſis Theophaniis* coronatum eſſe Imperatorem *a Vicariis* (nempe Pontificis Rom.) *& Ignatio*. Inde factum, ut in acclamationibus ejuſdem Actionis legatur *Multos annos Imperatorum Baſilii, Conſtantini & Leonis*. Idem obſervat Curopalates pag. 569. *Leo* vero patri in Imperium ſucceſſit, quia *Conſtantinus* ejus frater jam obierat. [1] Porro Baſilio duæ conjuges fuere, *Maria & Eudocia*; ex priori nullam prolem ſuſcepit, ex poſteriori *Conſtantinum, Leonem* hunc, & *Alexandrum*, dictos ab eo Imperatores. Genuit & *Stephanum*, quem adhuc puerum Eccleſiaſtico ordini addixit, quique poſtea Patriarcha Conſtantinopolitanus fuit. *Filias totidem numero quot erant maſculi, in ſacro illuſtriſſimæ Martyris Euphemiæ monaſterio devovet*, inquit Porphyrogennetus laudatus num. XXXV. qui numer. LXXXVIII. narrat Baſilium Triclinium in Magno Palatio *Canurgium* appellatum excitaſſe, cujus pulchritudinem poſtquam deſcripſit, ait: *Sequitur alia venuſtas ex aureis teſſellulis, Imperatorem operis auctorem in throno ſedentem, uxoremque Eudociam, Regiis veſtimentis amictos ac coronis redimitos, oſtendens. Communes utriuſque liberi, ceu ſtellæ perlucidæ circa domum depicti, Auguſtalibus & ipſi veſtibus amicti, coroniſque ornati. Maſculi libros ferunt, divina continentes præcepta, quibus obſequi erudiebantur. Feminæ ipſæ quoque libros quoſdam tenere conſpiciuntur, in quibus divinarum legum argumenta deſcripta ſunt. Voluit forte artifex indicare, non ſolum maſculos, ſed & feminas ſacris literis eruditas eſſe, ac ſapientiæ divinæ participes. Licet enim ipſe generis auctor, caputque familiæ, haud prorſus initio erga literas propenſe animatus eſſet, ob vitæ aliam aliamque ſortem, caſuſque difficiles, omnem tamen ſobolem ſapientia imbui curavit. Atque, hoc etiam tacente Hiſtoria, per picturam voluit cernentibus conſpicuum eſſe.*

De priori Baſilii uxore nullam mentionem XXIV. *Baſilius Imp. nullos liberos ex priori cunjuge ſuſcepit.*
facit Porphyrogenneta; ſed de poſteriori n. XVI. hæc ſcribit: *Suo ipſe nutu Imperator Baſilium Accubitorem præficit: Patricii quoque collata dignitate, nuptumque data muliere, corporis forma & venuſtate atque pudore, inter omnes alias nobiles feminas fere principe, Ingeris filia, viri eo tempore apud omnes nobilitatis ac prudentiæ laude celeberrimi.* Sed Leo Grammaticus in Michaele Theophili filio Mariæ diſerte meminit, *Michael Baſilium cum uxore Maria divortium inire coegit, data ei Eudocia Ingerina, & Dominam germanamque coniugem habere juſſit. Erat quippe Imperatoris pellex, & ab eo ceu venuſtate præſtans dilecta.* Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis, loquens de Familia Baſilii Macedonis Imp. dixit *Conſtantinum* Baſilii filium primogenitum natum eſſe ex priore coniuge Maria, & in Familia Michaelis Theophili filii, ait hunc Imperatorem Conſtantinum ex Eudocia uxore ſuſcepiſſe, eamque in rem laudat Leonem Grammaticum pag. 472. ubi his ſcribit: *Conſtantinus Michaelis Imp. ex Eudoxia filius moritur ob cujus mortem Baſilius luctum egit plurimum.* At Ducangius duas in Eudocias unam confundit, & ex unico Conſtantino duos facit. Idem enim Leo pag. 457. de utra-

que

NOTÆ [1] AB hoc anno Imperii ſui epocham duxiſſe Leonem ſapientem optime animadvertit P. Cajetanus in ſuis notis ad Martyrium S. Procopii Epiſcopi Tauromenii Rerum Italicarum tom. I. part. II. fol. 269. In ea enim Hiſtoria legitur, Anno Imperii Leonis & Alexandri XXXIV. expugnatum fuiſſe Tauromenum. Id autem contigiſſe anno 903. ad eumdem annum notabimus. MANSI






LXII. *Legatio Petri Siculi ad Manichæos.*
Eodem anno, quo Leo acceſſit collega patri ac fratri in Imperio, Petrus Siculus (ut ipſe de ſe ſcribit in ſæpius citato libello) ad permutandos captivos functus eſt legatione in Tibricam regionem, ad Manichæos, qui jam Armeniam & partem minoris Aſiæ occuparant, Chriſtianamque religionem penitus labefactarant. Cujus rei occaſione ipſe de eorumdem Manichæorum progreſſibus hiſtoriam ſcripſit, in cujus fine perorans hæc habet: *Tibricam pervenimus regalis obſequii cauſa eo miſſi ad permutandos captivos magiſtratus, &c.* Scribit autem librum ad Archiepiſcopum Bulgariæ, cum accepiſſet eoſdem Manichæos adornare miſſionem in Bulgariam, ut gentem illam ſubverterent.

Rurſum quod ad res ſpectat Orien- LXIII. *De imagine Dei Genitricis Mariæ.*
tis, audi quæ hoc eodem anno de veneranda Dei Genitricis imagine tranſlata Damaſcum ſcribat Arnoldus Abbas Lubecenſis, qui vidit, cum peregrinatus eſt in Palæſtinam; ait enim: *Item a Damaſco ad tria millia eſt locus quidam in montibus ſitus, qui Saidaneida vo-*

PAGIUS
que Eudocia mentionem facit: *Noverat* (nempe Theodora Michaelis mater) *cum Eudocia Ingeris filia, Logotheta* (nempe Theoctiſto), *& Imperatrici propter impudicitiam vehementer exoſa familiaritatem contraxiſſe: eam ob rem Eudociam Decapolitæ filiam eidem matrimonio conjungit.* Utriuſque etiam Eudociæ verba facit idem Leo pag. 469. Symeon vero Logotheta pag. 446. ait Michaelem data Baſilio uxore Eudoxia Ingerina ſua concubina, Baſilium priorem uxorem Mariam ad ſuos remiſiſſe, & pag. 452. Baſilium poſtquam Michaelem Imp. occidit, Eudociam Ingerinam in Palatium induxiſſe, ac miſiſſe Joannem Præpoſitum, *qui Decapolitæ filiam ad parentes ſuos reduceret*, quod & Leo Grammaticus tradit. *Conſtantinus* itaque filius erat Michaelis & Ingerinæ, ſed *hominum vulgique opinione, Baſilii filius*, ut prodit idem Symeon Logotheta pag. 456. & Georgius Monachus pag. 546. iiſdem pene ac Symeon verbis. Zonaras autem in Michaele Theophili filio habet: *Baſilio filius Leo ex Eudocia naſcitur, qui Michaelis eſſe potius credebatur, quaſi prægnans fuiſſet Eudociæ Baſilio collocata.* Ubi tamen loco *Conſtantini* Leonem ponit, quem errorem hauſit ex Leone Grammatico, qui pag. 468. inquit: *Imperator Leo ex Michaele, & Eudocia Ingerina natus eſt, ſuperſtite adhuc Michaele prima menſis quarti die, Indictione decima quinta.* Imo Symeon Logotheta pag. 449. ſcribit: *menſe Septemb. indict. XV. natus eſt Conſtantinus ex Michaele Imp. & Eudocia Ingerina, cum adhuc Michael ſuperſtes eſſet.* Michael itaque Theophili filius nullos liberos reliquit, ut in morte ejus probavimus, & Baſilius Imp. nullos ex Maria priori conjuge ſuſcepit.

XXV. Cæterum ad majorem Familiæ *Baſilii* explicationem nobis hic refellendus error Symeonis Logothetæ in Annalibus, dum de Baſilio ſermonem habet. Symeon pag. 454. num. IV. ait: *Photius non baptizavit Stephanum filium Baſilii Imp.*
*Chriſti Natalis ſolemni die, pompa habita, baptizat Imperator per Photium, filium ſuum Stephanum, in magna Eccleſia.* Hoc enim procul a veritate alienum; cum ex jam dictis *Baſilius* poſtridie quam Imperium accepit, Mortuo jam Michaele, cum quo corregnarat, *Photium* in Monaſterium relegarit, & Stephanus poſt Conſtantinum, Leonem, & Alexandrum fratres ſuos in lucem prodierit anno quarto Imperii patris aut circiter, quo tempore Photius exulabat. Parum profecto hic Auctor de Baſilii Imp. familia edoctus erat; cum poſt narratum Stephani baptiſmum ſcribat: *Ejus Imperii* (ſc. Baſilii) *anno quinto, menſis Novembris die vigeſima tertia, natus eſt Alexander Imperator*; & tamen Alexander ante Stephanum in vitam proceſſit. Quare vix mihi perſuadere poſſum, Logothetam auctorem eſſe eorumdem Annalium; is enim anno circiter DCCCLXXX. imperante Baſilio lucis uſuram accepit, adhuc juvenis *Leoni* filio, qui patri ſucceſſit, amabilis evaſit, & anno circiter ætatis XXIV. ejus Protoſecretarius fuit, ut ſuo loco oſtendam. Viderat itaque Stephanum, & Alexandro imperante Conſtantinopoli, ubi natus erat, vixit. Quomodo igitur eum latere potuit, *Alexandrum* Stephano natu majorem fuiſſe, huncque a S. Ignatio Patriarcha non vero a Photio ſacro lavacro tinctum? Adhæc quomodo Symeon Logotheta, Vir conſummatæ virtutis, *adulta prudentia & multarum rerum experientia celebris*, ut prodit Cameniata in Libello de Excidio Theſſalonicenſi n. XII. qui eum viderat, n. IV. Vitæ Baſilii Imp. ſcribere potuiſſet: *Photius Patriar-*

*chas*

*vocatur, & a Chriſtianis inhabitatur. Et eſt ibi Eccleſia in rure ſita, & in honore glorioſæ Virginis dedicata, in qua moniales virgines duodecim, & monachi octo aſſidue Deo ſerviunt & B. Virgini. In qua Eccleſia vidi tabulam ligneam ad menſuram unius ulnæ longam, & latam ad modum dimidiæ ulnæ retro altare in muro Sanctuarii in feneſtræ poſitam, & ferro laquealiter cancellatim firmatam. In qua tabula effigies beatæ Virginis aliquando depicta fuit, ſed nunc*

PAGIUS

*eha, Imperatore ad Eccleſiam veniente, ac eum ſacra myſteria percepturus eſſet, Latronem eum & parricidum, ac divina eum indignum Communione dicere;* cum ipſe Conſtantinopoli vivens ignorare non potuerit commentum illud a Schiſmaticis & Photianis excogitatum ſparſumque fuiſſe ad invidiam Baſilio Imp. conflandam, eique infamiam creandam. Mitto alia in eiſdem Annalibus tam de Baſilio, quam de Leone ejus filio narrata, quæ eos Simeoni Logothetæ adjudicandos oſtendunt. Sed redeo ad batiſmum Stephani. Photius in Epiſtola XCVII. ad Baſilium Imp. data de exilio ſuo conquerens ait: *Audi humaniſſime Imperator, non ego nunc allego veterem amicitiam; non tremenda Juramenta & ſtipulationes initas, non unctionem & manuum impoſitionem Regiam; non quod manibus noſtris ſubditus, ſacramentorum illorum reverendorum & immaculatorum fuiſti particeps factus; non illud vinculum, quod nos filii optimæ ſpei adoptio copulavit.* Quibus verbis intelligimus, *Photium* patrem luſtricum fuiſſe alicujus ex pueris Baſilii Imp. antequam ſolus imperaret nati, ideoque vel Conſtantini vel Leonis, cum ille anno DCCCLXVI. hic anno inſequenti in lucem prodierit.

XXVI. *Notkerus Martyrologium ſuum edit.*

Hoc circiter tempore B. *Notkerus* Balbulus Monachus San-Gallenſis in Helvetia compoſuit ſuum *Martyrologium*, ab Henrico Caniſio Tom. VI. Antiq. Lect. publicatum, in quo ad X. Kalendas Junii de Sancto Deſiderio Epiſcopo Viennenſi ſcribit: *De quo, quia Venerabilis Pater Ado, ejuſdem Eccleſiæ noſtra ætate Pontifex, utpote in præſentia poſito & ob id ſuis in cunctis notiſſimo, aliquid ſpeciale dicere ſuperfluum exiſtimavit in ſuo ſcilicet Martyrologio; nos juxta ſcriptum quod idem Apoſtolicus vir anno ab Incarnatione Domini DCCCLXX. Indictione III... cum Reliquiis ipſius Sancti Martyris Deſiderii, & aliorum Sanctorum pignoribus atque agonibus, nobis in cœnobio B. Galli conſtitutis direxit, pauca de eo ſummatim attingentes, earumdem rerum ignaris inſinuare curavimus.* Uſus eſt Notkerus tam Martyrologiis Adonis & Rhabani, quam antiquioribus Martyrologiis MSS. propriiſque quorundam Sanctorum Actis. De eodem Notkero anno DCCCCXII. verba faciemus.

XXVII. *Anaſtaſius Biblioth. Synodum VIII. in Latinum vertit.*

Synodo Generali VIII. hoc anno abſoluta, Anaſtaſius Bibliothecarius Acta Romam detulit, & Hadriano II. præſentavit, qui ei commiſit, ut in linguam Latinam verteret, ut ipſemet in ſua ad eam Verſionem Præfatione his verbis docet: *Unde factum eſt, ut eiſdem loci ſervatoribus in prædones incidentibus, & codicem ipſum cum omnibus ſupellectilibus ſuis amittentibus, ego codicem, quem detuleram, Romam vexiſſe dignoſcerer, quem Sanctitas veſtra grato ſuſcipiens animo mihi ad transferendum in Latinam tradidit dictionem, ad quod opus ego idoneum me eſſe denegavi, licet in interpretandis ex archivo in Romanum ſermonem ſcripturis præſenti tempore quoddam conamen arripere nitar, & nonnulla jam ad ædificationem plurimorum, & præcipue veſtri deceſſoris hortatu interpretatus edidiſſe dignoſcar. Verum vicit juſſio tanti Pontificis, dum non deeſt obedientia prompti miniſtri.*

XXVIII. *Moritur S. Hunfridus Epiſc. Morinorum.*

Hoc anno Sanctus *Hunfridus* Epiſcopus Taruanenſis in Belgica Secunda, cum per multas tribulationes Eccleſiam illam rexiſſet, ad Dominum migravit. Joannes enim Iperius Auctor Chronicorum Sithienſium & ejuſdem Monaſterii Abbas tradit, *Carolum Calvum*, qui Hunfrido Abbatiam Sithienſem commiſerat, eamdem illi anno DCCCLXVI. cum dedecore abſtuliſſe, huncque poſt eam amotionem Morinorum Epiſcopum manſiſſe *tribus annis*, ſubditque: *& migrans ad Dominum ſucceſſorem ſibi reliquit Achardum A.D. DCCCLXVIIII. poſtquam Epiſcopatum tenuerat annis XV. Caroli Regis XXX.* Cum itaque Hunfridus anno DCCCLVI. proximo ſcilicet poſt mortem Folcuini ejus Deceſſoris ſanctitate conſpicui, Epiſcopus ordinatus fuerit, ut demonſtrant Bollandus ad diem VIII. Martii, & Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. ejus mors a currenti anno removeri non poteſt, & Iperius annum illum Incarnationis a Paſchate exorſus eſt: alioquin *Hunfridus* anno XV. non ſediſſet. Quare perperam Bollandus ejus obitum in annum ſequentem differt, quod inquit, in contraria ſententia dicendus eſſet *Sanctus Hunfridus* annum XV. vitæ incœpiſſe, nedum impleſſe. Verum levis hæc conjectura; cum mille exemplis conſtet, Hiſtoricos annos Epiſcoporum, Regum ac Imperatorum ſæpiſſime Julianos ac incompletos numerare. Præterquamquod anno inſequenti, non annus XXX. ſed XXXI. Caroli Regis in curſu erat. *Hunfridus* Monachus primum fuerat in Prumienſi monaſterio in diœceſi Trevirenſi ſito, creatuſque Epiſcopus Morinenſis Normannis Tarvanam vaſtantibus fugere coactus fuit, ut ſuo loco diximus. Aliquot poſt annos quam Epiſcopatum obtinuit, optione Cleri & populi, Monachorumque precibus Sithivenſis Abbas dictus eſt, retento ſimul Epiſcopatu. Sed ea Abbatia poſtea a Carolo Rege, Hilduino Canonico ſeculari data, uti mox diximus.

XXIX. *SS. Cyrillus & Methodius in Moravia fidem prædicant.*

In Annalibus Weingartenſibus ab anno DCCCXI. ad DCCCLXXVII. perductis, & a Mabillonio Tom. IV. Analect. publicatis, ad annum DCCCLXX. legitur: *Raſtizius Dux* (ſc. Moraviæ) *a Ludovico Rege* (nempe Germaniæ); *& Soltanus ab Imperatore* (ſc. Ludovico II) *captus eſt.* Idem prorſus habent breves Annales Sancti Galli a Ducheſnio Tom. II. editi, niſi quod, loco *Soltani*, rectius in iis legitur, *Soldanus*. Hæc duo ſigillatim explicanda. *Reſtitium VVinidorum* (ſc. Moravorum) *Regulum a Carolomanno per dolum nepotis ipſius Reſtitii captum, & aliquandiu in cuſtodia detentum, poſt judicium mortis excæcari, & in monaſterium mitti præcepit*, inquit hoc anno Annaliſta Bertinianus de Ludovico Germaniæ Rege, verba faciens, quod & narrat Annaliſta Fuldenſis, uterque inſinuans pœnam mortis in mitiorem a Ludovico Rege, cujus beneficiarii erant Moraviæ Duces, ſæpe Reges appellati, commutatam fuiſſe. *Raſtizii* ſeu *Reſtitii* nepos aliquando *Zventibaldus* aliquando *Sfentopulcrus*, vel *Svvaduplук* vocatus reperitur ut infra demonſtrabo. Reſtitius ſeu *Raſtilaus*, ut in prio-



*nunc (quod dictu mirabile eſt) pictura ſuper lignum eſt incarnata, & oleum odoriferum ſuper odorem balſami inceſſanter ex ea manat. De quo oleo multi Chriſtiani, Sarraceni, & Judæi de diverſis languoribus ſæpe liberantur. Et nota, quod oleum illud nunquam imminuitur, quantumcumque inde accipiatur. Nec prædicta tabula a quoquam tangi audetur, videri autem omnibus hominibus conceditur. Oleum vero illud a Chriſtiano religioſe conſervatur, augmentatur, & cum pro quocumque cum devotione & fide ſincera ſumptum fuerit, pro honore Sanctæ Virginis, * commiſſiſque ſolemnitatibus, indubitanter impetrabitur. Ad hunc locum in Aſſumptione & die glorioſæ Nativitatis ſuæ omnes Sara-*



PAGIUS

priori Vita SS. Cyrilli & Methodii ab Henſchenio ad diem IX. menſis Martii relata, nuncupatur, obtinuerat a Michaele Imp. Theophili filio *Cyrillum*, Conſtantinum Philoſophum appellatum, & *Methodium* fratrem ejus, ut in Moravia Evangelium prædicarent, rurſumque illuc miſſus fuerat Methodius Moravorum Archiepiſcopus ab Hadriano II. conſecratus. Ibi Methodius, ut dicitur in ſecunda utriuſque Sancti Vita, quæ ibidem extat, ſumma cura Eccleſiam ſibi commiſſam rexerat: *poſtquam vero*, inquit Auctor Anonymus poſterioris Vitæ, [1] *devotus Rex naturali fuiſſet morte præventus, & Svvadopluk* ſeu Zventibaldus) *regnum Moraviæ gubernaret, ſua feritate inflatus, faſtu arrogantiæ cum miniſtris ſatanæ, doctrinam viri Dei vanam fore aſſerebant, & eos, quos una cum eis erroneos evocaverat ad viam veritatis, ſalutis & gratiæ, laborabant exterminare.* Quapropter Methodius in Swodopluk excommunicationis fulminavit ſententiam. *Quo facto Romam adire volens, beatumque Cyrillum ſecum ducere* (nempe Roma in Moraviam), *ſed* invenit *eum mortuum*. Paulo poſt: *poſt hoc Svvadopluk pœnitentia ductus ſuper his, quæ viro ſancto injuſte intulerat, &c. vir Dei gregem ſuum reviſere properat*, nempe circa currentem Chriſti annum.

XXX. *Mortuo Cyrillo Methodius in Moraviam redit.*

In Moraviam redux auxilium in omnibus præſtante Principe, novellam illam Eccleſiam valde amplificavit. Æneas Silvius in Hiſtoria Bohemorum cap. 13. & Henſchenius loco citato unicum *Zventibaldum* ſeu *Svatopluk* in duos partiuntur, quorum primus indignis modis Sanctum Methodium exagitarit, aliuſque qui eidem ſemper faverit. Verum *Svvadopluk* aut *Svventibaldus*, qui hoc anno avunculo in Moravorum Principatum ſucceſſit, an. DCCCXCIII. adhuc in vivis fuit, ut ex dicendis intra certo conſtabit. Præterquamquod Auctor poſterioris ejus Vitæ de Swadopluk diſerte ait, eum *pœnitentia* ductum, *errata* poſtea emendaſſe, quod & eundem Principem præſtitiſſe, Methodioque omnem operam ſuam poſtea impendiſſe, idem Anonymus ſtatim aſſerit. Porro *Sivvadopluk* ante mortem Hadriani II. Virum Dei vexaſſe, huncque Romam ad Pontificem, poſtquam excommunicationis ſententiam in ſuperbum Principem fulminavit, veniſſe, demonſtrat Auctor poſterioris Cyrilli & Methodii Vitæ, cum ait: *Poſtquam devotus Rex fuiſſet naturali morte præventus*, nempe Raſtizius, Svvadopluk *cum miniſtris ſatanæ* conatum eſſe exterminare eos, quos Methodius ad viam veritatis revocarat. Subdit idem Auctor *Methodium* cum Romæ fuit, inveniſſe *Cyrillum* fratrem eſſe

NOTÆ

[1] Secundæ Vitæ SS. Cyrilli & Methodii authorem fidei eſſe ſubleſtæ, & falſa veris, dubia certis ac denique parachroniſmos admiſcere, penes me exploratum eſt, idque non uno argumento probo. Primo enim Methodium poſt primum adventum ſuum Romam cum Cyrillo ſeu Conſtantino fratre in Moraviam iterum rediiſſe, eoque adhuc abſente eundem Cyrillum obiiſſe, ſtatuit. Id autem repugnare videtur authori ſincero Vitæ prioris, qui narrata Cyrilli morte ſtatim ſubdit. *Tunc ſupradictus frater ejus Methodius accedens ad Sanctum Pontificem &c.* tradi ſibi fratris ſui corpus (nondum ſepulturæ datum, quantum ex ſerie narrationis colligitur) rogavit, ut monitis parentis ſuæ obſequeretur, quæ abeuntes illos obſecraverat, ut ſi *aliquem ex illis obiiſſe contingeret, defunctum fratrem frater vivens ad monaſterium ſuum reduceret, & ibidem ſepeliret.* Annuit extemplo Pontifex, qui *clauſum diligenter corpus in locello marmoreo, & proprio ſigillo ſignatum poſt ſeptem* (a ſepultura illa) *dies dat &c.* Vix hæc cohæreant iis quæ ſecundæ Vitæ Author ſcribit de S. Methodio: *Romam adire volens, beatumque Cyrillum ſecum ducere, ſed inveniens eum mortuum &c.* Inſuper quomodo rogat Pontificem Methodius, ut fratris cadaver ſibi concedat *in monaſterium ſuum* (in patria ſitum) *transferendum* ut ait prioris Vitæ ſincerus Scriptor, ſi *Monachalem habitum* ſuſcepit non quidem antequam e Patria ſecederet, (ut innuere videtur ejuſdem prioris vitæ Author) ſed poſt adventum ſuum Romam, idque Romæ, quod ferre videtur ſecundæ Vitæ contextus? Addendum eſt pariter Regem Bulgarorum converti ad fidem non potuiſſe prædicationibus Cyrilli & Metodii, quod aſſerit Secundæ Vitæ Author; cum Rex ille anno 864. Chriſto nomen nondum dederit, ut in nota ad annum 866. 1. demonſtravimus; quo tempore ambo illi fratres Bulgariam jam dereliquerant, & inter Moravos agebant; tum Romam venerunt, ubi Cyrillus deceſſit? Demum ea quæ tradit ſecundæ vitæ Author de conceſſa SS. Fratribus a Pontifice Liturgia Sclavonica, vix ac ne vix quidem congruere poſſunt cum objurgatione facta Methodio a Joanne VIII. qui datis ad illum literis VIII. Kal. Julii Indict. XII. ſcripſit: *Audimus quod Miſſas cantes in barbara, hoc eſt in Sclavica lingua; unde jam literis noſtris . . . . . . . tibi directis prohibemus, ne in ea lingua ſacra miſſarum ſolemnia celebrares.* Ex his igitur ſatis demonſtratum arbitror, Authorem hunc Vitæ ſecundæ fidei eſſe ſuſpectæ, & imparem cui fides in ſtatuenda chronologia habeatur. Eo igitur exploſo, authori prioris vitæ unice adhærentes credimus Cyrillum Romam veniſſe paulo poſt obitum Nicolai, adeoque anno 867. exeunte vel 868. ineunte. Denique poſt quadraginta dies ibidem deceſſiſſe, quæ temporis ſupputatio ad XVI. Kal. Martias qua die Cyrillus deceſſit nos ducit. Eo defuncto Methodius in Moraviam perrexit, vel tunc primo, vel forte poſt priorem excurſum ſuum eo factum cum Cyrillo ſecundo. MANSI

*raceni illius provinciæ una cum Chriſtianis cauſa orandi confluunt. Et Saraceni cæremonialia illic ſua offerunt cum maxima devotione. Nota quod hæc tabula primo Conſtantinopoli facta, & depicta fuit. Tunc temporis quædam Abbatiſſa ſupradicti loci cauſa orationis Hieruſalem deſcenderat, & impetrata tabula a Patriarcha Hieroſolymitano, eam ſecum ad Eccleſiam ſibi commiſſam tranſportavit. Fuit autem hoc Incarnationis anno octingenteſimo ſeptuageſimo, ſed poſtea per multa tempora cœpit oleum ſacrum ex ea manare.* Hucuſque auctor; atque de rebus anni hujus jam ſatis.

An-

PAGIUS eſſe mortuum. Quare *Cyrilli* mors, ſicuti *Methodii* perſecutio contigit Hadriano II. Eccleſiam Romanam adminiſtrante, ideoque ante finem anni DCCCLXXII. quo Joannes VIII. ei in Pontificatum ſucceſſit. Diocleas quidem Presbyter in Regno Slavorum, editus a Joanne Lucio in calce Hiſtoriæ ſuæ de Regno Dalmatiæ & Croatiæ affirmat, Cyrilli nomen Conſtantino Philoſopho a Stephano Papa attributum fuiſſe. Utrum is ſcriptor, qui ſub finem ſæculi XI. vixit ſæpiſſime falſa veris permiſcet, & ex utraque horum Sanctorum Vita conſtat Cyrillum ad tempora Stephani Vulgo VI. appellati pervenire non potuiſſe.

XXXI. *Soldanus in poteſtatem Ludovici Aug. venit.* Quoad *Soldanum*, ſeu Seodanum, qui Italiam adeo dire afflixit, in poteſtatem Ludovici Imp. cum Bario, quod ſedes erat & receptaculum Saracenorum, venit, uti Chronographus S. Vincentii de Vulturno, Leo Oſtienſis aliique docent. In hoc tamen Hiſtorici Latini & Græci differunt, quod Leo Oſtienſis eum cum ſuis a Ludov. Imp. necatum fuiſſe tradat, Auctores vero Græci ſcribant, eum in cuſtodiam traductum; *Oppidum ipſum & ager omneſque captivi in Romanorum* (idest Græcorum) *poteſtatem cedunt ſuoſque regio cives ac colonos recipit. Rex Franciæ* (ſcilicet Ludovicus II. Aug.) *Soldanum illum ſubditoſque Saracenos, ſibi ipſe captivos ſumens, Capuam adduxit, cujus illa ditionis erat, ut & Beneventum* inquit Porphyrogenneta in Vita Baſilii Macedonis num. LV. Quibus verbis intelligimus, *Barium* communi fœdere inter utrumque Imperatorem inito obſeſſum, quod inde non minus Græcos, quam Latinos Saraceni vexarent & illud Græcis ceſſiſſe. Quoad Soldanum vero Latinorum opinio præferenda videtur. [1]

NOTÆ [1] Soldanus in poteſtatem Ludovici non quidem hoc anno, at ſequenti menſe Februario venit; qua de re dubitare nos non ſinit Andreas Presbyter Author coævus, de quo nos in Nota ad A. 817.XV. Ait enim ille in ſuo Chronico: *ſequenti menſe Februario* (nempe poſt victoriam de Saracenis relatam anno 870. die Natali Domini) *quinto expleto anno, quod Bari, obſeſſionem habebant* (Saraceni) *Dominus Imperator comprehendit Soldanum, & reliquos Saracenos ibi conſiſtentes interemit, anno vigeſimo primo* (abſoluto & vigeſimo ſecundo incœpto) *Indictione quarta.* Ex his intelligimus Barium anno 871. expugnatum, & Soldanum non quidem interfectum ſed captum fuiſſe. Hinc pariter erudimur. Saracenos ſemel captam Barim (habebant enim illam anno 852. ut ibidem ex Pagio conſtat) non ſemper tenuiſſe, ſed amiſſam iterum recepiſſe circa annum 866. quo ejus obſidio a Ludovico cœpta fuit. MANSI



I. *Legatio ad Rom. Pont. pro diſpenſatione.* Annus ſequitur Redemptoris Octingenteſimus ſeptuageſimus primus, quarta Indictione notatus, quo Ignatius Patriarcha, & Baſilius Imperator mittunt Romam ad Hadrianum Pontificem Theognoſtum Abbatem, petentes ut quæ in Synodo remanſerant indefinita, definiat: atque etiam poſtulantes ab eo diſpenſari in his, quæ in Octava Synodo ſtatuta fuerant, de non recipiendis promotis a Photio, vel qui ſubſcripſiſſent Photii Pſeudoſynodo contra Nicolaum Papam factæ. Cogit veritas etiam adverſantes, ut cognoſcatur in omnibus Eccleſiæ Romanæ primatus. Quod enim optime ſcirent omnes, in ſancitis ſacris Canonibus diſpenſare, tantum eſſe muneris primæ Sedis: ad eam recurrunt pro diſpenſatione Patriarchæ & Imperatoris. Legendæ ſunt litteræ utriuſque, Ignatii ſcilicet atque Baſilii, quibus videas cultum eidem Sedi ab illis impenſum, atque primum Ignatii, quæ ſic ſe habent: (*a*)

(*a*) *In fine Oct. 2. ſynod.*

*Per omnia ſanctiſſimo & ſacratiſſimo fratri & comminiſtro Hadriano beatiſſimo Papæ ſenioris Romæ, Ignatius a Deo miſericordiam conſecutus Archiepiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ in Domino ſalutem.*

II. *Lapis* (*b*) *qui de monte abſciſſus eſt ſine manibus, percuſſitque imaginem illam magnam, Imperium Regnorum omnium ſuper pedes teſteos ac ferreos, & ventilavit ea ut pulverem ab * area æſtiva, & factus eſt in montem magnum, & replevit univerſam terram propria magnitudine & gloria, Chriſtus videlicet, qui eſt ſolus infinitæ potentiæ Dominus Deus noſter, & olim quidem illuſtrem & perſpicuam operatus eſt magnam veſtram civitatem Romam per eos ſanctos lapides, qui ab Oriente ad eam devoluti ſunt, Petrum ajo & Paulum eximiam & principalem Apoſtolorum ſummitatem: ſed nihilominus & noſtris temporibus, quin potius & illuſtriorem & clariorem demonſtravit per eos, quibus in generatione noſtra pontificalia gubernacula commiſſa ſunt, ſanctos & pretioſos revera lapides, Nicolaum videlicet beatiſſimum, & fraternam ſanctitatem tuam. Qui quodammodo a quodam ſublimi loco contra injuſtitiæ & mendacii machinamenta demiſſi & devoluti uſque ad urbem noſtram per ſapientiſſimas Epiſtolas veſtras & ſanctiones; ſed & ſanctiſſimos & Deo amiciſſimos Loci ſervatores, contriviſtis omnes machinas & munimina adverſantium veritati. Et nunc pacificam conſtitutionem agentes per miſerationem & gratiam ejus qui vere Princeps pacis & pacificus eſt Chriſtus Deus noſter, & per diligentiam veſtram & excitationem, gratias agimus omnium bonorum auctori & miſericordiſſimo Domino ac Salvatori & Redemptori univerſorum qui ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam diſpenſavit, & caput ſe hujus nominare dignatus eſt, & membra corporis ejus vos & nos in uno ſpiritu compaginata & convenientia per operationem ſancti Spiritus & alternam conſonantiam & conſpiramentum exhibuit.*

(*b*) Dan. 2. Epiſt. Ignatii ad Hadrian. pro diſpenſationibus.
* aura

IIII. *Theognoſtus Abbas mittitur Romam.* *Quinimmo & beatitudini ſanctitatis veſtræ gratifica voce debite commendamus, exorantes ſemper ad eum, qui eſt ſuper omnia Dominus, quo ſanctitatem veſtram cœleſtibus & propriis laboribus & certaminibus dignis & congruis recompenſet viciſſitudinibus, quippe qui ſolus eſt dator & largitor magnarum & non indecentium retributionum. Veruntamen & noſtra humilitas memor charitatis veſtræ & amabilis quem circa nos habet*

Ff 2 affe-



PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6364.

SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCIX. An. Hegiræ CCLVIII. inchoato die 18. Nov. fer. 1. A.C. 871.

⊙ 12. G. ☽ 17. P. 15. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 871.

HADRIANI II. PAPÆ 5.

LUDOVICI IMP. 23. 22. & 17.

BASILII IMP. 5.

I. Anum. I. ad XVI. *Theognoſtus* apud Cpolitanos Monaſterii Fontis Hegumenus & Eccleſiæ Magnæ, ſcilicet Sanctæ Sophiæ, *Scevophylax*, ideſt, vaſorum Cuſtos, Romam cum literis Ignatii Patriarchæ & Baſilii Imp. ad Hadrianum II. profectus eſt, ab eo petiturus ut Epiſcopi aliqui ob communionem cum Photio dignitatibus pulſi, Sedibus ſuis reſtituerentur, quod *Ignatio* & Imperatori concedendum Hadrianus Papa non judicavit, propter rationes in ſuis literis *quarto Id. Novemb. indict. quinta* datis, & a Baronio num. X. & ſeqq. recitatis contentas. *Theognoſtus a Baſilio & Ignatio Romam mittitur.*

II. *Baſilius Imp. contra Barbaros pugnat.* Numero XIII. Tangit Hadrianus in ſuis ad Baſilium Imperatorem litteris ejus victorias, de quibus Porphyrogennetus in ejus Vita n. XXXVII. & ſeqq. Ea ætate *Tephricæ* Princeps cui *Chryſochiri* nomen erat, Romanam ditionem ac gentem dire vaſtabat, ideoque *Baſilius* primam ſuam in eum expeditionem ſuſcepit, ſed Urbem *Tephricam* adortus videns eam & murorum firmitate & Barbarorum multitudine annonarumque copia abunde munitam ac quæ ægre expugnari poſſet, a diutina obſidione abſceſſit, expilatis tamen circum poſitis præſidiis. Deinde lectam bellatorum manum adver-

*affectus, & ad hoc ipſum & voluntatem & meditationem habens invenit procurantem, ut mitteretur in viam, quæ eſt ad magni nominis Romam orationis cauſa intimum filium noſtrum Abbatem Fontis, & Scenophylaca magnæ Eccleſiæ domnum Theognoſtum. Et idcirco magis ſtuduimus adimplere deſiderium noſtrum. Quem & mittimus cum præſenti epiſtola noſtra viſitaturum & ſalutaturum & adoraturum fraternam ſanctitatem veſtram, nuntiaturum etiam, & a Chriſto donatam nobis incolumitatem in hac vita multis paſſionibus & tribulationibus plena, quemadmodum ipſe voluit & judicavit, qui omnia ſapienter & congruenter diſpenſat & ante omnia piiſſimorum & Chriſti amicorum, ac a Deo gubernatorum, ac divinitus munitorum Imperatorum noſtrorum proſperitatem & trophæa, & in melius de die in diem rerum Romani Imperii tranſlationem, ut & vos gaudentibus nobis congratulemini, per mutuam unius corporis membrorum coaffectionem, & compaſſionem, & iterum Dei boni gratia & cooperatione ad mediocritatem noſtram maturius remeaturum, & bona nuntia amabiliſſimæ vitæ noſtræ allaturum ad Eccleſiam noſtram; ut & in hac parte collætemur vobis, & eum, qui ſolus eſt inveſtigabilis Dominus & ſapientiſſimus ſubſtantiarum factor, & continuus procurator univerſorum, glorificemus, & magnificemus, qui magis, & magis roboret ſanctitatem tuam & conſervet utrimque immaculatam atque illæſam ad Eccleſiaſticorum negotiorum perſonarumque profectum & utilitatem & gloriam Omnipotentis & Dei principalis benignitatis ejus.*

IV. Rogatur Papa declarare relicta dubia in Octava Synodo.

*Quod autem ſanctiſſimis Vicariis paternæ ſanctitatis veſtræ adhuc præſentibus penitus perfectum non eſt, neque finem accepit: rogamus nunc terminari & diſponi perfecte & integre ſcribi ad humilitatem noſtram de his Lectoribus, qui tonſi ſunt a Photii manus impoſitione, qui cum ſint pene innumerabilis multitudinis in univerſis regionibus & civitatibus; Eccleſiæ poſtulant ex neceſſitate illorum fieri ſacerdotalem provectum. Ut cognoſcamus etiam & ſuper hac re veſtram voluntatem atque decretum certiſſime & manifeſtiſſime, utrum ſint digni promoveri ad majores ſacerdotii gradus, an non ſint. Dubium enim tantum hoc dimiſerunt. Et adhuc poſtulamus etiam de intimo filio noſtro & fortiſſimo veritatis agoniſta, Paulo videlicet Chartophylace, ut ſi eſt poſſibile, cum diſpenſationis aliqua ratione recipiat dignitatem Epiſcopatus, quemadmodum & antea in litteris noſtris efflagitavimus.*

V. Rogatur Papa diſpenſare ſuper decreta ab Octava Synodo.

*Deinde quoque ſuper Theodoro, qui a nobis quidem conſecratus eſt Metropolita Cariæ: multum enim laboravit, & afflictus eſt ab initio injuſtæ & iniquæ dejectionis noſtræ: in noviſſimis vero cum miſero Photio conveniens propter ejus immenſa tormenta, quæ ſibi reſiſtentibus inferebat, conſenſit & uſque ad ultimum ipſius diem; repœnitens nihilominus, rurſus corde contrito & ſpiritu humilitatis veniam expetivit, prohibuerunt eum ſacerdotio fungi quoquo modo ſanctiſſimi Vicarii almitatis veſtræ, eo quod ſubſcripſerit, ut fatebantur, in eam, quæ facta eſt ab infeliciſſimo Photio quaſi depoſitio beatiſſimi & optimi Patris noſtri Nicolai deceſſoris ſanctitatis tuæ. Hæc ſunt, de quibus rogamus ſanctitatem veſtram, ut ſi poſſibile ſit, utatur verbo diſpenſationis & miſericordiæ in his cum alia omnia optimum & commodum finem ac diſpoſitionem ſuſceperint.*

VI. Munera miſſa.

*Cæterum dona nobis ſanctas & cum Deo loquentes orationes tuas, ſanctiſſime & imitator Dei, frater noſter. Doneris nobis per multa annorum curricula utrimque incolumis. Indicia vero magnæ & charæ dilectionis noſtræ miſimus ſan-*

PAGIUS versus *Zapetram* Urbem miſit, qui eam primo impetu cœpere, & qui pridem in ea vincti tenebantur, ex carcere liberarunt. Tum vicinas terras incendunt, *Samoſatum* diripiunt, eodemque impetu ſuperato *Euphrate, cum nullus uſquam obſiſteret (quod nimirum haud procul ab Imperatore hoſtium caſtra locata eſſent)* multis captivis ac ingenti præda ditati; ad Imperatorem reverſi ſunt. Hinc diſcedens Imperator cum univerſo exercitu, quod ad Melitinem ducit, iter ingreditur, & tranſmiſſo Euphrate, & regione quæ inter *Euphratem* & *Arſinum* effunditur, devaſtata in Urbem *Melytenem* irrumpit, quæ eo tempore ingenti civium multitudine freta erat, affatimque Barbarorum copiis munita; ſed cum accepiſſet eam neceſſario commeatu abunde inſtructam, *inde diſcedens, in regionem Manichæorum irrupit, exciſiſque arboribus ac ædibus igni ſuccenſis, cunctiſque obviis devaſtatis* eorum caſtellum penitus evertit. Poſtmodum in Urbem reverſus eſt, atque a Patriarcha *Ignatio* victoriæ corona redimitus, & in Regiam receptus. Ita Porphyrogennetus.

III. *Tephrica a Baſilio Imp. everſa.*

Eodem modo expeditionem illam narrant Cedrenus & Curopalates, primamque Baſilii fuiſſe tradunt. Verum Symeon Logotheta eam quidem cum anno quinto Baſilii alligat, ſed aliter rem narrat: *Imperator expeditione ſuſcepta adverſus Agarenos Tephricenſes multiſque conſertis prœliis, in omnibus victus eſt, multoſque Romanorum amiſit. At cum ipſe jam Imperator capiendus videretur, Theophylactus Abaſtactus eum ſervavit, Romani pater, ejus qui poſtea imperium tenuit. Reverſuſque in Urbem Imperator Chryſtophorum generum ſuum in Tephricam miſit, partaque victoria, locum vaſtavit, ac ſolo tenus evertit;* ſed loco, *generum*, legendum, *affinem*. Vox enim γαμβρὸς, qua etiam Leo Grammaticus & Georgius Monachus



*ctitati tuæ iſta, Græcolatinum Evangelium diligentiſſime correctum, Orarium deauratum, Caſulam optimam, theriacam probatiſſimam.* Hæc Ignatius ad Hadrianum.

Porro tanta hæc, quæ ab Hadriano peterentur, voluit Ignatius & Imperatoris litteris poſtulari, quæ ſic ſe habent (*a*):

(*a*) *Extant in fine Octavæ Synodi.*

*In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti unius & ſolius veri Dei noſtri, Baſilius, Conſtantinus, & Leo fideles in Domino Imperatores Romanorum Hadriano ſanctiſſimo Papæ Romano ſpiritali patri noſtro.*

VII. Epiſt. Baſilii & filiorum Imp. ad Hadrianum Papam.

*Indeficientem habentes in mente noſtra memoriam beatitudinis veſtræ, divinamque legem naturæ hominum conjunctam honorantes pro viribus, quæ patribus ſpiritualibus viciſſitudine juſta cultum venerationis exolvere jubet filios, ſemper de incolumitate veſtra cognoſcere volumus; & divinum nobis & ſacrum caput, quoniam non poſſumus carnalibus, ſaltem ſpiritualibus labiis per afflatum litterarum amplecti, debemus autem & propter propoſitas cauſas, & propter amorem ejus, qui circa nos eſt, qui zelo unitatis conſperſus, oſtendit quidem quanta ſit ſua erga Dominum pietas, quantaque circa juſtitiam diligentia, & quanta erga fraternam dilectionem flagrantia. Quoniam vero & litterarum gerulum expeditum ad peregrinam profectionem, & magnanimum ad malorum tolerantiam conſecuti ſumus, idipſum optabile habentem Principi Apoſtolorum ante promiſſum cauſa reddendi votum, eumdemque veſtræ paternæ ſanctitati commendamus, ſuper hoc quoque multum tranquillitatem veſtram rogantes. Idem autem hic Theognoſtus, quem & vos bene noſtis, Deo amabilis Egumenus ſemper laudabilis Dei Matris Pigis, id eſt, Fontis, & vaſorum cuſtos magnæ Eccleſiæ. Per ipſum ergo quæ noſtri deſiderii ſunt opportune adimplere conſpeximus, implorantes coangelicam ſanctimoniam veſtram in primis quidem de habitu veſtro qui ſecundum Dominum eſt: deinde etiam de amabilium Deo Apocriſariorum ejus & Vicariorum proſpero itinere, litteris per eum ſignificari nobis celerius. Jam enim tempus habemus non modicum expectantes, & neſcimus evidenter tarditatis cauſam; ſed etſi hactenus deeſſe claruerint, ſaltem ſero hoc nobis agnitum fiat.*

VIII. Baſilii verſutia detegitur.

Vide Lector, quam aſtute Imperator ſe ſimulet neſcire, quod toto orbe oportuit eſſe decantatum, Legatos Sedis Apoſtolicæ a piratis captos & ſpoliatos, cum ea fieri contigerint apud regiones ſub ejus Imperio conſtitutas. Negare ſolent, quæ omnes ſciunt, latrones, ne cogantur fateri quod ſoli ſciunt: multi enim elapſi fuere menſes a tempore, quo ea contigere Legatis, uſque ad harum litterarum ſcriptionem, ut ex redditis ad eum litteris Hadriani poſſumus intelligere: Pergit vero;

*Spiritalis autem pater noſter & magnæ civitatis noſtræ Patriarcha poſtulavit a nobis, ſcribere ſanctitati tuæ de his lectoribus, qui a Photio promoti ſunt, multis & innumerabilibus exiſtentibus eis in diverſis provinciis; inſuper autem & de Paulo reverentiſſimo Bibliothecario verbo & vita perfulgido, ac Theodoro Metropolita, quia & ipſe nimis eſt Eccleſiæ utilis; quatenus diſpenſatio fiat a ſanctitate veſtra ſuper ipſis, quibuſdam quidem ad aſcenſus majores ſacrorum graduum, quibuſdam vero ad receptionem ſedium ſuarum, ad hoc rogantibus Dei imitatricem virtutem tuam. Horum quidem multitudinem, hujus vero labores, & pro veritate ſudores, illius autem culpæ reprehenſionem, & quod ex canonica manus impoſitione promotus, & pro his Imperium noſtrum flagitat pietatem tuam diſpenſandum aliquid hinc humanius. Bene vale mihi amantiſſime pater. Bene vale memor Imperii noſtri in Deo acceptis precibus tuis, quæ ſunt ad Dominum.* Legimus.

IX. Dona miſſa ab Imp. Baſ.

*Tranſmiſimus autem ſanctitati veſtræ gratia commemorationis Imperii noſtri, dilectionis, quam circa illam habemus, quæ per ſpecies deferuntur; Veſtimenta diaſpra tria, Eſophorin dicitrinum cancellatum unum, Chiſdium Orobeum unum Cazzulin dirodinum habens ornaturam au-*

PAGIUS chus, qui idem prorſus habent ac Logotheta, utuntur, proprie quidem *generum*, ſed ſæpe etiam generaliter *affinem* ſignificat, & Baſilius Imp. nullam ex filiabus conjugio copulavit, uti ſupra diximus. Præterea in textu Græco loco, *Thephricæ*, legitur *Africæ*, uti in Leone Grammatico, ſaltem uno in loco. At certum eſt, Porphyrogennetam, alioſque verba facere de *Tephrice*, quam is deſcribens lib. 1. de Thematis Them. X. quod eſt: *de Colonea*, docet *Thephricam* in Minori Armenia non longe a Nicopoli ſitam fuiſſe. Thema, inquit, Coloneæ pertingit *Nicopolim uſque, & oppidum quod Tephrice vocatur, cui dominatus eſt Chryſocher, ille famoſus Manichæorum Dux, & Carbeas, qui hunc ipſum impietate ſuperabat: quos quidem diſperdidit, & ad infernales lacus detruſit, meus avus Baſilius.* Coloniæ mentio in notitia Hieroclis Synecdemon vocata, & edita in fine Geographiæ Sacræ Caroli a Sancto Paulo, ubi poſita eſt tertia Primæ Armeniæ, indeque Porphyrogenneta in fine laudati Thematis, *origo* ſeu *Præfecturæ inſtitutionis initium*, ἡ ἀρχαιογονία τοῦ θέματος, *deducitur* ἐκ τῆς πρώτης τῶν Ἀρμενίων, *ex prima Armeniorum Præfectura* ſeu *Provincia*, ex qua ſcilicet diſtractum eſt Thema Coloniæ. Hierocles ſecundam Primæ Armeniæ Urbem Nico-
po-

*aurem & vellus praſinum* * *Vilarnippinninum pro caſula facienda unum, uſin rubeum aerem habentem unum, uſin album unum, mulchumat unum, planetilia caſtanea duo.* Ad hæc autem Hadrianus iſta reſcripſit:

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectiſſimis ac ſpiritualibus filiis Baſilio, Conſtantino, & Leoni piiſſimis & tranquilliſſimis Imperatoribus.*

X. Hadriani reſponſio ad Imp. *Lectis excellentis Imperii veſtri litteris, dilectionis veſtræ, qua circa nos flagratis, indicia & pietatis ſolita ſtudia non tam cognovimus, quam recognovimus. Unde gratiarum multimodas actiones ſummæ divinitati referimus, & multiplices laudes ejus concinere non ceſſamus, ob id maxime, quia circa religionis cultum accenſi, poſtpoſitis cæteris ſæcularibus curis, ante omnia Eccleſiæ paci conſuluiſtis, & quia Sedis Apoſtolicæ decreta ſana, priſcaque lege ſuper exortis controverſiis exquiſiviſtis, & in colligendo magno ſanctoque collegio pium ſtudium ac deſiderium abſolviſtis, in quo abdicato pravitatis auctore, definitio rectæ Fidei & Catholicæ & paternæ traditionis, atque jura Eccleſiæ perpetuis ſæculis profutura, & ſatis idonea fixa ſunt, & firmata. In quo etiam illud mirabilius & laudabilius ſublimitatis veſtræ prædicatur inſigne, quod non judicum vel aſſeſſorum, ſed conſciorum tantum, & obſecundatorum perſona uſi fuiſſe dignoſcimini, ita ut per humilitatis arcem ad culmen virtutum pervenire delegeritis potius, quam Imperialis altitudinis faſtu ad inanis gloriæ ima dilabi conſenſeritis.*

XI. De Legatis fugillat Imp. *Præterea noſtri habitus qualitas, quam ſcire ſe velle benignitas veſtra pio deſignat affectu: ita ſe habet, ut ſuperna providentia, quæ cuncta creavit, & continua proviſione gubernat, expedire nobis proſpicit, & quod expedierit, conſulte diſpenſat. Apocriſarios quoque noſtros, ſuper quorum nihilominus reverſione ſcripſiſtis, licet ſero, poſt multa tamen pericula, dapprædationes, atque propriorum hominum trucidationem, nudus tamdem recepimus, non cujuſlibet hominis fretos auxilio, ſed Dei ſolius præditos adminiculo. Unde audientes hæc, univerſi gemunt; & quia iſti pertulerunt, quæ ſub nullo piorum Principum quemquam Sedis Apoſtolicæ Miſſum pertuliſſe recolunt: omnes ſtupefacti mirantur, fitque continui clamoris ab Eccleſia noſtra murmur, quod ita diſpoſitionis veſtræ conſtitutio improvide prodire potuerit, ut barbarorum gladios, nullo Imperii veſtri fulti præſidio, miſeranter inciderint: præſertim cum hos, quos ab Apoſtolica Sede toto deſiderio poſtulaveratis, & ab ipſis Apoſtolorum Principum tectis per Legatos veſtros ſalvos acceperatis, ſalvos rurſus, diſpoſitis rite propter quæ miſſi fuerant, ad propria remittere, ſumma diligentia procurata, debueritis, exemplo ſaltem provocati Michaelis decedentis Imperatoris, qui quos ab Apoſtolica Sede ſuſcipere meruit, idoneo ſociato prævio, ut noſtræ illæſi præſentarentur Eccleſiæ, ſolerti cura ſategit.* Hæc Hadriani juſta querela in Baſilium Imperatorem, cujus impari merito Michael deploratiſſimus, ut audiſti, meruit commendari. At vero ſubinfert aliam æque juſtam querelam, his verbis:

*Eſt præterea & aliud, quod prima pietatis veſtræ opera, vel circa Sedis Apoſtolicæ prioris benignitatis indicia contra ſpem noſtram decoloraſſe convincitur, immo funditus deſtruxiſſe probatur: videlicet quia favore veſtro frater & Coepiſcopus noſter Ignatius Vulgarum regioni conſecrare præſumpſit Antiſtitem. Unde mirati ſumus, & quod a pia intentione veſtra retroverſi ſitis, admodum obſtupuimus. Veruntamen ſaltem nunc iam dictum reverentiſſimum præſulem ab il-* XII. In Ignatium querela.
*lius*

PAGIUS polim Tephricæ vicinam ponit, Scriptores, qui ante ſextum ſæculum ſcripſere nullam *Colonea* ſeu Coloniæ mentionem faciunt, ideoque ea antiqua non eſt; notatur tamen in Notitiis inter Epiſcopatus Patriarchatus Conſtantinopoleos ſub Metropoli Sebaſtena, apud Codinum in Notitiis pag. 343. & 372. Denique *Tephrica* a Carbea Manichæorum Duce edificata, & a Baſilio Macedone everſa.

IV. *Legatio Petri Siculi ad Principem Manichæorum.* Pertinet ad hunc annum Legatio Petri Siculi a Baſilio Imp. ad Chryſocherum Manichæorum Principem in Urbe Tibrica regnantem miſſa, uti liquet ex ejus Hiſtoria *de vana & ſtolida Manichæorum hæreſi* Tom. XVI. Biblioth. Patrum Edit. Lugdun. recitata. Hæc enim in ejus calce leguntur: *Per id tempus eminebat gentis Princeps Carbeas, qui peſtiferam plebem illam regens, uſque adeo numerum adauxit, ut cum capi omnes Argeo non poſſent* (erat Argeum, ſeu, ut habet Curopalates pag. 824. *Argaum*, Oppidum non longe a Tephrica, de qua mox egimus, diſſitum *mutatis ſedibus Tibricam Exædificarit, domiciliumque in ea collocarit, una opera & Melitenſium Agarenorum tyrannidem devitans, & illa ſua ab aliorum hominum conſortio ſeparatione ad Dæmonum ritum proprius ſe componens, ſtudens etiam Armeniæ vicinior eſſe, Romanorumque imperio, nimirum ut eos, qui ipſius nutibus obſequi vellent, hoc ſibi magis redderet obnoxios; haberetque ad prædas agendas ſocios & participes: eos vero, qui parere nollent, venundaret Saracenis. Romanorum itaque arces, quæ ad Pontum ſitæ ſunt, aſſidue populabatur, tutum illic ex loci opportunitate profugium & aſylum iis inſtituens, qui per Romanum Imperium ad mortem propter hæreſim illam petebantur. Neque hoc ſolum, ſed delicatiores inſuper & intemperantes arcium illarum, quibus vicina erat Tibrica, incolas propoſita talium morum libertate atque impunitate ad ſe provo-*



*lius regionis diſpoſitione ſalubribus monitis quæſumus coerceret: alioquin nec ipſe canonicam effugiet ultionem; nec hi qui præſulatus, vel alterius officii ſibi nomen illic uſurpant, cum excommunicatione, qua jam tenentur aſtricti, etiam proprii gradus jactura carebunt.*

*Porro de tribus Capitulis, ſuper quibus præfato poſtulante ſanctiſſimo fratre & Coepiſcopo noſtro Ignatio divinitus protectum Imperium veſtrum nos deprecatum eſſe dignoſcitur: nil poſſumus ab eo, quod jam conſtitutum eſt, ordinare diverſum, vel diſponere, maxime de Photii conſecratione aliquantiſper averſum, niſi forte nos quibuſdam ex utraque parte in præſentia noſtra repertis, ſcire contigerit, quæ hucuſque neſcimus, vel diſcere quæcumque penitus*
(a) 2. Cor. 1. (b) Gal. 2. *ignoramus. Non enim* (a) *eſt in nobis, Eſt, & Non: & ſi quæ* (b) *deſtruximus, eadem reædificaverimus, prævaricatores nos legi eſſe conſtituemus. Satis enim nota ſunt, quæ cum ſuo auctore deſtruximus, vel quæ conſtruenda mandavimus. Ab illis quippe ſacratiſſimis conſtitutis, quæ vel Apoſtolicæ memoriæ deceſſor noſter Papa Nicolaus antea ſalubriter ſanxit, vel nos poſtea diſpenſatorie protulimus: nulla ratione vel mutatione diſcedemus, aut ad dextram vel ſiniſtram quoquo modo declinabimus. Quæ videlicet tota jamdudum probavit Eccleſia & immutilata ſervanda: nuper geſtum univerſale Concilium ſtatuit.*

XIII. *Neque enim nobis moris eſt, ut pro libitu proprio paternis ſanctionibus abutamur, quemadmodum quibuſdam, qui apud vos ſumma rerum Eccleſiaſticarum gubernacula moderantes, tunc Synodorum ſtatuta, vel etiam Apoſtolicæ Sedis decreta proferunt, cum vel alios lædere, vel ſe juvare concupiſcunt, & hæc tunc ſub ſilentio tegunt, quando fortaſſe contra ſe vel pro aliis proponerentur, ſi noſtra, more priorum, æquitas in veſtræ urbis præſules majorum regulis obviantes, commoveri ſeverius voluiſſet. Quamvis multa inſtantia & certamen viri prudentiſſimi & religioſiſſimi Egumeni ac vaſorum ſacrorum cuſtodis Theogoniſti, qui de pietatis veſtræ virtutibus, & probabilium morum inſignibus, & tropheorum triumphis atque beneficiorum veſtrorum pie ſibi præſtitorum multitudine nos plurimum relatione ſua lætificavit, & qualiter diebus veſtris, ſuperno brachio atque ſtudio & ſolertia veſtra Chriſtianitas proſperetur, enarrans multimodas laudes ſanctæ Trinitati reddendas, & gratias alacriores exhibuit ad poſtulata divinitus muniendo Imperio veſtro concedenda nos ſupra modum efflagitaverit, & ultra quam dici poſſit, ſolito & priſco more ac pro Eccleſiaſticis utilitatibus frequenter impenſo, crebris ſuggeſtionibus inſtigarit: Super quibus tamen propter jam deſignatam cauſam nec annuere poſſumus, nec quidquam præter quod jam evangelizatum eſt, ullo modo definire. Deus autem omnipotens, per quem Reges regnant, & in cujus manu omnium jura Regnorum conſiſtunt, Imperium veſtrum ad Eccleſiæ ſuæ ſanctæ pacificam conſtitutionem, & populi Chriſtiani perpetuam libertatem magis ac magis corroboret, ejuſque potentatus plantis cunctarum infidelium nationum cervices inflectat, dilectiſſime ac deſiderabiliſſime fili. Data quarto Idus Novembris, Indictione quinta.* Ad hanc epiſtolam quæ in margine tunc annotavit Anaſtaſius Bibliothecarius, non omittenda ſunt. Sic enim ſe habent:

*Quæritur cur Sedes Apoſtolica eos, qui a Photio damnato in diverſi ſunt Eccleſiæ gradibus inſtituti, ſine recuperatione depoſuerit, cum ab Ebbone damnato ſacratos, & poſt aſtantibus Epiſcopis, depoſitos inſtaurari decreverit? Sciendum eſt quia Photius tamquam neophytus & adulter, qui & ſcilicet viventis Eccleſiam invaſerit, & ab excommunicatis atque depoſitis Epiſcopis fuerit ordinatus, numquam * fuiſſe Epiſcopus dictus & promulgatus. Sed nec hi ab eo manus impoſitionem acceperunt; comparatus videlicet Maximo Cynico, ipſo & or-* XIV. * al. ſit
*di-*

PAGIUS *cabat & allectabat. Illo igitur adhuc ſuperſtite nonnulli ex memoratis Sacerdotibus vita migrarunt, alii penitus relicti ac deſtituti manſerunt.* Paulo ante locutus erat Petrus Siculus de Sacerdotibus & diſcipulis, quos adhibebant Manichæorum Principes, ut alios pravis inſtitutis & placitis corrumperent; quos *Comperegrinos* vocabant. Hæc Baronius refert anno DCCCXII. num. II. & ſeq. ſed loco non ſuo. Sequentia vero omittit ex quibus legationis obitæ tempus eruimus.

V. *Removeri non poteſt ab hoc anno.* Pergit enim Petrus Siculus: *Poſt vero ejus mortem excepit rurſus peſtiferæ gentis tyrannidem Chryſocheris conſobrinus & gener ejus, quo regnante nos Tibricam Imperatorum miſſu venimus, uti Duces captivos permutaremus, quod & altero anno regni Imperatorum noſtrorum Baſilii, Conſtantini, & Leonis, pietate, juſtitia, magnitudine inſignium peractum eſt. Ego Tibricæ novem menſes verſatus* (*ſuperſtitibus adhuc Baſilio & Zoſimo, impuris illis Comperegrinis, ut eos vocitabant*) *ea quæ ſupra nobis commemorata ſunt, accurate perſcrutatus, curioſeque percunctatus* &c. *palam facere enixe contendi.* Habemus hic annum hujus Legationis obitæ, nempe annum II. Baſilii Imp. cum Conſtantino & Leone filiis regnante. Quare cum *Leo* anno tantum ſuperiori conſors Imperii a patre dictus ſit, hæc Legatio alio anno quam currenti collocari non poteſt.

VI. Petrus Siculus inter alia multa in eo Opere de Manichæis ſcribit: *Tametſi in omnibus ſe-*
*ctis*

*dinatis ab eo a ſecunda Synodo cum ordinatore repulſis. Ebbo autem Rhemenſis Epiſcopus licet poſtea ſit depoſitus, quandoque tamen Epiſcopus fuit, quemadmodum & Acacius, de cujus ordinatione Papa ſtatuit Anaſtaſius, ut ſcilicet, quos poſt damnationem ordinavit Acacius nulla portio læſionis attigerit. Denique ſi pater meus adulter eſt, & ego ex adulterio naſcor, profecto ut illegitimus ex hæreditate repellor, quod tamen non paterer, ſi pater meus probaretur veraciter homicida.* Hæc Anaſtaſius. Sed prolixiorem requirerent iſta tractationem. At nos alio pergimus.

XV. Quod autem ſpectat ad victoriam, cujus in ſua epiſtola meminit Hadrianus, contra barbaros obtentam a Baſilio Imperatore. Agit de ea Curopalates, aitque Chryſochirum depopulatorem Imperii coercitum, expugnatis nonnullis ejus oppidis, totaque Theophricæ regione vaſtata, Samoſataque ex improviſo capta, & Curticio Armenorum duce in fidem recepto, aliiſque trans Euphratem expugnatis munitionibus, tentata Melitine in Armenia, cum expeditione Imperatorem reverſum Conſtantinopolim, triumphum egiſſe, atque de manu Ignatii victricibus coronis auctum eſſe.

XVI. Hadr. redarguit Ignatium de Bulgaris.

Quod autem pertinet ad Bulgarorum cauſam, de qua juſtam audiſti querelam Hadriani Pontificis in litteris ad Baſilium Imperatorem, de his ad Hadrianum ſcripſiſſe aliam epiſtolam Ignatium Patriarcham, declarat reſponſio ipſius Hadriani ad eum, ex qua in Græco codice Octavæ Synodi inventa hæc excerpta accepimus:

*Scripſiſti (ut illa tua multa alia omittamus) ut presbyteri noſtri e Bulgarorum regione magno cum dedecore & contumelia eiicerentur, & Epiſcopi cum non parva ignominia, nulla dignitatis habita ratione, inde expellerentur. Et hæc quidem ſcribere auſus es, licet nullum hac de re coram nobis judicium habitum ſit. Neque enim ſuper hoc, ut jus diceremus, fuimus accerſiti. Sin autem dixeris priores nos Conſtantinopolitanæ diœceſeos presbyteros in prædicta regione rem ſacram facere prohibuiſſe: non inficias imus. Erant enim ex eorum numero, qui cum Pothio comunicaverant, atque ejus ſocii: qui non ſolum ne ſacerdotum munus exercerent in prædicta regione Bulgarorum interdiximus, verum etiam nunc iterum interdicimus. Oportebat igitur, ut rationi congruum erat, cum hæc ſcires, ut nihil tale in regione Bulgarorum patrares. Didicimus præterea vos alia multa ſanctorum Patrum ſtatutis contraria permittere: illud vero præcipue, quod nuper nonnullos laicos ex tempore diaconos ordinaſtis: quod quidem & nobis & antiquis Patribus, quinimmo Oecumenicæ etiam Synodo nuper congregatæ adverſatur; neque ignoratis, quod Photii lapſus hinc ortum habuit.* Hactenus ex dicta Hadriani ad Ignatium epiſtola valde amara.

XVII. Grimoaldi reditus a Bulgaris

Quod ſpectat ad eoſdem Bulgaros Grimoaldus Epiſcopus, cujus ſuperius mentio facta eſt, qui miſſus fuerat prædicare Evangelium Bulgaris, rediens Romam abſque licentia ſummi Pontificis, ad ſuam excuſationem libellum porrexit, excuſans quod fuiſſet a Græcis expulſus, qui (ut illi mentiebantur) ex lata ſententia in Synodo Oecumenica, ſuam ipſorum aſſererent eam eſſe diœceſim atque provinciam. Ita plane, ut Anaſtaſius prævidit atque præmonuit, factum eſt; ut quod accidiſſet poſt Synodum tumultuaria illa furtiva collatione, tamquam Synodi judicium Oecumenicæ Græci male uſurparent. Cæterum Grimoaldus, licet plura in ſuæ reverſionis excuſationem in medium adduxiſſet, culpam tamen vitare non potuit, cum & ea ex parte infamia notatus eſt, quod ex Bulgaria ditiſſimus reverſus eſſet. Hæc in vita Hadriani Pontificis Anaſtaſius.

XVIII. Inter hæc autem Photius in exilio, quo damnatus fuerat, conſtitutus, litteras ſcribit ad Imp. ſuas deplorans miſerias, ut eum ad commiſerationem in-

PAGIUS

*Baſilius Imp. & filii ejus Manichæos perſecuti ſunt.*

*ctis prioribus, velut victor exultarit* (nempe dæmon) *in hac tamen infanda Manichæorum hæreſi prope triumphavit, quod a ſe vulneratis perſuaſiſſet, ne vulnus aperirent, ſed peſtifera toxica, tanquam hylarantis, Bacchi nectar exhaurirent. Nunc, quod riſu omnes proſequuntur, a ſe inductis, velut mente captis aut infantibus, inſultat ac illudit. Sed triumphata eſt hujus jam improbitas, Imperatorum noſtrorum, Baſilii Conſtantini & Leonis Imperio. Flagitioſorum enim Paulicianorum olim recondita myſteria, & egregia pharmacorum aconita pleriſque mortalium ignorata, nunc demum aſſiduis Imperatorum noſtrorum pacis & rectæ fidei inſignium cultorum votis, curiſque perpetuis & Deo gratiſſimis vigiliis atque prudenti adminiſtratione palam in triumpho oſtentantur. Etenim quæ artes hujus impuræ ſectæ Principibus ignotæ prioribus fuerunt; eas juſtum Imperatorum noſtrorum Orbem terræ rite temperantium, & vitæ ſanctimonia præſtantium Imperium non potuit ignorare. Oportebat ſane diſtortam hanc pravitatem cum triumpho victam oſtendere, ſed oportebat plana planeque Regia & rectæ via imperii veri boni & amabilis, propterque recte & nobilia facta, (una cum coronatis a Deo filiis illius, magnis Principibus noſtris, Conſtantino & Leone ſemper Auguſtis) memoria ſempiterna celebrandi*, ubi deeſt aliquod verbum. Pauliciani Manichæi appellabantur uti ſupra inſinuavimus.



ducat. Ita verſipellis ſe miſerrimum oſtendit, ut commotum in ſe Imperatoris animum demulceat. At quam artificioſe; audi epiſtolam ab Aloyſio Lolino Epiſcopo Bellunenſi acceptam, & ex Græco a Petro Morino tranſlatam in Latinam linguam in hunc modum:

*Piiſſimo & magno Imperatori Baſilio.*

Photius ſcribit ad Baſilium Imp.

*Audi humaniſſime Imperator. Non obiicio nunc veterem amicitiam, nec tremendum jusjurandum, & pacta, non conventionem, non impoſitionem manuum ad Imperium: non quod ad noſtras manus accedens tremenda & puriſſima participaſti myſteria: non vinculum, quo nos egregii filii adoptio aſtrinxit. Nihil horum dico; ſed communia hominum tibi prætendo jura. Omnes enim & Barbari & Græci, quos morte damnant, eos educunt e vita; quos autem vivere ſinunt, non cogunt fame & quampluribus aliis malis emori. Nos vero vitam vivimus morte acerbiorem. Captivi facti ſumus, & omnibus privati, cognatis, miniſtris, familiaribus, omni denique humano cultu. Et quidem divinus Paulus cum in vinculis circumduceretur, amicorum & neceſſariorum officiis frui non prohibebatur, & cum ad mortem duceretur, humanam a paganis Chriſti hoſtibus conſequebatur manſuetudinem. At fortaſſe longum tempus, ſi non ſacerdotes Dei, at certe aliquos ſontes talia paſſos demonſtrat.*

XIX. *Etiam libris privati ſumus: novum hoc & inopinatum, ac nova in nos excogitata pœna. Ut quid fiat? Ut ne audiamus verbum Domini. Non accidat in Regno tuo hanc execrationem impleri: Quia erit in diebus (a) illis fames panis, & fames audiendi verbum Domini. Cur enim adempti nobis libri ſunt? Si enim injuriam facimus, plures oportebat dari, & quidem addi etiam docentes; ut legendo magis juvaremur, & redarguti corrigeremur. Si vero in nullo injurii ſumus, cur injuriam accipimus. Nemo hoc Orthodoxorum, ne ab iis quidem, qui alia ſentirent, paſſus eſt. Athanaſius multis certaminibus clarus, ſolo ſæpe & ab hæreticis, & a paganis expulſus eſt, ſed nemo eum librorum amiſſione damnavit. Admirabilis Euſtathius pares inſidias ab Arianis ſontibus pertulit; verum non ab eo, ut a nobis ablati ſunt libri. Paulus Confeſſor, Joannes Chryſoſtomus, Flavianus divinus vir, aliique innumerabiles: quid enim oportet eos enumerare, quos cœlorum liber deſcriptus habet? Sed cur commemoro Orthodoxos, ſanctoſque Epiſcopos, Euſebium, Theognin, cumque his alios homines hæreticos, quos Magnus Conſtantinus exules propter ipſorum impietatem & ſententiæ inconſtantiam fecit; at nec bonis ſuis eos exuit, nec libris multavit. Pudebat enim a litteris eos & a ratione arcere, quos quia contra rationem egiſſent, exilio damnaret. Neſtorius impius in exilium mittitur, & Dioſcorus & Petrus infelix, Severus, multique alii: at nemo eorum librorum captivitatem pertulit. Sed cur dico vetera? Leonem impium multi eorum, qui etiam ſuperſtites ſunt, ſciunt belluarum magis, quam hominis naturam exhibuiſſe.*

(a) Amos. 8.

*Hic vero magnum illum virum, ac vere victorem Nicephorum cum e ſolio expelleret, nullo modo exulem librorum ſuorum fecit, at ne fame quidem necavit, quomodo nos interimimur: & ille quidem non minus egregii athletæ mortem optabat, quam Imperii ſui in quo impie agebat, diuturnam propagationem; attamen nomen homicidæ ne haberet, cavebat. Nec vero carnes miniſtrorum illius latronum ac proditorum more diſcerpſit, quamvis impius cæteroqui eſſet, crudelitatemque ſpiraret: non cognatorum congreſſu prohibuit, non bonorum damnum irrogavit, reverebatur enim Chriſtianiſmum, & crudelitatem paganorum certo more exercebat: Nam illi perimebant Martyres, nec tamen prohibebant, quo minus domeſticorum ac neceſſariorum officiis atque opibus juvarentur. Non ille pſalmodias interſcidit, ſed & multorum monachorum cœtum, qui ſolatio eſſet, concedebat. Non ædes ſacras templaque Dei ab eo conſecrata evertit: pudebat enim eum, ut exiſtimabat, cum hominem offenderet, Deo opera dicata labefactare.* XX.

*At in nos, hei mihi, nova omnia, tragœdiamque exuperantia. Captivi ſumus, amicorum ſolitudo eſt, & conſanguineorum & miniſtrorum pſallentium monachorum. Pro amicis vero, pro conſanguineis, pro monachis, pro pſallentibus pro omnibus denique cuſtodiæ militum, & militaribus cohortibus addicti ſumus. Sacræ Dei ædes dirutæ ſunt, lacerata pauperum corpora, expulſa, eorumque bona publicata tamquam hoſtium manubiæ: Quamobrem? Ut nos cruciemur, & abnegemur, & valde quidem acerbe fuimus anxii. Noſtrorum enim propitiatio peccatorum, ipſi eorumque curatores Deo dicati erant. At videre oportebat, ne quando Deus, qui ſic mulctabatur, nobis magis condoleret; ſiquidem ipſe res pauperum pro propriis habet. Et corporum ſane pœnas leges Romanorum in eos excogitarunt qui in maleficio deprehenſi ſunt ad animorum expurgationem: pœnas autem animæ & inſidias ne auditu quidem adhuc accepimus ab ullis hominibus exerceri, tametſi nunc id experiendo diſcimus. Nam aperte hoc librorum demptio facit, & redemptionis peccatorum everſio: illud enim contem-* XXI.

*plationis obtutum extinguit & corrumpit; hoc vero præſtantiſſimam omnium actionem detrahit & ſolvit. Quis a ſæculo audivit, in animas humanas bellum ab hominibus excogitari. Non enim ſatis ad omnem hauriendam iram corporis ſupplicia, exilium, & captivitas, & fames & cuſtodia, & quotidie illata mors, quæ in eo tantum homini parcit, quod dolorum non adimit ſenſum, qui acerbiſſimus eſt mortis aculeus & cruciatus intolerabilis ut & mortis ſubeamus vim, & ipſa morte ærumnarum liberatio non ſit: quod ut in tanto malo ſolum eſt morientium ſolatium.*

XXII. *Si tua te conſcientia purgat, & crimine liberat: adde in nos alia, ſi quid forte prætermiſſum eſt; ſin condemnat, noli illam damnationem expectare, cum erit pœnitentia inutilis. Ego ſane novas fortaſſe has preces tibi adbibeo, ſed ob res maxime novas. His, Imperator, malis ſtatue finem, quomodo vis. Vel nos celeriter e vita non cum multa hac & inenarrabili maceratione educens, vel moleſtiarum inexuperabilem magnitudinem reprimens. Memento eamdem nos gerere carnem & Reges & privatos, ejuſdemque naturæ communione jungi. Memento eumdem nos habere Dominum, & plaſmatorem & communem Judicem. Cur æquitatem tuam, mala nobis infligendo, redarguis? Cur benignitati tuæ nobis obtrectando, crimen infers? Cur autem humanitatem ira in nos atque acerbitate in ſimulationem & ſpeciem manſuetudinis detrahis? Non petimus thronos & gloriam, non felicitatem & voluptates; ſed ea petimus, quæ & vinctis præbentur, quæ nec captivi non impetrant, quæ etiam barbari, humanitate ducti, vinctis concedunt. Nam eo redactæ ſunt res meæ, ut talia ab Imperatore poſtulem orto e Romanorum humaniſſimo genere. Quid igitur peto? Ne vitam graviorem morte vivam, aut ut citius corpore liberer. Exoret te tua natura: reverere communes hominum leges: reverere Imperii Romani jura communia: nec patere invitam induci narrationem novam, Imperatorem nempe, qui æquitatem & humanitatem profiteatur, qui Epiſcopum amicum fecerit, & liberorum ſuorum una ſecum parentem, a quo & ipſe & Regina unctione Regni uncti ſunt ac dignitatem induerunt, a quo valde dilectus eſt qui, cum tremendam jusjurandi fidem ſanxit, quem peramare ac diligere, omnibus oſtenderat: eumdem exilio & amara fame a ſe damnatum, & immuneris aliis malis conſumptum, pro ipſo orantem morti demiſiſſe.* Hactenus Photii epiſtola ad Baſilium Imperatorem, quem quidem cum primum ars, tum fecit neceſſitas eloquentem: licet magis neceſſaria ad perſuadendum ea oratio parte caruerit, quam exibere non potuit, nimirum ut demonſtraret ſe pati innocentem; cum alioqui talia tantaque admiſſa potuiſſent eſſe piacula, quibus eæ, quas pateretur, leviores videri poterunt eſſe pœnæ. Sic igitur cum de innocentia præmiſſa ſit excuſatio nulla, nullius eſſe roboris fecit orationem, quæ in reliquis ſuccincta fortibus enthymematibus audere poſſet appetere Imperatorem. Ad quem rurſus ſcripſit, ſed breviorem epiſtolam hanc poſt recitatas de barbaris victorias conſecutas:

*Putabam ſane, dum Regnum veſtrum confirmatur & augetur, multas me ei gratias de beneficio in nos collato eſſe acturum pro me, pro amicis, pro cognatis, pro familiaribus, pro omnibus demum; quæ cauſa noſtra faciens, nullam gratificandi ſatietatem habuiſſes. Nam nos adducebat ſincerus in te ac verus affectus, & ſæpius repetiti jusjurandi, promiſſionumque conſtantia, quæ vel nobis invitis, ipſe tamen non deſinebas ad omnes exhibere. Nunc vero eo rediere ſpes noſtræ, ut quamvis ſero, gratias tamen Regno tuo agamus. Quamobrem quod latronum & facinoroſorum ſupplicia, quibus conflictamur & conſumimur, ad moderatiorem ſpeciem ſtatuere aggreſſus ſis: vide tamen, amice (quamvis nolis) Rex, conatum perſuadendi hominibus non ſolum nihil ad ſuadendum Deo conferre, ſed etiam in contrarium redire, eorumque, quæ hic licenter geruntur, magis illic juſtitiam Dei omnia contuentem eſſe vindicem.* Hæc ad Baſilium Imperatorem. XXIII. Alia Photii ad Imp. epiſtola.

Cum autem fruſtra pulſare ſe noſſet animum Imperatoris, aliam viam ingreditur, ut ſcriberet ad Bahanem Patricium, Proconſulem atque Præpoſitum, virum primarium apud Imperatorem, cujus eſt mentio, & operatio in Octava Oecumenica Synodo, utpote qui definienda proponeret, rogaretque Patrum ſententiam. Ad hunc enim ſcribens ea ſciebat innoteſcenda Imperatori, & patefacienda omnibus ordinibus magiſtratuum, quorum ſe animis per commiſerationem inſinuaret. Sciebat hominem ſibi occulte amicum nullam juvandi prætermiſſurum occaſionem. Ad quem ægrotans, & majora fingens pericula veris, hanc brevem epiſtolam ſcripſit querelarum plenam: Bahanem Photius interpellat amicum.

*Fuit olim Romanis ſed & Græcis (quid enim dicere oportet Chriſtianis?) cum inimiciſſimis nedum cum bene meritis terminus ac modus ſtatutus male agendi. Novit & gens barbara non prætergredi ſuppliciorum leges; ac multas ferarum, ajunt, quaſi vereri ac reprimere ſe adverſus eos, qui in extremis jacent,* XXIV.



*cent, nec ferinum ingenium oſtendere. Nos vero, o viri aliis quidem factis veſtris humaniſſimi, & ex egritudine jacemus, & medicum morbus requirit, & dies jam triginta morbo protelati ſunt, ac ſæpe orarunt vos multi, ut medico aditus concederetur. At vero, o naturam hominum, o Romanorum leges, & Chriſtianorum nomen, ubi terrarum eſtis? nemo vos exoravit: Ac nos quidem barbaros, vos autem feris ſimiles exiſtimare nondum perſuademus nobis. Veſtrum eſt autem qui in nos humiles, has finem omnem modumque ſuperantes, novaſque ſub ſole pœnas excogitaſtis, conſiderare quam appellationem pro eo, ut Chriſtiani & Romani & Græci & Barbari & feræ nominemini, factis veris congruenter inveniatis. Nos vero ſi morbo vinci contigerit, clarius ſcilicet in vos ſtatuemus trophæum, noſtram violentam mortem relinquentes omnium ſcelerum memoriæ crudelitatis veſtræ, tamquam in columna inciſam, quam nulla umquam delebit oblivio.* Hæc ad Bahanem, ſeu potius per Bahanem ad Imperatorem & omnes: ſed numquam quid ſimile ſive ab Apoſtolis, quorum gloriam affectabat, ſive ab Apoſtolicis viris dictum, vel factum, aliquando reperitur, ut tædio vitæ de inferendo ſibi manus, conſilium inierint, ne dum dixerint vel fecerint. Quanta autem ipſi cum homine iſto primario interceſſerit neceſſitudo, ſed ſecreta, alia Photii ad eum data declarat epiſtola in hunc modum:

XXV. Bahanes occultus Photii amicus. *Fuit aliquando occultus amicus Joſeph ab Arimathia nobilis Decurio nocturnuſque diſcipulus Domini ac Dei mei, poſtea autem vincula timoris abiiciens, fervidior, confidentiorque iis factus eſt, qui aperte amarent: corpuſque Dominicum per contumeliam opprobriumque pendens de ligno depoſuit, ac pro copiis ſuis curare non neglexit. Quouſque igitur noctu tu ipſe nos diliges? nec lucis dieique factus filius in vocem erumpes dignam Joſeph fiducia? deponeſque non de ligno corpus, ſed e mille incommodis, atque miſeriis, & calamitatibus, acerbaque & quotidiana eripies morte? Quod ſi ſæculi amor & affectus non ſinit: fruſtra ad perfugium & exemplum Joſeph excogitatus eſt ac profertur.* Hactenus epiſtola. At plane vigilabat iſte pro Photio, expectans opportunam occaſionem, quam nactam ſemel per mortem Ignatii, quantum illi profuerit, declararunt eventa, de quibus ſuo loco dicturi ſumus.

XXVI. De Photii Encyclica ad ſuos Epiſcopos. Rurſum vero verſutiſſimus homo, ne in tanto rerum ſuarum naufragio, aliquis ex ſuis, quos ſibi tanto labore coniunxerat, a ſe deſciſcens, ad adverſarios ſe transferret, encyclicam ad omnes Epiſcopos ſuos epiſtolam ſcripſit, in qua miro artificio dum unum labantem firmiter ſtatuendum proponit, omnibus, ne fluctuent, opportunum medicamentum apponit; & dum unum ſevere corripit vacillantem, ſollicitos reliquos reddit, ne vel leviter nutent: dumque etiam benigne ſinum pandere paternæ pietatis affectat, illud plane agit, ut ſi quis divelleretur ab ipſo, ad revocandum eum paratæ invenirentur illecebræ. Invenies iſta artificio miro contexta, ſi cuncta exacte perlegeris, miraberiſque hominem ad fallendum aptiſſimæ præ cæteris comparatum. Dictio duriuſcula, quæ videatur interdum eſſe conciſa non vitio codicis, ſed animi depravati, affectantis eam orationem, quæ ſolet progredi ab homine ingenti cordis dolore mirum in modum exulcerato. Accepimus hanc epiſtolam una cum aliis pluribus ab Aloyſio Epiſcopo Bellunenſi rerum Græcarum in primis erudito, quam Latinitate magna ex parte donavit Mauritius Breſſius Gallus vir doctiſſimus, & quæ dimiſit proficiſcens ab Urbe, Petrus Morinus eadem felicitate digne abſolvit, quæ ſic ſe habet:

*Photius ab exilio ad Epiſcopos.*

XXVII. Querelæ Photii adverſus detractorem. *Miror quo pacto tam velociter (quiſquis ille eſt, qui naturæ noſtræ eſt oblitus, nam ne nomine quidem illum velim coarguere, ne ſi protervius quidem inſultet. Ita enim uſu venire video, ut plerique, dum ſepoſita perſona coarguuntur, facilius admoneantur, quam adhortationes, ſi nominatim compellantur, ferant) verum quomodo tam cito nos ex memoria abiecit, ut tantæ nos dementiæ, & divinarum legum contemptus inſimulet. Qua re adductus adeo adverſus mediocritatem noſtram inſurgit. Quin potius quis eum tam repente ad tantam celſitudinem extulit, ut ne hiſcentes quidem, tamen audiat? Cumque ne in talem quidem cogitationem homines veniant, is ex domeſtica phantaſia, quaſi quadam ſpecula, corda intuens & peragrans, illa deprehendat, quorum ne ſibi quidem ſunt conſcii. Viſuſque eſt humanarum rerum peritior, quam ſpiritus in eis inhabitans. Ipſe Paulus talium virorum proventum fore deſperans, ne æqualem quidem cognitionem reliquit aliis. Verum qui fit ut multa dementia, atque adeo Eccleſiæ univerſæ proditione aſpergamur, & latarum legum contemptu? Quid a nobis auditum? quid cogitatum? quid cuiquam nuntiatum? Nec enim quod contumeliam verbis ſuis non expreſſit; ideo levius ſe quiddam de nobis prædicaſſe, quam qui talia in nos conviciantur, exiſtimet ac reputet. Non enim*

enim dictiones animi ſenſa graviora efficiunt; ſed potius amaritudo cogitationis, dictiones aſperas & intolerabiles reddit.

XXVIII. Quod inſania adſcripta Photio.

Cum autem dictiones cogitationibus ſunt conſentientes & cogitationis gravitas cum aſperitate dictionis concurrit: quid intereſt, eiſdem verbis exprimas, an eamdem vim habentibus, eamdem cogitationem repræſentes? At ſiquidem is malorum tempeſtatem, qua circumfundimur, innuens, & acerbitatum copiam, qua undique cingimur, & premimur, a mente nos diſceſſiſſe putavit: rem quidem cogitavit & meditatus eſt, quæ in hominem poteſt cadere: Nam quid quiſquam aliud pro eo queat dicere? Vexationum enim exceſſus, inſaniam, & abalienationem mentis, ut plurimum afflictis afferunt. Licet plus in nos juris diabolo, quam in divinum Job, hic ſententia ſua tribuat; ſiquidem imperium in illius animam non eſt nactus; at ille dominium animæ noſtræ in illum tranſtulit. Nam qui nos pariter & perperam agere, & mere inſanire perhibeat: aperte indicat, ſe ita de nobis ſenſiſſe & conſtituiſſe. Quamquam ſi in hanc de nobis ſuſpicionem incidit, atque ad id reliqui convicii laudem invenit, ut mittam in præſentia, quam ſapiens, & ſpecioſa ſit ejuſmodi defenſio, non debuit in nos impetum facere, nec caſum noſtrum profectarum a ſe contumeliarum additione graviorem reddere, ſed potius conſolatione quadam, & ſermonibus oblectantibus acerbitatem lenire, & conari pro virili allevationem quamdam comminiſci. At exaſperare, & inſultare, & calamitates exprobrare, hominis eſt vicini ſui mala ludibrio habentis, non pariter mærentis nec ſimiliter commoti, quique non amici partes præſtet, ſed inimicorum maleficentiam.

XXIX. Sua intuenda exponit mala.

Ego vero .. ... quod fæcem omnis ſuæ improbitatis adverſus nos exhauſerunt, amicis orbantes, a cognatis disjungentes, a vobis ipſis, quod ex omnibus meis malis eſt graviſſimum, ante reſecantes, & ſeparantes, famulis deſtituentes, in ſervitutem redigentes, cuſtodes & cuſtodum præfectos apponentes, quo minus liceat volentibus deflere & lamentari propria incommoda, neve ulla alicunde obrepat nobis cujuſquam miſericordia, non verbo, non re, id agentes ut ſexcenta mortis genera noſtris cervicibus immineant, nos, hei mihi, divinorum oraculorum & cujuſlibet alius boni fame circumcingentes, nec ceſſantes me totum ſimul multis malis circumdare. Et omnes ſenſus noſtros ſibi vendicantes, & adverſus omnes ſe inſtruentes, novas machinas in quemque commenti ſunt. Velox enim eſt ad malitiam, Dei & humanitatis abalienatio, & oculos quidem obturarunt. Nam quid aliud eſſe dixeris neminem omnino hominem cernere, neque libros poſſe evolvere, eum præſertim, cui magnum & primum eſt ſolatium lectio? Eis ſiquidem omnibus ſuffragiis interdixerunt nobis. Auditum quoque occluſerunt. Nec enim vocem amicorum, ac ne inimicorum quidem (nam quid dicam legentium?) auribus percipere patiuntur. Quin quantum in ipſis ſitum eſt, ne Deo quidem canentes, neque hymnis gratias agentes, audimus.

XXX.

Non enim ne quempiam quidem, vel ad breve tempus, neque eorum quemquam, qui modice canunt (o crudelitatem barbarorum animum excedentem!) exaudire ſiverunt. Sed pro clericis, pro Monachis, pro pſallentibus, pro legentibus, & dictata excipientibus, pro amicis & familiaribus, quæ ut plurimum adverſis rebus allevationem afferre ſolent; denique pro omnibus, militum cuſtodiis, & turmis militaribus traditi ſumus. Ecquid attinet ſigillatim dicere, & vibices memoria refricare? Atque illi quidem omnes ſenſus noſtros, ſexcenta commenti mala, intercluſerunt. Ne ipſam quidem animam noſtram, quo ad ejus facere potuerunt, carere cruciatibus paſſi ſunt. Rem auſi ex omnibus quas Deus deteſtatur ſceleſtiſſimam & crudeliſſimam, domum Dei deturbantes, mendicos, mancos & mutilos, quos ad noſtrorum peccatorum expiationem præſtitimus, ex proprio lare, & requie expellentes, eorumque facultates veluti hoſtium ſpolia dividentes. Famulorum quoque carnes nervis conciderunt adeo, ut toto corpore, vehementi verbum impetu fiſſuras impreſſerint, ut aurum & argentum a nobis reconditum, quod miſeri nec per ſomnium quidem viderunt, indicarent: Quamquam ipſi qui de eis pœnas ſumebant, certius quam alii noverant, nos alieno fuiſſe ſemper a pecunia animo. Nec vero illi tam ſunt avari, quam nos harum rerum contemptus, nihili umquam ea æſtimare, nedum ſeponere edocuit. Sed quod ſol oriens aſpiciebat, (ſæpe autem neceſſitas vexantium, vel ipſum virtutis Doctorem Paulum in hujuſmodi verba cogebat prorumpere) id diei maximeque noctis tempus efferebat & exonerabat. Quæ cum non minus quam quiſquam omnium haberent cognita, excarnificabant, & cædebant flagris, non quo aliquid eorum, quæ ſe fingebant, quærere, invenirent (niſi in eo inſaniunt, quod ſtudeant invenire ea, quæ nuſquam eſſe ſciunt) ſed ut nos eo pacto urerent, nec ullam maleficii rationem, quam nobis adhibeant, prætermitterent. Sed hæc & multo plura jam dictis ſatanam aut neſcio quid aliud a nobis expetiſſe, noſque his circumfundi non negem.

Quod



XXXI. Quæ in Photium a ſuis dicerentur.

Quod autem tanta vexatio nos de mente dimoverit, & divinorum mandatorum contemptores reddiderit, & communes proditores effecerit: neſcio cur quiſquam hæc nobis in crimine ponens, non fateri debeat, ſe vehementius in nos ſpirare, quam apertos hoſtes.. Quod ſi quis hæc audiens, erubeſcit, & abnuit, & neget ſe umquam tale quidquam in nos dixiſſe, nec cogitaſſe quidem (conſuevit enim peccatum juſti ſermonis confutatione palam factum, turpius quam antea apparere, ita ut ne ipſi quidem qui peperit, genuinum videatur, ſed tamquam adulterinum cernatur & averſandum, præſertim cum conſcientia aculeo, quem plaſtes per quam ſapienter naturæ indidit, ad ea, quæ geri debent, diſpicienda excitetur.) Si ergo has ob res nullius illorum ne in mentem quidem veniſſe affirmet, ſed, ut veriſimile eſt, eos, qui umquam talia auſi ſunt, in malam rem, & horrendas imprecationes ablegat, per ipſam amicitiam quærite ex ipſo: quid interſit jam dicta de nobis prædicare, & dicere nos ſtare ab hoſtibus, & intermedios inter amicos & inimicos. Ac tum non diſtinguimus (o intentata nobis ludibria) Chriſti amicos ab hoſtibus. Eo namque recidit, quod volunt nos annumerare cum iis, qui pro Chriſto patiuntur, unaque eos, qui nobis pariter ac Chriſto bellum indixerunt. Qui ſanguinem ipſius teſtamenti pollutum rati, altaria Domini profanaverunt, & ſanctum Chriſma, vel potius ſanctiſſimum Spiritum, per quem Chriſma, ſubſannaverunt. Interrogate igitur denuo, vos oro, quid hæc ab illis differant, niſi improbitatis exceſſu? Ac ſiquidem hæc illis leviora eſſe oſtenderit, me quidem revera nugari exiſtimatote; illum autem ſexcentis encomii dignum ducite. Atqui non illud contendebat, nos a ſe leviore cæteris affectos fuiſſe injuria, nec ſe aliis exceſſum contumeliæ reliquiſſe, ſed nihil quod ad reprehenſionem noſtram ſpectaret locutum liberius. Nihilominus ſi minora eſſe oſtenderit ea, quæ ab ipſo in me profecta ſunt, nolite ei denegare encomia. Quod ſi nihil oſtenderit, ſicuti neque oſtendetis, illum quidem ut taceat, admonete. Infortunia autem mea ex eo æſtimate, quod inimicorum inſidias, amicorum inſultus & maledicta excipiunt.

XXXII. In detractorem argumenta.

Nam quomodo qui talia dicit, vel cogitat qualia nos dicere & ſentire egregius ille amicus confinxit, non ſumme eſt amens, & communis Eccleſiæ univerſæ proditor? contemptor etiam & contumelioſus in paternas traditiones, ac ſexcenta alia, quæ in illis ſunt comprehenſa, mendacium, fallacia, impiæ ac infideles cogitationes, & ipſarum cum ſeipſis diſſenſio, & alia inſuper multiplex pravitas. Num præclaris coloribus bellus ille pictor effigiem noſtram delineavit, quo ſe nihil mali de nobis dixiſſe aſſeverat? Sed ſiquidem hæc ſunt ſimplicitatis (a): Eſtote prudentes ut ſerpentes, & ſimplices ut columbæ: pareamus Domino vociferanti (b): Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in Regnum cælorum. Maxime cum ſciatis, quod ejuſmodi ſupplicium (c) maneat eum, qui unum quempiam ex minoribus fratribus ſcandalizat. Quod ſi ab eo qui unum ſcandalizat, pœna implacabiliter repetitur, qui totam Eccleſiam quatit & evertit, ei ipſi cogitandum relinquo, quantorum ſe malorum reum efficiat. Quibus faxit Chriſtus nos omnes manu ſua protegens, ne quiſquam ſit obnoxius. Sed illud quomodo ſine dolore & abſque lacrymis feram? Siquidem, inquit, quos nos decet excipere excipiat, metu futuri ſupplicii, vel inviti præſentem pietatem tuebimur.

(a) Matt. 10.
(b) Ibid. 18.
(c) Ibid.

XXXIII.

De Deo autem, vir optime, de fide, de iis, quæ ibi exercentur judiciis, de conſcientia, ſed & de veritate, de conſilii firmitate, de his verbum nullum, ſed oblivio. Omnia Charybdis abſorbuit. Ego vero cenſuiſſem, contrarium ipſi, & ſentiendum fuiſſe & dicendum. Quod ſi eos, qui admittendi non ſunt, admiſerit, univerſi ſimul alta & contenta voce exclamabimus: Nec cuiquam parcatur, non paterno deſiderio, in quo gloriamur: non debitæ obſervantiæ, quam parentibus tribuere ſemper edocti ſumus: neque cujuſquam reverentiæ, quam erga ipſum conſervavimus. Verum hæc omnia procul a nobis, ut dixi, amandantes, vociferabimur: O homo, quid rerum agis? quo ferris? quid neſcius hoſtibus teipſum tradis? qui certamina noſtra in nugas effers? quid piorum cætum dedecoras? quid inimicorum ſpiritus extollis? Speraſſem ipſum his potius in rebus ſtudium ſuum poſiturum, ſi quid me labi perſentiret, quam ea, quibus ludentium animos imitatur, geſturum.

XXXIV. Rurſus in ſuos querelæ.

Sed & illud quoque ſperabam, ſi quis umquam ex hoſtibus has ipſius voces apud ipſum auſus eſſet effutire, futurum, ut ſexcentis eum lapidibus inſectaretur, impoſtorem & mendacem, & id genus convicia ei exprobrans. Nemo enim vel eorum, qui in fidem ſe iniurioſius gerunt, ſuſtinuerit tolerare eos, qui nequidquam nos deſpiciunt. Maxime cum illud accedat, quod ejus, qui lenis & pacificus eſt, ſimus diſcipuli. Quandoquidem ipſemet qui cætera ferebat leniter, nec vindicabat, eos qui (d) paternam domum, mercatum ſtulte auſi eſſent facere, ve-

(d) Joan. 2.

vehementer objurgatos expulit; eoſque qui in ſanctum Spiritum linguam acuerant, duplex interminatus ſupplicium, igne quidem hic & gladio, & fame civitatem una cum ipſis hominibus ultus eſt: nec futuras ſubterfugituros pœnas, dum præſentes multa percitus ira inflixit, confirmavit.

XXXV. Verum ego tali ſpe me ipſum, ut patet, in famem alebam. Quis autem nos Archiepiſcopales aſcendiſſe thronos, & auctoritatem quidquid viſum eſſet agendi conſecutos ei indicavit? Ejuſmodi enim voces & quæſtiones, ſi omnino cuiquam proponendæ ſunt, iis proponi debent qui jam ſplendide & conſpicue habenas Imperii in manus ſumpſerunt, & pro publico tribunali ſedent. Cum quidem ii, qui deliquerunt, genibus advolvuntur, & terram multis rigant lacrymis, multaque ad excitandam miſericordiam afferunt. Qui autem uſque ad finem pro virtute & veritate decertaverunt, ſplendidis ornati coronis ſedent; & judicum ordinem ſortiuntur; quorum quidam ad eorum, qui eadem conſtant natura, commiſerationem vergunt, alii nihil æquitati & canonicæ auctoritati anteferunt: ſed quaſi juſtitiæ oculis, omnia ad rationem, & naturam æqui exigunt, & componunt. Tum igitur, tum, ſi fas umquam opportunum eſt talia proponere, iiſque quibus id munus obtigit; nunc autem minime, neque iis, qui fame & ſiti & cuſtodiis & infinitis vexationibus torquentur, & in capitis diſcrimen adducuntur. Illis enim aſſignatur judicii & abſolutionis ſermo, & tempus illud non præſens. At o vir belle & bone, ſi excipiendi non ſunt, qui fit, ut non te pudeat cum illis cenſeri? cumque coronatus apparere poſſis, annumereris mancipiis, & per ſomnium aliorum humanitatem cogites, cum ſuperæ nobilitatis & libertatis nudum, & proditorem teipſum conſtitueris?

XXXVI. Perſtat in iiſdem querelis in ſuos.

Quod ſi non turpe ducebas cum iis te coniungere: ſcito te ab iis ſtare animo, quorum facta repudias, & illum gregem honorare, cui lupos pro paſtoribus præeſſe dicis. Adde, ſi vis, eum magis foves, quam plerique, qui ex eo ſunt. Siquidem nonnulli ex iis, quamvis corpore in eo verſentur, conſcientia ipſis diſſidente omnino ſententiis vacillant. Tu vero antequam corpore copuleris, cogitationibus & mente ſtudes copulari. Quod ergo abeſt illi copulæ, ignavia eſt, non pietas: pudor, non conſilium, & inſtitutum. Quis ergo eſt, qui admittit, qui ne per ſomnium quidem fuit admiſſurus? Quod adhuc ad eos non deflexerit, metus acceptum refert, & cum hoſtibus dedecorari, modo ne poſterius pœnas luat, potius ducit, quam cum domeſticis ſemper admirationi eſſe. Si non oportet excipere, qui eum exceperit, non videtur potius ſeipſum una cum iis perditum iviſſe, quam quos non fas eſt admiſiſſe? Non enim verba potiores præſtant actiones, ſed verba factis commendantur. Et ſi quis prædones aut urbium proditores videat deteſtationi, & execrationi eſſe omnibus, deinde ipſe, qui ſe hactenus purum ab eorum ſcelere præſtiterit, in phantaſia agitet, dicatque ei qui legum eſt arbiter: Si quidem eos qui de medio tollendi ſunt, incaſtigatos abire pateris, quid vetat, quin ſtatim præder, & fiam proditor, ut veniam conſequar? Sin autem pœnas ab iis repetis earum metu illos non imitabor.

XXXVII Si ergo in medium prodiens talia dicat, quis non eum inſaniæ, & imbecillitatis conſilii, & ſexcentorum aliorum condemnaverit? An autem illum quidem quilibet ſanæ mentis condemnabit? Si quis autem pro civitatis & proditoribus, proditores fidei, pro prædonibus corporum, prædones divinarum legum, in medium adducat, deinde eaſdem voces vociferetur, num eamdem, aut etiam graviorem ſententiam a prudentibus ablaturum exiſtimabimus. Præter antedicta, ſi ad præſcriptum Eccleſiaſticarum legum actiones dirigunt, quid tibi intempeſtivis quæſtionibus opus eſt, & ratiocinationibus luctari ac præfocari, ac non potius primo quoque tempore ad eorum partes te conferens, tarditatis veniam poſcis? Sin nefandorum operum adminiſtros eſſe compertum habes, quid curioſe inquiris, utrum dent hic pœnas, an non? † nam ſi dederint, melius ſe habebunt, ſupplicio a peccato expurgati: Si non dederint, hoc eos miſeriores efficiet, quod acerbius illic eventurum ſit judicium. Itaque ſi cui horum duorum optio proponatur, ille minus malum optaverit, ſuæque ſtuduerit utilitati, non qui hic effugerit pœnas, ſed qui præſentibus perſolutis, illas mitigarit: quandoquidem ægrotum, non quem medicorum manus & ſectiones & uſtiones malo liberant, ſed quem videmus medicamina artis non admittere, jam penitus deſperamus, ac in extremis malis ſcimus verſari.

† huc uſque Breſſius tranſtulit, quem contigit ab Urbe recedere, antequam qui deerant mitterentur terniones, reliqua, uſque ad finem Morinus vertit.

XXXVIII Quid vero quis ea, quæ ſequuntur, ratione enumeret? Hæc efficient, ut levius, quæ accidunt, feramus; hæc ſolatio nobis erunt: hic nos recreare ac reficere, o amice & frater, ſtuduiſti, non enim gravioribus verbis deſiſto, neque ei quod meditatum eſt, do omnia: ſed quod adhuc confectum non eſt, cum ſpe correctionis vocabula partior. Si ſal infatuatum fuerit, dicit (a) Dominus, in quo ſalietur? Si ab amicis talia pro-
ficiſ-

(a) Matt. 5.



Rurſum querelæ de ſuis quos demulcet.

ficiſcuntur, a fratribus, a filiis, a meis membris, a meis viſceribus, ab iis, quos plurimi facio, propter quos etiam in carne adeſſe, quam migrare & cum Chriſto eſſe, præopto, propter quos dilanior ac laceror, & lacrymæ meæ panis mihi ſunt; ſi igitur talia ipſorum: quæ qualiaque aliorum expectare oportet? Sed nihil mirum; divinum enim Paulum novi ſolum in vinculis derelictum. In prima mea, ait (a), defenſione nemo mihi affuit. Et, Lucas eſt mecum ſolus. Non enim omnium eſt tolerantia & patientia. Idcirco Dominus cum dixiſſet tribulationes & tentationes, in quibus decertaturi erant qui credidiſſent in eum, ſubiunxit (b): Qui autem ſuſtinuerit uſque in finem, hic ſalvus erit. Scio & prophetam David ſolitudinem deplorantem, & hanc ut ſupplicationis ſuæ commendationem Deo proponentem, (c) Quoniam diminutæ ſunt veritates a filiis hominum. Et quid hunc aut illum dico? Scio meum Dominum ac Deum, cum comprehenſus eſſet, ac in carcerem duceretur, ſolum relictum. Et relicto eo, inquit (d), omnes fugerunt. Quid igitur mirum, ſi & nunc & nos homines miſerabiles, quibus nec conceditur aerem liberum ducere, qui habitamus carcerem, ac mille mortes quotidie expectamus, omni bona ſpe præciſa, aliquis cogitavit deſerere? atque utinam tantum deſerere. Non enim intolerabile eſſet: nam non a nobis tales deſciſcunt, ſed, nomine noſtro, ab Eccleſiaſtico ſe & recto ſenſu, pro quo uſque adhuc ſexcenta pati non recuſarunt, excindunt & abdicant: quod, omnium maxime, animum percutit, & conſumit: membra nempe videre, quibus concorporei & comparticipes ſumus, a Chriſto capite abſtracta ad interitum. Verumtamen intolerabile hoc malum ferendum eſſet ob commemorata exempla. Quod autem defectionis cauſam nobis adſcribere artificioſe nituntur, ejuſque fallaciæ, & fraudis nullum dum ſit repertum exemplum: quonam modo, quis licet in omnibus tolerandis ſit exercitus, perferre queat?

(a) 1. Tim. 4.
(b) Marc. 13.
(c) Pſ. 11.
(d) Matt. 26.

Male affectat Catholicum nomen.

XXXIX. Exprobrat beneficia.

Egregia vero a te habeo præmia mei in te divini, & paterni amoris, & ſpiritalis illius mirificique ac tremendi partus, in quo genitus es lumen orbis terræ, ut in myſtico Eccleſiæ thalamo, vitæ locum & rationem teneres. Hæc ſuffero per amabilem noſtram ac divinam prudentiam erga eum, qui heri ac nuper nos apud ſe excipiebat, ac epulum præbebat, quique propria voluntate præſidium noſtrum noſtramque rerum ſuarum procurationem nitebatur habere, dedecoris ac peccatorum ſuorum videlicet perfugium atque integumentum: tametſi ſecus, quam agebat ac moliebatur converſa res eſt. Nam relatio criminis in alterum, ſi præſertim artificium locum non inveniat, receſſus ac latebræ, in vehementiorem verti ſolet conſcientiæ damnationem, & ab intus inevitabilem redargutionem manifeſto affert. Cur enim aliunde quærebas auxilium, figuramque tibi, ac prætextum defenſionis arte parabas, ſi conſcientiam non habebas intus acerbam voluntatis tuæ accuſatricem? quid autem per te non agis; quod aliunde capeſſere ſtudes? Quod ſi lex epiſtolarum ac ſubſcribentis manus tum decepta non impediret, diligentius ac pluribus verbis oſtenderem noſtrum dolorem, quibuſque ab illo rebus læſus ſim.

Sed quomodo claram profeſſionem ſuam, quam inſpectante Deo & Angelis, & omnibus hominibus, Regibus, Principibus, ſubditis fiducialiter egit, valde non reveretur? nec Eccleſiæ gloriationem, quam illa in omni tempore & commemoratione ferre poterat? ac ferat ſane, ſuperna corroborante manu, perpetuoque glorietur. Quomodo vero per ſe & quidem ſolum decrevit adverſarium oblectare, caſuque ſuo voluit communem & admirabilem Eccleſiæ claudicare ſtatum? novum enim quiddam ac inopinatum aſtutus & facinoroſus ſerpens mundo oſtendere glorianter conatus eſt. Sed magis novam rem magiſque præter opinionem, divinumque re vera opus, naturæ noſtræ plaſmator ac opifex contra inſtituit. Ille enim homines nefarios, quique nullo numero ſunt, ſacerdotali pridem dignitate nudatos, & ab Eccleſiaſticis cœtibus, quas ob cauſas nec fas eſt nobis dicere, expulſos, bis mortuos, eradicatos juxta (e) Apoſtolicam de iis pronuntiationem, maculas ac momos, audaces, arrogantes: hos ſubintrans, ac propriæ nequitiæ officinam ſtatuens, per eos omnem evertere ac occupare Eccleſiam inſolenter aggreſſus eſt. XL.

(e) Jud.

At hic, nempe Chriſtus, utpote qui facit mirabilia ſolus, & in tribulationibus dilatat invocantes ſe, ac tum maxime oſtendit providentiæ ſuæ ineffabilem ſapientiam, cum undique difficultas, & gravitas circumvenit, adeo ipſam conciliatam ac perfectam vereque in ipſo fundatam oſtendit, ut non ſolum parem ac reſpondentem malitiæ ſuæ improbus dæmon plagam acciperet, ſed etiam multo graviora & moleſtiora ab eo exigerentur ſupplicia. Nonne enim maxima & inſanabilis diabolo plaga eſt, quod in tanta procella, & tam magna perturbatione non parvus, non magnus non parum inſignis urbis Pontifex, non inſignem, celebritatem habentis, non ſermone idiota, non utrimque armatus, & cum ubertate mentis conjunctum habens linguæ flumen, non in vita clarus, non in dog-
ma- XLI.

Neq unus quidem ex ſectariis Photii ab eo ordinatis defecit.

*matum ſubtilitate conſpicuus, nemo denique uſquam cum tempore mutatus eſt, neque caſuum vehementiæ ceſſit? omnes plane chorum pietatis ſecuti ſunt? Quis auditione antiqua, nedum recenti ſpe hoc priuſquam gereretur accepit? omni laqueo nequam demonis, omnibus inſidiis & artificiis, & vi ſuperiores extitere. Mihi vero hæc jucundum eſt apud vos maxime commemorare, qui magna pars tanti miraculi fuiſtis. Quandoquidem nihil jucundius commilitonibus, quamvis cæteroqui in doloribus ſint, quam de his, quæ in bellis præclare geſſerunt, conferre ſermones.*

XLII. Uſurpat nomen diaboli loco Chriſti, & Chriſti loco diaboli.

*Verum, ſicut dicebam, adverſarius omnes devorare, ac ſuæ verſutiæ facere materiam inflatus nitebatur ac fremebat: Sanctus autem Eccleſiæ cœtus tantopere ejus machinas & conſilia ſubſannavit ac deriſit, Chriſto capite ſuo Imperatore ac duce, ut exinde captivos potius aliquos duxerint, & veritati conciliaverint, quam ut quiſquam fuerit egregii ſui ordinis deſertor. Itaque ſi quis optionem diabolo dediſſet, utrum vellet talia invenire vaſa, qualia nunc eſt nactus, quæ poſſent univerſam ejus efficientiam capere, deinde Eccleſiam tam fortiter cum eo ſtabiliterque pugnantem opponi, hæc ut vaſa figuli cum ipſo opifice confringentem, an horum neutrum experiri: multo maluiſſet talia vaſa feliciter reperire, & ex iis lætitiam ſomniare, neque Eccleſiam videre adeo robuſtam ac vigentem, & in media ejus viſcera opportunum adeo, acerbumque vulnus inferentem, præclarumque ſtatuentem de omni ejus potentia trophæum.*

Nutantem admonet.

*Quod quidem, ſi nihil aliud, oportebat eum, qui nunc (nec enim ſcio, quomodo cum minore moleſtia dicam) nimium commotus eſt revereri, nec victoriæ coronas modo non conari, e propria non detrahere fronte. Quid enim? licet non egit, quæ meditatus eſt; at fecit dubitatione ſua, ut flos gratiæ marceſceret: at meditatio quidem mentem arguit; divina vero gratia, quam de nobis providentiam habet, etiam nunc oſtendit, conſilium ad rem pervenire non ſinens.*

XLIII. Exhortatio ad labantem diſcipulum.

*Verum poſthac hujuſmodi, o filii, ne vel mediteris. Jam enim, jam reprehenſiones omittam, quibus viſcera mea uſque adhuc jugiter percutiens ac vulnerans cum angore turbabam. Quamquam enim neceſſaria medicamenta ſunt, & ſectiones; laborum tamen & dolorum compaſſio medicinæ leges & diſciplinæ correctioneſque vincit. Quare compatiendi tyrannida jam non ferens, illis omnibus prætermiſſis, ac ut præſenti circumfuſus: Fili mi caſti partus, membrum meum? Quoniam revocor? Cur hæc refrico? cur rem ſtudeo inſtaurare? Ubi mihi de te gloriatio? Ubi ſpes meæ, vel potius cum ſpebus facta ipſa? Vides triſtitiam hanc & mœrorem, ſive etiam lacrymas? cura tui horum cauſa eſt, & labores propter te ſuſcepti: ipſa viſcera tangit dolor, ipſam vitam. Et vero ſi vita mea tibi curæ eſt (nondum autem mihi ratio ulla perſuadet, non eſſe curæ) nihil tale, nec ſimile amplius in conſilium tibi veniat, neque in meditationem: Beatus enim vir, qui in conſilio quidem eorum non abiit; nec quod deteriores alii ſint, nobis multum tribuimus, ſed ſi quibus inferiores eſſe arguamur, erubeſcimus; quandoquidem egregius miles, non cum deſerti ordinis damnatus non eſt, nec quod in fugitivis non numeratur, clarus videtur & conſpicuus; ſed quando commilitonibus ſuperiorem ſe in prœliis præbuerit, ac hoſtes vicerit, tum dignus eſt qui coronas accipiat. Etiam obſecro & obteſtor, oſtende finem principio dignum, dignum præteritis certaminibus. O quantorum eſt gemituum & lacrymarum, in mari, mediiſque ventis ac tempeſtate ſecundum curſum tenere? ad ipſum vero portum demergi? & prælio vincere hoſtes, deinde ipſis cedere trophæo? in ſtadio certamen cum laude perferre, tum ad coronas emolliri?*

XLIV. Apoſtrophæ ad reliquos ſuos Epiſcopos.

*Vos certe, o virtutis amatores, & pietatis præcones & defenſores veritatis, ut in cæteris omnibus ita præſentis decoris nacturus eram ſolatium, non tantum quod ſoleat dolor, cum amicis aperitur, diffundi quodammodo ſermonibus, ac veluti evaporari, ſed magis propterea quod magnas ſpes habeam, veſtris ſapientibus & egregiis hortationibus corroboratum iri hominem, penituſque ſerpentis repulſo ſuſurro, conſilia ulterius auditurum non eſſe quæ rectam rationem oppugnant, & ad dubitationem inclinant, quæ cauſa ſit cadendi; verum ad priorem rediturum integritatem, & inconcuſſum ac ſtabilem in firma & ſolida confeſſionis petra conſervatum iri. Sed hæc hactenus.*

XLV. Transfigurat ſe Photius in Apoſtolum.

*Si qua vero (a) conſolatio in Chriſto (cum ſancto Paulo vobis, ac per vos omnibus acclamamus) ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis: implete gaudium meum, ut quemadmodum uſque adhuc, ſic ſemper idem ſentiatis, in uno ſpiritu & unanimes collaborantes veritatis prædicationi, ut in nullo terreamini ab adverſariis (b). Quæ illis eſt cauſa perditionis, vobis autem ſalutis, & hoc a Deo, quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum ut in eum credatis, ſed etiam ut pro illo patiamini. Atque hæc ſcribo, non quod ſermonibus meis vobis opus ſit, ſed cupiens communica-*

(a) *Philip.* 2.

(b) *Philip.* 1.

*re*



*re vobiſcum ubi quidem tempus poſtulat, ipſis factis & laboribus, ſed prætera & verbis. Vos enim (ut cum (a) Theologo dicam Joanne) unctionem habetis a ſancto Spiritu, & unctio, quam accepiſtis, in vobis manet, & non neceſſe habetis, ut aliquis doceat vos; ſed ſicut eadem unctio docet nos, & ſicut docuit vos, manete in eo, ut cum apparuerit Filius Dei, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in adventu ejus.*

(a) 1. *Joan.* 2.

XLVI.

*Pacis autem largitor & Rex, vitæ noſtræ cauſa, quique eam continet, cujus inſolubilibus dilectionis vinculis una devincti ſumus, primus & magnus Pontifex, qui e non populo populum ſuum nos proprio ſanguine fecit; nec ſimpliciter populum, ſed etiam dilectum, & gentem ſanctam, & regale ſacerdotium, quique fecit filios & cohæredes, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio: ipſe uſque ad finem inculpabiles vos cuſtodiat, conjungens in vinculo pacis & charitatis, ſtabiliens in firmo ac immoto pietatis ſenſu, unam & eamdem meditationem habentes, unum dicentes & ſpectantes, in omnibus ad bravium tendentes ſupernæ vocationis, ubi primogenitorum Eccleſia, ubi chori Martyrum, ubi Patriarcharum tabernacula, in quibus non eſt mendacium quod veritati anteponatur, non contentio, non tyrannis: in quibus alta tranquillitas & pulchritudo veritatis immenſa, quæ nulla arte obtegatur, in quibus pax omnis & concordia, & beatorum illorum ſpectaculorum viſio & participatio & fruitio, pro qua præſentes perſecutiones & captivitates, propter quam mille incommoda & quotidianas mortes cum gratiarum actione lætique perferimus. Pro Regibus autem orare, Paulus (b) quidem præcipit, ac Petrus (c) diſcipulorum vertex, ſed & ante hos ipſe communis (d) Dominus ex mirabili & inopinato theſauro cenſum ſolvens Cæſari, opere & verbo privilegia tribuere edocuit: idcirco in myſticis noſtris ſacrificiis preces pro Regibus offerimus: quas ſane & pro Chriſtum amantibus Regibus noſtris offerre juſtum eſt, & Deo gratum ac acceptum, & nobis convenientiſſimum.* Hic finis epiſtolæ Photii ad ſuos Epiſcopos ipſi inſolubili fœdere junctos.

(b) 1. *Tim.* 2.
(c) 1. *Petr.* 2.
(d) *Matt.* 22.

XLVII. Photius omnes ſuos in ſchiſmate confirmatos tenuit.

Ita plane ſua incredibili effecit arte, ac diligentia operatus eſt, ut ſuos omnes ſedibus ſpoliatos, innumeraque alia mala paſſos continuerit in officio, ipſe licet exul & in carcere conſtitutus, plurimis miſeriis preſſus. Quod magna admiratione dignum fuit, cum numquam id alicui acciderit hæreſiarchæ, vel ſchiſmatum auctori, qui omnes Orientis Epiſcopi, centum exceptis, ordinatis illis ſive a Methodio, ſive ab Ignatio, nec amore ſedium in gratiam Imperatorum id expetentium receſſerint a ſeductore, nec victi potentia veritatis per Concilium etiam Oecumenicum demonſtratæ, redierint ad Catholicam unitatem, relicto eo atque penitus exploſo homine, quo nullus pene inveniri deterior alius poſſet, pluribus ac manifeſtioribus criminibus involutus. Tanta erat illi vis in dicendo atque ad decipiendum fallaciæ. Sunt aliæ plures ad hæc ſpectantes ejus epiſtolæ, ut illa ad Zachariam Chalcedonenſem Epiſcopum, qui in octava Synodo pro Photio ſtetit: cujus eſt exordium: *Si meum ignoro Zachariam, mei ipſius ſum oblitus, &c.* Quam hic reddere prætermitto, ne faſtidio ſim lectori, ſed unam brevem hic recitabo, qua oſtenditur quo in Occidentales omnes ipſe flagraret odio, quæ ad Marcum Siculum ita ſcripta legitur:

XLVIII. Photii odium adverſus Occidentales omnes.

*Homines in Occidente degentes, cum ubique terrarum impietas polleret, omniaque occuparet, Saturnum & Venerem & Proſerpinam ſolos dixiſſe deos, hiſtoriis eſt traditum. Nec vero laborum tolerantem Herculem, nec Vulcanum arte inclytum, nec facundum Mercurium, vel alium quemque eorum, quos fabulæ utilium & bonarum rerum præſides & inſpectores poſuerunt, vel divino honore affeciſſe, vel accepiſſe, vel aram juſtitiæ ſtatuiſſe, vel temperantiæ, aut ullius virtutis, quam in his oris humanum genus ut gentilem celebrabat, & venenabatur ſuperſtitione imbutum: quia ſoli voluptati & ventri & rebus venereis ſemper illi homines dediti fuere: Nam & eos, quos colebant, factis conciliabant, coeuntes inter ſe & complectentes, & cibos & delicias & voluptates varias comparantes, quæ ſibi illinc, ratione ſua affluebant. Nihil igitur mirum, ſi tu quoque ab Occidente genus trahens, nihil temperantiæ affine potes aut dicere, aut facere. Magno enim ſtudio & laboribus, & meditatione quæ a conſuetudine & patria ſunt, vix tamdem mutari ſolent.* Hæc ad Marcum, quibus ſicut ſibi medullitus inſitum odium in Occidentales patefecit, ita mendaciis pluribus, quam verbis contextam epiſtolam quiſlibet gentilium hiſtoriarum peritus coarguet, quique adverſus Gentes Patrum antiquorum apologias tum Græcorum, tum Latinorum percurrerit. Sed in puerilibus his non immorandum. De Photio hactenus, non conveniendus a nobis, niſi poſt mortem Ignatii, ubi magno totius Catholicæ Eccleſiæ damno, in thronum, quo eſt ſæpe privatus, rurſum evehitur.

XLIX.

Quod ad res Occidentales pertinet, hoc eodem anno (inquit (e) Aimoinus) Lu-

(e) *Aim.* l. 5. c. 28.

Ludovicus Imp. coronatur Rex Franc. Lotharii ſucceſſor fratris.

*Ludovicus Imperator in Vigilia Pentecoſtes Romam apud ſanctum Petrum venit, & poſtridie coronatus ab Hadriano Papa poſt celebrata Miſſarum ſolemnia, una cum eo ad Lateranenſe Palatium cum pompa equitando, coronatus perrexit. Et exercitu collecto, Roma iterum in partes Beneventanas perrexit.* Hæc ipſe. Sed quid (dices) coronatio iſta Imperatoris, qui jam antea coronatus fuerat? non ob aliam cauſam, niſi quod iſta coronatione declarabatur Rex Francorum, legitimus Lotharii Regis ejus germani defuncti ſucceſſor, cujus Regni (ut vidimus) Hincmarus una cum Epiſcopis Metenſis Synodi Carolum ſeniorem Calvum cognomento Regem coronaverat.

Poſtquam autem Ludovicus Imperator Romæ Regni coronam accepit, & inde recedens, iterum in partes Beneventanas perrexit, una cum ipſo profecta eſt Engelberga Auguſta, quæ pluſquam mulier ſibi arrogans, exercitui fuit exoſa: cumque cepiſſet Barim civitatem, quam, ut ait Leo Oſtienſis, annis quatuor obſidione conſtrinxerat, Baſilius Imperator ad eum Joannem Patricium Legatum miſit cum litteris increpatoriis, quod nomen uſurparet Imperatoris.

L. Legatio Baſilii Imper. ad Ludovicum Aug.

Jam enim ante annum e litteris Hadriani Pontificis per Legatos allatis Conſtantinopolim, nomen Imperatoris Ludovico impertitum abradi juſſerat idem Baſilius Imperator, reclamantibus Apoſtolicæ Sedis Legatis: ex quo tempore ejuſdem nominis cauſa conflatum eſt Baſilii odium cum invidia adverſus Ludovicum Occidentalis orbis Imperatorem: adeo ut ad ipſum ea de cauſa præſentem miſerit legationem, qua ipſum exhortatus eſt, ut abſtineret a nomine Baſilei, eodem argumento dans ad eum litteras.

Quibus acceptis, Ludovicus ad eumdem Baſilium Autprandum Legatum decernit, cui ad eumdem Imperatorem gravem ſatis acremque dedit epiſtolam apologeticam: quam optatam, Dei beneficio, contigit reperiri in ſcripto codice hiſtoriæ Longobardorum Beneventanorum Principum ab Eremperto conſcriptæ, quem dono accepimus a viro erudito Antonio de Aquino Epiſcopo Sarnenſi. Contigit autem poſtea eumdem reperiri auctorem in Columnenſi Bibliotheca numero 70. ex quo correximus nonnulla, quæ in eo depravata invenimus. In gratiam igitur ſtudioſorum antiquitatis hic ea n ipſam integram reddere dignum putavimus, cum præſertim pleraque contineat, quæ deſcriptis ab aliis temporis hujus rebus geſtis lucem afferre poſſint, & ab illis prætermiſſa palam facere. Grato igitur avidoque animo accipienda ſunt, quæ nunc in lucem emergunt jamdiu oblivione ſepulta monumenta Imperatorum, licet, ut aſſolet, nonnihil temporis edacitate corroſa:

*In nomine Domini noſtri JESU Chriſti Dei æterni Ludovicus divina ordinante providentia, Imperator Auguſtus Romanorum dilectiſſimo ſpiritualique fratri noſtro Baſilio glorioſiſſimo ac piiſſimo æque Imperatori novæ Romæ.*

LI. Epiſt. Apologetica Ludovic. Imp. ad Baſilium Imp.

*Probabile quidem & laudabile conſtat, aliquem fratrem fratris monitis, quaſi quibuſdam flatibus ad ignem charitatis accendi: probabilius autem eſt, ſic ipſius ultroneæ voluntatis ad hoc motibus inflammari: ſed probabiliſſimum eſt, quandocumque viam quemquam virtutis arripere; & magis magiſque miris ſucceſſibus in ſublime proficere. Nam ille ſemper miles a duce magis diligitur, qui poſt veniens, hoſtium vires fortiter premit, quam is, qui maturius quidem acceſſit, ſed forte, aut nihil, aut certe modicum geſſit. Secundum quam regulam divinitus ſtabilitum Imperium noſtrum, ex die, qua cæpit erga fraternitatem tuam dilectionis radicem in corde ſuo plantare, multiplices fructus exhibere non deſtitit, non minus quæ veſtra tamquam quæ noſtra ſunt, procurans, & vendicans. Quamvis quæ circa Miſſos noſtros in cauſa familiaritatis & benignitatis te gloriaris egiſſe: nos prius ergo Joannem famoſiſſimum Patricium geſſiſſe pateſcat; quem revera non ſicut amicum, vel quemadmodum fratris, id eſt, Imperii tui hominem, ſed quaſi conſanguineum noſtrum, & tamquam excellentiæ tuæ ſobolem tractavimus & dileximus: nec hunc penes nos poſitum aut tarditas umquam temporis, aut intima locorum a penetralibus noſtris facere extorrem.*

LII. *Cæterum ſpiritualem fraternitatem tuam miramur, tot ſermonum ambages contentioſius adverſus Apoſtolum prætendentem: qui dicit (b): Si quis vult contentioſus eſſe: nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſiæ Dei, cum Imperii dignitas apud Deum non in vocabuli voce, ſed in culmine pietatis glorioſa conſiſtat; nec nobis quid appellatu mirandum, ſed quid ſumus, providendum. Verum quia de Imperatorio nomine multa nobis ſcripſiſti: cogimur & nos quoque ad ſcripta tua quædam reſcribere, ne ſi uſquequaque ſuper hoc ſiluerimus, non ut contentionem vitantes, ſed quaſi ratione convicti, ſiluiſſe ab inſipientibus videamur.*

*Indicat itaque dilectio tua, ſe maledictum (b) legis paveſcere, & idcirco terminos æternos transferre, & veterum Imperatorum formas commutare, ac præter canonica & paterna præcepta converſari, renuat & recuſet. Et tamen qui ſunt illi; vel ubi, aut unde fuerunt prolati termini æterni, vel veteres formæ, aut illa canonica & paterna præcepta, minus aperte declarat: niſi forte ſuper Imperatoris nomen velit hæc cuncta ſentiri. Verum apud nos multa lecta ſunt, multa quidem indefeſſe leguntur; numquam tamen invenimus terminos poſitos, aut formas, aut præcepta prolata, neminem appellandum Baſilea, niſi eum, quem in urbe Conſtantinopoli Imperii tenere gubernacula contigiſſet, cum gentium ſingularum monumentis interim poſtpoſitis ſacræ nobis affluenter hiſtoriæ monſtrent, plurimos fuiſſe Baſileos nuncupatos, & non ſolum electos quoſque quales fuere Melchiſedech & David, verum etiam reprobos, quales primores Aſſyriorum, Ægyptiorum, Moabitorum & cæterarum nationum, quas enumerare longum eſt, extitiſſe probantur.*

(a) 1. Cor. 11.

(b) Deut. 29.

De nomine Imperatoris uſurpato queritur Baſilii.

LIII. Non paſſus eſt Baſilius alios præter ſe dici Baſileos.

*Ergo cum ita ſit, fruſtra cauſandum dicit prudentia tua, alios præter ſe Baſileos appellandos, niſi forte radendos ducat totius codices mundi, in quibus pene cunctarum gentium Principes a priſcis temporibus & deinceps Baſilei inveniuntur ſcripti. Et certe, ut de Latinis codicibus interim taceamus: ſi Græcos, & noviter editos revolvis codices, invenies proculdubio plurimos tali nomine vocitatos, & non ſolum Græcorum, ſed & Perſarum, Epirotarum, Indorum, Bithynienſium, Parthorum, Armeniorum, Sarracenorum, Æthiopum, Vuandalorum, & Gothorum, & aliarum gentium Prælatos Baſileorum appellatione veneratos. Intuere igitur, frater, & conſidera, quod multi fuerunt, qui Baſilei diverſis temporibus, & in diverſis locis & nationibus nuncupati ſunt, vel hactenus nuncupantur: & noli vel nobis, quod dicimur, invidere, vel tibi ſingulariter uſurpare quod non ſolum nobiſcum, ſed & cum pluribus Præpoſitis aliarum gentium poſſides. Grave namque vitium eſt ſingularis dignitatis faſtigium, quod qui in principio ambierit, quid ei, ambiendo talia contigerit, commemorare nolumus, ne fraternitas tua, commemoratum ad injuriam ſuam exiſtimet.* Di-



PAGIUS

VII. *Contentio inter Baſilium & Ludovicum Impp. de nomine Baſilei.*

A num. L. ad LXXII. Recitat Baronius literas Ludovici II. Imp. ex quibus liquet, *Baſilium* Orientis Imperatorem adverſus eum tanta invidia flagraſſe, ut Legatione eum exhortatus fuerit, quo abſtineret a nomine *Baſilei* ideſt, *Auguſti*. Verum Ludovicus pluribus oſtendit quam iniuſta illa poſtulatio eſſet, quam ideo irriſit. Loquitur Ludovicus Imp. in iiſdem literis de victoriis ſuis, aitque n. LXX. apud Baronium, *Barium* a ſe devictum & Saracenos Terenti ac Calabriæ a ſe humiliatos, ac penitus contritum iri, *ſi a mari prohibiti fuerint ſcarum admittere copias, vel etiam claſſibus a Panormo vel Africa ſuſcepere multitudines*. Quapropter Baſilium Imp. rogat, ut claſſem quæ Saracenos ab accipiendis alimentis a mari coerceat, mittere velit. Addit ſe Calabria expugnata Siciliam *ſecundum commune placitum* libertati reſtituere in mente habere.

VIII. *Ludovicus Imp. a Beneventanis detinetur.*

Verum, ut narrat, ad hunc annum Annaliſta Bertinianus, *Adalgiſus Dux* Beneventi, (qui *Seodanum* ſeu *Soldanum* ex Africa in auxilium evocaverat, hoc anno a Ludovico Imp. capto *Bario* libertate & vita donatum) *cum aliis Beneventanis adverſus ipſum Imperatorem* (ſcilicet Ludovicum) *conſpiravit, quoniam idem Imperator factione uxoris ſuæ eum in perpetuum exilium deducere diſponebat, & cum idem Adalgiſus noctu ſuper ipſum Imperatorem irruere diſpoſuiſſet, iſdem cum uxore ſua, & cum eis quos ſecum habebat, quamdam turrim valde altam munitiſſimam aſcendit, & ibi per tres dies cum ſuis ſe defendit*. Tandem, ut proſequitur Annaliſta, Ludovicus cum ſua familia abſcedere permiſſus, poſtquam juraſſet ſe numquam cum exercitu in Beneventanam terram intraturum. Poſtea verſus Ravennam iter arripuit. Ludovicus, *mandans Apoſtolico Hadriano, ut obviam illi in tranſitu itineris ſui veniret, quatenus de ipſo ſacramento illum & ſuos abſolveret*. [1] Annaliſta Metenſis & cum eo Regino ad hunc Chriſti annum, ait, Adalgiſum Græcorum perſuaſionibus corruptum hæc molitum eſſe quæ tamen paulo aliter narrat. Aliter etiam Porphyrogennetus in Vita Baſilii avi ſui hanc perfidiam refert num. LVI. & ſeqq. eamque *Soldano* ſeu *Sedano*, homini vafro & aſtuto attribuit, aitque eam factam, poſtquam Soldanus *annos duos cum Rege Franciæ Capuæ moratus* fuiſſet, anno ſcilicet ſuperiori ac currenti. Symeon Logotheta in Vita Baſilii Macedonis num. XX. hæc perperam refert ad annum XVII. ejuſdem Baſilii, aitque etiam

NOTÆ [1] AB hoc juramento Adalgiſo præſtito Ludovicum abſolutum fuiſſe non quidem ab Adriano, ſed a ſucceſſore ejus Joanne VIII. tradit Fridericus Epiſcopus Leodienſis, qui ineunte ſæculo duodecimo florebat, in quadam Epiſtola vulgata veter. monum. T. 1. col. 653. his verbis: *Temporibus* VII. (lege VIII.) *Joannis, qui Adriano II. ſucceſſit, Ludovicus Imperator ab Adalgiſo Beneventano Duce conſtrictus timore vitæ jurejurando firmavit, numquam ſe Beneventi fines ultra intraturum .......... Ab hoc autem juramento poſtmodum prædictus Papa Joannes Romæ abſolvit eum, authoritate Dei, & S. Petri, affirmans nihil ſibi obeſſe, quod ob mortis periculum evadendum coactus Tyranno juraverat, nec ſacramentum hoc eſſe dicendum, quamvis cum multis execrationibus fuerit prolatum.* MANSI

LIV. *De Patriarchis aſſertio Baſilii refellitur.*

*Dicis autem, quod quatuor Patriarchales ſedes, unum Imperium inter ſacra myſteria memorari, a Deiferis Apoſtolis uſque nunc traditum habeant; moxque hortaris, ut perſuadeamus eis, quod nos Imperatorem appellent. Quod tamen nec ratio dictat, nec eſt opus. Primo quidem, quia nobis non congruit, alios quomodo nos vocent, inſtruere; deinde vero, quia nobis etiam minime ſuadentibus, tam Patriarchas ſingulos, quam cæteros homines, qui ſub cœlo ſunt, excepta fraternitate tua, tam honoratos quamque privatos, tali nos nominis appellare cognomine, quoties eorum accepimus epiſtolas, & litteras invenimus. Præſertim cum & ipſi patrui noſtri glorioſi Reges abſque invidia Imperatorem nos vocitent, & Imperatorem eſſe proculdubio fatentur, non profecto ad ætatem, qua nobis majores ſunt, attendentes, ſed ad unctionem & ſacrationem, qua per ſummi Pontificis manus impoſitionem divinitus ſumus ad hoc culmen provecti, & ad Romani principatus Imperium, quo ſuperno nutu potimur, aſpicientes. Porro ſi unum Imperium Patriarchæ inter ſacroſancta ſacrificia memorant, laudandi ſunt, non utique inconvenienter agentes. Unum eſt enim Imperium Patris & Filii & Spiritus ſancti, cujus pars eſt Eccleſia conſtituta in terris, quam tamen Deus nec per te ſolum, nec per me tantum gubernari diſpoſuit, niſi quia tanta ſumus ad invicem charitate connexi, ut non jam diviſi, ſed unum exiſtere videamur.*

*Jure dicitur Imper. qui eſt coronatus a Papa.*

LV. *Non autem credimus, ſanctiſſimos Patriarchas ſic tui mentionem facere, ut aliorum quoque Principum (ut omittamus noſtram) mentionem prætereant, cum pro hujuſmodi etiam (a) Apoſtolus orare juſſerit, cum perſequeretur Eccleſiam, ut ſecuram & tranquillam vitam agerent cum omni pietate, præſertim cum eos etiam pro impiis orare non diffidamus, ſub quorum ditione conſiſtunt, ſicut Judeæ quoque populus in Babyloniam ductus, pro Rege Babyloniæ per Jeremiam (b) jubetur orare, nam in illorum pace etiam populi conſtituit pacem.*

(a) 1. *Tim.* 2.

(b) *Baruch.* 1.

LVI. *Imperium Francorum & ſi novum tamen legitimum.*

*Illud autem mirari merito poſſumus, quod ſublimitas tua ad novam & recentiorem appellationem aſpirare nos autumat: cum quantum ad lineam generis pertinet, non ſit novum, vel recens, quod jam ab avo noſtro non uſurpante, ut perhibes, ſed Dei nutu, & Eccleſiæ judicio, ſummique Pontificis per impoſitionem, & unctionem manus obtinuit, ſicut in codicibus tuis invenire facile poteris. Verum quid mirum, ſi novum ſit, cum omne vetus a novo principium habeat, & non novum a veteri. Et certe cum primi Romani Principes imperare cœperunt, novum fuit, ſed de die in diem devenit in vetuſtatem. Non ergo quæcumque novitas in culpa eſt, ſcilicet irreprehenſibilis novitas. Unde & Apoſtolus cum dilecto filio ſcriberet, non ait: (c) Vocum novitates devita, ſed profanas vocum novitates devita. Sane antiquam eſſe Imperii noſtri dignitatem, nullus ambigit, qui vel nos ſucceſſores antiquorum Imperatorum eſſe non neſcit, vel divinæ pietatis divitias non ignorat: nam quid mirum ſi in fine temporis palam exhibuit, quod ante tempora in abdito conſilio ſuo prædeſtinavit?*

(c) 1. *Tim.* 6.

LVII. *De titulis Principum diverſarum gentium.*

*Sed nec hoc admiratione caret, quod aſſeris, Principem Arabum Protoſymbolum dici, cum in voluminibus noſtris nihil tale reperiatur, & veſtri codices modo Architon, modo Regem, vel alio quolibet vocabulo nuncupent. Verum nos omnibus litteris Scripturas ſanctas præferimus, quæ per (d) David non Protoſymbolos, ſed Reges Arabum & Saba perſpicue confitentur. Chaganum vero non Prælatum Avarum, non Cazarorum, aut Northmannorum nuncupari reperimus, neque Principem Bulgarum, ſed Regem, vel dominum Bulgarum: quæ omnia idcirco dicimus, ut quam aliter ſe habeant quæ ſcripſiſti, legens in Græcis voluminibus, ipſe cognoſcas. Quos nimirum ſuis cognominibus acquieſcere perhibes, nec tamen propria ipſorum cognomina recolis. Verum idcirco ab iis, & ab omnibus Baſilei debitum vocabulum adimis, ut hoc tibi ſoli non tam proprie, quam violenter inflectas.*

(d) *Pſalm.* 73.

PAGIUS etiam *Soldanum annos duos* Capuæ commoratum eſſe cum Rege, quia tam ille, quam Porphyrogennetus cœterique Græci, Imperatores Occidentis *Regis* tantum nomine appellabant. Neuter autem de Ludovici Imp. captivitate mentionem facit argumento eam Græcorum fraude, procuratam fuiſſe. Præterea verum non eſt poſt captum *Barium* Ludovicum Imp. uſque ad præſentem annum Capuæ commoratum eſſe. Annaliſta enim Metenſis cum Reginone prodit, *Ludovicum* Imp. exercitum in Samniticam Provinciam tranſtuliſſe, indeque in Campaniam & Lucaniam ad civitates, quæ defecerant, copias tranſpoſuiſſe, ac dein Beneventum, ubi detentus fuit, profectum eſſe. Quæ Baronius in annum DCCCLXXII. num. II. & ſeq. perperam confert.

IX. *Calabria a Saracenis devaſtata.*

Chronographus Monaſterii Sancti Vincentii de Vulturno narrata Adalgiſi Principis perfidia ſubdit: *Abſolutus, Deo jubente, Cæſar magnificus, ſtatim Sarraceni Salernum applicuerunt quaſi triginta millia. Quam graviter obſidentes forinſecus, ſtirpitus deleverunt, occiſis in ea innumerabilibus colonis. Et depopulati ſunt ex parte Neapolim Beneventum & Capuam. Quo tempore ambo Lamberti Comites Auguſti furorem metuentes, Beneventum receſſerunt, & ab Adelgiſo honorifice ſuſcepti ſunt. Quorum auxilio*



LVIII. *Redarguitur Baſil. mendacii apertiſſimi.*

*Illud autem ridere libuit, quod de Imperatoris nomine dixiſti, neque paternum eſſe, neque genti convenire. Quomodo enim paternum non eſt, quod jam in avo noſtro paternum fuit? Quomodo autem genti non convenit, cum ſciamus (ut de cæteris brevitatis cauſa taceamus) ex Hiſpanorum, Iſaurorum, & Cazarorum gente Imperatores Romanos effectos? Neque enim veraciter aſſeverabis nationes has gente Francorum aut religione, aut virtutibus clariores, & tamen admittere non renuis Imperatores, & eos prædicare non deſpicis. Porro de eo, quod dicis, non in tota nos Francia imperare: Accipe frater breve reſponſum. In tota nempe imperamus Francia, quia nos proculdubio retinemus, quod illi retinent, cum quibus una caro & ſanguis ſumus, & unus per Dominum ſpiritus.*

LIX. *Legitime dici Imp. Rom. Francos & munus eorum.*

*Præterea mirari ſe dilecta fraternitas tua ſignificat, quod non Francorum, ſed Romanorum Imperator appellemur: ſed ſcire te convenit, quia niſi Romanorum Imperator eſſemus, utique nec Francorum. A Romanis enim hoc nomen & dignitatem aſſumpſimus, apud quos profecto primo tantæ culmen ſublimitatis & appellationis effulſit, quorumque gentem & Urbem divinitus gubernandam, & Matrem omnium Eccleſiarum Dei defendendam atque ſublimandam ſuſcepimus, ex qua & regnandi prius, & poſtmodum imperandi auctoritatem proſapiæ noſtræ ſeminarium ſumpſit. Nam Francorum Principes, primo Reges, deinde vero Imperatores dicti ſunt, ii dumtaxat, qui a Romano Pontifice ad hoc oleo ſancto perfuſi ſunt, in qua etiam Carolus Magnus abavus noſter unctione ejuſmodi per ſummum Pontificem delibutus, primus ex gente & genealogia noſtra, pietate in eo abundante, & Imperator dictus, & Chriſtus Domini factus eſt. Præſertim cum tales ſæpe ad Imperium ſunt adſciti, qui nulla divina operatione per Pontificum miniſterium, propoſiti ſolum a Senatu & populo, nihil horum curantibus, Imperatoria dignitate potiti ſunt; nonnulli vero nec ſic, ſed tantum a militibus ſunt clamati, & in Imperio ſtabiliti ſunt, ita ut etiam eorum quidam a feminis, quidam autem aut hoc, aut alio modo ad Imperii Romani ſceptra promoti ſunt.*

LX. *Porro ſi calumniaris Romanum Pontificem, quod geſſerit: calumniari poteris & Samuel, quod ſpreto Saule, quem ipſe unxerat, David in Regem ungere non renuerit. Verum ſuper hoc ſi eſt qui ſummo Pontifici ſaltem unum faciat * multum: congruo profecto illius non carebit reſponſo. Sed interim ſi paginas revolvas Græcorum Annalium, utique diſcriminatos ab alienis, per quos nequaquam defenſi: & ſi quæ a veſtratibus Pontifices Romani pertulerunt, perſcruteris: profecto invenies, unde illos juſte non valeas redarguere. Verum hæc illi, quæ extrinſecus agebantur facile parvipenderunt, niſi & intrinſecus quæ per diverſas hæreſes perimere conantium molimina deprehenderunt. Unde merito apoſtatis deſertis (quæ enim (a) communicatio Chriſti cum Belial?) adhæſerunt genti adhærenti Deo, & ipſius Regni fructus facienti: quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed (ut eximius Apoſtolorum (b) innuit), in omni gente qui timet Deum, acceptus eſt illi. Ergo cum ita ſit, cur nos fatigis reprehendere, quoniam, ex Francis oriundi Romani moderamur habenas Imperii, cum in omni gente qui timet Dominum, acceptus eſt illi? Et certe Theodoſius major, & filii Arcadius & Honorius, & Theodoſius minor Arcadii filius ex Hiſpanis ad Imperii Romani culmen aſſumpti ſunt, & non invenimus, quod aliqui clamiverint, vel reprehenderint Theodoſium, quod non Romanus, ſed Hiſpanus exiſteret, vel reſtiterint, vel prohibuerint filios ejus in locum patris, & honores ſuccedere, quemadmodum (ut cum tua pace dicamus) nunc tua conari videtur diligenda fraternitas & ſuſtinenda dilectio, quaſi gens Francorum non pertineat ad hæreditatem, de qua Pater ad Filium loquitur (c): Poſtula (inquiens) a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. Et alibi: (d) Glorificantes me Glorificabo. Et alia innumerabilia.*

* *Jus conſtituendi Imper. a Roman. Pontif. legitime vindicatum.*

(a) 2. *Cor.* 6.

(b) *Act.* 10.

(c) *Pſalm.* 2.

(d) 1. *Reg.* 2.

LXI. *Ob hæreſim ablatum Imperium.*

*Ergo frater chariſſime, deſine in hoc contentioſius agere, deſine adalatoribus quibuſcumque aures tuæ puritatis inflectere*

PAGIUS *fretus ſuper Sarracenorum ſcaram* (ideſt copias militares) *irruit, & viriliter ſtravit, occiſis ex eis pene tribus millibus viris. Quibus etiam diebus Capuani mille ex eis peremerunt. Cumque hac obſidione prope terminaretur, annuo miſſo exercitu jam dictus Auguſtus peremit ex profanis Capuæ novem millia virorum. Poſt hæc per ſemetipſum dignatus eſt Capuam advenire. Cujus adventu cognito Sarraceni Salernum relinquentes, Calabriam adeunt, eamque inter ſe diviſam reperientes funditus depopularunt.* Eadem fere habet Leo Oſtienſis. Porro non ſolum Calabriam; ſed etiam *Siciliam* Saraceni invaſere, indeque *Ludovicus* Aug. in literis ad Baſilium Aug. datis apud Baronium num. LXX. & ſeq. eundem *Baſilium* rogat, ut nulla interpoſita mora exercitum navalem mittat, *ne vel per eſcarum a mari receptarum abundantiam, vel per adventantium Agarenarum navium numeroſitatem horum vires non infirmentur, ſed roborentur.*

re. Denique gens Francorum juſtos & fœcundiſſimos Domino attulit fructus, non ſolum cito credendo, verumetiam nonnullos alios ſalutifere convertendo. Verum vobis a Domino jure prædictum eſt (a): Auferetur a vobis Regnum, & dabitur genti facienti fructus ejus. Sicut ergo potuit Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ: ita potuit de Francorum duritia Romani ſuſcitare ſucceſſores Imperii: Et ſicut, ſi Chriſti ſumus, ſecundum (b) Apoſtolum Abrahæ ſemen exiſtimus: ita ſi ſumus Chriſti, omnia poſſumus per gratiam ipſius, quæ poſſunt illi, qui evidenter exiſtunt Chriſti. Et ſicut nos per Fidem Chriſti Abrahæ ſemen exiſtimus, & Judæi per perfidiam, Abrahæ filii eſſe deſierunt: ita quoque nos propter bonam opinionem, id eſt orthodoxiam regimen Imperii Romani ſuſcepimus, Græci vero propter cacodoxiam, videlicet, malam opinionem, Romanorum Imperatores exiſtere ceſſaverunt: deſerentes ſcilicet non ſolum urbem & ſedem Imperii, ſed & gentem Romanam, & ipſam quoque linguam penitus amittentes, atque ad aliam urbem, ſedem, gentem, & linguam per omnia tranſmigrantes.

(a) Matt. 21.

(b) Gal. 3.

Sublato perfido jure ſubrogatus fidelis.

LXII.

Sed ne, frater deſiderabilis, triſtitia cor tuum repleat, audi ſequentia (c): Quia non repulit Deus plebem ſuam, quam præſcivit. Dic ergo, numquid ſic offenderunt, ut caderent? Abſit. Sed illorum delictum honor noſter, & diminutio ipſorum plenitudo noſtra effecta eſt. Cum enim fracti ſunt rami, nos inſerti ſumus in illis, cum oleaſtri quidem amodo fuiſſemus, & ſocii radicum & pinguedinum olivæ ſumus effecti. Dicimus ergo: Fracti ſunt rami, ut nos inſeramur. Et bene. Non enim niſi propter credulitatem non rectam fracti ſunt. Nos autem Fide ſtamus. Qui habet aures audiendi, audiat.

(c) Rom. 11.

Voluiſſet Baſilius, ut ab ipſo titulum Imp. Ludovicus acciperet.

Sed dicis: Quod eſſet tempus ſecundum quod fraternitati noſtræ promiſeris, quando & hac potiremur appellatione, ſi Deus ad finem ea, quæ conſiliati ſumus, perducere voluiſſet: Equidem de conſilio quod aſſeris, quæ diximus, hæc ipſa & nunc dicimus: non enim eſt in nobis, Eſt, & Non, & a verbo noſtro neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram divertimus, ſed in ipſo immoti perſiſtimus: appellationem autem illam, ſicut hactenus nec nos nec patres noſtri per carnem & ſanguinem poſſediſſe dignoſcimur, ita quoque de cætero non immerito poſſidere contendimus. Per patres etenim nos, non per filios conſuevimus honorari, & apud nos gloria non a filiis ad patrem, ſed a patribus in filios derivatur. Quod enim nos a Patre luminum, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum ſumpſimus: neque a filio, neque per hominem, aut ab hominibus accipere volumus.

LXIII.

Poſtremo ſcito, quia qui * Regaquemque appellat, quid dicat, nec ipſe novit. Siquidem etiam ſi linguis omnibus, more Apoſtolorum, immo Angelorum loquaris; cujus linguæ ſit, Riga, vel cui dignitati ſonus ille barbarus congruit; quod Rex dicitur, interpretari non poteris. Nihil enim fore ad idioma propriæ linguæ tractum, Riga, Regem ſignificare monſtraveris. Quod ſi ita eſt, quia non jam barbarum, ſed Latinum eſt: oportet, ut cum ad manus veſtras pervenerit, in linguam veſtram fideli tranſlatione vertatur. Quod ſi factum fuerit, quid aliud niſi hoc nomine Baſileus interpretabitur? quod non ſolum veteris, ſed novi Teſtamenti omnes interpretes atteſtantur. Unde ſi in alienis perſonis hoc deteſtaris vocabulum: ſtude ex omnibus tam Latinis libris, quam Græcis, ſive Regis, ſive βασιλῆος nomen eradere.

* Riga pro Rege

Riga pro Rege uſurpatum a Baſilio.

LXIV.

His igitur ſuper hoc ita prælibatis, obſtupeſcimus in iis, quæ ſerenitas tua proſequitur, dicens, ſuis, id eſt Græcis, Barim ex parte ſua debellantibus, & elidere decertantibus, noſtros vel ſolum intuitos, vel prandiis diſſolutos nullum auxilium præſtitiſſe: hancque ideo civitatem minime capi potuiſſe; cum noſtri ſive intuendo, tantum ſive prandendo, ſive aliud quid agendo Barim tamen licet perpauci, & finetenus impugnaſſe, & ope divina cepiſſe noſcantur. Veſtri autem ſicut bruchi multitudine apparentes, & ſicut locuſtæ primum impetum dantes, eo ipſo quo conatum ſuum in prima fronte monſtraverunt, puſillanimitate ſuperati, protinus infirmati ſunt; & more locuſtarum repente quidem ſalierunt, ſed confeſtim fatigati, quaſi a niſibus volandi deciderunt, ac per hoc neque intuendo, neque prandendo, neque bellando, quibuſlibet inſignibus triumphi monſtratis, motu ſubitaneo & clandeſtino receſſerunt, & inefficaces, nonnulli e contra, Chriſtianis ſolummodo captivatis, ad propria repedarunt. Ergo, frater, noli de cætero Francos ridere, quia etiam inter mortis vicinæ ſtudent & prandia & omnia charitatis indicia proximis exhibere, & tamen a propoſito non lenteſcere: quoniam, ſecundum (d) Apoſtolum, ſciunt abundare & penuriam pati, & ſaturari & eſurire. Et (ut compendio dicamus) omnia poſſunt in eo, qui illos confortat.

Defendens virtutem Francorum ſugillat ignaviam Græcorum.

(d) Philip. 4.

LXV.

De paucitate vero, quid miraris ſi pauci fuerunt, & tamen multa lucra detulerunt? Præterea, qua de re pauci fuerunt noſtri, pridem patefecimus dilectioni tuæ. Sed quoniam nos ſuper hoc pulſaſti: denuo noſtrum ſume reſponſum.

De paucitate Francorum excuſat.

Cum



Cum enim diu demorante ſtolo fraternitatis tuæ, & illius jam minime præſtolaremur adventum, & in anno ipſo de obſidione Bari nihil omnino fieri putaremus: omnes ad ſua redire permiſeramus, his ſolum retentis, quos ad prohibitionem recipiendorum alimentorum ſufficere credebamus. Et hoc eſt quod ſtolus inſperatus apparens, nonniſi paucos noſtros invenerunt. Verumtamen iſti pauci, & adhuc pauciores quibuſdam horum diverſo languore gravatis, effecti, antequam Baris caperetur, tres Ammiredas, qui totam Calabriam depopulabantur, & numeroſam multitudinem Sarracenorum proſtraverunt, & magnam veſtratibus ſalutem divino beneficio contulerunt. Quare non ſolum Calabritanorum Iſmaelitarum ingens ex tunc facta eſt diminutio, ſed & Barenſium potentatu omnimodo diſſoluto, ac per id ad capiendum facilis adinventio. Cujus facti trophæa veſtros credimus tuo Imperio retuliſſe, & opera Dei quæ taceri non debent, mirabiliter enarraſſe.

LXVI.

Cæterum fraternitatis tuæ dilectionem rogamus, nullam Nicætæ Patricio moleſtiam irrogare, pro eo quod noſtrum tam inſolenter offenderit animam: nam licet adeo protervus & contumax in noſtrum fuerit Imperium, ut Fidelium quoque noſtrorum numeroſa multitudo in eum ſeveriore mente commoveretur, niſi a nobis cauſa tui honoris pariter & amoris præventa compeſceretur: tamen malum pro malo retribuere non tulimus, nec debemus. Et idcirco depoſcimus, ſi quid minarum ſuper ipſum poteſtatis tuæ fortaſſis imminet, celeri benignitatis tuæ manu pro noſtro removeatur amore.

De Niceta Patricio, qui fœderatos ſpoliavit.

Non autem tales Apocriſarios Apoſtolicæ Sedis eſſe, vel profeſſio docet, vel eruditio dictat, vel converſatio anteacta demonſtrat, quales illos ſcripta prædicant, quæ nobis fraternitas tua direxit: electos enim & approbatos eos tam ſpiritualis Pater noſter ſummus Pontifex, quam Eccleſia per diuturna tempora ſcientes, & Eccleſiaſticæ correctionis negotia ſtrenue peragentes, ad preces ſublimis a Deo ſervandi Imperii tui, illos direxiſſe noſcuntur. Unde & decuerat excellentiam tuam ita munitos eos remittere, ut in nullos vel piratarum, vel aliorum pravorum incurſus inciderent. Grave namque contra te ſuper hoc tam ſpiritualis Patris noſtri Apoſtolici Papæ, quam totius Eccleſiæ Romanæ murmur accenditur, eo quod illos a Sede Apoſtolica tam deſiderabiliter expetieris, ſed tam improvida diſpenſatione remiſeris.

Juſte redarguit Baſil. de Legatis miſſis non cuſtoditis.

LXVII.

Et Nicetas quidem Patricius, Hadriatici freti ſervator, cum claſſibus deſtinatus, accepta quaſi per hujuſmodi rem occaſione, multas prædas ab ipſis Sclavinis abſtulit, & quibuſdam caſtris direptis, eorum homines captivos abduxit, nec tamen quæ præfati venerabiles Apocriſarii, perdiderunt, hactenus reſtituta ſunt. Sane ſpiritalem tuam nolumus ignorare fraternitatem, ſuper caſtra noſtra deſtructa, tot populis Sclavoniæ noſtræ in captivitate ſine qualibet parcitate ſubtractis, ſupra quam dici poteſt animum noſtrum commotum. Non enim congrue geſtum eſt, ut iiſdem Sclavinis noſtris cum navibus ſuis apud Barim in procinctu communis utilitatis conſiſtentibus, & nihil ſibi adverſi aliunde imminere putantibus, tam impie domus ſuæ quæque diriperentur: ſibique contingerent, quæ ſi prænoſcerent, nequaquam prorſus incurrerent. Qua de re deſiderabilem dilectionem tuam hortamur, & admonemus, ut mox id corrigere jubeat, & ipſos captivos ad propria cum ſuis reduci præcipiat, ſi charitatis vinculum nunquam inter nos fore cupiat diſſolvendum. Nullus mortalium hactenus Imperium veſtrum talia commiſiſſe recolit, ac per hoc niſi correctionem juſſio tua præveniat: juſtæ ſeveritatis noſtræ proxima ultio proculdubio ſubſequetur, nec poterit remanere penitus impunitum, quod in contemptum noſtrum tanta temeritate conſtat fuiſſe patratum.

Juſta quærela Ludovici de Sclavinis deprædatis a Niceta.

LXVIII.

Nihilominus etiam te exiſtimare ſcimus, obſtupuiſſe nos talia de Miſſis noſtris audientes, qualia tuæ nobis dulcedinis litteræ intimarunt, adeo quippe illos inordinate ſignificans ambulaſſe, ut ſemper evaginato gladio deportato, non ſolum jumenta, ſed & homines interficerent. Quæ res ſi ita ſe habuit, manſuetudini noſtræ valde diſplicet, & ut ad certitudinem perducatur, vehementer exoptat. Verum & ipſi diligenter a nobis inquiſiti, tale quid egiſſe, modis omnibus negaverunt. Et quia non eſt, qui illos in faciem arguat, non eſt profecto eis neque convictis neque confeſſis juſtæ correctionis aliquid ingerendum. Verum nos illos nec ita educavimus, nec ita docuimus, ut ad talia, qualia perhibes, laberentur, & ideo de illis quidquam eorum credere, non facile judicamus. Cæterum indecorum ſonuit, quod fraternitas tua perhibuit, dicens, non gladiis, ſed dentibus noſtros dilaniandos eſſe, niſi cauſa timoris tui minimo coercerentur, cum ſi non eſſent in Imperio tuo, nihil tale ſibi prætenderent. Sed nec in Regno tuo poſiti, quidquam horum penitus formidarent, quinimmo nec tanti numeri viros & adhuc alios totidem, Deo gratias expaveſcerent.

Querela Baſilii de militibus Ludovici.

LXIX.

Poſtremo de Neapoli nobis in Chriſto fraternitas tua monuit, quaſi miſerri-

mus

Querela Ludov. de Neapolitanis faventibus Sarracenis.

*mus populum noſtrum ad incidendas arbores, & meſſes igne cremandas, & hanc ditioni noſtræ ſubdendam. Cum licet ab olim noſtra fuerit, & parentibus noſtris piis Imperatoribus tributa perſolverit: verum nos ab ejus civibus præter ſolitas functiones nihil exegimus, niſi ſalutem ipſorum, videlicet ut deſererent contagia perfidorum, & plebem deſiſterent inſequi Chriſtianorum: nam infidelibus arma, & alimenta, & cætera ſubſidia tribuentes, per totius Imperii noſtri litora eos ducunt, & cum ipſis toties beati Petri Apoſtolorum principis fines furtim deprædari conantur; ita ut facta videatur Neapolis Panormus, vel Africa ſedes Sarracenorum. Cumque noſtri quique Sarracenos inſequuntur: ipſi ut poſſint evadere, Neapolim fugiunt. Quibus non eſt neceſſarium Panormum repetere, ſed Neapolim fugientes ibidemque quouſque perviderint latitantes, rurſus improviſo ad certamina redeunt. Super quibus ſæpe illos monuimus; ſed ex admonitione pejores effecti ſunt, adeo ut Epiſcopum proprium, quoniam eos ut vitarent conſortia malignorum monitabat: ex urbe proiicerent, illuſtres ac proceres civitatis compedibus obſignarent. Ergo ſi ſocietatem non diſſolverint infidelium, (ſecundum Apoſtolum, qui præcepit, dicens: (a) Nolite jugum ducere cum infidelibus) & Epiſcopum proprium & paſtorem non receperint, portionem eorum ponemus cum iis, quorum libenter amplexi ſunt unionem, & una lance appendemus utroſque: quoniam non ſolum qui faciunt talia, ſed qui conſentiunt facientibus, dignos morte judicat memoratus inſignis (b) Apoſtolus, præſertim cum unanimiter arma contra Chriſtianos ferant, & dimicent, & ſi quos Fidelium capere poſſunt, Sarracenorum manibus tradant, cum ipſis ad bella uno impetu procedentes.*

De S. Athanaſio Epiſcopo Neapolit. expulſo.

(a) 2. Cor. 6.

(b) Rom. 1.

LXX. *Hæc omnia quæ juſtiſſime, ſicut veriſſime ab Imperatore Ludovico in Neapolitanam civitatem inferuntur, ſcias Lector, non culpa civium accidiſſe pietate præſtantium, ſed Sergii tyranni ipſis dominantis, cujus perſecutione S. Athanaſius eorum Epiſcopus ipſa pulſus eſt civitate. Porro hæc tibi certiora fient ex iis, quæ anno ſequenti dicentur. Pergit Ludovicus:*

De mittenda claſſe ad impediendos Sarracenos.

*De cætero, frater chariſſime, noveris, cum virtute ſummi Opificis noſtri exercitum noſtrum ordine prænotato, Bari triumphis noſtris ſubmiſſa, Sarracenos Tarenti pariter & Calabriæ mox mirabiliter humiliaſſe, ſimul & comminuiſſe; ac hos celiter, duce Deo, penitus contriturum, ſi a mari prohibiti fuerint eſcarum admittere copias, vel etiam claſſibus a Panormo vel Africa ſuſcipere multitudines. Quapropter ſpiritualis fraternitas tua, quia per totum * noſtrorum cunei populorum in utriſque locis vix aut numquam ſtudeat, neceſſe eſt ſufficientem ſtolum deſtinare, qui illos ab accipiendis alimentis a mari coerceat; & ſi plurimas contigerit (ſicut ſæpe nuntiatur) peſſimæ gentis advenire catervas facilius illis reſiſtere, divino munitus brachio, valeat. Nam iſte * Stratigus Georgius licet ſolerter invigilet, & ſtrenue pro ſuo poſſe decertet, non tamen ſufficit obviare, ſi plures inimicorum naves ex parte qualibet apparerent, non videlicet niſi pauca prorſus * Chelandia poſſidens. Et quia nonnulli Sarracenorum Panormi latrunculi cum ſagenis, ſolatio & refugio jam memoratorum Neapolitanorum freti, per Tyrrhenum mare debacchantur: oportet, ut ad hos capiendos, tuæ fraternitatis ſtolus ſine dilatione mittatur. Iſti ſunt, qui cum Calabritanis Sarracenis indefeſſa ſtipendia præbent, & iis qui Panormi ſunt, auxilia quotidiana miniſtrant. Unde ſi capiantur ſagenæ, maxima ex parte Sarraceni, tam Panormi, quam Calabriæ conſtringentur.*

* coruptus locus

* Magiſter militum

* navigii genus

*Nos enim Calabria, Deo auctore, expugnata, Siciliam diſpoſuimus, ſecundum commune placitum, libertati reſtituere, quod tantum erit utrumque facilius, quantum illi, divina dextra captis navibus & latrunculis, fuerint amplius & celerius infirmati. Nulla ergo tarditas, nulla mora, frater chariſſime in mittendo ſtolo proveniat, ne vel per eſcarum a mare receptarum abundantiam, vel per adventantium Agarenarum claſſium numeroſitatem horum vires non infirmentur, ſed roborentur: & ſic roborentur, ut poſtea difficilius infirmentur, ſed & fruſtra noſtræ per ſiccum indefeſſe certamen arripiunt, ſi ſic ipſi per æquora fuerint aliqua ſtipendia, vel copioſam multitudinem conſequuti.* LXXI.

Conſilium Ludovici de recuperanda Sicilia.

*Poſtremo, miſimus deſiderabili fraternitati tuæ Autprandum fidelem & familiarem hominem noſtrum, qui quædam quæ huic deſunt epiſtolæ, viva voce tuo Deo tuendo Imperio reſerabit, qui a diligenda nobis in Chriſto fraternitate tua ſuſceptus benigne, non exceptis octo diebus, quæſumus ullo modo retardetur, ſed celerius ad nos, quia ita convenit nulla impediente mora, Chriſto propitio, remittatur.* Hucuſque ex dicto codice epiſtola Ludovici ad Baſilium Imperatorem. Cætera autem, quæ hæc ſunt ſequuta, ſuis locis inferius dicenda erunt.

De Legato miſſo.

Hoc



LXXII. Hoc eodem anno celebrata Synodo Duziacenſi in Gallia, ab ipſa miſſa eſt legatio ad Hadrianum Romanum Pontificem. Qui hac functus eſt legatione, fuit Actardus Romæ ab Hadriano ordinatus Archiepiſcopus Turonenſis, antea Nannetenſis; hæcque fuit ſecunda legatio ipſius: nam prima fuit, cum miſſus antea (ut vidimus) ultimo tempore Nicolai Papæ, & ipſo defuncto jam invento, eſt auditus ab Hadriano. Hujus autem decernendæ legationis occaſio ea præceſſiſſe videtur, quod Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus majeſtatis accuſatus, & aliorum criminum reus damnatus in Synodo, Sedem Apoſtolicam appellaſſet. Cum etiam Carolum Regem in ſe vehementer commotum, ut placaret (ut ait (a) Aimoinus) profeſſionem emiſit, fidelitatis, atque obedientiam ſuo Metropolitano præſtandam. De ipſo enim hæc ait: *Interea poſt de multis impetitus, præcipue autem de inſubiectione & inobedientia erga ſuum * Archiepiſcopum Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus; ut ſe ab impetitis expediret, in Synodo Epiſcoporum decem provinciarum libellum propria manu ſubſcriptum porrexit, hæc continentem.*

Legatio per Actardum ſecundo miſſa.

(a) Aim. l. 5. c. 24. in fin.

* Regem Carolum

LXXIII. *Ego Hincmarus Eccleſiæ Laudunenſis Epiſcopus amodo & deinceps domino Seniori meo Carolo Regi ſic fidelis & obediens ſecundum miniſterium meum ero, ſicut homo ſuo Seniori, & Epiſcopus, per rectum, ſuo Regi eſſe debet, ac privilegio Hincmari Metropolitani Rhemorum Eccleſiæ, ſecundum ſacros Canones & decreta Sedis Apoſtolicæ ex ſacris Canonibus promulgata, pro ſcire, & poſſe, me obediturum profiteor. Et ſubſcripſit.* Hucuſque Aimoinus. Facta ſunt hæc in Synodo Duziacenſi in Rhemenſi provincia congregata. Sed quoniam nec iſta ſatis fuere ipſi, ne damnaretur ab Epiſcopis, hac de cauſa Sedem Apoſtolicam appellavit, quam ne adiret, tum Rex, tum Epiſcopi, a quibus damnatus fuerat, aliquamdiu impedimento fuere. Quæ cum Hadrianus audiſſet, cum Rege, & Epiſcopis ſtudioſe litteris egit, ut ſineretur idem Hincmarus Romam ſe conferre; qua etiam pendente cauſa (ut dictum eſt) idem Rex Carolus Legatum Romam miſit Actardum ad Hadrianum Pontificem:

Juramentum Hincmari Laudun. Epiſc.

Porro hanc legationem revera eſſe diverſam a priori, ne quid dubites, illud certum reddit, quod illa contigit anno Domini octingenteſimo ſexageſimoſeptimo: hæc autem hoc anno, ut ex ejuſdem Hadriani litteris mox recitandis intelliges, quæ datæ habentur hoc anno, ſeptimo Kalendas Januarii, Indictione quinta inchoata. Et licet inventæ ſint magna ex parte decurtatæ, tamen ſatis proficuæ, dum temporis notam nobis conſervant integram, qua veritas innoteſcat. Sic enim ſe habent: LXXIV.

Duæ legationes Actardi Epiſcopi.

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimis & ſanctiſſimis confratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſc. qui apud Duziacenſem Rhemenſis provinciæ Synodum convenerunt.*

Epiſt. ad Epiſc. Synodi Duziacenſis.

*Charitatis veſtræ litteras per Actardum venerabilem Coepiſcopum, & glorioſi Regis Karoli Legatum ſuſcepimus. Ac quid de ea ſuggeſtionem & deprecationem noſtram ageretis, non ſolum in eis, verum & per ipſum cognovimus. Egiſtis enim, ut decebat, oſtendentes in ipſo veræ fraternitatis fervorem, & in nobis Eccleſiæ, cui licet indigni, Vicarii tamen*

Ann. Eccl. Tom. XV. Ii men

PAGIUS X.

*Synodus Duziacenſis.*

A num. LXXII. ad CII. Annaliſta Bertinianus ad hunc Chriſti annum ſcribit: *Hincmarus Laudunenſis nomine tantum Epiſcopus, homo inſolentiæ ſingularis contra Evangelicam veritatem, & Apoſtolicam atque Eccleſiaſticam auctoritatem, contra Regem* (nempe Carolum Calvum) *rebellans, & in vicinos ac ſibi commiſſos tam Clericos quam Laicos ſine ulla reverentia ſæviens, & Metropolitano ſuo* (ſcilicet Hincmaro Remenſi) *ſe inde regulariter commonenti obedire contemnens, adeo & Regem ſuum, & Archiepiſcopum ſuum, atque Epiſcopos totius regni erga ſe commovit, ut Rex Synodum in menſe Auguſto apud Ducciacum condiceret: quatenus de illius pravitatibus regulare ibi agitaretur judicium. Ipſe autem Rex Carolus petentibus nepotibus ſuis Ludovici fratris ſui filiis Ludovico & Carolo per Viridinum obviam ejus locuturus cum illis perrexit, & inde ad Synodum in Ducciaco rediit. Interea Hugo Abba monaſterii Sancti Martini & Gozfridus cum ceteris Trans-Sequanis, incaute adeuntes inſulam Ligeris, in qua Nortmanni firmitatem ſuam habebant, cum maximo damno & multorum occiſione vix evaſerunt. Hincmarus vero tandem cum multa ſuperbia in Synodum venit, in qua a Rege Carolo ſecundum regulas Eccleſiaſticas porrecta petitione de cauſis certiſſimis regulariter accuſatus atque convictus, depoſitionis judicium regulare ſuſcepit, ſicut in geſtis continetur ipſius Synodi: quas eadem Synodus per Actardum venerabilem Epiſcopum qui eidem Synodo interfuit, ad Apoſtolicam ſedem direxit.*

*Duſiacum* ſeu corrupte *Duziacum* villa erat ſita in pago Moſomagenſi ad fluvium Charem, cujus mentionem facit Flodoardus in Chronico & in Hiſtoria Remenſi, diciturque hodie *Douziles prez*. Ea in villa hoc anno celebratum Concilium *Duziacenſe*, cujus Acta publicavit Cellotius, & Labbeus in Tomum VIII. Concil. inſeruit, & idem Cellotius in Vita Hincmari Laudunenſis §. 17. ac Natalis Alexander ſæc. IX. & X. in Diſſert. VIII. num. XII. & ſeqq. explicarunt, & his fere verbis narrarunt. In ea itaque Synodo *Carolus* Rex actorem ſe contra *Hincmarum* Laudunenſem præſtitit, Libellumque Proclamationis obtulit Patribus; quo conqueſtus eſt I. quod Majeſtatem ſuam diſtractionis rerum Eccleſiaſticarum apud Romanum Pontificem per calumniam

XI.

*In ea Carolus Rex de Hincmaro Laudunenſi Epiſc. conqueſtus.*

ac-

*men digniſſimi Principis Apoſtolorum præſidemus, debitum cum reverentia* † *Apoſtolico ſemper deſideratis conſortio. Generalitatem veſtram in Chriſto bene valere. Dat. VII. Kalend. Januar. Indictione V.* Hæc quod ad notam temporis ſpectat, ſatis.

† In V. C. abſciſſum eſt folium.

LXXV. Argumentum Epiſt. ad Duziacenſem Syn. miſſæ.

Quod autem ad ejuſdem epiſtolæ argumentum pertinet, ex ſequentibus litteris, quas idem Pontifex ſcripſit ad Carolum Calvum, illud intelligemus: nam ſic ſe habuit. Primum, quod cum illis ſuis litteris nonnihil exulceraſſet Carolum Regem, eumdem modo his lenire ſtudeat; & qui ulceribus vini acrimoniam ad abſtergendam putredinem adhibuiſſet, modo olei lenitate eadem palpando curaret, ne exiſtimari poſſet odii atque inimicitiarum intuitu ea ſcripſiſſe in eum, quæ ſcripſit, ſed potius paterno amore continere filium ſub juſtitiæ diſciplina voluiſſe. Subiicit de ordinatione Legati, quem miſerat, Actardi in Archiepiſcopum Turonenſem: Secreto deinde poſt obitum Ludovici Imperatoris ipſi pollicetur Imperium; atque demum agit de cauſa Hincmari Epiſcopi Laudunenſis jam condemnati, & Sedem Apoſtolicam appellantis juſte proſequenda Romæ, quo ipſe venire debeat. Sed audi ipſam ad Carolum epiſtolam Hadriani Pontificis:

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo filio, & glorioſiſſimo Karolo Regi conjugique ſalutem in Chriſto.*

LXXVI. Corripit murmurantem Regem.

*Litteras veſtræ nobilitatis per venerabilem filium, & fratrem noſtrum Actardum Epiſcopum ſuſcepimus. In quibus multa reclamatoria, reſultatoria, & tumultuoſa perſpeximus, aliter quam optaveramus murmurantia. Regnum Dei nullus murmurans accipit, nec murmurare potuit accipiens (a): Audiens enim ſapiens, ſapientior erit, & intelligens gubernacula poſſidebit. Nos vero, licet indigni, tamen ſumus illius Vicarii, cui commiſit Deus Eccleſiam ſuam, dans ei poteſtatem ligandi atque ſolvendi. Et qualeſcumque ſimus illius primi ſeſſoris meritis, quamdiu merita ejus in cœlis non moriuntur, quod operandum eſt in Eccleſia ſibi commiſſa, ab ipſo repletur. Et quidem quia quaſi tumores, & læſiones veſtras palpitare ſenſimus, has oleo conſolationis per mel dulciſſimæ charitatis, & ſanctæ dilectionis unguentum fovere, lenire, & ad integritatis ſanitatem perducere, medicamento, quo valemus, optamus.*

(a) Prov. 1.

LXXVII. Virtutes Caroli recenſet.

*Cum novimus (b) omne donum optimum, & omne datum perfectum de surſum eſſe deſcendens a Patre luminum; proculdubio donum ſapientiæ diligimus in te divinitus collatum: prædicatur enim de te, longe lateque diffunditur, quod ſis ſapiens & Domini timens. Scriptum eſt enim (c): Principium ſapientiæ timor Domini. Narratur etiam quod ſis juſtus, quod congruit regiæ poteſtati, cunctiſque judicibus divina prædicante Sapientia (d): Diligite juſtitiam qui judicatis terram. Annuntiatur etiam a pluribus probis, promaxime a comminiſtro & fratre verbotenus noſtro veſtroque fratrum noſtrorum Regni veſtri Duziacenſis Synodi Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Legato Archiepiſcopo jam a nobis conſtituto Turonenſi Actardo, quod ſis amator, exaltator, & illuſtrator ſpe-*

(b) Jacob. 1. (c) Eccl. 1. (d) Sap. 1.

PAGIUS accuſaſſet, miſſo Romam *Celſatio*. II. quod ab ipſo Carolo Rege ad Lotharium defectionem eſſet meditatus, deſertaque Eccleſia & plebe ſibi commiſſa, honores in illius Regno accipere decreviſſet. III. quod ſacramentum fidelitatis ſibi præſtitum violaſſet. IV. quod omnes Regi infideles, contra ejus Mandata clanculum emiſiſſet, Miſſoſque Regios armata manu a ſacræ Juſſionis executione prohibuiſſet.

XII. *Regis Libellum Synodo obtulit Hincmarus Remenſis.*

Expoſtulationis Libellum contra eumdem *Hincmarum* Laudunenſem obtulit Synodo *Hincmarus* Remenſis Metropolitanus, qui capita querimoniarum plurima continebat. I. quod Palatinam adminiſtrationem & Abbatiam in tertia Provincia ultra Remenſem per ſæculares poteſtates, contra Canones Sardicenſes ſuſcepiſſet, inconſulto Metropolitano ſuo, ideſt ipſo Archiepiſcopo Remenſi; eoque interdicente per aliquot annos tenuiſſet. II. quod ad eamdem Abbatiam abſque ejuſdem Metropolitani licentia ſæpe profectus eſſet, contra decreta Hilarii, Zoſimi, & S. Gregorii Pontificum Rom. III. quod ad ordinationem Epiſcopi Cameracenſis vocatus venire, aut Vicarium mittere contempſiſſet. IV. quod a Rege vocatus, ut de rebus pecuniariis contra conquerentes rationem coram eo redderet, venire noluiſſet, nec Advocatum mittere, nec electis Judicibus cauſæ cognitionem permittere. V. quod aliarum Diœceſeon Parochianos nullis criminibus accuſatos, vel confeſſos, ſive convictos, nulla motione regulari præmiſſa, eodem inconſulto Metropolitano, excommunicaſſet. VI. quod Presbyteros omnes & miniſtros Laudunenſis Eccleſiæ illegitima excommunicatione feriiſſet; & ab iis infantes baptizari, Pœnitentiam & Viaticum morientibus dari, mortuos Eccleſiaſticos ritu ſepeliri prohibuiſſet. VII. quod Metropolitano ipſum de his exceſſibus arguenti morem non geſſiſſet. VIII. quod ineptam Decretorum intenſe pugnantium Collectionem ediderit, eique ſubſcripſerit, & a ſuis Clericis ſubſcribi juſſerit, eodem inconſulto Metropolitano, IX. quod ea in Collectione Patrum verba, ſenſuſque corruperit. X. quod frequenter admonitus a Metropolitano, excuſare culpas maluerit, quam emendare. XI. quod a Synodo apud *Attiniacum* celebrata nocte fugerit, non expectata Judicum a ſe electorum ſententia. XII. quod res Eccleſiæ Laudunenſis abſque Metropolitani &



*ſpecialis in orbe terrarum, & promaxime Eccleſiarum Dei, ita ut nullus ſit Epiſcopatus, nullumque monaſterium in Regno tuo, quod non auxeris rebus propriis, & reſtitueris ſuis perplurimum: optareſque ferventer, & deſiderares hanc Principis Apoſtolorum primam Sedem exaltare, honorare, multiſque muneribus Vicarium ejus, & Clerum ſibi commiſſum ditare, & ab omnibus hoſtibus, prout poſſe & tempus dictaverit, defenſare, Dominumque totius viſceribus in hoc glorificare, monente Propheta ex perſona Domini (a): Qui glorificant me, gloriabor in eis. Quocirca ſapientia præcellentem cum timore Dei, & diligentem juſtitiam, & glorificantem Dominum quis non diligat? quis non ambiat? quis non deſideret? quis non optet revera ſicut Regem præcellentem, ſicut juſtitiam moderantem, ſicut Deum glorificantem? in veritate credite nobis, quia tales virtutes ſic diligo in vobis, ſicut animam meam. Scriptum eſt enim (b): Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et talem intelligo proximum, quem conſtat talibus virtutibus repletum; & a die illa, qua vobis per præfatum fratrem noſtrum mandavit fideles orationes, & certiſſimas amicitias, numquam aliorſum declinavi.*

(a) 1. Reg. 2. (b) Matt. 5.

LXXVIII. Excuſatio Hadriani Papæ.

*Et ſi quædam litteræ delatæ vobis ſint aliter ſe habentes in ſuperficie: vel ſubreptæ, vel a noſtris, nobis infirmantibus, extortæ, vel a qualibet perſona confictæ, durius aut acrius mordaciter ſonantes, id tantum nobis fixum ſemper manſit in mente, quod vobis ſignificavimus devote. Nec alienum judicavimus,*



*judicamus, & judicabimus a noſtra . . . . . mentis devotione, quem diligimus tota animi intentione, judicantes dignum laude, Propheta monente (c): Rectos decet laudare. Quem profecto ſperamus, ſi nobis ſuperſtes fuerit, noſtris omnibus propinquis, & amicis manum porrigere conſolationis: indolem & fidem ejus cernentes in affinitatem propinquorum noſtri deceſſoris. Namque ſolet ſæpe uterque parens in prolem opprobria vel maledicta congerere, quam optat ſine crimine & læſione manere. Cui ſimile ſolet ſæpe doctoribus & prædicatoribus contingere. Qua propter non ad ſonum, ſed oportet ad votum reſpicere.*

(c) Pſ. 32.

Affectus propinquorum.

LXXIX. Qua lege Actardus Epiſc. Turonenſis.

*Præfatum veſtrum denique Legatum, ſicut ſignificaſtis, & Synodus & plebs, expoſtulavit, & Turonicus Clerus, jam conſtituimus Cardinalem Metropolitanum & Archiepiſcopum Turonicæ provinciæ per ferulam, pitacium, & anulum; necnon per noſtræ auctoritatis litterale decretum, ſic tamen, ut Nanneticæ Eccleſiæ, cui fuerat deſtinatus, in eo quod remanſit, quia deſtructa habetur, jura poteſtatemve nullo modo ſubtrahamus: Interponentes paſtoralis vigoris cenſuram, ut ſi quandocumque vel quiſcumque alium ipſo ſuperſtite, in præfata Metropoli, & in iſta, vel in earum pertinentiis locare tentaverit, aut ordinare præſumpſerit, anathematis jaculo feriatur. Sane poſt ejus deceſſum electio canonica & ordinatio a ſuffraganeis Epiſcopis ejuſdem Metropoleos Turonicæ canonice celebretur ex more. Ut ſi Nanneticæ contigerit Eccleſiæ ad priorem redire ſtatum, nihil officiat ei hæc ne-*

 ceſſi-

PAGIUS & Coepiſcoporum conſilio, & proprii Cleri conſenſu Regi ceſſiſſet, *Nortmanno Comiti* in beneficium tradendas. XIII. quod fruſtratoria appellatione ad Romanum Pontificem ſui Metropolitani & comprovincialium Epiſcoporum judicium declinaſſet. XIV. quod fictam ſchedulam quaſi ab Epiſcopis Synodi apud Tuſſiacum celebratæ conſcriptam ad ipſum *Hincmarum* Remenſem Metropolitanum miſiſſet.

XIII. *Alia crimina Hincmaro Laudunenſi impoſita.*

XV. quod poſt fugam ab *Attiniaco*, relicto Eccleſiæ Judicio, ſæculares Judices a Rege petiiſſet, ac definita ab electis Judicibus Eccleſiaſticis negotia retractari curaſſet. XVI. quod excommunicationi complicum *Carolomanni* adverſus *Carolum* Regem dominum ac patrem ſuum perduellis, poſt quartam admonitionem, ſubſcribere renuiſſet. XVII. quod traditionis crimen Metropolitano ſuo per calumniam impoſuiſſet, falſo ipſi exprobrans quod eum Regi tradidiſſet, cum ab eo apud *Silvacum* detentus eſt; quam calumniam Remenſis *Hincmarus* certiſſimis documentis diſſipavit, ut & plures alias XVIII. quod a Synodo ipſa jam tertio vocatus non ſe ſiſteret. Hæc omnia conſtant ex libello Proclamationis Hincmari Remenſis XXXV. capitibus conſtante, qui extat in Actis Concilii Duziacenſis part. II.

XIV. *Hincmarus Laudunenſis judicatur.*

Accepta Regis adverſus *Hincmarum* Laudunenſem Proclamatione, & *Hincmari* Remenſis adverſus eumdem Expoſtulatione, Epiſcopi quorum Judicium Rex poſtulaverat, Reſponſionem ad ſingula ipſius libelli capita adornarunt, ex Scriptura Sacra, Canonibus, & legibus Imperatorum, exponentes gravitatem criminum, quibus accuſabatur *Hincmarus*, & quid adverſus horum criminum reos iidem Canones & leges decernant. Hæc Reſponſio duodecim capitibus conſtans, tertia pars eſt Synodi Duziacenſis.

XV. *Sedem Apoſtolicam appellat.*

Interim *Hincmarus Laudunenſis* ter ad Synodum vocatus advenit, & cum ipſo communicata eſt *Caroli* Regis expoſtulatio adverſus ipſum Patribus oblata, necnon Epiſtola Hadriani II. qua ipſi auctoritate Sancti Spiritus præcipiebat, ut Metropolitano ſuo per omnia ſecundum ſacros canones ſubiectus eſſet, *Salvo duntaxat Apoſtolicæ Sedis Synodico proclamandi Judicio*. Ipſi datæ ſunt induciæ, ut ad ſingula capita Proclamationis Regiæ reſponderet. Poſt trinam rurſus citationem, ægre ſtitit ſe Synodo. Interrogatus nihil ſe reſponſurum conteſtatus eſt, quod rebus ſuis & facultatibus Regis mandato ſpoliatus eſſet. Rem aliter ſe habere, certiſſimis documentis & teſtimoniis Rex pro-

*ceſſitatis unitio, quam exegit paganorum vaſtatio, quod minus proprium valeat habere pontificem. Sed vidimus eum valde triſtem propter perſecutionem paganorum.*

LXXXI. *Et cum omnes ſint pene res ipſius Eccleſiæ depopulatæ, precamur largiſſimam munificentiam & charitatem veſtram ob amorem Dei, & ſancti Petri noſtramque deprecationem, & hoc ſit in memoriale perpetuum, quod conceſſeritis nobis hoc donum, ut non patiamini tantum locum, peſſum iri & in deſolationem, præſertim cum fuerit ex antiquo Metropolis & meritis glorioſiſſimi Confeſſoris Chriſti Martini honorabilis ſemperque venerabilis, & intra Gallicanas eadem ſecunda vel tertia provincias Turonenſis; & multis quæ ab ea diſtractæ ſunt ditata villis poſſeſſionibus, & Abbatiis. Et cum aliæ, quæ ſub ea ſunt civitates, jam ſint pene deſtructæ harum matrem tantum & Metropolim ne patiamini deſtrui, deſolari, & dehonorari veſtro in tempore: quin potius ſtudete eam de rebus veſtris propriis, vel procul ab ea poſitis, vel tutis a paganis ditare, continere & extollere. Quia tunc ea vobis in æternum confirmatis, cum quæ Eccleſiarum Dei obſequiis condonatis, ſervatis omnibus ſua jura Metropolitanis. Noſtis enim, quia omne monaſterium in poteſtate Epiſcopi conſiſtere debet, juxta canonicam auctoritatem, & quia hoc eſt tranſgreſſum, ideo plurima monaſteria habentur deſtructa, ſicuti monaſterium S. Medardi Turonis in quo jacent Epiſcoporum primi Turonenſium Lidorius & Gratianus, ſicut & monaſterium majus, ſicut etiam alia in eadem civitate monaſteria, quæ forſitan per Epiſcopale miniſterium, & veſtrum ſapientiſſimum conſilium & largiſſimum donum poterunt redire ad priorem ſtatum.*

LXXXII. *Debent etiam viciniores Eccleſiæ cujuſlibet parœciæ in poteſtate conſiſtere præſulis; ſicut moris eſt Eccleſiis plurimis. Res etiam, quæ de eadem Eccleſia noſcuntur fuiſſe olim abſtractæ, precamur vos eidem reſtituere, & ſicut precati jam ſumus, ad præſens de veſtris rebus propriis per præceptum veſtrum eam ditare, conſtruere, & vobis in æternum propriam facere, ut non vocetur ut antiquitus Cæſarodunum ulterius, ſed * Karoli donum in perpetuum.* [* al. Carolodunum] *Igitur ergo integra fide & ſincera mente devotaque voluntate, ut ſermo ſit ſecretior & litteræ clandeſtinæ, nullique niſi fidiſſimis publicandæ, vobis confitemur dovovendo, & noteſcimus affirmando, ſalva fidelitate Imperatoris noſtri, quia ſi ſuperſtes et fuerit veſtra nobilitas, vita nobis comite, ſi dederit nobis quiſlibet multorum modiorum auri cumulum, nunquam adquieſcemus expoſcemus, aut ſponte ſuſcipiemus alium in Regnum & Imperium Romanum, niſi teipſum.* [Secreto pollicetur Imperium] *Quem quia prædicaris ſapientia & juſtitia, religione & virtute, nobilitate & forma, videlicet, prudentia, temperantia, fortitudine atque pietate refertus, ſi contigerit te Imperat. noſtrum vivendo ſupergredi optamus omnis Clerus, & plebs, & nobilitas totius orbis & Urbis non ſolum ducem & Regem, Patricium & Imperatorem, ſed in præſenti * Eccleſiæ defenſorem, & in æterna cum omnibus Sanctis participem fore.* [* deeſt f. vita]

LXXXIII. [Cauſa Hincmari Laudun. Epiſcopi.] *De Pontifice Laudunenſi Hincmaro a præſulibus decem provinciarum depoſito, & a Metropolitano ſuo venerabili fratre Hincmaro Archiepiſcopo, reſervato per omnia hujus primæ Sedis privilegii judicio: cumulata in ſynodalibus litteris & præfati Metropolitani & veſtris, necnon in libello reclamationis Cleri & plebis Laudunenſis, ſeu in libello continenti ſeriem geſtorum Synodi, tanta turpia, tanta dictu nefanda, tantaque execranda & auctorem ſuum damnanda referuntur, ut incredibilia ab ignorantibus videantur. Sed de his nihil audemus judicare, quod poſſit Nicæno Concilio & quinque cæterorum Conciliorum regulis, vel decretis noſtrorum anteceſſorum obviare. At de his quod præfati Canones & decreta decernunt, ipſique cum ipſis una vobiſcum congregati cum noſtro ſpiritu, ſimiliter decernimus, & quod ſtatuunt ſtatuimus, & quod judicant judicamus. Nec in ullo deviantes a tenore canonico, ſervantes omnibus ſua jura Metropolitanis: & (ut verbis loquamur beati Papæ Leonis, aliter enim, inquit, nobis commiſſos regere non poſſumus, niſi hos, qui ſunt perditores, & perditi perſequamur) zelo Dominicæ Fidei & a ſanis mentibus, ne peſtis hæc latius divulgetur, ſeveritate, qua poſſumus, abſcindamus, & quæ male pullulaſſe noſcuntur, radicitus evellantur, & meſſem Dominicam nulla zizania corrumpant. Ita enim fructum uberem, quæ ſunt ſincera præſtabunt, ſi ea, quæ natam ſegetem enecare conſueverunt, diligentius amputentur.*

LXXXIV. *Sed quia non ſatis idonea videntur, & matura noſtris & huic ſanctæ Sedi condigna, donec ad hanc ſanctiſſimam & Apoſtolicam, quam appellavit, Sedem, ſpacium habeat veniendi: ideo veniat, & oſtenſis ſibi litteris, quas nobis miſiſtis, & libello continenti ſecreta Synodi, libellulo etiam Cleri & plebis Laudunenſis proclamationem continenti; ſi adhuc juſtam putaverit habere proclamationem, aſſerens ſe injuſte damnatum; tunc electis judicibus non tamen eo prius in gradu reſtituto, aut ex latere noſtro directis Legatis cum auctoritate noſtra refricentur, quæ geſta ſunt, & negotia, in qua orta ſunt provincia canonice terminentur. Quod ſi venire detrectaverit, clareat quod idem ipſe dederit locum damnationis in ſemetipſum. Nec ſacer ordo differendo moram patiatur vel detrimentum. Qualiter autem, aut quomodo, vel quando veniat, vel abducatur, ſeu * interdum cuſtodiatur, præfato confratri noſtro communi Legato Actardo Archiepiſcopo urbis in mandatis, & alia clandeſtina commiſimus manifeſtanda. Sanctorum Apoſtolorum, Petri & Pauli interceſſione, noſtraque ſupplicatione, & pro ordine nobis a Deo collato benedictionem mereamini vitæ præſentis proſperitatem, regiam & Imperialem dignitatem noſtram, & bonorum omnium communionem & ſocietatem, peccatorum omnium remiſſionem, & æternæ vitæ glorioſiſſimam reſurrectionis felicitatem. Amen.* [* f. interim.] Hæc ad Carolum Regem.

LXXXV. Scripſit idem Hadrianus ad Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum de eadem cauſa Hincmari Epiſcopi Laudunenſis, qui de ipſo ad eumdem Pontificem litteras dederat, cui etiam procurationem ejuſdem Eccleſiæ Laudunenſis committit, donec ipſa Hincmari cauſa fuerit penitus abſoluta. Litteræ ipſæ ad Hincmarum Rhemenſem ſic ſe habent miſſæ Pariſiis:

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimo & ſanctiſſimo confratri noſtro Hincmaro Archiepiſcopo Rhemenſi. Il-*

PAGIUS probavit, & calumniæ ipſum convicit. Spoliati etiam theſauri Laudunenſis Eccleſiæ convictus eſt. Ab *Hincmaro* Metropolitano reſpondere juſſus ad objecta, illum recuſavit, appellationem ad Sedem Apoſtolicam ingerens. Recuſationis rationem dixit, quod nempe ipſum a Rege in cuſtodia detineri feciſſet. Teſtimoniis Regis Epiſcoporum & Clericorum & Procerum diſſipata calumnia; recuſatio nulla judicata eſt. Ab Hincmaro itaque Metropolitano interrogatus Synodi juſſu appellationem ad Rom. Pontificem oppoſuit, Romamque citavit, accuſatores. Fruſtratoriæ appellationis nulla habita ratio. Contumaciter ſilens, ex verbis, ſcriptis & ſubſcriptionibus ſuis legitimiſque teſtimoniis convictus eſt ſeditionis, calumniæ, inobedientiæ, perjurii, & infidelitatis in Regem, pervaſionis, diſtractionis Rerum Eccleſiaſticarum, excommunicationis temere & injuſte latæ, contemptus & inobedientiæ, & contumaciæ erga Metropolitanum &c. Patres ſententiam rogati, ipſum depoſitione dignum judicarunt, *Salvo per omnia Apoſtolicæ Sedis Judicio*. Omnium acceptis ſuffragiis *Hincmarus* Metropolitanus ſententiam depoſitionis in eum protulit, cui poſt ipſum VII. alii Metropolitani, XIII. Epiſcopi, Chorepiſcopus unus, Presbyteri VI. & Archidiaconi duo, Epiſcoporum pariter abſentium Vicarii, pariter ſubſcripſere.

XVI. [*Hadrianus PP. jubet eum Romam mitti.*] Denique Synodica Epiſtola ad Hadrianum II. quæ dicitur *data VIII. Idus Septemb. præſentis IV. Indictionis*, ſcripta, cauſæ totius relationem continens, qua Patres rogarunt ſententiam adverſus Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum latam ab Apoſtolica Sede confirmari. Scripſit & privatam Epiſtolam ad eumdem Pontificem *Hincmarus* Remenſis Metropolitanus. Orarunt Antiſtites omnes ſummo conſenſu, ut *Actardum* Epiſcopum Namnetenſem, a Britonibus a Sede ſua ejectum, qui Synodi relationem ad ejus Sanctitatem deferebat; Legationemque ab eadem Synodo ad Sedem Apoſtolicam ſuſceperat, Eccleſiæ Metropolitanæ Turonenſi præficeret. Id lubentiſſime conceſſit Hadrianus II. ſed Synodum & ſententiam in Hincmarum latam confirmare noluit, quod *cum clamaret in Synodo ſe ad Sedem Apoſtolicam velle incunctanter venire, atque in præſentia ejus pro objectis ſibi ab adverſario criminibus reſpondere, damnationis in eum fuerit prolata ſententia.* Juſſit illum mitti Romam, & cum eo *accuſatorem idoneum, qui nulla poſſet auctoritate legitima reſpui* ut cum Synodali Conventu ſecundum morem, Judicium retractaretur. Vetuit interim, quoüſque cauſa illius refricata fuiſſet atque finita, alterum Epiſcopum in Eccleſia Laudunenſi ullatenus ordinari, ut conſtat ex Epiſtola Hadriani II. ad Epiſcopos Synodi Duziacenſis a Baronio num. LXXIV. recitata & ex altera ad Regem Carolum paulo aſperiori, a Baronio anno ſuperiori num. XXVIII. relata, qua cum ejus offenſam Majeſtatem perſpexiſſet, aliam reſcripſit longe honorificentiorem atque mitiorem, qua ejus virtutes effuſe primum commendavit, ut ejus animum deliniret. Adhæc literas ſuperiores Romæ hoc anno etiam Miſſas ſic excuſat, ut a ſe ſcriptas neget, ſed ab Officiis, dum ipſe ægrotaret ſuo nomine.

XVII. Regi etiam pollicitus eſt patrocinium & operam ad Imperium obtinendum ſi Ludovico II. Imperatori nepoti ſuo ſuperſtes eſſet: *Integra fide, & ſincera mente, devotaque voluntate, ut ſermo ſit ſecretior, & literæ clandeſtinæ, nullique niſi fideliſſimis publicandæ, vobis confitemur devovendo, & noteſcimus affirmando, ſalva fidelitate Imperatoris noſtri* (Ludovici nempe II.) *quia ſi ſuperſtes ei fuerit veſtra Nobilitas, vita nobis comite, ſi dederit nobis quilibet Multorum modiorum auri cumulum, nunquam acquieſcemus, expoſcemus, aut ſponte ſuſcipiemus alium in Regnum aut Imperium Romanum, niſi te ipſum*, &c. Denique devolutus ad Hincmari negotium, de ipſo longe remiſſius loquitur ac mitius quam antea; vult appellationis ejus habita ratione, ut Romam ire permittatur, & accuſationibus, Actis, ac ſententia Synodi cum illo communicatis, ſi ſe injuſte damnatum conteſtetur, electis ab ipſo Judicibus, aut miſſis ex latere Pontificis Legatis cauſa in Provincia finiatur. [*Et ejus appellationis rationem haberi.*] Nec interim tamen illum ſe reſtituere ſignificat in priſtinum gradum. Quod ſi Romam juſſus non perrexerit, ratam eſſe vult Sententiam a Synodo in eum latam.

XVIII. *Actardus* Metropolitani Turonenſis auctus dignitate, rediit in Gallias cum Hadriani Papæ literis ad Epiſcopos & ad Regem: quæ haud æquo

LXXXVI. Hadrianus Pap. ad Hincm. Rhem. Archiep. epiſtola.

*Illuſtrem Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum deſiderio viſendorum ſanctorum Apoſtolorum Liminum anhelantem, & libenter amplectimur, & adventum illius non ſolum non differimus, verum etiam ne ultra Kalendas Auguſti ſtare audeat, gravitate Apoſtolica, ſcientes illum tali voto ſpiritualiter poſſe proficere, prohibemus. Huic ergo in veniendo, ſicut auctoritas Apoſtolica, ſic faveat & Epiſcopalis humanitas: quatenus Epiſcopatus ejus omni careat per veſtram ſolicitudinem detrimento, dum prædiorum ſuorum perverſe a Northmanno poſſeſſorum, liberalitate veſtra, per interceſſionem noſtram fuerit potitus augmento. Quapropter & Northmannum ſcito auctoritate Apoſtolica continuo ab Eccleſiaſtica communione, niſi præſentialiter ſe omnibus Laudunenſis Eccleſiæ rebus exuerit, per tui oris officium repellendum, & venerabilem virum Hincmarum Epiſcopum, ſi propoſito Romam veniendi abuſus, quod bene vovit reddere non ſtuduerit tranſgreſſoris judicio, quod Deus averterit puniendum. Quicumque igitur a tempore, quo Romam venire cœperit uſque in id, quo, Chriſto duce, ad propria remeaverit, in quibuslibet rebus illius Eccleſiæ quodlibet operatus fuerit detrimentum: quoniam Epiſcopatum eius ſanctitati tuæ ſpecialiter poſt Regem ſervandum committimus: tamdiu ſe noverit Sacramento corporis, & ſanguinis Domini fore privandum, quamdiu ſanctæ Laudunenſi Eccleſiæ, & tibi ipſiuſque pontifici legitime, immo canonice fuerit ſatisfactum. Optamus ſanctitatem tuam in Chriſto bene valere.* Hæc Hadrianus ad Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum. Sed & ad Carolum Regem eodem argumento has, quæ ſequuntur, litteras dedit, quæ ſic ſe habent:

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Carolo excellentiſſimo Regi.*

LXXXVII Hadrianus ad Carolum.

*Illuſtrem Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum, deſiderio viſendorum ſanctorum Apoſtolorum Liminum anhelantem, & libenter amplectimur, & adventum illius non ſolum non differimus, verumetiam ne ultra Kalendas Auguſti ſtare audeat, gravitate Apoſtolica, ſcientes illum tali voto ſpiritaliter poſſe proficere, prohibemus. Huic ergo in veniendo ſicut auctoritas Apoſtolica, ſic faveat & humanitas regia; quatenus Epiſcopatus ejus omni careat, per veſtram ſolicitudinem, detrimento; dum prædiorum ſuorum perverſe a Northmanno poſſeſſorum liberalitate veſtra per interceſſionem noſtram fuerit * pretium augmento; ſicut enim gaudemus, cum ſerenitatem tuam, erga ſtatum Eccleſiaſticum more prædeceſſorum Principum liberalem, tam litteris audimus, quam vocibus; ſic nimirum cum eam in aliquo diſtrahentem extra conſuetudinem ſuam comperimus, tota cordis valetudine contriſtamur. Quapropter & Northmannum ſcito auctoritate Apoſtolica continuo ab Eccleſiaſtica communione, niſi ſe præſentialiter omnibus Laudunenſis Eccleſiæ rebus exuerit, repellendum, & venerabilem virum Hincmarum Epiſcopum, ſi propoſito Romam veniendi abuſus, quod bene vovit, reddere non ſtuduerit, tranſgreſſoris judicio; quod Deus averterit, puniendum.*

* al. potius

*Qui-*

PAGIUS Querela Patrum Duziacenſium apud Pontificem Rom.

æquo animo ab iis ſunt ſuſceptæ, metuentibus ne lite adhuc pendente, *Hincmarus Laudunenſis* novas turbas excitaret, ſolitiſque artibus & calumniis Romanæ Curiæ illuderet. Quare Epiſcopi qui ad Synodum Duziacenſem convenerant ad Pontificem reſcripſere, Acta Concilii, & Synodicam per *Actardum* miſſa, ab ejus Sanctitate ex integro relecta non fuiſſe, vel ſtudio neceſſario expenſa. Incuſant eum, qui Pontificis Epiſtolam ſcripſit, quod ad locum illum Actorum non attenderit, ubi, antequam damnationis Sententia in Hincmarum proferretur, ita ſcriptum eſt; *Tunc lecta ſunt in Synodo ab Adalgario Diacono ſententiæ canonum, ita eo dicente; Sardicenſes canones decreverunt* (canon ſcilicet III) *ut ſi aliquis Epiſcopus judicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, ut iterum Concilium renovetur: Si vobis placet, S. Petri Apoſtoli memoriam honoremus, & ſcribatur ab his qui cauſam examinaverunt Julio Romano Epiſcopo, & ſi judicaverit renovandum eſſe Judicium, renovetur, & det Judices. Si autem probaverit talem cauſam eſſe, ut non refricentur ea quæ acta ſunt, quæ decreverit, confirmata erunt. Et Innocentius Papa decrevit,* &c. Hæc & alia plura in Fragmento iſtius Epiſtolæ Tom. III. Concil. Gall. recitatæ ad Pontificem reſcripſerunt, quibus probarent, ſe debitam venerationem Sedi Apoſtolicæ ſervaſſe, appellationi *Hincmari* detuliſſe, modo canonice interiiceretur, poſt Synodi nationalis judicium ſecundum Canones Sardicenſes, nec fruſtratoria & deſultoria eſſet. Concilii enim Duziacenſis Patres jus recipiendi ac judicandi Epiſcoporum dejectorum appellationes Sedi Apoſtolicæ non negarunt, ſed ſolum contenderunt primam cauſæ cognitionem in provincia inſtitui debere, uti Acta ejuſdem Synodi teſtantur.

XIX. *Carolus Calvus nunquam deſcivit a Pontifice Rom.*

*Carolus* Rex pari quoque iracundiæ ſpiritu concitatus, neglecta deliniente Epiſtola, aut certe diſſimulata, fortaſſe quod promiſſa in futurum Pontificis bona minoris æſtimaret, quam imminentem ab *Hincmaro* Laudunenſi moleſtiam & perſecutionem; ad priorem ſolam adhæreſcit, eique majore quam alias unquam perturbatione reſpondet. Extat integra inter *Hincmari* Epiſtolas, ordine XLII. pag. 703. tanquam Hincmari ipſius opus, Regis nomine. Cujus partem ex politico Scriptore depromptam, tanti fecit Baronius num. XCII. ut refutatione dignam exiſtimarit; putaritque *Carolum* eo facto ſe ſe *neſcientem a filiatione Sanctæ Eccleſiæ diſcidiſſe*. Verum, inquit Cellotius

Ci-



LXXXVIII. *Quicumque igitur a tempore, quo Romam venire cœperit, uſque in id, quo, Chriſto duce, ad propria remeaverit, in quibuſlibet rebus illius Eccleſiæ, quodlibet operatus fuerit detrimentum (quoniam Epiſcopatum ejus gloriæ veſtræ ſpecialiter ſervandum committimus) tamdiu ſe noverit Sacramento corporis, & ſanguinis Domini fore privandum, quamdiu ſanctæ Laudunenſi Eccleſiæ, & vobis ipſiuſque Pontifici legitime, immo canonice fuerit ſatisfactum. Optamus regiam excellentiam veſtram ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſcita conſuetudinaliter obſervantem in Chriſto ſemper valere.* Hæc Hadrianus.

Cæterum longe abfuit, ut dimitteretur Laudunenſis Hincmarus venire Romam, qui hoc tempore querelarum libellum (*a*) obtulit per clericum ſuum Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo, cum inter ea ſe ſubduxiſſet a Synodo, a qua damnatus eſt. Habetur ipſe intextus in epiſtola ab ipſo Hincmaro Rhemenſi adverſum eum dato, de quo ſuperius: porro antequam libellum ponat, his verbis eum ita compellat: *Tu ante hanc definitionem contra ſacros Canones, & ſine ulla neceſſitate vel ratione fuga lapſus, regularem definitionem expectare contempſiſti. Itemque poſt aliqua de Canonibus, & de electorum judicio (ut prædixi) caute & inhoneſte fuga lapſus abſcedens, pittaciolum irrationabiliter confectum, & manu tua ſubſcriptum, ac præfatæ poſſeſſioni uſquequaque contrarium per Ermenoldum diaconum tuum ſexto nonas Julii * III. Indictione mihi miſiſti; quod ita ſe habet.*

(*a*) *Apud Frod. hiſt. Rhem. l. 3. c. 21.*

* al. XV.

LXXXIX *Reverendiſſimo Rhemorum Archiepiſcopo Hincmaro ſanctæ Laudunenſis Eccleſiæ Hincmarus Domino miſerante Epiſcopus debitam in Domino devotionem.*

*Scitis quia ab univerſali ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Papa * quoque noſtro & magiſtro Hadriano bis vocatus exiſto. Et vos ipſi in quaternionibus mihi, vobis in Attiniaco palatio coram Archiepiſcopis, & Epiſcopis qui affuerunt datis, quod ad eamdem Sedem venire vocatus detrectem, me reprehendiſtis * ſi vitio ſcriptoris prædetractem quid eſt diſſimulem vel differam, detractem, quod valde tractem non ab re accipi poteſt inter cataxatum non fuit. Unde vos nunc pro amore Dei omnipotentis, & reverentia S. Petri expoſco, ſicut in eadem Synodo, & in eodem Attiniaco palatio a vobis convocata, quod impetrare non valui, expoſtulavi. Ac jam etiam per integrum efflagitavi annum, & præcipue in Synodo apud Vermeriæ palatium olim ab * homo habita, obſecrando declamavi. Et nunc quoque obſecro, & idem declamo, ut & hactenus egi, quod veſtra Archiepiſcopali auctoritate apud domini noſtri Regis glorioſiſſimi Caroli clementiam obtineatis, quatenus domini, & univerſalis Papæ præceptis, ac inſtitutionibus Eccleſiaſticis, mihi (ut omnibus expedit) velut ei, qui de omni Eccleſia fas habet judicandi, liceat obedire; videlicet, ut ad Limina Apoſtolorum Petri ſcilicet, & Pauli, merear, ut devovi, & ab eodem inſuper vocatus ſum, penetrare. Alioquin me vobis abhinc, ut Archiepiſcopo Epiſcopus obtemperare debet, canonice ſciatis obſequi non poſſe. Quia, ut decernit B. Papa Gelaſius, neſciunt quid loquuntur, qui decretis S. Romanæ Sedis Præſulum quaſi Canones opponunt, quibus contraire, contra Canones eſt ipſos ſe erigere. Iſte Gelaſius Papa venerabilis & ſanctus omnes decretales epiſtolas venerabiliter ſanxit ſuſcipiendas: & qui nec eas venerabiliter ſuſcipit, licet ad * Thomam caput inclinet, & eis non obedit, ſed potius Petro obvians, manus inferens (quod ſine periculo agi non poteſt) reſpuit, utpote qui de ſe judicari non proſpicit. Nam velimus, nolimus, aut eis parebimus, aut eorum judicio percellemur, quorum neminem quippe reprobare valemus. De Archiepiſcopis autem Remigio, & Arduico, quod mihi per Zeteltandum diaconum mandaſtis, privilegio S. Romanæ Eccleſiæ non præjudicat: ſed quod eis eadem ſancta Sedes de me voluit ac diſpoſuit committere, commiſit. Vos vero*

* Locus corruptus

* Romam

*quod*

PAGIUS

citatus §. XVIII. qui ſe in titulo *ſpiritualem Papæ filium* appellat: *qui in appendice, reſponſionem hanc non contumaciter, ſed mente pacifica contextam* fuiſſe ait; qui ſe in priore Epiſtola, *Regem qualemcumque, tamen Catholicum, & in Catholica religione devote manentem* vocat: qua tandem ratione cenſeri poteſt ſchiſmaticus. Quid ſi priori jam citatæ Epiſtolæ, in qua *multa reclamatoria, reſultatoria, & tumultuoſa perſpexiſſe* ſe ſcribit Hadrianus, notam Schiſmatis non affixit, quin potius ea lecta *filium cariſſimum, ſapientia præcellentem, diligentem, juſtitiam, glorificantem deum* nuncupat: *fideles ſuas orationes, & certiſſimas amicitias nunquam aliorſum declinaviſſe* proteſtatur, ut videre eſt apud Baronium num. LXXVI. & ſeqq. ubi Epiſtolam integram recitat: cur hæc Epiſtola ejuſdem notæ & ſtyli ſchiſmaticum feciſſe dicetur? Denique ſapientiſſimus & moderatiſſimus Pontifex, ad omnes has literas ne apicem quidem reſcripſit, malum vitans ſilentio, patientiaque, quod aliqui jam putant inchoatum: atque ſequenti anno exeunte mortuus, Joanni VIII. penitus ſopiendum reliquit. Ita recte Cellotius. Legendus etiam Natalis Alexander laudatus num. XV. ubi oſtendit Carolum Calvum immeritum a Baronio caſtigari. Adhæc quæ de Carolomanno Caroli Regis filio anno ſuperiori diximus, huc revocanda.

*quod veſtrum eſt agite. In Domino JESU Chriſto bene valete.*

XC. *Ego Hincmarus ſanctæ Laudunenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſponte ſubſcripſi.* At hæc Rhemenſis Hincmarus cuncta pro arbitrio volvens, non modo non audivit, ſed redarguit, ut qui omnia ſubterfugii cauſa ingereret, prout ipſe eadem pluribus inculcat epiſtola.

Hincmarus Laud. defenſor jurium Rom. Eccleſiæ.

Plane conſtat (quod ſæpe ſuperius dictum eſt) ſtetiſſe ipſum Laudunenſem adverſus Rhemenſem pro cuſtodia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ pontificiorum decretorum, quorum contemptorem & prævaricatorem fuiſſe ipſum Hincmarum ſeniorem ſæpe redarguit, atque ſcriptis pariter declamavit: qui tantam ſibi notam inuri dolens, eadem epiſtola in ipſum & ad ipſum ſcripta hæc habet: *Poſt alia multa ſuper dolorem vulnerum meorum addens, dicis (ſicut in ſcriptis tuis perverſis invenio) quia Apoſtolicæ Sedis poteſtati derogo. Unde nemo ſanum ſapiens tibi umquam credidit, vel credet quoniam etiam, & ipſa ſcripta, quæ ad Apoſtolicam Sedem ſæpe miſi, & illa, quæ tibi reſultanti ſæpe tranſmiſi, te revincent, & in iſto ſæculo & in futuro Judicio. Non enim de me verum eſſe, valebis umquam vel uſquam probare quod dicis: ab his, inquiens, a quibus pro Apoſtolicæ Sedis privilegiis, quæ Chriſti ſunt, uſque ad mortem fas erat decertare, prædicatur & docetur, in his quæ eadem Sedes ſtatuit,* * *vel dum reſpuendum probari.* Et inferius poſt illatas in eum criminationes:

XCI. Hincmarus Rhem. perverſor jurium Rom. Eccleſiæ.

*Ego decretales epiſtolas Sedis Apoſtolicæ diverſis temporibus pro diverſarum partium conſolatione ab ejuſdem Sedis Pontificibus datas & venerabiliter ſuſcipio, & venerabiliter ſuſcipiendas dico & ſcribo, & ſacros ſanctorum Conciliorum Canones cum decretis Sedis Apoſtolicæ ex iiſdem ſacris Canonibus promulgatis, & recipiendos & cuſtodiendos & ſervandos, ſicut ſupra oſtendi profiteor, & cætera, quæ ſuperius.* Ita quidem verbis captioſis atque ſcriptis Hincmarus Rhemenſis, factis autem ſecus, ut cuncta, quæ ſuperius in omnibus cauſis, quas cum Sede Apoſtolica habuit, ſatis aperte demonſtrant, & quæ in hac ipſa cauſa Laudunenſis Epiſcopi geſta ſunt, indicant, quam proſequamur.

XCII. Hadrianus quæ præcipiat Carolo.

Inter hæc autem dum iſta de cauſa Hincmari tractarentur, nec ipſe veniret, ut debuit, Romam proſequuturus cauſam ſuam apud Apoſtolicam Sedem, quam appellaverat: videns Hadrianus eum detineri artibus adverſariorum, ne ſe conferendi ad Urbem facultatem haberet: acriores litteras de his ad Carolum Regem ſcripſit, quibus inter alia eidem Regi præcepit, ut eumdem Hincmarum Romam mittat. Has ab Hadriano miſſas litteras accipiens Carolus, in deteriorem partem interpretatus eam Pontificis in præcipiendo Regi dicendi libertatem, cum Rege Apoſtolica fungentis auctoritate: amariſſimas ad eum litteras reddidit, quibus integris cum nos careamus, hic reddemus quæ ex eis a Politico auctore ſunt deſcripta in libello paucos ante annos edito de jure Regum, Regnique Francorum. Ita plane Politici more ſuo, ſi quæ interdum ab exæſtuante ira Rege ſcripta reperiuntur in Romanos Pontifices, eadem tamquam ſelectiſſimas gemmas colligunt, quibus contexunt, ut ſibi videtur, coronam pretioſiſſimam Regis; reliquas vero omnes poſthabentes, & nullius pretii exiſtimantes epiſtolas Regum & Imperatorum Francorum innumeras, quibus ſtudium, pietas, reverentia, obſequium, omneque demum genus officii erga Apoſtolicam Sedem, ipſoſque Romanos Pontifices inſinuantur & ampliſſimis notis expreſſa, perpetuis teſtata monumentis, hactenus integra remanſerunt. Cum alioqui pro una vel altera illarum, quas (ut ex eis apparet) mens turbata, ut Agamemnon apud Homerum, cum Chryſeidem reddi contra omnium ſententiam recuſaret, obſtrepens magis, quam loquens, effutiit potius, quam dictavit, ſexcentæ exſtent animo tranquillo, moderato, pacifico, ad pietatem compoſito, atque ad veritatem adæquata mente conſcriptæ tum ab ipſis Francorum Regibus & Imperatoribus, tum ab aliis Orthodoxis religionis Chriſtianæ Principibus ſubmiſſo animo juſſa ſemper Sedis Apoſtolicæ capeſſentibus, eademque pro viribus exolventibus, vel ſi non poſſent, ſeſe quam modeſtiſſime excuſantibus. Sed audi rugitus leonis (ita quidem (*a*) Parœmiaſtes Regis iram & leonis rugitum exæquans) in Hadrianum Romanum Pontificem inclamantis, quod ipſi ſit auſus jubere: quo plane facto ſeſe neſciens, a filiatione Eccleſiæ ſanctæ diſcidit. Non enim dicendus eſt filius, qui parenti ſe negat eſſe ſubjectum, nec ab illo vult imperari: nam audi quid de filiis dictum ſit (*b*): *Conſerva fili præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: liga ea in corde tuo jugiter, & circumda gutturi tuo; cum ambulaveris, gradiantur tecum, & cum dormieris cuſtodiant te, & cum evigilaveris, loquere cum eis: quia mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ.* Vide quanti ſint facienda præcepta patris ſecundum carnem? quanto magis ejus qui ſecundum ſpiritum? ſed Caroli attende reſilientis, & contra jubentem patrem obnitentis verba.

Politici hæret. abuſi litteris Caroli.

(*a*) *Prov.* 20.

(*b*) *Prov.* 6

San-



*Sanctiſſimo ac reverendiſſimo patri Hadriano ſummo Pontifici, & Papæ, Carolus Dei gratia Rex & ſpiritualis filius veſter.*

XCIII. Caroli Reg. ad Hadr. Pap. contumax epiſt.

*Scriptum eſt etiam in præfatis litteris, nobis ex nomine veſtro directis de Hincmaro, hoc modo: Volumus & auctoritate Apoſtolica jubemus ipſum Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum veſtra fretum potentia ad Limina Sanctorum, noſtramque venire clementiam, &c. Quæ relegentes, contra morem deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum hoc dictum invenimus umbroſum ſæculi typhum inducere in Eccleſiam, quæ lucem ſimplicitatis & humilitatis, diem Domini videre deſiderantibus præfert. Quia humano animo facile ſubripi poteſt, quod ex deliberatione conveniat immutari. Sed valde mirati ſumus, ubi hoc dictator epiſtolæ nobis per Actardum Epiſcopum delatæ ſcriptum invenerit eſſe Apoſtolica auctoritate præcipiendum, ut Rex, corrector iniquorum & diſtrictor reorum, ac ſecundum leges Eccleſiaſticas atque mundanas, ultor criminum, reum legaliter ac regulariter pro exceſſibus ſuis damnatum, ſua fretum potentia Romam dirigat, &c. Unde ſicut vobis reſcripſimus, & nunc iterum vobis ſcribere non piguit, ſed exigente cauſa neceſſarium eſt: quia Reges Francorum ex regio genere nati, non Epiſcoporum Vicedomini, ſed terræ domini hactenus fuimus computati: & ut Leo ac Romana Synodus ſcripſit, Reges & Imperatores, quos terris divina potentia præcepit præeſſe, jus diſtinguendorum negotiorum Epiſcopis ſanctis juxta divalia conſtituta permiſerunt, non autem Epiſcoporum villici extiterunt. Et ſanctus Auguſtinus dicit, per jura Regum poſſidentur poſſeſſiones, non autem per Epiſcopale Imperium Reges villici fiunt, actoreſque Epiſcoporum, & Dominus* (*a*): *Quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo reddi præcipit, qui etiam cenſum Regi reddidit; & Apoſtolus ſerviri Regibus, voluit, honorari, & non conculcari Reges. Regem, inquit,* (*b*) *honorificate. Et iterum:* (*c*) *Omnis inquiens, anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Reddite ergo omnibus debita: & paulo ſuperius:* (*d*) *Ideo neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam.*

(*a*) *Matt.* 22.
(*b*) 1. *Petr.* 2.
(*c*) *Rom.* 13.
(*d*) *Ibid.*

XCIV. Provocat ad epiſt. prædeceſſorum.

*Et ſi revolveritis Regeſta deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum: talia mandata, ſicut habentur in litteris ex nomine veſtro nobis directis, deceſſores noſtros a deceſſoribus veſtris accepiſſe, nullatenus invenietis, &c. Quis igitur hanc inverſam legem infernus evomuit? Quis tartarus de ſuis abditis & tenebroſis cuniculis eructavit? contra quam ſacris litteris oſtenſa nobis eſt via, quam ſequamur appoſita formæ, cui imprimimur, &c. Tandem quia vos non legiſſe vel audiviſſe collegimus, ex litteris ab Actardo Epiſc. nobis delatis, quæ antea per illum paternitati veſtræ dixerimus, iterato ſcribimus ea, quæ tunc ſcripſeramus, deprecantes vos in omnipotentis Dei honore, & ſanctorum Apoſtolorum veneratione, ut tales inhonorationis noſtræ epiſtolas, taliaque mandata, ſicut hactenus ex nomine veſtro ſuſcepimus: nobis & Regni noſtri Epiſcopis ac primoribus de cætero non mandetis. Et non compellatis nos mandata & epiſtolas veſtras inhonorandas contemnere, & Miſſos veſtros dehonorare.* Hucuſque exſcripſit Politicus ex epiſtola Caroli.

XCV. At licet iracundia perciti Principis verba conſideranda non ſint, utpote (quod accidere conſuevit) quod quæ dixerit, mox dixiſſe pœniteat: tamen quod iſta Politici tamquam ſerio dicta, atque veluti regia quadam auctoritate ſancita accipiant, & exſcribant, atque promulgent tamquam divinum cælitus acceptum oraculum: cogimur (hic paucis tamen agendo) quæ ſunt a Carolo ſcripta examinare, an veritate ſubſiſtant, vel potius uti conflata mendaciis evaneſcant. Scripſerat Hadrianus mittendum Romam Hincmarum ad Sedem, quam appellaverat Apoſtolicam, his uſus verbis: *Volumus & auctoritate Apoſtolica jubemus, ipſum Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum veſtra fretum potentia ad Limina Sanctorum, noſtramque venire clementiam.*

XCVI. Cæterum etſi verba non ſonent, hoc præceptum Regi, ſed Hincmaro; tamen bene eſt interpretatus ſibi præceptum, ſecundum ea, quæ habet Nicolaus Papa in epiſtola vigeſimaſeptima ad eumdem Carolum Regem & Ludovicum fratrem ejus: quanam tamen ratione dicere potuit, inuſitatum eſſe, & contra morem prædeceſſorum Romanorum Pontificum, quod ipſe Hadrianus uſurpaverit, ut Regi auctoritate Apoſtolica præcipiendum putaverit, cum *Reges Francorum* (ut ait) *non ſint Vicedomini Epiſcoporum?* Sed iracundia ipſum reddidit omnino immemorem. Cum (ut taceamus alia complura antiquiorum exempla) ipſe proximus (quis credat iſta?) prædeceſſor Hadriani Nicolaus (*e*) ad ipſummet Carolum ſcribens, inter alia, his in pari cauſa uſus verbis invenitur: *Tamquam devoto filio præcipiendo, fidenter mandamus, ut dictum Rothaldum veſtro adjutum ſolatio ad nos uſque miſericorditer dirigatis, &c.* Par eſt cauſa, cum & iſte Rothaldus (ut ſuo loco dictum eſt) Sedem Apoſtoli-

(*e*) *Nicol. ep.* 30. *t.* 3. *ep. Rom. Pont.*

ſtolicam appellaſſet, eadem Papæ juſſio, eidemque Regi facta, ut Rex curet Epiſcopum reum appellantem Pontificem Romam mittendum, & cum ſit eadem præceptio Pontificia, illa expreſſior, quod Pontifex illic expreſſius præcipiat Regi de Rothaldo, hic autem ſecus, ut ex dictis verbis apparet. Vides igitur quam Rex iſta dicendo, ſuarum rerum immemor delirarit, dum furens dixit iſta, multa quoque alia inania ad rem nullo pacto ſpectantia coacervans. Idem plane juſſionis genus
(a) Nic. ep. 37. habes in alia ejuſdem Nicolai (a) epiſtola de mittendis duobus Epiſcopis ad Metenſe Concilium ad eumdem Carolum Regem ſcripta. Cum enim ita litteris ad Reges datis præciperentur venire Epiſcopi, idem erat, ac ſi ipſis Regibus juberetur, ut eos ſinerent proficiſci, ſecundum aliam ejuſdem Nicolai epiſtolam (b) datam ad eoſdem Carolum & Ludovicum Reges.
(b) Nicol. ep. 27.

XCVII. Cæterum ſi (ut profitetur Carolus ipſa ſuæ epiſtolæ inſcriptione) filius erat ſpiritualis ſummi Pontificis: cur quæ ſunt filiorum erga parentes non perſolvit officia? Eſto nimis auſterus in præcipiendo fuerit Hadrianus, haud tamen adhuc ejus præcepta fuerant contemnenda, nec jurgiis inſectanda. Nam audi quid (c) Sapiens, cum id acciderit, filios moneat: *Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius; & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in virtute tua.* At quam diverſa & plane contraria ab iſto Carolo Calvo; qui iſta dicens, nec capillum habuit in capite rationis, ſenſerit Carolus (d) Magnus, ſapientia, ſcientia, prudentia, pietate, (& ut uno verbo dicam) virtutibus omnibus eumdem Carolum quam longiſſime antecellens, ex ejus verbis ſic accipe: *In memoriam* (inquit) *beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam & Apoſtolicam Sedem, ut quæ nobis ſacerdotalis Mater eſt & dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Quare ſervanda eſt cum manſuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa ſancta Sede imponatur jugum: tamen feramus, & pia devotione toleremus.* Hæc Magnus ille toto orbe conſpicuus, ære omnium laudatiſſimus, celeberrimus Carolus, cui dumtaxat male precentur iidem qui ſupra, hæretici dicti Politici hoſtes Eccleſiaſticæ poteſtatis. At quid ad iſta deliramenta Hadrianus? ſecundum illud ſymbolum Pythagoricum: Ne *fodias ignem gladio*. Et juxta (e) Sapientem: *Reſponſio mollis frangit iram*: ad eumdem Regem ita reſcripſit:

(c) Prov. 3.
(d) Diſt. 19. c. 3.
(e) Prov. 15.

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Karolo glorioſo Regi.*

XCVVIII *Laudabilis charitatis & ſapientiæ pudicæ ac pacificæ vigore atque decore magnitudinem excellentiæ veſtræ, o chariſſime in Domino fili, longe lateque florere nitido ſplendore audimus; ſed quia litteris veſtris Apoſtolicæ correptionis apices membratim retexendo adverſum paternitatem noſtram quoddam indebitæ reprehenſionis murmur, & tumultuoſorum nobis clamorem miſiſtis, nec ſane patienter Pontificii noſtri monita & correptiones audiſſe comperimus; liquido patet, vos adhuc perfectæ aliquid charitatis minus dumtaxat habere: de illa enim dicit Apoſtolus: Charitas patiens eſt, benigna eſt, non inflatur, non irritatur, non agit perperam, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet. Omnia igitur quæ vobis a Sede Apoſtolica caſtiſſima utique Matre veſtra, cui per Dei gratiam præſidemus, directa ſunt, velut aliquo ſedulo negotio exigente, mittuntur, auribus patefactis audire, alacri mente percipere, animoque grato amplecti, ſicut filius chariſſimus, & patris verba dilecti non ex voto male optantis, ſed ex radice meræ procedentia charitatis humili ſemper debetis intentione recipere, quæ ſicut Salomon ait (f): Quaſi ſtimuli & ſicut clavi in altum defixi eſſe videntur, quod culpas delinquentium neſciant palpare, ſed pungere. Unde quoniam te virum perfectum & per omnia Deo placentem habere cupimus, ceu prudens pater, qui chariſſimum filium ſuum etiam non delinquentem, nequando ſecurus exiſtens flagitiis ſe audacter commiſceat illicitis, flagellis ſæpe affligere non deſiſtit, quia nec propter amorem carnis diſciplinali parcendum eſſe virgæ, a Sapientia (g) monemur. Hinc etiam de ipſo Deo noſtro, quem cœtus omnium Fidelium Patrem quotidie vocat, legimus ſcriptum (h): Quem diligit Dominus, caſtigat & corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Quapropter ſcire vos decet, quia Deo permittente juſto utique quamvis alto & ſecreto conſilio ſuo, pro veſtra ſalute talia veſtræ ſerenitati a Sede Apoſtolica ſæpius monita venire videntur. Ideo magis omnipotenti Domino immenſas gratias agere, nobiſque deinde paternæ laudis gratanter debetis præbere obſequium, & non reprehenſionis vel murmurationis mordicæ verba dirigere. Nam nos nullius zelo livoris, nullius ſubdolæ calliditatis dolo, vel etiam favore alicujus tranſitoriæ laudis, chariſſimam veſtræ nobilitatis & magnitudinis prudentiam & dilectionem modo affabiliter monere, modo autem pro regiæ poteſtatis gloria, vobis*

(f) Eccl. 12.
(g) Prov. 13.
(h) Hebr. 12.



*bis quoties neceſſaria temporis res vel proximi depoſcit neceſſitas, humilis precator aſſiſtere; aliquando vero verbis ſeverioribus fidenter corripere, ut Chriſti gratia in melius ſemper proficiatis, ſtudemus.*

XCIX. *Igitur nos in depoſitione illius quamdiu vivimus nullatenus conſentiemus, niſi ad noſtram ipſo veniente præſentiam, cauſa ejus depoſitionis noſtro fuerit examine diligenter inquiſita atque finita. Quibus nimirum admoniti, aliter in præſenti de prædicto Hincmaro, niſi eum Romam veniendi, vobis mandare diſtulimus. Actardum denique venerabilem Antiſtitem Legatum* * *veſtrum, de quo & nos olim vobis mandavimus, & vos veſtris apicibus noſtræ clementiæ direxiſtis, ſicut & Synodus expoſtulavit, plebs & Turonicus Clerus concorditer elegit, jam conſtituimus per noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis decretum Cardinalem Metropolitanum & Archiepiſcopum Turonicæ provinciæ; ſic tamen ut Nanneticæ Eccleſiæ, cui fuerat deſtinatus, in eo quod remanſit, & deſtructa habetur, jura poteſtaſve nullo modo ſubtrahatur: interponentes paſtoralis vigoris cenſuram, ut ſi quandocumque vel quiſcumque alium ipſo ſuperſtite in præfata Metropoli & in iſta vel in earum pertinentiis locare tentaverit, aut ordinare præſumpſerit, Eccleſiaſticæ communionis conſortio careat.*

* hec repetita ex alia epiſtola uſque ad fin.

C. *Sane poſt ejus deceſſum electio canonica & ordinatio ſuffraganeis Epiſcopis ejuſdem Metropoleos Turonicæ canonice celebretur ex more, & ſi Nanneticæ contigerit Eccleſiæ ad priorem redire ſtatum, nihil officiat ei hæc neceſſitatis unitio; quo minus proprium valeat habere Pontificem: Sed vidimus eum valde triſtiſſimum propter perſecutionem paganorum, & cum omnes ſint pene res ipſius Eccleſiæ depopulatæ, precamur largiſſimam munificentiam & charitatem veſtram, ob amorem Dei & ſancti Petri, noſtramque deprecationem, & hoc ſit in memoriale perpetuum: quod conceſſeritis nobis hoc donum, ut non patiamini tantum locum peſſum iri, & in deſolationem, præſertim cum fuerit ex antiquo Metropolis, & meritis glorioſiſſimi Confeſſoris Chriſti Martini honorabilis ſemperque venerabilis, & inter Gallicanas eadem vel ſecunda vel tertia provincias Turonenſis, & multis quæ ab ea diſtractæ ſunt ditata villis, poſſeſſionibus & Abbatiis, & cum aliæ, quæ ſub ea ſunt civitate jam ſint pene deſtructæ, harum matrem tantum & Metropolim ne patiamini deſtrui, deſolari, & dehonorari veſtro in tempore: quin potius ſtudete eam de rebus veſtris propriis vel procul ab ea poſitis, ditare, continere & extollere. Quia tunc ea vobis in æternum confirmatis, cum quæ Eccleſiarum Dei obſequiis condonatis, reſervatis omnibus ſua jura Metropolitanis. Noſtis enim quia omne monaſterium in poteſtate Epiſcopi conſiſtere debet juxta canonicam auctoritatem: & quia hoc eſt tranſgreſſum, ideo plurima monaſteria habentur deſtructa; ſicuti monaſterium ſancti Medardi Turonis, in quo jacent Epiſcoporum primi Turonenſium Lidorius & Gratianus, ſicut etiam in eadem civitate monaſteria, quæ forſitan per Epiſcopale miniſterium, & veſtrum ſapientiſſimum conſilium & largiſſimum donum poterunt redire ad priorem ſtatum. Debent etiam vicinioris Eccleſiæ cujuſlibet parochiæ in poteſtate conſiſtere præſulis, ſicut moris eſt Eccleſiis plurimis. Res etiam, quæ de eadem Eccleſia noſcuntur fuiſſe & olim ſunt abſtractæ, precamur vos eidem reſtituere, & ſicut precati jam ſumus ad præſens de veſtris rebus propriis per præceptum veſtrum eam ditare, conſtruere, & vobis in æternum propriam facere, ut non vocetur, ut antiquitus Cæſarodunum ulterius, ſed Karoli* * *donum in perpetuum. Omnipotens Dominus ſerenitatis veſtræ regalem excellentiam ſalvam in omnibus, atque in* * *cæleſtium in ſui ſuper amore conſervare dignetur.* Hæc ad Carolum Hadrianus, ad quem etiam perbrevis hæc quæ ſequitur, loco ultimo poſita, nulla temporis nota ſignata, ab eodem Pontifice ad eumdem Carolum ſcripta reperitur:

* al. Carolodignum

*Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Karolo glorioſo Regi.*

CI. Ultima epiſt. Hadrian. ad Carolum. *Quod præſentem presbyterum Herlefridum poteſtate ſui præſulis, pluſquam canonica veritate perculſum ad Sedem Apoſtolicam utpote caput omnium Eccleſiarum venire paſſi eſtis, bene quidem feciſtis, ſed nunc melius faceretis, ſi quod in civili Concilio apud ſuum Epiſcopum perperam geſtum eſt, in provinciali Synodo apud vos rationabiliter, & apud fratrem noſtrum Hincmarum Archiepiſcopum caſſaretur. Quapropter Apoſtolica dilectione gloriam veſtram hortamur, ut aut præſentialiter huic Herlefrido presbytero ſuam Eccleſiam cum omnibus ſuis, uſque ad tempus provincialis Synodi libere poſſeſſuro, pro tempore, quod ſacri Canones definiere, ſolemniter reddere faciatis, aut Erpuinum Epiſcopum ſuum Legatum nobis, qui hæc plenius veriuſque renuntiet, præſentialiter mittere cogatis; quatenus dum luce clarius cuncta noverimus, ſciamus in quem Apoſtolicæ animadverſionis ſententiam proferamus. Deus vos incolumes cuſtodiat dilectiſſime fili.* Hicque finis epiſtolarum Hadriani Pariſiis a Nicolao Fabro ad nos

nos miſſarum, quas ſingulas ſuis locis pro temporum ratione reddidimus. Porro ipſe Hadrianus anno ſequenti ex hac vita migravit.

CII. *Exemplum conſtantis fidei.* Res autem Eccleſiæ Anglicanæ dignum exemplum Regis maxime pii Annalibus exhibent: dum enim hoc anno Danorum exercitus univerſam Orientalem Angliam devaſtaſſet, ad Occidentalem converſus, adverſantem ſibi Æthelredum Regem invenit, de quo hæc inter alia: *Erat Rex Æthelredus in tentorio Miſſam audiens, ubi cum ſæpe a ſuis invitaretur ad certamen: conſtanter affirmavit, ſe non receſſurum priuſquam presbyter Miſſam complevisſet. Quæ fides Chriſtiani Regis multum ſibi profuit die illa, victo ſcilicet adverſario, hoſte potentiſſimo.* Hæc de ipſo. Poſt victos autem hoſtes hoc eodem anno defuncto ſucceſſit ejus frater Alfredus, qui (ut dictum eſt ſuperius) Romam veniens tempore Leonis Papæ Quarti, ab eodem fuerat coronatus, cujus præclaras res geſtas ex antiquis Annalibus Matthæus Vveſtmonaſterienſis eſt proſecutus.

Se-

PAGIUS XX. *Inter Danos & Anglos varia fortuna pugnatum.* Ad num. CII. Aſſerus in Vita Alfredi Regis refert, anno DCCCLXXI. & nativitatis hujus Regis XXII. Danorum exercitum Orientales Anglos deſeruiſſe, & Regnum Occidentalium Saxonum adiiſſe, *quibus Aethelvulfus Bearroſſenſis paga Comes, cum ſuis ſodalibus in loco, qui dicitur Englofeld, obviavit; & animoſe ex utraque parte ibidem pugnatum eſt. Cumque ibi diu utrique reſiſterent, altero Paganorum Comite occiſo, & maxima exercitus parte deleta, cateriſque fuga elapſis; Chriſtiani victoriam accipientes loco funeris dominati ſunt.* Addit Aſſerus: *His, ita geſtis, poſt quatuor dies Aelbered Rex Occidentalium Saxonum, Aethelfred frater ejus, adunatis viribus, congregatoque exercitu, Radigem adjerunt. Cumque uſque ad portas arcis perveniſſent, cadendo & proſternendo quoſcumque de Paganis extra arcem inveniſſent. Pagani non ſegnius certabant, lupino more totis portis erumpentes, totis viribus bellum perquirunt. Ibique diu & atrociter ex utraque parte dimicatum eſt. Sed heu (proh dolor!) Chriſtianis demum terga vertentibus: Pagani victoriam accipientes, loco funeris dominati ſunt. Ibique Aethelvulfus præfatus Comes, inter cateros occubuit.*

XXI. *Ethelredo Angliæ Regi mortuo ſuccedit Aelfredus frater.* Aliæ pugnæ Anglos inter & Danos ſeu Normannos habitæ, de quibus legendus Aſſerus apud Alfordum hoc anno num. XVIII. & ſeqq. Aſſerit autem Aſſerus, poſtquam Aethelredi Regis prælia recenſuit, eum *poſt Paſcha regno quinque annis, per multas tribulationes, ſtrenue atque honorabiliter, cum bona fama gubernato*, e vivis exceſſiſſe. Aliqui tamen Hiſtorici Anglici Aethelredi Regis mortem in annum ſequentem differunt; verum adverſus Aſſerum Auctorem coævum & Vitæ Alfredi, ſeu Alvredi, Aethelredi fratris ac Succeſſoris Scriptorem, minime audiendi. *Aethelredi* nomen inſcriptum eſt Martyrologio Anglicano & Ferrarii Catalogo ad diem XXIII. menſis Aprilis. Sed Bollandus ad eumdem diem eum inter *Prætermiſſos* rejicit, quin tituli *Sancti* & *Martyris*, qui ei ibidem attribuuntur, non leguntur in veteribus Auctoribus, & nomen ejus nullo antiquiori Martyrologio adſcriptum. Poſt mortem *Aethelredi* gravibus malis tota Inſula laboratum; *Alfredus* tamen fatiſcentem Monarchiam Anglicam, non modo ne plane laberetur, ſuſtinuit; ſed ingenti labore, innumeris ereptam periculis in priſtinum pietatis & ſplendoris ſtatum reſtituit, & auxit pulcherrime. Vix unum menſem regnarat, cum militem educere & cum paucis & nimium inæquali numero pugnare coactus fuit. *Et cum hinc inde*, inquit Aſſerus ad annum DCCCLXXI. *utrique hoſtiliter, & animoſe, non parva diei parte, pugnarent; Pagani ad integrum, ſuum periculum propriis ſuis conſpectibus cernentes, & hoſtium infeſtationem diutius non ferentes terga in fugam verterunt. Sed proh dolor! per audacitatem perſequentium, decipientes iterum in prælium prodeunt, ac victoriam capientes, loco funeris dominati ſunt.* Dejecit hæc Danorum victoria *Alfredi* Regis res, qui ea conditione cum Paganis ſeu Normannis pacem fecit, ut a Saxonia diſcederent, inquit Aſſerus, quod & teſtatur Weſtmonaſterienſis de Burrhedo Merciorum Rege Alfredi beneficiario, qui *pecunia inducias impetravit*. Porro Ethelredi Regis mortem male ab aliquibus Hiſtoricis Anglis, tam antiquis, quam recentibus in annum ſequentem differri demonſtrat Alfordus laudatus; quo ex errore alius enatus, cum nempe ſæculo fere integro eius Succeſſorum tam finem quam initium anno uno ſerius collocarint.



I. *Hadr. Pap. mortuo, creatur Joannes VIII.* SEquitur annus Redemptoris octingenteſimus ſeptuageſimus ſecundus, Indictione quinta, qua Hadrianus Papa cum ſediſſet annos quatuor & menſes decem, dieſque decem & ſeptem moritur Kal. Novembris. Res ab eo geſtæ deſcriptæ ab Anaſtaſio fine carent. Vacavit autem ſedes ejus uſque ad decimumnonum Kal. Januar. qua die in ejus locum ſuffectum fuiſſe Joannem Archidiaconum, Aimoinus (a) hujus temporis ſcriptor affirmat.

(a) *Aim. l. 4. c. 29. in fin.*

*Baſilius Imp. quæ molitus in Ludovicum.* Quo pariter anno, quo mortuo Hadriano, eſt ſubrogatus Joannes, Baſilius Imp. nonnihil offenſus Ludovici litteris anno ſuperiori ad eum miſſis, adverſus illum commotus, ad dolos convertitur, atque Adelgiſum Ducem Beneventanum ad defectionem ſolicitat, qui civitatibus Ludovico ſubjectis, ut ab eo recedentes, ad Græcos deficerent perſuaſit, cum tamen ipſe dolos, quos texebat, occultans, ſe ipſi fidelem amicum exhibens, venientem ipſum Ludovicum Beneventum amice excipiens, de ipſo prodendo conſilium iniit. Cum interea Ludovicus pro Capua recuperanda, quam occupaverant Græci, ſolicitus, illuc exercitum ducit, quem ut cives placatum redderent, ipſi obviam tamquam nuntium pacis miſerunt corpus ſancti Germani ipſorum Epiſcopi, cujus occurſu mitior factus, cives expulſis Græcis, recepit in gratiam, & ſic reverſus eſt Beneventum. Hæc omnia pluribus Regino, & alii temporis hujus Scriptores, ſed male Regino, anno ſuperiori, quo perperam ponit obitum Hadriani, Joanniſque creationem. Quod autem ad corpus ſancti Germani ſpectat, a Ludovico acceptum ac retentum ſecum, redeunte in Galliam deportatum affirmant. *Corpus S. Germani Legatus pacis.*

At

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCX. Anno Hegiræ CCLIX. inchoato die 6. Nov. fer. 5. A. C. 872.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6365.

☉ 13. FE. ☽ 18. P. 30. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 872.

JOANNIS VIII. PAPÆ 1.

LUDOVICI IMP. 24. 23. & 18.

BASILII IMP. 6.

I. *Moritur Hadrianus II. PP.* AD num. I. Annaliſta Bertinianus, cujus verba exſcripſit Continuator Aimoini, qui perperam cum ipſomet Aimoino confunditur, ad annum DCCCLXXII. ſcribit: *Adrianus Papa moritur, & Joannes Archidiaconus Romanæ Eccleſiæ, XIX. Kalendas Januarii in locum ejus ſubſtituitur* [1] De anno mortis Hadriani II. inter omnes convenit, ſed nullus ex antiquis diem ejus emortualem notavit, nec divinari poteſt; cum Guillelmus Biblioth. qui ejus Vitam ſcripſit, aſſerat tantum illum *annos quinque* ſediſſe. Eam Vitam Baronius, aliique omnes in fine mutilatam credunt, quod his verbis in libris editis terminetur, in iiſque notetur videri aliqua deeſſe: *quia ſine conſcientia Sedis Apoſtolicæ, commiſſum ſibi prædicationis officium deſerens*, (ſc. Grimoaldus Epiſcopus in Bulgariam miſſus) *Romam diutiſſimus remeavit, magnum Epiſtolæ volumen frivolis allegationibus, tanquam ſub prætextu deliberatæ ſententiæ, Synodo præſidentium implicatum Apoſtolicæ Sedi ſuper excuſatione ſua remiſit. In quo facto, quia Epiſcopus a Bulgaris expulſum Epiſtola tacente ſe aſſerit, & Presbyteri non ſe pulſos a Græcis vel Bulgaris, ſed ab Epiſcopo* (nempe Grimoaldo) *circumventos, profecto dubium, quin mutua ſubſit proditionis imago (donec Chriſtus renum rimator, & cordium in ſuorum ſervorum examine hanc in lucem protulerit), non videtur.* Quod ibi de Grimoaldo narrat, ſub finem Pontificatus Hadriani II. contigit, referturque a Baronio anno ſuperiori num. XVII. At extat in Bibliotheca Colbertina Codex MS. Anaſtaſii num. 288. in quo poſt verbum *non videtur*, legitur, *Amen*, & ſtatim ſubiicitur, *Titulus Gregorii, ut nullus præſumat Principi viventi alium eligere Regem*, &c. ubi vox illa *Amen*, æquivalere videtur voci *explicit*, qua Librarii de more utebantur in cujuſlibet Tractatus fine. Sed quidquid hac de re ſit, pauca in ea Vita deeſſe poſſunt.

Quanto tempore Sedes vacaverit, incompertum, *Joannem* autem hujus nominis VIII. natione Romanum, *XIX. Kalend. Januarii*, ſeu decima quarta menſis Decembris in quam Dominica cadebat, ordinatum docet Annaliſta Bertinianus citatus, & ex eo Continuator Aimoini, quem ſub Aimoini nomine Baronius, aliique omnes in die ordinationis Joannis VIII. ſequuntur. II. *Ei ſuccedit Joannes VIII.*

Quia vero Baronius, aliique ante noſtram ætatem Continuatorem Anonymum *Aimoini Floriacenſis* Monachi, qui exeunte ſæculo XI. vixit, cum ipſomet Aimoino, qui anno MIV. florebat, confundunt, ejuſdemque Continuatoris in Annal. Eccleſiaſt. annis ſequentibus ſæpe mentio occurrit, viſum eſt hic nobis, aliqua de eodem *Aimoino*, ejuſque Continuatore ac Interpolatore, ex Labbeo in Diatriba, quam Tom. II. Diſſertationis de Script. Eccleſiaſt. ſubjecit, in medium adducere. *Aimoinus* itaque Floriacenſis Cœnobii Monachus III. *Aimoinus ab ejus Continuatore diſtinguendus.*

au-

NOTÆ [1] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. poſt vitam *Nicolai I.* pag. 375. a Vignolio initio Libri Pontificalis editus, ita habet: *Adrianus natione Romanus ex patre Benedicto ſedit annis. X. menſes IIII.* Forte errore librarii ſcriptum eſt anno X. pro ann. V.

Or

GEORGIUS

II. At non hic finis inſidiarum, ſuaſit Adelgiſus Imperatori Beneventum redeunti exercitum jam fatigatum nimis ad tempus dimittere. Quo facto, inito conſilio cum duce Sarracenorum * Seodam, quem Imperator Barim cum caperet, per deditionem acceperat, imperatorem aggredi, vinculis alligare, vel ſi reſiſteret, palatium concremare deliberat. Res accidit ex ſententia, & reſiſtente Ludovico nonnihil, & jam ad incendendum palatium proditores converſi, eo adegerunt Imperatorem, ut ſe ipſum ipſis dederit, a quibus eſt detruſus in carcerem, nec inde exemptus, donec fortiſſimis ſit juramentis pollicitus ſervare, quæ ipſi pacta firmanda obtulerint proditores. Hæc pluribus Regino, Leo Oſtienſis & alii, diffuſius vero Herembertus hujus temporis ſcriptor, qui & hac de cauſa, cur iſta fieri permiſerit Deus, addit:

* al. Sangdam

Ludovicus Imp. captus detruſus in carcerem.

III. *Cur autem jam dicto Auguſto ſupradictum opprobrium, Domino permittente. Benoventani inferre quiverunt; de multis duo inferam. Primo quia veniens quodam tempore Romam, ut duos Epiſcopos condemnatos ad priſtinam reduceret dignitatem, nempe Guntharium atque Theutgaudum, & nollet ei conſentire Nicolaus Papa vir Deo plenus: ſecundum antiquum morem ei obviam venit cum candidato ſacerdotali agmine. At ille ſpreto timore Dei, fuſtibus Clerum cædi fecit. Cruces vero, omniaque ſancta miniſteria pedibus calcari: Romaque pene milliari ſpacio deprædata eſt, Vicariumque beati Petri quaſi vile mancipium ab officio ſui miniſterii, niſi Dominus reſtitiſſet, privare voluit. Secundo quia capta Bari, Seodam omnium hominum flagitioſiſſimum non juxta voluntatem Domini protinus, ut dignum erat, crudeliter interfici fecerit, oblitus videlicet quod Samuel coram Saule de (a) Agag pinguiſſimo Rege Amalechitarum egerit, quomodo in fruſta diſcerpi eum fecerit, quemadmodum etiam quidam Propheta Samariæ Regi de quodam ſcelerato dixit: (b) Quia dimiſiſti virum morte dignum, erit anima tua pro anima illius.* Hæc Herempertus, obſervatione quidem digna. Quid poſt hæc Ludovicus egerit dicetur anno ſequenti.

(a) 1. Reg. 15.

(b) 3. Reg. 20.

IV. Hoc item anno, quo mortuus eſt Hadrianus Papa, pariter ex hac vita migravit, ſed ante ipſum, S. Athanaſius Epiſcopus Neapolitanus ita teſtante Petro diacono Caſſinenſi, qui hoc item tempore vixit, reſque ab eo præclare geſtas conſcripſit. Tradit enim ipſum hoc anno deceſſiſſe Idibus Julii, Indictione quinta, cum a temporibus Nicolai Papæ diram perſecutionem paſſus eſſet a Sergio nepote ſuo Magiſtro militum, eodemque Duce Neapolitano. Cum enim ex hac vita migraſſet ipſius Athanaſii frater Gregorius tunc Neapoli ſumma rerum potiens, præfectura illa devoluta eſt ad dictum ejus filium Sergium: qui commonitorem patruum non ferens, eum a ſede expulit, & ad obitum uſque perſecutus eſt. Sed audiamus Petrum iſta ita deſcribentem a temporibus Nicolai Papæ, cum perſecutionem pati cœpit ait enim:

S. Athanaſii Epiſcopi Neap. obitus

V. *Defuncto Gregorio germano ſuo, cœpit vir ſanctus, Dei patriſque zelo nepotem ſuum ſpiritualiter, & non mundane diligere; & ut in omnibus ſe aptiſſimum præberet, ſedula admonitione exhortari. Cujus monitionem uxor illius graviter ferens, virum ſuum cœpit diabolica decipere locutione, ut ſi vellet monarchiam ſolus obtinere, non ſolum huic ullam exhiberet obedientiam, verum etiam hunc e latere ſuo, aut procul eliminaret, aut omnino perderet. In qua deceptionis fraude nequiſſima Jezabel calliditatis perduelles ſibi conſcios reperit, qui more burdonum aut mulorum nati ſunt, ut conceptum ſemel virus, prout decreverat, poſſet auribus propinare, & pectori inſerere conjugis ſui: quod & factum eſt: nam ad hoc uſque perductus eſt, tam vi cupiditatis, quam linguæ vipereæ aſſidua ſuaſione illectus, ut ſervum Dei cuſtodiæ traderet; erat namque vir ille mobilis ut arundo, quæ omni vento movetur, & avidus in cupiditate, & in nullo patri ſimilis. Hic viros malitiæ ſuæ conſcios in domo ſua clam recondidit cum gladiis & fuſtibus, & virum Dei ſubdole, quaſi ad conſilium adſcitum, cæteroſque germanos illius fraude tenuit, Deum nihilominus parvipendens, patris monita pro nihilo ducens, virique Dei ſanctitatem abdicans; & prout convenerat, circumvenit eos præſtigiis ſuis, ut Judas proditor juſtiſſimum Dominum.*

S. Athanaſii res geſtæ tempore perſecutionis.

Capitur S. Athanaſius a Sergio Nepote.

VI. *Reverendiſſimum autem Dei famulum, cum omnes metuerent vel fimbrias indumentorum contingere: ab uno Dei adverſario, ejuſque ſatellite irreverenter captum Epiſcopalibus indumentis exutum, ceu vile mancipium, clericorum adempto ſolatio, cuſtodiæ arctiori deligari fecit. Quo peracto commota eſt tota civitas, atque aerem miſerrimis verberat vocibus hoc modo inclamitans: Ubi miſeris nobis tam crudele provenit facinus? Virum juſtum & pium cur oportuit talia pati? Quis enim ad eum æger, aut egens, aut captivus umquam advenit, & inauxiliatus abſceſſit? Inter hæc Græca, Latinaque pars ſacerdotalis & monachica turba, præcipue Antonius vir ſatis idoneus & provectæ ætatis monachorum Abbas diutinis jejuniis & ægritudine corporis jam defectus, alienis erectus manibus cum univerſo Clero ad Prætorium advenit, itaque exorſus eſt: Dic miſer omnium contemptor, quid eſt hoc quod feciſti? Hoc ergo pro infando ſcelere noveris non ſolummodo te periturum, cunctumque genus tuum, ſed etiam tota urbs, quæ Athanaſii adhuc oratione gubernata eſt, ſine dubio deſolabitur paſtore decedente. Redde (etiam clerici inquiunt) paſtorem noſtrum, qui nos ſpirituali ac carnali protectione tuetur: ſi enim hunc retinere tentaveris, tibi extemplo veniet perditio.*

VII. *Quibus auditis, mœrens Dux effectus, primo quidem ut regulus venenatus in eos ſibilis irruit: Deinde ait: Ite nunc ad propria, & poſt decreta reſpondebo vobis. Venientes igitur ad eum ſecundo & tertio ſimilia illi dixere. Tunc univerſi flentes regreſſi dicebant ad alterutrum: Omnium altaria divinorum templorum exuamus, inferamuſque Dei inimico anathema perpetuum, quod numquam expietur. Cernens autem ille erga ſe hujuſmodi conſpirationem, conſilio habito cum ſequacibus ſuis, miſit & accerſivit præfatum virum, & S. Salvatoris Abbatem cum clericis & monachis, ac pietate ſimulata, ſub die octavo ſolvit virum.*

Neapolitani laborant pro ſuo Epiſcopo.

PAGIUS auctor fuit Francicæ Hiſtoriæ, cujus extant variæ editiones variis temporibus factæ. Verum Hiſtoria illa Aimoiniana ab Auctore Anonymo continuata & interpolata fuit. *Aimoinus* enim Hiſtoriam ſuam ad annum tantum XVI. Clodovei Francorum Regis hujus nominis ſecundi perduxit, & quæ in antiquis editionibus poſt caput XLII. libri quarti habentur, non ejus, ſed Continuatoris ſunt. Labbeus exiſtimat, illum unum eumdemque ac Cœnobii Sancti Germani Pariſienſis alumnum extitiſſe, & varias ejus interpolationes in Hiſtoriam Aimoini ab eo inſertas enumerat. Quæ enim ab initio libri primi ad caput uſque XLI. libri quarti continentur, eodem tenore decurrunt ſuntque Hiſtorico melioris ævi non indigna; cætera vero quæ ſequuntur a capite XLII. libri quarti, ac toto libro quinto uſque ad finem, partim barbara ſunt ac ridicula, partim quidem interdum paulo accuratiora, ſed ab *Aimoini* oratione toto cœlo diſtant. Quod ex Annaliſta Bertiniano mox retulimus, ex illo in eam Continuationem tranſlatum. Quod vero Baronius anno DCCCLXIX. num. LXVI. adverſus venerationem Imaginum recitat, attribuitque Aimoino lib. 5. cap. 28. deſumtum eſt ex eodem Annaliſta qui ſæculo nono vixit, cum apud Gallos controverſia de Imaginibus ferveret. Quare Anonymus iſte modo falſa, ridicula, & fabuloſa, modo vera & ſolida, ex aliis Scriptoribus deſumit, & res ſui Monaſterii Dionyſiani, ubi ſe ſe occaſio offert, intexit. De *Aimoino* Monacho *Pratenſi*, qui hoc tempore vivebat, ſuo loco egimus.

IV. *Profectio Romana Ludovici Aug.* Ad num. II. & ſeq. Quia Regino in Chronico, magno errore mortem Hadriani Papæ cum anno DCCCLXXI. copulat, putavit Baronius eum pariter erraſſe in notatione temporis, quo *Ludovicus* Imp. a Beneventanis indigne habitus eſt. Indeque ſuſceptam hoc anno a Ludovico Imp. profectionem Romanam in annum ſequentem perperam differt, de qua ideo tunc verba faciemus, hic tantum notantes Reginonem per hæc tempora ſæpius in Chronologiam peccare.

V. Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. in Præfatione num. CC. ad hoc ſæculum revocat diviſionem bonorum Monaſterialium inter Abbatem & Conventum, qualis in Monaſterio Sancti Dionyſii anno DCCCLXII. facta eſt, ut legitur apud Dubletum in Antiquit. Dionyſianis, & hoc anno in Monaſterio Sancti Germani apud Pariſios ab Hilduino Abbate Regulari peracta Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. pag. 119. recitat Præceptum Caroli Calvi pro partitione prædiorum in uſus Monachorum Cœnobii Sancti Germani, quo illam diviſionem confirmat. Charta illa dicitur data *XII. Kal. Maii indictione V. anno XXXII. regnante Carolo glorioſiſſimo Rege, & in ſucceſſione Hlotharii anno III. Actum monaſterio S. Dionyſii*, &c. hoc nempe anno.

*Bona Monaſterialia inter Abbates & Monachos diviſa.*

VI. *Hujus diviſionis origo.* Hujus partitionis in cauſa fuit rapacitas quorumdam ſæcularium Abbatum, qui omnia Monaſterii ſibi commendati bona in uſus ſuos demum convertebant. Id, ut ne in Monaſteriis ſibi ſubjectis aliquando fieret, *Hilduinus* Abbas San-Germanenſis hac partitione conſuluit, ut teſtantur literæ hac de re ab eo confectæ. Ejuſdem argumenti eſt Epiſtola III. Frotarii Tullenſis Epiſcopi ad Ludovicum Pium Imp. pro Monaſterio Mediolanenſi, Diœceſis Trevirenſis, ubi tempore Fortunati Abbatis, juſſu Ludovici Pii, *Smaragdus ipſius monaſterii Monachis portionem de Abbatia dederat, ut regulariter viverent*. Sed Hiſmundo Abbate hanc portionem ſibi vindicante, querelis ad Imperatorem delatis, Frotario promiſit Abbas ſe *per omnia emendare velle quidquid hactenus negligenter ex ſua parte fuerat actum*. Monachis eo pacto, nec aliter aſſentientibus, *niſi illis portio ſua redderetur*, eoque pernegante, a Frotario Monachi poſtularunt, *ut illis licentiam daret ad Imperatoris præſentiam recurrendi, ejuſque miſericordiam implorandi; dicentes ſe magis velle de eodem monaſterio expelli & in peregrinatione & mendicitate vivere, quam falſis promiſſionibus ulterius credere & ſub falſo Monachorum nomine militare*. Eorum poſtulatis annuit Frota-

NOTÆ [1] PRofectionem hanc Romanam huic anno 872. illigandam eſſe multo certius demonſtrat Ludovici hujus Diploma pro Monaſterio Farfenſi *datum V. Kal. Junii anno Imperii Domni Ludovici piiſſimi Auguſti XXIII. Ind. V.* nempe anno 873. Narrat in eo Ludovicus ſe die Sancto Pentecoſtes in eo Monaſterio adfuiſſe. Farfa enim Roma diſtat XL. mill. paſſibus, quo proinde poſt coronationem ſuam Romæ ea die peractam venire potuit; niſi forte dies Pentecoſtes unam ex tribus diebus feſtis deſignaverit. Ex eodem Diplomate habes quamdiu Romæ idem Imperator perſeveraverit Romæ nam datum eſt. MANSI

*vum Dei; veniamque ab eo, licet ficto, petens dimiſit eum, fratribus ejus retentis; ſed Deus juſtus, qui unicuique reddet ſecundum opus ſuum hic vel in futuro, hunc juſtiſſime perculit: nam eo loco, ubi virum Dei retruſit, non multum poſt captus eſt ſicuti malefactor.* Immo & oculis orbatus eſt, & mortuus, ut ſuo loco dicetur. Pergit Petrus:

VIII. S. Athanaſius ſponte recedit Neapoli.

*Dimiſſo namque eo, facta eſt talis lætitia in urbe tota, qualis ſolet fieri in charis mortuis ad vitam reductis. Hanc videns ille lætitiam, pœnituit quod eum dimiſit: tamen poſuit ubique inſidias clam, ne quis ad eum ingredi aut egredi auderet: tunc lamentabatur hinc inde grex Dominicus: viduæ & pupilli lamentabantur, quia præco obmutuerat, & tuba Evangelica non audiebatur. Hæc vir Deo plenus videns, flebat amariſſime magis illius ruinam, ut Saulis Samuel, quam contumeliam ab eo illatam: & David mitiſſimum imitans, ejus rabiem dum ſedare non poſſet multis deprecationibus ab eo digreſſus eſt, theſaurumque Eccleſiæ ſignatum annulo ſuo reliquit, & titulum ibi poſuit hæc continentem: Anathema ſit, qui fecerit, vel juſſerit abſque mea præſentia vel juſſione hanc januam aperire, vel aliquid hic contingere: Sicque in inſulam dictam Salvatoris abſceſſit. Mox ille inſanus, ac rem prout geſta erat audivit, Dei famulo mandavit, dicens: Si vult, ut non eum perſequar, rejecto candidatorum regimine, monachicum indumentum aſſumat, mihique Eccleſiam ad ordinandum ſponte relinquat, clericos vero quos ſecum detulit, illico remittat. Ad quem vir Dei dixi: Sponſam, quam Deo donante, ſuſcepi, nulli viventi vivens, volenſque relinquam; nec ordinandi licentiam, me ſuperſtite, alicui dabo; monachi ſchema, illo vivente, non accipiam: ſcortum eſt enim, primam relinquendo conjugem, alteri ſociari: Eos autem, qui me charitatis cauſa ſequuti ſunt, non tradam, nec rejiciam. Unum autem ab illo peto, ut liceat mihi in tuto loco manere, quouſque Dominus duritiam cordis emolliat.*

IX. Ludovicus Imp. pro Athanaſio agit.

*Talia dum Duci relata fuiſſent, Neapolitanorum ille & Sarracenorum exercitum congregans, ſanctum Pontificem in jam dicta Inſula per novem dies expugnavit. Ludovicus Imperator hæc audiens, Marinum præfectum Amalphitanum cum viginti ſagenis (genus erat navium) ad Salvatoris inſulam dirigens ſanctum virum inde abſtrahi, ſibique deferri mandavit. Hæc videntes Neapolitani exierunt ſuper eos una cum Sarracenis navaliter, perſecutique ſunt eumdem procul ab urbe: ſed Deus, qui ſubvertit Pharaonem, confregit & illorum tunc ſuperbiam, & in fugam converſi ſunt, Sarracenis captis ibidem & occiſis. Sicque ſanctus vir Beneventum Imperatori delatus, in maxima eſt honorificentia habitus. Magiſter vero militum Sergius nolens ſanctum virum illæſum receſſiſſe, effracto gazophylacio Epiſcopii univerſum theſaurum Eccleſiæ auferri, ſibique exportari mandavit. Tunc diſtrahebantur Cymilia, & res Eccleſiarum, & iniquis dabantur. Sacerdotes Dei contemptui erant in tantum, ut etiam ex ipſis fuſtigati & tonſurati, nudi per plateas traherentur, Eccleſiæ Dei, quæ a religioſis prius tenebantur, cuſtodibus diſtribuebantur, qui contempta religioſitate, domum Dei muneribus mercabantur, & erat luctus inenarrabilis & fletus immenſus.*

X. Hadr. Pap. quid pro Athanaſio in Neapol.

*Hæc dum ad Hadriani Papæ notitiam deveniſſent, direxit unam epiſtolam antefato judici, & aliam Clero & populo Neapolitano, mandans, ut ſuum Pontificem omnino reciperent; ſin autem, anathematis vinculo innodarentur. Qui juſſionem Apoſtolicam pro nihilo computantes, nec Pontificem recipere, nec excommunicationem ſervare voluerunt. Poſt hæc Anaſtaſius Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarius una cum Cæſario Abbate ex parte Apo-*

PAGIUS

tarius præmiſſis ad Imperatorem literis, ex quibus hæc Mabillonius refert. Huc etiam ſpectat ipſius Frotarii embolum Epiſtolæ primæ.

VII. *Dies natalis genuinus & Regni Caroli.*

Porro *Carolus Calvus*, poſtquam in laudato Præcepto Monaſterio San-Germanenſi bona omnia a Ludovico Pio patre ſuo conceſſa confirmavit, quæ Abbas Monachis dare debent diſinit, ſubditque: *Praterea decrevimus, ut de villa qua vocatur Boſpatium in pago Laudunenſi, quam eiſdem fratribus per Regia auctoritatis præceptum, ad locum refugii, pietatis noſtræ clementia miſericorditer contulerat, in Idibus Junii, quando Deus nos naſci in mundo voluit; & VIII. Idus Junii, quando Rex Regum nos ungi in Regem ſua dignatione diſpoſuit, refectio eis a Decano ſpecialiter exhibeatur.* Carolus Calvus anno DCCCXXIII. in lucem prodiit, annoque DCCCXXIX. Rex a patre conſtitutus eſt, ut annis illis oſtendimus.

VIII. *Tranſlatio S. Launomari Abbatis.*

In ſæculo IV. Benedict. part. II. pag. 246. refertur Hiſtoria Tranſlationis *Sancti Launomari* Abbatis Curbionenſis, quod monaſterium erat in Diœceſi Carnutenſi ſitum. Illud cum ſolo æquatum fuiſſet, tandem Cœnobitæ Normannorum infeſtationis metu Patroni ſui *Launomari* corpus in tutiora loca traduxere, & primum hoc anno in villam pagi Abricantenſis, Patricliacum appellatam. Anonymus æqualis, qui hujus Tranſlationis Hiſtoriam litteris mandavit, de Normannorum graſſationibus hæc habet: *Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXXII. cum jam peccatorum noſtrorum magnitudine juſto Dei judicio promerente, omnem Neuſtriam ac pene totam Aquitaniam per decem & octo continuos annos longe lateque Nortmannorum gens vaſtaſſet, civitates,*



*Apoſtolici & Imperatoris Neapolim venientes, eandem civitatem anathemate innodavere.*

*Vir autem Domini triſtis & lugens & vagus dum pergeret huc & illuc: beſtialis illa Dalila eum perſequi non deſinebat, ſubmittens filios Belial, qui ſanctum virum Romæ conſtitutum veneno interficerent. Sed ille, qui non dormit, neque dormitat, cuſtodivit famulum ſuum ab omni periculo, indeque vir ſanctus recedens, Surrentum pervenit.*

XI.

*Quadam vero die, dum in eadem urbe cum Stephano fratre ſuo Epiſcopo reſideret, cæpit ſubito flere amariſſime: cumque diu ſubſiſteret, ejuſque lacrymas non videret finiri, quænam cauſa exiſteret tanti luctus, Stephanus frater exquiſivit. Cui illico reſpondit vir Dei:*

Athanaſius ad Hadrianum Papam pro ſuis.

*Ecce miſera Neapolis ſub anathematis vinculo jacet obligata ab univerſali & ſummo Pontifice & a mea parvitate, ſi utriſque nobis (quod humanum eſt) finis morte advenerit: quid erit de ea? (quod ei factum eſt ſicut prædixit: nam eodem anno ambo obiere:) Vadam, inquit, Romam, & rogabo ſummum Pontificem, ut ſolvat eam ab excommunicatione. Quod, ut dixit, per Dominicum Epiſcopum ab Hadriano Papa miſſum, opere adimplevit. Poſt hæc vir ſanctus ab Hadriano Papa Vale faciens, ad Ludovic. Imperatorem, tunc in Sabinis remorantem profectus, & ab eo cum ingenti honore ſuſceptus, & cum eo Romam regreſſus, hortatu jam dicti Apoſtolici cum Imperatore ad Sarracenos expugnandos, & ſedi ſuæ reſtituendos profectus ad civitatem Nerulanam devenit, in qua tertio Kal. Julii celebravit diem Apoſtolorum. Peracta Miſſa, cœpit febribus anhelare, & perfractus ab eadem infirmitate Deo dignus & clarus Athanaſius,*

S. Athanaſii ubi obitus, & ſepultura. * ita illorum temporum Canonum contemptus ferebat, & corrupta Eccleſiaſtica diſciplina fieri ſinebat.

*e carnea ſubtractus eſt fæce, & ſuo Creatori noviſſimum reddidit ſpiritum in Oratorio ſancti Quirici, quod biſſenis millibus a monaſterio ſancti Benedicti in Caſſino diſtat, Idibus Julii, Indictione quinta, regnante Baſilio Imp. Conſtantinopolitano: Præfatus autem venerabilis vir ante Epiſcopatum vixit decem, & * octo, in Epiſcopatu ſedit annos viginti duos, & in anguſtiis hujus ſæculi fuit menſibus viginti cum uno, inde portatus eſt ad montem Caſſinum flentibus omnibus, ſed exultantibus Angelis. Quem ſuſcipiens omnis ſancta congregatio illius monaſterii, digne & decentiſſime ſanctiſſimum ejus corpus condidere in Eccleſia beati Principis Apoſtolorum, quæ ab Arechiſio Rege conſtructa eſt, & jungitur baſilicæ ſancti Benedicti; ubi exuberant multa mirabilia per eum ad laudem Domini noſtri JESU Chriſti uſque in præſentem diem.* Hæc Petrus, qui pergit dicere de cœco tunc ad ſepulcrum ejus illuminato. Eo autem defuncto, impius Sergius fratrem ſuum pariter Athanaſium nominatum in locum ejus ordinandum curavit: ſed quanta mala vice verſa ab iſto Athanaſio juniore ipſe paſſus ſit, qui ſeniorem ſanctum Athanaſium adeo acerbiſſime proſecutus eſt inferius ſuo loco dicturi ſumus.

XII.

Quam autem pulcra facies eſſet Neapolitanæ Eccleſiæ, antequam contigerit hoc tempore Sergii labefactum eſſe tyrannide, ex eodem Petro diacono poſſumus intelligere, qui in eadem de rebus Athanaſii tractatione, iſta præfatus eſt de ipſa Neapolitana Eccleſia, atque in primis de civitate ipſa:

De Neapolitana civitate digna præconia.

*Ita præpotens & amena civitas eſt in ſtructuræ ſcilicet munitionibus, ſic in ſuburbio, & Chriſticolarum interius degentium religione vigens, ut in Heſperia poſt Romanam Urbem nulli reperiatur eſſe inferior. Eadem ita frequentiſſimis Eccleſiis ac præclaris antiquæ ſcilicet & vetuſtiſſimæ ſtructuræ adytis, necnon & monaſteriis virorum & puellarum referta retinetur, ut horum continuis precibus nocturnis, diurniſque adjuta victrix conſiſtat & tuta. Nam & interdum binas præſulum geſtat ſedes ad inſtar duorum teſtamentorum, qui eam gubernant & regunt, ut capite reguntur artus diverſi.* Ita enim quod duplex populus contineretur in ea, nempe Latinus & Græcus, qui ſeorſum ſuos quiſque ſub capite tamen uno peragerent ſacros ritus. Pergit vero:

XIII. Primordia Eccl. Neapol.

*Reperiuntur plane in ea templa priſco conſtituta ædificio, quoniam non ſolum a Conſtantino piiſſimo Principe Auguſtorum Chriſtianiſſimo, ſed plures ante annos Chriſtiana inibi religio floruit. Siquidem beatiſſimus Petrus Apoſtolorum princeps Aſprem ſanctiſſimum inibi ordinavit Epiſcopum. Nam & beati illius Agrippini Eccleſia hactenus demonſtratur, qui quin-*





PAGIUS

*tes, caſtella, & monaſteria uſque ad ſolum deſtruens; Curbionenſis monaſterii Abbas, Guarno nomine, cum aliquibus fratribus ejuſdem cœnobii metu ac timore memoratæ perfidæ gentis, quæ quotidie majora moliuntur in deſtructione Sanctæ Dei Eccleſiæ; permittente ac conſentiente Domino Rege Carolo cum Proceribus ſuis, tranſtulit corpus pretioſi ac beatiſſimi Launomari in pagum Abrincadinum, in villam quæ dicitur Patricliacus.* In alia Hiſtoria ejuſdem Tranſlationis ibidem recitata dicitur. *Debacchante Nortmannorum furore*, eumdem Abbatem Reliquias Sancti Launomari Cenomannos detuliſſe, & cum eorum ferocitas & veſania creviſſent, Monachos a civitate Cenomannica eoſdem ad Bleſenſem tranſtuliſſe, quod Mabillonius in Notis ad eamdem Hiſtoriam anno DCCCLXXIV. factum fuiſſe opinatur, aitque Ble-

*quintus a ſupradicto Aſprem ordinatus eſt Epiſcopus, quique & patronus & defenſor eſt iſtius civitatis. Beatiſſimumque Januarium Chriſti martyrem poſtea Neapolitæ meruerunt habere tutorem, quibus annitentibus, prædicta urbs, Deo favente, tuta remanſit, manebitque in æternum, quoniam quaſi duas fortiſſimas baſes, duoque candelabra ſplendentia gloriatur ſe habere ſupradictos Patres, duabus quaſi alis, ideſt duorum Sanctorum ſiſa precibus.*

XIV. Neapolitanæ civitatis digna laude pietas.

*In qua laici ſimul cum clericis aſſidue Græce, Latineque communi prece pſallunt Deo, debitumque perſolvunt jugiter officium. In qua etiam indigenæ & inquilini non circumeundo domos in peregrinorum habitu ſtipem publice expetunt, ſed quo loco commorantur, omnia neceſſaria, quæ deſiderantur, abundantiſſime percipiunt. Et juxta præceptum Dominicum præfatæ urbis accolæ potius Lazaros quæritant, ut exhibeant largius affluentiuſque quibus indigent. Idcirco a multis crebro oppugnata gentibus, & prius a Vvandalis, poſtremo a Longobardis indeſinenter oppreſſa per annos ferme ducentos, inviolata perſtitit, & invicta ab omni hoſtium contuſione remanſit. QUONIAM CIVITAS HÆC CIVITAS MISERICORDIÆ EST ET PIETATIS HINC INDE VALLATA OMNI BONITATE. Quæ ergo meruit tot taleſque habere patronos apud Deum in exorando, merito hujuſmodi debuit protectione tutari, ut in bonis exuberet operibus, & a cunctis exiſtat adverſariis illæſa.* Ita Petrus; qui plane verax & fidelis teſtis comprobatur civium pietatis, quæ in hæredes propagata, & a poſteris civibus in hanc uſque diem latioribus diffuſa ſpatiis, largiorique cumulata proventu, multiplicatis charitatis operibus erga pauperes, eximio fulgore niteſcit: adeo ut non ſolum priſtinum illum glorioſum conſervet pietatis titulum, ſed aucta magnis acceſſionibus pauperum omnis generis hoſpitalium domorum cum decoro cultu Eccleſiarum, mirum in modum ea civitas in orbe Chriſtiano reſplendeat. Pergit vero Petrus:

XV. *Quid ergo de ſtructuris diverſis diverſa conamur aſtruere, vel de priſcorum in ea civitate Sanctorum copia ex prædicta prodeuntium urbe narrare tentamus, quorum converſatio eſt in cœlis? quandoquidem noſtris nuper temporibus ſanctiſſimus Athanaſius ejus urbis præſul in cunctis piis operibus charus extitit Deo, ut ejus non immerito juſtorum actis vita æquiparetur beata &c.* Quantam autem acceſſionem eadem Eccleſia acceperit etiam in exteriori cultu ab ipſo Athanaſio, idem Petrus inferius ſic deſcribit:

Florens Neapolitana Eccleſia ſub Athanaſio.

*Hic itaque zelo fretus divino conſtituit ſacerdotes hebdomadarios in Eccleſia Domini Salvatoris, quæ Stephania vocatur qui in ea continuis diebus publicam Miſſam celebrarent, ſicut mos eſt Romanæ Eccleſiæ, in qua etiam ad eorum ſumptus neceſſarios rerum diſtribuit opes. In Eccleſiis quoque beati Andreæ Apoſtoli, & protomartyris Stephani cuſtodes delegavit, ubi res obtulit ad luminarium * continuationes & ipſius cuſtodis ſumptus. Eccleſiæ vero S. Reſtitutæ, quæ a Conſtantino Imp. condita eſt, connexuit utroſque Joannes Baptiſtam & Evangeliſtam, & cuſtodem cum officialibus clericis ordinavit, reſque illi ad præſidium eorum largitus eſt. Fecit etiam xenodochyum ad peregrinorum ſuſceptionem, ſuper gradus atrii Eccleſiaſtici, cui nonnulla etiam contulit prædia in inſula Salvatoris vocabulo cognominata, quæ a Neapoli vix duodecim diſtat ſtadiis, quamquam multis retro annis a monachis in cellis conſiſtentibus in propriis a ſingulis * voluntate incoleretur illuc frequenter properans, crebra exhortatione illos admonens, unum ſuper illos vice paſtoris in cœnobio degentem Abbatem conſtituit, qui eos ſub regulari diſtrictione foveret, ad quorum quotidianos ſumptus Eccleſiam beatæ Luciæ martyris in perpetuum ceſſit habendam cum omnibus rebus ſuis. In Eccleſia quoque ſanctiſſimi ac beatiſſimi martyris Januarii; quæ juxta memoratæ urbis mœnia condita, Magna a civibus nuncupatur, ubi unus ante tantum martyrem ſacerdos excubabat: in obſequium ipſe monaſterium inſtituit, illicque religioſæ vitæ virum ſingularem fratrem ordinavit, qui cum collato ſibi grege inceſſanter Deo juge laudis officium perſolveret, &c.* Pergit dicere de eleemoſynis diverſi generis, ab eodem in diverſos erogari ſolitis. Sed hic jam ſatis de his.

* concinnationes.

*

XVI. Legatio Baſil. Imp. ad Ludovicum German. Regem.

Eodem pariter anno miſſa eſt legatio a Baſilio Imp. ad Ludovicum Germaniæ Regem honorifica ſatis, de qua hæc in antiquo Chronico a Pithœo edito: *Dicto anno menſe Januario circa Epiphaniam, Baſilii Græcorum Imp. Legati cum muneribus & epiſtolis ad Ludovicum Regem Ratiſbonam venerunt, atque ei inter*

PAGIUS Bleſenſem Abbatiam, a qua pendet Curbionenſe Monaſterium, hactenus ſubſiſtere & Monaſterium Curbionenſe nunc Prioratum (ut vocant) ſimplicem eſſe, vulgo *Saint Lomer le Moutier*, ſex fere leucis ab Urbe Carnutum diſtans. Porro *Launomarus* Monaſterium Curbionenſe anno ſecundo Chilperici Regis condidit (ideoque anno Chriſti DLXIII), ut habet



*ter cætera xenia cryſtallum miræ magnitudinis auro gemmiſque pretioſis ornatum cum parte non modica ſalutiferæ Crucis obtulerunt. Qui honorifice ſuſcepti, & congrua reſponſione accepta, redierunt ad ſua.* Hæc ibi.



PAGIUS bet Auctor Anonymus poſterioris ejus Vitæ, quæ ſicuti prima in ſæculo primo Benedict. recitatur. Mortuus eſt *Launomarus* anno circiter DXC. ut ibidem in Notis dicitur.

Concilium Romanum, de quo anno ſequenti num. 1.

I. Concilium Romanum in cauſa Ludovic. Imp.

ANnus Redemptoris octingenteſimus ſeptuageſimus tertius, Indictione ſexta ſequitur *quo Ludovicus Imp. Romam venit* ( inquit Regino ) *ibique conventum celebrans coram ſummo Pontifice, multa ſuper Adelgiſi tyrannide conqueſtus eſt. Tunc a Senatu Romanorum idem Adelgiſus tyrannus atque hoſtis Reip. eſt declaratus: bellum etiam & adverſus eum decernitur. Joannes Papa Imperatorem a juramento, quo ſe obligarat, auctoritate Dei, & ſancti Petri abſolvit, affirmans nihil obeſſe, quod ad mortis periculum evadendum coactus fecerat, nec ſacramentum eſſe dicendum, quod contra ſalutem Reip. quamvis cum multis execrationibus fuerit prolatum. His adhortationibus Principis animus ad rediviva certamina provocatur: tamen ne a ſuis periurus diceretur, nequaquam ipſe contra tyrannum procedit, ſed Reginam cum exercitu dirigit. Adelgiſus certis indiciis colligens bellum adverſum ſe ſummis viribus parari, hoſtemque ſe ac tyrannum eſſe denuntiatum, ſuæ nequitiæ conſcius, metu perterritus, & ſpem vitæ in fuga ponens, in Corſicam inſulam ſeceſſit, ibique ad tempus latuit.* Hæc Regino, ſed male anno ſuperiore, inde errore captus, quod Joannem Papam ( ut dictum eſt ) ante biennium creatum putavit, quem anni ſuperioris initio ſuffectum diximus in locum Hadriani. Sed hæc non ante hunc annum contigiſſe potuerunt: nam ( *a* ) Leo Oſtienſis teſtatur, quod poſtquam exivit, undecim circa menſes conſtiterit Berolis. Aimoinus ( *b* ) tradit, Joannem Pontificem compatrem Adelgiſi ipſum Ludovico id optanti reconciliaſſe, idque factum hoc anno.

(a) Leo Oſt. lib. 1. cap. 38.
(b) Aim. 5. c. 30. in fine.

Eo-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXI. Anno Hegiræ CCLX. inchoato die 27. Octob. fer. 3. A. C. 873.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6366.

☉ 14. D. ☽ 19. P. 19. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 873.

JOANNIS VIII. PAPÆ 2.

LUDOVICI IMP. 25. 24. & 19.

BASILII IMP. 7.

1. *Adalgiſus Beneventi Dux redit in gratiam Ludovici Imp.*

AD num. I. Concilium Romanum in cauſa *Ludovici* Imp. adverſus *Adelgiſum* Ducem Beneventanum pertinet ad annum ſuperiorem, quo illud conſignat Regino, cujus verba Baronius recitat, quam tamen hac in re erraſſe perperam arbitratur, quod Joannis Papæ initium anno Chriſti DCCCLXXI. male affixerit Regino enim in eo quidem erravit, ſed non in altero, ut colligimus ex Annaliſta Bertiniano in notatione temporum accurato, qui ad annum DCCCLXXII. ſcribit: *Hludovicus Imperator Vigilia Pentecoſten Romam venit, & in craſtinum coronatus ab Hadriano Papa* ( ob partem ſcilicet Regni Lotharii ſibi a Ludovico Germaniæ Rege redditi, ut idem Annaliſta jam retulerat ) *poſt celebrata miſſarum ſolemnia, una cum eo ad Lateranenſe Palatium cum pompa equitando coronatus perrexit. Et hoſte collecta* ( vox hæc *hoſtis* feminini etiam generis erat apud Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis, ut videre eſt apud Ducangium in ſuo Gloſſario ) *Roma iterum in partes Beneventanas perrexit. Et quia Primores Italiæ Ingelbergam* ( Imperatricem ) *propter ſuam inſolentiam habentes exoſam, in loco illius filiam VVuinigiſi Imperatori ſubſtituentes, obtinuerunt apud eumdem Imperatorem, ut miſſum ſuum ad Ingelbergam mitteret: quatenus in Italiam degeret, & poſt illum non pergeret, ſed eum in Italia reverſurum expectaret. Ipſa autem non obaudiens illud mandatum, poſt eum ire maturavit.* Ubi iſte Annaliſta rem aliter ac Regino narrat. Tum ad an. DCCCLXXIII. idem Annaliſta habet: *Hludovicus Imperator Italiæ in Capua reſidens, mortuo jam Landuberto Calvo,* ( qui Adalgiſi partes tuebatur ) *& pervento Patricio Imperatoris Græcorum cum hoſte* ( ideſt cum exercitu ) *in civitate, quæ Hidrontus dicitur, in auxilium Beneventanorum, qui cenſum quod Imperatoribus Franciæ eatenus dabant, illi perſoluturos ſe promittebant, quoniam aliter Adalgiſum obtinere non poterat, mandavit Apoſtolico Joanni compatri Adalgiſi, ut ad eum ad Campaniam veniret, & ſibi Adalgiſum reconciliaret. Volens oſtentare, quod quaſi intercedente beati Petri Vicario, ipſum Adalgiſum reciperet. De quo juraverat, quod numquam de illis partibus rediturus eſſet, antequam illum caperet, quem revera virtute ſua obtinere non poſſet.* Verum Adalgiſum ad Imperatorem Græcorum defeciſſe, & extunc imperium Francorum in illis urbibus ceſſaſſe Porphyrogenneta in Vita Baſilii Imp. num. LVIII. loquens de Capuæ & Beneventi expugnatione a Soldano inchoata, his verbis prodit: *Veritus Soldanus expectatas ab Imperatore* ( nempe Baſilio ) *copias, obſidionem ſolvit, & ad propria* ( ſc. in Africam ) *rediit. Ex eoque tempore urbium illarum Præfecti Romanæ rei fideles perſtiterunt, eaſque in Imperatoris* ( ſc. Orientis ) *obſequio conſervarunt.* Idem narrat Porphyrogenneta lib. II. de Them.

Them.



II. Eodem anno idem Pontifex petitum pallium miſit ad recens creatum Epiſcopum Colonienſem Wilibertum, addiditque has litteras: *Joannes Papa VVilliberto Agrippinenſi Epiſcopo. Pallii namque uſus inter cætera tantæ virtutis eſt, ut poſtquam collatum fuerit, cui confertur, omnem de retroactis exceſſibus calumniam adimat; non quod crimina purget, ſed quod tanta debeat eſſe circumſpectio conferentis, ut non niſi his carenti tantum munus conferre pertentet. Unde imperfectus eſt, cui tantum donum aufertur, nec poteſt eſſe firmus ſive perfectus, qui hujus ſacri non fuerit adjumenti collatione firmus & integer. Ac per hoc neminem profecto poterit ſtabilire, vel alicujus dignitatis dono ſtatuere, qui hujus religioſi habitus munere defraudatus, ad tantæ perfectionis privilegium pervenire non meruit, &c.* Hactenus ibi.

III. Formoſi & Jaderici Legatio.

Hoc pariter anno, ab eodem Joanne Pontifice miſſa eſt legatio ad Ludovicum Regem, qua diſſolveret quæ juramento firmata erant de Regni Lotharii diviſione facta cum Carolo. Qui functi ſunt legatione, fuere Formoſus Epiſcopus Portuenſis, & * Gaudericus Epiſcopus Velitrenſis. Cujus hæc ſuperſunt monumenta in eodem quo ſupra ſcripto codice Antonii Auguſtini: *Anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione quinta,* ☞ *alias ſexta Idibus ſeptembris* ☜ *in Placito generali apud Gandulphi Villam, cum Ludovicus ſacramenta ſuperius ſcripta diſrupiſſet, & æquivoco ſuo itidem Ludovico Imp. ſe conjunxiſſet & ſacramenta, quæ ſuperius ſcripta ſunt, ferri juſſiſſet, Engilberga Regina & Legatis Sedis Apoſtolicæ, Formoſo ſcilicet & * Gauderico præſentibus, hac tempeſtate urgente, Epiſcopi omnes ex Regno glorioſi Regis Caroli hanc profeſſionem infraſcriptam fecerunt, & omnes laici hoc ſacramentum ſimiliter infraſcriptum fecerunt.*

* al. Jadericus

* al. Jaderico.

*Profeſſio Epiſcoporum.*

IV. *Quantum ſciero & potuero, adjuvante Domino, conſilio & auxilio, ſecundum meum miniſterium, fidelis vobis adjutor ero, ut Regnum, quod vobis Deus donavit, vel donaverit, ad ipſius voluntatem & ſanctæ Eccleſiæ, & debitum honorem regium veſtrum, fideliumque veſtrum ſalvationem continere, habere & obtinere poſſitis.*

*Sacramentum laicorum.*

*Quantum ſciero, & potuero, adjuvante Domino, conſilio & auxilio fidelis vobis adjutor ero ut Regnum, quod habetis, ad Dei voluntatem & S. Eccl. & veſtrum honorem atque ad veſtram ſalvationem continere*

re

PAGIUS II. *Ludovicus Imp. partem Regni Lotharii recuperare potuit.*

Them. XI. [ 1 ]

A num. II. ad V. Annaliſta Bertinianus ad annum DCCCLXXII. ait: *Hludovvicus Rex Germaniæ apud Trientum cum Ingelbergæ loquens partem regni Lotharii, quam contra Carolum accepit, neglectis ſacramentis inter eos pactis, ſine conſenſu ac conſcientia hominum quondam Lotharii, qui ſe illi commendaverunt, clam reddidit. Unde utrimque ſacramenta prioribus ſacramentis, quæ cum fratre ſuo* ( nempe Carolo Calvo ) *pepigerat diverſa & adverſa inter eos ſunt facta.* Contra vero *Carolus*, qui alteram Regni Lothariani partem occupabat, veritus ne ea ſibi eriperetur, exegit ab Epiſcopis, & laicis in parte a ſe poſſeſſa conſiſtentibus profeſſionem & ſacramentum, quæ extant in Capitularibus Caroli Calvi Tit. XLIV. cujus inſcriptio eſt: *Anno Incarnat. Dominicæ DCCCLXXII.* ( non DCCCLXXIII. uti apud Baronium ) *indictione quinta quinto Idus Septem. in Placito generali apud Gundulfi villam, cum Hludovicus ſacramenta ſuperius ſcripta diſrupiſſet, & æquivoco ſuo itidem Hludovvico Imperatori ſe conjunxiſſet, & ſacramenta, quæ ſuperius ſcripta ſunt, fieri, juſſiſſet, Ingelberga Regina & Legati Sedis Apoſtolicæ, Formoſo ſcilicet & Gaderico præſentibus, hac tempeſtate urgente, Epiſcopi omnes ex regno glorioſi Regis Caroli hanc profeſſionem infraſcriptam fecerunt*, & cætera apud Baronium legenda ſed ad annum ſuperiorem referenda. Diu adnixus apud Carolum fuerat Hadrianus II. per Epiſtolas & Legatos, ut a Lotharii Regno, tanquam, Ludovico Imperatori ejus fratri jure debito, abſtineret, idemque nunc Miſſi, non a Johanne VIII. Hadriani Succeſſore, ut habet Baronius, ſed ab Hadriano ipſo, ( ut conſtat ex Tit. LIII. Capitularium Caroli Calvi cap. IV. ) Legati, *Formoſus* ſcilicet Portuenſis, & *Gadericus* Veliternenſis Epiſcopi contendebant; ſed *Carolo* perſuaderi non potuit. Porro *Gundulfi villa* ſita erat in Lotharingia ad Moſellam fluvium.

III. Ad num V. Idem Annaliſta ad hunc annum de Concilio Silvanectenſi contra Carolomannum Caroli Calvi filium hæc refert: *quia multi erant in regno Caroli, qui expectabant, ut per Carolomannum adhuc rediviva mala*

la

NOTÆ [1] VEreor ne defectio illa Adalgiſi ad Græcos, quam ex Porphyrogenito Pagius hic memorat, Græca fide aſſeratur; nam Anonymus Salernitanus a Muratorio Rerum Italicarum tom. II. par. II. col. 264. vulgatus, cap. 123. tradit Græcos, qui Hydronti & Barii continebantur, legatos Beneventum ( ubi Adalgiſius principabatur ) & Salernum miſiſſe, auxilium poſtulantes, & utrimque ſpretos fuiſſe. Ibi pariter cap. 122. legimus Ludovicum Beneventum fruſtra obſediſſe, adeoque coactum ad propria cum ignominia remeaſſe Coniuge, & Nata Capuæ relictis. Hæc autem vix cohærere videntur cum reconciliatione de qua hic Pagius. Neminem vero eſſe credo qui ſcriptoris hujus, utpote fere coævi, reſque regionis ſuæ narrantis fidem Authoribus cæteris ſive recentioribus, ſive patria remotioribus non præferat. MANSI

*re poſſitis: & quod Deus vobis adhuc conceſſerit acquirere, contra omnes homines defendere valeatis.* Porro hæc edita poſtea novi in Annalibus a Pithœo editis. De ejuſmodi Engilbergæ adventu ad Ludovicum, & ceſſione ab eo facta partis Regni Lotharii meminit etiam Aimoinus (*a*).

(*a*) *Aim. l.5. c.28.*

V. In eodem codice ſubiiciebantur iſta de conventu a Carolo facto apud Cariſſiacum, in quo renovavit capitula omnia antea promulgata adverſus latrones & graſſatores, quos & bannitos vocabant. Sunt hæc illa tempora, quibus Carolomannus filius Caroli congregata prædonum manu Gallias infeſtabat, qui ſequenti anno captus, a patre (ut dictum eſt) excæcari meruit. De conventu autem iſta ibi:

*Anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſeptuageſimotertio, Regni vero domini Caroli XXXIII. Indictione ſexta, hæc capitula, quæ ſequuntur, ab eodem Rege ſtatuta ſunt in Placito generali apud Cariſiacum omnium cum voluntate & conſenſu, & a præfato Rege & ab omnibus, qui præſentes fuerunt, confirmata, &c.*

VI. *Francofordienſis conventus.* Eodem anno Ludovicus Rex Germaniæ conventum habuit Epiſcoporum ac Comitum Francofordiæ ubi ſeptimo Kal. Februarias, novum quiddam & inexpectatum accidit, quo omnes, qui aderant, vehementer ſunt perturbati, cum ſcilicet Carolum ejus filium natu minimum a malo dæmone invadi contigit. Res geſta ita in antiquis Francorum Annalibus enarratur: *Cum Ludovicus ſeptimo Kal. Februarias curiam introiſſet, in præſentia illius & optimatum ſuorum, Epiſcoporum videlicet, & Comitum, malignus ſpiritus Carolum filium ejus minimum invaſit, & graviter vexavit: ita ut a ſex viris fortiſſimis vix teneri potuiſſet. Et ſatis juſte; qui enim Regem a Deo electum & ordinatum decipere voluit, ipſe deceptus eſt: & qui patri ſuo inſidioſe laqueos tendere conſiliatus eſt, ipſe in laqueos diaboli incidit, quatenus ex ipſa vexatione diabolica diſceret, non eſſe conſilium contra Deum. Rex autem & omnes, qui cum illo erant, vehementer contriſtati lacrymas fuderunt. Cumque duceretur ad Eccleſiam, ut Epiſcopi pro ejus ſanitate Domino ſupplicarent; nunc exili, nunc grandi voce clamitans, morſum ſe tenen-*

PAGIUS *Carolomannus juſſu patris excæcatur.*

*la agerentur in Sancta Dei Eccleſia, & in aliis regnis, de quibus Regio miniſterio cum conſilio fidelium ſuorum ſecundum morem prædeceſſorum ac progenitorum ſuorum, leges pacis Eccleſiæ & regni ſoliditati congruas promulgavit, & ab omnibus obſervari decrevit. Jubet ergo convocari Epiſcopos regni ſui apud Silvanectis civitatem, in qua idem Carolomannus morabatur quatenus ſacros canones, a quibus nulla, ut Leo dicit, aut negligentia aut præſumptione licet eis diſcedere, Epiſcopale miniſterium de illo exequerentur. Sicuti & fecerunt deponentes illum ſecundum ſacras regulas ab omni gradu Eccleſiaſtico, laicali ſibi communione ſervata. Quod cum factum fuiſſet antiquus & callidus adverſarius illum & ſuos complices ad argumentum aliud excitavit: videlicet quia liberius ad nomen & potentiam Regiam conſcendere poſſet, & quia ordinem Eccleſiaſticum non haberet, & quia Epiſcoporum judicio Eccleſiaſticum gradum amiſit etiam tonſuram Eccleſiaſticam licentius amittere poſſet. Unde poſt depoſitionem ejus complices illius ardentius cœperunt ſe ei iterum reconjungere, & alios quos volebant in ſocietatem ſuam abducere; quatenus mox ut locum invenire poſſent, illum a cuſtodia, in qua ſervabatur, educerent, & Regem ſibi conſtituerent. Quapropter neceſſe fuit etiam illa, de quibus ab Epiſcopis judicatus non fuerat, in medium revocare, & ſecundum ſacrarum legum decreta pro admiſſis ſuis judicio mortis addictum, mitiori ſententia, ut locum & ſpatium pœnitendi haberet, & graviora admittendi facultatem ſicut meditabatur non haberet, luminibus acclamatione cunctorum, qui adfuerunt orbari: quatenus pernicioſa ſpes pacem obedientium de illo fruſtrata foret, & Eccleſia Dei ac Chriſtianitas in regno ejus, cum infeſtatione Paganorum ſeditione exitiabili perturbari non poſſet.* Eſt hoc loculentum exemplum obſtinatæ rebellionis in filio & patientiæ ac clementiæ in patre.

IV. *Carolus Conventum apud Cariſiacum cogit.* *Silvanectenſis* Synodi Acta periere, Tomo tamen IX. Conc. pag. 258. referuntur ſingularum Synodi partium tituli, quinque Capitibus diſtincti vero Caroli Calvi Tit. XLV. recitantur quæ a Carolo Rege ſtatuta ſunt in Placito generali apud Cariſiacum habito *anno Incarnat. Dominicæ DCCCLXXIII. regni vero domni Karoli XXXIII. Indictione, V.* & cap. IV. præcipitur ut qui cum Carolomanno præteritis annis tanta mala fecerunt, fidelitatem Regi promittant, *Et cui aliquid abſtulerunt, aut emendent, aut deprecentur, & pœnitentiam faciant.*

V. *Normanni a Civitate Andegavenſi expulſi.* Carolus Calvus Normannos a Civitate Andegavenſi hoc anno ejecit. Annaliſta enim Bertinianus ſcribit: *Carolus hoſtem denunciat verſus Britanniam, ut Nortmanni, qui Andegavis civitatem occuparent, non autumarent ſe adverſus eos illuc iturum: ne ad alia loca, in quibus ita conſtringi non poſſent, aufugerent.* Paulo poſt: *Iter cœptum peragens, cum hoſte collecta civitatem Andegavis (in qua Nortmanni depopulatis quibuſdam urbibus, everſis caſtellis, monaſteriis, & Eccleſiis incenſis, & agris in ſolitudinem redactis jam diuturno tempore reſidebant) obſedit, & ſepe fortiſſima circumdedit: Salomone Duce Britonum ultra Meduanam fluvium cum hoſte Britonum in ejus auxilio reſidente.* Paucis interpoſitis: *Carolus viriliter ac ſtrenue obſidionem Nortmannorum in gyro Andegavis civitatis exequens, adeo Nortmannos perdomuit, ut Primores eorum ad illum venerint, ſeque illi commendaverint, & ſacramenta qualia juſſit egerint, & obſides quos & quantos quæſivit illi dederint: ut de civitate Andegavis conſtituta die exirent, & in regno ſuo, quandiu viverent, nec prædam facerent, nec fieri conſentirent. Petierunt autem, ut eis in*



*nentibus aperto ore minabatur.*

VII. *Converſus igitur Rex ad æquivocum ſuum, nempe Ludovicum filium ait; Videſne, o fili, cujus dominio vos mancipatis tuque fraterque tuus, quando adverſum me aliquid ſiniſtri machinari cogitatis? modo intelligere poteris, ſi antea noluiſti, quod juxta veritatis ſententiam, nihil (a) opertum, quod non reveletur. Confitere ergo peccata tua, & age pœnitentiam, & Deum humiliter poſtula, ut te relaxet; Ego etiam quantum in me eſt, indulgentiam tibi tribuo. Idem vero Carolus poſt ſedatam infeſtationem diaboli, viva voce multis audientibus retulit, ſe toties adverſæ poteſtati traditum, quoties contra Regem conſpirationem iniiſſet.* Hæc ibi. Agit de iiſdem (*b*) Aimoinus, quomodo in eum ingreſſus ſit diabolus narrans.

(*a*) Matt. 10.

(*b*) *Aim. l. 5.30.*

Se-

PAGIUS *in quadam inſula Ligeris uſque in menſe Februario reſidere, & mercatum habere liceret. Atque in menſe Februario quicumque jam baptizati eſſent ex eis, & Chriſtianitatem de cetero veraciter tenere vellent, ad eum venirent: & qui adhuc ex Paganis Chriſtiani fieri vellent ipſius diſpoſitione baptizarentur. Ceteri vero ab illius regno diſcederent, ulterius, ſicut dictum eſt, ad illud in malum non reverſuri. Poſt hæc una cum Epiſcopis & populo, cum maxima religionis devotione corpora Sanctorum Albini & Licini, quæ effoſſa timore Nortmannorum de tumulis ſuis fuerant, ſuis in locis cum muneribus magnis reſtituit.*

VI. *Synodus Generalis VII. in Latinum vertitur.* Hoc circiter anno Anaſtaſius Bibliothecarius ſeptimam Synodum ex Græco in Latinum ſermonem vertit & Joanni VIII. ſicuti octavam Hadriano II. ejus Deceſſori, dicavit. In Præfatione ad eumdem Joannem VIII. ait; *Quod ipſe intuens, nec proprio infirmo corpori parcens, auxiliante Domino anniſus ſum interpretari Latinis, indecens & incongruum cenſens Veſtram maxime omnium Eccleſiarum Magiſtram, Romanam videlicet Eccleſiam eadem Synodo defraudari cum videam poſteriori, ideſt Octava magnificentiſſime decorari; præſertim cum ſacra bibliotheca veſtra, cujus miniſter Veſtra Dignatione conſiſto, ex hoc, quod deſuper mihi datum eſt, debitor ſum miniſtrare.*

VII. *Northumbria & Mercia a Danis turbata.* In Anglia Chriſtiani a Danis vexati fuere, qui enim hactenus *Londini* manſerant, in Septentrionem profecti, cum æſtatem trans Humbrum triviſſent, in Coritanos rediere, ac Lincolnienſem agrum, ibique hyemarunt, ut explicat Alfordus hæc Weſtmonaſterienſis verba: *Eodem anno* (nempe DCCCLXXIII.) *ſæpe dictus Paganorum exercitus, Londoniam deſerens, ad Northanhumbros perrexit. Qua regione hoſtiliter perluſtrata, in Lindiſeia in villa quæ Tarkeſeia dicitur hyemavit.* Torkeſeia villa, nunc obſcurum oppidulum, ad *Trentam* fluvium ſedet, ut notat Cambdenus de agro Lincolnienſi loquens. Parte alia *Mercii*, qui in vicino erant, cum reſiſtendo non eſſent, præcario pacem emendicarunt: *Merciorum gentes*, inquit Vveſtmonaſterienſis, *dato munere, cum Danis pacificata ſunt*, ubi *muneris* voce ſtipendium intelligit & annuum tributum, quod Ethelvverdus lib. 4. cap. 3. ſic expreſſit: *Myrcii confirmant cum eis fœderis pactum, ſtipendiaque ſtatuunt.*

JESU CHRISTI ANNUS 874. | JOANNIS PAP. VIII. ANNUS 2. | LUDOVICI II. 19. BASIL. MACED. 8. IMPP.

I. Joannes Papa Veronam petit.

SEquitur octingenteſimus ſeptuageſimusquartus Redemptoris annus, Indictione ſeptima, quo Joannes Papa & Ludovicus Imp. Veronam profecti ſunt, ubi expectatus eſt Ludovicus Germaniæ Rex, atque ſimul colloquuti ſunt. Hæc veteres Francorum Annales (a). Quæ autem ab eis tractata ſint, ubique ſilentium. Narratur ibidem viſio facta divinitus eidem Ludovico Regi verbis iſtis: *Diebus Quadrageſimæ, cum negotiis ſæcularium rerum diſpoſitis, orationi vacaret, vidit quadam nocte in ſomnis genitorem ſuum Ludovicum Imp. in anguſtiis conſtitutum, qui eum hoc modo Latino affatus eſt ſermone: Adjuro te per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, ut me eripias ab his tormentis, in quibus detineor, ut tamdem aliquando vitam poſſim habere æternam. Hac ergo viſione perterritus, epiſtolas per cuncta Regni ſui monaſteria deſtinavit, obnixe poſtulans, ut pro anima in tormentis poſita*, poſt annos triginta & amplius ab obitu ipſius, *ſuis apud Deum precibus intervenirent. Unde datur intelligi, quod quamvis memoratus Imperator multa laudabilia & Deo placita feciſſet, plurima tamen legi Dei contraria in Regno ſuo fieri permiſit. Si enim (ut cætera omittam) hæreſi Nicolaitarum firmiter & viriliter reſtitiſſet, & monita Gabrielis Archangeli* (de quibus dictum ſuperiori tomo) *quæ Einardus Abbas duodecim capitulis comprehenſa ei obtulit legenda, obſervare curaſſet, forſitan talia non pateretur. Sed quia (ut ſcriptum eſt) Deus nullum peccatum remittit impunitum, & juxta (b) Apoſtolum, Non ſolum qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte: merito pœnas luere viſus eſt, qui dum potuit, ſibi commiſſorum errata vel admonitus corrigere noluit.* Hæc auctor ſui temporis rerum ſcriptor.

(a) *Annal. Franc. a Pithœo edita hoc anno.*

De anima Ludovici Pii Imp. adhuc pœnas Purgatorii detenta.

(b) *Rom. 1.*

II. Rex Sarracenorum dat pœnas ſceleris.

Eodem anno cum magnus ex Africa advenientium exercitus Sarracenorum Salernum civitatem ſub Guaiferio Principe vallaſſet, diuque eadem obſidio perduraſſet, cumque eorum Princeps nomine

ne

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCCXII. Anno Hegiræ CCLXI. inchoato die 16. Octob. fer. 7.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6367.

☉ 15. C. ☽ 1. P. 11. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 874.

JOANNIS VIII. PAPÆ 3.

LUDOVICI IMP. 26. 25. & 20.

BASILII IMP. 8.

A. C. 874. I. *Moritur Beorredus Merciæ Rex.*

AD num. III. Ingulphus in ſua Hiſtoria pag. 26. ſcribit: *Beorredus Rex Merciorum, cum Rex Alfredus in Adelyngia adhuc moraretur & Pagani anno domini DCCCLXXIV. redeuntes in Merciam apud Rypadium* (vulgo, *Repton*, in agro Darbienſi) *hyemarent, monaſteriumque celeberrimum, omnium Regum Merciorum ſacratiſſimum, Mauſoleum funditus deſtruxiſſent, & ipſe viginti duobus annis regnaſſet, totamque terram Angliæ in omni ſuo angulo cædibus & rapinis vaſtatam Barbarorum videret; vel de victoria deſperans, vel tot laborum labyrinthum faſtidiens, regnum reliquit, & Romam petens, in paucis diebus defunctus, ibidem in ſchola Anglorum ſepultus eſt. Uxor cito virum ſecuta, in via verſus Romam moritur, & Ticini ſepelitur. Cui ſucceſſit in regnum Merciorum ſubrogatus per Danos quidam ſervorum Beorredi Regis* (*nomine*) *Ceolvulphus, Anglicus genere, ſed Barbarus impietate.* De Ceolvulpho anno ſequenti agemus. Ubi *Beorredus* ſeu Burrhedus Merciorum Rex vidit, non ſolum Civium tecta ſed etiam Eccleſias ardere, & *Repanduni* Cœnobium celeberrimum everſum, non modo tempori, ſed etiam regno cedendum cenſuit, & bonis omnibus exutus Romam perrexit. *Ethelſvvida* Merciorum Regina, audito mortis ejus nuncio, cultum Regium abjecit, & Monialem induit in Urbe Ticinenſi, ubi mortua eſt anno DCCCXC. juxta Weſtmonaſterienſem, vel anno DCCCLXXXIX. juxta Ethelwerdum lib. 4. cap. 3. & Vigornienſem. Quare Ingulphus in hac circunſtantia peccat. *Beorredi* Regis celebrem donationem Eccleſiæ factam, cujus meminit Baronius ad annum DCCCLXVIII. ad quem pertinet, revocavimus. Præterea anno DCCCV. num. IV. Baronius *Beorredi* Regis profectionem Romanam mortemque ex Malmesburienſi lib. 1. de Reg. cap. 4. memoriæ lapſu refert, quas ibidem ad hunc etiam annum transferendas eſſe monuimus. [1]

Ad

NOTÆ [1] ANno 874. menſe *Martio* Ludovicus Imp. prope *Ravennam* agebat, ubi privilegium dedit monaſterio Caſinenſi, quod vulgavit Eraſmus Gattula in Acceſſionibus ad Hiſtoriam Caſinenſem P. I. pag. 41. *Actum*, dicitur, *prope urbem Ravennam ad S. Appollinarem. Data vero anno Domni Hludovici Imperatoris Auguſti* XXIV. *menſe Marcio per Indictionem ſeptimam.* Hic anni imperii ſupputantur ab A. D. 850. a menſe *Decembris*, quo Romæ in Imperatorem *Ludovicus* coronatus eſt, de qua re Pagius ad A. D. 850. n. VI. GEORGIUS.



CHRISTI 874. | JOANNIS PAP. VIII. 2. | LUDOVICI II. 19. BASIL. MACED. 8. IMPP.

* Agdila

ne * Abdila Eccleſiam ſanctorum martyrium Fortunati, Caii, & Anthes ſibi in habitaculum delegiſſet, & magno eorumdem ſanctorum Martyrum improperio omne genus impudicitiæ ſuper altare ejuſdem Eccleſiæ, ubi ſtratum pararat, exercere ſoleret: accidit, ut dum illic reluctantem opprimere virginem conaretur, repente ſacrilegum ultio divina perculerit, trabe e tecto delapſa ſuper eum, qua illæſa penitus virgine, ſceleſtiſſimus, & impuriſſimus Arabs extinctus eſt: in cujus locum Sarraceni alium ſubrogarunt Regem Abimelech Eunuchum. Ad miraculi evidentiam declarandam acceſſit, quod trabs illa procul ab altaris perpendiculo diſtans, nonniſi divina potentia potuit in ſacrilegum Sarracenum altare profanantem immitti. Hæc in rebus geſtis Longobardorum Principum Beneventanorum apud Herempertum in codice ſcripto leguntur, ex quibus alia ad Eccleſiaſticos Annales ſpectantia magno habito delectu deprompſimus. Salernitani tamdem Dei beneficio, ab ea longa obſidione ſunt liberati a Ludovici Imp. exercitu, iiſdem Sarracenis iterum profligatis.

III. Beorredi Regis pietas.

Hoc anno Dani rurſus invadentes Angliam, Beorredus Rex Merciorum poſt multa prœlia tamdem coactus cedere Regno, Romam venit, ubi moritur atque ſepelitur in ſchola Anglorum; Regina vero eum ſecuta moritur Ticini. Hæc Ingulphus & alii veteres res Anglorum proſecuti. Commendat pietatem Regis diploma donationis ab eo factæ tunc monaſterio Chroyland ex his, quæ in eo præfatur, & claudit orationem: ſic enim ejus exordio: *Beorredus largiente Dei gratia Rex Merciorum omnibus provinciis & populis earum univerſam Merciam inhabitantibus, & Fidem Catholicam conſervantibus ſalutem ſempiternam in Domino noſtro JESU Chriſto. Quoniam peccatis noſtris exigentibus, manum Domini ſuper nos extenſam quotidie cum virga ferrea cernimus noſtris cervicibus imminere: neceſſarium nobis & ſalubre arbitror, piis ſanctæ Matris Eccleſiæ precibus, eleemoſynarumque liberis largitionibus Dominum placatum reddere, & dignis devotionibus ejus gratiam in noſtris neceſſitatibus auxiliariam implorare: Ideo, &c. Poſt recenſita cuncta quæ donat, ultimo loco ita ſubſcribit: Ego Beorredus Rex Merciorum intimo affectu animi, totiſque præcordiis gratias exſolvo ſpeciales omni exercitui meo, maxime tamen viris Eccleſiaſticis, Epiſcopis & Abbatibus, aliis etiam inferioris ſtatus & dignitatis qui, licet piiſſimæ memoriæ Rex quondam Ethelvulphus pater meus per ſacratiſſimam chartam ſuam ab omni expeditione militari vos liberos reddiderit, & ab omni ſervitio ſæculari penitus abſolutos: digniſſima tamen miſeratione ſuper oppreſſiones Chriſtianæ plebis, Eccleſiarumque ac monaſteriorum deſtructiones luctuoſas benigniſſime compaſſi, contra nefandiſſimos paganos in exercitum Domini prompti & ſpontanei conveniſtis, ut tamquam Martyres, Chriſti cultus ſanguine veſtro augeatur, & barbarorum ſuperſtitioſa crudelitas effugetur.* Hæc & alia Rex maxime pius.

Tunc contigit, ut ampliſſimum illud monaſterium Chrovland ab iiſdem Danis ſive Northmannis invaſum deſtrueretur, necarentur vero monachi: *Cum* (ut idem inquit auctor) *induentes ſe ſacris veſtimentis tam Abbas, quam cæteri omnes, & in choro coadunati re-* IV.



gu-

PAGIUS II. *Alfredus Rex Occid. Saxonum per annos IX. adverſus Danos.*

Ad num. IV. Excidium Monaſterii *Croylandiæ*, cujus mentionem facit hoc anno Baronius contigit anno DCCCLXX. de quo ibidem egimus. Sed de Alfredo ſeu Alvredo Occidentalium Saxonum Rege hic notandum quod idem Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 4. literis mandavit: *Continuis novem annis cum hoſtibus compugnans, modo incertis fœderibus illuſus, modo in illudentes ultus, ad hoc tandem inopia coactus eſt, ut vix tribus pagis in fide vigentibus, ideſt Ampteſchire, Vvilteſchire, Somerſete: etiam in inſulam quamdam, paluſtri uligine vix acceſſibilem, vocabulo Adelingiam, refugerit.* Satius eſſe exiſtimavit ſapientiſſimus Princeps milites & Duces ſuos a Danorum furore illæſos ſervare, quam cum potentiſſimo jam hoſte congredi. Eſt in Somerſetano agro locus, ubi *Thonus* fluvius, *Pedredo* flumini ſe ſe inſinuat, amnicam inſulam efficiens, ob paludes circumjacentes ſatis inacceſſus. Eo igitur *Alfredus* & nobiliſſimus quiſque, qui Danorum ſervitutem horrebat, ſeceſſit: & quia per aliquot annos ibi latuit; exinde Saxones, locum *Aethelingey*, hoc eſt Nobilium inſulam vocaverunt. Nunc vulgo *Athelney* dicitur; ut notat Alfordus ad hunc Chriſti annum num. II. qui addit, *Alfredum* interim varia, ſed plerumque infelici fortuna, paludoſis illis mœnibus ſe ſe continuiſſe; eo fere modo, quo olim *Marius* in Italia inter Minturni lacus ſe continuit.

III. *Concilium Duziacenſe II.*

Celebratum eſt hoc anno Concilium *Duziacenſe* II. cujus ſupereſt Synodica Epiſtola ad Epiſcopos Aquitaniæ data, & Tom. IX. Concil. pag. 258. recitata, cujus initio legitur: *Sancta Synodus plurimarum provinciarum; nutu divino, & ſanctione Domni Caroli Regis glorioſi, apud Duziacum ſecus municipium Muſomum Rhemenſis Parochiæ, in Dei nomine anno Incarnat. Dominicæ DCCCLXXIV. indictione* VII. *Idibus Juniis convocata.* Celebratum fuit contra inceſta conjugia, & rerum Eccleſiaſticarum pervaſiones, quæ duo mala in Aquitania valde graſſabantur, quorum gravitas in laudata Synodica variis tum Scripturæ & Sanctorum Patrum locis, tum variorum Conciliorum auctoritatibus oſtenditur.

In eadem Synodo actum etiam de cauſa *Du-* IV.

*dæ*

*gulares horas officii divini, poſteaque Davidicum pſalterium ex integro perſolvunt, deinde magnam Miſſam ipſe dominus Abbas celebrat, miniſtrabantque frater Elfretus diaconus, frater Savinus ſubdiaconus, & fratres Ogelredus, & Vulricus pueri ceroferarii. Cumque completa Miſſa Abbas, & miniſtri ſui prædicti ſacris myſteriis communicaſſent; irrumpentibus Eccleſiam paganis venerabilis Abbas ſuper ſanctum altare per manum crudeliſſimi Regis Oſchetuli, verus martyr, & Chriſti hoſtia immolatur, miniſtri circumſtantes omnes per barbaros capitibus detruncati, &c.* Pluribus agit auctor de ſtrage monachorum, & proculcatione ſacrorum, monaſteriique deſtructione, necatorumque combuſtione.

Re-

PAGIUS *In eo pœna de ſacrilegis ſumpta.* *dæ* Monachæ ab *Huntberto* Presbytero ſacrilege corruptæ & *Bertha* ac *Erpredæ* ſceleris conſciarum. Judicatum eſt, *Huntbertum* ſacrilegii convictum, vel confeſſum, Synodali Judicio a Vicariis Synodi deponendum, & per Miſſos Regios in longinquam terram ac perpetuum exilium, juxta Imperatorum & Regum antiquas leges, & conſuetudines, amandandum, & in aliquod Monaſterium, in loco exilii, detrudendum ad agendam pœnitentiam, laica tantum ipſi communione ſervata. *Dudam* ſecundum Regulam Sancti Benedicti caſtigandam eſſe, & ſeptenni pœnitentiæ ſubdendam. *Bertæ* vero & *Erpredæ* flagitii conſciis per tres annos & dimidium pœnitentia imponitur, poſtquam, ſicut *Duda*, virgis fuerint caſtigatæ. Sancti Benedicti Regulam Concilii Patres his verbis commendant: *Hæc a Sanctis Canonibus, antequam S. Spiritus per B. Benedictum, eodem Spiritu, quo & ſacri canones conditi ſunt, Regulam Monachorum ediderit, de hujuſmodi ſunt decreta.* Et infra: *Ceterum quoniam eadem Regula Sancto Spiritu promulgata, & laudis auctoritate B. Papæ Gregorii inter Canonicas Scripturas & Catholicorum Doctorum Scripta eſt teneri decreta*, &c. non tamen Sanctus Gregorius eum Scripturis Canonicis æquiparavit, nec ea mens fuit Gallicanorum Præſulum, ſed Scripturæ Sacræ & SS. Patrum doctrinæ, atque Canonibus Spiritu Dei conditis maxime conſentaneam judicarunt tum S. Gregorius, cum Antiſtites noſtri, uti inquit Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. I. cap. IV. §. XXIV.

V. *Concilium Ravennatenſe.* Rubeus lib. 5. Hiſt. Ravennat. refert, *Joannem* VIII. hoc anno *Ravennæ* Conventum LXXIV. Epiſcoporum coegiſſe, in eoque litem inter *Urſum* Ducem Venetiarum, & *Petrum* Patriarcham Gradenſem compoſitam eſſe. Nam *Senatore* Epiſcopo Torcellano mortuo, Petrus Patriarcha conſecrare *Dominicum* Altinatis Monaſterii Abbatem abnuerat, quod ſibi virilia ſuccidiſſet. *Petrus* a Duce perterritus cauſam a Pontifice cognoſci poſtulavit. Pontifice autem Ravennatem profectionem ineunte, illuc etiam acceſſit *Hendelmarus* Aquilejenſis Patriarcha & *Leo* Caprulenſis Epiſcopus, cæterique Epiſcopi ejuſdem Provinciæ, Ravennam advocati. *Qui tamen quoniam advenere confecto jam Conventu, communione privati ſunt. Quamquam haud ita diu poſt Ducis precibus reſtituuntur Eccleſiæ Torcellanæ bona, Dominico tamen permiſſa.*

VI. *Decretum Caroli.* In Capitularibus Caroli Calvi Tit. 46. recitatur Reclamatio Epiſcopi Barcinonenſis apud Attiniacum Kalend. Julii facta. *Carolus* enim Rex dum in Attiniaco Palatio hoc anno erat, coram eo ille *ſe reclamavit, quod Tyrſus Presbyter Cordubenſis in Eccleſia intra muros ipſius civitatis* (ſc. Barcinonenſis) *ſitæ ſeorſim conventus agens pene duas partes ex decima ipſius civitatis ſibi uſurpat, & ſine illius licentia Miſſas & baptiſteria in eadem civitate præſumit celebrare*, &c. Pollicitus eſt Carolus, imperaturum ſe Marchioni regionis illius, ut Presbyterum illum ad officium revocet, & quoad Decimas juſſit, ut conſtitutio obſervetur, quæ extat in libris Capitularium Regum.

VII. *Salomon Britanniæ Dux occiditur.* Annaliſta Bertinianus refert, *Salomonem* Britonum Ducem & *Vvigonem* ejus filium a Primoribus Britonum & Francis, quos valde afflixerat, occiſos fuiſſe. Poſt Salomonis mortem *Paſquiranus* & *Vvrfandus* Duces qui eum dolo interfecerant, de Principatu inter ſe decertarunt, ut fuſe ad hunc Chriſti annum narrat Annaliſta Metenſis qui ſubdit bella iſta civilia diu in Britannia duraſſe, tandemque omnem eam Provinciam ceſſiſſe Alano qui eam *ſtrenue gubernavit*.

VIII. *Baſilius Imp. Judæorum converſionem procurat.* Porphyrogennetus in Vita Baſilii Imp. num. XCIV. loquitur de Judæorum converſione ab eo procurata imperii *annis ſeptimo & octavo* ut notat Symeon Logotheta in ejus Vita n. X. Hæc Porphyrogennetæ verba: *Ante omnia Judæorum gentem incircumciſam & duro corde ac cervice, quod in ipſo fuit, in Chriſti obſequium verbi ſagena irretiit. Jubens enim ſuæ religionis argumentis allatis, diſputationis aleam experiri; ac vel ſua firma oſtendere, & quibus contradici non poſſit, aut perſuaſos Chriſtum Legis Caput eſſe ac Prophetarum, & Legem umbræ typum prætuliſſe, quæ Solis radiis ingruentibus diſſipatur, ad Domini Doctrinam accedere, ac baptiſmum ſuſcipere; propoſitis etiam præmiis ac honoribus, his qui ſe Chriſto adjunxerint, priorumque vectigalium onere levaturum pollicitus, atque ex obſcura face nobiles ac honoratos facturum, multos ablato, quod impoſitum habent cæcitatis velamine ad Chriſti fidem attraxit: quamquam plerique rurſum, poſt Imperatorem e vivis exemtum, ad vomitum ſuum, ut canes reverſi ſunt.*



I. Obitus Ludovici Imp. REdemptoris annus octingenteſimus ſeptuageſimus quintus Indictione octava ſequitur, quo menſe Auguſto, Ludovicus Imp. moritur, cujus corpus Mediolanum tranſlatum eſt, atque ſepultum in baſilica ſancti Ambroſii, ubi & epitaphium ejus ſepulchro inſcriptum legitur in hunc modum:

Epitaphium Ludovici II. Imp.

D. P. M.

HIC. CVBAT. ÆTERNI. HLUDOVICVS. CÆSAR HONORIS.
ÆQVIPARAT. CVIVS. NVLLA. THALIA. DECVS.
NAM. NE. PRIMA DIES. REGNO. SOLIOQVE VACARET.
HESPERIÆ. GENITO. SCEPTRA RELIQVIT. AVVS.
QVAM. SIC. PACIFICO. SIC. FORTI. PECTORE. REXIT.
VT. PVERI. BREVITAS. VINCERET. ACTA. SENEM.
INGENIVM. MIRER. NE. FIDEM. CVLTVS. VE. SACRORVM.
AMBIGO. VIRTVTES. AN. PIETATIS. OPVS.
HIC. VBI. FIRMA. VIRVM. MVNDO. PRODVXERAT. ÆTAS.
IMPERII. NOMEN. SVBDITA. ROMA. DEDIT.
ET. SARACENORVM. CREBRAS. PERPESSA. SECVRES.
LIBERA. TRANQVILLAM. VEXIT. VT. ANTE. TOGAM.
CÆSAR. ERAT. CÆLO. POPVLVS. NON. CÆSARE. DIGNUS.
COMPOSVERE. BREVI. STAMINA. FATA. DIES.
NVNC. OBITVM. LVGES. INFELIX. ROMA. PATRONI.
OMNE. SIMVL. LATIVM. GALLIA. TOTA. DEHINC.
PARCITE. NAM. VIVVS. MERVIT. HÆC. PRÆMIA. GAVDET.
SPIRITVS. IN. CÆLIS. CORPORIS. EXTAT. HONOS.

Hoc epitaphium, ſed præclarius de eo Reginonis elogium, ubi ait: *Fuit iſte Princeps pius & miſericors, juſtitiæ deditus, ſimplicitate purus, Eccleſiarum defenſor, orphanorum & pupillorum Pater, eleemoſynarum largus largitor, ſervorum Dei humilis ſervitor, ut juſtitia ejus maneret in ſæculum ſæculi, & cornu ejus exaltaretur in gloria.* Hæc Regino.

II. (a) Helmol. l. 1. c. 6. & l. 2. c. 12. Quæ autem ſub Ludovico Secundo de converſione Slavorum narrat (a) Helmoldus, nullo certo ejuſdem appoſito anno, hic in fine ſunt deſcribenda, ſed for-

*Ann. Eccl. Tom. XV.*



PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ Hiſp. DCCCXIII. An. Hegiræ CCLXII. inchoato die 5. Octob. fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6368.

☉ 16. B. ☽ 2. P. 27. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 875.

JOANNIS VIII. PAPÆ 4.

CAROLI II. IMP. 1.

BASILII IMP. 9.

A.C. 875. I. *Moritur Ludovicus II. Imp.* AD num. I. & ſeq. *Menſe Auguſto*, inquit Annaliſta Fuldenſis, *Rex* (Germaniæ) *Hludovicus, cum filiis & fidelibus ſuis colloquium habuit in Villa Tribuere* (ſeu Triburia in Orientali Rheni latere ſita. *Interea Hludovicus Italiæ Imperator moritur, cujus corpus tranſlatum Mediolani, in Baſilica S. Ambroſii ſepultum eſt.* Locus iſte in editione Pithæana mutilus eſt, ſed illum Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæſ. pag. 350. ex MS. Cæſareo ſic recte exhibet. Hoc etiam anno Annaliſtæ Bertinianus, Hildensheimenſis, San-Gallenſis, aliique Scriptores hanc mortem conſignant, erraruntque Lambertus Scafnaburgenſis, Annaliſta Metenſis, Marianus Scotus, aliique qui eam in annum præcedentem retrahunt. Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. pag. 206. ſcribit, in pervetuſto Necrologio Monaſterii Pariſienſis S. Germani de Pratis legi: *XVIII. Kalend. Septemb. depoſitio Hlodoici Imperatoris Romanorum*, die nempe decima quarta menſis Auguſti. In Excerptis vero Chronici monaſterii S. Vincentii prope Wulturnum Fl. apud Ducheſnium Tom. III. pag. 696. Ludovicus dicitur defunctus *tertio decimo die menſis Auguſti* ideoque in præfato Necrologio dies, quo terræ mandatus, accurate annotatus. [1] Imperavit annos viginti ſex ſi ejus imperium ab anno DCCCXLIX. quo Lotharii patris collega renunciatus eſt, deducatur. Refert Baronius ejus Epitaphium, ex quo eum ſupremum Urbis Romanæ Dominium obtinuiſſe conſtat. In eo enim habetur:

Hic

NOTÆ [1] DE obitu Ludovici certiora exhibet Andreas Presbyter author non coævus tantummodo, ſed & oculatus hujus rei teſtis, vulgatus t. 1. Rerum Germanicarum Menckenii. Ita ille: *Menſe Auguſto, Hludovicus Imperator defunctus eſt, pridie Idus Auguſti in finibus Breſcianis &c.* Superius autem accidiſſe hæc Indictione VIII. nempe hoc anno, notavit. MANSI

De converſione Slavorum.

fortaſſe ipſe dum Ludovicum Secundum nominat, non Imperatorem intelligere voluit, ſed Regem Germaniæ Ludovicum Caroli Craſſi fratrem. Quidquid ſit, de Slavorum converſione hæc in Annalibus habet: *Tradit etiam veterum antiqua relatio, quod temporibus Ludovici ſecundi, egreſſi fuerint de Corbeja monachi ſanctitate inſignes, qui Slavorum ſalutem ſitientes, impenderunt ſeipſos ad ſubeunda pericula & mortes pro legatione verbi Dei. Peragratiſque multis Slavorum provinciis, pervenerunt ad eos, qui dicuntur Rani, ſive Rugiani, & habitant in corde maris. Ibi fomes eſt erroris & ſedes Idololatriæ. Prædicantes itaque verbum Dei cum omni fiducia, omnem illam Inſulam lucrati ſunt, ubi etiam Oratorium fundaverunt in honorem Domini ac Salvatoris noſtri JESU Chriſti, & in commemorationem S. Viti, qui eſt patronus Corbejæ.*

S. Viti cultus.

*Poſtquam autem, permittente Deo, mutatis rebus, Rani a Fide defecerunt: ſtatim pulſis ſacerdotibus atque Chriſticolis, religionem verterunt in ſuperſtitionem. Nam ſanctum Vitum, quem nos martyrem ac ſervum Chriſti confitemur, ipſi pro Deo venerantur, creaturam anteponentes Creatori. Nec eſt aliqua barbaries ſub cœlo, quæ Chriſticolas & ſacerdotes magis exhorreat. Solo nomine S. Viti gloriantur, cui etiam templum ac ſimulacrum ampliſſimo cultu dedicaverunt, illi primatum deitatis ſpecialiter attribuentes. De omnibus quoque provinciis Sclavorum illic reſponſa petuntur, & ſacrificiorum exhibentur annuæ ſolutiones. Sed nec mercatoribus, qui forte ad illas ſedes appulerint, patet ulla facultas vendendi vel emendi, niſi prius de mercibus ſuis deo ipſorum pretioſa quæque libaverint, & tunc demum mercimonia foro publicantur. Flaminem ſuum non minus quam Regem venerantur. Ab eo ergo tempore, quo primo Fidei renuntiaverunt, hæc ſuperſtitio apud Ranos perſeverat uſque in hodiernum diem.* Hæc Helmoldus, qui his ſubicit (a) de converſione Slavorum ſub Ottone Magno facta, deque Epiſcopatibus quinque erectis, poſt Magdeburgenſem, deque Epiſcopatu Aldenburg, cui primus Marco eſt datus Epiſcopus, qui populos Obotritorum ad Fidem Chriſti converſos, baptizavit tempore ejuſdem Ottonis Primi. Sed de his ſuo loco inferius dicendum erit. Hic modo de his, quæ ſub Ludovico Secundo geſta dicuntur: cujus obitum quæ ſequuta ſint hæc accipe ex antiquis Francorum Annalibus:

(a) Helmod. l. 1. c. 21.

III. Carolus Calvus invadit Italiam.

*Hoc ubi Carolus* ſenior ſcilicet, cognomento Calvus, *Galliæ tyrannus comperiſſet illico Regnum Italiæ invaſit, & omnes theſauros, quos invenire potuit, unica manu collegit. Unde Ludovicus Rex iratus Carolomannum cum exercitu per Bajoariam deſtinavit in Italiam, ipſe vero juncto æquivoco ſuo Ludovico cum manu valida Regnum Caroli ingreſſus eſt, ut eum de Italia exire compelleret. Exercitus autem, qui Regem ſequebatur, verſus ad prædam, cuncta, quæ invenit, diripuit atque vaſtavit. Carolus vero audito Carolomanni adventu in Italiam, primo Clauſis Alpium ſe defendere nititur, ſed nihil profecit. Carolomannus enim*

PAGIUS

*Hic ubi firmæ virum mundo produxerat ætas*
*Imperii nomen ſubdita Roma dedit.*

Le-Blancus in Tractatu Gallico de Monetis Franciæ pag. 108. unam exhibet Ludovici II. Imp. in qua repræſentatur S. Petrus in Pontificalibus cum his duabus litteris S. P. legiturque, ✠ *Benedict.* P. Benedictus nempe hujus nominis III. In alia parte viſitur manus extenſa R  O. Quæ duæ litteræ ſigno illo diviſæ Romam denotant; in ea vero legitur, *Lodovicus Imp.* quæ moneta ſupremæ ejus in Urbem Romam poteſtatis indicium. Unicam filiam reliquit *Ermengardem* appellatam quæ *Boſoni* Comiti & poſtea Burgundiæ Regi nupſit, ut infra videbimus. *Engilberga* ejus uxor Brixiæ Monialem induit, ut liquet ex *literis* Joannis VIII. Papæ a Baronio n. IV. citatis. [1]

II. *Carolus Calvus Imperator coronatur*

Ad num. III. & ſeqq. *Carolus Calvus* Ludovici Imp. nepotis ſui morte audita Romam ſe contulit, ut a Pontifice Imperator coronaretur. *Kal. Septembribus*, inquit Annaliſta Bertinianus, *iter ſuum incœpit, & per S. Mauricii monaſterium pergens, montem Jovis tranſiit, & Italiam ingreſſus fuit. Hludovicus Rex Germaniæ frater ejus filium ſuum Carolum in Italiam, ut fratri ſuo adverſaretur, tranſmiſit. Quem*

NOTÆ [1] IN Regeſto Sublacenſi pag. 203. in chartula venditionis hæc habentur: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis Summi Pontif. & univerſali VI.* (legendum VIII.) *PP. in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli. Imperii Domni piiſſimi Auguſti Karoli a Deo coronato Indict. IX. die XII. menſe Junio. Stephanus miles* filius quondam *Chriſtophori*, & *Polla* ejus uxor, nativos civitatis *Ferentillo minore, in caſtello qui appellatur Aſile* vendunt *Domno Gemmoſo, & Domna Domnina jugalibus* ſex uncias de omni ſua ſubſtantia. *Indictio nona, Caroli*, Auguſti, & *Johannis* Rom. Pontificis nomina in alium annum convenire non poſſunt, quam in A. D. 876. quo *Johannes* VIII. Romanus Pontifex erat, *Carolus Calvus* imperabat Romæ anno imperii ſui 875. coronatus. GEORGIUS.



*enim loca acceſſu difficilia cum ſuis præoccupavit. Ille vero, dum negotium ferro decernendum timuiſſet (eſt enim lepore timidior) ad calliditatem ſolitam convertitur. Nam aurum & argentum, gemmaſque pretioſas infinitæ multitudinis Carolomanno obtulit, ut eum ſibi placaret, & a paterna fidelitate ſegregare potuiſſet, juravitque ſe de Italia cito exiturum, & Ludovici fratris ſui judicio illud Regnum diſponendum ſervaturum, ſi Carolomannus inde diſcederet. Quo inde diſcedente, & promiſſionibus illius credente: ille quæcumque pollicitus eſt, mentitur, & quanta potuit velocitate Romam profectus eſt, omnemque Senatum Populi Romani more Jugurthino corrupit, ſibique aſſociavit, ita ut etiam Joannes Papa votis ejus annuens, corona capiti ejus impoſita eum Imperatorem, & Auguſtum appellari præcepiſſet.* Hæc ſui temporis rerum ſcriptor anonymus.

Coronatur Imp. Carolus Calvus a Joanne Papa.

IV. Interea qui miſit duos filios ſuos Ludovicum, & Carolomannum, adverſus fratrem Carolum Calvum Italiam invadentem Ludovicus Germaniæ Rex cum exercitu deſcendit in Gallias, eaſque devaſtans Attiniacum uſque pervenit, ut (a) Aimoinus temporis hujus auctor teſtatur. Quo quidem anno Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus, ſolicitus pro Regno Caroli, ad avertendum hujuſmodi flagellum epiſtolam ſcripſit ad ſubjectos ſibi Epiſcopos, quæ extat in codice Bibliothecæ Cathedralis Spirenſis Eccleſiæ. Eſt numero quinta inter novem Hincmari deſcriptas ibi epiſtolas. Ejus initium:

(a) Aim. hiſt. Franc. l. 5. c. 32.

*Hincmarus Epiſcopus & plebis Dei famulus dilectis fratribus, & venerabilibus Epiſcopis Rhemorum diœceſeos. De communi anxietate noſtra, de qua exiguitatem meam dilectio veſtra conſuluit, &c.*

Por-

PAGIUS *Quem Carolus Rex fugam accipere, & inde abſcedere coegit. Hludovvicus autem Rex Germaniæ alium filium ſuum Carolomannum cum quibus potuit in adverſitatem fratris ſui in Italiam direxit. Quod prænoſcens Carolus Rex obviam ei cum validiori manu perrexit. Et quia Carolomannus prænovit ſe patruo ſuo non poſſe reſiſtere, pacem petens cum eo locutus fuit, & ſacramentis utrimque confirmatis ad propria rediit.* Paucis interpoſitis: *Carolus autem quibuſdam de Primoribus ex Italia ad ſe non venientibus, pluribus autem receptis, Romam invitante Papa Joanne perrexit, & XVI. Kalend. Januarii ab eo cum gloria magna in Eccleſia S. Petri ſuſceptus eſt. Anno Domini DCCCLXXVI. in die nativitatis domini, beato Petro multa & pretioſa munera offerens, in Imperatorem unctus & coronatus, atque Romanorum Imperator appellatus eſt.* Vides hunc Annaliſtam annum Incarnationis a die Natali Chriſti exordiri, a quo etiam die cæteri Francorum Annaliſtæ, tam hoc quam ſuperiori ſæculo, eram Chriſtianam auſpicari ſoliti ſunt, niſi, eos aliquando falli contingat; quod jam non ſemel monuimus, ne eorum calculo ignorato Chronologia turbetur. [1]

III. *Hujus Coronationis Acta anno DCCCLXXVII. confirmata.*

Baronius deceptus a Petro Pithæo, qui primus Concilium Romanum (in quo electio Caroli Calvi Imp. confirmata eſt *menſe Februario, Indictione X. anno Incarnat. DCCCLXXVI.*) publicavit, & cujus initium eſt, *Omnibus generationibus*, &c. exiſtimavit illud pertinere ad Caroli Calvi coronationem, hoc anno peractam, annoque ſequenti Coronationis Acta in Concilio Ticinenſi recitata eſſe. Verum, ut anno ſequenti videbimus, Concilium Ticinenſe nihil

NOTÆ [1] ADde his, quæ habet de unctione *Caroli Calvi* in Imperatorem die Natalis Domini hujus anni, Romæ in Baſilica Vaticana per *Joannem* VIII. peracta, ejuſdem *Johannis* Pontificis diploma pro monaſterio *S. Vedaſti*, a Martenio in Collectione ampliſſima Anecdot. tom. I. pag. 200. editum, ubi hæc leguntur: *Qua de re luce clarius pateat omnibus Eccleſiæ filiis, quia Kariſſimus filius noſter Karolus rex adiens limina beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli, honorifice a nobis exceptus, poſtquam ſolemniter vota regia perſolviſſet ad ſepulchrum B. Petri, die nativitatis Domini in Eccleſia ipſius B. Petri Apoſtolorum Principis dignitatem Imperialem per impoſitionem manuum noſtrarum adeptus eſt. Dehinc non minus ſincere, quam devote a nobis expetiit, ut B. Petri Apoſtolorum Principis, ſimulque Apoſtolatus noſtri auctoritate decerneremus privilegium Romanæ atque Apoſtolicæ Sedis aſtipulatione roboratum &c.* In fine: *Data per manus Anaſtaſii primiſcrinii, anno primo imperii Karoli Sereniſſimi Auguſti, & poſt Conſulatum ejus anno I. Indictione* VIII. (legendum eſt Indict. IX. a *Kal. Septembr.* inchoata) quod eſt annus Chriſti 875. Ibid. pag. 198. ejuſdem *Caroli Calvi* Imp. diploma edidit, quo privilegia a *Johanne* VIII. Romano Pontifice monaſterio *S. Vedaſti* collata, rata habet, ac narrat, ſe Romæ ab eodem *Johanne* Pontifice in Imperatorem fuiſſe inauguratum, his verbis: *Itaque vocatione Domni Johannis Apoſtolici Romam properantes, & voto noſtro, quod ex longo tempore cupiveramus ſatisfacientes, poſt collatam a præfato patre noſtro Summo Pontifice & univerſali Papa, Chriſto nobis propitio, imperii dignitatem, humiliter eidem Summo Pontifici ſupplicavimus &c.* ſcilicet de privilegiis ornando monaſterio *S. Vedaſti*, mox habet, privilegium illud a Johanne Pontifice editum fuiſſe. In fine: *Data III. Cal. Junii Indict.* VIII. (legendum *Indict.* IX.) *anno I. Domni Karoli Sereniſſimi Imperatoris Auguſti, regni vero XXXVI. Actum Compendio regio palatio, feliciter. Amen.* Anni regni initium ſumunt ab an. 840. De hujuſmodi unctione vide Mabillon. Annal. Bened. Lib. XXXVII. §. LXIII. De ea raptim Eccardius rer. Francicar. lib. XXXI. §. CCXXIII. GEORGIUS.

V. *Ludovicus invadit Gallias.* Porro ejus hujuſmodi eſt argumentum: *Cum, Ludovico Secundo Imperatore mortuo, Ludovicus Germaniæ Rex vellet invadere Franciam. Hincmarus ſuadet Epiſcopis ſuis ſuffraganeis, ut confugiant ad arma ſpiritualia, orationum, jejuniorum, & cæterorum bonorum operum, & in fide proprii Regis Caroli Calvi, licet abſentis, fortiter perſiſtant, nec oves ſuas deſerant, Regeſque libere de ſuis erratis moneant, & ſi parere nolint, excommunicent. Quod eos poſſe facere, multis ſanctorum Patrum exemplis probat.* Hæc eſt ſumma epiſtolæ plane longiſſimæ. At non inanes fuiſſe preces declararunt eventa: nam Ludovicus ubi Natalem Domini celebravit Attiniaci, ut idem qui ſupra Aimoinus teſtatur, in Germaniam rediit.

VI. Interea vero Engilberga Auguſta viro deſtituta, ingreſſa eſt monaſterium monialium Brixiæ profitentium, ibique religio-

PAGIUS nihil commune habet cum Concilio Romano, quod anno DCCCLXXVII. non vero DCCCLXXVI. ut putabat Pithæus, congregatum fuit. Præterea Baronius num. X. credidit, *Odoramnum* in Chronico ad annum DCCCLXXVII. confudiſſe *Joannis* Papæ Legationem ad Carolum Imp. in Gallias miſſam præſenti anno cum alia Legatione ad Concilium Pontigonenſe ab eodem Pontifice directam. Verum non ita res ſe habet. Extant enim duæ Concilii *Pontigonenſis* Editiones, altera ex Annalibus Bertinianis & ex Aimoini Continuatore accepta, in eaque dicitur Pontificem ad Concilium Pontigonenſe delegaſſe *Joannem Turcanenſem, Joannem Aretinum* & *Anſigiſum Senonenſem* Epiſcopos. Altera, quam cum Legatis Apoſtolicis dictaſſe, & in Synodo Pontigonenſi legiſſe putatur *Odo Bellovacenſis Epiſcopus*. Initio illorum Actorum legitur, *Ludovico* Imp. demortuo invitaſſe Pontificem ad limina Apoſtolorum Carolum tunc Regem, per *Jadericum* Belitrenſem *Anſegiſum* Senonenſem, *Formoſum* Portuenſem, *Joannem* Aretinum, Epiſcopos, eumdemque Carolum Imperiali diademate tunc coronaſſe. Odoramnus hæc tantum poſteriora Acta viderat, citatque, non vero priora, ideoque de Legatis ad Concilium *Pontigonenſe* a Joanne Papa miſſis verba non facit; ſed nec dicit, *Jaudericum*, & alios ad Concilium Pontigonenſe directos fuiſſe, ſed tantum in Actis ejuſdem Concilii eorum mentionem fieri quod verum eſt.

IV. Marca lib. 3. de Concordia cap. XI. num. XI. qui exiſtimat, *Carolum* M. & Succeſſores Imperatores conſortes fuiſſe & ſocios ejuſdem Dominii, (Ducatus nempe Romani & Exarchatus Ravennatenſis) cum Pontifice Romano „ hæc ſcribit: Carolus Calvus Imperator a „ Joanne VIII. renunciatus, conſortium illud „ amovit anno octingenteſimo ſeptuageſimo „ ſexto, ſolidumque Jus in civitatem Romanam „ Sedi Apoſtolicæ tribuit. Unde poſt „ aliquot annos conquerebatur Eutropius Pres„ byter Longobardus, jura & conſuetudines „ Regni a Carolo in Pontifices *tranſcripta*, „ adeo ut qui vice Imperatoris præfectus erat „ Romanis, tunc illi ſubjectus eſſet: *Renova„ vit pactum cum Romanis; perdonans illis „ jura regni & conſuetudines illius*, Infra: „ *Cuncta illis* (nempe Romanis) *contulit quæ „ voluerunt*. Quare eleganter Conſtantinus „ Porphyrogenneta Imperator Conſtantinop. „ juxta ſæculi ſui. ſtatum ſcripſit circa annum „ nongenteſimum decimum quartum, trigin„ ta annis poſt Caroli Calvi liberalitatem, a „ Romano Pontifice Romam jure Dominii te„ neri, ἰδιοκρατορίαν ἔχειν καὶ δεσπόζεσθαι „ κυρίως παρά τινος κατὰ καιρὸν Πάπα. lib. 2. „ de Thema. Ita Marca. [1]

*Carolus Calvus juribus Imperii non ceſſit.*

V. *Probatur ex ſilentio Auctorum coevorum* Verum ſummos Pontifices ſupremum Urbis & Exarchatus Ravennatenſis Dominium in Imperatores contuliſſe, tot ſparſim rationibus comprobavi, ut tantum ſuperſit demonſtrare *Carolum Calvum* huic juri non renunciaſſe; quod poſtremum non erit probatu difficilius, quam prius. Certe Annaliſta Fuldenſis, qui Ludovico Germaniæ Regi in omnibus ſtuduit, & Carolum Calvum ejus fratrem paſſim tyrannum appellat, hoc non prætermiſiſſet, ſi revera factum fuiſſet. Et tamen hoc anno ſolum

NOTÆ [1] TAm Petri de Marca, quam Pagii ſententia falſa eſt. Petrum de Marca jure refellit Pagius. De Pagii ſententia, qua paſſim contendit, Imperatores Romanorum Pontificum conceſſione ſupremam in Urbe, & Exarchatu Ravennate dominationem exercuiſſe, diximus ſupra ad an. 796. n. VI. nunc iterum ad candem crambem redit Pagius, & ex Annaliſtarum Fuldenſis, Metenſis, & Bertinianenſis ſilentio, neque *Carolum Calvum*, ut eſt Petri de Marca ſententia, huic ſupremo juri renunciaſſe cenſet; quod præterea ex Epiſtolis Johannis VIII. demonſtrare conatur. Nos alia epiſtolarum Johannis VIII. teſtimonia proferimus, quibus, Romanum Pontificem Ducatus Romani, & Exarchatus ſupremum Dominum, nullum cum Imperatoribus ſocietatis jus partitum fuiſſe, nullam etiam in Imperatores per Romanos Pontifices hujus ſupremæ dominationis poteſtatem collatam fuiſſe patet Epiſtola I. ad *Boſonem*, cui gratias agit ob Apoſtolicæ Sedis Miſſos coram *Carolo Calvo* intromiſſos, deinde habet: *Tu vero fili Cariſſime, ſicut cœpiſti, ad infidelium noſtrorum, vel ſanctæ Dei Eccleſiæ adverſantium tyrannidem funditus abolendam, magis inſiſte, ut qui ſanctam Romanam Eccleſiam in multis lædere non formidarunt, tali ſententia, immo judicio percellantur, ut deinceps, quemadmodum es pollicitus, recuperationis locum nunquam inveniant. Cæterum hujus noſtræ regionis, quam Saraceni pene totam depopulati ſunt, audivimus Imperiale adiutorium uſque ad nos eſſe mittendum.* Epiſtola VII. XXI. XXIII. & XXXII. conqueritur, quod opem Romanæ Eccleſiæ contra Saracenos, & finitimos Tuſciæ Marchiones non ferret Epiſtola XXX. ad *Carolum Calvum*, ad opem ferendam contra Saracenos, & malos homines eum invitat: *ergo*, inquit, *præcellentiſſime Cæſarum, jam jam noſtræ calamitati ſuccurrite: jam populi noſtri miſerias relevate;* (nam cuncta ferme ii vaſtarant) *ut non noſtra ſint, quæ noſtra fuerunt, quin potius ſolo nomine omnibus illis utamur: & vel ad defenſio-*



ligionis habitum ſumpſit, ad quam (*a*) Joannes Papa epiſtolam ſcripſit conſolatoriam de Imperatoris obitu, cujus vice Chriſtum ipſum ſponſum per monaſticam profeſſionem accepiſſet: aliam (*b*) vero ejus cauſa ad Carolum filium Ludovici Germaniæ Regis, qui ejus theſaurum, quem ſuſtentationis ſuæ cauſa

(*a*) *Joan. Papa ep.* 43.

(*b*) *Idem ep.* 42.

Engilberga Auguſta fit monialis.

PAGIUS lum ait: *Quanta potuit velocitate Romam profectus eſt, omnemque Senatum populi Romani more Jugurtino corrupit, ſibique ſociavit, ita ut etiam Joannes Papa votis ejus annuens, corona capiti ejus impoſita, eum Imperatorem & Auguſtum appellari præcepiſſet.* Tum ad annum DCCCLXXVI. *Carolus Rex de Italia in Galliam rediens, novos & inſolitos habitus aſſumpſiſſe perhibetur. Nam talari Dalmatica indutus, & baltheo deſuper accinctus pendente uſque ad pedes, nec non capite involuto ſerico velamine, ac diademate deſuper impoſito, Dominicis & feſtis diebus ad Eccleſiam procedere ſolebat. Omnem enim conſuetudinem Regum Francorum contemnens, Græcas glorias optimas arbitrabatur. Et ut majorem elationis ſuæ mentem oſtenderet, ablato Regis nomine, ſe Imperatorem & Auguſtum omnium Regum cis mare*

NOTÆ *nem patriæ, vel ad aliquam utilitatem noſtræ Eccleſiæ, quorumlibet ſolatia nunquam inveniamus. Conqueritur, quod præter Paganos, alii multi omnem noſtram diſpoſitionem in territorio Romano ſuis violentiis calcant, adeo ut nec victualia, nec ullæ quadrupediæ in omnibus noſtris remaneant.* Eum deprecatur, ut quam primum *Romanæ Eccleſiæ defenſionem debitamque tuitionem* præbeat. De his item loquitur in epiſt. XXXV. *omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis in regno Imperatoris conſtitutis; atque de Carolo Calvo* hæc habet: *illum præ cæteris propinquis, & æmulis ejus amavimus, elegimus & prætulimus, unde & eum adverſus omnes hoſtes Eccleſiæ non ſolum defenſorem, ſed & Patronum, & Advocatum noſtrum exſiſtere propoſuimus.* Epiſt. LXVIII. *Lamberto Comiti*, ſe in Gallias ire ſtatuiſſe ſcribit: *pro ſalute ſcilicet ac defenſione terræ Sancti Petri.* Lambertum monet, ne in urbem Romam aliquid moliri audeat: *quia ſi per vos aut per vobis ſubjectos homines eadem urbs Roma perturbationem aliquam vel dehoneſtationem habuerit, vel adverſa qualibet ſuſtinuerit, pro certo ſcitote, quia canonicis correptionibus cum victrici Sancti Spiritus auctoritate omnimodis redarguemus, & Sanctæ Sedis communione merito ſeparabimus.* Epiſt. LXXII. eidem *Lamberto*, ſe audiviſſe ſignificat: *quod inimicis, & infidelibus noſtris per cujuſdam exhortationem cupiatis ferre ſolatium, atque Romam venientes, ſuis eos rebus & beneficiis contra noſtram voluntatem inconvenienter reſtituere debeatis: quod nullus Imperatorum, vel regum, aut Comes anteceſſoribus noſtris feciſſe recolitur.* De eodem *Lamberto*, qui urbem Romam & territorium S. Petri tyrannice invadere auſus fuerat, conqueritur epiſt. LXXXII. LXXXIV. LXXXV. LXXXVI. LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX. XC. Ad Ravennatenſem Exarchatum accedamus. In epiſtola ad *Ludovicum II.* Imp. apud Baluzium Miſcellan. tom. V. pag. 489. ſe neque monaſteria *Pompoſianum, S. Salvatoris, in Monte feretro, S. Probi*, neque *colonos* in territorio *Ferrarienſi, & Adrienſi & Gallicam, & Faventillam* Ravennati Archiepiſcopo abſtuliſſe ſcribit; *ſed ea monaſteria & loca ab anteceſſoribus noſtris poſſeſſa reperientes poſſedimus, hactenuſque jure proprio retinemus.* Ibidem habetur alia ejuſdem Pontificis ad *Angelbergam* Imperatricem, ubi inter cætera ſcribit: *Ad hoc uſque malum crevit & incraſſatum eſt, ut factione Ravennatis Archiepiſcopi Maurinus cum ſuis complicibus, qui excommunicati & anathematizati a nobis jam ſunt, Ravennam ingrederetur, & fidelium noſtrorum res cum eis funditus raperet, ac devaſtaret, adeo ut claves civitatis Ravennæ a Veſtarario noſtro violenter ſubtraheret, & pro libitu ſuo, neſcimus cujus auctoritate, ipſi Archiepiſcopo, quod nunquam factum fuiſſe recolitur, poteſtative concederet.* His adde ejuſdem Pontificis decretum in Concilio Ravennate anni 877. cap. XV. *Auctoritate* ibi dicitur, *ſummi judicis Domini noſtri Jeſu Chriſti & Principum Apoſtolorum Petri & Pauli, ſimul & omnium Sanctorum præcipimus, decernimus, & modis omnibus interdicimus, ut amodo & deinceps nullus quilibet homo petat patrimonia Sanctæ noſtræ Eccleſiæ, Appiæ videlicet, & Lavicanenſe, vel Campaninum, Tiburtinum, Theatinum, utrumque Sabinenſe & Tuſciæ, porticum ſancti Petri, monetam Romanam, ordinaria & actionarica publica, ripam, portus, & Oſtiam. Sed hæc omnia in uſum ſalarii ſacri palatii Lateranenſis perpetualiter maneant, ita ut ſolitos redditus & angarias perpetualiter abſque ulla contradictione perſolvant.* Apud Labbeum Concil. tom. IX. pag. 303. Ibid. cap. XVII. *Item Apoſtolica auctoritate præcipimus & ſancimus, ut amodo, & deinceps nullus cujuſlibet gentis, vel ordinis homo, monaſteria, cortes, maſſas, & ſalas, tam per Ravennam, & Pentapolim, & Æmiliam, quam & per Tuſciam Romanorum & Langobardorum, & omne territorium Sancti Petri Apoſtoli conſtitutas, præſumat beneficiali more, aut ſcripto, aut quolibet modo petere, recipere vel conferre, exceptis illis dumtaxat quibus pro utilitatibus, & ſpeciali ſervitio S. R. E. vel Ducatus uniuſcujuſque loci habitatoribus præbetur, vel ad noſtra diſpenſanda conſtituti ſunt, vel conſtituentur.* Hæc autem in Concilio Tricaſſino, ab eodem *Johanne* Pontifice celebrato an. 878. confirmata ſunt: *ut illa*, inquit, cap. III. Concil. tom. IX. pag. 312. *capitula, quæ anno præcedente apud Ravennam ſtatuimus ſynodali collegio, inconvulſa ab omnibus obſerventur.* Pontigonenſe Concilium a Legatis Apoſtolicæ Sedis an. 876. habitum, capitula Ticinenſis Concilii a Carolo Calvo *una cum conſenſu & ſuggeſtione venerabilium Epiſcoporum, & illuſtrium optimatum* eodem anno 876. paullo ante edita confirmavit, ut eſt Concil. tom. IX. pag. 286. ubi cap. III. hæc leguntur: *Et licet in omnibus id obſervare velimus, præcipue tamen ſancimus, ut in termino Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Principum, nemo in eundo & redeundo, vel ibi morando, aliquam vaſtationem, & deprædationem facere præſumat: & quæ ipſius ſanctæ Dei Eccleſiæ propria ſunt, ſine voluntate ipſius ſacri Pontificis, ſibi vindicare præſumat.* Quis igitur, quum hæc mente & oculis perluſtrarit, Imperatoris ſupremo imperio Urbem Romam, & Exarchatum tum paruiſſe Pontificum indulgentia non agnoverit? Vide infra ad an. 882. n. I. II. GEORGIUS

ſa in eodem monaſterio conſervaſſet, manu violenta diripuiſſet, monens eum, quod niſi intra ſpacium ſexaginta dierum reſtituiſſet, excommunicatus exiſteret. Ipſa vero Auguſta ſolicita valde fuit, ut pro viri anima Joannes Papa rogaret Deum, quod Pontifex ſe jugiter facere teſtatur, cum ait (*a*): *Quia multum devotione & meritis, * alacritate dominum Seniorem divæ memoriæ Ludovicum quondam Chriſtianiſſimum Imper. ſpiritalem filium noſtrum dilexi: nullatenus prætermittimus ejus memoriam in ſacris orationibus noſtris apud Dominum quotidie facere, & quandiu vixerimus, facturos eſſe ſcitote.* Et alia ad ipſam item epiſtola (*b*): *Quia* inquit, *intimaſti Pontificio noſtro anniverſalem magnæ recordationis domni Ludovici Imp. fieri, & ut pro eo proprias orationes celebraremus rogaſti: gaudemus, & impigre ſuo pro merito modis omnibus faciemus.* Quod autem ad coronam Imperii Romæ acceptam pertinet, ſic habeto:

(*a*) *Idem ep.86.*
* al. ac charitate
(*b*) *Idem ep.91.*

VII. Legatio a Joann. Pap. miſſa ad Carolum Reg.

Defuncto Ludovico Imperat. mox ut idem Joannes Pontifex Rom. accepit, decernit honorificam legationem ad Carolum Regem Francorum. Delecti ſunt ad hoc quatuor Epiſcopi, nempe Jadericus Velitrenſis, Formoſus Portuenſis, Joannes Alatrinus, & Anſegiſus Senonenſis, qui invitare deberent ipſum Regem Romam ad Limina Apoſtolorum, quo coronaretur Imperator: paruit Carolus, Romamque ſe contulit. Quando id acciderit, ſic accipe ab Aimoino hujus temporis ſcriptore (*c*): *Carolus Romam, invitante Papa Joanne, perrexit, & decimoſexto Kalen. Januarii ab eo cum magna gloria in Eccleſia ſancti Petri ſuſceptus eſt, anno octingenteſimo ſeptuageſimoſexto in die Nativitatis Domini. Idem Carolus B. Petro multa & pretioſa munera offerens in Imperatorem eſt unctus, & coronatus ac Imperator Romanorum eſt appellatus.* Hæc Aimoinus, qui annos Chriſti a die Natali ipſius numerans, non a Kalendis Januarii, id fa-

(*c*) *Aim. l. 5. c.31.*

PAGIUS *re conſiſtentium appellari præcepit. Plurima etiam incredibilia ſe contra Hludouvicum Regem & regnum illius facturum eſſe minatus eſt,* &c. Annaliſta Metenſis ait tantum Carolum Calvum Joanni VIII. & Romanis magna munera largitum eſſe, & Annaliſta Bertinianus eum Beato Petro multa & pretioſa munera obtuliſſe. Rem adeo notabilem, vel aliquis ex iſtis Annaliſtis, vel aliquis alius Auctor coævus ſilentio non preſſiſſet.

VI. *Probatur II. ex Epiſtolis Joannis VIII.*

Sed non deſunt argumenta poſitiva, quæ Marcæ opinionem, quam multi ſecuti ſunt, evertant. *Joannes* VIII. Pontifex Romanus in Epiſtola XXI. ad Carolum Imp. *XVII. Kal. Decemb. Indict. X.* anno ſcilicet ſequenti data eum ſummopere rogat, ut ſibi auxilium adverſus Saracenos mittat, aitque: *Totis præcordiis deprecamur porrigere manum, & præſtare opem patriæ periclitanti, & huic Eccleſiæ matri veſtræ, a qua non ſolum regnandi, ſed & in dominium unum & verum credendi exordium percepiſtis: quæque in ultimo, ſpreto bono & magno fratre* (Ludovico nempe Germaniæ Rege) *vos more Dei gratuita voluntate, tanquam alterum Regem David elegit & prælegit, atque ad Imperialia ſceptra provexit.* Tum Epiſtola XXIII. ad eumdem iiſdem anno & menſe ſcripta, agnoſcit ad eum pertinere juſtitiam de prædonibus facere. *Clementiam Veſtræ Celſitudinis imploramus, ut eoſdem Sanctæ Eccleſiæ hoſtes atque prædones, ſacrilegos quoque, ſive tyrannos, ac per hoc a Chriſti collegio Synodice ſequeſtratos, ſtudioſius requiri jubeatis, & ad lugenda mala quæ imprætermiſſe hactenus operati ſunt, ſicut jam decreviſtis, exilio deputetis. Quia ſi ipſi, qui tantum Dei Eccleſiam macularunt, impune jam veſtram ſanctionem diffugerint; vel ſi, quod evenire non debet, in veſtro imperio quibuſcumque quod turpe eſt dicere, contra veſtram voluntatem eis favorem præſtantibus, tam abſolute diſcurrerint; totum idem veſtrum imperium coinquinabunt.* Idem probat Epiſtola XXVI. ad Richildem Imperatricem eodem tempore data, ſicuti & Epiſtola XXX. ad Carolum Imp. ſcripta, dum Saraceni Urbi imminerent; *Jam veſtræ potentiæ manum porrigite, & hanc terram cujus vobis neceſſitates ab ipſo veſtræ vocationis initio notas fecimus, liberate, ne ſi perdita fuerit, veſtrum vileſcat imperium.* Paulo poſt: *Præcipue autem multi, quos veſtra non ignorat Majeſtas, non ſolum nulla nobis ſolatia conferunt; verum etiam quidquid reſiduum eſt a Paganis inprætermiſſe ſubtrahunt;* &c. *Hujus rei gratia opportunum adjutorium conferentes, nobis veſtrum exercitum ad hoſtilem expeditionem promptiſſimum deſtinate, alioſque Deum per omnia diligentes Miſſos, qui vitiorum flammas juſtitiæ tramite uſi compeſcant, nimia celeritate dirigite.*

VII. *Probatur III. ex eiſdem Epiſtolis.*

Rem magis explicat Joannes VIII. in Epiſtola XXXI. data IV. *Idus Februarias, indictione X.* anno ſcilicet DCCCLXXVII. ad Richildem Auguſtam. *Quia jam ſuſtinere non poſſumus, gloriam veſtram multipliciter deprecamur, ut vice noſtra fretæ,* &c. *tandiu apud piiſſimum Imperatorem noſtrum inſiſtatis, quouſque & contra Paganos opem præbeat, & Chriſtianos compeſcere gaudeat. Quoniam ideo illum tanto diademate ab olim quidem a nobis expectatum ac prælectum decorare curavimus, ut Sanctæ Romanæ Eccleſiæ recuperatio & ſecuritas, quam ademptam dolebamus, per pium ſtudium ejus, quo ſemper fruebatur, rediret. Quapropter, Cariſſima filia per Deum vos adjuramus, opportune importune inſiſtite, ut antequam in ipſa urbe Romulea aliud periculum, quod Deus avertat, proveniat, manum ſuæ defenſionis exhibeat, & hanc terram, quæ ſui imperii caput eſt, ad libertatem reducat, ne quando dicant gentes, Ubi eſt Imperator illius?* denique idem Pontifex in Epiſtola CCLXXXII. *ad omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Comites Italiæ* miſſa, oſtendit Romam ad Carolum Craſſum Imp. Caroli Calvi Succeſſorem pertinuiſſe. Scripta ea Epiſtola in cauſa Angelbergæ Auguſtæ, quæ Romam venire optabat, eaque eoſdem Præſules & Comites hortatur, ut id a Carolo Imp. obtineant, promittitque ſe ita eam cuſtoditurum, ut nihil contra ipſum Imperatorem cum Boſone moliri poſſit: *Pio,* inquit, *mentis convenimus atque hortamur affe-*



factum dicit anno octingenteſimo ſeptuageſimoſexto, cujus coronationis Acta recitata in Concilio Ticinenſi, anno ſequenti ſuo loco deſcribentur. Porro hæc Joannis legatio ad Carolum in Gallias miſſa longe diverſa eſt ab ea, quæ anno ſequenti ad Concilium Pontigonenſe delata eſt, quam tamen ſimul confundit vetus hiſtoricus Odorannus monachus Senonenſis in Annalibus, cum hæc habet:



PAGIUS *ctu, quatenus in hujus feminæ reverſione, vel ſalute nobiſcum cooperari, pariterque deſudare ſtudeatis; ut veſtro conſilio, veſtroque inſtanti hortatu, ipſe Auguſtus noſtræ petitionis effectum more parentum ſuorum libenti perficiat voluntate. Nam ſicut illud regnum, in quo nunc illa ſub, cuſtodia manet, ejus eſt; ita & iſtud: & ſicut ibi cuſtoditur, ne aliquod ſolatium, vel conſilium dare, facereque poſſit Boſoni: ita & nos eam in tali loco habitare faciemus, quo nihil adverſi moliri, nihilque valeat machinari contrarium ad hujus regni, & imperii perturbationem.* Poſt Caroli Craſſi depoſitionem Imperium ſine certo capite manſit ad annum uſque CMLXII. quo *Otho* Primus Imperator coronatus eſt. Per illud tempus, vacante Imperio Occidentali, omnis ſuprema poteſtas penes Pontifices Romanos fuit.

VIII. *Quo tempore Libellus de Thematis Imperii ſcriptus.*

Cum itaque Conſtantinus Porphyrogennetus a Marca laudatus librum ſuum *de Thematibus* eo tempore ſcripſerit, quo Imperium Occidentale a pluribus annis vacabat, non vero circa annum CMXIV. quo nondum decennis erat, ut ſuo loco oſtendam, jure merito, de Urbe Romana ſcribit: *propriam adminiſtrationem ac juriſdictionem obtinuit, eique proprie dominatur quidam ſuo tempore Papa* ut locum Græcum a Marca citatum Morellus Latine vertit. Ante Marcam ad eumdem lapidem offenderat Nicolaus Alemannus in Parietinis Lateranenſibus, ubi ut probet Romam e Græcorum Imperio poteſtatem Gregorii Papæ II. veniſſe ac deinceps Romanis Pontificibus ſemper paruiſſe inter argumenta quæ congerit unum a dictis Conſtantini Porphyrogennetæ, verbis deſumit, non advertens Porphyrogennetam eo tempore ſcripſiſſe, quo revera Roma eoſdem ſolos dominos agnoſcebat, & de ſtatu, in quo tunc Roma erat, non vero de eo in quo tempore Gregorii II. & Caroli M. fuerat, verba facere.

IX. *Eutropius Presbyter rei Hiſtoricæ parum peritus.*

Quoad *Eutropium* Presbyterum, ex mera conjectura *Longobardum* appellatum, ejus ſcriptionem recitat Goldaſtus Tom.I. Monarchiæ, exiſtimatque eam anno Domini circiter CM. in lucem emiſſam. Verum Eutropius Romanis Pontificibus, Franciſque parum æquus fabulis ſcatet. Ait v.g. Longobardis Italiam invadentibus ceſſaſſe Græcorum Imperium in Urbe Roma: II. Ducem Spoletanorum vice Regis Longobardorum interfuiſſe electioni futuri Pontificis. III. *Zachariam* Papam profectum fuiſſe ad Carolum Francorum Regem, eumque in Italiam invitaſſe, & poſtea reverſum eſſe. IV. Carolum Regnum Longobardorum accipientem feciſſe *pactum cum Romanis, eorumque Pontifice & de ordinatione Pontificis, ut intereſſet, quis Legatus.* Mitto alia ejus mendacia, ut veniam ad Carolum Calvum, de quo ſcribit: *qui veniens Romam, renovavit pactum cum Romanis, perdonans illis jura regni, & conſuetudines illius,* &c. *Patrias autem Samniæ & Calabriæ ſimul cum omnibus civitatibus Beneventi eis contulit,* &c. *Removit etiam ab eis Regias Legationes, aſſiduitatem vel præſentiam Apoſtolicæ electionis,* &c. *Ab illo autem die honorificas conſuetudines Regiæ dignitatis, nemo Imperatorum, nemo Regum acquiſivit,* &c. *unde multa prælia, delationes & rapinæ fuerunt in regno.*

X. *Quo tempore libellus ejus editus.*

Quæ omnia tam ex dictis, quam ex dicendis conſtat a veritate eſſe aliena. Nam *Carolus Calvus* Beneventum Samnium & Calabriam dare non potuit Romanis; cum neque Calabriam, neque prædictas Urbes in ſua habuerit poteſtate, eoque imperante illis dominati ſint partim Græci, partim Duces ab illis pendentes. Ad hæc iiſdem omnibus, quibus Deceſſores Imperatores potitus eſt juribus & privilegiis, quemadmodum *Carolus Craſſus*, qui eidem in Imperium ſucceſſit. Profecto ſi *Carolus Calvus* jura Imperialia pontificibus Romanis ceſſiſſet, hi eorum poſſeſſionem iniiſſent, hujuſque ceſſionis aliquod veſtigium, remaneret aut ejus aliquis Hiſtoricus meminiſſet cum contra Joannes VIII. Hadrianus III. Stephanus V. vulgo dictus VI. & Joannes IX. ſupremum Imperatorum jus ſemper agnoverint, & tam Stephanus V. quam Joannes IX. decreto ſanxerint; ut Romani Pontificis conſecratio non niſi præſentibus Legatis Imperialibus perageretur. Eutropius itaque fabulas illas confinxit eo tempore, quo *Beneventum* Romanis Pontificibus parebat, quod ante annum milleſimum decimum nonum non contigit, ut eo anno videre eſt apud Baronium. Immo ſæculo undecimo, quo Italia rapinis & diſſenſionibus expoſita fuit & antiquæ conſuetudines paulatim abolitæ, opuſculum illud publicatum, indeque mirum videri non debet, ſi *Eutropius* Vir in Hiſtoria parum verſatus quæ imperante Carolo Calvo accidere, non calluerit. Porro poſt Carolum Calvum Imperatores tam Romæ, quam in Italia juribus Imperialibus uſos fuiſſe, quæ ſequentibus annis in medium adducemus, indubitatum reddent, & nugivendulo illi nullam in poſterum fidem habendam demonſtrabunt.

XI. *Moritur B. Heldradus Abbas Novalitienſis.*

In Italia mortuus eſt hoc anno Beatus *Heldradus*, Abbas Novalitii Monaſterii ab *Abbone* Viro opulentiſſimo initio ſæculi Eccleſiæ octavi fundati non longe ab Urbe Seguſione, cujus Vitam Bollandus ad diem XIII. Martii publicavit. Ea non multo tempore poſt captam anno MXCIX. a Chriſtianis Hieroſolymam ſcripta, ut conſtat ex num. XXV. in eaque dicitur, *Heldradum* vixiſſe ſub Monaſtica Diſciplina *annis ſeptem*, præfuiſſe autem *annis triginta*, ac mortuum *tertio Idus Martii, regnante Ludovico Lotharii filio*, & ſepultum *apud Novalitium, ſuum dilectum cœnobium.* Natus erat in Gallo provincia non infimis parentibus, diſtributaque ſubſtantia ſibi a parentibus relicta, partim Eccleſiis partim etiam pauperibus, *Novalitium* venit, ubi tanta vitæ ſanctitate vixit, ut moriente *Hugone* Caroli Magni filio Presbytero & Abbate, Monachi eum in Abbatem ſuum conſtituerint. Quarto die antequam animam Deo redderet, convocatis ad ſe cunctis ſuis Monachis, diem mortis ſuæ eis aperuit, & poſt mortem, ſicut in vita, multis miraculis claruit, ut in ejus Vita legere eſt. Cum autem

VIII. Synodus Pontigonenſis. *Sancta Synodus, quæ in nomine Domini vocatione domini Joannis ter beatiſſimi ac univerſalis Papæ, & juſſione domini Caroli perpetui Auguſti congregata eſt in loco, qui vocatur Pontigonis, anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſeptuageſimoſexto, Indictione IX. Regni præfati invictiſſimi Imperatoris trigeſimo ſeptimo, Imperii autem primo decimoſexto Kalend. Auguſti, hæc Capitula, quæ ſubter annexa ſunt, conſtituit.*

IX. Caput primum. *Obeunte Ludovico, qui Imperii Romani jura regebat, dominus Joannes ter beatiſſimus Papa per Jadericum Velitrenſem, Formoſum Portuenſem, Joannem Alatrinum, necnon per Anſegiſum Senonenſem venerabiles Epiſcopos, domnum Carolum tunc Regem, ad Limina Sanctorum Apoſtolorum invitavit, eumque Eccleſiæ ipſius defenſorem, auctoremque elegit, Imperialique diademate coronavit, eum ſolum præ cunctis ſpecialiter eligens, qui Romani Imperii ſceptra teneret. Cujus ſacris inſtitutionibus pro debito parentes, quod ipſe confirmavit, pari conſenſu omnes confirmavimus.*

Caput ſecundum. *Sicut dominus Joannes Papa ſanxit, conveniente & conſentiente & concedente domino ac glorioſiſſimo Carolo Imp. ſemper Auguſto, Anſegiſum venerabilem Epiſcopum Senonum ſuam vicem tenere, & primatum et Gal-* liæ

PAGIUS tem *Hugo* Abbas anno DCCCXLIV. interfectus fuerit, ut teſtatur Annaliſta Bertinianus, & *Heldradus* non multo poſt ei ſucceſſerit, recte Bollandus ejus mortem ad hunc annum revocavit. Quæ vero ipſe in Commentario prævio de fundatione Monaſterii Novalitienſis & de *Abbone* ejus fundatore habet, ſicuti quæ narrat Auctor Anonymus Chronici Novalitienſis, cujus fragmenta quædam recitat Ducheſnius Tom. II. & III. corrigenda ſunt ex iis, quæ anno DCCXXXIX. de hujus Monaſterii conditu diximus; in eo enim Chronico ob confuſionem utriuſque *Abbonis* & *Theodorici* IV. Franciæ Regis cum *Theodorico* Gothorum Rege, tam Hiſtoria, quam Chronologia mire depravatæ.

XII. *Moritur Adventius Epiſc. Metenſis.* In Gallia vero *Adventius* Epiſcopus Metenſis, qui Drogoni in Epiſcopatum ejuſdem Urbis anno DCCCLVIII. die ſeptima menſis Auguſti ſucceſſerat hoc anno die XXXI. menſis Auguſti e vivis exceſſit. In Catalogo enim Epiſcoporum Metenſium e Codice Sancti Symphoriani deſcripto legitur: *Adventius Epiſcopus ſedit ann. XVII. dies XXV. obiit II. Kal. Septemb.* Ejus mors a præſenti anno removeri non poteſt; cum *VVala*, qui eum excepit, die octava menſis Aprilis inſequentis anni, in quam Dominica cadebat, ordinatus fuerit, ut in ejus morte patebit. De adventio crebra in Annalibus Eccleſ. mentio. In Chronico Sancti Trudonis libr. 2.p.1. cap. 15. de Wala legitur: *Vvaloni anno ordinationis ſuæ ſecundo ob reverentiam dignitatis regni Lotharingiæ, cujus Metis civitas caput fuit, Joannes Papa Pallium transmiſit, & quibus feſtis hoc uſurus fuerit, patentibus literis indulſit. Super quo uſu ab Archiepiſcopo Trevirenſi Bertulpho ut Pallium deponeret, admonetur. Cui idem Vvalo reſpondit, ſe non primum, ſed quintum fuiſſe Epiſcopum, quem Sedes Apoſtolica Pallii honore dignata fuit, primo ſcilicet Urbitium, ſecundo Rodegangum* ( ideſt Chrodegangum) *Pippini tertii, Francorum Regis ex ſorore nepotem, tertio Angilramnum, quarto vero Drogonem Caroli M. filium, quintus extiti. Sed præfato Bertulfo his aſſertionibus non contento, Hincmarus Rhemorum Archipræſul ad ſedandam talis controverſiæ litem Metenſem Vvalonem, ut ſuo Metropolitano obediret, informavit, ſicque prætermiſſo Pallio diſcordia quievit.* Flodoardus lib. 3. cap. 23. harum literarum a Sancta Sede a Wala obtentarum, quas Trevirenſis Archiepiſcopus ſuſcipere noluit, mentionem facit; eæque extant Tom. IX. Concil. pag. 239. in Appendice Epiſtolarum Joannis Papæ VIII. in quarum calce legitur: *Scriptum per manum Georgii Scrinarii S. R. E. in menſe Septembrio indictione XII. data VIII. Idus Septemb. per manum Vvalperti humillimi Epiſcopi ſanctæ Portuenſis Eccleſiæ, anno domino propitio Pontificatus domni noſtri Ioannis Summi Pontificis & univerſalis Papæ in ſacratiſſima ſede beati Petri Apoſtoli ſexto, indictione XII.* ideoque anno DCCCLXXVIII. quo in Italia Kalend. Septemb. Indictio XII. cœpit. Quare Chronographus Trudonenſis, Auctorque Hiſtoriæ Trevericæ nondum editæ, cujus verba ibidem Labbeus recitat, perperam ſcribunt, Pallium Walæ ordinationis ſuæ anno ſecundo a Joanne Papa tranſmiſſum fuiſſe; currebat enim annus ordinationis ejus tertius, a die VIII. menſis Aprilis. Labbeus in notula ad eam ſubſcriptionem adjecta, Indictionem XII. in XI. aut Septembrem in Octobrem mutandum dicit. Sed ea ſubſcriptio accurate a Librario deſcripta, ut examinanti patebit.

XIII. *Corpus S. Filiberti Trenorchium transfertur* Hoc anno *Carolus Calvus* conceſſit *Geiloni* Abbati Monaſterii Herienſis in inſula Herio apud Pictones ſiti, caſtrum *Trenorchium*, poſitum ad Ararim in Diœceſi Cabilonenſi, ut ibi corpus *Sancti Filiberti* Herienſis Abbatis primi, quod hac illacque palabundi Monachi ejus Normannorum perſecutionem fugientes deferebant, collocari poſſet. Literæ ejus dicuntur datæ XIIII. *Kalend. Aprilis, indict. VIII. anno XXXV. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege, & in ſucceſſione regni Hlotharii anno VI.* ut videre eſt apud Chiffletium in Probationibus ad Hiſtoriam Trenorcienſem pag. 215. ubi & recitat Hiſtoriam Tranſlationis Sancti Filiberti ex Monaſterio Herienſi in varia loca, ab Ermentario Abbate duobus libris ſcriptam, qui refert ex Chronico Falconis Monachi Trenorchienſis quomodo *Geilo* Abbas ſacra pignora ſecum tollens, cum Diplomate Regio, pridie Idus Maii Trenorchium venerit, ſummaque devotione ea ibidem depoſuerit *anno Dominicæ Incarnat. DCCCLXXV. qui dies* inquit, *non immerito quotannis feſtive, ſummoque cum gaudio celebratur.* Hoc autem anno dies XIV. menſis Maii in Sabbatum incidit, ſed die ſequenti ordinandus erat Epiſcopus Auguſtodunenſis Algarius, ut habet ibidem Chiffletius. Abbatia Trenorchienſis poſt varios caſus anno MDCXXVII. ad Canonicos ſæculares tranſlata.

Beor-



*liæ & Germaniæ contulit in evocanda Synodo, & definiendo canonice, ſi quælibet inſurrexerint neceſſaria: & nos unanimiter omni devotione laudamus. Et ut ita ipſe primatum teneat Galliæ, & Germaniæ decernimus, & ſancimus, cunctique ſucceſſores ejus in propria urbe.* Hactenus Odorannus.

De quo monemus Lectorem, excerpſiſſe Odorannum ex Concilio Pontigonenſi, quæ ſpectant ad hiſtoriam, prætermiſiſſe reliqua. Cæterum non eo, quo refert, ordine res geſtæ ſunt, ut prius contigerit celebrari Concilium Pontigonenſe, inde vero ſecutam Caroli coronationem, nam ſecus accidit: primo videlicet coronatum Romæ præſenti anno, Natali Domini die Carolum Imp. ſequenti vero anno celebratum eſſe ipſum Pontigonenſe Concilium; dictamque le- ga-



PAGIUS XIV. *Finis Regni Merciorum.* Beorredo Regi Merciorum, qui anno ſuperiori Regnum abdicavit, *ſucceſſit in regnum Merciorum ſubrogatus per Danos quidam ſervorum Beorredi Regis (nomine) Ceolvvlphus, Anglicus genere, ſed barbarus impietate. Danis etenim juraverat fidelitatem, quo tributa impoſita eis fideliter perſolveret, & quandocumque regnum commendatum repeterent, omni reluctatione ceſſante, ſub pœna ſui capitis reſignaret,* inquit Ingulphus in Hiſtoria pag. 27. qui narratis crudelitatibus ab eo exercitis, & monaſteriorum deprædationibus ſubdit: *Qui tandem per Danos dominos ſuos, juſtiſſimos in hoc, depoſitus eſt, & uſque ad ipſa verenda nudatus, miſero fine vitam terminavit. Regnum quoque Merciorum hoc temporis momento, prævalente contra Danos Alfredo Rege, ſuo regno Vveſtſaxonico ſociatum eſt, & uſque ad præſentem diem deinceps adunatum. Defecit itaque regnum Merciorum, quod ſteterat a primo anno Pendæ, Regis primi, uſque ad ultima tempora hujus miſeri Subreguli Ceolvvlphi circiter per annos* CCXXX. Verum loco CCXXX. legendum, CCL. niſi potius ipſemet Ingulphus erraverit; cum primus Pendæ annus in annum Chriſti DCXXVI. incidat, ut ſuo loco diximus. Cum hoc etiam Chriſti anno Malmesburienſis lib. 1. de Reg. cap. 4. Principatus Merciorum finem alligat, ut videre eſt apud Baronium anno DCCCV. num. IV. ubi verba ejus refert, ſed Typographi errore ibi, loco, *anno dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſeptuageſimo quinto,* legitur, *anno Dominicæ Incarnationis quingenteſimo octogeſimo quinto.*

XV. *Dani quatuor Principatus in Anglia inſtituunt.* Cum Dani Mercios exhauſiſſent, in varios Principatus, quod olim ab infideli Saxone factum, omnem Inſulam ſortiti ſunt. Quatuor omnino Danorum Reges, cæterorum Duces cenſebantur, *Alfdenus*, *Gotrum*, *Oskitellus* & *Hamundus*, qui ita prædam partiuntur, ut Alfdenus Northumbriæ Regnum, tres alii, qui poſterius acceſſerant, Icenorum provincias, quas Angli Orientales tenebant, poſſiderent. Ita ab Alfredi Regis Occident. Saxonum incurſibus, quem unum in Inſula timebant, tuti; in numerum, viresque temporis tractu creſcere potuerunt. *Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXXV.* inquit Aſſerus, *nativitatis autem Alfredi Regis XXVI. ſupra memoratus exercitus Rependune* (in agro Darbienſi poſitum oppidum) *deſerens in duas ſe diviſit turmas; cujus altera pars cum Healfene* (alii communius Alfdenum vocant) *in regione Nortanymbrorum perrexit; & ibi hyemavit juxta flumen quod dicitur Tine: & totam Northanymbrorum regionem ſuo ſubdidit dominio: nec non & Pictos & Stratduttenſes depopulati ſunt. Altera quoque pars, cum Gothrum & Oſcytil, & Amund, tribus Paganorum Regibus ad locum, qui dicitur Grante-Brycge, pervenit: & ibi hyemavit.* Alfordus hoc anno num. III. per *Stratduttenſes*, quod nomen nunc primum occurrit intelligit *Vvalenſes*, ſive antiquos Britannos, qui Pictis adhuc mixti diverſam ab eis Remp. habuiſſe putantur.

XVI. *Alfredi Regis Claſſis Danos fugat.* Qui Meridianam Inſulæ plagam ſortiti ſunt *Gothrum*, *Oskitellus* & *Hamundus*, in Icenorum provincia, ubi Cantabrigienſis eſt ager, conſederunt; nec potuit *Alfridus* Rex laborantibus adeſſe, qui hoc ipſo tempore claſſem comparavit, & inſulæ littora, quo hoſtes ab ingreſſu arceret, juſſit obſervari: primaque expeditione ſeptem Danorum naves aut devicit, aut profligavit, ut narrant Ethelvverdus lib. 4. cap. 3. & Huntidonienſis pag. 349. Interim Icenorum pientiſſimi *Ortrudis* Virginis corpus e Suffolcienſi provincia ſubductum in Belgium detulerunt, ut habet Miræus in Faſtis ad diem XXII. Junii, qui & docet, illud nunc reperiri in Monaſterio Sancti Bertini.

XVII. *Corpus S. Cuthberti Danorum metu in varia loca tranſlatum.* Cum porro Northumbria hoc Danorum incendio arderet, *tunc*, inquit, Weſtmonaſterienſis ad hunc Chriſti annum, *Eardulfus Lindisfarnenſis Epiſcopus & Eadredus Abbas, corpus beati Cuthberti Pontificis de inſula Lindisfarnenſi tollentes per ſeptem annos profugi vagabantur.* S. Cuthbertus Epiſcopus Lindisfarnenſis (eſt Lindis Farne inſula regni Northumbriæ, Lindi fluvio obiecta) mortuus anno DCLXXXVII. Monachos rexerat Præpoſitus, & Diœceſi præfuerat Epiſcopus, Sedemque perpetuo Epiſcopi Monachi tenuerant. Quare Lindisfarnenſes Monachi, & *Eardulfus* Epiſcopus, ob ingentia quæ undique a Danis imminebant pericula ex omni inſula, in Hiberniam cum ſanctis pignoribus traiicere, & ibi Sedem figere conſtituere. Sed ſubita eos tempeſtas terruit, & elementa pugnare viſa ſunt, ne tanto theſauro inſula ſpoliaretur. Quare Eardulfus & Monachi in varia ſe ſe loca proripuere, ne theſaurus in Barbarorum manus incideret, *quouſque non paucis revolutis annis in Dunhelmo una cum Sede Pontificali decentiſſime tranſponebatur: ubi uſque in præſens ejus ſanctitas miraculis continuis declaratur,* inquit Monachus Dunelmenſis Anonymus, qui vixit ſub finem ſæculi XI. in libro de Tranſlationibus & Miraculis S. Cuthberti Epiſcopi Lindisfarnenſis, recitato in Actis SS. Bollandianis ad diem XX. Martii, & ſæc. IV. Benedict. part. II. Eſt autem *Dunhelmum*, vulgo *Durham*, civitas apud Northumbros, quæ Tina fluvio ad boream, & Teſa, adeoque pago Eboracenſi ad Auſtrum definitur, ac etiamnum Epiſcopalis eſt.

XVIII. *Opera Dionyſio Areopagita attributa ejus non ſunt.* Anaſtaſius Bibliothecarius Operum S. Dionyſii Areopagitæ Verſionem a ſe factam hoc anno ad *Carolum Calvum* tranſmiſit, ut liquet ex Epiſtola ab eo ad eum ſcripta *Kal. Aprilis Indictione octava.* Hæc tamen Opera non a Dionyſio Areopagita, ſed ab aliquo, qui longe poſt eum vixit, ſcripta fuiſſe, re diligenter examinata, amplius apud me dubium non eſt, licet anno CVII. num. XVIII. nihil definierim. Hujus aſſertionis rationes hic non

affe-

gationem miſſam ad Carolum a Joanne Papa, ut eum vocaret in Urbem, non autem celebrandi dicti Concilii cauſa. Nam, ut Acta docent ejuſdem Pontigonenſis Concilii, quæ apud Aimoinum extant, aliam & ab hac omnino diverſam fuiſſe legationem ad dictum Concilium a Joanne miſſam apparet: atque idem Concilium poſt coronationem Caroli habitum eſſe, ipſa Acta ſignificant. Se-

PAGIUS

afferam, cum apud alios, qui hac de re fuſe egerunt, legi poſſint.

XIX. *Moritur S. Altfridus Hildinesheimenſis Epiſc.*

Mortuus eſt hoc anno in Germania *S. Altfridus* Epiſcopus Hildinesheimenſis in Saxonia quartus, de quo Chronographus Saxonicus adhuc ineditus a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. II. citatus hæc habet; *Anno DCCCLXXV. Altfridus Hildensheimenſis quartus Epiſcopus, plenus dierum XVIII. Kalend. Septemb. in conſortium Sanctorum migravit.* Epiſcopatus Hildinesheimenſis originem ex eodem Chronographo ad annum DCCCXV. hic referre juvat. Carolus Magnus, poſtquam fidem Catholicam in Saxoniam introduxit, inter cætera Saxoniæ loca, quæ Epiſcopalibus ſublimanda Sedibus decrevit, *Aulicam villam ab inſigniente eumdem locum Regis aula appellatam, & ubi Sala fluvius parvus ſed piſcoſus Levia influit, ſitum* Sede Epiſcopatus dignam judicavit, & *Aulienſis* Eccleſiæ prima fundamenta jecit, ſed impeditus bellis continuis ea Eccleſia per directos ab eo Sacerdotes adminiſtrata fuit, *loco quem nunc Hildinesheimenſis illuſtrat Eccleſia.* Eo demortuo Ludovicus Pius ejus filius, cum *in loco, quem nunc Hildinesheimenſis occupat Eccleſia*, allatis Regiæ capellæ ſanctæ Dei Genitricis Reliquiis miſſam audiſſet, & Capellanus Miſſa celebrata eas per oblivionem ibidem reliquiſſet, ac die ſequenti ibidem inveniſſet, *Ludovicus Pius* eo in loco ſacellum in honorem beatiſſimæ Virginis ædificavit, & principalem Epiſcopatus cathedram inſtituit, *Gunthario* primo Epiſcopo renunciato. Sacellum illud Hildinesheimenſe non adjuncto ſibi alio opere uſque ad *Altfridum* IV. Præſulem ipſius Eccleſiæ perduravit, ſed is an. DCCCLII. Eccleſiam cathedralem ibidem ædificare cœpit, & Clerum in eam introduxit. Hæc ſummarie ex Chronographo Saxonico. In Saxonia Inferiori Ducatus Bruſvicenſem, Luneburgenſem, Magdeburgenſem, Bremenſem, Mecleburgenſem, Holſatienſem, & Lavenburgenſem cum Principatibus Halberſtatenſi & Ferdenſi complectente ſolus Epiſcopatus *Hildinesheimenſis* hodie religionem Catholicam profitetur, reliqua Saxonia Inferiori a Lutheranis inhabitata.



I. De tempore coronationis Caroli Calvi Imper.

SEquitur Chriſti annus octingenteſimus ſeptuageſimusſextus, Indictione nona, quo Ticini Concilium celebratur a Joanne Papa, in quo Imperium collatum Carolo Calvo Romæ, anno ſuperiori die Natalis Domini confirmatur. De cujus creationis tempore, qui annum inchoant numerare ab Incarnatione Domini, vel a die Nativitatis ejuſdem, coronatum Carolum tradunt Romæ hoc anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſexto: qui vero a præcedentibus Kalendis Januariis, id factum ſuperiori anno in fine ipſius affirmant. Sed nulla in tempore diſcrepantia eſſe poteſt, cum omnes id factum tradant die Natali Domini, Indictione nona, quæ incœpit ſuperiori anno, menſe Septembri. Dei beneficio factum eſt, ut ejuſdem Caroli coronationis Acta extent, ex quibus in Imperatoribus initiandis, qui ſolerent ritus ſervari ab ipſis Romanis Pontificibus, poſſimus addiſcere, & refellatur eorum temeritas, qui dicere auſi ſunt, in Imperatorum coronationibus nihil præterea, niſi ſolum ſacerdotale in ipſo ungendo & coronando miniſterium exhibere Romanum Pontificem conſueviſſe. Extant, inquam, Acta ipſa coronationis Caroli in Imperatorem, recitata in Concilio Ticinenſi hoc anno, ex quibus iſti mendacii arguantur, ipſaque prodita ex Petri Pithœi blibliotheca, & edita cum veteribus Francorum (a) Annalibus, necnon abunde a Papirio Maſſone viro quidem diſerto in ſuis Annalibus recitata; edita autem a Pithœo, ſic ſe habent:

(a) Poſt Annal. Franc. a Pith. Pariſiis editos pag. 391.

Acta coronationis Caroli Calvi Imperatoris.

*Geſta qualiter domnus Carolus filius Ludovici Imp. fuit factus Imperator Romæ tempore Joannis Apoſtolici, anno Incarnationis Domini octingenteſimo ſeptuageſimoſexto, Indictione * x.*

* ix. ita in fine.

*Sermo domini Apoſtolici Joannis in Synodo Epiſcoporum.*

II. Ticinenſis Synodus in qua Joannes Pap. confirmat Carol. Imp.

*Omnibus generationibus, immo cunctis mortalibus liquet, qualiter omnipotens & Creator univerſorum Deus, in Eccleſiæ ſuæ parte, quæ gemebunda peregrinatur in terris, per generationes & generationes electos ſuos velut in cœlorum ambitu ſidera nova produxerit, ut quodammodo in ejuſdem Eccleſiæ cœlo fixa, divino lumine radiantia mœrentium animos illuſtrarent, depulſis terræ mœſtitiæ tenebris, & diverſarum anguſtiarum diſſipata caligine. Inter quas tamquam clariſſimum ſidus diebus noſtris ecce nobis Carolum Chriſtianiſſimum Principem, ſu-*

PAGIUS SÆC. IX.

Anno Eræ Hiſp. DCCCCXIV. An. Hegiræ CCLXIII. inchoato die 24. Septemb. fer. 2. A. C. 876.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6369.

☉ 17. AG. ☽ 3. P. 15. April. Indict. 9.

Jesu Christi 876.

Joannis VIII. Papæ 5.

Caroli II. Imp. 2.

Basilii Imp. 10.

I. *Synodus Romana anno ſequenti habita.*

ANnum I. ad XVI. Pithæus an. MDLXXXVIII. publicavit Scriptores coætaneos XII. Hiſtoriæ Francorum, ut Synodo Romanæ, cujus initium eſt *omnibus generationibus* &c. hunc præfixit titulum; *Geſta qualiter Domnus Carolus filius Ludovici Imp. fuit factus Imperator Romæ, tempore Joannis Apoſtolici anno Inc. Domini DCCCLXXVI. indict. X.* ſed male, tam quoad annum quam quoad indictionem X. Joannes enim VIII. in fine prædictorum geſtorum dicit, Caroli *ad Imperialia ſceptra electionem & promotionem, ante mundi quidem ordinem divinitus ordinatam; nuper autem, id eſt præterita nona indictione per miniſterium noſtræ mediocritatis exhibitam, annuente Deo, ex tunc & nunc & in perpetuum firmam & ſtabilem decernimus permanſuram.* Quare hanc Synodum Romanam anno tantum ſequenti habitam fuiſſe certum eſt. [1] Id recte vidit Sirmondus Tom. III. Concil. Gall. ſed in menſe erravit. Scripſit enim illam congregatam fuiſſe *menſe Februario.* Etenim Chiffletius in Probationibus Hiſtoriæ Trenorcienſis pag. 221. affert Diploma Caroli Calvi Imp. in quo is dicit, Adalgarium Epiſcopum Æduenſem ad ſe acceſſiſſe, ac petiiſſe, ut ſibi concederet Abbatiam Flaviniacenſem & Corbiniacum, quod ad illam ſpectat. Charta dicitur *data VII. Kalen-*

NOTÆ [1] NEgari tamen haud poteſt Synodum aliquam Romæ hoc anno celebratam fuiſſe, in qua dies dicta fuit Formoſo Portuenſi Epiſcopo, cæteriſque dein in Synodo Pontiniacenſi pariter damnatis. Id non obſcure prodit Joannes VIII. in Epiſtola quæ eſt ordine 319. in qua ſcribit vocaſſe ſe reos illos ut pridie Kal. Aprilis Indict. 9. ideſt hoc eodem anno 876. ad cauſam ſuam defendendam venirent. Quibus parere recuſantibus, *Synodum*, ait Pontifex, *vocavimus, & poſt regulares allocutiones ſententias in eos protulimus.* Epiſtolam hanc præſenti anno datam fuiſſe, ex ipſo ejus contextu liquet & Pagius hic num. 5. admittit. Addit autem in ea Pontifex ſe in ea Synodo alium terminum dierum decem præſcripſiſſe reis ut cauſam ſuam dicturi venirent. Terminus vero iſte deſinit, inquit Pontifex die III. *Kal. Maii præſentis nonæ indictionis.* Ex quo intelligimus Synodum celebratam fuiſſe medio circiter Aprili hujus anni, & Epiſtolam hanc, vel in ipſa Synodo, vel ſtatim ea abſoluta datam fuiſſe conſignatur enim *XI. Kal. Maii.* MANSI

ſuperna providentia præſcitum a ſe, & prælectum ante mundi conſtitutionem, & prædeſtinatum nonniſi copioſiſſima miſeratione circa noſtram ſalutem mota, ſecundum placitum ſuum, juxta quod congruum erat in iſto periculoſo tempore, tribuit, nepotem videlicet illius Caroli, qui Remp. prœliis auxit, victoriis dilatavit, ſapientia decoravit. Qui cum omnes Eccleſias ſublimaſſet, ſemper hoc ei erat in voto, ſemper in deſiderio (ſicut in Geſtis, quæ de eo ſcripta ſunt, legitur) ut ſanctam Romanam Eccleſiam in antiquum ſtatum & ordinem reformaret. Unde & hanc multis honoribus extulit, multis munificentiis & liberalitatibus ampliavit, adeo ut amiſſas olim urbes ei reſtituiſſet, & ex Regni quoque ſui parte alias non modicas contuliſſet.

Caroli Magni

III. Sed pauca dicta ſunt, niſi quæ circa religionis incrementum geſſit magna, ſublimia memorentur. Religionis quippe ſtatum inter diverſorum errorum, & pravitatum vepres incultum inventum ſacris litteris erudivit, divina pariter & humana ſcientia perornavit, erroribus expurgavit, * ratis dogmatibus ſaginavit, atque intra breviſſimum tempus ita induſtrio pietatis ſtudio egit, ut novus quodammodo videretur mundus, magnis luminaribus venuſtatus, & variis vernantibus floribus adornatus.

* al. rectis

Cujus filius, divæ ſcilicet recordationis Ludovicus Maximus Imper. pater hujus a Deo electi Principis Caroli ſemper Auguſti, * patrum ſolium adeo religioſe imitatus, pietate laudabiliter æmulatus eſt, ut & paterna divini cultus vota, & erga Prælatum principalis Eccleſiæ liberalitatis inſignia pius natus æquipararet, & roboraret. Sed & uberioribus beneficiis, & dapſilibus munificentiis, ut hæres gratiſſimus ampliavit.

Ludovici Pii laudes.
* al. patrium

IV. Verum iſte hujus præfulgidus filius, Carolus videlicet, de quo nobis ſermo eſt, ſereniſſimus & tranquilliſſimus Imperator, qui nobis (ut prætulimus) in quos fines ſæculorum devenerunt, quique caliginoſi temporis ex quadam parte tetras ærumnas & miſerias ſuſtinebamus, tamquam ſplendidiſſimum aſtrum ab arce polorum illuxit, non ſolum monumenta progenitorum, bonitatem electæ radicis ferens in ramo, alacriter æquiparavit: verumetiam omne prorſus avitum ſtudium vicit, & univerſum paternum certamen in cauſa religionis atque juſtitia ſuperavit, Eccleſias videlicet Domini diverſis opibus ditans, ſacerdotes ejus honorans, hos ad utramque philoſophiam informans, illos ad virtutes ſectandas adhortans, viros peritos amplectens, religioſos venerans, inopes recreans, & ad omne bonum penitus ſubſequutus, & omne malum medullitus deteſtatus.

Caroli Calvi laudes nimiæ.

V. Quapropter & vos, chariſſimi fratres, tot & tantarum dilectionum ejus atque virtutum audientes inſignia, & laudabilium longe lateque diffuſa morum ejus intuentes indicia, pietate illius affectus experti frequentiſſime, ac multifarie viſcera, non immerito intelleximus iſtum eſſe proculdubio, qui a Deo conſtitutus eſt ſalvator mundi, multo profecto præſtantius ac decentius ita vocatus, quam (a) Joſeph, qui pene ſolam terram ſalvavit Ægypti. Unde & ab univerſa ſancta Romana plebe voce illius Annæ ſanctæ perſonam geſtantis Eccleſiæ ſterilis & fæcundæ, prophetico quodammodo ſpiritu temulentiæ quotidie clamabatur (b): Dominus dabit Imperium Regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui. Et iterum cum David * orat Rege pariter & Propheta (c): Da, inquiens, poteſtatem ſive Imperium puero tuo, & ſalvum fac filium ancillæ tuæ, ſanctæ videlicet Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ.

(a) Gen. 41.
(b) 2. Reg. 2.
* al. orabat
(c) Pſalm 8.

VI. Unde nos tantis indiciis divinitus incumbentibus, luce clarius agnitis, ſuperni ſecreti conſilium manifeſte cognovimus. Et quia pridem Apoſtolicæ memoriæ deceſſori noſtro Papæ Nicolao idipſum jam inſpiratione divina revela-

Joannes Pap. eligit & confirmat Imp.

la-

PAGIUS

lendas Martii, indictione X. anno XXXVII. regni Domini Caroli Imp. in Francia, & imperii ejus anno ſecundo. Actum Compendio Regio monaſterio. Adalgarius itaque die XXIII. Februarii anni DCCCLXXVII. adhuc in Galliis erat. Annaliſta autem Bertinianus ad annum DCCCLXXVII. de Carolo Imp. verba faciens, ait: *Veniens ultra Jurim, uſque ad Urbam obviam habuit Adalgarium Epiſcopum, quem menſe Februario Romam direxerat pro agenda Synodo a Papa Joanne, cujus exemplar idem Adalgarius pro munere magno Imperatori detulit.* Synodus itaque Romana anno ſequenti menſe Februario celebrari non potuit; cum Adalgarius, qui ejus indictionem a Pontifice petiit, die XXIII. Februarii ejuſdem anni adhuc in Galliis fuerit, ideoque ea ad initium circiter Julii, non vero ſub finem Maii cum Chiffletio, differenda.

II. Annaliſta enim Bertinianus, poſtquam narravit Carolum Imp. Placitum ſuum generale Kalendas Julii habuiſſe, ſubiungit: *de Cariſiaco Compendium, indeque per Sueſſionem ad Rhemum civitatem: & ſic iter ſuum per Catalaunos & Pontigonem atque Lingones peragens, cum uxore & maxima auri & argenti, caballorumque ac facultatum aliarum copia, de Francia Italiam petiit. Et veniens ultra Jurum uſque ad Urbam obviam habuit Adalgarium Epiſcopum, quem menſe Februario Romam direxit pro agenda Synodo*, &c. Ibi tamen Annaliſta iſte quoad diem hallucinatur, ut enim anno ſequenti oſtendemus, Placitum illud XVIII. Kalend. Julii inchoatum, & XVI. Kalend. ejuſdem menſis abſolutum. Carolus igitur celebrato ſuo Placito tam longum

Medio circiter Julio.

iter



latum fuiſſe comperimus: ELEGIMUS MERITO ET APPROBAVIMUS uno cum anniſu & voto omnium fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum, atque aliorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ miniſtrorum, amplique Senatus, totiuſque Romani Populi, gentiſque togatæ, & ſecundum priſcam conſuetudinem, ſolemniter ad Imperii Romani ſceptra proveximus, & Auguſtali nomine decoravimus, ungentes eum oleo extrinſecus, ut interioris quoque Spiritus ſancti unctionis monſtraremus virtutem, qua unxit eum Dominus Deus ſuus præ conſortibus ſuis, Chriſtum hunc oleo lætitiæ delibutum extrinſecus faciens, & Principem populi ſui conſtituens ad imitationem ſcilicet veri Regis Chriſti filii Domini noſtri, ita ut quod ipſe poſſidet per naturam, iſte conſequeretur per gratiam.

VII. Deinde non hic perpetuus Auguſtus ad tanta faſtigia ſe velut improbus intulit, non tamquam importunus, fraude aliqua vel prava machinatione, aut inhianti ambitione ad Imperialem apicem aſpiravit. Abſit. Neque enim ſibi honorem præſumptuoſe aſſumpſit, ut Imperator fieret; ſed tamquam deſideratus & optatus, poſtulatus a nobis, & a Deo vocatus, & honorificatus ad defendendam religionem, & Chriſti utique ſervos tuendos humiliter, atque obedienter acceſſit operaturus & roboraturus in Imperio ſummam pacem & tranquillitatem, & in Eccleſia Dei juſtitiam & exaltationem. Niſi enim talem ejus cognoviſſemus intentionem: numquam animus noſter fieret tam promptus ad ipſius promotionem, & hoc per ſacerdotum Dei manus, & miniſtrorum ejus officium, ſicut David & Salomon, & nonnulli alii Chriſtiani, quos nimirum non eſſe tangendos, Spiritus ſanctus per (a) Pſalmorum cantica proteſtatur.

Caroli modeſtia commendata.
(a) Pſalm. 104.

VIII. Quapropter, fratres chariſſimi, unanimes idipſum ſentientes, benedicamus Domino, & totis cordis ac corporis vocibus collaudemus, qui ſecundum quod pollicitus eſt, ſpernentes ſprevit, & glorificantem ſe glorificavit, quique hunc tantum nobis talemque tribuit, per quem mœrentium conſolatio & paganorum contritio, & Chriſtianorum proculdubio ſperetur cita redemptio: ſummamque Majeſtatem ejus, & pietatem votis continuis obſecremus, ut confirmet hoc in eo, immo in nobis per eum, quod operatus eſt in eo a templo (b) ſancto ſuo, quod eſt in ſuperna Hieruſalem.

(b) Pſalm. 67.

Noſque quod jam in Romana Eccleſia, quæ eſt magiſtra & mater & caput Eccleſiarum, auctore Domino, famulatus noſtri miniſterio geſſimus, preces benedictionis fundentes, & coronam imponentes ſceptri, & diadema Imperii: etiam hic in ſancta ac generali fraternitatis veſtræ Synodo, ad quam, Domino duce, pro innumeris neceſſitatibus & utilitatibus ſanctæ Eccleſiæ Synodi conveniſſe dignoſcimur: iterato cordis affectibus, & oris vocibus, & manus ſubſcriptionibus roboremus, nec ſint (quod abſit) in nobis ſchiſmata, quæ Apoſtolus medullitus execratur, nec animorum alicujus diviſionis & diverſitatis diſſenſio. Hucuſque Joannes Pontifex in Synodo peroravit.

IX. In qua quidem poſt laudes Caroli effuſas nimis (non enim facile patiuntur encomia frænum, quin diffluant in hyperboles) habes, Lector, ex factis ipſis expreſſam, quam tantopere impugnare conati ſunt Novatores Romani Pontificis auctoritatem & poteſtatem in creandis Imperatoribus, ut non nudum exhibeant miniſterium in ipſis ungendis & coronandis, ſicut facere ſolent Patriarchæ Conſtantinopolitani in coronatione Orientalium Imperatorum. Nam audiſti ex ejus verbis, ab ipſo Joanne Papa divino inſtinctu electum Carolum ad Imperium gubernandum, & approbatum, provectumque ad tam ſublimem dignitatem, & Auguſtali nomine decoratum (ſunt hæc omnia totidem verba ejus, quibus ſuum ſignificat miniſterium) poſtea demum unctum & coronatum: Sic enim arbitrio Papæ eſt collatum Imperium. Si res vero jure ſucceſſionis agenda fuiſſet, non Carolus, ſed Ludovicus ejus frater major natu erat præferendus: ſed quod in arbitrio ſit eligentis Pontificis, non jure hæreditario ſuccedentis, excluſus eſt Ludovicus, & electus eſt Carolus; ut patet ex his, quæ ſunt recitata, jam edita, haud pridem a Pithœo e latebris antiquitatum eruta vetera Actorum monumenta: quæ ſi Novatores refractarii, cognoviſſent, haud fortaſſe procaciter adeo adverſus veritatem patentem omnibus, declaratam exemplis adeo manifeſtis inſultaſſent. Sed faxit Deus, ut vel ſero ſaltem ſapiant Phryges iſti. Sed reliqua eorum-

Rom. Pont. eſſe eligere & comprobare Imp.

dem

PAGIUS

iter ante medium Julii vix conficere potuit, cumque Adalgarius Carolo obvius fuerit ad Urbam pagi Transjurenſis vicum a lacu Lemano millia paſſuum circiter XVIII. diſſitum Roma medio circiter Julio poſt celebratam Synodum digreſſus erat. Neque enim finita Synodo aliquam moram *Adalgarium* Romæ interpoſuiſſe, quis ſibi perſuaſerit; cum filii Ludovici Germaniæ Regis nuper defuncti cum Carolo de Imperio, quod huic in Synodo Romana confirmatum fuerat, contenderent. Illius quippe Synodi indictionem eo tantum fine a Pontifice petiit *Carolus*, ut ſibi totius Synodi conſenſu Imperium adverſus eoſdem iterum confirmaretur.

dem Geſtorum Pontificalium proſequamur. Subiiciuntur iſta:

*Reſponſio Epiſcoporum.*

X. Synodi ad Papam reſponſio. *Ecce beatiſſime ac Apoſtolice domine Papa Joannes, clarius videmus mentem apicis veſtri gratia Sancti Spiritus illuſtratam, qui profecto quos repleverit, ardentes pariter & eloquentes facit. Niſi enim ipſe cor veſtrum irradians tetigiſſet, nec ad tantæ dilectionis erga nos flagrantiam accenderet, nec ad tot mellifluos & ſalutares affectus, quibus nos pie & ſancte inſtruitis, proculdubio moveretur. Spiritalem autem filium veſtrum dominum Carolum Imperatorem, Chriſtianiſſimum & manſuetiſſimum Principem tanto jure cupimus & deſideramus Auguſtalia Romani ſceptri gubernacula inconcuſſa & immutilata, immo augmentata & ampliata finetenus retinere; quanto liquidius non per hominem, neque ab homine ſublimatum, & ad tantum culmen poteſtatis evectum, ſuperna gratia revelante, cognovimus, quæ nimirum cordi attentiſſimi Apoſtolatus veſtri interius inſpiravit, ut non vos prius eligeret, ſed contra vos eum eligeretis & diligeretis.*

XI. Conſenſus Synodi. *Sed & nos, o domine & coangelice Papa, veſtigia veſtra ſectantes, & ſalubria monita recipientes, quem amatis, amamus; quem dilexiſtis, diligimus; quem elegiſtis, eligimus, & quod in eo auctore omnium bonorum Domino, ſive divina benedictione, ſive ſacra unctione ſive coronæ Imperialis impoſitione geſſiſtis viſcerabili affectu ſequimur, & celebri laude proſequimur, & digna honorificentia veneramur, atque totis ſenſus noſtri niſibus ita permanere atque pollere ſemper optamus. Sed & ſi neceſſitas fortaſſe exegerit, totis officii noſtri conatibus adverſus aliter ſentientium molimina reſiſtere ſatagemus. Cum enim ſecundum (a) Apoſtolum non ſit poteſtas, niſi a Deo, & hæc præcipue, quæ tam pio collata eſt: haud dubium, quin Domini ordinatione reſiſtat, qui iſti ordinationi, quæ nobis miniſtrantibus, cœlitus facta eſt, obſtinata mente reſiſtit. Apoſtolico quippe culmini, docente ſancto Bonifacio Papa, nemo umquam obices manus intulit, niſi qui de ſe voluit judicari. Durum autem (b) contra ſtimulum calcitrare & (c) adverſus impetus fluminis conari.*

(a) Rom. 13.
(b) Act. 9.
(c) Eccl. 4.

*Item ſummus Pontifex.*

XII. Iterata ſuffragia. *Quid igitur, fratres chariſſimi, inſpiratio divina omnium noſtrum corda in unum ſenſum, & in eumdem deliberationis finem direxit, ut ſcilicet unum ſentiamus, & unum dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata: quæ in præfato piiſſimo & tranquilliſſimo Imperatore ſpirituali filio noſtro Carolo, auctore Domino, ſive preces benedictionis ſuper caput ejus infundendo, ſive ſacræ unctionis oleo celſum ipſius verticem contingendo, ſive coronam Imperii conferendo geſſimus: ſententiæ prolatione (ſi unanimi generalitati veſtræ videtur) & per manuum ſubſcriptionem etiam in præſenti ac venerabili Synodo, ſicut jam hortati ſumus iterato promulgemus & roboremus.*

*Sancta Synodus reſpondit:*

*Placet, & valde placet in omnibus veſtra ſereniſſima ſectari veſtigia; neque fas eſt, ut a culmine Apoſtolatus veſtri in aliquo diſſentiamus, quem videlicet ipſe Chriſtus Dominus noſter omnium noſtrum ad vicem ſuam in terris eſſe voluit caput.*

*Tunc ſurgens ſummus Pontifex ſententiam protulit, dicens:*

XIII. Confirmata electio Imp. *Piiſſimi ac ſereniſſimi ſpiritalis filii noſtri Caroli magni & pacifici Imperatoris ad Imperialia ſceptra electionem & promotionem ante mundi quidem ordinem divinitus ordinatam, nuper autem, ideſt præterita nona Indictione per miniſterium noſtræ mediocritatis exhibitam, annuente Domino, ex tunc & nunc & in perpetuum firmam & ſtabilem decernimus permanſuram.*

Anathema in adverſantes. *Reſponderunt omnes: Placet, Placet.*

*Item, ſiquis tantæ rei divinitus actæ proculdubio inſtitutionem, ſuperbia, aut avaritia, vel certe aliquo ambitionis inſtinctu perturbare, aut violare tentaverit: cujuſcumque ſit ordinis, dignitatis, aut profeſſionis, tamquam Domini inimicus & ordinationi ejus tyrannide ſæva reſiſtens, & Eccleſiæ Dei hoſtis, totiuſque pacis & Chriſtianitatis diſſipator, anathemate uſque ad ſatisfactionem teneatur omni tempore annexus. Reſponderunt, Fiat, Fiat.*

*Item ſummus Pontifex.*

XIV. *Patratores & incitatores peſſimi hujus conſilii, qui profecto cum miniſtri ſint diaboli, ſua quærunt, non quæ JESU Chriſti, & in Imperium ſubintroducere ſimultates & diſcordiam moliuntur, ac fraudulentia immittere ſchiſma ad confundendam Eccleſiæ unitatem, Regnique congruum ſtatum & ordinem Reique publicæ utilitatem & tranquillitatem conantur: ſi deinceps in talibus inventi fuerint, & ſi quidem Eccleſiaſtici viri extiterint, tamquam viri ſchiſmatici, atque a capite diſſidentes, omnimodis deponantur. Laici vero & monachi perpetuo anathemate feriantur. Reſponderunt omnes: Fiat, Fiat, Fiat.* * *ſubſcripſit ergo dominus Papa, & cum eo Epiſcopi qui affuerunt.*

* Hucuſque apud Papirium in Annal. in Pithæi editione, quæ ſequuntur additæ reperiuntur acclamationes.

Quæ pollicentur Epiſcopi Imperatori. *Glorioſiſſimo & a Deo coronato magno & pacifico Imperatori, domino noſtro Carolo perpetuo Auguſto, nos quidem omnes Epiſcopi, Abbates, Comites, & reliqui,*



*qui nobiſcum convenerunt Italici Regni optimates, quorum nomina generaliter ſubter habentur inſerta, perpetuam optamus proſperitatem & pacem.*

XV. Quæ pollicentur Epiſcopi Imperat. *Jam quia divina pietas vos beatorum principum Apoſtolorum Petri & Pauli interventione per Vicarium ipſorum, dominum videlicet Joannem ſummum Pontificem & univerſalem Papam, ſpiritualemque patrem noſtrum, ad profectum ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque omnium invitavit, & ad Imperiale culmen ſancti Spiritus judicio provexit: nos unanimiter vos Protectorem, dominum, & Defenſorem noſtrum elegimus, cui & gaudenter toto cordis affectu ſubdi gaudemus, & omnia, quæ ad profectum totius S. Dei Eccleſiæ, noſtrorumque omnium ſalutem decernetis, & ſancietis totis viribus annuente Chriſto, concordi mente & prompta voluntate obſervare promittimus.*

*Anſpertus ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcripſi.*
*Joannes ſanctæ Aretinæ Eccleſiæ humilis Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Joannes Epiſcopus ſanctæ Ticinenſis Eccleſiæ ſubſcripſi.*
*Benedictus Cremonenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Theudulphus Therdonenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*



*Azo Eporedienſis Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Gerardus exiguus in exigua Laudenſi Eccleſia Epiſcopus ſubſcripſi.* XVI.
*Hilſulmus Aſtenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Ratbornus ſedis Auguſtanæ Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Leodoinus Mutinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Hildradus Albenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Bodo humilis ſanctæ Aquenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Sabbatinus Jenuenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Filbertus Comenſis Epiſcopus.*
*Adelardus ſervus ſervorum Dei Veronenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Ego Paulus ſanctæ Eccleſiæ Placentiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Ego Andreas ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*
*Raginerius Abbas ſubſcripſi.*
*Signum Boſonis inclyti Ducis & ſacrè Palatii Archiminiſtri, atque Imperialis Miſſi.*
*Signum Richardi Comitis.*
*Signum Vvalfridi Comitis.*
*Signum Luitfridi Comitis.*
*Signum Alberici Comitis.*
*Signum Supponis Comitis.*



PAGIUS III. *Synodus Ticinenſis.* Ad num. XVI. & ſeq. Carolus Synodum *Ticinenſem* congregavit, ut ſibi ab Epiſcopis, Abbatibus & Comitibus Imperium confirmaretur. Ab omnibus acclamatus atque ſuſceptus fuit Imperator, conditaque capitula XV. in quorum titulo dicuntur ea capitula edita *anno Incarnat. D. N. Jeſu Chriſti DCCCLXXVI. indictione IX. menſe Februario, in Palatio Ticinenſi.* Prius decernit, *ut ſancta Romana Eccleſia ſicut eſt caput omnium Eccleſiarum, ita ab omnibus honoretur & veneretur*; reliqua legenda, Tom. IX. Concil. vel in Capitularibus Caroli Calvi. [1]



NOTÆ [1] CL. Muratorius e MS. Codice Ambroſiano in Opere Rerum Ital. t. II. part. II. col. 148. &c. vulgavit Supplementa ad Synodum hanc Ticinenſem; e quibus plura diſcere licet, alias minus comperta. Primo, in hac Synodo non Caroli electio in Imperatorem confirmata, ſed aſſumptus potius fuit in Regem Italiæ *Italici Regni Regem eligimus*. Id vero præſtitit Auſpertus Mediolanenſis Archiepiſcopus. Secundo illuſtre hic & vetuſtiſſimum exhibetur documentum juris illius, quod Mediolanenſes Archiepiſcopi datum ſibi vel a S. Gregorio Magno, vel a Carolo Magno vindicant, eligendi nempe Italiæ Reges poſt diem quartam & decimam ab obitu deceſſoris. Denique juvat hic animadvertere Muratorium in Præfatione ad hoc ſupplementum in dubium revocare hanc Caroli electionem in Regem Italiæ poſt aſſumptionem ejus ad Imperium; id enim novum pene erat; cum Reges alii prius Italiæ Reges, quam Imperatores eligerentur. Sed præterquamquod id non caret exemplo, cum Ludovico Pio peculiari de cauſa id pariter acciderit, ut Muratorius ipſe fatetur; non eſt cur ex hac conſueti moris præverſione fides detrahatur Scripto, quod nullam corruptionis notam præſefert. Nec etiam contra ſupplementi hujus perſpicuum teſtimonium concedere Muratorio poſſumus, ſermonem hic eſſe de confirmatione Caroli in Regem Italiæ, non vero de prima ejus electione, quam tunc accidiſſe cenſet ille, cum primo Ticinum idem Carolus venit, antequam Romam pergeret. Quamquam enim ante Ticinum venit, quam Romam; in priori tamen illo adventu Ticini nihil memoria dignum egiſſe colligitur ex coævorum omnium Scriptorum ſilentio, in quibus adventus ille nequidem memoratur.

Hæc ego quidem ſcripſeram, antequam inciderem in Diploma ejuſdem Caroli vulgatum ab eodem Muratorio de Antiquitatibus Italiæ tom. I. col. 580. Datum eſt illud *Papiæ III. Kal. Octobris Indictione IX.* ideſt hoc anno, antequam Carolus Romam iret. Annum vero illum numerat Regni ſui XXXVI. in *ſucceſſione* Lotharii VI. & *ſucceſſionis Ludovici* in Regno Italiæ I. Ex hoc autem diplomate perſpicue demonſtratum eſt, Carolum Calvum Italiæ Regem Papiæ conſtitutum fuiſſe, antequam Romæ Imperii coronam aſſumeret, adeoque Concilium Ticinenſe electionem illam tantummodo confirmaſſe. MANSI

*Signum Harſigni Comitis.*
*Signum Bodradi Comitis Palatii.*
*Signum Cuniberti Comitis.*
*Signum Bernardi Comitis.*
*Signum Airbolei Comitis.*

Quæ ſequuntur, ſpectant ad conventum Ticinenſem, ubi hæc ſunt recitata & firmata. *Acta ſunt hæc in palatio Ticinenſi anno Domini octingenteſimo ſe-*
* vi. *ptuageſimo * ſeptimo, Regni domini Caroli Imp. Ludovici Auguſti piæ memoriæ filii in Francia xxxvi. Imperii primo, Indictione ix.* Hucuſque Acta. De quibus hæc Aimoinus hujus temporis ſcriptor, poſt mentionem de coronatione Romæ facta: *Nonis Jan. Carolus Roma exiens Papiam rediit, ubi & placitum ſuum habuit, &c.* Ut ſcias hæc pertinere ad annum præſentem. Citantur autem ab Anſelmo Lucenſi (*a*) eadem Acta, & ex eis recitatur fragmentum.

(a) *Anſelm. Lucenſ. de poteſt. & primat. Roman. Eccl. c. 82.*

XVII. Ad ſecundum illud Proverbiorum (*b*): *Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in noviſſimo benedictione carebit.* Haud prædeceſſoris in hoc videtur Joannes ſecutus eſſe veſtigia; ſiquidem Hadrianus Papa eumdem Carolum invadentem Regnum Lotharii nepotis defuncti, quod ſpectabat ad ejus germanum Ludovicum Imperatorem iteratis monitionibus & comminationibus, atque Eccleſiaſticis cenſuris exagitavit. Joannes vero eumdem Carolum pœna dignum, Regnoque (ut vidiſti) privandum, auxit Imperio: nervos (ut apparet) Apoſtolici vigoris dimittens, nulla (quod ſciatur) de commiſſo delicto adhibita ſatiſfactione canonica. Ita plane hæc omnia maleſuada prudentia carnis operata eſſe videtur. Dum nimirum faverit Carolo magis, quam Ludovico fratri Joannes, ab hoc magis ut propinquiore expectans adverſus ingruentes Sarracenos auxilium, ſive aliis de cauſis, quæ nos latent. Cum tamen (ut exitus declaravit) Eccleſiæ Romanæ inutilem creaverit Imperatorem. Ex hoc tempore male cœptum eſt, ut cum præter antiquorum morem, non inſiſterent ita tenaci firmoque animo ſucceſſores (exceptis iis quæ ſpectant ad Fidem) prædeceſſorum veſtigiis, innumera ex his parta ſint mala, quæ videbis.

(b) *Prov. 20.*

XVIII. Poſt hæc autem ut etiam ab Epiſcopis Gallicanis eadem omnia firmarentur, Pontigonenſe in Galliis Concilium eſt celebratum. De quo iſta apud Aimoinum leguntur de ipſo Carolo Imperatore (*c*): *Accerſens Legatos Apoſtolici Joannem Tuſcanenſem & Joannem Aretinum, atque Anſegiſum Senonenſem, illorum conſilio medio, futuro menſe Julii generalem Synodum auctoritate Apoſtolica, & ſanctione ſua apud Pontigonem indixit, quo per Rhemos & Catalaunos civitates pervenit.* Et paulo poſt: *Undecimo Kalend. Julii Indictione nona, Epiſcopis & cæteris quibuſque clericis veſtibus Eccleſiaſticis indutis, e domo ac ſedilibus palliis protenſis, atque in gremio Synodi & proſpectu Imperialis ſedis, lectorio ſuperpoſitis ſacroſanctis Evangeliis, venit dominus Imperator Carolus in veſtitu deaurato, habitu Franciſco cum Legatis Apoſtolicæ Sedis ad Synodum. Et cantoribus Antiphonam: Exaudi nos Domine, cum verſibus & Gloria Patri cantantibus, poſt Kyrie eleiſon, & data oratione a Joanne Tuſcanenſi Epiſcopo reſedit dominus Imp. in Synodo. Et legit Joannes Tuſcanenſis Epiſcopus epiſtolas a domino Apoſtolico miſſas. Cum quibus & legit epiſtolam de primatu Anſegiſi Senonenſis Epiſcopi, ut quoties utilitas Eccleſiaſtica dictaverit, ſive in evocanda Synodo, ſive in aliis negotiis exercendis per Gallias & Germanias, Apoſtolica vice fruatur, & decreta Sedis Apoſtolicæ per ipſum Epiſcopis manifeſta efficiantur; & rurſum quæ geſta fuerint, ejus relatione, ſi neceſſe fuerit, Apoſtolicæ Sedi pandantur; & majora negotia & difficiliora quæque ſuggeſtione ipſius a Sede Apoſtolica diſponenda, & enucleanda ſequantur.*

(c) *Aim. l. 5. c. 32. 33.*

Synodus generalis Pontigonenſis in Galliis.

PAGIUS IV. *Synodus Pontigonenſis.*

A num. XVIII. ad XXVI. *Carolus Calvus*, qui in Synodo Ticinenſi ab Epiſcopis & Optimatibus Regni Italici acclamatus eſt Imperator, poſtea *menſe Junio* in Synodo Pontigonenſi ſuſceptus pariter eſt a Gallis Imperator, & Ticinenſia Capitula confirmata. Acta integra recitat Baronius ex Continuatore Aimoini, qui ea exſcripſit ex Annaliſta Bertiniano. Extant tamen & alia ejuſdem Synodi Acta, illa fortaſſe quæ cum Legatis Apoſtolicis dictaſſe, & in Synodo legiſſe dicitur *Odo* Epiſcopus Bellovacenſis, quorum partem Baronius anno ſuperiori num. VIII. & ſeqq. ex Odoranno in Chronico recitat; ſed in his poſterioribus *Anſegiſi* Primatus unanimiter agnitus ac ſuſceptus dicitur; cum tamen in prioribus nihil promoviſſe apud Epiſcopos *Anſegiſus* dicatur. Cum Anſegiſus Senonenſis Archiepiſcopus poſt mortem Ludovici Imp. a Carolo Calvo Romam miſſus fuiſſet, ipſique Imperium a Joanne VIII. & Italiæ Primoribus ut ipſi deferretur effeciſſet, Carolus litteras ab eodem Pontifice obtinuit quibus Primatus in Galliam & Germaniam Cis-Rhenanam Archiepiſcopo Senonenſi confertur. Referuntur eæ a Sirmondo Tom. III. Concil. Gall. dicunturque datæ *IV. Nonas Januarias, indictione*, & recitatæ fuere in Concilio Pontigonenſi. De eo primatu legendi Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. I. cap. V. art. I. §. III. & Gerardus *Dubois* in Hiſt. Pariſienſi lib. 8. cap. 1.

V. *In ea Formoſus damnatus.*

Actum & in Concilio Pontigonenſi de Formoſo, lectaque eſt *Epiſtola Apoſtolici de damnatione Formoſi Epiſcopi, Gregorii Nomenclatoris & conſentientium eis*, inquiunt priora Acta. Baronius num. XXII. ait ſe neſcire, cur Formoſus damnatus fuerit. Sed literæ Joannis VIII. *ad univerſos Gallos & Germanos, XI. Kal. Mai* hoc anno datæ, quæ ordine ſunt CCCXIX.



XIX. Prima Seſſio. *Petentibus autem Epiſcopis, ut eis permitteretur ipſam legere epiſtolam, quibus erat directa, non accquievit Imperator, ſed reſponſum quæſivit ab eis, quid de his juſſis Apoſtolicis reſponderent. Quorum reſponſio talis fuit, ut ſervato ſingulis Metropolitanis jure privilegii ſecundum ſacros Canones, & juxta decreta Sedis Romanæ Pontificum ex iiſdem ſacris Canonibus promulgata, domini Joannis Papæ Apoſtolicis juſſionibus obedirent. Et cum Imperator & Legati Apoſtolici ſatagerent, ut abſolute Archiepiſcopi reſponderent, ſe obedituros de primatu Anſegiſi, ſicut Apoſtolicus ſcripſit: aliud, niſi quod prædictum eſt, reſponſum ab eis extorquere non potuerunt excepto quod * Prothaſius alias Frotarius, Burdegalenſis Epiſcopus quoniam a Burdegala ad Pictavos indeque ad Bituricum favore Principis contra regulas ſe contulit, per adulationem reſpondit, quod Imperatori placere cognovit. Tunc motus Imper. dixit, quod dominus Apoſtolicus ei ſuas vices commiſit in Synodo, & quod iiſdem præcepit, ipſe exequi ſtuderet: & accepit ipſam epiſtolam involutam una cum Jo. Tuſcanenſi & Jo. Aretino, & dedit illam Anſegiſo, & juſſit ſellam plectilem poni ante omnes Epiſcopos Ciſalpini regni ſui juxta Jo. Tuſcanenſem, qui ad dexteram illius ſedebat, & præcepit Anſegiſo, ut ſupergrederetur omnes ante ſe ordinatos, & ſederet in eadem ſella, Rhemorum Archiepiſcopo reclamante, audientibus omnibus, hoc factum ſacris regulis obviare. Imperator autem in ſententia ſua permanſit. Et petentibus Epiſcopis, ut liceret eis ſaltem exemplar ſibi de epiſtola directa ſumere: nec hoc ullo modo impetravere. Et ſic ſoluta eſt Synodus in die illa.*

* al. Frotarius.

XX. Seſſio II. *Decimo Kalend. præfati menſis iterum convenerunt Epiſcopi, in quo conventu lectæ ſunt epiſtolæ a domino Apoſtolico miſſæ; & lecta eſt electio domini Imperatoris, ab Epiſcopis & cæteris Italici Regni firmata; ſed & capitula, quæ in palatio Ticinenſi conſtituit, ab omnibus confirmari fecit, quæ & Epiſcopis Ciſalpinis confirmare præcepit. Et ſic ſoluta eſt Synodus in die illa.*

Seſſio III. *Quinto Non. Jul. convenerunt Epiſcopi ſine Imp. & habitæ ſunt contentiones de presbyteris ex diverſis parochiis clamantibus ad Legatos Apoſtolici. Et ſic ſoluta eſt in hac die.*

Seſſio IV. *Quarto Non. ejuſdem menſis iterum convenerunt Epiſcopi: & Imp. in Synodo reſidens audivit Oratores fratris ſui Ludovici Regis, Vuillibertum Archiepiſcopum Coloniæ, & Adalardum & Menigardum Comites, per quos petiit partem de Regno Ludovici Imp. filii Lotharii fratris eorum, ſicut ei competeret ex hæreditate, & illi firmatum erat ſacramento. Et legit Joannes Tuſcanenſis epiſtolam a Joanne Papa Epiſcopis Regni Ludovici directam, & dedit exemplar Vuiliberto Archiepiſcopo, ut deferret illud præfatis Epiſcopis. Et ſic ſoluta eſt præfata Synodus in illa die.*

XXI. Seſſio V. *Sexto Idus Julii convenerunt Epiſcopi, & circa horam nonam venerunt Legati domini Apoſtolici, Leo Epiſcopus & Apocriſarius ac nepos Apoſtolici, atque Petrus Foroſempronienſis Epiſcopus, deferentes epiſtolas Imperatori & Imperatrici, & ſalutationes Apoſtolici ad Epiſcopos. Et ſic ſoluta eſt Synodus in die illa.* Hujus autem novæ mittendæ legationis Joanni Papæ quæ fuerit cauſa, cum hæc ab auctore ſilentio obvolvatur, ex ejuſdem Pontificis epiſtolis inſpicitur, nimirum ut conceſſa a prædeceſſoribus Francorum Principibus Romanæ Eccleſiæ, ab ipſo novo Imp. confirmarentur: quod ſe obtinuiſſe teſtatur in epiſtola (*a*) ad Gandulphum Epiſcopum Capuanum. Miſſos etiam eoſdem pro neceſſitate Romanæ Eccleſiæ quam pateretur ab ingruentibus Sarracenis & rebellibus Chriſtianis, idem tradit in (*b*) epiſtola ad Boſonem Comitem, & alia ad eoſdem Legatos data.

(a) *Joan. ep. 9.*

(b) *Ibid. ep. 6. 7.*

XXII. Seſſio VI. *Sexto, alias quinto, Idus Julii convenientibus Epiſcopis, lecta eſt epiſtola Apoſtolici de damnatione Formoſi Epiſcopi, Gregorii & conſentientium eis: & præſentata ſunt Imperatori ab Apoſtoli-*



PAGIUS CCCXIX. ejus damnationis cauſam nos edocent. Nicolai Papæ tempore una cum aliis ad Bulgaros directus fuit, Bulgarique eum ſibi Archiepiſcopum *importuniſſime* deprecati ſunt. Ait autem Joannes VIII. Papa in laudata Epiſtola; *Formoſum Portuenſem Epiſcopum, qui a beatæ memoriæ Domino Prædeceſſore noſtro Papa Nicolao in Bulgarum patriam deſtinatus;, noviter in Chriſto regenerati Regis* (nempe Michaelis) *animos adeo ſuis calliditatibus vitiavit, ut terribilibus ſacramentis eum ſibi obſtrinxiſſe teſtatus ſit, ne ſe vivo quemlibet Epiſcopum a Sede Apoſtolica ſuſcepiſſet, ſeque eidem terribilibus nihilominus juramentis, ut ad eum quantocius reverti debuiſſet, obſtrictum fuiſſe profeſſus ſit, quique a nobis proficiſcendi illuc licentiam, literas, & neceſſaria adjutoria impetravit; quoniam jam dudum per ambitionem a minori Eccleſia in majorem videlicet ſanctam Sedem Apoſtolicam, proſilire conatus, plurimos ſibi conſolatores effecit, & nunc per repetitam hypocriſim retrorſum rediens, ſine licentia vel conſcientia noſtra noſtra, propriam parochiam deſeruit, Urbe diſceſſit, & contra ſa-*

Formoſi Epiſcopi Portuenſis damnatio.

*lico miſſa dona, inter quæ fuere præcipua ſceptrum & baculus aureus. Sed & Imperatrici dona ſunt ab eo miſſa, pallia & armillæ cum gemmis. Et ſic ſoluta eſt Synodus in die illa.* Quod ſpectat ad damnationem Formoſi Epiſcopi Portuenſis, cur damnatus ſit, neſcimus: perſecutionem enim ipſum eſſe paſſum, quæ inferius dicentur, oſtendent. Conſtat autem quod huic ſeſſioni intereſſe noluerunt Epiſcopi Galliarum. Pergit auctor:

XXIII. Seſſio VII.

*Pridie Idus Julii convenerunt Epiſcopi, & miſit Imperator Vicarios Apoſtolici increpare durius Archiepiſcopos & Epiſcopos, qui pridie non venerunt, ſicut præcepit. Illis autem canonice rationabilem reddentibus rationem, ſopita eſt increpatio. Et lecta eſt a Joanne Tuſcanenſi iterum epiſtola, jubente Imperatore, pro primatu Anſegiſi. Et quæſita eſt ab Epiſcopis denuo inde reſponſio: & reſpondentibus ſingulis Archiepiſcopis, quod veluti ſui anteceſſores illius anteceſſoribus regulariter obedierunt: ita iis decretis vellent obedire. Tunc facilius illorum eſt admiſſa reſponſio, quam fuerat in Imperatoris præſentia. Et ſic iterum poſt multas contentiones de presbyteris diverſarum parochiarum reclamantibus ad Legatos Apoſtolici, lecta eſt reclamatio Frotharii Burdegalenſis Archiepiſcopi, quia non poterat conſiſtere propter infeſtationem paganorum in civitate ſua, ut liceret ei Bituricenſem Metropolim occupare. Cujus petitionibus unanimitas Epiſcoporum nullatenus acquievit.* Hic finem habuit præſentis diei Actio. Verum quod Epiſcopi Francorum Frothario concedere noluerunt, conceſſit poſtea Joannes Papa, ut ipſius plures epiſtolæ (*a*) eodem argumento datæ declarant.

(*a*) *Jo. Pap. ep. 8. 13. 14. 17.*

XXIV. Seſſio VIII.

*Jubentibus Legatis Apoſtolicis, ut decimoſeptimo Kalend. Auguſti convenirent Epiſcopi mane, circa horam nonam venit Imperator, Germanico more paratus & coronatus, deducentibus eum Apoſtolicæ Sedis Legatis more Romano veſtitis ad Epiſcopos Eccleſiaſticis veſtimentis indutos & cæteris ſecundum modum primæ horæ diei, quando inchoata eſt Synodus, præparatis, ut prius cantata Antiphona: Exaudi nos Domine, cum verſibus & Gloria, poſt Kyrie eleiſon, data oratione a Leone Epiſcopo, reſederunt omnes. Et legit Joannes Aretinus Epiſcopus quamdam ſchedulam ratione & auctoritate carentem. Poſt quam, legit Odo Belgivacorum Epiſcopus quædam capitula a Legatis Apoſtolicis, & ab Anſegiſo & eodem Odone ſine conſcientia Synodi dictata, inter ſe diſſona, & nullam utilitatem habentia, verum & ratione & auctoritate carentia, & ideo hic non habentur ſubjuncta. Iterum mota eſt interrogatio de Anſegiſi primatu, & poſt multas ab Imperatore & Legatis Apoſtolicis contra Epiſcopos querimonias habitas: tantum in noviſſimo, quantum principio Synodi exinde Anſegiſus obtinuit.* Quamvis ſit paſſus præ cæteris adverſarium Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum, de quo iſta habet Frodoardus: *Reſpondet etiam ad Capitula quædam Regni Francorum Epiſcopis a Joanne Papa tranſmiſſa, de privilegiis ſedium per capitula ſeptem; quoniam idem Papa niſus fuerat Anſegiſum Senonenſem Epiſcopum primatem conſtituere, ut Apoſtolica vice per Gallias & Germanias frueretur, cui conatui venerabilis hic præſul Hincmarus efficaciter obſtitit.* Hæc Frodoardus. Sed quæ ſunt reliqua hujus Synodi proſequamur.

XXV.

*Poſt hæc autem perrexit Petrus Epiſcopus Foroſempronii, & Joannes Tuſcanenſis ad cubiculum Imperatoris, & adduxerunt Imperatricem Rachildem coronatam in Synodum. Et ſtante illa juxta Imperatorem, ſurrexerunt omnes, & ſtantes quique in gradu ſuo, incœperunt laudes Leo Epiſcopus & Joannes Tuſcanenſis Epiſcopus. Et poſt laudes actas in dominum Apoſtolicum, & dominum Imperatorem & Imperatricem, & cæteros juxta morem, data oratione a Leone Gravinenſi Epiſcopo, ſoluta eſt Synodus. Poſtea Imperator Legatos numeratos Apoſtolicos Leonem & Petrum remiſit Romam, & cum eis Anſegiſum Senonenſem Epiſcopum, & Aldagarium Auguſtodunenſem Epiſcopum.* Hucuſque Synodi res geſtæ. Paulo poſt (*b*) autem hæc:

(*b*) *Aim. l. 5. c. 34.*

Ludovici Regis Germ. obitus.

*Quinto Kal. Sept. miſit Legatos Apolici Joannem itemque Joannem, & Odonem Epiſcopum cum aliis nuntiis ad fratrem ſuum Ludovicum & filios ejus ac Epiſcopos, atque primores Regni ſui. Quibus miſſis, in via Imp. Cariſſiaci nuntiatum eſt præfatum Ludovicum Regem in Franconofurd palatio v. Kalend. Septemb.*

PAGIUS

*ſalutem Reip. dilectique filii noſtri Caroli a nobis electi & ordinati Principis, cum ſuis fautoribus conſpiravit: niſi amodo intra diem decimum, ideſt, III. Kal. Maii præſentis nonæ indictionis, præſentiam ſuam nobis ſatisfaciendo monſtraverit, auctoritate Dei omnipotentis, ſanctorumque Apoſtolorum Petri & Pauli omnia Eccleſiaſticæ communione privatum eſſe decernimus.* Quid poſtea contigerit, annis ſequentibus videbimus.

VI. *Electio Caroli Imp. confirmata.*

Hoc in Concilio Petrus Foriſempronii, & & Joannes Tuſcanenſis *Richildem* Auguſtam coronatam ad Synodum adduxere, & confirmata ſunt decreta XV. Concilii Ticinenſis confirmataque Caroli Imp. electio. Eidem ſubſcripſere præter duos Legatos, Joannem ſcilicet



*temb. obiiſſe, & iiii. Kalend. ejuſdem menſis in monaſterio S. Nazarii ſepultum fuiſſe, &c.*

XXVI. Carolus Imp. adverſus Ludovicum mittit exercitum.

At quæ ſunt iſta ſequuta? Qui enim non ad id cujus gratia electus eſt Imperator, ad defendendum videlicet Chriſtianum populum ab invadentibus adverſariis, ſed Imperio uſus eſt in tyrannidem: expertus eſt numen infenſum, Deumque vindicem ſenſit. Siquidem ubi fratris audivit obitum Carolus, ad invadendum relictum filiis ab eo Regnum, ingenti exercitu comparato, addixit animum: verum Deo ulciſcente a Ludovico filio Ludovici crebris legationibus pacem rogante, nec obtinente, victus, fugatuſque magna cum ignominia fuit, poſteris factus exemplum, quam ſint invalidæ atque prorſus inutiles armatæ copiæ, & bene inſtructæ, ferrata agmina, quam infirma, in quibus non invenit ſua ſigna juſtitia. Audi miranda. Vix parente ſepulto, Ludovicus filius cogitur imparatus ad bellum formidoloſum progredi, e trabea funerali ad militarem campum feſtinus accurrere, ſed invitus, atque detrectans, præmittens fruſtra Legatos pacis, atque remittens; cum ad Deum exercituum magna fide converſus, quod petiit impetravit. Quæ omnia Aimoinus ejuſdem ſcriptor temporis ſic narrat:

XXVII. Ludovicus omnia pro pace tentat.

*Tunc ipſe* (inquit) *ac Comites ejus jejuniis ac litaniis miſericordiam Domini petierunt, irridentibus eos illis, qui erant cum Imperatore.* Sed quid inſuper? Fide pollens magis quam copiis militaribus juvenis, inconceſſa tentat, ſecurus de divina potentia, & certus de ejuſdem protectione juſtitiæ: præſumit quoque conſcientia ſincera miracula. Ut enim ipſum adverſantem Imperatorem tyrannum injuſtitiam omnino proſequi, & Deum perſequi, palam oſtendat: horrendum hujuſcemodi ob oculos ejus ſpectaculum ponit:

*Decem* (idem ſubdit auctor) *homines cum aqua calida, & decem cum ferro calido, & decem cum aqua frigida ad judicium miſit coram eis, qui cum illo erant, petentibus omnibus, ut Deus in illo judicio declararet, ſi per jus & æquum ille habere debeat portionem de Regno quam pater ſuus illi dimiſit ex ea parte, quam cum Carolo fratre ſuo per conſenſionem illius, & per ſacramentum accepit. Qui omnes illæſi reperti ſunt.* Jam & paulo ante ad Joannem Pontificem Romanum idem Ludovicus ſcripſerat, expetens de ſuis juribus judicium Apoſtolicæ Sedis, prout litteræ ejuſdem Pontificis, ad eum (*a*) redditæ docent.

(*a*) *Joan. ep. 2.*

XXVIII. Miraculis patefacta juſtitia Ludovici.

Quid amplius? cum nullum prætermiſiſſet officium, quod ad pacem conciliandam conſideraret eſſe proficuum; coactus tamdem armis decernere, longe viribus impar, vicit Imperatorem, jam ſolum turpi fuga lapſum ſuæ conſulentem ſaluti. Coacta fugere quoque Imperatrix ipſa Racheldis, in fuga ita eſt timore concuſſa; ut projeciſſe ex utero fœtum potius, quam peperiſſe dici poſſit infantem haud diu futurum ſuperſtitem. O humanarum rerum inconſtantiam, & duram rerum viciſſitudinem. Quæ paucos ante dies Imperatorio ornatu in Synodo viſa eſt omnibus admiranda: modo fugiens, nec tugurio contegi potuit ad pariendum. Sed audi quæ veteres citari conſueti recitent Francorum Annales:

Carolus Imperator divinitus ſuperatus.

*In hoc*, inquiunt, *certamine contra Carolum proculdubio cælitus dimicatum eſt. Nam ſicut captivi inde adducti narrare ſolebant: Apparente Ludovico, & his, qui cum eo erant, tantus timor omnem exercitum Caroli invaſit, ut prius ſe victos putarent, quam ad pugnam venirent. Et quod majoris eſt admirationis, equorum latera, quibus inſidebant, calcaribus tundebant, & cruenta-*

PAGIUS

cet Tuſcanenſem & Joannem Aretinum, Archiepiſcopi VII. & Epiſcopi XLIII. Porro erat *Pontigo* villa Regia, ſita in pago Portenſi ad fluvium, qui haud procul a Victoriaco in Matronam devolvitur, Gallice *Pontion*, de qua legendus Mabillonius lib. 4. de Re diplom. pag. 317.

VII. *Conjugium Boſonis cum Hermengarde Ludovici II. Imp. filia.*

A num XXVI. ad XXX. Annaliſta Bertinianus non ſolum Acta Concilii Pontigonenſis narrat; ſed etiam tradit, *Carolum* Imperatorem Nonas Januarii Roma exeuntem Papiam ſeu Ticinum rediiſſe; *ubi & Placitum ſuum habuit, & Boſone uxoris ſuæ fratre duce ipſius terræ conſtituto, & corona Ducali ornato, & Collegis ejus, quos idem Dux expetiit, in eodem regno relictis* in Galliam rediſſe, ac in monaſterio S. Dionyſii Paſcha celebraſſe. Tum ſubdit: *Boſo poſtquam Imperator ab Italia in Franciam rediit, Berengarii Everardi filii factione filiam Hludovici Imperatoris Hirmengardem, quæ apud eum morabatur, iniquo conludio in matrimonium ſumſit.* Boſo poſt triennium uxoris ſuaſu ſeſe Burgundiæ Regem dixit, ut infra referemus.

VIII. *Moritur Ludovicus Germaniæ Rex.*

Paulo poſt: *Interea baptizati ſunt quidam Nortmanni ab Hugone Abbate & Marchione propter hoc ad Imperatorem adducti & munerati ad ſuos redierunt. Et ut ante, ita & poſtmodum ut Nortmanni more Pagano peregerunt.* Paucis interpoſitis: *V. Kalendas Septembris miſit* (nempe Imperator) *Legatos Apoſtolici, Joannem, itemque Joannem, & Odonem Epiſcopum, cum aliis Miſſis ſuis ad fratrem ſuum Hludouvicum* (Regem nempe Germaniæ) *& filios ejus, ac Epiſcopos atque Primores regni ſui. Quibus miſſis in via Imperatori in Cariſiaco nunciatum eſt, præfatum Hludouvicum Regem in Franconofurt Palatio V. Kal. Septembris obiiſſe & IV. Kal. ejuſdem menſis in monaſterio S. Nazarii ſepultum fuiſſe*, nempe apud Laureſa-

*tabant, & illi quaſi ad ſtipitem ligati immobiles permanebant. Armis quoque ſuis pugnabant, ſed paucos vulnerabant: acies enim armorum quaſi retuſæ eſſent, neminem penitus lædebant. Hæc octavo Idus Octobris contra novellum Sennacherib geſta ſunt, ut qui prius propter mentis elationem Deum cognoſcere noluit: modo victus & confuſus intelligat, quod non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt, & aliquando avaritiæ & ſuperbiæ finem imponat.* Hæc ibi, atque de his hactenus.

XXIX. De Joannis Papæ epiſtola. Sed quæ ſunt anni hujus reliqua proſequamur. Multæ ſunt Pontificiæ actiones, quæ ex epiſtolis Joannis Papæ ad diverſos hoc anno datis colligi poſſunt: quæ autem ab ejus Pontificatus exordio uſque ad menſem Septembris anni hujus datæ ſunt exciderunt; reliquæ vero, nempe quæ ab exordio decimæ Indictionis datæ reperiuntur ex Regiſtro ipſius proditæ in lucem ſunt: quæ enim antiquitus ſcriptæ habentur in Vaticana bibliotheca, jam Romæ cuſæ habentur, ut non ſit opus de ſingulis agere, ſed ex eis aliqua tantum, quæ ad temporis hujus hiſtoriam pertinent, Annalibus jungere, temporis ratione ſervata.

Qui dimiſſi fuerunt ab eodem Carolo Imperatore Apoſtolicæ Sedis Legati ex Synodo Pontigonenſi Leo atque Petrus Epiſcopi, a Boſone Comite in via apud Ticinum retenti ſunt. Cujus rei gratia, idem, qui miſerat eos Joannes Papa ad eum ſcribens (*a*) redarguit, & comminatur niſi dimittat eos. Reprehendit & Legatos ipſos quod minis hominum tenerentur. Nam hæc inter alia habet (*b*): *Præcipimus vobis auctoritate Dei ac Domini noſtri JESU Chriſti, ut memores antiquorum S. Eccleſiæ Legatorum, qui nullis minis, nullis terroribus nulliſque mortibus a ſuis legationibus diſceſſerunt, præſentialiter auctoritate hujus epiſtolæ initium ad nos revertendi facere ſtudeatis. Sed ſi permiſſi fueritis, ſtatim ad nos revertimini. Si vero aliquis vos impedierit: violentiam, quam patimini, ut cunctis Chriſticolis valeat propalari, nobis continuo revelare ſtudete: quatenus in eo, quod contra morem gentium Apoſtolicæ Sedis legatio, ecce ſecundo naufragium*

(a) Joan. ep. 7.
(b) Idem ep. 6.

PAGIUS famenſe monaſterium juxta patrem, ut legitur in fragmento Chronici Laureſamenſis Monaſterii, ubi ejus tumulus etiam hodie cernitur. [1] Princeps fuit belli & pacis artibus apprime clarus, & juris divini humanique peritus. Krantzius lib. 2. Wandaliæ cap. 25. de eo ſcribit: *Ludovicus Rex Germaniæ Normannos fœderibus ſine prælio, hoc modo retinuit, ut cum Franciam totam vaſtaverint regno ejus minime nocuerunt. Poſt cujus mortem omnia turbari cœperunt. Nam Bohemi, Sorabi, Suſi, & veteres Vvandali (quos ipſe tributarios tum habebat) ſervitutis jugum excuſſerunt.* Suſcepit ex Emma uxore, anno ſuperiori, ut teſtatur Annaliſta Bertinianus, demortua, filios tres, inter quos bona ſua diviſit. *Carolomanno* Bojoaria, Pannonia, Bohemia, Carantania & Moravia obtigere; *Ludovico* Orientalis Francia, Thuringia, Saxonia, Friſia, & pars Lotharingiæ; *Carolo* vero Alemannia. Hic poſtea ſub *Caroli Craſſi* nomine imperavit, *Carolomannus* vero pater fuit *Arnulphi* Imperatoris.

IX. *Carolus Imp. in acie victus.* Imperator Ludovici fratris morte lætus filiorum Regnis inhiabat, indeque quinquaginta pugnatorum millia in Germaniam rapuit, & omnia prædis populationibuſque infeſtavit. *Ludovicus* Germaniæ Rex nondum juſtis patri perſolutis, celeritate quam potuit maxima exercitum collegit, & cum nihil a patruo obtinere poſſet, motis ſilentio caſtris Rhenum trajecit. Pauci ei aderant, pleriſque di-

NOTÆ [1] EPocha regni *Ludovici* II. Germaniæ regis, *Ludovici* filii poſt obitum patris adnotatur in diplomate ejuſdem *Ludovici* pro monaſterio *Indenſi* apud Martenium tom. I. Collect. ampliſſ. Anecdot. pag. 202. *Data Idibus Martii anno I. regni Ludovici ſereniſſimi regis in Orientali Francia Indict. X. Actum Triburia.* Id convenit anno Chriſti 877. Item aliud in eadem Collectione tom. II. pag. 30. *Dat. VII. Kal. Junii anno Incarnationis Dominicæ* DCCCLXXVII. *Indict. X. regni anno primo.* De obitu *Ludovici* Germaniæ regis vide Eccardum rer. Francic. Lib. XXXI. n. CCXXXIII. GEORGIUS

[1] CAroli Craſſi regnum non ſtatim ab obitu Ludovici Germaniæ regis patriſque ſui incipiendum eſſe demonſtrat autographum ejus Diploma quod a Joanne Friderico Schannat in Traditionibus Fuldenſibus num. DXXII. vulgatum eſt. Mandat in eo Carolus, ut certum quoddam precum penſum a Monachis Fuldenſibus ſibi quotannis perſolvatur *in annuali conſecrationis ſuæ die, hoc eſt in Epiphania domini.* Hæc verba nec de regno ſuo Italico, cujus epocham in eo diplomate negligit, nec de Imperio accipienda eſſe, ex eo conſtat, quod Imperium die Natalis Domini ex coevorum omnium conſenſu cœpit. Regni igitur Germanici exordium ſignant; nec alium annum ferunt, quam diem Epiphaniæ anni 877. Epochæ huic belle congruunt Diplomatis ejuſdem notæ chronologicæ; datum enim legitur: *VIII. Kal. Octobris, an.* DCCCLXXXV. Indictione III. (in Septembri non mutata) *anno regni VIIII. Imperii V.* Profecto ſi Carolus regni epocham ſtatim a Patris obitu cœpiſſet, cum Ludovicus die V. Kal. Septembris obierit, exeunte Septembri anno 885. regni annum decimum egiſſet. Cœpit ergo epocha illa die Epiphaniæ anni ſequentis. MANSI



*gium paſſa eſt, citiſſimum conſilium, confortante nos Domino, præparemus.* Hæc Joannes.

XXX. Legati Apoſtolicæ Sedis dimiſſi liberi. Verum Legatos ipſos dimiſſos fuiſſe liberos, perveniſſeque Romam incolumes, aliæ (*a*) ejuſdem Pontificis litteræ docent, quibus pariter redditur (*b*) manifeſtum ab eodem Imp. Carolo miſſos Romam Legatos Anſegiſum Archiepiſcopum Senonenſem, & Aldagarium Epiſcopum Auguſtodunenſem, cujus legationis meminit etiam (*c*) Aimoinus.

Sarraceni infeſtant regiones urbi proximas. Erat autem, his diebus Romanæ Urbis & adiacentium provinciarum ſtatus infelix ob Sarracenorum infeſtationem, quam in pluribus hoc anno (*d*) datis epiſtolis idem Joannes Papa deplorat, præcipue vero cum de his ſcribit ad Carolum Imp. epiſtolam, qua non ſolum queritur de Sarracenorum, ſed & de Marchionum infeſtationibus; quæ omnia, ut facilius aſſequaris, hic tibi ipſam totidem verbis reddimus. Sic ſe habet (*e*):

(a) Idem ep. 9. 15.
(b) Idem ep. 23.
(c) Aim. l. 5. c. 33. in fine.
(d) Joan. ep. 1. 6. 7. & aliis
(e) Idem ep. 21.

*Joannes Epiſcopus Carolo Imperatori.*

XXXI. Joannis Papæ epiſtola ad Carolum Imp. pro auxilio contra Sarracenos. *Quanta & qualia per impiam gentem patiamur Sarracenorum, quid dicam? quæ ſcribere quilibet ſtylus non ſufficit; cum omnia ligna ſilvarum, ſi vertantur in linguas, narrare non valeant: quorum quia ex his quædam veſtra jam didicit excellentia: prædiſpoſuit exercitum ſuum ad hæc removenda cum valida manu dirigere. Quo nos audito, mox elevatis manibus, Dominum collaudavimus, ejuſque clementiam, pro Imperio veſtro lætantes, protinus exoravimus. Sed quanto, fili chariſſime, lætati ſumus in his, quæ dicta ſunt nobis, tanto, heu, triſtati & ramaricati, quia quæ dicta ſunt, rerum non ſunt effectibus conſummata. Reverſi quippe ſunt, ut audivimus, ſolis paganis gaudium, nobis autem nonniſi tribulationem inenarrabilem reliquerunt. Et ecce, proh dolor, inimicis Crucis Chriſti gratulantibus, ſolus Fidelium cætus magna amaritudine conſumitur. Chriſtianorum ſanguis effunditur, devotus Deo populus continua ſtrage vaſtatur. Nam qui evadit ignem vel gladium, præda efficitur, captivus trahitur, & exul perpetuus conſtituitur: En civitates, caſtra, villæ deſtitutæ habitatoribus perierunt. Et Epiſcopi hac illacque diſperſi, ſoli illis Apoſtolorum Principis Limina derelicta ſunt in refugium, cum Epiſcopia eorum in ferarum ſint redacta cubilia: & ipſis vagis & ſine tectis inventis, non jam eis liceat prædicare, ſed mendicare.*

XXXII. *Ecce, chariſſime, pervenit gladius uſque ad animam. Ecce dies, in qua clamamus: (f) Beatæ ſteriles quæ non genuerunt. Ecce illa periculoſa tempora Pauli voce (g) prædicta. Libet ergo cum Jeremia clamare: (h) Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, ut plangam tantam & talem miſeriam, tale ac tantum excidium patriæ? Sedet in triſtitia, quin potius in ruina domina Gentium, Regina urbium, mater Eccleſiarum, conſolatio triſtium, portus periclitantium. Ecce, inquam (i) revera dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ. Præterito quippe anno ſeminavimus. Quid eſt? ſed non collegimus. Hoc vero anno quia non ſeminavimus, nec eſt recolligendi fiducia.*

(f) Luc. 23.
(g) 2. Tim. 3.
(h). Jerem. 9.
(i) Soph. 1.

XXXIII. Marchiones Chriſtiani Saracenis comparati. *Quid de paganis dicimus, cum Chriſtiani nil melius operentur? Quidam videlicet ex confinibus & viciniis noſtris, quos Marchiones ſolito nuncupatis..... nam (ut prophetice (k) dicamus) reſiduum locuſtæ comedit bruchus. Et quidem Sarracenis incredulis, qui ſunt filii ancillæ, forte relinquitur; ab illis, qui per fidem liberæ deberent exiſtere filii, uſque ad terram depaſcimur. Quid enim illi faciunt, & iſti pejora non faciunt? illi terram, iſti * cum Petro nihil ex civitatibus vel ex rure dimittunt: illi excidunt gladio, iſti ablatis omnibus fame trucidant; illi in captivitatem ducunt, iſti in ſervitutem redigunt. Et cum quæritur quis adverſus hoſtes dimicet, inveniuntur nulli, cum ſcilicet eorum oppreſſione retenti, ad mandatum noſtrum recurrere nulli prorſus inveniantur. Sed cum undique anguſtiati clamamus, non eſt qui audiat, non eſt qui adjuvet, non eſt qui ſalvum faciat*

(k) Joel. 1.
* quæ Petri.

PAGIUS diſperſis, & pabulatum egreſſis; ſed tanta fuit Saxonum vis, & animorum audacia, ut Imperatoris legiones disjecerint, & ad ipſa ligna penetrarint. Tum non amplius pugna, ſed cædes & ſtrages fuit. Imperator ipſe vix inſequentium manus evaſit. Ingens victoribus præda ceſſit, auri argentique immane pondus: impedimenta omnia, & gaza Regia direpta. *Acta eſt hæc ſtrages VIII. Id. Octobris* ut Annaliſtæ Bertinianus & Metenſis habent, qui fuſius hoc bellum narrant.

X. A num. XXX. ad XXXVII. Baronius ex Epiſtolis Joannis VIII. ad varios ſcriptis oſtendit quam infœlix ſtatus fuerit Romanæ urbis & adiacentium Provinciarum, ob Saracenorum infeſtationem: *Cogitate*, inquit Joannes Papa in Epiſtola XXI. ad Carolum Imp. data) *Dei cultor ſemper Auguſte, a Propheta præmonite: Si hæc humiliatur*, (nempe Eccleſia) *ad cujus confugietis auxilium? Vel ubi relinquetis gloriam veſtram? Perpendite quia ſi hæc humiliatur, non ſolum gloria imperii veſtri periclitabitur, ſed & ipſa profecto Chriſtianæ religionis cultura maxima ex parte peribit. Et ideo talia ſcientes, nolite quæſo jam differre.* Verum Imperator de nepotum ſuorum Ditionibus invadendis non vero de Italia defendenda cogitabat.

*Sarraceni Italiam affligunt.*

Ad

*ciat, niſi tu fili chariſſime & Imperator clementiſſime, qui poſt Deum factus es nobis in refugium & ſolatium & auxilium.*

XXXIV. *Quocirca totis præcordiis totiſque commoti viſceribus, cum Epiſcopis & preſbyteris ac proceribus, totiſque plebis nobis olim commiſſæ reliquiis deprecamur. Jube tamdem aperire aures, audire gemitum & ſingultus omnium noſtrum, porrigere manum, & præſtare opem patriæ periclitanti, civitati inter multas miſerias & ærumnas iacenti, & huic Eccleſiæ Matri veſtræ, a qua non ſolum regnandi, ſed & in Dominum unum & verum credendi exordium percepiſtis, quæ in ultimo, ſpreto magno & bono fratre, Ludovico videlicet, vos amore Dei, gratuita voluntate tamquam alterum Regem David elegit, & prælegit, atque ad Imperialia ſceptra provexit.*

XXXV. *Cogitate itaque Dei cultor ſemper Auguſte, a Propheta præmonite: (a) Si hæc humiliatur, ad cujus confugietis auxilium? vel ubi relinquetis gloriam veſtram? perpendite quia ſi hæc humiliatur, non ſolum gloria Imperii veſtri periclitabitur, ſed & ipſa profecto Chriſtianæ religionis cultura maxima ex parte peribit. Et idcirco talia ſcientes, nolite quæſo jam differre. Nolite de die in diem induciis non profuturis abuti. Cum Proverbiatore clamo: (b) Ne dicatis amico veſtro, Vade, & revertere: cras enim dabo tibi: & alias: (c) Quod poteſt, inquit, manus tua facere: inſtanter operare, &c. Neſcitis, namque (ut cum venia veſtra dicam) quid ſuperventura pariat dies. Ita ergo, fili cariſſime, de hac Eccleſia, nec non & patria velociter & prudenter excogitate & ordinate, ut ſaltem ipſæ pauciſſimæ reliquiæ ſalvæ ſint, quæ remanſerunt; quæque quotidie & catervatim gladio & præda diſpereunt. Occurrite ſtrenue, ſubvenite celeriter, & manu conſolationis veſtræ ab oculis noſtris tandem abſtergite lacrymas, quatenus ſuper illis & præſentialiter, Deo propitio, gaudeatis, & in futuro frequenti ac laudabili relicta fama ſuperſtite, cum Chriſto perpetes in cœleſtibus imperetis. Data decimoſeptimo Kal. Decembris Indictione* X. Hæc ad Carolum Ioannes in fine anni hujus.

(a) *Iſa.* 10.
Damna Rom. Eccleſiæ Rom. Imp. eſſe communia.
(b) *Prov.* 3.
(c) *Eccl.* 9.

XXXVI. Sed & ad ejus conjugem Rachildem (d) Auguſtam eodem argumento epiſtolam ſcripſit, cui (ut ibi narratur) hanc provinciam ipſe commiſerat Imperator. Sed hæc omnia fruſtra. Clade enim recenti adhuc dolens, magis ipſi ſua, quam aliena vulnera curæ fuerunt. Alias enim ſed fruſtra de his fuit ad ipſum ſæpe ſcribendum ut ex iis quæ ſequenti anno dicturi ſumus, liquido apparebit.

(d) *Joan. ep.* 26.

Quinam autem fuerunt Principes illi Chriſtiani, de quibus queritur: ex aliis ejus epiſtolis, quibus quos fideles, quos vero infideles Principes ſit expertus, idem Pontifex declarat, apparet: (e) illis enim laudat fidelitatem Guaiferii Principis Salernitani, & ejus fratris Pulcharii Præfecti Amalphitani: deteſtatus vero eſt perfidiam Sergii (f) Ducis Neapolitani & (g) Adelgiſi Ducis Beneventani; hi enim cum Sarracenis fœdus inierunt. A quo ut abſtineat, monet eumdem Guaiferium Principem Salernitanum, ad quem hæc inter alia: *Interim autem ſtate in fide, viriliter omnes agite, & confortetur cor veſtrum, non in Sultan (qui ſatan congruentius dicitur) ſed ſperantes in Domino; ita ut omnes a paganorum conſortio ſubducatis, & vos ad pacem in invicem & concordiam uniatis in Chriſto JESU Domino noſtro, &c.* Hæc ad dictum Principem hoc anno in fine ipſius, nempe XV. Kal. Jan. His autem pariter perturbationibus factum, ut quod idem Pontifex indixerat celebrandum in fine anni Concilium Romæ, non fuerit proſequutus. Cujus argumenti ad diverſos Epiſcopos extant ejuſdem Pontificis datæ litteræ.

(e) *Idem ep.* 3. & 28.
(f) *Idem ep.* 5.
(g) *Idem ep.* 28.
Qui fideles qui infideles Eccleſiæ Rom. principes.

XXXVII. Hoc eodem anno Anaſtaſius Bibliothecarius (h) vitam S. Dionyſiii Areopagitæ a S. Metodio ſcriptam, a ſe autem in Latinum tranſlatam, miſit ad Carolum Calvum Imperatorem. Non extat vita ipſa, ſed tantum nuncupatoria ad ipſum Carolum data epiſtola, in cujus fine ita ſignat datæ epiſtolæ tempus: *Actum menſe Junio, Indictione nona, anno Pontificatus viri beatiſſimi Joannis Octavi Papæ quarto, Imperii vero domini clementiſſimi Caroli ſemper Auguſti primo.* Hæc ibi. Sed & Ericus monachus Antiſiodorenſis ſcriptos a ſe libros

(h) *Apud Sur. Tom.* 5. *die* 3. *Octob. in fine Areop.*
Anaſtaſius Bibl. mittit vitam Dionyſii ad Carolum Imp.

PAGIUS XI. Ad num. XXXVII. & ſeqq. Anaſtaſius Bibliothecarius, poſtquam ex urbe Byzantina Romam rediit, totum ſe libris Græcis in Latinum ſermonem vertendis addixit. Hiſtoriam enim ſeu Chronographiam contexuit ex tribus Auctoribus Græcis, Nicephoro Patriarcha Conſtantinop. Georgio Syncello & Theophane, cum Præfatione *ad Joannem Diaconem urbis Romæ*, qui conſilium ſcribendæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inierat, ut in ea Præfatione inſinuat Anaſtaſius, in cujus etiam gratiam ſcripſit quoque *Collectaneum de iis, quæ ſpectant ad Hiſtoriam Monothelitarum hæreticorum*, a Sirmondo publicatum. Varia pariter Sanctorum Acta e Græco in Latinum vertit, quorum quædam abſque ejus nomine, quædam typis inedita, alia vero vulgata ſunt, de quibus legendus Mabillonius in Muſeo Italico part. II. in Obſervationibus ad Epiſtolam Joannis S. Rom. Eccleſiæ, Diaconi *de Variis ritibus ad baptiſmum*

*Anaſtaſii Biblioth. variæ Verſiones.*



bros de vita S. Germani ad eumdem Carolum jam Imperatorem creatum mittens in epiſtola nuncupatoria ad ipſum data de diligenti ſtudio ejuſdem Imperatoris in reparandis jam collapſis ſtudiis bonarum litterarum, hæc habet laude digniſſima:

XXXVIII *Multa ſunt tuæ monumenta clementiæ, multa ſymbola pietatis: illud maxime tibi æternam parat memoriam, quod famoſiſſimi avi tui Caroli ſtudium erga immortales diſciplinas non modo ex æquo repræſentas, verumetiam incomparabili fervore tranſcendis, dum quod ille ſopitis eduxit cineribus, tu fomento multiplici, tum beneficiorum, tum auctoritatis uſquequaque provehis. Ne enim noſtra inertia, quæ ſua ſponte complectitur cæcitatem, velum ſibi excuſationis de ignorantia obduceret, neve de præceptorum inopia merito cauſaretur: id tibi ſingulare ſtudium effeciſti, ut ſicubi terrarum magiſtri florerent artium, quarum principalem operam philoſophia pollicetur, hos ad publicam eruditionem undecumque tua celſitudo conduceret, comitas attraheret, dapſilitas provocaret. Luget hoc Græcia novis invidiæ aculeis laceſſita, quam ſui quondam incolæ cum Aſianis opibus aſpernebantur, tua potius magnanimitate delectati, ſtudiis allecti, liberaliter confiſi. Dolet, inquam, ſe olim ſingulariter mirabilem, & mirabiliter ſingularem a ſuis deſtitui. Dolet certe ſua illa privilegia, (quod numquam hactenus verita eſt) ad climata noſtra transferri. Quid Hiberniam memorem contempto pelagi diſcrimine pene totam cum grege philoſophorum ad litora noſtra migrantem? quorum quiſquis peritior eſt, ultro ſibi indicit exilium, ut Salomoni ſapientiſſimo famuletur ad votum.*

Carol. Imp. optime meritus de bonis litteris.

XXXIX. *Itaque, Cæſar invictiſſime, pene eſt, ut univerſus orbis in te ſtatuat controverſias, novis adverſum te declamationibus invehatur: qui dum te, tuoſque ornamentis ſapientiæ illuſtrare contendis, cunctarum fere gentium ſcholas & ſtudia ſuſtuliſti. Sublatis enim præceptoribus, confine & conſequens eſt, facile omnium ingenia congelaſſe. Ita namque ſpretis cæteris, in eam mundi partem, quam tua poteſtas complectitur, univerſa optimarum artium ſtudia confluxerunt, ut veriſimile habeam, jam dudum eas humanæ*

Undique viri docti in Gallias ad Carolum confluunt.



PAGIUS *mum pertinentibus, & aliis obſervatione dignis*, quam ibidem pag. 69. Mabillonius publici juris fecit, & tam de Anaſtaſii, quam de Joannis Diaconi incerto anno demortui Opuſculis egit. Cæterum licet Verſio Anaſtaſiana Theophanis non multum ſit accurata; in hoc tamen Hiſtorico legendo juvabit eam quandoque conſulere, ſicuti Verſionem Rufini & Chriſtophorſoni in legendo Euſebio ab Henrico Valeſio Latinitate donato, cum Recentes aliquando cæcutierint in variis, quæ Veterioribus perſpicua fuere, & vice verſa.

XII. Baronius num. XXXVII. notat Anaſtaſium Biblioth. Vitam *Sancti Dionyſii Areopagitæ* a Sancto *Methodio* Patriarcha Conſtantinop. editam, hoc autem anno a ſe in Latinum tranſlatam miſiſſe ad Carolum Calvum Imp. cum in Epiſtola ad ipſum Carolum data ſcriptum ſit. *Actum menſe Junio, indictione IX. anno Pontificatus viri beatiſſimi Joannis VIII. Papæ IV. imperii vero domini clementiſſimi Caroli ſemper Auguſti primo.* Subdit Baronius eam Vitam nunc non extare. Verum Franciſcus Chiffletius illam ab aliquot annis cum Diſſertatione *de uno Dionyſio* publicavit, & Sanctum Dionyſium Areopagitam Pariſienſes fidem Chriſtianam docuiſſe, inde valide probari exiſtimavit. Sed cum *Methodius* anno DCCCXLVI. denatus ſit, & ante eum Chriſti annum *Hilduinus* Abbas Monaſterii Sancti Dionyſii traditionem eam vulgarit, nihil ſcripſit *Methodius* quam quod Franci hac de re cum Græcis antea communicarant; præſertim cum in Methodio plura ſint *Hilduino* conſentientia. Sub Principatu Caroli Calvi hæc de Dionyſio Areopagita opinio vires acquiſivit. *Hincmarus* enim Rhemenſis Archiepiſcopus Hilduini ſententiam novis circumſtantiis muniit, ut obtrectatoribus os clauderet, linguamque reprimeret, dicentibus rem eſſe novam, fictitiam, & non antea auditam; ipſumque *Uſuardum* San-Germanenſem Monachum tacite ſaltem refelleret, qui in Martyrologio ſcripſerat *Dionyſium Pariſienſem* ſub Maximiano paſſum fuiſſe longe ab ætate Areopagitæ. Extat Hincmari Epiſtola ad Carolum jam *Auguſtum* data, ideoque hoc vel ſequenti anno, in qua ait, lectam a ſe Dionyſii paſſionem Græce dictatam, & ab Anaſtaſio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Bibliothecario Latine conſcriptam, ſeque inveniſſe eam conſonare his quæ in adoleſcentia legerat, *videlicet per quos ac qualiter geſta B. Martyris Dionyſii ſociorumque ejus ad Romanorum cognitionem, indeque ad notitiam Græcorum pervenerint.*

*Anaſtaſius Biblioth. Vitam S. Dionyſii Areopagitæ Latinam facit.*

XIII. Hæc tamen Hilduini, Hincmari, Anaſtaſii, & aliorum opinio, quæ hoc tempore nova erat non omnibus Viris doctis placuit, licet hoc & octavo ſæculo antiqua ad examen revocare uſus non ferret. *Joannes* enim *Scotus*, poſtquam de Dionyſio Areopagita ſermonem habuit, teſtimoniumque protulit Dionyſii Corinthii, Polycarpi & Gregorii aientium eum fuiſſe B. Pauli diſcipulum, & conſtitutum Epiſcopum Athenarum, ſcribit: *Hunc eumdem non præfati viri, ſed alii moderni temporis homines aſſerunt, quantum Vita a fidelibus viris tradita teſtatur, temporibus Papæ Clementis Romam veniſſe, & ab eodem prædicandi gratia in partes Galliarum directum*, ubi Joannes Scotus hanc opinionem unico, ſed ſolido fundamento reiicit, quod nova eſſet, non auſus pluribus *Hincmaro* contradicere, qua is tunc maxima apud Carolum Calvum pollebat auctoritate. Liquet etiam ex Anaſtaſio Biblioth. in Epiſtola laudata ad Carolum Calvum Imp. hoc tempore haud paucos pugnaſſe contra Hilduini, Methodii & aliorum Recentiorum opinionem; cum indicet quibuſdam perſuaſum eſſe Dionyſium Pariſienſem alium eſſe ab Areopagi-

*Ea Vita a multis tunc rejecta fuit*

*uæ inertiæ peroſas terris penitus exceſſiſſe, niſi tuæ integritatis amplitudine tenerentur; in qua etiam unicum ſuæ profeſſionis culmen ac faſtigium mirabiliter collocarunt. Hinc eſt, quod cum ſit perantiqua ſententia: Silent leges inter arma: hæ tamen tam belli, quam pacis tempore apud te plurimum ſemper obtineant dignitatis, ita ut merito vocitetur ſchola, Palatium, cujus apex non minus ſcholaribus, quam militaribus conſueſcit quotidie diſciplinis. Quidquid igitur lit-*

PAGIUS gita: *Ceſſet ergo*, inquit Anaſtaſius, *jam quorundam opinio perhibentium non eſſe Areopagitam Dionyſium eum, qui prope Pariſium corpore ac virtutibus redolet.* Denique *Uſuardus* Monachus monaſterii Pariſienſis ſancti Germani, qui tempore Caroli Calvi floruit, eique ſuum Martyrologium obtulit, ut ſæculo octavo oſtendimus, antiquam Eccleſiæ Pariſienſis traditionem, quam nullus ferme conteſtatus fuerat ante ætatem Caroli Magni vel Ludovici Pii, in eo retinuit, diverſos dies utrique Dionyſio tribuens. Significaverat ei *Carolus Calvus*, quod in ipſomet aſſerit, ut quidquid in Eccleſiaſticis libris deſiderari intelligeret, iſtud ſuppleret. Imprimiſque a Rege admonitus eſt, ut quod in diverſis locis, de diverſis Sanctorum memoriis ſparſum eſſet, ipſe colligeret. Quare cum videret utrumque *Dionyſium*, Areopagitam ſcilicet & Pariſienſem, diverſis diebus, & utriuſque martyrium in variis locis conſignari, & Summos Pontifices & ſanctos Patres in Conciliis, ſi quando libros, qui ſub nomine Sancti Dionyſii Areopagitæ legebantur, citare contigeret, eos ſub nomine Dionyſii Epiſcopi Pariſienſis & Martyris celebraſſe, uti Martinum, Agathonem, Hadrianum Primum Romanos Pontifices, & Patres ſextæ Synodi, facile intellexit, tum Græcis tum Latinis ſuum fuiſſe *Dionyſium*, & novæ de unico Dionyſio ſententiæ haud ſibi adhærendum eſſe. Sed jam an. DCCCXXXIV. num. VIII. & ſeqq. de hac controverſia ſatis ſuperque actum.

XIV. *Depoſitio Hincmari Laudunenſis Epiſc. a Joanne PP. confirmata.* Inter cætera negotia, quæ Romæ cum Joanne VIII. confecit *Carolus* Imperator, non poſtremum fuit *Concilii Duziacenſis*, in quo *Hincmarus* Laudunenſis Epiſcopus depoſitus fuerat, confirmatio. Pontifici enim res ab homine male geſtas, communes omnium querelas, & legitimam Synodi cognitionem coram enarravit, illumque induxit, ut mox ad *Hincmarum*, Remenſem ejus Metropolitanum literas daret, quibus ratum habuit ejus judicium, & alium in depoſiti locum ſuffici juſſit. Refert eam Epiſtolam Sirmondus Tom. III. Concil. Gall. pag. 422. in cujus calce alia manu ſcriptum: *Data eſt Romæ Theodorico juſſu Papæ Joannis & Domni Caroli novi Imperatoris, per manus Anaſtaſii Bibliothecarii, in Secretario Eccleſiæ ſancti Petri, anno Incarnationis dominicæ DCCCLXXVI. Nonis Januarii; indictione IX. Et delata eſt ab eodem Theodorico in civitate Rhemis Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo, eodem anno & eadem indictione, V. Idus Martii.* Curante eodem Hincmaro Metropolitano Clerus & plebs Laudunenſis elegere *Hedenulfum*, ut conſtat ex Decreto Cleri Laudunenſis, Hincmaro Archiepiſcopo & Epiſcopis Diœceſeos miſſo: quod recitat Sirmondus laudatus pag. 430. in cujus fine legitur: *Actum V. Kalendas Apriles, anno Incarnationis D. N. Jeſu Chriſti DCCCLXXVI. regni domni Karoli Imp. XXXVI. ac imperii primo indictione IX.*

XV. *Hincmarus* Laudunenſis annos duos in exilio egit, aliqua illorum parte conſtrictus vinculis in cuſtodia, & ſub finem oculis privatus, ut in ſua Reclamatione, de qua anno ſequenti, lamentatur. *Idem Hincmarus excæcatur.* Ita nimirum præteritam rebellionem vindicante Principe, ut futuræ poteſtatem omnem eriperet; in quam tamen, jam miſer, ſed nondum perdomitus totis viribus *per ſe & alios* incumbebat. Sic *Ludovicus* Germaniæ Rex *Reſticium* Vinidorum ſeu Moravorum Regulum judicio Procerum morti addictum, excæcari, & in monaſterium trudi imperavit, ut docent Annales Fuldenſes ad annum DCCCLXX. & ipſemet Carolus Calvus *Carlomannum* filium in Synodo Sylvanectenſi exauctoratum, & ad communionem laicam redactum, apud ſæculares Judices novorum criminum poſtulavit, & capitis damnatum, *mitiori ſententia, ut locum & ſpatium pœnitendi haberet, & graviora admittendi locus & ſpatium, ſicut meditabatur, non daretur, luminibus, acclamatione cunctorum qui adfuerunt, orbari* juſſit, inquit Continuator Aimoini lib. 5. cap. 29. Sunt qui hujus ſupplicii auctorem credant fuiſſe *Hincmarum* Metropolitanum ejus avunculum. Verum hoc non ſiluiſſent per ea tempora tot æmuli ejuſdem Hincmari Rhemenſis, nec omiſiſſet nepos infenſiſſimus in illa Reclamatione, in qua nihil prætermiſit ad ejus invidiam, ut inquit Cellotius in Vita Hincmari Laudunenſis §. 20. ubi plura de hac excæcatione habet.

XVI. *Normanni a Friſiis ſuperati.* Difficile eſſet clades omnes a Normannis Galliis illatas referre, ſed quia eæ magnum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lumen affundunt nobis præcipuæ in hoc Opere non prætermittendæ: *Friſiones*, inquit Annaliſta Bertinianus, *qui vocantur Occidentales cum Nortmannis dimicantes victores extiterunt, omneſque theſauros quos Nortmanni plurima loca ſpoliando congregaverant, abſtulerunt, atque inter ſe diviſerunt.*

XVII. *Anglia a Normannis devaſtata.* Sed antequam geſtis hoc anno a Normannis in Gallia finem imponam, narranda hic quæ ab illis in Anglia patrata, ante adventum *Rollonis* ex ea Inſula in Gallias. *Alfredo* Angliæ Rege in mari occupato, Dani qui diverſi non erant a Normannis, *Vvarrhamum* fortiſſimum Oppidum in agro Dorcetenſi ſitum aggreſſi ſunt quod cives defenderunt, donec in terram deſcendent Alfredus, ad pugnam hoſtem laceſſivit; hic tamen manus conſerere, metuens elegit *datis obſidibus, dilationem quærere, quo uſque fortiori militia ſtipati æquali poſſent lance pondus certaminis ſuſtinere*, inquit Vveſtmonaſterienſis ad hunc Chriſti annum. Quia vero nota erat Barbarorum perfidia, *Aelfred Rex*, inquit Aſſerus, *fœdus firmiter, ea conditione cum exercitu pepigit, ut ab eo diſcederent. Cui ille exercitus electos obſides, quantos ſolus nominavit, ſine ulla controverſia dedit: necnon & ſacramentum in omnibus Reliquiis, quibus ille Rex maxime poſt Dominum confidebat, juravit: in quibus & ſuper armillam, ſuper quam nec alicui genti prius jurare voluit, citiſſime de regno ſuo ſe exiturum eſſe.* Vix Barbarus ex Occidente diſceſſerat, cum furtivo reditu, inopinatum Regem invadit, & inermem fere proſternit; nulla juramenti, datæque



*litteræ poſſunt, quidquid aſſequuntur ingenia, tibi debent.* Iſta Ericus, de quo in libro de illuſtribus Eccleſiaſticis ſcriptoribus Sigebertus: *Ericus monachus vitam Germani Antiſſiodorenſis Epiſcopi ſtylo metrico ſex libris luculenter deſcripſit.* Subiicit & de Milone: *Milo monachus S. Amandi ſcientia litterarum clarus ſcripſit metrico ſtylo ad Carolum Regem librum de ſobrietate.* Subnectit item & de Hubaldo monacho S. Amandi, quem inter alias lucubrationes ſcripſiſſe teſtatur ad eumdem Imperatorem Carolum Calvum librum trecentorum ver-

*Ann. Eccl. Tom.XV.* Pp 2

PAGIUS que fidei reverentia. Quod facinus cum *Alfredus* caſtigare feſtinaret, Barbari in Devonienſem Comitatum diſceſſere, ubi *Exoniam*, nobiliſſimam urbem ad *Iſcam* fluvium ſitam, concuſſere. Ibi hoc anno hyemarunt, & Eccleſias ac monaſteria, quæ ibi erant illuſtria, devaſtarunt. Matthæus Parkerus in Antiquit. Britann. pag. 72. veritus non eſt ſcribere omne Monachorum genus hac tempeſtate extinctum eſſe: immo Deum cum Danis pugnaſſe, ut monaſticum inſtitutum, & *ſuperſtitioſi ac diabolici Monachorum ritus penitus tollerentur.* Verum Alfordus hoc anno numero IV. & ſequent. oſtendit, floruiſſe regularem diſciplinam in Anglia, hoc annorum curriculo, quo Parkerus cauſatus tam immanem eclypſim fuiſſe. De pacto illo & perfidia Barbarorum verba hoc anno faciunt Hovedenus in ſuis Annal. pag. 417. Ethelverdus lib. 4. cap. 3. Annaliſta Mailroſenſis, & alii.

XVIII. *Rollo Normannorum Dux primum in Normanniam venit.* Guillelmus Gemmeticenſis Monachus lib. 2. Hiſtoriæ Normannorum, in quo narrat Geſta Rollonis primi Ducis Normanniæ, cap. IX. ubi ejus ex Inſula diſceſſum retulit, ait: *His ita ſedatis, Dani cum ſuo Duce Rollone, vela ventis librant, Scaldi alveum deſerentes: atque permenſo ponto, octingenteſimo ſeptuageſimo ſexto ab Incarnatione Domini anno Sequanicæ penetrantes ora, flante ad votum vento, Gemmeticum veniunt, corpus ſacræ virginis Hameltrudæ, quod a Britannia aſportaverant, in capella S. Vedaſti, quæ trans flumen eſt, ſuper Altare ponentes.* Addit Gemmeticenſis *Franconem* Rothomagenſem Archiepiſcopum, cum videret urbis muros ſolo tenus hoſtium immanitate dirutos, ſalubrius judicaſſe pacem a *Rollone* petere, ſicque *Rothomagum* in Danorum poteſtatem veniſſe. Porro *Rollonem* hoc anno in Neuſtriam adventaſſe docent etiam Chronographus S. Michaelis in Periculo maris, Auctor Chronici Fiſcanenſis, & Chronographus Rothomagenſis, Hovedenus loco citato, Chronographus Saxo nuper Oxonii editus, Annaliſta Mailroſenſis & Ordericus Vitalis lib. 1. Hiſt. Eccleſiaſt. Ex quibus aliqui tradunt, Rollonem cum ſuis *XV. Kal. Decembris* Neuſtriam penetraſſe, additque idem Ordericus: *Rollo Normanniam ingreſſus eſt, & XXXVII. annis in Gallos præliatus eſt, donec a Francone Archiepiſcopo baptizatus eſt*, an. nempe CMXII. quo & ei Caroli Simplicis Francorum Regis filia in matrimonium data, pactaque in dotem Neuſtria, ut eo anno videbimus. Quæ epocha notanda; *Rollo* enim Francos per multos annos graviter vexavit, Eccleſiamque Gallicanam valde afflixit.

XIX. *Archiepiſcopus Ruſſis datur.* Hoc vel ſequenti anno contigit quod narrat Porphyrogenneta in Baſilio Macedone num. XCVI. *Genti Ruſſorum neſcienti manſueſcere, ullive cedere, atque a Dei ſenſu & pietate remotiſſimæ, auri argentique ac ſericarum veſtium affluenti largitione in fœdus pertracta) initiſque cum ea induciis, ac pace firmata, divini quoque baptiſmatis participes fieri perſuaſit* (nempe Baſilius Imp.) *ac Archiepiſcopum ab Ignatio Patriarcha ordinatum, ut ſuſciperent effecit. Is, ad dictæ gentis provinciam cum veniſſet, ex tali eventu illuſtrique facinore, illius ſibi animos faciles reddidit.* Quod illuſtre facinus fuſe poſtea refert, & paucis his verbis ex eo Zonaras: *Roſſi a ſua religione ad noſtram tranſituri, tergiverſabantur & dubitabant: ac niſi miraculum viderimus, inquiunt Pontifici* (Archiepiſcopo nempe ab Ignatio miſſo) *qualia tu multa a Chriſto facta eſſe doces nunquam doctrinam tuam amplectemur. Tum iis, petite inquit, petite quod vultis. At illi dixerunt: liber qui de Chriſto docet, eſt in ignem coniiciendus: qui ſi inviolatus manſerit, argumento nobis erit, vere Deum eſſe, qui a te prædicatur. Aſſenſo Epiſcopo, rogus eſt incenſus: Pontifex cum manibus & oculis in cœlum ſublatis dixiſſet, Glorifica nomen tuum Chriſte Deus: ſacrum Evangelium in rogum imponit, quod diu in flammæ relictum, illæſum manſit. Eo miraculo Barbari obſtupefacti prædicationi crediderunt, & ut ſacro baptiſmate initiarentur flagitarunt.* Idem narrant Curopalates & Cedrenus, qui jam ſcripſerant Ruſſos Michaele imperante fidem ſuſcepiſſe. Quod fraudi fuit Viris doctiſſimis, qui exiſtimarunt *Ruſſos*, qui hoc tempore baptiſmum ſuſcepere, diverſos non eſſe a Ruſſis, qui ſub Imperio *Michaelis* Theodoræ filii ſacro lavacro tincti ſunt; cum tamen priores ſub *Michaele*, poſteriores ſub *Baſilio* Chriſtiani facti fuerint, illi Photio Sedem Conſtantinopolitanam regente, iſti S. Ignatio in Patriarchatum reſtituto Priores Epiſcopum ad ſe miſſum ſtatim recepere, ut anno DCCCLXI. demonſtravimus, poſteriores vero Archiepiſcopum a S. *Ignatio* ordinatum nonniſi poſt inſigne miraculum admiſere, ut mox narravimus. Iſti itaque *Ruſſi* ab illis diverſi extitere, illiſque vicini. *Ruſſorum* enim nomen, ſicuti & Gens, late extendebatur. Sæculo decimo omnes Citeriores & Ulteriores Ruſſi unico Principi, cujus Metropolis *Kiovia*, parebant, ideoque *Ruſſi*, qui hoc anno fidem amplexi ſunt, eamdem poſtea anno incerto abjecere; cum an. CMLXXXVIII. quo *Ruſſia* Chriſtiana facta, nulli ibi Chriſtiani præter *Helenam Reginam* inventi fuerint. Porro hoc vel ſequenti anno Archiepiſcopum Ruthenis ab Ignatio datum fuiſſe, ex eo liquet quod Nicetas in Vita Sancti Ignatii prodat, initio reſtitutionis *Photii* in Patriarchatum Conſtantinop. Baſilium Imp. amiſiſſe *Conſtantinum* majorem natu filium, & Porphyrogenneta de ejuſdem morte ſermonem faciat, ſtatim ac inſtitutionem præfati Archiepiſcopi narravit. Baronius anno DCCCLXXXVI. num. VI. poſtquam Baſilii Imp. mortem retulit, verba Curopalatis de Ruſſorum converſione refert, incertus quo Imperii ejus anno illa acciderit.

XX. *Fortunius Navarræ Rex ſuccedit Garſiæ Enneconis.* Hoc circiter anno *Garſias Enneconis* Navarræ Rex hujus nominis primus, vivere deſiit, & *Fortunium* filium Succeſſorem habuit. De eo Auctor Regulæ Monaſterii Legerenſis, poſtquam de Garſiæ Enneconis morte mentionem fecit, ait:

verſuum in laudem Calvorum. Sic igitur omnes hujus temporis ſcriptores Carolum hunc habuere pro Mæcenate, ipſe vero de viris doctis, & bonis literis in omnibus optime meritus. Sed rebus anni præſentis hic finis.

An-

PAGIUS ait; *Poſt cujus obitum venit Fortunius Garſianis de Corduba, & inveniens ipſum mortuum Lumberri, tranſtulit corpus ejus ad monaſterium Legerenſe*. Fortunium vero filium fuiſſe Garſiæ Enneconis, certo liquet ex dictis an. DCCCLI. num. XIII. Eſt autem hujus nominis primus.



I. ANnus ſequitur Redemptoris octingenteſimus ſeptuageſimusſeptimus, Indictione decima inchoatus, quo Sarracenis urgentibus in dies magis, rurſus Joannes Pontifex ſuis litteris clamans urget Carolum Imp. auxilium ferre Urbi periclitanti. Extant ejus tunc datæ atque iteratæ eadem de re (*a*) litteræ ad Imperatorem, necnon ad (*b*) Imperatricem, & ad omnes Francorum (*c*) Epiſcopos ſub ditione ejuſdem Principis conſtitutos: ſecundus hic numeratur ab ipſo Joanne belli Sarracenorum annus in epiſtola ad (*d*) Lambertum Comitem. Quod eſt difficilius redditum ob fœdera, quæ inierunt cum Sarracenis Neapolitani Amalphitani atque Beneventani, aliique finitimi populi, cujus rei gratia fuit mittenda legatio ab eodem Joanne Pontifice Cajetam ad hujuſmodi fœdera diſſolvenda: functi ſunt hac legatione præcipui Romani Eccleſiæ Cardinales Epiſcopi, nempe Walbertus Portuenſis & Eugenius Oſtienſis. Conſtant hæc ex ejuſdem Joannis (*e*) epiſtola ad Landulphum Capuanum Epiſcopum. Suaſione autem Docibilis, & Joannis Græcorum Imperatoris miniſtrorum ejuſmodi fuit a Pontifice miſſa legatio, ut adeo ejuſdem Papæ litteræ datæ ſignificant (*f*). Ut autem res optatum conſequeretur effectum, idem Pontifex ad Pulcharium Amalphitanum Præfectum litteras (*g*) dedit, necnon ad Laudulphum (*h*) Capuanum Epiſcopum. Sed & ſcripſit ad (*i*) Sergium ipſum Ducem, ſeu Magiſtrum militiæ, Neapolitanam civitatem moderantem comminatorias litteras, niſi contractum cum Sarracenis fœdus diſſolvat.

(*a*) Joan. ep. 30. 32. (*b*) Idem ep. 31. (*c*) Id. ep. 35. (*d*) Id. ep. 68.

Urgetur Rom. Eccleſia infeſtatione Sarracenorum, & malorum Chriſtianorum.

(*e*) Id. ep. 36. (*f*) Id. ep. 38. (*g*) Id. ep. 39. (*h*) Idem ep. 36. (*i*) Id. ep 40.

II. De his etiam ipſos monuit (*k*) Neapolitanos per ipſorum Epiſcopum Athanaſium, ut reſipiſcerent ab errore, cujus cauſa excommunicationis nexibus fuerant ab eodem Pontifice obligati; ſcripſit & de his ad (*l*) Ajonem Beneventanum Epiſcopum. At non ſatis miſiſſe Legatos, ſed & ipſe ſe Trajectum oppidum haud longe a Cajeta poſitum venturum fore pollicetur, ſi ſpes aliqua eſſet, ut Dux Neapolitanus Sergius parere vellet Pontifici ſalubria ſuadenti. Sunt de his (*m*) ſcriptæ litteræ ab ipſo Pontifice ad Landulphum Capuanum Epiſcopum, & aliæ (*n*) ad Pulcharium præfectum Amalphitanum, necnon aliæ ad Guaiferium Principem Salernitanum.

(*k*) Id. ep. 41. (*l*) Id. ep. 45.

Sergius Dux Neap. hoſtis Romanæ Eccl.

(*m*) Id. ep. 50. (*n*) Idem ep. 51. 52.

III. Quid tamdem? Cum Sergius Dux obſtinatus permaneret, fratrem ſuum Athanaſium Neapolitanum Epiſcopum eſt expertus ultorem, de quo iſta breviter Leo (*o*) Oſtienſis: *Sergius vero Neapolitanus Dux cum ab eis, nempe Sarracenis, ſe alienare nollet, ab Apoſtolico excommunicatus eſt. Ac non multo poſt, vindice Deo, ab Athanaſio Epiſcopo germano ſuo captus atque cæcatus Romam tranſlatus eſt*. Hæc Leo, quo nomine ab eodem Joanne Pontifice mirifice laudatus eſt epiſtola tunc ad eum ſcripta, quæ ſic ſe habet (*p*):

(*o*) Leo Oſt. l. 1.

Athanaſius Epiſc. Neapol. quid in Sergium.

(*p*) Joan. ep. 66.

*Reverendiſſimo & ſanctiſſimo Athanaſio Epiſcopo ſanctæ Eccleſiæ Neapolitanæ confratri noſtro Joannes, &c.*

IV. *Innumeras gratiarum actiones veſtræ Deo dilectæ agimus almitati, digniſque Apoſtolico vos ore laudibus præ cæteris merito collaudamus. Quoniam ſecundum Domini (q) vocem dicentis: Si oculus tuus, vel manus tua ſcandalizat te: erue eum, & projice a te. Fratrem tuum erga Eccleſiam Dei impie agentem, & circa Dominum non recto itinere gradientem, velut ſecundum Holophernem Sancta Chriſti Dei noſtri auſu temerario impugnantem, & hæreditatem patriam more ſacrilego perſequentem, tanti honoris regimine indignum judicans, ultionis divinæ percutere ja-*

*culo*

(*q*) Matth. 5.

PAGIUS SÆC. IX. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6370.

☉ 18. F. ☽ 4. P. 7. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 877.

JOANNIS VIII. PAPÆ 6.

BASILII IMP. II.

Anno Eræ Hiſp. DCCCCXV. An. Hegiræ CCLXIV inchoato die 13. Septemb. fer. 6.

A.C. 877. I. ANum. I. ad XVII. *Saraceni*, qui Italiam incolebant, collectis viribus *Barium* ac finitima eidem Oppido loca populabundi percurrerunt, & Salernitanos, Amalfitanos, ac Neapolitanos impulerunt, ut juncto ſecum fœdere Romanam Urbem invaderent. Quod ubi Joannes VIII. Pontifex Romanus reſcivit, *Lambertum* & *Vidonem* ejus fratrem, Spoleti Duces, Carolo Calvo Imperatore jubente, aſſumſit, ac Neapolim, Salernumque progreſſus *Guaiferio* Principi Salernitano, ut rupto fœdere ſecum Saracenos adoriretur, induxit. Pontifex Legatos ad Carolum Imp. duos miſit, *Petrum* Foriſempronii & *Petrum* Senogalliæ Epiſcopos, orans, ut ad vindicandum, quemadmodum jure jurando promiſerat, a Saracenis Eccleſiam armatus accederet, neque ea in re horam ullam eximeret. Conſtant hæc omnia ex literis Joannis Papæ a Baronio citatis.

*Saraceni Italiam infeſtant.*

II. Annaliſta Bertinianus, qui hoc tempore vivebat, & ex quo aliqua exſcripſit Continuator Aimoini, a Baronio num. XIV. laudatus, quid Carolus Imperator præſtiterit, his verbis

nar-

*culo ſtuduiſti, nec peperciſti carni tuæ propter Dominum dicentem (a): Qui diligit patrem aut matrem, aut fratrem, pluſquam me, non eſt me dignus. In quo nimirum vos Deo per omnia dignos fore cognoſcimus; quia membrum corporis ſui multo contagio fætens, libenter abſcindere, proculque abiicere ſanctitas tua fideli devotione curavit. Et quia nunc uſque viris ſæcularibus ſecundum ſe, non ſecundum Deum in urbe Neapolitana principantibus, multa ſcandala & perturbationes multas, homicidia & oculorum erutiones, intra eam & foris peragentibus dignum Deo de his juſte judicante, peractum eſt, ut iniqua jam ceſſet dominatio, finem haberet peccatum, & conſurgeret vir de domo Domini, qui timorem Dei præ oculis habens, regat populum Chriſti in omni juſtitia & ſanctitate, in omni veritate & manſuetudine, ut paſtor idoneus, non velut mercenarius deſerat, & diſperdat. Et ideo ad ea, quæ veſtræ dignitati vel honori congrua & neceſſaria ſunt: perpetua nihilominus ſtabilitate confirmamus, tantum ampliori nunc ſtudio curaque multiplici pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ tibi commiſſæ ſtare ac deſudare, quatenus ſalva, ſecuraque conſiſtat, ut procures, his noſtris Apoſtolicis prudentiam veſtram exhortamur, apicibus. Nos namque aliis omnibus * mancoſis datis, mille quadringentos vobis dare debemus, quos veſtræ dilectioni, aut initio Quadrageſimæ, aut in die ſanctæ Reſurrectionis vobis proculdubio dirigemus.*

(a) Matt. 10.

* genus nummorum hujus temporis.

V. *Porro hunc Petrum venerabilem diaconum veſtrum, quia eum veſtræ Eccleſiæ, & civitati Neapolitanæ in omnibus fidelem eſſe cognoſcimus, vobis in omnibus commendamus, ut pro noſtro eum amore benigne ſemper retinere dignemini. Data, ut ſupra, menſe Novembri, Indictione undecima.* Ita quidem Pontifex indecens Epiſcopo factum, Moyſis exemplo laudavit, qui Levitas a cæde fratrum, & filiorum ſuorum revertentes laudavit, dicens (b): *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, unuſquiſque in filio & fratre ſuo, ut detur vobis benedictio.* Quantumlibet enim debeat eſſe Chriſti ſacerdotium incruentum, cujus eſt & ſacrificium incruentum, & Epiſcopi percuſſores eſſe non debere ab (c) Apoſtolo admonentur; tamen qui ſpiritu oris ſui interfecit Ananiam (d), & Sapphiram Petrus, iſta tunc ſcribere docuit ſucceſſorem, atque probare ab alio juſte factum, quod ipſum ſcirent, impellente ſpiritu perpetraſſe. Zelus purgat facinus, quo exeſus Dominus Redemptor noſter mitis & humilis corde, percuſſor eſt factus, & Petrus eodem exæſtuans occiſor evaſit, eodemque ardens Paulus excæcatur. Zelus igitur non aufert, nec polluit ſacerdotium, ſed (quod prædicatur in (e) Phinee) reddit illud perpetuum & illuſtrius.

(b) Exod. 32.
(c) 1. Tim. 3. Tit. 1.
(d) Act. 5.
(e) Num. 15. Pſal. 105. Eccl. 45.

VI. Quod itidem pertinet ad Joannem Pontificem: ſcripſit tunc etiam populo Neapolitano (f) laudans eum, quod Athanaſio tamquam juſtiſſime operanti, cooperati & ipſi fuerint, monens omnes, ut eidem Athanaſio parerent, quem judicem elegiſſent. Porro iiſdem litteris Joannes declamat, fuiſſe Sergium, qui graſſatus in loca Urbi finitima, mala innumera admiſiſſet, atque Neapolitanis ipſis damna graviſſima intuliſſet, hominem peccati, Dei inimicum, populi ſui tyrannum, atque Romanæ Eccleſiæ perduellem. Scripſit tunc etiam ad (g) Landulphum Capuanum Epiſcopum, ut conſentiat eidem Athana-

(f) Joan. c. 67.
(g) Id. ep. 69.

PAGIUS

*Carolus Imp. Romam a Joanne PP. vocatur.*

narrat: *Carolus Imperator in Compendio Quadrageſimam peragens Paſcha Domini celebravit, & Miſſos Apoſtolici Joannis Petrum Epiſcopum Foroſimpronii, itemque Petrum Epiſcopum Senogalliæ ſuſcepit. Per quos tam verbis, quam literis eum Joannes Apoſtolicus Romam vocavit: quatenus, ſicut promiſerat, ſanctam Romanam Eccleſiam, a Paganis, quibus infeſtabatur, eriperet atque defenderet.*

III. *Ante diſceſſum e Regno duos Conventus celebrat.*

*Kalend. Maii Epiſcopos Rhemenſis provinciæ, ſed & aliarum provinciarum, Compendio convocavit, & Eccleſiam, quam in eodem Oratorio conſtruxerat, cum multo apparatu in ſua & Nunciorum Apoſtolicæ Sedis præſentia ab eiſdem Epiſcopis conſecrare fecit. Inde Placitum ſuum generale Kalendas Julii habuit, ubi per Capitula qualiter regnum Franciæ filius ſuus Hludovvicus cum fidelibus ejus & regni Primoribus regeret, uſque dum ipſe Roma rediret, ordinavit: & quomodo tributum de parte regni Franciæ, quam ante mortem Lotharii habuit, ſed & de Burgundia exigeretur, diſpoſuit,* &c. Extant illa Capitularia in Capitularibus Caroli Calvi Tit. LIII. ubi dicuntur conſtituta *Cariſiaci XVIII. Kalend. Julias indictione decima.* Quare Placitum illud Cariſiaci habitum fuit, non *Kalendas Julii*, ut habet Annaliſta Bertinianus, ſed *XVIII. Kalendas Julias*. Fecit & alia Capitula Cariſiaci Carolus Imperator ſub eodem Tit. LIII. recitata cum hac inſcriptione: *XVI. Kalend. prædicti menſis poſtquam Dominus Imperator Carolus adnunciavit generaliter in populum de ſuo itinere Romam*, &c. Verum antequam Carolus Imp. Placitum illud celebraret, Compendienſem Conventum congregarat, ibidem Tit. LII. recitatum cum hac annotatione: *Anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXVII. Nonis Maii, in Compendio Palatio, de aliqua ſed non de tota parte regni, quod Domnus Imperator Karolus habuit antequam Junior Hlotharius defunctus eſſet, hæc conſtituta eſt exactio, Nortmannis, qui erant in Sequana tribuenda, ut a regno ejus recederent.* Et tamen Annaliſta Bertinianus hæc conſtituta Placito Cariſiacenſi attribuit, ſicque geſta in utroque Conventu inter ſe confundit. Por-



naſio publicæ pacis vindici. At de tyranno Romanam Eccleſiam, necnon Neapolitanam infeſtante ſatis.

Porro Joannes Papa (ut ipſe teſtatur in (a) epiſtola ad Archiepiſcopum Ravennatenſem) ut propoſuerat, profectus eſt Trajectum oppidum non longe a Cajeta, ad diſſolvendum fœdus, quod Neapolitani cum Sarracenis inierant. Ex quo facto, ut teſtatur, nonnihil quietis eſt partum regionibus illis.

(a) Jo. ep. 59.

VII. Quod autem ad ipſos pertinet Sarracenos, quod eorum eſſet adeo aucta potentia, ut in Romanum agrum palantes excurrerent, & Aniene tranſmiſſo, Sabinos eſſent depopulati, proximuſque jam ex eis immineret Urbi interitus: hinc Joannes Pontifex ad Chriſtianos Principes clamat, litteris excitat, petens auxilium, Legatoſque miſit ea de cauſa ad Carolum Imper. Petrum Epiſcopum Foroſempronii, & Petrum Epiſcopum Senogalli, quibus & litteras dedit, quæ ſic ſe habent (b):

(b) Id. ep. 30.

*Joannes Epiſcopus Carolo Imperatori.*

*Cum in Eccleſiaſticis curis inſtantia, nos quotidiana conſtringeret, & hinc inde populi nobis commiſſi continuus dolor, qui cuncta noſtra interiora perculit, perturbaret: illud (ut ita dixerim) inter alia flevimus, quod nunc uſque tam per terram, quam & navigio ad vos noſtrum Miſſum dirigere ſummo deſideravimus ſtudio, ut nobis veſtram proſperitatem deſiderantibus, & anxie ſitientibus, renuntiarentur citiſſime ſanitates, ſed omnino nequivimus.* Ægrotaſſe enim hoc anno Carolum, & convaluiſſe (c) Aimoinus affirmat. Pergit Pontifex:

(c) Aim. l. 5. c. 24.

VIII. *Joan. Pap. implorat auxilium Caroli Imp.*

*Hinc fateor, fili chariſſime, tanta per utrumque impedimenta timuimus, quantum & per paganos & iniquos Chriſtianos ſine reſpectu Domini timoris generari mala, quæ ætas noſtra non meminit, deploramus. Tanta enim ſunt, ut intra mœnia Urbis reliquiæ populi innumera paupertate affectæ conſiſtant, & omnibus forinſecus devaſtatis, ac in ſolitudinem redactis, nihil jam reſtet niſi (quod advertat Deus) ipſius Urbis excidium.*

*Sed & quantum nos Leo venerabilis Epiſcopus Apocriſarius, & Miſſus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, communiſque fidelis a veſtro ſervitio rediens, de hoc, quod nobis retulit, poſt ſe veſtrum exercitum contra Agarenos eſſe mittendum, lætificaverat, tantum huc uſque eumdem nobis expectantibus, quod conſecuti non ſumus, validior mœror, & inæſtimabilis anguſtia contriſtavit. Quia tota Campania ab ipſis Deo odibilibus Sarracenis funditus devaſtata, jam fluvium, qui a Tiburtina urbe Romam decurrit, furtim tranſeunt, & tam Sabinos, quam ſibi adiacentia loca prædantur: Sanctorum quoque baſilicas & altaria deſtruxerunt, ſacerdotes & ſanctimoniales, alios quidem captivos duxerunt, alios autem variis mortibus necaverunt, & omnem Chriſti ſanguine redemptum populum in circuitu deleverunt. Et quid dicam? aut quid loquar? cum pervenerit gladius uſque ad animam, & ſanguis omnium de terra clamet ad Deum?*

IX. *Ergo, præcellentiſſime Cæſarum, jam jam noſtræ calamitati ſuccurrite, jam populi noſtri miſerias relevate: jam veſtræ potentiæ manum porrigite, & hanc ter-*

PAGIUS

Porro hoc tributum laicis & Eccleſiaſticis impoſitum, ob *Rollonem* Normannorum Ducem, qui Rotomagi ad Sequanam ſiti ſedem fixerat, uti anno ſuperiori oſtendimus.

IV. *Ei Romam petenti affertur exemplar Synodi Romanæ.*

Pergit idem Annaliſta: *Domnus autem Imperator Carolus de Cariſiaco Compendium, indeque per Sueſſionem ad Rhemum civitatem; & ſic iter ſuum per Catalaunos & Pontigonem atque Lingones peragens, cum uxore & maxima auri & argenti, caballorumque ac facultatum aliarum copia, de Francia Italiam petiit. Et veniens ultra Jurum uſque ad Urbam, obviam habuit Adalgarium Epiſcopum, quem menſe Februario Romam direxit pro agenda Synodo a Papa Joanne: cujus exemplar iiſdem Adalgarius pro magno munere Imperatori detulit. Summa vero ejuſdem Synodi poſt multas & multiplices laudes Imperatoris hæc eſt, ut electio & promotio ad Imperialia ſceptra anno præterito Romæ celebrata* (Die nempe XXV. menſis Decembris Natali Chriſti ſacro ann. DCCCLXXV. a qua iſte Annaliſta annum exorditur, ut hic locus, pluresque alii certo oſtendunt) *ex tunc & nunc & in perpetuum firma & ſtabilis maneat. Quam ſi quis perturbare aut violare tentaverit, cujuſcumque ſit ordinis aut dignitatis, vel profeſſionis anathemate uſque ad ſatisfactionem teneatur omni tempore adnexus. Patratores & incitatores hujus conſilii ſiquidem Clerici fuerint, deponantur, laici vero & Monachi perpetuo anathemate feriantur; ut quia Synodus anno præterito apud Pontigonem hinc habita ſecus Andrnacum nihil profuit, uſquequaque iſta debeat prævalere.* Ubi loquitur Annaliſta de Synodo Romana præſenti anno coacta, ad quam pertinet ſermo habitus a Joanne Papa, cujus initium, *Omnibus generationibus.* &c. a Baronio anno ſuperiori num. II. & ſeqq. relatus, qui huc revocandus eſt, ut eo anno diximus, & ipſemet Baronius hoc anno num. XIII. agnoſcit, ſcribens, *hoc anno* Synodum Romæ eſſe habitam, in qua confirmata ſunt *Acta in Synodo anni ſuperioris de imperio Caroli, & quæ geſta eſſent apud Pontigonem; cujus Acta Aldericus Epiſcopus ad Carolum detulit. Iſta omnia Aimoinus.* Ita Baronius, qui manifeſte aſſerit, duas Synodos pro confirmatione Imperii Caroli Romæ congregatas fuiſſe, alteram anno ſuperiori, alteram currenti. Verum prior plane fictitia, & non niſi ſemel electio Caroli Imp. Romæ confirmata. Legenda, quæ anno ſuperiori de Synodo Romana ſcripſimus.

V. Subdit Annaliſta Bertinianus: *Nuntiavit etiam*

*terram, cujus vobis neceſſitates ab ipſo veſtræ vocationis initio notas fecimus, liberate; ne ſi perdita fuerit, veſtrum vileſcat Imperium, & toti Chriſtianitati naſcatur diſpendium. Reminiſcimini igitur propter Deum, reminiſcimini, quia multa ſpe & fiducia freti divinitus & humanitus ad Imperii gubernacula promerenda, pro vobis certamina ſumpſimus, nullique labori pepercimus: ideoque vicem nobis rependite, ut ſpes & labor noſter non ſit inanis in Domino. Quia cum hæc fuerit ſemper apud vos ſumma noſtræ petitionis, ſi amplius nobis auxilium veſtrum ſubtraxeritis, in deſperationem lapſi deficiemus, & forſitan ad aliud conſilium, reſumptis aliquantulum viribus, neceſſario tranſcendemus. Non enim, ſicut vos forſitan æſtimatis, mediocre malum tota noſtra Eccleſia patitur, nec minimis ſtatus Reip. damnis afficitur, ſed alia Sarracenorum incurſibus, alia autem Chriſtianorum ſunt ita exterminata & devaſtata tyrannide, ut non noſtra ſint, quæ noſtra fuerunt, quin potius ſolo nomine illis utamur, & vel ad defenſionem patriæ, vel ad aliquam utilitatem noſtræ Eccleſiæ quorumlibet ſolatia numquam inveniamus; præcipue autem multi, quos veſtra non ignorat majeſtas, non ſolum nobis nulla ſolatia conferunt; verumetiam quidquid reſiduum eſt a paganis, imprætermiſſe ſubtrahunt, & omnem noſtram diſpoſitionem in territorio Romano calcant, adeo ut nec victualia, nec ulla quadrupedia in omnibus locis noſtris remaneant, nec ullum, qui nobis compatiatur, vel noſtros ſingultus aut gemitus doleat, oculi noſtri aſpiciant.*

X. *Sed quia tanto Imperatori pauca ſufficiunt, & ex iſtis jam, filii chariſſime, quæ nos præ gemitu, & afflictione cordis loqui non poſſumus, univerſa alia cognoſcetis: quaſi humi proſtrati, veſtram magnificentiam deprecamur, & per futurum Judicium adjurantes, cum tota noſtra Eccleſia veſtro divinitus protecto Imperio totis viribus ſuggerimus, votiſque ſupplicibus preces multas effundimus, ut contritæ, & omni humano ſolatio deſtitutæ ſanctæ Matri veſtræ Romanæ Eccleſiæ defenſionem, debitamque tuitionem, cunctis remotis occaſionibus, cunctiſque omiſſis dilationibus, omnimodis præbeatis. Quia cum jam juxta præcipitium conſiſtamus, niſi manus veſtræ defenſionis & neceſſariis nobis (ſicut præmiſimus, immo ſæpius exoravimus) quantocyus ſubvenire ſtudueritis, ſpe vivendi per Chriſtianos ſublata, aut ipſis paganis ſubiiciemur, aut (quod avertat divina potentia) ab eorum multitudine victi ad omnem Chriſtianitatis interitum crudeli nece peribimus. Ac per hoc Chriſti nomen in gentibus blaſphemabitur, & veſtræ opinionis anteacta ſtudia oblivioni trademus.*

*Hujus rei gratia (ſicut ſupra meminimus) opportunum adjutorium conferentes, nobis veſtrum exercitum ad hoſtilem expeditionem promptiſſimum deſtinate, alioſque Deum per omnia diligentes Miſſos, qui vitiorum flammas juſtitiæ tramite uſi compeſcant, nimia celeritate dirigite: quatenus qui innumeris tribulationibus quatimur, ac æſtuamus, & pro populi nobis commiſſi miſeriis cruciamur: veſtris conſolationibus refecti lætemur, & per vos tranquillitate percepta, optatam libertatem (ſicut decet) per tam benignum Imperatorem conſequi mereamur. Poſtremo ſublimitatem veſtram depoſcimus, ut latores præſentium, Petrum ſcilicet & Petrum venerabiles Epiſcopos, Miſſos Apoſtolicæ Sedis, noſtroſque dilectos, juxta morem benigne ac pacifice ſuſcipere non dedignemini: & ea, quæ piis veſtris auditibus pro utilitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in conſpectu veſtro retulerint, ad congruum ac opportunum effectum pervenire, pro ſanctis Apoſtolis veſtris interceſſoribus apud Deum, celeriter ſtudeatis. Dat. quarto Idus Februarias, Indictione decima.* XI.

Hæc ad Carolum Imperatorem.

Adhuc inſuper & poſt dies tres, nempe Idibus Februariis alias eodem argumento litteras (*a*) dedit, mittens ad eumdem palmas virides benedictas, cum tamen Dominica Palmarum, qua in Eccleſia ex antiquo inſtituto benedici conſueverunt, non eſſet. Earum mittendarum ratio iſta ab ipſo deſcribitur: ita: XII. (*a*) *Jo. ep.* 32. Palmæ miſſæ a Joanne Pap. Carolo Imp.

*In-*

PAGIUS *Obviam habet Joannem PP. apud Vercellas.* *tiam inter alia iſdem Adalgarius Imperatori, quoniam Joannes Papa obviam illi Papiam veniret. Quapropter præmiſit Odacrum ſecundi Scrinii Notarium, Guairamnum Comitem, & Pippinum atque Heribertum ad procuranda ipſius Papæ ſervitia. Ipſa autem feſtinato perrexit ad eum, quem obviam habuit apud Vercellas civitatem. Et eo recepto cum honore maximo, perrexerunt ſimul uſque Papiam. Ubi eis nunciatum eſt non incerta relatione Carolomannum Hludouvici fratris ſui filium cum maxima multitudine bellatorum ſuper eos venire. Quapropter relinquentes Papiam venerunt ad Tardunam (id-* eſt Dertoſam. *Et conſecrata Richildis a Papa Joanne in Imperatricem, mox retrorſum fugam arripuit cum theſauro verſus Moriennam. Imperator autem aliquandiu una cum Joanne Papa in eiſdem locis immorans, expectavit Primores regni ſui, Hugonem Abbatem, Boſonem, Bernardum Arvernicum Comitem, itemque Bernardum Gothiæ Markionem, quos ſecum ire juſſerat. Qui una cum aliis regni Primoribus (exceptis paucis, & Epiſcopis) adverſus eum conſpirantes conjuraverant. Et comperiens eos non venturos, ut audierunt ipſe & Papa Joannes appropinquare Carolomannum, Imperator poſt Ri-*

*chil-*



*Inter cætera, quæ vera creſcente religione, ab olim Eccleſiaſtica facta veſtræ pietati duximus intimanda, virentium palmarum ecce bravium mittimus, quod Apoſtolus non omnes qui currunt, ſed unum propter unitatem legitime certantium accipere proteſtatur.* Et inferius: *hodieque manui veſtræ ſpeciali voto & prærogativa plenam benedictione palmam, ſicut cernitis, deſtinamus adverſus viſibiles hoſtes & inviſibiles triumphum: optantes enim vos de cunctis adverſariis triumphare, nihil aptius vobis, quam ramos palmarum duximus offerendum, &c.* Pluribuſque pariter inculcans mala, quæ urgeant, & pericula, quæ immineant, rogat celeriter auxilium mitti.

XIII. (*a*) *Jo. ep.* 31. (*b*) *Id. ep.* 35. Scripſit pariter per eoſdem Legatos ad Rachildem (*a*) Imperatricem, ut Imperatorem hortetur, ſubvenire Urbi periclitanti. Dedit pariter litteras (*b*) iiſdem Legatis ad omnes Archiepiſcopos & Epiſcopos in Imperio Caroli conſtitutos, quibus ubi ingentia mala, quibus opprimerentur Romani, narraſſet, hæc ab eis impleri admonet: *Condolentes autem nobis & compatientes accedatis ad Chriſtianiſſimum filium noſtrum, & conſilium Domini ab eo non abſcondatis, ſuggerentes & exhortantes, ut perpendat quis & quam terribilis ſit ille, qui hunc ante ſæcula huic præfuturum regioni prædeſtinaverit, & quam diſtricte ab eo exacturus ſit quod commiſit, qui ſcilicet tam pretioſi ſanguinis fuſione quod credidit, emit. Meminerit etiam, quia & nos illum præ cæteris propinquis, & æmulis ejus amavimus, elegimus & prætulimus, unde & eum adverſus omnes hoſtes Eccleſiæ, non ſolum defenſorem, ſed & patronum & advocatum noſtrum exiſtere propoſuimus, ut quod ei nos apud Deum eſſe ſatagimus, ipſe inter homines pro nobis fieri non detrectet, præcipue ut accelerans nobis ſubveniat, & ſine mora contra perfidos paganos & infideles ſuccurrat, &c.* Hæc omnia menſe Februarii, quo Romæ ab eodem Pontifice Synodus habita eſt, in qua inter alia confirmata ſunt Acta in Synodo anni ſuperioris de Imperio Caroli, & quæ geſta eſſent apud Pontigonem, cujus Acta Aldagaricus Epiſcopus ad Carolum detulit: iſta omnia (*c*) Aimoinus. (*c*) *Aim. l.* 5. *c.* 35.

Rurſum vero, cum expectatum auxilium non adeſſet, ad eumdem Imperatorem litteras ſcripſit (*d*) octavo Kal. Junii, quibus eadem refricans, quæ jugiter paterentur mala, timerenturque graviora, enixius ſubveniri quanto citius rogat. (*d*) *Jo. ep.* 54.

Sed quid per Apoſtolicæ Sedis Legatos actum ſit cum Imperatore Carolo, videamus. Aimoinus (*e*) hujus temporis ſcriptor ſic enarrat: *Carolus igitur Imp. Compendii, ubi Quadrageſimam peregerat, Paſcha Domini celebravit, & Legatos Apoſtolici Joannis Petrum Epiſcopum Foroſempronii, & Petrum Epiſcopum Senogalliæ ſuſcepit, per quos tam verbis, quam litteris Apoſtolicus Joannes eum vocavit, quatenus ſicut promiſerat ſanctam Romanam Eccleſiam a paganis quibus infeſtabatur, eriperet atque defenderet. Kalen. igitur Maii Epiſcopos Rhemenſis provinciæ, ſed & aliarum provinciarum Compendium convocavit; & Eccleſiam, quam in eodem Oratorio conſtruxerat, cum multo apparatu in ſua & Legatorum Apoſtolicæ Sedis præſentia ab iiſdem Epiſcopis conſecrari fecit. Inde Placitum generale Kal. Junii, habuit, ubi per capitula, qualiter Regnum Franciæ filius ſuus Ludovicus cum fidelibus ejus & Regni primoribus regeret, uſque dum Roma rediret, ordinavit, & quomodo tributum de parte Regni Franciæ, quam ante mortem Lotharii habuit, ſed & de Burgundia exigeretur diſpoſuit.* Impoſitum pariter fuit tributum clericis omnibus & Eccleſiis, Legatis haud dubium conſentientibus, immo & procurantibus (ut par eſt credere) quo periclitanti omnium Matri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ab omnibus, præcipue vero ab Eccleſiaſticis perſonis ſubveniretur. Pro ſubveniendo enim Romanæ Eccleſiæ periclitanti illud exigi tributum, adventus Legatorum, & conventus ſynodalis coactus, & ipſe qui inſtabat Romam verſus militaris procinctus oſtendunt. XIV. (*e*) *Aim. l.* 5. *c.* 35. Concilium Compendii habitum.

Quomodo vero proficiſcenti Carolo in Italiam, Joannes Papa ipſi obviam progreſſus ſit, ſic inferius idem auctor recenſet: *Nuntiavit etiam inter alia idem Adalgarius Imperatori, qui Synodum habitam Roma menſe Febr. detulit Imperatori, quoniam Joannes Papa obviam illi Papiam veniret. Quapropter præmiſit Odracum ſecundi ſcrinii Nota-* XV.



PAGIUS *chilldem fugam arripuit, & Papa Joannes verſus Romam concite feſtinavit.*

VI. *Idem Carolus Imp. moritur.* *Carolomannus vero mendaci nuncio audiens, quod Imperator & Papa Joannes ſuper eum cum multitudine maxima bellatorum venirent, & ipſe fugam arripuit per viam, quam venerat. Sicque Deus more miſericordiæ ſuæ Conventum illum diſſolvit. Carolus vero febre correptus pulverem bibit, quem ſibi nimium dilectus ac credulus Medicus Judæus nomine Sedecias tranſmiſit, ut ea potione a febre liberaretur, inſanabili veneno hauſto inter manus portantium tranſito monte Cinìſio perveniens ad locum, qui Brios dicitur, miſit pro Richilde, quæ erat a-*

*pud*

*rium, Goirannum Comitem & Pipinum atque Heribertum ad procuranda ipſius Papæ ſervitia. Ipſe vero feſtinato perrexit ire ad eum, quem obvium habuit apud Vercellas civitatem; & recepto eo cum honore maximo, perrexit ſimul uſque Papiam. Ubi eis nuntiatum eſt non incerta relatione, Carolomannum Ludovici fratris ſui filium cum maxima multitudine bellatorum ſuper eos venire. Quapropter relinquentes Papiam venerunt Tordonam, & conſecrata Rachilde a Papa Joanne Imperatrice, mox retrorſum fugam arripuit cum theſauro verſus Moriennam. Imperator autem aliqumdiu una cum Papa Joanne in eiſdem locis immorans, expectavit primores Regni ſui Hugonem Abbatem, Boſonem, Bernardum Arvernum Comitem, itemque Bernardum Gothiæ Marchionem, quos ſecum ire juſſerat. At hi una cum aliis Regni primoribus, exceptis paucis Epiſcopis, adverſus eum conſpirantes conjuraverunt: & comperiens eos non venturos, ubique audierunt ipſe & Papa Joannes appropinquare Carolomannum, Imperator poſt Rachildem fugam arripuit, & Papa Jo-*

Donum Caroli Imp. *annes verſus Romam concite feſtinavit. Per quem Carolus Imp. imaginem Salvatoris in Cruce fixam ex auro multi ponderis fabrefactam & gemmis pretioſis ornatam ſancto Petro direxit.*

XVI. Carolomanni Regis fuga inopinata. Sed quid operatus eſt Deus? mirandum quidem immittens pavorem in eum, qui infeſto agmine in Italiam deſcendebat, ut abſque adverſante milite fuerit in fugam actus: nam audi quod ſubiicit idem auctor: *Carolomannus vero mendaci nuntio audiens, quod Imperator & Papa Joannes ſuper eum cum multitudine maxima bellatorum venirent: & ipſe fugam arripuit per viam, qua venerat, & ſic Deus more miſericordiæ ſuæ conventum illum diſſolvit.* Hæc ipſe. Ubi autem Joannes Papa Romam venit, non modicam preſſuram accepit a Lamberto Comite, qui nomine Imperatoris veniens opem ferre Romanæ Eccleſiæ, obſides Romanorum procerum filios ab ipſo Pontifice petiit; qui negavit omnino, aſſerens non eſſe moris

(a) Jo. ep. 61. Romanos obſides dare. Extat de his (a) epiſtola ejuſdem Joannis Papæ ad eum Lambertum Comitem: ubi hæc in principio: *Remeantibus, nobis Deo præduce, Romam, convocavimus totam Eccleſiam, & illud quod nobis de obſidibus Romanorum procerum dandis edixeras, in conſpectu Fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ neceſſario contulimus. Sed heu quid dicam? cum tantum totam eamdem Eccleſiam contra nos incitaverimus, ac ſi pro melle eam felle potaſſe videremur. Romanorum filios ſub iſto cœlo non legitur fuiſſe obſides datos, quanto minus iſtorum qui fidelitatem Auguſtalem & mente cuſtodiunt, & opere, Deo juvante, perficiunt? &c.* Excuſat pariter id non eſſe ex mente Imperatoris, qui de dandis his obſidibus ſecum cum præſens eſſet, nec verbum feciſſet. Sed quid inter hæc inexpectatum accidit? Oſtendit plane Deus Joanni Pontifici, quod vana ſalus hominis, in quem ſperabat.

Nam eodem anno, pridie Nonas octobris, Carolus Imp. veneno potatus a Sedechia medico Hebræo moritur in loco Barios dicto, ſepultus autem Vercellis in Eccleſia ſancti Euſebii. Poſt ſeptennium vero tranſlatus Pariſios, conditus eſt apud ſanctum Dionyſium. Hæc pluribus (b) Aimoinus. Succeſſit in Imperium ejus filius Ludovicus cognomento Balbus, quod impeditus lingua eſſet. Ad hunc patri ſuccedentem Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus, qui eum in Regem unxerat, de rebus bene diſponendis litteras dedit, de quibus iſta (c) Frodoardus: *Item (inquit) poſt obitum ejuſdem Caroli Imperatoris ſcripſit ad eumdem Ludovicum ejus filium de ordinandis Regni principiis, proponens ei exempla prædeceſſorum ſuorum, & inſtruens eum per capitula de juſto Regni regimine, & honore ſanctæ Dei Eccleſiæ, cæteriſque ſibi ac Regno neceſſariis rebus; Item de quibuſdam præſumptionibus corrigendis, & temperanda cenſura correctionis & aliis commoditatibus: Item ne quidquam contra canonicas moliretur regulas, nec alicui hoc, Epiſcoporum præciperet, ne ſententiam divinam incurreret.* Et inferius: *Item ad Ludovicum ſcripſit de conſilio a ſe petito, quale ſit utile Regi conſilium, & qualiter debeat agere judicium & juſtitiam, & quid hæc boni conferant obſervata, quidve mali neglecta irrogare ſoleant, &c.*

XVII. Moritur Carol. Imp. filius ſuccedit Ludovic. Balbus.

(b) Aim. l.5. c.35. in fin.

(c) Frod. hiſt. Rhem l.3. c.19.

In

PAGIUS *pud Moriennam, ut ad eum veniret: ſicut & fecit, & undecimo die poſt venenum hauſtum in viliſſimo tugurio mortuus eſt II. Nonas Octobris.* Licet Princeps ambitioſior, quam fortior fuerit, ei tamen *Magni* cognomen attributum conſtat, uti an. DCCLXXVIII. n.XIV. demonſtravimus, ubi & oſtendimus, *Uſuardum* eo regnante floruiſſe, & Martyrologium ſuum ejus juſſu compoſuiſſe. Quare quæ de utroque capite ibidem diximus, huc transferenda. Ei ſucceſſit in Regnum Gallicum, ſed non in Imperium, ut anno ſequenti videbimus, *Ludovicus Balbus* filius, ita ab impedita lingua nuncupatus.

VII. De Ludovico Balbo ſcribit Annaliſta Bertinianus: *Ludovicus accepto nuntio in Audriaca villa de morte patris ſui, quos potuit conciliavit ſibi; dans eis Abbatias & Comitatus, ac villas ſecundum uniuſcujuſque poſtulationem. Et iter agens per Cariſiacum & Compendium uſ-*

que



In ejus autem conſecratione cum conveniſſent Epiſcopi, eumdem Regem duabus uxoribus implicitum diremerunt, & ad meliorem frugem reſtituerunt. De his enim ad Ludovicum Germaniæ Regem ejus patruum ſcripſiſſe Hincmarum, idem Frodoardus ita ſubiicit: *Item Hincmarus ſcripſit qualiter egerint Epiſcopi erga Ludovicum filium Caroli, quando eum Regem conſecravit: qui iſta aliter audierat. Item de duabus uxoribus ipſius Ludovici Regis qualiter actum fuerit, &c.* Hæc de his, quæ ſpectant ad Caroli ſucceſſorem Ludovicum.

XVIII. In Spirenſi autem codice, quo novem Hincmari continentur epiſtolæ ſelectæ, quæ prima ordine ponitur, ejuſdem eſt argumenti ſcripta ad ipſum Ludovicum Balbum, cum ſolus Regni habenas moderandas ſuſcepit: eſt ejus exordium:

Admonitio Hincmari ad Ludovicum. *Domino Ludovico Regi glorioſo ſit ſemper ſalus & vita. Dominatio veſtra mandavit, ut ad vos deſtinarem &c.* Summa vero epiſtolæ hæc eſt: *Hincmarus ſenex a novo Rege Franciæ Ludovico Balbo rogatus, ut conſilium ſuum de adeunda pacifica Regni poſſeſſione communicaret, reſpondit, id ex concordibus bonorum Conſiliariorum pendere ſententiis. Quare hortatur eum, ut conventum generalem primorum Regni indicat, & ſex capita præſcribit, de quibus in illo tractari poſſit. Tum modica ſuggerit, quibus ſemel decreta executioni mandentur, nempe ſi per preces divinum auxilium imploret, ſi contritione, confeſſione & operum ſatisfactione Deum iratum ſibi conciliet, & contra carnem ſuam, Dei & Eccleſiæ hoſtes bellum ſuſcipiat.* Tunc ab eodem illa ſcripta eſſe videtur longiſſima epiſtola, in eodem codice tertia ordine poſita, cujus eſt initium:

XIX. *Hincmarus Epiſcopus ac plebis Dei famulus. Pro ætatis & ſacri ordinis antiquitate poſteriores tempore boni & ſapientes viri rogatis exiguitatem meam, &c. Scripta eſt ad Epiſcopos Franciæ pro novi regis inſtitutione. Eſt ejus argumentum:*

*Primo docet mundum duplici poteſtate regi, Pontificia & regali: Epiſcoporum & Regum & omnium, qui aliis præſunt, officium eſſe, Canones & leges non ignorare, juſtitiam colere, judices conſtituere, qui avaritiam oderint & juſtitiam diligant. Deinde ex beati Adelhardi Abbatis Corbejenſis Caroli Magni propinqui & Conſiliarii libello copioſe exponit, quis ordo & modus in palatio regio & toto Regno adminiſtrando olim fuerit uſurpatus. Tum omnia officia palatii deſcribit. Hinc declarat, quibus rebus Regnorum pax conſervata fuerit, nempe binis annuis Comitiis & eorum Conſiliarorum delectu, qui nihil Deo, ſuæ ſaluti, Regis & Regni incolumitati anteponerent.* Iſta Hincmarus.

XX. Relicta vero Caroli Rachildis Auguſta, obitu viri reddita libera, abuſa eſt licentia viduali, quæ vivente Carolo ſtrictioribus pietatis vinculis tenebatur. Inter alia autem illud indecorum, atque impium perpetravit, ut Abbatiſſam regularem monaſterii Oriviacenſis ejecerit, & accepta pecunia, eidem neophytam quamdam præficiendam curarit. Quod tantum nefas ut corrigeret, Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus ſuis litteris admonuit, quarum meminit (a) Frodoardus, & ex eis iſta, quæ ſubiicimus, recitat, dicens: *Rechildi Reginæ ſcripſit, ſignificans, quod cum quondam Laudunenſis parochia Epiſcopo vacans, in ſua ſpecialiter erat providentia, ſit male factum de eleemoſyna Hermentrudis Reginæ per quemdam præpoſitum Oriviaci monaſterii: poſtea vero huic Rechildi per Vvaifridum presbyterum contra ſacras leges male ſit obeditum, ut regularis Abbatiſſa de ipſo eiiceretur monaſterio. Oſtendit autem ex auctoritate ſacra, quantum inde Regina periculum habeat, & quia miſerat ad eam, qui moneret illam hoc evadere malum. Illa vero non ſolum non emendaverit, ſed malo pejus ſuperaddiderit, contra divinam auctoritatem, neophytam ſcilicet irreligioſam ..... promovendo ad regimen propter res terrenas acceptas ab illa. Annectens, qualiter Hedenulpho Epiſcopo in Laudunenſi Eccleſia ordinato, monuerit illum, ut ſuggereret Regi Carolo tam pernicioſum factum diſſolvere, & ſe atque Reginam a tanto diſcrimine liberare. Sed quia quod monuerat, ad effectum perduci non viderat; ipſe præfatum Regem inde commonuerit; ſed ille ne Reginam contriſtaret, quod male factum ſciebat, non correxit. Reducit etiam ad memoriam, qualiter præfatus Rex, petente Hermentrude Regi-*

(a) Frod. hiſt. Rhem. l.3. c.25.

Rechildem Aug. Hincmarus monet



 na

PAGIUS Ludovicus Balbus ei Regnum Gallicum ſuccedit. *que Adverum* (forte ad Vernum, ut ait Ducheſnius) *quatenus ad ſepulturam patris ſui apud monaſterium S. Dionyſii perveniret; ubi audivit patrem ſuum ſepultum, & regni Primores tam Abbates, quam Comites indignatos, quia quibuſdam honores dederat ſine illorum conſenſu, & ob id adverſus ſe conſpiratos eſſe, reverſus eſt Compendium. Ipſi autem Primores cum Richilde diripientes omnia, quæ in via illorum erant, uſque ad Avennacum monaſterium pervenerunt, & Conventum ſuum ad montem VVitmari condixerunt, indeque Miſſos ſuos ad Ludoicum direxerunt. Sed & Ludoicus Legatos ſuos ad eos direxit. Et diſcurrentibus inter eos Miſſis ad hoc perventum eſt, ut Richildis & ipſi Primores ad eum Compendium venirent,*

& ſuum

* fuit iſte Epiſcopus Laudunenſis ante Hincmarum, ut apparet ex Frodoardo.

*na; de rebus tunc ſuis per conſilium Parduli * Laudunenſis Epiſcopi privilegium ad idem Oriviacum monaſteriam a ſe dictari, & a cæteris Epiſcopis formari rogaverit, & ipſe Rex confirmaverit. Hic autem Præſul juſſioni regiæ obediens, non ſuis verbis illud privilegium compoſuerit, ſed ſicut B. Gregorius Papa de quodam monaſterio a quadam Regina ædificato, ipſa petente, dictaverat: & ipſe quoque dictaverit, vel tranſtulerit; repetens maledictionis interminationem, quam domnus idem Gregorius contra præſumptorem illius monaſterii jaculatus ſit. Adiicienſque quod illæ, quamdiu in hac præſumptione, vel malefacto permanſerit, quotieſcumque corpus & ſanguinem Domini accipere præſumeret, judicium, ideſt damnationem ſibi acciperet. Obſecratque monens illam, ut non ſenſus ipſius, aut alicujus ſuggeſtio eam decipiat, ſed de remedio animæ Regis, & de redemptione ſuæ cogitet, & quod male actum eſt, corrigere feſtinet. Illud etiam, quod audierat illam perpetraſſe, ſcilicet, quod præfatum privilegium & præceptum regale ab ipſo monaſterio abſtulerat: quantum malum fecerit, pandit; & hoc ideo ut ſe corrigat, ne damnationem incurrat. Et quia ſi res ſe haberet, ut audierat, & mancipia præmiſſa muliere neophyta acceperat pro committendo regimine monaſterii: ſimoniacam hæreſim incurrerit, & quod quamdiu eidem hæreſi quiſque faverit, in corpore unitatis Eccleſiæ Catholicæ eſſe nequibit coram oculis Domini: monens, ut legat Capitula regulæ ſancti Benedicti de ordinatione Abbatis vel Abbatiſſæ, & inveniet quam graviter pro hac ordinatione in Spiritum ſanctum, a quo ipſa eſt regula promulgata, peccaverit. Ex divinis inſtitutionibus propalans, quantum periculum, malumque tam ipſa Regina, quam emptrix illa ſubierit. Petens, ut quod ex debito miniſterii ſui cum gemitu ſcribit, pro ſalute ipſius & remedio animæ Regis, benigne ſuſcipiat, & quia ex magna fidelitate hæc ſcribere curaverit, agnoſcat.* Hæc ex dicta epiſtola Frodoardus.

XXII. Fulco item Rechildem monet.

Porro Rechildem ipſam non tantum iſta non correxiſſe mala, quæ perpetraſſet, ſed addidiſſe alia plurima, ex litteris ſucceſſoris Hincmari, Fulconis viri laudatiſſimi Rhemeſis Archiepiſcopi poſſumus intelligere, de quibus idem Frodoardus (*a*) agens, ſubiicit iſta: *Rechildem Reginam vel Imperatricem litteris commonens atque redarguens, dolore multo ſe fatetur eſſe correptum pro fama non bona, quæ ad ipſum de vita, vel actibus ejuſdem Reginæ pervenerat; quod ſcilicet eſſet ibi diabolus, ubi fuiſſet illa, magis quam Deus, cum forent circa illam, quæ contra ſalutem militant animæ, ideſt, iræ, rixæ, diſſenſiones, incendia, homicidia, luxuriæ, rapinæ quoque pauperum, pervaſiones Eccleſiarum: de quibus omnibus debita ſolicitudine & paſtorali diligentia commonent eam, ut transferat ſe de tantis malis ad fructum æternæ ſalutis, præponens ei quadrigarium & quadrigam virtutum, quam aſſumens, & aſcendere nitentes apprehendat ea, quæ ſunt ſapientiæ atque ſanctimoniæ ac felicitatis æternæ. Velamen quoque Chriſti, quod aſſumpſerat viduitatis, incorruptum ſervare ſtuderet, ut illud inviolatum repræſentare poſſet, nec properare velit ad inferos, ut inveniat inæſtimabile malum multarum, quas ei propalare nititur, miſeriarum; perpendat, ſi eſt amica Dei vel ſoror, quod ſi non eſt, ſine intermiſſione det operam, ut eſſe poſſit, & ſi non candore virginitatis, ſtudio tamen continentiæ ſalutaris recte credendo, Deum ac proximum diligendo, pietatis opera faciendo, ſobrie & juſte & pie vivendo. Attendat, ut vitam corrigat, donec hodie nominatur, ne incidat in laqueum confuſionis æternæ, dum non cogitat quam velociter præ-*

(*a*) Frod. hiſt. Rhem. l. 4. c. 5.

PAGIUS

*& ſuum Conventum ad Caſnum in Cotia condixerunt. Richildis Compendium ad Ludoicum veniens in Miſſa S. Andreæ attulit ei Præceptum per quod pater ſuus illi regnum ante mortem ſuam tradiderat, & ſpatam, quæ vocatur, S. Petri, per quam eum de regno reveſtiret. Sed & Regium veſtimentum & coronam ac fuſtem ex auro & gemmis. Et diſcurrentibus Legatis inter Ludoicum & regni Primores, & pactis honoribus ſingulis quos petierunt, VI. Idus Decembris conſenſu omnium tam Epiſcoporum & Abbatum, quam regni Primorum, ceterorumque qui adfuerunt, conſecratus & coronatus eſt in Regem Ludovicus ab Hincmaro Rhemorum Epiſcopo & Epiſcopi ſe ſuaſque Eccleſias illi ad debitam defenſionem & canonica Privilegia ſibi ſervanda commendaverunt.* Hoc vero anno dies Dominica in diem octavum Decemb. incidit, quo die hujuſmodi inaugurationes fieri ſolitæ erant.

San-

NOTÆ [1] Diem coronationis ſuæ in regem eundem ac deſignat Annaliſta Bertinianus prodit ipſemet Ludovicus Balbus in Præcepto dato Turonis XII. Kal. Julii, indictione XI. anno primo regni ſui; id eſt anno 878. Mandat in eo Rex ut Monachi S. Martini epulo parato ex bonis, quæ illis largitur, feſtum agant diem qua unctus fuit in regno, *id eſt ſexto Idus Decembris*; tum & diem nativitatis ſuæ, *qua eſt*, ait, *Calendas Novembris*. Mansi



*præſens hodie tranſeat. Parcat animæ ſuæ, & attendat, ut Deo proxima fiat, & habeat columbæ ſimplicitatem, & innocentiam, ut audire mereatur a Chriſto, cum exierit a corpore, Hyems tranſiit, & receſſit, columba mea veni, mecumque requieſce ſedens in dextera Patris mei. Multum ſe ideo loqui aſſerit, quod de ipſius ſalute plurimum ſolicitus ſit, optans, ut vere fiat Regina ornando virtutibus viduitatem ſuam; præ oculis habens diem mortis vel reſurrectionis ſuæ, audiatque Apoſtolum dicentem. (a) Evigilate juſti, & nolite peccare. Det tamen Deo ſuo gloriam, & operetur ſalutem. Divertat a malo, & faciat bonum, oratque exoptans, ut correptio ſua, & emendatio neceſſaria ſalutiſque compunctio tangat cor ejus, ut tamdem aliquando reſipiſcat a diaboli laqueis, gratia quoque Dei reſuſcitet eam de ſepulcris vitiorum, &c. Febricitantem quoque in malis, faciat eam firmam, & ſtabilem Deus fixamque in bonis, ut hic & in æterna vita poſſit gaudere cum Sanctis. Quod ſi conſilium noſtrum, inquit, audieritis, tales vobis erimus, quales eſſe debemus in omni fidelitate, & reverentia, atque debito ſervitio, & quod his omnibus majus eſt, erit vobis Deus propitius, ſicut optamus & oramus. Alioquin volumus, ut ſciatis, re vera, quod pro vobis nolumus incurrere offenſionem Dei, ſed ſecundum miniſterium noſtrum faciemus de vobis, quod canonica nobis jubet auctoritas, quod quam inviti faciemus, Deus teſtis eſt: non enim poſſumus diſcedere ab Apoſtolo, qui dicit: (b) Quamdiu Apoſtolus ſum Gentium, miniſterium meum honorificabo, &: Dei adjutores ſumus, &: Deus eſt, qui operatur in nobis: &: An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus? Unde precor eum in conſcientia mea, ut adhæreant cordi veſtro verba mea, & ipſe, qui per me loquitur, hæc in auribus veſtris per ſeipſum loquatur in corde veſtro. Deus omnipotens ad vota veſtra mittat manum ſuam de alto, & liberet vos de cœnulento hujus ſæculi profundo.* Hactenus ex Fulconis Rhemenſis Archiepiſcopi litteris Frodoardus.

(*a*) 1. Cor. 11.

(*b*) Rom. 1.

XXIII. Synodus in Neuſtria.

Agitur interea in Neuſtria Synodus, ubi inter alia Ludovici Imperatoris, qui nuper Carolo patri ſucceſſerat, Legati querelas expoſuerunt adverſus Hugonem Lotharii defuncti Regis filium nothum. Hic audita morte Caroli Calvi Imperatoris, qui Lotharii patris Regnum invaſerat, collecta factioſorum hominum multitudine, ejuſdem Ludovici

PAGIUS VIII. *Locus & dies ejus coronationis.*

San-Marthani in Genealogia Francica lib. 8. cap. 2. de *Ludovici* Francorum Regis hujus nominis II. *Balbi* cognominati coronatione verba facientes dupliciter peccarunt. Primo in die; ajunt enim eam quinto Idus Decembr. ſeu die nona ejuſdem menſis peractam, & quia *Ludovicus* ab Hincmaro Remenſi Archiepiſcopo unctus eſt, putarunt id Remis contigiſſe. Verum in Regiſtro Peireſkiano, quod eſt in Bibliotheca Domini de Mazaugues Viri Cl. legitur donatio facta Eccleſiæ S. Martini Turonenſis a Ludovico Balbo, dum in ea Urbe verſaretur, in qua aſſerit, ſe natum *Kal. Novemb.* & in Regio culmine ſublimatum *ſexto Idus Decembr.* In fine legitur; *datum XII. Kal. Jul. Indict. XI. anno primo Domini Hludovici glorioſiſſimi Regis*, ſeu an. DCCCLXXVIII. [1] Præterea Ducheſnius Tom. II. recitat Conſecrationem Ludovici II. antiquitus literis mandatam cum hoc titulo; *Ordo qualiter Hludovvicus Rex anno Incarnat. Dom. DCCCLXXVII. VI. Idus Decembris, ab Hincmaro Archiepiſcopo fuit coronatus in Compendio Palatio.*

IX. *Miſer ſtatus Regni Gallici.*

*Ludovicus* Rex poſtquam coronatus fuit, *Hincmaro* mandavit, ut ad ſe veniret, quo ſecum de Eccleſia ac Regni commodis tractaret, ut liquet ex Epiſtola ab Hincmaro ad eumdem Regem data, & ibidem recitata, in cujus cap. 5. oſtendit, ſe eam præſenti anno ſcribere, cum dicat: *Anno præterito tales devenerunt miſeriæ, ſicut vobis ſunt notæ: & hoc anno talis provenit lugenda infœlicitas, quæ per univerſum*

NOTÆ [1] Diploma *Ludovici Balbi* pro Eccleſia S. Martini editum eſt a Martenio in Collectione ampliſſima Anecdot. tom I. pag. 205. ubi privilegium eidem monaſterio concedit: *ob perpetuam mercedem genitoris noſtri piæ memoriæ Karoli Imperatoris* (Caroli Calvi) *ac genitricis noſtræ glorioſæ videlicet reginæ Irmintrudis &c.* Mox: *Volumus etiam, ut jam dicti fratres diebus dum advixerimus, diem nativitatis noſtræ, quæ eſt Kalendas Novembris, & diem unctionis noſtræ, qua per miſericordiam Dei in regio culmine ſublimati ſumus, ideſt dies VI. Idus Decembris, refectione ſibi ex prædictis rebus annis ſingulis obſervent, & ſicut dictum eſt pro genitore ac genitrice noſtra, ac fratribus noſtris, ſcilicet Karolo, & Karlomanno, ſed & nobis conjugeque ac prole, vigiliis & Miſſarum ſolemniis ex more celebratis, Domini miſericordiam cordetenus implorent.* Sub finem: *Petimus etiam, ut memoriam Lotharii fratris noſtri ſimiliter habere non negligant. Datum XII. Cal. Julii, Indictione XI. anno I. regni Domni Ludovici glorioſiſſimi regis. Actum Turonis in monaſterio S. Martini, in Dei nomine feliciter. Amen.* Hæ notæ anno Chriſti 878. illigantur. Ibidem pag. 203. aliud ejuſdem *Ludovici* regis diploma pro monaſterio *Prumienſi* editum eſt, in quo memoratur *Pippinus proavus* ejus, *Bertrada proavia, Karolus atavus, Hludouvicus avus, atque Karolus genitor, & Hlotharius Imperator, & Hludouvicus rex, patrui.* In fine: *Data IX. Cal. Aprilis, Indictione XI. anno I. regni Domni Hludouvici glorioſi regis. Actum Silvanectis civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.* Georgius

ci Regnum magnopere infeſtabat, quem ipſe Ludovicus primum detulit ad Epiſcopos, quibus in ea Synodo Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcop. præſidebat, qui ad ipſum Hugonem litteras comminatorias ſcripſit, quarum meminit (a) Frodoardus, dum recenſet ejuſdem Hincmari epiſtolas ſcriptas ad Ludovicum Caroli filium, dicens: *Item ad eum ſcripſit, qualiter commonuerit ex præcepto Regis ipſius Hugonem Lotharii Regis filium ſuper malefactis, quæ agebat, & de hominibus ſuis adverſus Regem cum hoſtili apparatu dirigendis.* Et inferius, ubi (b) idem Frodoardus relegit ejuſdem Hincmari epiſtolas datas ad viros illuſtres, meminit earumdem Hincmari litterarum, atque earum ſummarium ita recenſet:

(a) Frod. hiſt. Rhem. l. 3. c. 18.

(b) Ibid. c. 25.

XXIV. Hugo F. Lotharii contra Ludovicum.

*Hugoni etiam filio Lotharii Regis ſcripſit, ſignificans, ſe amicos & familiares habuiſſe patrem, & avum ipſius Lotharium Imperatorem, & quia ſalutem ipſius optabat: idcirco quod audierat de periculo ejus, cauſa dilectionis ei notum faciebat, multos ſcilicet prædones conſpiraſſe & conſpirare ſecum, ipſoque principe & auctore innumeras & horrendas fieri deprædationes, aliaque multa perpetrari, quæ omnia in caput ipſius redundarent. Oſtendens quam horrendum ſit pro tantis ſceleribus perpetuas pœnas mereri, demonſtrans hæc eadem perveniſſe ad Synodum Epiſcoporum in Neuſtria geſtam; inſuper etiam quod Regni moliretur invaſionem; ſibique mandatum a præfato conventu, ut ad eum litteras mitteret, atque commoneret (juxta quod leges præcipiunt) a tantis malis reſipiſcere; ipſoſque malefactores a ſe disjungere, & a ſeditione, ac Regni pervaſione ſe cohibere. Si vero ipſius commonitionem, & mandata Synodi obaudire non vellet: tam ſuæ diœceſeos quam de vicinis provinciis Epiſcoporum Synodum convocaret, & ſynodali Epiſcoporum ſententia eum, ſuoſque complices atque fautores excommunicaret.*

XXV. *Poſtea vero ii omnes Epiſcopi eamdem excommunicationem Romano Pontifici, & omnibus Epiſcopis & Principibus per circumiacentia Regna notam facerent. Unde monet eum tamquam filium, ut recogitet in quanto periculo ſit, proponens ei divinarum ſententias auctoritatum, ut periculum ſuum recognoſcere poſſit, hortanſque ac monens, ut nulli adulatori credat ad pervaſionem Regni aggrediendam, inferens ut attendat, quid profuerit patruis ejus, ut contra legem Dei Regni pervaſionem inceperint: & quod Pater ejus pro labore, quo contra voluntatem Dei laboraverat, & vitam perdiderit & Regnum. Adiiciens, quid leges de pervaſoribus Regni præcipiant. Subiungens etiam quod Rex eidem promiſerit, & ex parte oſtenderit, eum ſe velle honoribus ampliare, & honoratum habere, ſi culpa ipſius non fuerit. Admonens etiam, ut non auſcultet hujuſmodi pravorum hominum hortamenta, neque imitetur malignantes, qui florent ad tempus, & cito ſicut fœnum areſcent, ſed obaudiat Scripturam (c) ſanctam, veridice dicentem: Expecta Dominum, & cuſtodi viam ejus, &c. Subnectens quoque, ut ſibi de his certam & veram reſponſionem remandet.* Hucuſque Frodoardus totidem verbis ex Hincmari ad Hugonem epiſtola ſcripta quidem hoc ipſo tempore Ludovici filii Caroli Calvi, non hujus Ludovici filii, ut ex iis, quæ ſuperius dicta ſunt, patet. Quæ autem hæc ſint ſequuta, & quomodo idem Hugo in malo perſeverans, in deterius prolapſus, in Concilio Trecenſi, cui præfuit Joannes Octavus Papa, meruit excommunicari: ſuo loco dicturi ſumus.

(c) Pſalm. 36.

XXVI. Rom. Eccleſ. cogitur ſolvere tributum Sarracenis.

Jam vero ad res urbanas convertamus orationem. Joannes Pontifex, ubi ſe deſtitutum vidit, in quo ſperabat auxilio Imperatoris, reliquos vero Principes pateretur infenſos, ob id, quod tantopere eidem Carolo ſtuduiſſet: quo ſe liberaret ab ingruentibus Sarracenis jam jam Urbem invaſuris, nullam aliam viam invenit, niſi ut annui penſitatione tributi eos quieſcere faceret. Ita quidem in ſummum dedecus Chriſtianorum Principum annuo cenſu fuit a Sarracenis redimenda quies. Id enim teſtatur Joannes ipſe in epiſtola (d) ad Carolomannum, dum queritur, poſt Sarracenos ſedatos, a Chriſtianis Principibus Romanam Eccleſiam pati preſſuram; hæcque ait: *Sed heu proh dolor! feſſo mihi paganorum perſecutione ac gladio, atque exactione cenſus viginti quinque millium in argento mancuſorum annualiter: prædictæ Matri veſtræ additus civilis mucro anguſtiæ eſt, &c.* Eo ſiquidem præ-

(d) Jo. ep. 89.

PAGIUS *ſum pene mundum, & per futura tempora merito erit in opprobrium;* ibi enim intelligit quæ a Chronographo Bertiniano hoc & præcedenti anno geſta in Francia narrantur. Hincmarus cap. 9 hortatur Regem, ut cum Primoribus Regni ſui diſponat, *ut Eccleſiæ in iſto regno per occaſionabiles circadas* (erant genus quoddam cenſus, de quo apud Ducangium in Gloſſario, voce *circada*), *& per indebitas conſuetudinarias exactiones, quæ tempore Pippini, Caroli, & Hludouvici non fuerunt, ante annos viginti impoſitas, non affligantur.* Quibus ex verbis eruitur, ab anno circiter DCCCLVII. res in Gallia peſſum ire cœpiſſe; quod ſequentibus verbis magis innoteſcit: *Ut inveniatis cum Dei & veſtris fidelibus, qualiter iſta rapina, & de-*



præſidio Caroli deſtitutus Pontifex, adeo fatigatus eſt ab ingruentibus Romæ civilibus bellis a Lamberto Comite Spoletino enutritis, ut ab Urbe proficiſci in Galliam cogitarit; prout ex litteris ad eum (a) ſcriptis affirmat: quod nonniſi anno ſequenti implevit, ut ſuo loco dicturi ſumus.

(a) Idem ep. 68.

XXVII. Scribit enim in animo habere convenire Carolomannum, qui ad eum de obitu Imperatoris litteras (b) ſcripſerat, quibus ſignificarat ſe Romam venturum, & de Romana Eccleſia optime fore meriturum. Ita ille allicere conatus Pontificem ad ejus in Imperatorem coronationem. Petenti autem Legatos ab Apoſtolica Sede mittendos reſpondet Joannes, ab ipſo prius capitula conſcribenda de his, quæ Sedi Apoſtolicæ promitterent impenſurum, petens interea redditus mitti, quos Romana Eccleſia poſſidet in Bajoaria. Hæc Joannes hoc anno, menſe Novembri, Indict. undecima inchoata.

(b) Idem ep. 63.

Lambertus Comes adverſarius Joan. Pap.

Porro quod ad Lambertum Comitem ſpectat, ſuſceperat iſte patrocinium eorum, qui Romæ ab ipſo Pontifice damnati eſſent, inter quos Formoſus erat Portuenſis Epiſcopus; cujus rei cauſa ab illis ipſe Romam aſſiduis precibus vocabatur, a quo, ut diverteret ipſum Pontifex, Gaudericum & Zachariam miſit Epiſcopos, quibus ad eum comminatorias litteras (c) dedit: addidit vero (d) alias, cum ab ipſo jam inter adverſarios militante, titulis haud ſummo Pontifice dignis ipſe Pontifex appellaretur: quæ autem hæc ſequuta ſint, dicemus anno ſequenti.

(c) Jo. ep. 72.

(d) Idem ep. 73.

XXVIII. Indixerat hoc anno idem Joannes Papa generale Concilium omnium Italiæ Epiſcop. celebrandum Ravennæ menſe Julio, eaque ratione ad diverſos Epiſcopos ſcripſit, necnon etiam ad (e) Ducem Venetorum Urſum nomine, tum temporis erga Sedem Apoſtolicam, cujus legationem reſpuerat, parum æquum. Verum ingruentes novæ perturbationum cauſæ, ne quod Pontifex aggredi cœperat, conſummaret, impedimento fuerunt.

(e) Idem ep. 53. 56. 57. 58. 59. 60.

Joan. Pap. Reg. Anglorum admonet.

XXIX. Eodem anno menſe Novemb. idem Joannes Papa occaſione conſultationis Eadredi Anglorum Archiepiſcopi litteras ſcri-

PAGIUS *depredationes in iſto regno ceſſent, & miſer iſte populus, qui jam per plures annos, per depradationes diverſas & continuas, & per exactiones ad Normannos repellendos affligitur, aliquod remedium habeat, & juſtitia & judicium quæ quaſi emortua apud nos ſunt, reviviſcant,* &c.

X. *Carolomannus Bojoariæ Rex fit Rex Italiæ.*

Ad num. XXVII. *Carolomannus* Bojoariæ Rex, Carolo Calvo Imperatore ſublato, omnium voluntate Rex Italiæ ſalutatus, poſtquam provinciam ordinaverat, in Bojoariam regreſſus eſt: *Karlmannus*, inquit Annaliſta Fuldenſis, *Optimates Italiæ ad ſe venientes ſuſcepit, & diſpoſita, prout voluit, regione, reverſus eſt in Bajoariam. Hludouvicus Rex* (Orientalis nempe Franciæ, & aliarum Provinciarum) *partem regni Hluthарii cum fratribus Karlmanno & Karlo aqua lance divi dit. Hludouvicus Caroli Regis filius timore perterritus propter injurias a patre Regi illatas, Legatos ad eum dirigit, pacem poſtulat, & ſe de omnibus, quæ contra eum genitor ſuus geſſerat, excuſare nititur. Cujus Legatos Rex audivit & abſolvit*, ideſt, dimiſit. Idem habet Hermannus Contractus, juxta editionem Caniſianam, de acceſſu Carolomanni in Italiæ Regnum. Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ notat extare in Longobardia multa Diplomata, quibus ipſe *Carolomannus* Bavariæ atque Italiæ Regem ſe inſcribit, & per tres annos, quibus regnavit, Eccleſiis populiſque beneficia confirmavit, ante a Carolo pio, Lothario, & Ludovico Regibus condonata, quæ omnia Diplomata in Bajoaria data erant. [1] Joan. VIII. Papa ſcripſit ad eum Epiſtolam ordine LXIII. in cujus fine legitur: *data menſe Novembri Indictione XI.* & ad illum reſpondet Pontifex ſe miſſurum ad eum Legatos cum litteris ea continentibus, quæ ipſe debeat Romanæ Eccleſiæ concedere, iiſque peractis ſe ſe rurſum honorifice miſſurum, qui eum cum tota decentia *Ad limina Apoſtolorum ductare ſtudeant.*

XI. *Synodus Ravennatenſis.*

Ad num. XXVIII. Concilium *Ravennatenſe*, de quo mentionem facit Joannes Papa in litteris LIII. LV. LVI. LVII. LIX. & LX. celebratum non fuiſſe exiſtimavit Baronius; Rubeus vero in Hiſt. Ravenn. lib. 5. peractum quidem eſſe, ſed ad nos Acta non perveniſſe. Verum Holſtenius decreta ejuſdem Synodi in Collectione Romana poſtea publicavit, eiſque hunc titulum præfixit: *Joannis Papæ VIII. Synodus Ravennæ habita cum CXXX. Epiſcopis anno Chriſti DCCCLXXVII. menſe Auguſto, Indict. X.* Non indicat Holſtenius, an ipſemet titulum ex ſuo addiderit, vel illum in MS. exemplari invenerit, qua in re etiam alii Conci-

NOTÆ [1] Sigonii errorem adoptare hic Pagius videtur, eum ejus teſtimonium laudans, aſſerit Carolimanni diplomata extare in Italia nulla, ſed omnia in Bavaria data eſſe. Mendum hoc corrigit Cl. Saxius in Notis ad Sigonium de Regno Italiæ tom. 2. novæ edit. col. 336. aſſerens ex Chronico Caſaurienſi, Præceptum Carolimanni datum in *Papia Civitate Regis, decimo ſeptimo Kal. Novembris anno 2. Regni Domni Carolimanni Regis.* Mendoſus tamen videtur numerus iſte annorum regni. Addit Diploma Carolimanni datum Veronæ X. Kal. decembris anno I. Indict. XI. ſicut & alterum datum *pridie Nonas Octobris anno tertio Regni Karlomanni Sereniſſimi Regis in Bajoaria, & in Italia* (II.) *Indictione XII. Actum in Caſtro S. Zenonis Verona.* Duplex hoc documentum exhibet Ughellius, illud in tom. I. col. 798. novæ edit. hoc vero tom. V. pag. 290. MANSI.

(a) Idem ep. 55. 56. ſcripſit (a) ad Anglorum Regem, monens eum imitari pios prædeceſſores Reges, & colere Epiſcopos Dei miniſtros. (b) Jo. ep. 65. Ad ipſum (b) vero Archiepiſcopum cum ſcribit, hæc inter alia ingerit: *Nos autem pro inſtantis temporis neceſſitate hortamur & monemus fraternitatem veſtram, ut omni ſæculi timore poſtpoſito, ſicut idoneus Dei miniſter,* (c) Ezech. 13. *opponas (c) te murum pro domo Domini, & zelo illius accenſus non ſolum Regi, ſed omnibus in ea perverſe aliquid agere volentibus, ſtrenue reſiſtere non prætermittas, &c.*

XXX. Baſil. Imp. agit pro pace Eccl. Conſtant. apud Jo. Papam. Inter hæc vero Baſilius Imper. iteratis litteris ab eodem Joanne Pontifice, petiit mitti Legatos Conſtantinopolim, ut Eccleſiam illam ſchiſmate ſciſſam componerent; qui enim ex parte Photii erant, nullatenus (ut vidimus) communicare volentes cum Ignatio Patriarcha, quod eſſent numero plurimi, tur-

PAGIUS

ciliorum Collectores ſæpe peccarunt. Cum tamen numerus ille CXXX. Epiſcoporum in canonibus hujus Concilii, quis tantum ſuperſunt non legatur, exiſtimo illum ab Holſtenio in MS. quo uſus eſt, repertum. Chifletius in Probationibus Hiſtoriæ Trenorcienſis pag. 249. & in ipſa Hiſtoria pag. 219. ſuſpicatur, Holſtenium tam in Epiſcoporum numero, quam in menſe celebrati Concilii hallucinatum eſſe, quod poſſeſſio Flaviniaci monaſterii *Adalgario* Æduenſi Epiſcopo in eo Concilio confirmetur, ejuſque *confirmationis* initio legatur; *Anno dominicæ Incarnat.* DCCCLXXVII. *Indictione X.* in fine vero: *datum VI. Kalendas Decembris, indictione decima*, & denique a quinquaginta tantum duobus Epiſcopis ſubſcripta ſit. Verum ſuperſunt compl urima Diplomata in Conciliis confirmata, & a parte tantum Epiſcoporum, qui eiſdem interfuerunt, ſubſcripta. Adhæc menſe Novembri Indictio undecima a Kalendis Septemb. in Italia obtinebat, ideoque loco, *VI. Kalendas Decembris*, legendum *Kal. Septembris*, quod hæc verba, quæ in eo Diplomata habentur, indicare videntur: *Nos Epiſcopi Ravennæ in nomine Domini Apoſtolica auctoritate & Imperiali decreto in ſancta Synodo congregati*; menſe autem Novembri Joannes VIII. qui Synodo præfuit, literis ad Carolomannum Regem datis, & numero ſuperiori a nobis memoratis, ſolatus eſt eum de morte Imperatoris patrui ejus, eaque epiſtola menſe Novembri data præfert *Indictionem XI.* Nec veroſimile eſt, Imperio vacante Pontificem & Epiſcopos ſe *Imperiali decreto* congregatos dixiſſe. Sed verba alia, quæ in eadem Epiſtola habentur, opinionem Chifletii plane evertunt, & Concilium vivente Imperatore congregatum certo oſtendunt: *Affuit Reverendiſſimus & confrater noſter Adalgarius S. Auguſtodunenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Miſſus etiam Imperialis, deferens nobis præcepta Imperialia, & Privilegio Sedis Apoſtolicæ roborata, ex quodam monaſterio Flaviniaco nomine quod eſt ſitum in pago Alſenſi in Parochia jam dictæ Auguſtudunenſis Eccleſiæ: quod munificentia & liberalitate Chriſtianiſſimi Imperatoris & piiſſimi Auguſti Karoli jam dictæ matri Eccleſiæ conſtat unitum.* Noſtra igitur emendatio prorſus certa, & Synodus Ravennatenſis ab Holſtenio accurate conſignata.

XII. Menſe Auguſto habita. Synodus *Ravennatenſis* ad octavum Kalendas Julias primum indicta, poſtea ad undecimum Kalendas Auguſti dilata fuit, ut utrumque ex literis Joannis Papæ mox citatis certo conſtat. Quare vel iterum dilata fuit in aliquem diem Kalendarum Septembrium, vel ſaltem ea per menſem & amplius continuata, quod ultimum valde veroſimile; cum ex laudatis Joannis Papæ literis pateat, diverſa & magni momenti negotia in eo Concilio tractanda fuiſſe, & omnes Italiæ Epiſcopos eidem adeſſe debuiſſe. Illius Concilii ſuperſunt tantum Capitula XIX. ad diſciplinam & immunitatem Eccleſiaſticam reſtituendam ſpectantia, & præterea Epiſtola, qua poſſeſſio Flaviniaci monaſterii *Adalgario Æ*duenſi Epiſcopo confirmatur, quam Holſtenius non viderat, ideoque cætera alia in eo geſta ignorantur. Chiffletius fatetur, Concilium Ravennenſe iterum dilatum fuiſſe, ſed innixus his verbis ejuſdem Epiſtolæ, *datum VI. Kal. Decembris, indictione X.* illud reiicit in menſem Novembrem, contenditque hoc tempore Indictionem ſæpe cum anno Chriſti inchoatam fuiſſe, quod ex variis Caroli Calvi diplomatis probat. At licet in Galliis Indictiones ſæpe hoc ſæculo poſt Ludovici Pii mortem cum annis Incarnationis inchoatæ fuerint, in Italia tamen antiquus uſus ſemper ſervatus, præſertim Joannis VIII. Papæ tempore, cum omnes ejus Epiſtolæ, ex quibus complures ſuperſunt, notatæ reperiantur Indictione a Kal. Septemb. auſpicata. Neque video hoc in dubium venire poſſe.

XIII. *Alfredus Rex Danos ſuperat.* Ab Italia in Angliam tranſeo, ubi Dani *Exoniam* in Occidente, & *Merciam* omnem autumni tempore deprædati ſunt, licet pro aris ac focis quilibet pugnarit, quia, ut inquit Aſſerus ad hunc Chriſti annum, *creſcebat diebus ſingulis perverſorum numerus, adeo quidem, ut ſi triginta ex eis millia una die necarentur, alii ſuccedebant numero duplicato.* Alfredus tamen Angliæ Rex munitis littoribus Exoniam ad fugandum inde hoſtem properavit, qui non auſus ad certamen egredi, ſe ſe mœnibus continuit. Interim Paganorum naves, centum & viginti *Vvarrhamo* ſolventes, dum Oceanum navigant; vel tempeſtate jactatæ, in mari perierunt; vel ad littus ejectæ, a Chriſtianis juſſu Alfredi Regis, conſumptæ ſunt: *Anno* DCCCLXXVII. *Rex Alfredus*, inquit Aſſerus, *juſſit cymbas & galeas, ideſt longas naves fabricari per regnum, ut navali prælio hoſtibus adventantibus obviaret. Impoſitiſque pyratis in illis, vias maris cuſtodiendas commiſit. Ipſe vero Exanceſtre* (ideſt Exoniam) *ubi Pagani hyemabant, properans, illis incluſis, civitatem obſedit. Nautis quoque ſuis mandavit; ut in parte freti, vitale hoſtibus ſubſidium denegarent. Occurrerunt autem nautis ſuis, centum viginti naves, armatis militibus oneratæ, quæ in auxilium ſuorum civium advenerunt. Quas cum Paganis militibus miniſtri Regis cognoviſſent repletas, ad arma proſiliunt, & viriliter barbaras nationes invadunt. Pagani vero, qui jam fere per menſem, inter fluctus Pelagi naufragium pertuliſſent, inutiliter prælium reddiderunt. Unde in momento, agminibus eorum laceratis, in loco, qui Gnavvevic dicitur, undis ſubmerſi, omnes pariter perierunt.*

XIV. Reſtabat ſuperandus alter exercitus, qui terre-



turbas undique concitabant, Ignatio adverſus eoſdem obnitente, ſimulque (ut accidere ſolet) in diverſa Senatum ſcindente & populum, adeo ut Eccleſiæ illius facies appareret admodum fœda; nec eſſet unde remedium ad tanta vulnera ſananda comparari poſſet, niſi unde alia ſæpe utiliter accepiſſent, a Romana videlicet Eccleſia, ad quam denuo clamare ingratos filios, ipſa neceſſitas compellebat. Quomodo autem his acceptis litteris Joannes Papa Conſtantinopolim petitam legationem mittit, ſuo loco opportune dicetur.



PAGIUS

*Dani in Merciam revertuntur.* reſtri itinere Dano in ſubſidium veniebat. Illum ergo *Alfredus* Rex aggreſſus, coegit tandem Danos omnes, datis rurſus obſidibus, omni Occidente diſcedere: *Equeſtrum vero exercitum*, ſubdit Aſſerus, *Rex Aelfredus inſequebatur, tunc, quouſque venit ad Exanceaſtriam, ubi accepit obſides, & juramentum ab eo, ut cito diſcederent. Ipſo anno, menſe Auguſto, ille exercitus perrexit in Merciam: & illam regionem Merciorum partim dedit Ceolvulfo cuidam inſipienti Regis miniſtro, partim inter ſe diviſit.* Quare Mercia iterum a Danis afflicta.

Hoc anno S. *Ignatius* Patriarcha Conſtantinop. obiit, ut inſequenti videre eſt.

I. *Legatio Conſtantinopolim miſſa.*

OCtingenteſimus ſeptuageſimus octavus annus ſalutis humanæ, Indictione undecima notatus incipit, quo Joannes Papa decernit legationem ad viſitandam Eccleſiam Conſtantinopolitanam diro ſchiſmate ſciſſam. Delecti ſunt ad hanc obeundam legationem Paulus Epiſcopus Anconitanus, & Eugenius Epiſcopus Oſtienſis, ut ejuſdem Pontificis datæ litteræ indicant; quibus & manifeſtum redditur, injunctam iiſdem fuiſſe Legatis viſitationem Bulgariæ Regis, ubi Conſtantinopolitanam Eccleſiam viſitaſſent. Hæc omnia ex litteris ejuſdem Pontificis hoc anno decimaſexta Aprilis ad Baſilium Imp. datis, quæ ſic ſe habent: (a)

(a) Jo. ep. 80.

II. *Dilectiſſimo nobis & deſiderabili filio Baſilio Chriſtianiſſimo & tranquilliſſimo Imp.*

(b) 2. Cor. 1. Epiſt. Joan. Pap. ad Baſilium Imp.

*Benedictus (b) Deus & Pater Domini noſtri JESU Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui miſeratus & conſolatus eſt nos in præſenti ſæculo nequam, viſitans & redemptionem faciens, tam pium, tamque benignum Imperii veſtri cornu ſalutis erigendo in domo (c) David, Chriſti videlicet pueri ſui. Vos enim, fili chariſſime, minus Imperatoria dignitate, ſecundum Apoſtolum (d) qui ait: Æmulamini chariſmata meliora, contenti, etiam Angelorum eſtis miniſterium imitati, dum pacem in terra bonæ voluntatis hominibus exoptatis, & beatos per id, ac cælum vos viſuros luce clarius demonſtratis. Utraque ſiquidem epiſtola veſtra Pontificio noſtro miſſa, hujus vos flagrare deſiderio patenter inſinuat; & hanc vos ad ſtatum Eccleſiæ, unde pravorum diſſenſione repulſa eſt, inhianter velle reducere, indicio evidenti demoſtrat. A Deo quippe provectum Imperium veſtrum, quod eo auctore, juſtitia & triumphis ornatis, minus nimirum validum, minuſque glorioſum putatis, niſi etiam ſumma concordare pace, ſeu concordia ſatagatis.*

(c) Luc. 2.

(d) 2. Cor. 12.

III. *Nos autem, dilectiſſime, audientes Coſtantinopolitanam Eccleſiam diſſenſionis adhuc ſcandalo fluctuare, nonnulloſque religioſi habitus viros hac, illacque diſperſos atque dejectos ignominioſe tractari, merito ingemiſcimus, & multa mœſtitia fatigamur. Præcipue pacem ſentimus illic continua contentione turbatam, quam per multos Sedis Apoſtolicæ labores jam credebamus ædificatam; & ſacratos quoſdam diverſas injurias paſſos diſcimus, quos ab omni oppreſſionis face ſperabamus ereptos. Portamus quippe omnium onera, qui gravantur, immo portat hæc in nobis amator veſter beatus Petrus Apoſtolus, qui nos in omnibus ſolicitudinis ſuæ protegit ac tuetur hæredes. Sed quia & profeſſionis noſtræ officio cum Jeremia (e) nihilominus dicitur: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper Regna, ut evellas & deſtruas, & diſperdas & diſſipes & plantes; etiamque veſtra pietas ab Apoſtolatu noſtro pro hoc ipſo perſonas poſtulat: Ecce ſtrenuos a latere noſtro viros dirigimus, qui ſi qua illic inter hæc diligenti ſtudio deprehendant, his radicitus, ſecundum Dei mandatum evulſis, deſtructis, diſperſis & diſſipatis, pacem & unitatem & charitatem congruenter ædificent & plantent. Nam quomodo habere potuerunt charitatem, qui dividunt unitatem?*

(e) Jerem. 1.

IV. *Nos autem pro Chriſto (f) legatione proculdubio fungimur, cum paci Eccleſiæ ſtudium impendere procuramus. Quia vero Deo amabiles viros, quos nominatim litteris expetitis, quibuſdam incommodis impeditos deſtinare nequivimus: miſimus Paulum & Eugenium ſanctiſſimos & venerandos Epiſcopos, dilectoſque Conſiliarios noſtros, quorum nobis & fides*

(f) 2. Cor. 5.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCCXVI. An. Hegiræ CCLXV. inchoato die 3. Septemb. fer. 4. A.C. 878.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6371.

☉ 19. E. ☽ 5. P. 23. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 878.

JOANNIS VIII. PAPÆ 7.

BASILII IMP. 12.

1. ANum. I. ad X. Joannes VIII. Pontifex Romanus Ignatium Patriarcham Conſtantinop. ſemel iterumque fruſtra monuerat, ut Conſtantinopolitanos Clericos a Bulgaria, *a Damaſo Papa, & deinceps uſque ad Paganorum eruptionem a Sedis Apoſtolicæ Præſulibus, quantum ad Eccleſiaſticæ proviſionis Privilegium attinet*, moderata, univerſos revocaret. Per duos igitur Legatos Paulum Anconitanum & Eugenium Oſtienſem Epiſcopos Conſtantinopolim miſſos, niſi mandatis ante dierum XXX. decurſum pareret, omni Patriarchatus dignitate eum privabat. Pontificis, Epiſtola dicitur *data indictione XI. decima ſexta menſis Aprilis*, ideoque hoc Chriſti anno, quo eam Baronius recitat. Eadem die ſcripſit ad *Baſilium* Imp. ſeque duos prædictos Legatos, qui Conſtantinopolitanam & Bulgaricam Eccleſias viſitarent, mittere ſignificavit. Scripſit & ad *Michaelem* Bulgariæ Regem literas ordine LXXV. & LXXVII. quibus eum hortatur, ut ad Romanæ Eccleſiæ gremium redeat, doletque quod Græ-

*Legatio Joannis PP. Conſtantinopolim miſſa.*



*des probata, & ſcientia manifeſta eſt. Quibus ſcripto dedimus in mandatis, ut omnibus ſimultatibus ſopitis, atque ſedatis, quæ ad pacem ſunt, ſanctorum magiſtra regula Patrum toto conamine conſtruant; & omni contentione ſublata, juſtitiæ tribuant, Deo propitio, palmam. Hoc dumtaxat ad laudem Dei agentes, & ad præconiorum veſtrorum cumulum, ſicut vos agere de die in diem decet, addentes. Veruntamen ignorare pium Imperium veſtrum nolumus, nos Apoſtolicæ Sedis præcepiſſe Legatis, ut cauſa * tantum viſitationis glorioſum ejuſdem provinciæ Bulgariæ Principem adeant, & de optata memoria ei Apoſtolorum, ut condecet, expletis officiis per ſalutationis, edicant. Ideoque rogamus ut aditu eis, annitentibus vobis, conceſſo, talem illis induſtrium virum . . . . . qui eos uſque ad prædictum Principem ſalvos ducat & reducat, facta in ſcriptis de ea minime uſurpanda * profeſſione. Optamus vos per multos annos in Chriſto bene valere, & de barbaris jugiter hoſtibus triumphare, ſpiritualis & deſiderabilis & Chriſtianiſſime fili ſemper Auguſte. Data Indictione undecima, ut ſupra, decimaſexta menſis Aprilis.*

* putantur hæc adiecta ab aliquo ſchiſmatico; nam ut ex iis quæ dicentur inferius patet, Legatis præcepit ut res illius provinciæ bene diſponerent, & ordinarent.

* al. poſſeſſione

V. Dedit inſuper alias Imperatori ejuſdem argumenti litteras per eoſdem Legatos. (a) Sed & ſcripſit acres nimis litteras ad Ignatium Patriarcham ob occupatam ab eo diœceſim Bulgariæ Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjectam, quæ ſic ſe habent (b):

(a) Jo. ep. 81.

(b) Id. ep. 78.

*Reverendiſſimo confratri noſtro Ignatio Patriarchæ Conſtantinopolitano.*

Joannis Pap. epiſtola ad Ignatium Epiſcopum Conſtantinop.

*Secundo jam Sedis Apoſtolicæ literis probaris admonitus, & per Miſſos ejus conteſtatoriis conventus hortatibus, ut tu Conſtantinpolitanæ diœceſeos quos per ejuſdem primæ Sedis auctoritatem & favorem, annuente Deo, receperas, rite conventus ultra præfixos tibi ex Canonibus limites præſumptionis pedem non tenderes, nec antiquos terminos, quos poſuerunt patres tui, aliqua uſurpatione transferres. Nullus autem ignorat regionem Bulgarum a ſanctæ memoriæ Damaſo Papa, & deinceps uſque ad paganorum eruptionem a Sedis Apoſtolicæ Præſulibus, quantum ad Eccleſiaſticæ proviſionis privilegium attinet, moderatam: præſertim cum hoc nonnulla ſcripta ſed præcipue diverſorum Romanorum Pontificum res geſtæ, quæ in Archivis antiquitus noſtræ ſervantur Eccleſiæ, clarius atteſtentur. De his autem, quæ bellica clades & graviſſimi hoſtilitatis incurſus intuliſſe noſcuntur, nihil præſtantius ſentiendum eſt, quam quod clariſſima Eccleſiæ tuba, ſanctus videlicet Leo (c) noſtræ Sedis Antiſtes edocuit & decrevit cum ait: Adhibenda quidem curatio eſt, ut vulnera, quæ adverſione hoſtilitatis illata ſunt, religionis maxime ratione ſanentur. Quo ſtatu rerum, auxiliante Domino, in meliora converſo, &c. Iterum dicit: Remotis malis, quæ hoſtilitas intulit, unicuique id, quod legitime habuit, reformetur; omnique ſtudio procurandum eſt, ut recipiat unuſquiſque quod proprium eſt. Et rurſus: Quod bellica neceſſitate turbatum eſt, pacis remedio reformetur.*

(c) Leo ep. 85.

VI. *Sed hæc, reverendiſſime frater, omnia clauſis oculis relegiſti; ſanctorumque Patrum decreta calcaneo temerario conculcaſti, & multiplicium tibi beneficiorum Sedis Apoſtolicæ præſtitorum oblitus contra eamdem ſanctam Sedem benefactricem videlicet tuam erectus es, priſcam diœceſim illius in regione Bulgarica conſtitutam illicita pervaſione ſurripiens, & in alienam meſſem contra divinas leges immittere falcem non renuens: Unde merito poſt primam & ſecundam commonitionem a noſtræ te debueramus communionis contubernio ſequeſtrare, in promptu habentes ſecundum Apoſtolum (d), omnem ulciſci inobedientiam, qui etiam dicit: (e) Si quis non obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, ut non commiſceamini cum eo. Sed quia Sedis Apoſtolicæ moderatione utentes, ſpiritu lenitatis potius, quam ſeveritatis erga correptionis tuæ flagramus affectum: ecce tertio canonice per Miſſos & ſyllabas commonemus, & hortamur, & proteſtamur, ut nullam omnino moram perpeſſa, ſtrenuos viros in regionem Bulgarum dirigat, qui per totam patriam peragrantes, quoſcumque illic repererint qui a te vel a ſubiectis tibi conſecrationis munus accepiſſe dicuntur, ſine quavis dilatione reducant, ita ut in-*

(d) 2. Cor. 10.

(e) 2. Theſſ. 3.



PAGIUS

cos ſequatur. Verum quando literæ ac Legati Conſtantinopolim pervenerunt, jam *Sanctus Ignatius* a die XXIII. Octobris ſuperioris Chriſti anni e vita migrarat, quod tamen die XVI. menſis Aprilis præſentis anni Romæ ignorabatur. Sic anno DCCCLXVI. *Bardæ* Cæſaris mortis nuncium nondum Romam perlatum erat die XIII. menſis Novembris, & tamen is jam die XXI. Aprilis ejuſdem anni occiſus fuerat. Quare ſicut ex literis Nicolai Papæ menſe Novembri anni DCCCLXVI. ad *Bardam* Cæſarem datis Baronius deduxit, hunc anno tantum DCCCLXVII. periiſſe; ita ex literis Joannis VIII. Papæ hoc anno ad Ignatium ſcriptis ſequi putavit, hujus mortem contigiſſe die XXIII. menſis Octobris currentis Chriſti anni. At non ita res ſe habuit; *Ignatius* enim die XXIII. menſis Octobris ſuperioris anni animam Deo reddidit, ut mox oſtendemus.

A num.

*intra triginta dierum ſpacium, nullus Epiſcopus, nullus omnino clericus, qui tuæ ordinationis, immo inordinationis ſunt, intra omnes Bulgarum fines inveniantur.*

VII. *Non enim patimur eos, quos ibidem tu illicite conſtituiſti, quos & ab Apoſtolica eſſe jam Sede hujus rei gratia conſtat excommunicatos, errore ſuæ prævaricationis corda novorum Domini famulorum inficere, quos videlicet, in fide inſtructionis manu plantavimus, & aqua ſalutaris fontis doctrinarum rigavimus, atque horum auctori Deo ad incrementum ſpiritus dandum, ut ſit ipſe in omnibus primatum tenens, obtulimus. Porro ſi intra triginta intervalla dierum omnes, quos vel tu, vel Epiſcopi tui conſecraſſe in aliquo gradu putantur Eccleſiæ, a totius Regionis Bulgaricæ terminis non eduxeris, & temetipſum ab omni Eccleſiaſtico illius jure diœceſeos non ſubduxeris tamdiu ſancto corpore & pretioſo ſanguine Domini noſtri JESU Chriſti poſt duos menſes, a die numerandos, qua hujus epiſtolæ tomum acceperis, eſto privatus, quamdiu his obſtinatus decretis noſtris minime obedientiæ colla ſubmiſeris. Jam vero ſi pertinaciter in hac indiſciplinatione atque pervaſione permanſeris, & Epiſcopos, & quotquot illic vel ille, vel tu conſecraſſe videris, foras illinc minus expuleris: omnipotentis Dei judicio atque beatorum Apoſtolorum Principum auctoritate, noſtræque mediocritatis ſententia, omni Patriarchatus eſto dignitate, quam favore noſtro acceperas, alienus & exors, nullo penitus ſummi ſacerdotii privilegio præditus vel potitus. Data menſe Aprilis Indict. XI. Miſſa per Paulum & Eugenium Epiſcopos.* Hæc ipſe.

Terminus XXX. dierum præſcribitur Ignatio.

VIII. Scripſit adhuc & binas (*a*) epiſtolas ad Michaelem Regem Bulgarorum, quibus hortatur, ut ad Romanam Eccleſiam, quæ eos in Chriſto genuit, revertatur, quas brevitati (quantum fas eſt) conſulentes, hic deſcribere prætermittimus: qui enim cupit eas, cito inveniet, ubi legat: nam una cum aliis Joannis epiſtolis extant cuſæ. Scripſit & ad (*b*) Petrum Comitem, ut hoc ipſum Regi Bulgarorum perſuadeat. Sed & eiſdem Legatis litteras dedit ad Epiſcopos omnes & clericos Græcos, qui tunc erant in Bulgaria, ut inde intra triginta dierum ſpacium recederent, alioquin careant miniſterii ſacri uſu, quo fuerant initiati.

(*a*) *Jo. ep.* 75. 76.

(*b*) *Id. ep.* 76.

Depreſſio Ignatii, exaltatio Photii.

Vix credi poteſt quantum ejuſmodi depreſſio Ignatii Patriarchæ per Joannem Pontificem facta extulerit perditiſſimum Photium; qui ubi iſta reſcivit, omnem movit lapidem, ut revocaretur Conſtantinopolim, & oblata bene uteretur occaſione ejuſdem Ignatii rurſum eiiciendi, ſeque ipſum in ſedem, e qua fuerat ejectus, reſtituendi. Quid autem inauditum excogitarit fraudulenta & callida arte homo doloſus, ut hoc expleret, inferius eodem anno ſuo loco dicturi ſumus. Homo callidus & veterator conſuetudine litterarum aliqua cum Anaſtaſio Bibliothecario Romanæ Sedis contraxit familiaritatem, quem apud Joannem Pontificem plurimum poſſe ſciret. Sunt ejus rei indices unæ litteræ, eædemque perbreves, ſed ſecretorum nuntiæ ab ipſo Photio ad eumdem Anaſtaſium ſcriptæ his verbis:

*Photius Anaſtaſio presbytero & Bibliothecario Romæ.*

IX. Photii ad Anaſtaſium Bibliothecarium epiſtola.

*A ſacra quidem (ut eſt in proverbio) inſtituta res eſt. At ſerius quam oportuit. Nec vero conſilium reprehendo. Video autem tempus præteriiſſe. Quod mibi videtur non ineleganter ænigmate ſignificari: occaſionem nempe a fronte intonſam eſſe, pone vero calvam. Si quis enim tempori defuerit, excluſus, quamvis occaſionem innumeris perſequatur artibus, adipiſci non poteſt. Sed bene eſt, quod mens & voluntas tua, vel ſero, miſericors fuit. Amicorum enim eſt, non utilitate gratiam metiri, ſed propoſito & benevolentia.* Hæc Photius ad Anaſtaſium, magna (ut apparet) intercedente inter eos ex amicitiæ uſu fiducia; quæ in damnato ſæpius & multipliciter homine non potuit eſſe abſque ſuſpicione inhærentis Anaſtaſio culpæ. Quæ enim hæc ſecuta ſunt de Photii reſtitutione jam deſperata, nonniſi malum aliquid ſuſpicandi ingerunt argumentum. At quæ illa fuerint, dicentur ſuo loco in fine anni hujus.

X. Lambert. Dux Spoleti, & Adelbertus invadunt urbem.

Amodo autem proſequar ejuſdem Joannis anguſtias, quibus dire preſſus, eſt coactus ab Urbe progredi, & in Gallias ſe conferre. Quomodo iſta ſe habuerint, accipe primum ex ſæpe citatis veteribus Francorum Annalibus ab auctore temporis hujus ſcriptis, quæ ſic ſe

PAGIUS II. *Concilium Trecenſe II.*

A num. X. ad XXXV. Annaliſta Bertinianus de profectione Joannis Papæ in Galliam hæc ſcribit, ex quo ea Continuator Aimoini poſtea accepit: *Joannes Papa iraſcens contra Lambertum & Adalbertum Comites, quia villas & civitatem ejus prædati ſunt, eis horribiliter excommunicatis, Roma exiit, & navigio Arelatum in die Sancto Pentecoſtes* (undecima ſcilicet die menſis Maii) *appulit, ſuoſque nuncios ad Boſonem Comitem miſit: & per ejus auxilium uſque Lugdunum venit, & inde Miſſos ſuos ad Regem Ludovicum Turonis miſit: mandans, ut ei obviam veniret, quo ſibi commodum foret. Ludovicus autem mittens ei obviam quoſdam Epiſcopos, petiit, ut uſque Trecas veniret, ipſique ab Epiſcopis iſtius regni ſtipen-*



* al. Limbertus Guidonis

habent: * *Lantbertus Vuitonis filius Romam cum manu valida ingreſſi ſunt: & Joanne Pontifice ſub cuſtodia retento; optimates Romanorum fidelitatem Carolomanno ſacramento firmare coegerunt. Quibus inde diſcedentibus, idem Pontifex domum ſancti Petri ingreſſus, omnes theſauros, quos ibi reperit, ad Lateranos tranſtulit, & altare S. Petri cilicio cooperuit, & cuncta oſtia ejuſdem Eccleſiæ clauſit; nullumque ibi officium ad Dei cultum pertinens per plures dies celebratum eſt: & quod nefas eſt, omnibus undique illuc cauſa orationis venientibus negabatur introitus, erantque ibi omnia confuſa. Memoratus autem Pontifex conſcenſis navibus, per mare Tyrrhenum Regnum Caroli intravit, ibique per totum fere moratus eſt annum.* Hæc ibi. Sed ex multis pauca, pauciſque narrata, quæ pluribus Joannis ipſius epiſtolis deſcripta habentur. Scripſit de his primum ad * Ariſpertum (*a*) Mediolanenſem Archiepiſcopum, ſed breviter. Scripſit & ad Archiepiſcopum Ravennatem Joannem his verbis: (*b*)

* al. Anſperto

(*a*) *Jo. ep.* 82.

(*b*) *Id. ep.* 84.

*Reverendiſſimo & ſanctiſſimo Joanni Archiepiſcopo Ravennati fratri noſtro.*

XI. Joan. Papæ epiſtola ad Joan. Ravennat. de Lamberto.

*Unanimitatis veſtræ fraternitatem ignorare non patimur, quæ & qualia bis retro diebus a Lamberto Spoletano Comite mala, & multiplices paſſi ſumus injurias, quales nullus anteceſſorum noſtrorum Pontificum a quoquam Deum colente ſuſtinuiſſe recolitur. Igitur omne pene territorium ſancti Petri, ſuis tyrannice devaſtantibus hominibus, cum immenſa populi multitudine Romam venit. Nos autem illum, quaſi dilectum amicum apud beatum Petrum Apoſtolorum principem honorifice recepimus. Sed ipſe quaſi ovili pelle indutus, ſolita repletus nequitia, munereque corruptus ingenti, contra nos inſurgere non dubitavit. Nam portas civitatis Romanæ violenter, immo fraudulenter cepit, totamque Urbem Romam, ac per dies plurimos per homines ſuos ita arctius retinere fecit, ut nec proceres Romanorum, nec Epiſcopi, nec ſacerdotes, neque etiam familiares noſtri ad nos niſi magna ſupplicatione exeundi facultatem haberent. Cibaria etiam noſtra nobis venire inſtantiſſime prohibebant. Venerabiles item Epiſcopos, presbyteros, atque diaconos, & religioſos monachos cum hymnis & canticis ſpiritualibus, ſacriſque litaniis ad Eccleſiam Principis Apoſtolorum venientes, heu, proh dolor, more paganorum conturbaverunt, & fuſtibus cædentes, nequiter diſperſerunt, non ſinentes illos * exire, debitumque Deo ſacrificium offerre. Inimicos quoque atque infideles ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & noſtros, quos una cum veſtro conſenſu & ſubſcriptione bis aut tertio excommunicatos, damnatoſque habemus, ſuper nos temere conduxit, eoſque in Urbem Romam ſine noſtra voluntate immiſit.*

* *f.* coire

XII. *His itaque nos præjudiciis & injuriis multiplicibus gravati, cum tota Sede Apoſtolica triſtes adeo per multos dies extitimus, ut nequaquam nobis aliud agere, niſi flere liceret. Nam ipſis diebus nec veſtis fuit ſuper altare ſancti Petri, nec aliquod ibi nocturnum aut diurnum officium ex more celebratum. Nunc etiam minatur nobis pejora inferre, niſi ejus obtemperemus humiliter voluntati. Unde ſanctitatem veſtram pio paternæ dilectionis affectu conjunctam hortamur, ut pro tantis afflictionibus & miſeriis capiti noſtro illatis, ex totis præcordiis veſtris nobiſcum pariter condoleatis, & contra evidentiſſimum & immanem inimicum noſtrum conſurgere toto niſu ſtudeatis. Nos namque illius non valentes ſuſtinere tantas inſidias; quia per terram ire nequimus, per marinum iter, Deo propitio, in Franciam proficiſci debemus, glorioſos ſcilicet Reges deprecaturi, ut Eccleſiam ſancti Petri, & civitatem Romanam totius mundi caput & dominam a tantis oppreſſionibus & calamitatibus liberent, ſalvam & quietam ſinant manere, potentique manu ab hoſtium, quas patimur, inſidiis tueantur. Nec nos illuc ituros, niſi pro communi ſalute, proculdubio credite. Sed ſicut veridico multorum relatu didicimus, cum nos de Urbe Roma fuerimus egreſſi, ce-*

PAGIUS

*pendia dari fecit. Et quia propter ſuam infirmitatem ante non, potuit, Kalendas Septembris apud Trecas ad eum venit. Interea Papa Joannes generalem Synodum cum Epiſcopis Galliarum & Belgicarum Provinciarum agens qualiter Landbertum & Adalbertum, Formoſum quoque & Gregorium Nomenclatorem ac complices illorum Roma excommunicaverit, relegi fecit in Synodo; & conſenſum Epiſcoporum in eadem excommunicatione quæſivit.* Refert poſtea idem Annaliſta promulgatam fuiſſe excommunicationem Joannis Papæ & cæterorum Epiſcoporum adverſus pervaſores rerum Eccleſiaſticarum latam.

III. *Ludovicus Balbus non Imp. ſed Rex coronatur.*

Tum ſubdit; *& coronatus Ludovicus a Joanne Papa VII. Idus Septembris invitavit eundem Papam ad Domum ſuam, & oppipare paſcens honoravit cum multis donis ipſe & uxor ſua, & remiſit eum ad Trecas civitatem. Poſtea vero per miſſos ſuos petiit eundem Papam, ut uxorem illius in Reginam coronaret. Sed obtinere non potuit.* Hæc Ludovici Balbi coronatio a Joanne Papa peracta, Baronio anno ſuperiori num. XVII. & hoc anno num. XXXIII. aliiſque non paucis erroris cauſa fuit. Exiſtimarunt enim *Ludovicum Balbum*, Carolo Calvo patri in Imperium ſucceſſiſſe; cum tamen hæc co-

*cœptumque iter egerimus: audivimus eumdem Lambertum ſatellites ſuos velle colligere, Romamque rurſus expugnaturum adire. Nos vero hoc ſcientes, anathematis ſententiam in eum, & in omnes ſequaces ejus, ſi contra Urbem Romam & Eccleſiam Romanam aliquam rurſus veniens contrarietatem vel moleſtiam, aut perturbationem inferre, quolibet modo præſumpſerit, in Eccleſia B. Pauli Doctoris Gentium protulimus. Et idcirco nullus veſtrum ejus iniquis operibus faveat, quin potius libere arguat, ſi Apoſtolicæ Sedis vultis ſemper fulciri auxilio. Quapropter hæc omnia ut veſtris ſuffraganeis cognita faciatis incunctanter hortamur ſanctimoniam veſtram, quatenus ipſe, qui membra Corporis Chriſti exiſtunt, vobiſcum pariter pro Apoſtolicæ Sedis exaltatione ſtudeant deſudare.* Data ubi ſupra quarto Kal. Maii, Indictione undecima. At ultus eſt Deus in filio, quod impie peccavit ſacrilegus pater.

XIII. (a) Jo. ep. 85.

Scripſit & de his pariter (a) ad Berengarium Comitem ex regia ſtirpe oriundum; ubi præcipue queritur, quod ab Urbe Romana, quam S. Petro Imperatores tradidiſſent, eſſet excluſus, rogans, ut ea cuncta Carolomanno nota faciat, cujus voluntate ſe ille impius cuncta feciſſe jactaſſet. Scripſit etiam de his (b) ad Angelbergam Auguſtam Deo dicatam; ſed & hæc eadem nota eſſe voluit (c) Ludovico Balbo filio nuper defuncti Caroli Calvi Imper. cum jam (ut ait) infulas Imperii ſuſcepiſſet ab Eccleſia Romana. Dum vero lugubre factum recenſet, habuiſſe tradit Lambertum complicem in ſcelere Adelbertum Marchionem, coegiſſeque jurare fideles Eccleſiæ non obedire ipſi Pontifici, ſed ipſi tantum, miſiſſeque legationem ad Sarracenos Tarentum una cum muneribus, ut ab eis copias, cum vellet, adverſus Romanam Eccleſiam paratas haberet. Addit de ſua quam liberaſſet profectione in Gallias, pro auxilio implorando. Ad finem vero epiſtolæ ponit quomodo eum augeat dignitate Conſiliarii Apoſtolicæ Sedis, qua pariter dignitate donatus fuerat Carolus Imperator pater ejus. Sic enim ait claudens epiſtolam: *Te quoque, fili chariſſime, auctoritate ſancti Spiritus Dei noſtri, ad vicem genitoris veſtri domni Caroli perpetui Imp. Auguſti, a ſecretis conſtituto meum Conſiliarium, qui, ut dici ſolet, pars animæ meæ fuit.*

(b) Id. ep. 86. (c) Id. ep. 87.

XIV. (d) Idem ep. 88. (e) Idem ep. 89.

Reddidit inſuper (d) certiorem de his omnibus Ludovicum Bajoariæ Regem filium Ludovici fratris Caroli Calvi. Sed & alias tunc pariter dedit (e) litteras, in itinere cum eſſet, & jam Genuam perveniſſet, ad ipſum Carolomannum, ex cujus voluntate graſſator Lambertus ea cuncta feciſſe gloriaretur, hortans eum ſe conferre ad Synodum, quam Trecis in Gallia celebraturus eſſet. Sed & ad Carolum ejus germanum eodem quoque argumento litteras ſcripſit (f).

(f) Idem ep. 90.

Porro recedentem ab Urbe Joannem Papam, pretioſiſſimas ſecum tuliſſe reliquias, teſtatur (g) Aimoinus, & cum Formoſo Epiſcopo Portuenſi captivo ducto, navem conſcendiſſe, Arelatemque perveniſſe die Pentecoſtes tradit: immo ante; nam die Aſcenſionis ſe Arelate Miſſam celebraſſe teſtatur in epiſtola (h) ad Branimirum Principem, qui tunc a Papa benedictus fuit. Ibi etiam invento Boſone Comite Arelatenſi genero Angelbergæ Imperatricis una cum ejus filia Hermengarda, cum eo de ſublevanda Romana Eccleſia conſilium iniit: deque his ſcripſit ipſe ad eamdem (i) Angelbergam Auguſtam. Ibi vero, cum eſſet, conceſſit pallium Roſtagno (k) Archiepiſc. Arelatenſi; redarguit vero errorem quem reperit, quod ante pallii ſuſceptionem conſecrationem facerent Epiſcoporum Archiepiſcopi Galliarum, quem & emendandum curavit.

(g) Aim. l.5. c.37. (h) Jo. ep. 184. (i) Id. ep. 92. (k) Idem 93. 94.

XV. Quæ Joan. Papa ubi Arelatem pervenit.

Ad hæc eumdem Arelatenſem Archiepiſcopum, cui pallium tribuit, Legatum ſuum in Galliis eſſe voluit; deque his litteras (l) dedit ad omnes Galliarum Epiſcopos, ſignificans ſimoniacam hæreſim, quæ vigeret in Galliis, ſe

per

(l) Idem ep. 95.

PAGIUS coronatio Regia fuerit, non vero Imperialis, licet Joannes Papa in Ludovicum Balbum Imperium transferri ſtuduerit, ob idque a Romanis vexatus, Urbe hoc anno excedere coactus ſit, uti refert Sigebertus in Chronico. Ipſemet Joannes Papa Epiſtola LXXXII. ad Ludovicum & Carlomannum fratres Ludovici Balbi filios, ait: *Sicut D. Carolus divæ memoriæ Imperator avus veſter, ac poſtmodum genitor veſter Hludovicus Rex*, &c. Mitto alia argumenta a Viris doctis hanc in rem allata quia ille vulgaris error ab omnibus nunc exploditur. Prætermittere tamen non poſſum ipſius Ludovici Balbi Diploma ab eo pro Eccleſia Nivernenſi datum *IV. Idus Septemb.* hoc eſt, triduo poſt coronationem iſtam in ipſa civitate Trecenſi, in quo ipſemet ſe tantum *Regem* appellat his verbis, LUDOVICUS MISERICORDIA DEI REX. Rex ergo fuit, non Imperator. Videatur Sirmondus in Notis ad Concilium Trecenſe II. ubi de hoc vulgari errore agit.

Hoc Concilium *Trecenſe* ordine eſt II. primum enim Trecenſe anno DCCCLXVII. juſſu Nicolai I. coactum fuit in cauſa *Vulfadi* & aliorum Clericorum ab *Ebone* ordinatorum. Decretum in hoc ſecundo Concilio Trecenſi editum adverſus Laicos, qui viventibus uxoribus

alias



per eumdem extirpari mandare. Solebat in eo itinere Pontifex ante monere Epiſcopos, ut hoſpitium pararent, per quorum diœceſim eſſet tranſiturus, ut ex litteris datis ad (a) Lingonienſem Epiſcopum patet. Cabillone autem cum hoſpitaretur, a latrunculis quibuſdam male habitus eſt, dum ab eis nocturno ſilentio jumenta abacta ſunt, quos, niſi intra tres dies ablata reſtituerent, excommunicatos voluit. Idem Pontifex ſimiliter & quemdam alium tunc excommunicavit (b) qui ſcutellam argenteam S. Petri furatus eſſet. Quo pariter tempore dum eſſet in via, ad Epiſcopos Galliæ & Germaniæ litteras dedit, quibus ad generalem Synodum Trecis celebrandam omnes juberentur adeſſe.

(a) Idem ep. 96. (b) Idem ep. 97.

XVI. Trecenſis Synodus generalis.

Convenerunt igitur Epiſcopi Trecis conſtituta die menſis Auguſti: Verum Ludovicus Rex Francorum non potuit tunc accedere ob infirmitatem corporis, qua graviter vexatus eſt. Sed ut Aimoinus (c) affirmat, ad Kalend. Septembris affuit: *Interea* (idem ſubdit) *Joannes Papa generalem Synodum cum Epiſcopis Galliarum, & Belgicarum provinciarum agens, qualiter Lambertum & Adalbertum, Formoſum quoque, & Gregorium Nomenclatorem & complices illorum Romæ excommunicaverit relegi fecit in Synodo, & conſenſum Epiſcoporum in eadem excommunicatione quæſivit. Unde qui affuerunt Epiſcopi petierunt, ut ſicut ipſe excommunicationem, quam fecerat, per ſcripturæ lectionem recitare fecit in Synodo; ita & eis concederet, ut per ſcripturam illi ſuam conſenſionem proferrent. Et concedente ita fieri Papa Joanne, in craſtinum Epiſcopi hoc, quod ſequitur, diploma Papæ in Synodo porrexerunt.*

(c) Aim. l.5. c.37.

XVII. *Domine ſanctiſſime ac reverendiſſime Pater Patrum Joannes Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, ſanctæ videlicet Romanæ primæ Sedis Papa, nos filii, famuli, ac diſcipuli veſtræ auctoritatis Galliarum, & Belgicarum Epiſcopi, his, quæ ſuper vulnera dolorum veſtrorum maligni homines ac miniſtri diaboli addentes ad ſanctam Matrem noſtram ac magiſtram omnium Eccleſiarum commiſerunt, compatimur, & dolori veſtro conflentes condolemus, atque judicium veſtræ auctoritatis (quod privilegio beati Petri & Sedis Apoſtolicæ in eos & complices eorum juxta ſacros Canones, ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos, ac ſecundum ejuſdem ſanctæ Romanæ Sedis Pontificum prædeceſſorum veſtrorum Decreta protuliſtis) voto, voce, & unanimitate noſtra, atque auctoritate ſancti Spiritus, cujus gratia in Epiſcopali ordine ſumus congregati, gladio Spiritus ſancti (quod eſt verbum Dei) eos interimentes perſequimur, ſcilicet quos, ſicut prædiximus, excommunicaſtis, excommunicatos tenemus: quos ab Eccleſia abjeciſtis, abiicimus: quos anathematizaſtis, anathematizatos eſſe judicamus: & quos regulariter ſatisfacientes veſtra auctoritas & Apoſtolica Sedes receperit, recipiemus.*

Excommunicatio contra hoſtes Rom. Eccl. confirmata.

XVIII. (d) Exod. 12. Excommunicatio adverſus Gallicanas Eccleſias infeſtantes.

*Sed ut in ſacra hiſtoria de plaga (d) Ægyptiaca digne a Deo illata legimus, quod non erat domus, in qua non jaceret mortuus, & non erat qui alium conſolaretur, quoniam in domo ſua unuſquiſque quod lugeret, habebat: nos in noſtris quoque Eccleſiis lugenda lugemus, & ideo veſtra auctoritate nobis ſubveniri, cum omni mentis humilitate depoſcimus, petentes, ut promulgetis capitulum veſtræ auctoritatis, qualiter nos erga Eccleſiarum noſtrarum pervaſores agere debeamus: ut cenſura Apoſtolicæ Sedis muniti, robuſtiores ac promptiores, Domino opem ferente, contra perverſos Eccleſiaſticarum rerum ac facultatum raptores ac vaſtatores, ſacrique miniſterii Epiſcopalis contemptores, nos ſucceſſoreſque noſtri perſiſtere concordi ſententia valeamus: ut juxta (e) egregii præ-*

*di-*

(e) 1. Cor. 5.

PAGIUS alias educebant, & contra Epiſcopos, qui a minori ad majorem Eccleſiam tranſmigrabant. Huic Decreto occaſionem dedit *Frotarius*, qui a Burdegalenſi Eccleſia ad Pictav. a Pictavienſi ad Bituric. Archiepiſcopatum tranſierat, ad quem Joannes Papa e Synodo Trecenſi ſcripſit, ut Synodo ſe ſiſteret, & privilegium de mutatione Sedium ſi quod a Sede Apoſtolica obtinuerat, exhiberet. Impetraverat *Frotarius* diſpenſationem a Joanne VIII. rogante Carolo Calvo, ut ad Bituricenſem Eccleſiam migraret, quia *Burdigala* a Normannis vaſtata fuerat. Sed cum in *Ludovici Balbi* animum ſuſpiciones quædam contra *Frotarii* fidelitatem irrepſiſſent, negotium ei faceſſivit apud Pontificem, qui ideo ipſum convenit per literas, ut Synodo adeſſet migrationis ſuæ rationem redditurus, ut ex ipſius Pontificis literis patet. Canones Synodi Ravennat. confirmati fuere, & alii ſex conditi. Denique *Sigebodus* Narbonenſis Archiepiſcopus conqueſtus eſt, quod multa in Eccleſias mala redundarent, quia in legibus Gothicis nulla contra ſacrilegia haberetur. Quare decretum, ut triginta libris argenti ſacrilegium emendaretur, & ea Lex Codici legum Gothicarum inſereretur.

V. Hincmarus Laudunenſis libellum Synodo offert.

Sed in hac Synodo maxime memorabilis querela *Hincmari Laudunenſis*, qui Libellum ſeu Proclamationem Joanni VIII. Papæ obtulit contra Hincmarum Remenſem Archiepiſcopum & omnium animos ad commiſerationem commovit: *Tranſmiſſus ſum*, inquit, *in exilium, in quo per duos annos fuimus, ſed aliquanto tempore ferro vinctus cuſtoditus ſum, duobus annis ferme peractis inſuper cæcatus ſum, & uſque modo retentus ad vos & ad veſtra piiſ-*

*ſime*

Petit Papa ab Epiſcopis auxilium contra inimicos Eccl.

*dicatoris vocem, & veſtræ auctoritatis promulgationem, traditi ſatanæ ſpiritu ſalvi fiant in die Domini noſtri JESU Chriſti.* Iſta tunc ille. *Addit auctor quod diploma Joannes Papa ſuæ excommunicationi adſcribi fecit, & manu ſua confirmans, ab omnibus Epiſcopis in Synodo ſubſcribi fecit.* Hæc apud Aimoinum ex actis Trecenſis Synodi. Quæ quidem cum minime integra reperiantur, ſunt hinc inde per fragmenta quærenda. Inter Joannis Papæ epiſtolas poſt centeſimamdecimamquartam, hæc ex eadem Synodo petita leguntur, quibus idem Papa eſt Synodum allocutus his verbis: *Vos confratres & Coepiſcopos meos volo unanimiter in defenſione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quam conſtat caput eſſe omnium Eccleſiarum convenire, donec, Deo auxiliante, in Sedem beati Petri Apoſtolorum principis revertamur, cum omnium hominum veſtrorum armata bellico apparatu manu, & hoc non differendo, ſed ſub omni celeritate, & certitudine ſponſionis. Hic mihi, quæſo, abſque ulla dilatione continuo date reſponſum.* Sequitur poſt hæc ejuſdem Pontificis allocutio ad Ludovicum Regem præſentem in hunc modum:

XIX. Joan. petit a Ludov. auxilium.

*Vos, chariſſime fili Ludovice glorioſe Rex, precor, in defenſionem, liberationem, atque exaltationem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſicut prædeceſſores veſtri fecerunt, & vobis ſub obteſtatione facere mandaverunt: ſine procraſtinatione & ulla dilatione ſuccurrite: quia miniſtri Dei eſtis, vindices in ira in his, qui male agunt, & non ſine cauſa gladium portatis, ne forte (quod abſit) illa vos & Regnum veſtrum culpa contingat, quæ quoſdam veteres Reges inimicis, & infidelibus Dei parentes quondam, damnabiliter ſtrinxit: Vel ſi aliud placet: præſentialiter in iſto loco date (per Deum & per beatum Petrum vos conjuro) ſine mora reſponſum.* Hæc ibi. Quid ad hæc omnia Epiſcopi, quid Ludovicus reſponderit, non invenitur.

Certum tamen eſt, annuiſſe votis Pontificis. Nam cum ipſe Ludovicus ob corporis imbecillitatem ex recenti morbo contractam ducere in Urbem ipſum Pontificem non valeret, Boſonem Comitem cum ipſo voluit proficiſci.

XX. Hincmar. Laud. Ep. cauſa.

Præter hæc autem auditas eſſe ab eodem Pontifice privatorum cauſas conſtat, & inter alias lugubrem querelam Hincmari Epiſcopi Laudunenſis adverſus Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum, cujus hominis audaciam jam ſub Nicolao Papa ſæpe ſuperius audivimus retuſam, & ab Hadriano Pontifice redargutam. Hic miſer Hincmarus, cæcus licet in Synodum duci voluit; atque ubi venit, ejuſmodi libellum obtulit Joanni ſummo Pontifici, qui inter ejuſdem cuſas epiſtolas, poſt centeſimam undecimam poſitus legitur ſic, Dei beneficio conſervatus, quo innoteſceret tantæ tragœdiæ vera hiſtoria, Hincmari litteris obſcuratæ, dum eumdem Laudunenſem acerbiſſimis exagitat invectivis, virum pium, atque adverſus eum jura Rom. Eccl. defendentem:

*Reclamatio & proclamatio Hincmari, qui quondam præerat Eccleſiæ Laudunenſi.* Hic libelli titulus, ſequitur ipſe:

*Domine, & ſumme Pater Patrum, & rector Pontificum Joannes nomine & meritis vocate.*

XXI.

*Audi vocem proclamationis meæ, & exaudi vocem deprecationis meæ, compaſſus cauſæ calamitatis meæ. A Rhemorum Archiepiſcopo ad Synodum ſuum vocatus ad *Dutiatcum villam, quam conſtituit hebdomada prima menſis Auguſti. Et monuit me de certis cauſis paratum eſſe ibidem, ut reſponderem. Ad quam cum feſtinaſſem, violentia hoſtili in medio itinere ſegregatus ſum ab ovibus meis, privatus ſum, & ſpoliatus omnibus rebus meis, perductus ſum ab iiſdem hoſtibus uſque ad præfatam villam. In qua cum conſiſterem, jam ſtabat Rex Carolus ante ipſum Archiepiſcopum meum, tenens in manu ſcripturam, re-*

* Attiniacum Libellus proclamatorius Hinc. Laudun. Epiſc.

PAGIUS *ſima ſerenitatis præſentiam, mox ut venire dimiſſus potui, protinus acceſſi.* Audiendus hac de cauſa Annaliſta Bertinianus: *Poſt excommunicationem Hugonis Lotharii filii & Immonis ac conplicum eorum, vim facientibus quibuſdam Epiſcopis, & conſentiente Rege, dixit Papa Joannes, ut Hedenulphus ſua auctoritate ordinatus Epiſcopus* (Laudunenſis ſcilicet) *ſedem ſuam teneret, & Epiſcopale miniſterium ageret, & Hincmarus cæcus, ſi vellet, miſſam cantaret, & partem de rebus Epiſcopii Laudunenſis haberet. Et cum Hedenulfus apud eumdem Papam peteret, ut illum ab ea ſede abſolveret, dicens ſe eſſe infirmum, & velle intrare monaſterium hoc obtinere non potuit. Sed præceptum, eſt illi ab eo, conſentiente Rege atque Epiſcopis Hincmari fautoribus, ut ſedem ſuam teneret, & Epiſcopale miniſterium ageret. Qui fautores Hincmari audientes quod Papa Joannes dixerit, ut, ſi vellet Hincmarus cæcus miſſam cantaret, & Rex conſentiret, ut partem de Epiſcopio Laudunenſi haberet: inſperate aliarum provinciarum Epiſcopi; ſed & aliarum regionum Metropolitani, ſine præceptione Papæ Hincmarum veſtimentis Sacerdotalibus indutum in præſentiam ipſius Papæ adduxerunt, & ſignum benedictionis ſuper populum dare fecerunt. Sicque Synodus illa ſoluta eſt.* Ita Annaliſta Bertinianus.

VI. *Ab ea non reſtitutus, ſed pars bonorum Epiſcopii ei conceſſa.*

Factio fuit iſta, non ratio, inquit Cellotius in Vita Hincmari Junioris §. XXI. quam qui Laudunenſi bene volunt, aut male Rhemenſi, habent pro reſtitutione: at non ſatis conſulte, quippe qui non animadvertunt, gratiam hanc eſſe non judicium, permiſſionem, non ſententiam;



*reputans me eſſe perjurum, quia Romam ſine ſua voluntate miſerim, & imputans quod eum accuſaverim. Atque idem Archiepiſcopus me reſpondere juſſit. Cui ego reſpondi: pro his, de quibus me admonuerat, in eadem Synodo eſſe paratum, ut reſponderem. Paratus eram ſcriptis reſpondere, quæ ſcripta præ manibus tenui. Sed ipſe non permiſit, ut Synodus ſcripta mea ſuſciperet: quia ſibi dari jubebat. Sed ego ſuſpecto dare nolebam.*

XXII. *De clerica autem meo nomine Berthario, quem ſubito requiſivit, ſed requiſitus non affuit: reſpondi, quia ipſi homines mecum veniebant, qui eum comprobaturi eſſent, ſi eis veniſſe licuiſſet. Sed idem Archiepiſcopus de his nihil me poſtea appellavit: ſed ad accuſationem Regis me reſpondere iterum atque iterum præcipiebat. Cui ego reclamavi, quia non docebat canonica auctoritas, nudatum & ſuis rebus ſpoliatum, inſuper & ab hoſtibus detentum reſpondere ullatenus debere. Sed & addidi, quia non ſolum ſuſpectum, ſed manifeſte illum infeſtum habebamus. Unde & Apoſtolicam Sedem appellavi pro amore Dei, & honore S. Petri tam de ipſa accuſatione Regis, quam de præjudicio, quod ab ipſo patiebar Archiepiſcopo. Legi manibus tenens auctoritates Julii Papæ, & Felicis Papæ, videlicet ea, quæ ipſi in eis præfigunt de appellationibus Epiſcoporum: quæ mihi ſervari, appellando Sedem Apoſtolicam, proſtrato corpore expetii. Sed nihil horum mea petitio obtinuit. Sed neque litteræ Apoſtolicæ, quas mihi præſentialiter dederat (quoniam me vocabant, ut procraſtinando non differrem venire, ſi ſtatus mei jacturam ſuſtinere non vellem) quidquam prævaluerunt.*

XXIII. *Judicium præfatus Archiepiſcopus ſuper me impoſuit, ut ab Epiſcopali removendus eſſem officio. Sed alii gemebant, flebantque, inter quos nullum merebar pati inimicum. Scripta quidem ab eodem Archiepiſcopo, ipſis impoſita manibus tenentes, ſed ore proferre nolentes, inviti vix verba ſingultiebant; adi-*



*tum tamen ad Sedem Apoſtolicam minime ſperantes mihi poſſe denegari. Unde ſalvo per omnia Sedis Apoſtolicæ judicio, ipſi finem * lectionis terminavere. Poſt hæc tranſmiſſus ſum in exilium, in quo per duos annos ſanus, ſed aliquanto tempore ferro vinctus, cuſtoditus ſum. Duobus annis ferme peractis, inſuper cæcatus ſum, & uſque modo retentus. Ad vos & ad veſtræ piiſſimæ ſerenitatis præſentiam, mox ut venire dimiſſus potui, protinus acceſſi. Nunc autem veſtram clementiam ſuppliciter exoro, a veſtra ſumma paternitate parari de me æquitatis judicium, cui ſecundum canonicam inſtitutionem, & Decreta Romanorum Pontificum reſervatus, & reſervandus ſum, & fueram. Quod ob amorem Dei & venerationem ſancti Petri apud veſtræ paternitatis pietatem obtinere efflagito, tum pro multitudine miſeriæ meæ, tum pro magnitudine pietatis veſtræ, quæ accendatur clementiſſimi Redemptoris amore, qui me proprio acquiſivit ſanguine, & qualemcumque ſancto ſuo ſacravit munere.* Hucuſque proclamatio Hincmari junioris.

* al. Actionis

XXIV. Porro Archiepiſcopum Rhemenſem illum, qui in libello nominatus non eſt, Hincmarum fuiſſe certum eſt, ejuſque patruum, ſed hoſtem implacabilem, qui ad hæc etiam tempora ſuperſtes erat, & ad hanc ipſam vocatus eſt Synodum litteris (a) ipſius Joannis Romani Pontificis. Sed ubi venit, & contra ſe iſta prolata audivit, tum verbis, tum ſcriptis ſe excuſare ſtuduit.

Audito libello Hincmari miſerandi Epiſcopi, ipſe a Joanne Papa in ſuum priſtinum gradum reſtitutus eſt, ita teſtatur Ado in fine Chronici ſui. Aimoinus ex Actis ejuſdem Synodi hæc inſuper addit (b): *Poſt excommunicationem Hugonis Lotharii filii, & Limnonis & complicum eorum, vim facientibus quibuſdam Epiſcopis & conſentiente Rege, dixit Joannes Papa, ut Hedenulphus ſua auctoritate ordinatus Epiſcopus ſedem ſuam teneret, & Epiſcopale miniſterium ageret; & Hincmarus, ſi vellet, Miſ-*

(a) *Joan. ep.* 101.

(b) *Aim.* l. 5. c. 37.



PAGIUS tiam; non eſſe retractatam cauſam, Acta Concilii non reſciſſa, Joannis ipſius audito Rege ſententiam non mutatam; imo potius confirmatum in Epiſcopali Sede *Hedenulphum*, a qua & ſucceſſoris profeſſione, & orbitate ſua excludebatur *Hincmarus*, qui inglorius in ſua illa Sacerdotali parte non multo poſt obiit: tunc etiam commendatus ab Hincmaro avunculo, qui Hugoni Abbati ſcripſiſſe legitur apud Flodoardum lib. 3. cap. 24. *Notificat etiam illi obitum Hincmari nepotis ſui Laudunenſis Epiſc. rogans, ut pro ejus animæ remedio per ſubjectos ac familiares ſuos domini miſericordiam deprecari ſatagat.* Idem autem Rhemenſis Hincmarus illo in Concilio plurimis a Joanne Papa honoribus affectus Apologetico generali omnibus ſuis adverſariis ſatisfecit, de quo ibidem Flodoardus capp. 21. & 29.

VII. *Joannes PP. e Gallia diſcedit.*

Cauſa Hincmari Junioris *quarto Idus Septemb.* agitata fuit, ut teſtatur Annaliſta Bertinianus, qui cum poſtea dicat, cum ea Synodum finitam eſſe, paucis poſt diebus Joannes VIII. e Francia diſceſſit: *Papa Joannes*, inquit idem Annaliſta, *Threcas movens, Cavillonem petiit, indeque per Moriennam iter agens, per Cluſas montis Ciniſii Italiam a Boſone & uxore illius deductus introivit.* Addit Annaliſta Fuldenſis: *Aſſumpto Boſone Comite; qui propria uxore veneno extincta filiam Hludouvici Imp. de Italia per vim rapuerat, cum magna ambitione in Ita-*

Hincmarus Laud. honoratus a Jo. Pap.

*ſam cantaret, & partem de rebus Epiſcopii Laudunenſis haberet. Et cum Hedenulphus apud eumdem Papam peteret, ut eum ab illa ſede abſolveret, dicens ſe eſſe infirmum, & velle intrare monaſterium, obtinere non potuit: ſed præceptum eſt illi ab eo, conſentiente Rege atque Epiſcopis Hincmari fautoribus, ut ſedem ſuam teneret, & Epiſcopale miniſterium ageret. Qui fautores Hincmari audientes quod Papa Joannes dixerit, ut ſi vellet Hincmarus cæcus, Miſſam cantaret, & Rex conſenſerit, ut partem de Epiſcopio Laudunenſi haberet: inſperate aliarum provinciarum Epiſcopi, ſed & aliarum Metropolitani ſine præceptione Papæ Hincmarum veſtimentis ſacerdotalibus indutum, in præſentiam ipſius Papæ adduxerunt; indeque ſublatum, cantantes in Eccleſiam illum adduxerunt, & ſignum benedictionis ſuper populum dari fecerunt. Sicque Synodus illa ſoluta eſt.*

XXV. Mira Dei judicia in Hincmaro patefacta.

Admiranda plane divina judicia, ut non derelinquat ſperantes in ſe! Ecce tibi Hincmarus Laudunenſis, cum ſæpe appellaſſet Apoſtolicam Sedem, nec umquam, ut vidiſti, dimiſſus eſſet, ut eam adire poſſet, immo tentus, & in carcerem detruſus, catena vinctus, atque etiam crudeliter excæcatus: diſponit divina providentia, ut, qui numquam adire potuit Romanum Pontificem: ipſe Romanus Pontifex ex Italia in Gallias ad eum accedat, audiat, & honoret. Ut plane illud Davidicum fuerit decantandum (a): *Patientia pauperis non peribit in finem.* Cum ejectus & oblivioni traditus homo, ſummo honore afficeretur ab ipſo Romano Pontifice, univerſaque Synodo, atque Rege. Et ſecundum illud Zachariæ de Jeſu ſacerdote magno, cui adverſabatur ſatan, cum ei dictum (b): *Increpet te Deus, qui elegit Hieruſalem: numquid non iſte eſt torris erutus de igne? Auferte veſtimenta ſordida ab eo, & ponite cidarim mundam ſuper caput ejus.* Ita plane quiddam ſimile eſt divinitus oſtenſum in Hincmaro, ut excæcatus homo, ſede privatus, juſſu ejus, qui aderat, Romani Pontificis ſacrificium incruentum juberetur offerre, & manibus Epiſcoporum ſacerdotalibus indueretur indumentis, introduceretur que in Sancta Sanctorum, unde univerſo populo benediceret.

(a) Pſalm. 9.

(b) Zacch. 3.

XXVI. Hincmar. Rhemenſis ſcripſit pro ſe Apologiam.

Quo putas iſta inſpexiſſe animo Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum, qui aderat, quique declamatorio illo libello publice in Synodo recitato fuerat mirum in modum exagitatus? Cum præſertim quidquid peccaſſet in Apoſtolicam Sedem ipſumque Romanum Pontificem jam in plena Synodo coram omnibus patefactum, atque publice deploratum eſſet. Sed qui potens calamo erat, defenſionem ſuam ſcriptis prodidit de eo potiſſimum, quod diceretur non recipere decretales epiſtolas Romanorum Pontificum. De quo iſta Frodoardus (c):

*Scripſit, inquit, & Apologeticum contra obtrectatores ſuos, qui calumniabantur eum diverſis detractionum appetitionibus, ſcilicet apud Joannem Papam, quod nollet auctoritatem recipere Decretorum Pontificum Sedis Romanæ. Atque tunc in Synodo Tricaſſina, & poſtea hoc Apologetico reſpondit, refellens calumniatores ſuos, & ſe Decretalia Pontificum Romanorum a ſanctis Conciliis recepta & approbata recipere & ſequi, diſcrete, prout ſunt, ſequenda, depromens.* Et ſuperius in epiſtola contra Hincmarum Laudunenſem, dum profitetur, ſe recipere epiſtolas decretales Romanorum Pontificum, hæc in eamdem ſententiam ſubiicit: *Eas ſuſcipiendas dico & ſcribo, & ſacros ſanctorum Conciliorum Canones cum Decretis Apoſtolicæ Sedis ex eiſdem ſacris Canonibus promulgatis & recipiendos & cuſtodiendos & ſervandos, ſicut ſupra oſtendi, profiteor.*

(c) Frodoa. hiſt. Rhem. l. 3. c. 21.

Hincmari Rhemenſis profeſſio ſubdola.

XXVII. At tu hic hominis intuere fallaciam, hic attende verſutiam: dum enim ſe Decreta Roman. Pontificum recipere profitetur, pariter diffitetur, cum videlicet reſtringit ad ea quæ de illis recepta eſſe noſcerentur a Conciliis, & promulgata per Canones. In quo ſane quod toto cœlo erret, jam ſuperius redargutus ab Hincmaro Laudunenſe, in libello ab ipſo oblato Synodo: cum Decreta Romanorum Pontificum inveniantur Concilia comprobaſſe vel reprobaſſe, non autem eadem Conciliorum auctoritate, & comprobatione indiguiſſe. Pergit Frodoardus ex eodem Hincmari Rhemenſis Apologetico:

XXVIII. *De Hincmari quoque Laudunenſis depoſitione vel reſtitutione, qualiter actum ſit, manifeſtans: de hoc etiam unde calumniatus fuerat a quibuſdam apud eumdem Joannem Papam, quaſi diceret, non ipſum majoris dignitatis eſſe Papam, quam ipſe eſſet. De ordinatione quoque Hedelnulphi in locum Hincmari in Epiſcopatu Laudunenſi, & confirmatione Papæ ipſius ordinationis, item de Carolomanno & aliis quibuſdam rebus, de quibus eum veritas excuſabilem reddidit. Quibuſdam quoque calumniantibus licet reſpondere poſſet, aſſerit ſe noluiſſe, ne contemptui vitia videretur addidiſſe, glorioſius eſſe ducens, tacendo fugere, quam reſpondendo ſuperare, ne gloriam ſuam quæſiiſſe putaretur.* Hæc Frodoardus, qui eadem de Apologia Hincmari Rhemenſis inferius habet in fine ſcilicet libri tertii (a).

PAGIUS *Italiam rediit, & cum eo machinari ſtuduit, quomodo regnum Italicum de poteſtate Carlmanni auferre, & ei tuendum committere potuiſſet.* Porro Concilium Trecenſe *Kalendis Auguſti* inchoari debebat. Joannes enim Papa in Epiſtola XCI. ad Angelbergam Auguſtam ſcribit: *Vos ſcire cupimus, quia apud Trecas in Kalendis Auguſti una cum Rege Ludovico Imperatoris Caroli filio, & cum univerſis Galliæ Epiſcopis Synodum univerſalem celebrabimus.* Ludovicus tamen Balbus Kalendis tantum Septemb. ad Synodum venit, uti ſupra oſtendimus, & Synodus *III. Idus Auguſti* ſolum inchoata, ut liquet ex Breviario Actorum ejuſdem Synodi ex veteri Codice deſcripto a Sirmondo Tom. III. Concil. Gall. pag. 473.



(a) Frod. l. 3. c. 27.

XXIX. Porro qui his adverſatus fuerat Hincmarus Laudunenſis, ipſum Rhemenſem reddidit ſibi hoſtem infenſiſſimum; ſed eo nomine conciliavit ſibi ſummam immortalemque gloriam atque laudem, quod pro Romanæ Eccleſiæ privilegiis, potiſſimum vero pro auctoritate decretalium epiſtolarum adverſus Hincmarum Rhemenſem, qui eas enormiter fauciaſſet, nulla habita ratione ejus quæ cum ipſo conſanguinitas intercedebat, ſtrenue laboravit; cujus rei cauſa, ut vidiſti, plurima paſſus eſt, cum ex ea ratione in ſe etiam Imperat. Carolum provocaſſet. Porro de earumdem decretalium epiſtolarum auctoritate, etiam earum, quæ extra corpus Canonum vagarentur, habes adverſus eumdem Hincmarum ſuperius recitatam egregiam epiſtolam Nicolai Romani Pontificis.

XXX. Quod inſuper ad eumdem Hincmarum ſpectat, duæ extare dicuntur ad eumdem Joannem Pontificem ſpectantes epiſtolæ, ſuo altera, altera vero Caroli Calvi Imper. nomine; nam ex ſtylo eſſe Hincmari non dubitatur. Habet eas codex Cathedralis Eccleſiæ Spirenſis, in quo novem, ſed prolixæ valde habentur epiſtolæ, quarum ſummaria tantum accepimus, quæ ſuis locis pro ratione temporis collocata reddemus.

Quæ de Pontificum decretis Hincmar. male ſenſerit.

Quæ vero ad hæc, de quibus agitur, ſpectat, & ibi primum ordine ponitur ſexta, ſic incipit ad Epiſcopos Rhemenſis diœceſis ſcripta: *Domini ſanctiſſimi ac reverendiſſimi Patris noſtri Apoſtolici Papæ Joannis Decreta ex ſacris Canonibus promulgata, ſicut & ſancti deceſſores ac prædeceſſores ſui &c.* Eſt ejus argumentum. *Hincmarus ut Epiſcopus Metropolitanus indicat ſuffraganeis Epiſcopis ſe ſuoſque capitula ex ſacris Canonibus collecta a Joanne Octavo Papa ad Epiſcopos Franciæ miſſa reverenter ſuſcipere, ſed ea conditione, ut Metropolitanis ſua antiqua jura, ut Eccleſiis vetera privilegia ſalva, & inconcuſſa permaneant. Idque probat primo, quia in Nicæna Synodo, aliiſque ita cautum. Secundo, quia multi Romani Pontifices docuere, vetera Synodorum ſtatuta non eſſe convellenda. Tertio, quia dum Papæ in remotis regionibus aliis vices ſuas commiſere, ut beato Remigio Rhemenſi Epiſcopo in Galliis, ſancto Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino in Germania: ſemper commiſere, ſalvo jure Metropolitani. Unde qui aliena jura involarunt, etiam anathematis fulmine a Pontificibus ſummis icti ſunt. Concludit denique, nihilominus a Metropolitana ſede appellari poſſe ad Apoſtolicam. Ab hac vero ad aliam nullam, quippe cui & Reges parere debeant.* Hæc ex ſexta epiſtola, quæ fertur eſſe longiſſima. Ex qua quidem illa perſpicue intueris, quæ ex ejuſdem epiſtolis nuper a Frodoardo ſunt recitata, nimirum ſic accipienda eſſe Decreta Romanorum Pontificum, ſi ex Canonibus ſibi vendicent auctoritatem, immo quod & abſurdius eſt, ſi non ſint adverſantia privilegiis collatis Eccleſiis, perinde, ac ſi qui ea contulit Romanus Pontifex, eadem ex cauſa revocare non poſſit, & ſuadente ratione, non liceat ei diverſa a ſancitis Canonibus conſtituere, ipſoſque Canones ſuperponere Pontificiæ poteſtati, cum tamen omnem illi vim acceperint ab Apoſtolica Sede, a qua iidem poſſint, poſcente cauſa, & ratione ſuadente, mutari, & privilegia pari ratione auferri, minui & augeri, ut factum ſæpe probatur.

Epiſtola autem Caroli Imperatoris ab Hincmaro ſcripta, quæ ultimo loco reperitur in Spirenſi codice collocata, ad eumdem Joannem Octavum Pontificem data ſic incipit: *Sanctiſſimo ac reverendiſſimo Patri Joanni ſummo Pontifici & univerſali Papæ, Carolus gratia Dei Imperator Auguſtus, & ſpiritualis filius veſter. Antequam provinciæ Tranſalpinæ propter ſeditiones, & bella frequentia progenitorum noſtrorum temporibus ſacrarum legum, &c.* Cujus hoc eſt argumentum: XXXI.

*Carolus Calvus primo queritur, quod quæ de crimino ſis ſacerdotibus a Carolo Magno ſtatuta & ab Eugenio II. & Leone IV. Pontificibus Romanis renovata ſunt, non obſerventur. Secundo ſubiicit judicio Joannis Papæ VIII. quæ dicturus eſt de honore Epiſcopis deferendo, & de appellationibus. Tertio, merito Epiſcopis etiam a ſe honorem ſuum deferendum; & ſi lapſi fuerint, a comprovincialibus Epiſcopis, & Metropolitano cauſam eorum tractandam: negotia ſiquidem ubi orta ſunt, finienda eſſe ſecundum Canones. Quod ſi ab eorum judicio appellatum fuerit ad Papam: tum ſecundum eoſdem Canones Papam debere,* XXXII.

*re, cognita utrimque cauſa, vel approbare Epiſcoporum judicium, vel renovare; ſi enim ſecus fiat, facile in tanta locorum diſtantia poſſe fraudem in informatione obrepere. Quarto docet clericos noſtros accuſandos apud Epiſcopum, ſic tamen ut ab illo poſſint appellare ad Epiſcoporum finitimorum Synodum provincialem. Denique hortatur Papam, ut ſecum tueri conetur veram Canonum obſervationem, curareque, ne Epiſcopi aliquem facile excommunicent.* Hæc ex dicta epiſtola. Sed quorſum iſta: cauſæ ſuperius ſub Nicolao & Hadriano ventilatæ ſignificant. At jam quæ pauca reliqua ſunt Trecenſis Synodi videamus.

XXXIII. Qui ſummatim ea eſt proſecutus ſimplici puraque tractatione Aimoinus, iſta his addit, nimirum in ipſa Synodo, ſeptimo Idus Septembris, coronatum fuiſſe Ludovicum Imp. ab eodem Joanne Pontifice. Præterea quod idem Pontifex adoptavit ſibi in filium Boſonem Principem, de quo ſupra, cujus adoptionis rationem reddit in epiſtola tunc ſcripta ad (*a*) Carolum Regem, ubi poſtquam redarguit eum, quod ad Synodum vocatus non acceſſerit, hæc addit: *Cujus conſilio*, nempe Ludovici Imper. *atque hortatu, Boſonem glorioſum Principem per adoptionis gratiam filium meum effeci, ut ille in mundanis diſcurſibus, nos libere in his, quæ ad Deum pertinent, vacare valeamus.* Hæc ipſe. Qui & in litteris ad eumdem Ludovicum poſtea (*b*) ſcriptis teſtatur, ſe ab eodem Boſone fuiſſe in reditu Romam verſus Ticinum uſque perductum, quo nomine eidem gratias agit.

(*a*) *Joan. ep.* 119.

Boſo princeps adoptatus a Jo. Papa.

(*b*) *Id. ep.* 125.

Privilegium Eccleſiæ Ticinenſis.

Papiæ vero cum idem Pontifex eſſet, ingens valde illi Eccleſiæ contulit privilegium: nempe ut quotieſcumque Ticinenſis Epiſcopus vocaret ad Synodum Archiepiſcopos Mediolanenſem & Ravennatem, cum ſuffraganeis, venire omnino deberent. Extat de his epiſtola ipſius Joannis ad dictos Archiepiſcopos data (*c*) quod non crederem, niſi legiſſem. Ibidem Synodum indixit ibi celebrandam IV. Kal. Decembris cum Epiſcopis Longobardiæ, ut ex ipſis litteris conſtat. (*d*)

(*c*) *Id. ep.* 139.

(*d*) *Id. ep.* 142.

XXXIV. Scribens tunc etiam ad Epiſcopos ſub Ludovici Regis Regno conſtitutos, indulgentiam concedit omnibus, quos pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ in bello occidi contigerit, quarum hæc eſt forma litterarum (*e*):

(*e*) *Id. ep.* 144.

*Omnibus reverendiſſimis ac ſanctiſſimis venerabilibus Coepiſcopis per totum Regnum chariſſimi filii mei Ludovici Regis.*

Indulgentia conceſſa pro vivis atque defunctis.

*Quia veneranda fraternitas veſtra modeſta interrogatione ſciſcitans quæſivit, utrum qui pro defenſione S. Dei Eccleſiæ, & pro ſtatu Chriſtianæ religionis & Reip. in bello nuper ceciderunt, aut de reliquo pro ea re caſuri ſunt, indulgentiam poſſint conſequi delictorum: Audenter Chriſti Dei noſtri pietate reſpondemus: quoniam illi, qui cum pietate Catholicæ religionis in belli certamine cadunt, requies eos æternæ vitæ ſuſcipiet, contra paganos atque infideles ſtrenue dimicantes, eo quod Dominus per Prophetam dignatus eſt dicere, (f) Peccator quacumque hora converſus fuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius. Et venerabilis ille Latro (g) in una confeſſionis voce de Cruce meruit paradiſum. Manaſſes (b) quoque impuriſſimus quondam Rex captus, carcerique arctiſſimo relegatus, ibi pœnitentiam agens cum perfectiones indulgentiæ etiam Regni priſtini, propter Domini miſericordiam, quæ immenſa eſt circa genus humanum, adeptus eſt ſolium. Noſtra præfatos mediocritate, interceſſione B. Petri Apoſtoli, cujus poteſtas ligandi atque ſolvendi eſt in cœlo & in terra: quantum fas eſt, abſolvimus; precibuſque illos Domino commendamus. Optamus fraternitatem veſtram in Chriſto bene valere.* Hæc Joannes de indulgentia tam pro vivis, quam pro defunctis.

(*f*) Ezech. 18.

(*g*) Luc. 23.
(*b*) 2. Par. 33.

XXXV. Ad hunc uſque annum, quo (ut audiſti) celebratum eſt Trecenſe Concilium, Ado Archiepiſcopus Viennenſis perduxit quod ſcripſit Chronicon, vir cum primis tum ſcientia, tum etiam ſanctitate clarus, cujus natalis dies inter Sanctos recenſitus habetur, xvi menſis Decembris. Extat ex ejus lucubrationibus inſigne monumentum illud, quo res geſtas SS. Martyrum novo Martyro-

De Adone Archiep. Viennenſi.

PAGIUS VIII. *Moritur Ado Archiep. Viennenſis.*

Ad num. XXXV. Baronius Mortem *Adonis* Archiepiſcopi Viennenſis doctrina & pietate celeberrimi in hunc annum differt, quod in fine ejus Chronici legatur, Hincmarum Laudunenſem a Joanne Papa VIII. in integrum reſtitutum fuiſſe. Verum nec *Hincmarus* Laudunenſis in priſtinam dignitatem reſtitutus fuit, ut ex Annaliſta Bertiniano Auctore coævo mox oſtendimus; nec *Ado* Chronicon ſuum uſque ad hunc Chriſti annum perduxit, ſed uſque ad annum DCCCLXXIV. Illud poſtea ab alio continuatum. Annum & diem mortis ejus deſignat Viennenſe MS. ex quo hæc verba exſcripſit Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. in Elogio Hiſtorico hujus Sancti Præſulis. En MS. Verba: *XVII. Kal. Januarii Sancti Adonis Viennenſis Epiſcopi, miræ ſanctitatis viri, anno ab Incarnatione Domini DCCCLXXV. indict. VIII. Rexit autem Eccleſiam ſuam XVI. annos, ſepultus eſt in Eccleſia Apoſtolorum Viennæ.* Certe Ortramnus ejus Succeſſor anno DCCCLXXVI. Concilio Pontigonenſi ſubſcripſit.

IX. *Ado* nondum Epiſcopus Martyrologium ſuum



logio cæteris fuſius eſt proſequutus: inſcribitur, Martyrologium Adonis. Frodoardus, dum relegit ſcriptas epiſtolas ab Hincmaro Rhemenſi Archiepiſco ad diverſos, de ea, quam ab ipſo ſcriptam tradit ad eumdem Adonem, ita ſummarium ejus collegit; *Hincmarus Adoni Viennenſi Archiepiſcopo ſcribit inter cætera pro epiſtola beati Aviti ad ſanctum Remigium ſcripta, quam quidam Rothfridus monachus ei dixerat, ſe apud eumdem Adonem legiſſe. Sed ſi quæ præterea de S. Remigio reperire valeret: ei ſuper aureum & topazium pretioſa & amabilia mitteret.* Hæc Frodoardus. At in rebus Gallicanis jam diutius immorati, ad res Orientalis Eccleſiæ tranſeamus, cum magna in Coſtantinopolitana Eccleſia contigit innovatio:

XXXVI. *Quod igitur ad res pertinet Orientis: eodem anno magno totius Eccleſiæ damno, Photius malis artibus parat ſibi reditum, atque reverſus Conſtantinopolitanam ſedem invadit. Quomodo autem iſta adeo deformia ſe habuerint, ſic accipe: Videns veterator ille inter Joannem Pontificem & Ignatium occaſione diœceſeos Bulgarorum obortas diſſenſiones, & jam ea de cauſa eumdem Pontificem ipſi Ignatio infenſum redditum: omnem movit lapidem, ſi quomodo efficere poſſet, ut ab Imp. ſolutus exilio revocaretur Conſtantinopolim. Quod ut conſequi poſſet, verſipellis homo rem excogitat, quam cum audieris, magna adminiſtratione afficieris. Deſcribit iſta, qui res Ignatii volumine proſecutus eſt auctor ejuſdem temporis Nicetas, ſuperius ſæpe citatus, qui rem geſtam ſic exorditur.*

Photius meditatur ſolutionem exilii.

XXXVII. *Quid igitur ille, qui dicitur Photius? Num ſententiam in ſe latam, ut juſtam recipiens, abſtinuit a calumniis & turbis, vel ſub potenti manu Dei humiliatus abſtinuit, & deſivit divinam iram ſibi concitare, vel omnino a ſuis maleficiis receſſit, & modeſtior & æquior pro illa damnatione factus eſt? nequaquam: ſed potius totis illis decem exilii ſui annis, ſexcenta adverſus S. Ignatium mala concitavit. Cum vero undequaque tutum illum & irreprehenſibilem videret, Imperatoris gratiam ſibi conciliare procurat; & cum omne conſilium, & omnem rationem & omnes nervos ad hoc tetendiſſet: tamdem invenit viam, qua ſimplicitatem, vel potius levitatem Imperatoris caperet . . . . . . . . ut facilem, & qualem ejus animæ conveniens erat. Nomina videlicet ſingulorum ſcrutatus, Baſilii inquam Imp. & Eudociæ ejus uxoris & filiorum, Conſtantini ſcilicet, Leonis & Alexandri ac Stephani; & ſingulorum primas accipiens litteras, & componens eas, hinc fraudis occaſionem ſuſcipit. Hiſtoriam enim & genealogiam hinc format & fingit eam, quæ neque eſt, neque umquam fuit.*

Conſilium Photii fraudulentum.

XXXVIII. *Tiridatem illum magnum Armeniorum Regem, qui tempore magni illius Gregorii martyris fuit, conſtituit hiſtoriæ primum auctorem & originem. Ex illo videlicet Tiridate genealogiam nominibus*

Inſignis impoſtura Photii.

PAGIUS *Martyrologium ante Epiſcopatum condidit.*

condidit, ut ibidem colligit Mabillonius ex eo quod *quinquennio Romæ exacto Ravennam devenit: ubi quemdam libellum a quodam fratre religioſo præſtitum tranſcripſit, ad deſcribendas Sanctorum Martyrum paſſiones*, ideſt Martyrologium. In eo conficiendo uſus eſt alio vetuſtiori, quod Roma Aquileiam tranſmiſſum, & Ravennæ a quodam Monacho, ut jam diximus, ſibi præſtitum mutuo ad deſcribendum acceperat. Iſtud una cum Adonis Martyrologio publici juris fecit *Roſvveydus*, & ipſum Romanum vetus eſſe, de quo Gregorius Magnus in Epiſtola ad Eulogium Alexandrinum agit, opinatus eſt. Henricus Valeſius in Diſſert. *de Martyrologio Romano, quod edidit Borvveydus* Notis ſuis ad Hiſtoriam Euſebii ſubjuncta, pluribus contendit nullum unquam fuiſſe proprium ac peculiare Martyrologium Eccleſiæ Romanæ, ante illud quod juſſu Sixti V. Pontificis Maximi editum eſt hoc titulo, & Baronii notationibus illuſtratum. Verum Mabillonius in Præfatione ad partem II. Sæc. IV. Benedict. num. CLXXIV. non parum infirmat illam Valeſii opinionem auctoritate Concilii Cloveshovienſis anno DCCXLVII. in Anglia celebrati. In eo enim diſerta de Martyrologio Romano mentio habetur in Canone XIII. definiente, *ut per gyrum totius anni natalitia ſanctorum uno eodemque die* juxta Martyrologium ejuſdem Romanæ Eccleſiæ *cum ſua ſibi convenienti pſalmodia ſeu cantilena venerentur.*

X. "Nihil, inquit Mabillonius, hoc teſtimonio apertius. En *Martyrologium Romanæ Eccleſiæ* nominant Patres, & ad ejus normam natalitia Sanctorum celebrari decernunt. Et fortaſſe illud ipſum erat, quod Auguſtinus & primi Prædicatores a Gregorio Magno eam in inſulam miſſi ſecum attulerant. At, inquies, non erat illud Martyrologium Eccleſiæ Romanæ ab origine proprium, ſed illud, quod Hieronymo a multis retro ſæculis ſuppoſitum, poſtea ſibi Romana Eccleſia uſurpaverit. Verum ſive ita, ſine aliter res habeat, concedant neceſſe eſt, illud Martyrologium Romanæ Eccleſiæ tum fuiſſe peculiare, non toti Latinæ Eccleſiæ commune: alias ſane fruſtra *Martyrologium Romanæ Eccleſiæ* ab Anglicanis illis Patribus appellaretur. Jam vero an Martyrologium illud quod ſuo præfixit Ado, fuerit ipſum Romanum, in promptu non eſt ut affirmem, tametſi quod Roma Aquileiam a Pontifice Romano directum ſit, non levem affert conjecturam, iſtud non aliud eſſe quam Romanum." Hæc & plura alia de Martyrologio Adonis Vir doctiſſimus, qui in ejus Elogio Hiſtorico oſtendit *Adonem* fuiſſe Monachum Benedictinum ante initum Pontificatum, & quidem in Ferrarienſi Cœnobio.

*Eccleſiæ Romanæ proprium Martyrologium habuit.*

XI. A num. XXXVI. ad LVIII. Licet Baronius aliique S. Ignatii Patriarchæ Conſtantinop. mortem præſenti anno affixerint, ea tamen ad

*bus quibus voluit conſarcinans, aliam ex aliis fictam deducit hiſtoriam. Quando vero ad patrem Baſilii pervenit, hunc ſcripſit nativitate talem, qualis Baſilius fuit, & ejus nomen Beclas finxit fuiſſe, quem feliciſſimum & annoſiſſimum hic Photius omnium eorum, qui hucuſque regnaverunt, futurum auguratur. Sexcentis etiam mendaciis, quibus delectari novit auditores, hiſtoriam illam cum repleſſet, vetuſtiſſimis quidem membranis, characteribus etiam Alexandrinis pro virili imitatis, talia ſcribit, & antiquiſſimis papyris ab antiquiſſimo libro detractis, omnia hæc obvolvit, ac deinde in magna palatii bibliotheca illa deponit.* Hæc de impoſtura Photii. Habet hæc etiam Conſtantinus Manaſſes Græcus hiſtoricus, elucidatque ipſe compoſitam a Photio ex primis litteris vocem Beclas, ſic:

| | | |
|---|---|---|
| B | *Baſilius Imp.* | B |
| E | *Eudocia Auguſta.* | E |
| C | *Conſtantinus filius.* | K |
| L | *Leo filius.* | Λ |
| A | *Alexander filius.* | A |
| S | *Stephanus filius.* | Σ. |

Pergit vero Nicetas. *Qui vero in his omnibus fidelis miniſter Photio erat, & hanc fraudem ſimul ſtruebat, Theophanes ille fuit, qui tunc temporis clericus regius erat, & apud Imperatorem ſapientiæ nomine ſatis præſtans habitus; ac deinde Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus factus, hoc videlicet præmium ſuæ artis adeptus. Cum enim accepiſſet fictum librum illum, & in bibliotheca (ut diximus) depoſuiſſet; deinde tempus opportunum nactus, illum oſtendit Imperatori, tamquam omnium librorum mirabiliſſimum & ſecretiſſimum, quem fingit ſe non ſolum non intelligere, ſed nec alium quempiam præter ſolum Photium.*

XXXIX. Photius malis artibus revocatur Conſtant.

*Quamprimum itaque mittitur ad Photium, fingit autem ille, ſe non poſſe alteri dicere arcanum, niſi illi, pro quo ſcriptus eſt liber, videlicet Imperatori. Quid igitur? hac facilitate vel levitate ſuperatur Imperator, deponit odium, & illi conciliatur. Potuit enim bonum aliquod prænuntiatum, licet falſum, ſic lenire & demulcere, & totam ſibi devincire Imperatoris animam ſuperbam & gloriæ cupidam. Hæc origo amicitiæ Photii cum Baſilio Imp. hæc Eccleſiaſticæ pacis perditio, & prioris confuſionis innovatio. Hinc frequenter in palatio erat fraudulentus ille, ſuffurando Principis benevolentiam, & totum ſibi illum devinciendo verborum lenociniis, & morum artibus. Acceſſit & alia quamprimum amicitiæ occaſio. Theodorum illum habitu tantum Abbatem, omnium aſtutorum aſtutiſſimum, & omnium malorum peſſimum, Santabarenum inquam noſtis omnes: hunc neſcio quomodo Photius nactus, virum quaſi ſanctum & prudentiſſimum & perſpicaciſſimum (licet nihil tale eſſet: unde enim hoc?) mantica vero vel potius magica, & inſomniorum dæmoniaca ſcientia præditum ad Imperatorem ducit, & torquem illi cum feciſſet, per eum Patriarchæ inſidias ſtruit & machinatur; & illum a Patriarchali ſede elicere molitur, & ſui reſtitutionem procurat.*

XL. Photius non recipitur ab Ignatio.

*Quoniam vero animadvertit, hoc ſatis difficile eſſe, aperte a ſancto Ignatio in ſacerdotio recipi, omnem movit lapidem. Ignatius Canonibus & regulis Eccleſiaſticis inhærendo, licet multis moleſtiis fuerit propterea affectus: nullo pacto illum recepit, nec aditum præbuit lupo adverſus gregem, ne ipſe implicatus per ſeipſum, & ſuis ſtatutis adverſus, merito ſuo privaretur honore. Illum enim, qui a Synodo canonice fuerat damnatus,*

*non*

PAGIUS

*S. Ignatius anno ſuperiori demortuus.*

ad ſuperiorem Chriſti annum revocanda. Nicetas enim in ejus Vita inquit: *Ignatius ex hac vita die tertia ſupra vigeſimam Octobris ad Dominum emigravit.* Paucis interpoſitis: *Ergo Ignatius iterum Patriarcha decennio præfuit, tricennium vero; pauloque amplius, univerſe magnus Antiſtes ſolium tenuit; annorumque octoginta in pace ad magnum illum Pontificem Chriſtum eſt profectus.* Quamobrem cum menſe Novembri anni octingeſimi ſexageſimi ſeptimi in Sedem reſtitutus fuerit, poſt ſuam reſtitutionem uſque ad diem XXIII. menſis Octobris ſuperioris Chriſti anni iterum præfuit, & mors ejus uſque ad præſentem annum differri nequit. Nec dici poteſt errorem in numeros irrepſiſſe; cum paulo poſt de Photio Nicetas dicat: *An judicium de ſe rite factum eſt veritas, atque impia conſilia abiecit? An ſub potenti manu Dei humiliatus divinæ ſe deinceps voluntati commiſit? An perſeveravit quidem in impiis machinationibus ſuis ſemper, ſed ex damnatione ſui ſe ipſo æquior & modeſtior eſt redditus? Nihil minus toto illo decennali exilio infinitas technas & inſidias adverſus ſanctum impia mente molitus eſt.* Et infra: *Non toto, quam Ignatius obierat, triduo elapſo, tribunal Patriarchale, revocata priſtina & parricidali tyrannicaque mente occupavit*, die ſcilicet vigeſima ſeptima ejuſdem menſis, quæ anno præcedenti in Dominicam incidebat, qua ſimili feria divus *Ignatius* Sedi ſuæ iterum redditus fuerat. Vidit difficultatem Baronius n. XLI. aitque *Nicetam* decimum numerare Sedis Ignatii annum, a tempore quo ab Oecumenica Synodo eſt reſtitutus, ab anno nempe DCCCLXIX. Ac Nicetas ab anno, quo Ignatius Sedem recuperavit, & Photius in exilium truſus eſt, decem illos annos deducit; cum certum ſit, *Photium* ante Synodum Oecumenicam VIII. *technas & inſidias adverſus ſanctum impia mente* molitum eſſe. Zonaras itaque qui *Ignatio* iterum Patriarchæ annos *undecim* aſſignat annos Julianos, non vero Sedis, eoſque utrimque incompletos exhibet.

XII. Aſſerit Nicetas *Ignatium* annorum octoginta ad Chriſtum migraſſe, ubi vel loquitur numero rotundo, vel ſi annos Julianos intelligit, eos utrimque incompletos numerat; qua ratio-

ne



*non ſolum provinciali, ſed etiam generali, quinimmo quod neque ab initio legitime dignitatem Pontificiam fuerat adeptus, ſed potius repudiatum & ejectum, impoſſibile affirmabat abſque majore Synodo ipſum innocentem declarare. Sed ille nulla habita ratione, neque Canonis neque legis, ſibi ſacerdotium uſurpavit, & jam in palatio manens, in loco, qui dicitur Magnaura, Exarchos conſtituebat, & ordinationes habebat, & quæ neque erant ad Eccleſiæ honorem, ſed ad contumeliam, & Patriarchæ afflictionem, & interitum animæ ſuæ, impie impiiſſimus ille faciebat. Ita Imperatoris lenitatem deſpiciebat, & omnia, quæ ad Imperatoris gratiam aucupandam faciebant, ſimulando ſuam inſitam pravitatem & iniquitatem magis quam antea patefaciebat.* Hæc de his Nicetas. Erant autem tunc Legati Sedis Apoſtolicæ Conſtantinopoli Paulus Epiſcopus Anconitanus, & Eugenius Epiſcopus Oſtienſis, quos rogans ſæpe Photius, ut cum ipſo communicarent: recuſaverunt illi dicentes, hoc in mandatis a Joanne Papa non habuiſſe; ut apparet ex litteris anno ſequenti a Joanne ad Photium datis, ſuo loco inferius recitandis.

XLI. S. Ignatii obitus.

Sed dum hæc agerentur Conſtantinopoli, contigit ex optato Photii, luctuoſus bonis omnibus Ignatii Patriarchæ obitus, ex quo liberior patuit illi ad ſedem regreſſus. Porro mortem Ignatii procuratam fuiſſe a Photio, teſtati ſunt ſuis litteris Orientales Epiſcopi Styllianus & collegæ in epiſtola ſcripta ad Stephanum Papam ſuo loco inferius recitandam. Quod autem ſpectat ad Ignatii obitum, in primis (ut temporis certa ratio habeatur) eodem Niceta auctore liquet, ipſum hoc anno, qui decimus numeratur ejus ſedis, a tempore quo ab Oecumenica Synodo eſt reſtitutus, ex hac vita migraſſe ipſo die, quo etiam commemoratio agitur in Orientali Eccleſia S. Jacobi Apoſtoli fratris Domini nuncupati, qui eſt xxiii. menſis Octobris, quo pariter die cum eodem Jacobo Græci celebrant ejuſdem Ignatii ex hac vita migrationem in Menologiis.

XLII. Pro Ignatio Apologia.

De ipſius S. Ignatii obitu ex eodem auctore Niceta acturi, primum ille amovendus eſt ſcrupulus, quo offendi quiſque facile poterit, qui audierit recitatam ſuperius Joannis Papæ epiſtolam ad ipſum Ignatium datam, qua animis perſtringit ipſum, & a communione Catholica ſegregat, niſi intra triginta dierum ſpacium revocet ab eo ordinatos Epiſcopos Bulgariæ. Quamvis autem iſta ab Ignatio impleta minime inveniantur: conſtat tamen eumdem ſemper uſque ad obitum & poſt obitum in Catholica Romanæ Eccleſiæ communione fuiſſe retentum; quod ejuſdem Pontificis Joannis plures epiſtolæ ad diverſos datæ poſt ejuſdem Ignatii obitum docent: ut jam de his nulla penitus dubitatio oriri poſſit. Neque eſt quod quis ob litem hanc Ignatium animo fuiſſe in Apoſtolicam Sedem infenſo exiſtimet, vel ingrato, cum quæ juris eſſent ſuæ Eccleſiæ defendere, juramento teneretur obſtrictus, etiam æternæ vitæ diſpendio: non enim aliena retinere, ſed ſua poſſidere ex poſſeſſione prædeceſſorum ipſe juſtum putavit; cui haud dubium ſponte ceſſiſſet, ſi id facere ſibi licuiſſe cediſſet. Probatum vas igne erat ipſe, excoctumque fornace omni rubigine carens. At vero nullum penitus contraxiſſe umquam vel levem pulverem ipſum S. Ignatium ex hac vel alia cauſa, dici non patitur humana conditio, quo Sanctorum neminem caruiſſe, Dei Genitrice excepta, æque fatentur omnes ☞. Sed abſque ambagibus ad pleniſſimam ſancti Ignatii ex-

cu-

PAGIUS

*Mors ejus hoc anno Joanni Papæ nunciata.*

ne natus erat *Ignatius* exeunte anno ſeptingenteſimo nonageſimo & octavo; cum juxta eumdem Nicetam, *quartum decimum ætatis annum agens* Monachum induerit, menſe ſcilicet Julio anni DCCCXIII. quo *Michael Rangabe* ejus pater Imperium abdicavit. Ubi Nicetas annum decimum quintum ætatis Ignatii in ſummam non confert quia incompletus erat. Non dubium autem quin duo Legati a Joanne Papa Conſtantinopolim menſe Aprili currenti anno miſſi, eumdem ſub hujus anni poſtremos menſes de S. *Ignatii* morte certiorem fecerint, ſed Joannes, qui eodem fere tempore, quo Legati illi, Romam reliquit, & in Gallias venit, nonniſi ultimis hujus anni menſibus Romam rediit, ſicque nihil in cauſa Photii hoc anno agere potuit. Die tertia menſis Aprilis anni inſequentis literas dedit *ad Gregorium Primicerium & Bajulum Imperialem*, ordine CLXIX. quibus ei ſignificat, ſe ejus Epiſtolam accepiſſe, ſe ſe paratum ad turbas Conſtantinopolitanas ſedandas, & Legatos Baſilii Imperat. honorifice excepturum, quando in Italiam pervenerint. Non loquitur quidem, nec de *Ignatii* morte, nec de *Photii* reſtitutione, ſed utramque accidiſſe ſupponit; neque enim Gregorius Primicerius hortari potuit Pontificem, ut *Imperatori Eccleſiam Dei pacificare volenti* faveret, ut ipſemet Pontifex in ſuo ad illum reſponſo dicit, aut idem Pontifex in eodem ſcribere, Cpolitanam Eccleſiam *multiplicibus ſcandalis nunc perturbatam, prout juſtum eſt, atque poſſibile ſedare volumus, & pacem perpetuam ſtabilire*, niſi poſtquam nuncium accepit de morte *Ignatii*, & de Photii reſtitutione. Sub hujus itaque anni finem Legati Joannis Papæ eum de utroque capite monuere, ſicuti & de Legatione a Baſilio Imp. Romam mittenda; indeque factum, ut nonniſi menſe Auguſto ſequentis Chriſti anni idem Pontifex *Photii* reſtitutionem confirmarit. Præterquamquod in re tanti momenti lente procedendum erat, & Legati Pontificii auro corrupti Photioque faventes rem

in

cuſationem illud ſatis, quod Stylianus in Epiſtola ad Stephanum Sextum, qua rerum geſtarum adverſus Photium hiſtoriam texuit, evidenter affirmat, adventum Legatorum, Pauli Epiſcopi Anconitani, & Eugenii Epiſcopi Oſtienſis Conſtantinopolim contigiſſe poſt obitum ejuſdem Ignatii, ſicque neceſſario oportuit eumdem Ignatium, antequam reciperit ab eis litteras peremptorias excommunicationis, jam ex hac vita migraſſe. Extat dicta epiſtola Styliani inferius anno Chriſti octingenteſimo octogeſimoſexto, § XXII. ☞

XLIII. Ignatio ſacrificanti quæ contigerunt.

Sed de obitu ipſius agentes, primum quæ præceſſerunt admiranda oſtenſa divinitus ſigna dicamus. Nicetas ſic narrat: *Cum Dei amore & ſpiritus fervore ſacram oblationem in altari offerebat, ut in ipſomet altari ſacro aperta Spiritus ſancti aſſiſtentiæ argumenta cernerentur: videbatur divinus & ſacer ille panis totus alteratus, totus inſtar cœleſtis carbonis factus gratia cœleſtis ignis micans. Viſa eſt etiam aliquando ſancta Crux, quæ ſuper altare ſacrum ſita eſt, concitata & elevata, & dum ſacer panis exaltaretur, frequenter paulatim moveri eadem Crux videbatur, ſancti videlicet Spiritus obumbrationem hoc pacto ſignificans. Die vero Paſchatis præcipue, ita vehementer Crux ipſa commota eſt, ut omnes ſacerdotes & Pontifices, præſertim aliarum Patriarchalium ſedium, ob miraculum hoc perterriti, magna voce clarificaverint Deum multo tempore.* Et inferius:

XLIV. Ignatii felix ad Deum tranſitus.

*Dignum eſt*, inquit, *ne prætereamus modum obitus ejus. Jacebat quidem Sanctus extremum agens ſpiritum, & ipſe jam juxta magnum illum terminum, a cœleſtibus choris expectatus, & jam vocis inſtrumenta illi defecerant, & vitalis virtus extincta, & jam omnia membra demortua erant, & animæ aderat jam exceſſus: & ecce Diaconus juxta Eccleſiæ regulam, dum medium eſſet noctis magna voce clamans dixit illud: BENEDIC DOMINE. Et beatus ille os ſuum cum manu ſigno Crucis ſignaſſet, & veneranda labia ſua cum parum moviſſet voce ſummiſſa, quæ vix audiri ab illis potuit, qui aſtabant, interrogavit: Cujus Sancti hodie ſit commemoratio? illi vero ajunt: Jacobi fratris Domini, amici tui, o domine. Tunc beatus ad illos: Domini mei (inquit magna cum devotione) Valete igitur. Deinde inquit: Benedictus Deus noſter, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. Et una cum hoc hymno diſceſſit e vita, & ſic cum oratione vitam terminavit.*

XLV. *Quamprimum igitur ejus domeſtici curant neceſſaria, & Pontificalibus illum induunt, & ſacrum ſuperhumerale fratris Domini ſuper eum collocant, quod paucis annis ante Hieroſolymis ſibi miſſum tanto habebat honore & veneratione, non ſecus ac ſi videret in eo ipſummet S. Jacobum magnum Apoſtolum, & primum Pontificem, & eodem tempore quo ſit ejus Sancti commemoratio, beatus exceſſit ex hac vita. Vigeſima enim tertia Octobris ad Dominum evolavit, magnum videlicet argumentum familiari-*

Funus S. Ignatii.

PAGIUS in longum protrahebant. Quare non fuit, cur Baronius, aliique omnes S. *Ignatii* obitum in præſentem annum diſtulerint.

XIII. *Urbs Adata fruſtra a Baſilio Imp. obſeſſa.*

Recte tamen Baronius *Conſtantini* Baſilii Imp. filii mortem in annum ſequentem rejecit, & Syracuſarum excidium cum præſenti alligavit. Cedrenus enim pagin. 573. Ignatii morte & Photii reſtitutione narratis, ſubdit: *Veris initio* (hujus ſcilicet Chriſti anni) *Baſilius aſſumto filio ſuo Conſtantino natu maximo, expeditionem in Syriam ſuſcepit: occupataque Cæſarea, quæ ad Argæum eſt prima Cappadociæ urbs, ſtativa ibi habuit, cohorteſque ordinum diſciplina exercuit.* Paulo poſt ait, Imperatorem ſuperatis Tauri anguſtiis ad Germaniciam acceſſiſſe indeque ad urbem *Adapam* veniſſe. Cum autem videret, obſeſſos fortiter & impavide oppugnationem ferre, eos percontatus eſt, cuinam rei fidentes, tam ſecuris eſſent animis. *Reſpondit quidam de Senioribus certos ſe eſſe, urbem non ab ipſo in præſentia, ſed ab alio quodam genus ad ipſum referente, nomine Conſtantino, expugnatum iri: itaque ſe non terreri hac oppugnatione. Cumque Baſilius filium iis ſuum demonſtraſſet, atque hunc Conſtantinum vocari dixiſſet: Non hunc eſſe illum Conſtantinum, collocutor iſte reſpondit; urbis hujus everſorem, ſed alium quemdam fore multo poſt tempore, ex poſteritate Baſilii.* Idem refert Porphirogenneta, niſi quod quam urbem Cedrenus *Adapam*, ipſe *Adatam* appellat, additque ſe eſſe illum Conſtantinum, qui urbem illam expugnaturus erat; *Nobis ſubit mirari*, inquit Conſtantinus Porphyrogenneta in Vita Baſilii num. XLVIII. *qui poſt tantum temporis vaticinii illius eventum conſpeximus, quænam tanta apud Barbaros illos, ſicque exacta cognitio ac veritatis comprehenſio, qui nec vitæ, nec religionis cultu admodum probati ſint? Cum enim ille tunc urbem capere non potuerit, nunc noſtris temporibus Conſtantinus Purpuræ ſurculus, ſapientiſſimi Leonis filius, ac illius nepos, ſingulari ſibi munere iſtud uſurpavit; adſcriptumque illi eſt facinus internecionis incolarum Adatæ. Proinde, ut Auctor Homerus eſt*, Bonum erat defuncti filium relictum eſſe; *quo nimirum ultor eorum, quæ in avi majeſtatem illi proterve auſi fuerant, palam filiis ſervaretur.*

XIV. *Syracuſæ a Saracenis exciſæ.*

Vides *Conſtantinum* Baſilii filium hoc anno adhuc in vivis fuiſſe, & verum eſſe, quod non ſemel monuimus, Scriptores antiquos ſæpe de ſemetipſis, in tertia præſertim perſona locutos eſſe, ac plerumque non ſine laudibus. Denique Leo Grammaticus, poſtquam de *Photii* reſtitutione verba fecit, expeditionem Syriacam memorat, ſicuti & Zonaras, qui diſerte affirmat, eam *ſub vernum tempus*, ab Im-



*ritatis, qua utebatur cum fratre Domini. Et ita venerandum illud corpus & ſanctum quo par erat honore, ſepultum deponitur in ſepultura lignea, & in templo magnæ Dei Sapientiæ primo depoſitum, decenti funerali pompa honoratur. Adeo enim crevit ejus veneratio in populis, ut panes, qui ſuper ſcamnum, in quo jacebat, poſiti fuerant, pro reliquiis ſumerent, & veſtem, quæ deſuper poſita erat, ſexcentis diviſam particulis, pro ſanctificatione inter ſe Fideles dividerent. Cum igitur vix corpus e manu eorum, qui illud tenebant, ſublatum eſſet, ad magnum templum magni martyris Menæ delatum, & ibi parumper depoſiti loco manet, & ſolitos habet hymnos & pſalmodias. Ubi etiam duæ mulieres malis ſpiritibus obſeſſæ, & graviter afflictæ, ut primum ſacrum tumulum tetigerunt, coram omni populo ſanæ redditæ ſunt, & ſanitatem adeptæ magna voce Dominum laudant.*

XLVI. Sepultura S. Ignatii.

*Dum vero hinc deponeretur theſaurus ineſtimabilis ejus reliquiarum in navi ad hoc deſtinata, & mare vehementi vento turbaretur, undis elatis & in acceſſum mare reddentibus, ut primum ſacra arca illa, in qua erant reliquiæ, in navi poſita eſt, quamprimum erat videre factum miraculum Dominicum; inviſibiliter enim a magno illo Patriarcha Ignatio unda compreſſa, mare in tranquillitatem converſum eſt, & undis pacatis, ſancti famuli cum ſerenitate mare tranſvadabant, Deum glorificantes. Et cum ad ſacrum & pulcherrimum templum Archangeli Michaelis ejus ſtructorem, & illius veneratorem Ignatium attuliſſent, in dextera parte, in marmoreo tumulo, ut par erat, depoſuerunt, medicinam videlicet omnium malorum, & malorum ſpirituum averſorem, & (ut breviter dicam) malorum omnium corporis & animæ liberatorem illis, qui illuc accedunt.* Et inferius poſt ejus decantatas laudes, hæc de tempore vitæ atque ſpirituali præfectura ipſius. *Decem igitur annis ſecunda vice cum Eccleſiæ præfuiſſet magnus Ignatius, licet omnes anni, quibus præfuit, fuerint triginta & amplius, & jam ageret LXX. annum, in pace ad magnum illum ſacerdotem Chriſtum tranſitus eſt.*

XLVII. Miracula multiplicia per Ignatium poſt obitum facta.

*Quot autem & quantis miraculis Dominus, qui in illo glorificatur, decoraverit Ignatium, & nunc decorare non deſinit, hiſtoria eſſet opus, nec eſt præſentis temporis hoc enarrare. Nec iis ſolum, qui prope ſacrum ſepulchrum accedunt, fiunt miracula, ſed apud exteros, & eos, qui extremam terram incolunt, cum ejus nomen invocant, illis apparet divinus ille Pater. Et hujus rei teſtis nobis verax Dicellæ Dux, qui hoc jurejurando affirmat, quod cum aciem ſtruere deberet ad pugnam apud Dicellam cum Agrenis, & multo metu teneretur, & magnum Ignatium ſibi fautorem ferventer invocaſſet: Vidi, inquit, apertis oculis eum in aere, quaſi ſuper album ſedentem equum, & me hortantem, ut ad dexteram partem ducerem exercitum, & quam primum gloriam Dei me viſurum mihi pollicentem. Quod cum fecit Præfectus militum, cui nomen Silices, hoſtes magna vi devicit. Omitto dicere quot renum morbo abſumptos, & ferventer ipſum invocantes, quot lepræ & elephantia laborantes ipſum depre-*



PAGIUS peratore ejuſque filio ſuſceptam eſſe. Porro eodem tempore, quo *Baſilius* Imp. Barbaros in Cilicia, ubi *Adata*, ſeu, ut alii *Adapa*, ſita erat, bello premebat, Arabas Siciliam aggreſſos eſſe, teſtatur idem Porphyrogenneta num. LXIX. *Barbari*, inquit, *Carthaginenſes, propter jam acceptas clades veriti ne & in ſuas deinceps ſedes Romana claſſis traiicere tentaret, eaque ratione multis & ipſi extructis navibus cum exeunte vere, nullas Imperatoris exiiſſe copias didiciſſent, rati illius cohortes bellis aliis diſtineri, adverſus Siciliam cum navalibus copiis proficiſcuntur. Venienteſque ad ejus Metropolim* (nempe Syracuſas) *vallo eam cinxerunt, circa eam poſita diripientes, agrumque ac ſuburbana vaſtantes. Hæc ſimul ut Imperator a Siciliæ Prætore ſignificata accepit, copias adverſus Syriam deſtinatas in Siciliam mittit, Navarcho quodam Adriano (hic enim navalibus tum copiis præerat).* Paucis interjectis: *dum itaque in eo portu*) qui Peloponeſo vicinus erat) *longiores is moras nectit, & Agareni acrius obſidendo urgent, nullumque non movent lapidem, ut antequam obſeſſis auxilia veniant, opus hoc cœptum perficiant contigit civitatem vi, armiſque capi, multaque præſidiariorum facta ſtrage, Oppidanorum multitudo omnis in ſervitutem abducta eſt. Ejus multæ divitiæ, hoſtibus ſpolia ceſſere: urbs funditus everſa, ſacræ in ea ædes igne ſuccenſæ. Civitas ad ea tempora præclara ac nobilis, & quæ pleraſque ſæpius tum Græcas, tum Barbaricas copias ipſam aggreſſas debellaverat, parietinis tantummodo claret.*

XV. *S. Ignatio demortuo Syracuſæ everſa eſt.*

Bellum autem *Siculum* hoc anno geſtum, demonſtrat Nicetas citatus, qui dicit, ob mala a Photio in ſua poſt S. Ignatii mortem reſtitutione patrata veniſſe iram Dei *ſuper filios diffidentiæ*, ſubitoque mortuum Conſtantinum Baſilii Im. filium, ſubditque: *Deinde etiam magna Syracuſanorum civitas horrenda clade periit: inſulæque omnes, & cuncta oppida, & omnis provincia hoſtili manu fœde etiamnum hodie vaſtatur, diripitur & peſſumdatur, nullo ex iis, qui rem ſacram adminiſtrare videntur, Deum precibus placante.* Antea dixerat Nicetas: *Non ii duntaxat, qui ſacram complexi tumbam* (ſcilicet Ignatii) *hæc miracula ſunt experti: peregrini etiam & ultima terrarum incolentibus, Deo plenus pater adeſt imploratus. Cujus rei ampliſſimus teſtis Prætor eſt Siciliæ, qui id ſanctiſſime juratus affirmavit. In Agarenos* (*Siciliam invadentes*) *pugnaturus, cum ingenti cura pavoreque angeretur, magnum Ignatium in*

*cantes ſanaverit, & cæcos illuminaverit, &c.*

**XLVIII.** Quo prætextu ſepulcrum Ignatii violare mandatur.

Sed unum tantum miraculum in memoriam revocantes, quod poſt illius mortem contigit, huic orationi adjungamus. *Quomodo enim*, inquit, *ſilentio præteribimus miraculum illud Lydi Sacellarii? Qui ſuggeſtione Photii impudentis, monaſterium ingreſſus, ut omnes, qui in ſancto ejus ſepulchro preces effundebant, ut ſuis ægeſtatibus opem ferret, verberibus & jurgiis pelleret: & hoc cum feciſſet, addidit malum malo, & præcepit, ut prope ſacrum ſepulchrum effodiatur, & profunde terra evertatur, ea videlicet occaſione, eo quod eo in loco a Patriarcha multum aurum alias fuerat occultatum; revera autem, ut hoc dedecus impingeret venerandis illis reliquiis: ita invidia illum omnino occupaverat, inſanam videlicet ejus animam, ut ne poſt mortem quidem illum quieſcere ſineret. Sed una cum impio illo mandato, impium etiam ira a Deo immiſſa adorta eſt, non ferente in hoc loco Dei longanimitate, ſed velociter merito inferente vindictam. Quamprimum igitur vehementer clamans ſuperbus ille ac ſi interficeretur, ſurſum ac deorſum proprio ſanguine inſtar fluvii ex ore manante cruentatus, & elatus alienis humeris, quaſi voce carens, quatuor diebus ita tormentatus efflavit animam.* Hucuſque de miraculis Nicetas, qui & poſt alia pleraque ad Photii res geſtas poſt ſanctiſſimi viri obitum enarrandas ſe confert, hæc dicens:

**XLIX.** Photius iterum thronum invadit.

*Nondum enim tertius dies depoſitionis ſancti illius Ignatii erat, cum jam Patriarchalem occupat ſedem, & antiquam illam, latronum inſtar, & tyrannicam aſſumit mentem, & rabiem adverſus Ignatium innovat, & omnes ejus familiares carceribus, exiliis, & plagis, & calamitatibus intolerabilibus affligit, & omnes, qui ejus aſſenſui refragabantur, tamquam non canonice nec legitime factos, ſexcentis artibus opprimit, alios quidem muneribus & dignitatibus & ſedium tranſlationibus, ut ſecum communicarent adducens, alios vero calumniando, & multis modis turpia opera aliis adſcribens, & acriter convicians primo: ſi quis ipſorum ſecum communicare nollet: deinde ventis illa ferenda omnia quamprimum promittebat, & comminiſter illi fiebat hodie, qui heri ſacrilegus erat, & ſacerdos magnus ex tempore & venerandus erat, qui antea profanus & adulter fuerat etiam jurejurando publicatus. Quos vero adverſus ſuam communionem videbat valide inſurgentes (inſurgebant vero fere omnes quicumque veram Fidem Chriſtianam tuebantur adverſus eum, quod a ſancta univerſali Synodo canonice fuerat anathematizatus & depoſitus: graviſſimum enim & pernicioſiſſimum facinus exiſtimabant fore cum illo communicare, & unum effici corpus, qui millies venerandam Chriſti Crucem conculcaverat, & coegerat omnes conculcare per ſuorum chirographorum abrogationem) horum quidem quotquot non poterat carceribus*

*& pla-*

PAGIUS

*in auxilium ardentibus votis invocat: Qui (inquit Prætor) manifeſtus in aere velut albo inſidens equo me monuit, ut in dexteram partem flecterem agmen, illicoque gloriam Dei me viſurum. Quod cum Præfectus Muſilices nomine feciſſet, ingenti prælio devictos hoſtes cepit.* Sed ibi verſio Raderi vitioſa; in Græco legitur, τῆς ὑπεναντίης ἐλέν, ideſt, *hoſtes devicit*, ſed non ingenti prælio, de quo nec Nicetas, nec alii Hiſtorici loquuntur.

**XVI.** *S. Sophronius tempore cladis Syracuſanæ ejus Urbis Epiſcopus fuit.*

Baronius an. DCCCLXIX. num. XXXVIII. refert Anathematiſmos contra Photium, *Greg. dudum Epiſc. Syracuſanum*, alioſque in VIII. Synodo generali prolatos. Hoc vero anno n. LIII. cum jam narraſſet mortem S. Ignatii, ex Niceta in hujus S. Vita ſcribit: *Amphilochium Cyzici Epiſcopum Nicæam transfert* (nempe Photius); *& illo ſtatim mortuo, ejus loco Gregorium Syracuſanum ibi conſtituit, qui etiam paulo poſt defunctus eſt.* Tum relata clade Syracuſana num. LVII. Baronius ait: *Factumque hoc modo, ut Gregorius Syracuſanus Epiſc. omnium malorum origo illa tandem careret ſede, e qua ſæpe judicio Roman. Pontificum & VIII. Synodi privatus erat; ſed favore Imperatoris diutius retinens illam, opera Sarracenorum ea privatus eſt, qui (ut audiſti) a Photio Nicæam tranſlatus periit.* Verum Gregorius Asbeſta cognominatus, magnus Sancti Ignatii perſecutor, poſt Synodum Generalem VIII. Sedi Syracuſanæ nunquam reſtitutus fuit, & qui huic Civitati præerat, quando ea hoc anno a Saracenis deſolata, non *Gregorius*, ſed Sanctus *Sophronius* fuit. Pyrrhus enim Tom. II. Siciliæ Sacræ pag. 144. & ſeqq. refert Epiſtolam Theodoſii Monachi ad Leonem Archidiaconum, *de Syracuſanæ urbis expugnatione*, a ſe e Græco in Latinum verſam, quam etiam Græce penes ſe extare anno MCDXVII. teſtabatur Octavius Caietanus, in Idea *de Sanctis Siculis*, Panormi in 4. excuſa, ex qua liquet, *Sophronium* in pacifica poſſeſſione Sedis ſuæ fuiſſe, quando Saraceni Syracuſas invaſere, qua tandem *die XXI. menſis Maii* potiti ſunt, inquit Theodoſius Monachus, anno tamen non memorato. Verum cum S. *Ignatius* die XXIII. menſis Octob. ſuperioris Chriſti anni, ut mox oſtendimus, ad Deum migrarit, alium annum quam præſentem denotare non poteſt. Quare Baronius, qui Syracuſæ expugnationem accurate cum hoc anno alligavit, mortem Ignatii, quæ eam præceſſit, & menſe Octobri contigit, anno ſuperiori collocare debuit.

**XVII.** *Syracuſæ excidium a Theodoſio Monacho deſcriptum.*

*Syracuſarum* excidium in laudata Epiſtola egregie deſcriptum. Quia vero eam integram hic referre non poſſum, inſtituto meo id non patiente, præcipua capita exhibeo: *Tandem in hoſtium manus incidimus, cum antea diu & ſæpius fuiſſet ad muros propugnatum, cum etiam navali prælio fuiſſet multoties decertatum.*

*Victi*



*& plagis perſuadere, crudeliſſimo omnium hominum & ſæviſſimo committebat cognato. Leo erat iſte qui Catacallos dicebatur, excubiarum vigiliæ Drungarius, ab ipſo ad hanc elatus dignitatem. Qui pro illa dignitate vices rependens, in omnes eos, qui ab illo mittebantur (ut unico verbo ejus iniquitatem declarem) eadem immanitate utebatur, qua Licinius adverſus Sanctos illorum temporum. Et multos quidem interemit, quouſque ad finem pro veritate pugnare eos fortiter invenit. Multos etiam, qui tormentorum gravitate vincebantur, tamquam munera ad Photium remittebat.*

**L.** Sedium tranſlationes frequentes per Photium.

*Quis dicere facile poſſet illorum temporum iniquitatem? Quis obliqui ſerpentis illius inſidias ac techuas enarrare? Multos doloſus ille doloſa lingua calumniando, & quaſi pro criminibus accuſando vexabat; deinde ſi adducerentur, & cum ipſo communicarent, iterum verſa vice illos fovebat, & ad majores ſedes aliquando transferebat. Et iterum contra, ſi quis ut ſuis rebus curam adhiberet, abſtineret ab ejus communione, iterum hunc deponebat; & iterum recipiebat, ſi ille aſſentiretur, & annueret: tanto deſiderio & aviditate ferebatur omnes ſacros Canones, & omnes ſacras regulas præ ſua dominandi cupiditate & inſania confundere & violare.*

**LI.** Omnia Ignatii evertit Photius.

*Ante autem omnia nititur Patriarchæ Ignatii ordinationem evertere, & omnes, qui ab ipſo fuerant depoſiti, in Eccleſiis e contra collocare. Quoniam vero hæc non placebant Imperatori: videte quæſo quid agere audebat. Iterum conſecrare eos, qui a ſancto Ignatio fuerant ordinati, non dubitabat. Quoniam vero hoc etiam abſurdiſſimum videbatur, & execrandum; neque propterea ejus iniquitas defecit, ſed pallia & orariæ cum eruiſſet, & quæcumque ſunt ſigna ſacerdotalium rerum perfectionis, & ſuper his ſecreto domi orationes dicens (ſi tamen has dicere orationes licet, & non potius blaſphemias) ita ſingulis hæc honoris cauſa munera largiebatur, ut in immenſum peccatum fieret, ubique juſjurandum, ubique chirographorum allatio in ordinationibus, in dignitatibus, in depoſitionibus: in omnibus, in quibus ipſe aliquid beneficii conferre putabat, ubique propriam gloriam captabat, & novitatibus gaudebat; neque per Deum, neque per ejus ſummam providentiam res ſuas firmare credebat, vel expectabat, ſed potius ſuis malis artibus confirmare & ſtabilire curabat: cum univerſam hoc pacto vexaret Eccleſiam, & omnem animam ſcandalo affligeret, & nomen Chriſti blaſphemari, ejus malis artibus efficeret.*

**LII.** Photius Theodorum mittit ad Jo. Pap.

*Et poſtquam ſedem Patriarchalem iterum occupavit, Theodorum illum, quem ipſe, dum in exilio ſederet, Pathmorum Metropolitam conſtituerat, quem jampridem ejus familiares, Aphantopoleos Epiſcopum nuncupabant, id eſt, civitatis inviſibilis, quæ nuſquam appareret: hunc inquam Theodorum ad Joannem Papam Apocriſarium mittit, ſcribens, quod invitus & magna vi ab Eccleſia & a Republica coactus, ſedem Patriarchalem iterum ſuſcepit. Ut vero mendacium hoc magis confirmaret, per*



*Pe-*

PAGIUS

*Victi fuimus poſt multas nocturno tempore factas obſidiones, & hoſtiles inſidias poſt admotas muris machinas, quibus totum fere diem tundebantur, poſt gravem illam in noſtra propugnacula lapidum conjectorum, poſt illas urbium vaſtatrices teſtudines, muroſque ſubterraneos, quos vocant; nihil enim eorum, quæ ad urbis expugnationem cenſebantur idonea, intentatum reliquerunt ii, quibus obſidendæ urbis cura incumbebat*, &c. *Hoſtium tamen oppreſſionem ſuſtinebant egregii illi viri, valdeque ſtrenui ſub auſpiciis beatiſſimi Ducis Patritii dies viginti totidemque noctes, ubi murus corruerat, contra eos qui aditum ex illa parte tentabant, egregie ſtrenueque depugnabant, animi ingenitam nobilitatem præ ſe declarabant, inſignem quoque laudem eſſe ducebant, pro tuenda urbe vulnera toto corpore excipere. Jam vero ſi quis ad illud urbis propugnaculum ſe contuliſſet, quod* ADVERSUM *vulgi ſermone dici conſueverat, per multos ibi viros poterat intueri miris diverſiſque modis mutilatos: erant qui effoſſos oculos haberent*, &c. *hoſtes urbem totis copiis obſidebant eratque numero ſuperiores; adeo ut centum ex illis cum uno e noſtris manus conferrent*, &c. *Die prima poſt vigeſimam menſis Maii, quarta vero ab eo die, quo murus corruit, civitas in hoſtium poteſtatem redacta eſt*, &c. *eaque demum potiti ſunt. Hinc vero in morem fluminis per totam urbem diffuſi, in illorum conſpectu volitabant, qui ad repugnandum adhuc congregabantur. Ac primum iis, qui ad Servatoris ædis veſtibulum contra eos aciem inſtruebant, ad unum trucidatis, magno impulſu valvas aperiunt, templumque ſubeunt ſtrictis enſibus. Tum vero omnis ætas eodem temporis momento in aciem gladii corruit*, &c.

**XVIII.** *Sophronius Epiſ. Syracuſæ & Theodoſius Monachus a Saracenis capti.*

*Ego vero qui jam iterum cum Epiſcopo in gratiam redieram, atque in Epiſcopii templo una cum ipſo ſtatis precibus hora ſexta operam dabam, turrim a Barbaris expugnatam auribus cœpi; cum ad finem Cantici ventum eſſet. Quo nuncio non mediocris fuit audientium animis pavor injectus. Etenim quidni timendum nobis eſſet in cruentas hoſtium manus mox certiſſime incurſuris? Animum tamen quoquo modo recipientes, dum adhuc hoſtes ante proſpectum templi in prædando eſſent occupati, nudi ac verecundi, quippe detractis omnibus aliis indumentis præter illa, quæ ex corio confecta geſtabamus, ad altare ædis maximæ cum duobus aliis clericis perfugimus. Conſueverat ad hanc aram beatiſſimus Pater Deum iratum conciliare, opemque ipſius pro ſuis filiis implorare, ac voti compos fieri, qua in re illum experientia mirificum certiſſime comprobavit; Quamquam id temporis*

*ar-*

*Petrum quemdam arcanorum ſcriptorem, qui deinde pro ſuarum fraudum mercede Sardenſium Eccleſiam accepit, omnium Metropolitarum ſigilla ſuffuratur; necnon ipſos ignaros adducit, ut libello ſubſcriberent, hac occaſione illos decipiens, quod hæc fierent pro ſcripta cujuſdam agri emptione. Ita fraude & aſtutia ille præſtabat.*

LIII. Santabarenus intimus Photii.

*Quomodo vero res Euphemiani illius ſilentio prætereamus? Hic erat Euchaitarum Epiſcopus: quoniam vero Epiſcopatum illum Santabarenus tamquam vicinus concupiſceret: hunc quidem vi ab illo recedere cogit, & Santabarenum loco illius ibi ordinari & præfici Epiſcopum, necnon Epiſcopatus, qui propinquis Metropolitis ſubditi & ſuffraganei erant, quoſcumque Santabarenus volebat, omnes Photius Metropolitis aufert, & Santabareno concedit. Neque iſta tantum faciebat, ſed apud ſe illum collocans, Protothronum & primatem illum appellabat.*

*Nicephorum etiam Nicææ Metropolitam exiſtentem coegit, ut reſignando Epiſcopatum, orphanorum alumnus fieret. Amphilochium autem Cyzici Epiſcopum Nicæam transfert, & illo ſtatim mortuo, ejus loco Gregorium Syracuſanum ibi conſtituit, qui etiam paulo poſt defunctus eſt: quem talibus encomiis celebravit, ac ſi eam vitam egiſſet, ut cum magnis illis Patribus comparari poſſet, nulla alia de cauſa, niſi quia contra ſanctum Ignatium uſque ad finem inſtar cotis linguam acuebat.*

LIV. Dei vindicta in Imp.

*Propter hæc & alia longe abſurdiora ira Dei deſcendit ſuper filios perditionis, & ſtatim quidem Baſilio Imperatori mortuus eſt Conſtantinus optimus filius & primogenitus, quem audax ille Photius, ut patri rem gratam faceret, a ſeipſo ordinans monaſteriis & Eccleſiis præfecit, ut hominibus placeret: Statim etiam Syracuſana magna civitas penitus deleta eſt, & omnes inſulæ, & civitates deprædantur uſque hodie ab hoſtibus, cum nullæ preces Deum placent eorum, qui ſacerdotes eſſe videntur & non ſunt; ſed ſicut ſcriptum eſt: (a) Facti ſumus ſicut oves, quibus non eſt paſtor: iniquitas enim cum longo tempore duraverit, & multis exemplis firmata & ſtabilita fuerit, jam pro lege habetur impiis, qui leges minus norunt, & mores illegitimi in naturam quodammodo converſi ſunt contemptoribus, ut totam Dei iram in ſe trahant. Sed ſingulas narrare novitates, iniquitates etiam ipſius Photii principis hypocritarum & hoſtium Crucis, & omnium deinceps ſucceſſorum ejus & ſociorum ambitioſorum, hiſtoria eſſet opus, & non præſenti oratione.*

(a) Matth. 9.

LV. Nicetas non communicat Photianis.

*Nos vero infinitam Dei longanimitatem & patientiam infinitam laudantes, oramus, ut eruamur ab illorum portione, qui ſcandala & ſchiſmata peſſimis eorum deſideriis operantur, & conſortes nos fieri ſortis Sanctorum, qui per fidem & charitatem Dei, & humilitatem, & manſuetudinem Regnum cælorum ſunt aſſecuti, & ſancta ſacerdotia ab eo, qui ſuper omnes Sanctos eſt, precibus ſacratiſſimæ & immaculatæ Dei Genitricis & electorum ſacrorum Angelorum, & glorioſorum Apoſtolorum, & victorum illuſtrium Martyrum ſacris & acceptabilibus precibus, præſertim vero ſancti Patris noſtri Ignatii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, novi re vera Confeſſoris & Deum ferentis in Chriſto JESU Domino noſtro, cui honor & gloria & adoratio una cum Patre principio carente & vivificante Spiritu nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum Amen.* Hucuſque Nicetas, qui cum de concilia-

PAGIUS

*arcano divinorum judiciorum conſilio preces ejus rejecta fuerunt. Cum ergo in his eſſemus periculis conſtituti, alter ab altero, ſi quid peccatum eſſet, veniam petebamus, ac viciſſim donabamus. Jam vero cum Epiſcopus Angelo tutelari ſuam Eccleſiam commendaret, en adſunt extemplo hoſtes diſtrictis gladiis ſanguineque perfuſis, qui per totam ædem vagantes, alius alio deflectebant, quorum unus a circumfuſa multitudine digreſſus, ſacrum altare adit,* &c. *Is in Epiſcopum intuitus, ab illo quam recte percunctatus quiſnam eſſet? remque, ut erat, edoctus, Ubinam, inquit, ſunt Eccleſiæ ſacra vaſa? Cum autem cognoviſſet, de loco educit a ſacro templo Epiſcopum, noſque tanquam agnos ſuum paſtorem ſequentes,* &c. *Eodem die ſacro deprædati; erant autem hæc omnia perfecti operis quinque millia librarum ponderis, captivos nos egredi ex urbe fecerunt: atque ad Amiram* (id eſt exercitus Præfectum), *qui in veteri majore Eccleſia conſederat, traduxerunt,* &c.

XIX. *Captæ vero prædæ ſpoliæ tot fuere, tantique pretii, ut ejus ſubducta ratio millies mille nummum reperta ſint. Non multo poſt iter Panhormum verſus aggreſſi, quod ſex dierum intervallo perfecimus vecti jumentis ferendis oneribus natis,* &c. *Tandem diurnis æſtibus nocturniſque frigoribus divexati, die ſeptimo cum interdiu, noctuque iter facere non fuiſſet deſitum, celeberrimam civibuſque frequentem Panhormum ingreſſi ſumus, obviam nobis urbem ingredientibus a popularibus proditum, qui ob lætitiam effuſi, epinicia concinebant,* &c. *Jam vero in urbem ſecedentes tunc demum comperimus convenarum ac civium multitudinem juxta famam illius, nihilque imparem opinioni noſtræ fuiſſe. Illuc enim univerſum Saracenorum genus confluxiſſe putares a Solis ortu & occaſu ab aquilone & mari; unde in tanta incolentium colluvie homines coanguſtati in circuitu ædes ſtruere atque habitare inceperunt, adeo ut per multas adjacentes urbes,* &c. *Poſt diem quintum* (ab adventu nempe Sophronii & ſociorum in in urbem Panormitanam) *ad Majorem Amiram introducimur,* &c. *Siſtunt Epiſcopum mini-*

Panormum ducuntur.



liabulo a Photio habito Conſtantinopoli anno ſequenti (quod œcumenicum appellavit) verbum nullum habeat: facile mihi perſuadeo, hoc eodem anno ab ipſo iſta fuiſſe conſcripta: nam quomodo proſequutus res Photii poſt obitum Ignatii, tanta iſta Orienti & Occidenti notiſſima, tamque enormia, quibus & Octava Synodus damnata eſſet, prætermitti potuerunt, ut ejus non faltem meminiſſet, ſi poſt hæc illa ſcripſiſſet?

LVI. Quod ſpectat ad obitum Imp. Conſtantini filii primogeniti Baſilii, ſequenti anno eum deceſſiſſe, ex his, quæ ſuo loco dicentur, poſſumus intelligere. Hac primus omnium affligi pœna debuit Photii reſtitutor, & ad Patriarchalem ſedem promotor Baſilius Imperator, cui in magna Synodo ipſe dixerat, in ſexta ejus Actione. Nonniſi opera ejus, qui cuncta violat, nempe diaboli fieri poſſe, ut Photius iterum Conſtantinopolitanam Sedem eſſet conſecuturus. De excisis autem Syracuſis, quarum mentio facta eſt, hæc ex Curopalate Cedrenus: *Interim Agareni oppugnationi inſtantes Syracuſis potiuntur, magnaque cæde edita, qui ſuperfuerant captivis abductis, urbem diruunt & Eccleſias ejus incendio perdunt. Ita urbs ea hactenus fama celebris & quæ multa barbarorum profligaverat bella, exiguo temporis ſpacio periit. Porro excidium Syracuſanum Hadrianus, qui cum claſſe a Baſilio Imperatore in auxilium mittebatur, ſed nimis remoratus, hoc modo cognovit. Locus eſt in Peloponneſo ab opacitate ſilvæ qua eſt conſitus, Helos appellatus, eo loco ubi Romanæ naves in ſtatione erant. Quadam nocte audiere paſtores dæmonum ibi degentium vocem inter ſe colloquentium, & pridie captas, exciſaſque Syracuſas narrantium. Is ſermo ab aliis ad alios pervagatus, tamdem etiam ad Hadrianum pertingit. Iſque ad ſe vocatis paſtoribus, & examinatis, deprehendit rumorem ad ſe perlatum ipſorum verbis confirmari. Utque ſuis etiam auribus fidem rei probaret, perductus ad eum locum a paſtoribus, dæmoneſque eorum opera percontatus, captas jam eſſe Syracuſas audivit. Quam ex eo indicio animi contraxerat ægritudinem, eo leniebat, atque ſe conſolabatur, quod fallacium dæmonum verbis fidem non adhibendam ſentiret; diem tamen ab eis indicatum notavit. Decimo poſt die, qui a Syracuſarum excitio fuga evaſerant, nuntii ejus calamitatis venerunt. Hadrianus nihil jam dubitans ea de re, ſtatim cum claſſe Conſtantinopolim rediit, ſupplexque in magnum templum confugit, neque tamen omnino ipſum ea ſuſpicatio liberavit, ſed avulſus templo, ſolum exilii cauſa vertere coactus eſt.* Hæc ex Curopalate.

Syracuſanum excidium.

LVII. Talibus ergo auſpiciis Photius rurſus in ſedem intruſus eſt: factumque hoc modo, ut Gregorius Syracuſanus Epiſcopus omnium malorum origo illa tamdem careret ſede, e qua ſæpe judicio Romanorum Pontificum, & Octavæ Synodi privatus erat: ſed favore Imperatoris diutius retinens illam, opera Sarracenorum ea privatus eſt, qui (ut audiſti) a Pho-

PAGIUS

*niſtri. Tum ille per interpretem: Tenes, inquit, noſtratem Deum orandi modum! Minime, inquit, ſapientiſſimus Præſul: Is vero, cujus rei gratia? Reſpondet Epiſcopus, quod ſummus ego Sacerdos Chriſti ſum, chriſtique ſervorum Myſtagogus, de quo Prophetæ & juſti olim vaticinati ſunt. Non ſunt, inquit Amiras, apud vos revera Prophetæ; ſunt vero nomine, non enim ab illis abalienatus eſſes ob tuas doctrinas, neque a recta deflexiſſes,* &c. *His reſponſis attonitus, extemplo nos in carcerem retrudi jubet: ducti incedebamus media urbis platea in popularium conſpectu chriſtianorum permulti ſubſequebantur* (erant Panormi multi Chriſtiani, fueruntque uſque ad Roberti & Rogerii tempora) &c. *Tandem in demonſterium* (ideſt, carcerem) *coniicimur; id autem lacus eſt* (ideſt foſſa) *quatuor deſuper & gradibus depreſſum habens pavimentum, adeo ut illi oſtiolum pro feneſtra eſſet.*

XX. In carcerem coniiciuntur.

*Sunt & eodem carcere concluſi promiſcueque nobiſcum miſeriarum mercaturam facientes Æthyopes, Tharſenſes* (legendum forte Thraces aut Thraceſienſes) *Hebrei, Longobardi, tum chriſtiani noſtrates* (ſc. Siculi) *e diveſis locis profecti in queis quoque erat ſanctiſſimus Melitenſis Epiſcopus duobus compedibus pedes adſtrictus,* &c. *Dum in his verſamur, execrabilis ille dies ſtati apud hoſce ſacrificii recurrit; quo die memoriam ſe facere jactitant ſacri illius, quod olim Abram fecerat, quando datum arietem pro nationis participe* (ideſt, loco hominis) *victimam Deo immolant* (magnam illam ſolemnitatem Turcæ Beyram appellant, & quando celebratur, peregrini Meccam veniunt) &c. *In hac diei celebritate Archiepiſcopi comburendi cœpere conſilium, maliſque dæmonibus offerendi ſanctiſſimum Chriſti Pontificem* &c. *Verum hæc audientes ſenes quidam canitie juxta, & priores, togaque honeſtiſſimi ad populum habiti, conſilio, factum improbarunt,* &c. *Itaque mali Conſiliarii in Archiepiſcopum & nos conſilium Deo nolente, jam ex illo in hunc uſque diem perſiſtimus ærumnis multis detenti,* &c. Quare hæc Epiſtola a *Theodoſio* Monacho in carcere ſcripta. Quid dein Sophronio Epiſcopo ac Theodoſio factum ſit, incompertum, inquit Octavius Caietanus citatus, qui addit, *Sophronium Panormi numerari inter Sanctos, quorum nullus eſt cultus, ſicuti nec in Eccleſia Syracuſana. Saraceni captis incenſiſque Syracuſis, jam tota Sicilia præter Taurominium potiti, libere per inſulam diſcurſantes, quidquid Urbium, Oppidorum locorumque in Sicilia repererunt, incendiis præter Panormum fædarunt. Inde poſtmodum & terra & mari excurrentes, non modo Siciliam omnem; ſed & Calabriam, Apuliamque ad Peloponeſum uſque deprædantes populabantur,* inquit Fazellus lib. VI. Decadis Poſter. pag. 380.

XXI. Symeon Logotheta, qui in Baſilio Macedone reſtitutionem Ignatii, cum anno tertio ejuſdem Im-

à Photio Nicæam tranſlatus ſtatim periit. Quomodo autem his Conſtantinopoli geſtis, Imperator Legatos miſit ad Joannem Romanum Pontificem, dicemus ſuo loco anno ſequenti.

LVIII. Sed antequam claudamus præſentis anni periodum, Catholici (a) Regis Adefonſi Magni in Gallæcia regnantis prodamus egregium pietatis monumentum. Ipſe enim unicum Hiſpaniarum præſidium, Arabum terror, ad evitandos improviſos Northmannorum incurſus, Oveti munitionem conſtruxit, ubi in Eccleſia Sancti Salvatoris tranſlatus Toleto, & ex aliis Hiſpaniarum Eccleſiis venerandas Sanctorum reliquias, loco tutiſſimo aſſervari voluit. In cujus Eccleſiæ ingreſſu ejuſmodi inſcriptio vitioſa Latinitate (ut tempora illa ferebant) dictata ſic legitur:

(a) Ex Ambroſ. moral. chron. hiſt. l. 15. c. 9.

LIX. *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU Chriſti, ſive omnium ejus D. G. ejus glorioſæ ſanctæ Mariæ Virginis, biſſeniſque Apoſtolis, cæteriſque ſanctis Martyribus, ob cujus bonorem templum ædificatum eſt, in hunc locum Oveto a quondam religioſo Adefonſo Principe. Ab ejus namque diſceſſu uſque nunc quartus ex illius proſapia in Regno ſuccedens conſimili nomine Adefonſus Princeps divæ quidem memoriæ Ordonii Regis filius hanc ædificari ſanxit munitionem cum conjuge Scemena, duobuſque pignore natis ad tuitionem muniminis theſauri aulæ hujus ſanctæ Eccleſiæ reſidendum * indepnem. Caventes, quod abſit, dum navale gentilitas piratu ſolent exercitu properare, ne videatur aliquid deperire, hoc opus a nobis offertum eidem Eccleſiæ perenni ſit jure conceſſum.* Ita ibi.

* al. indemnem.

LX. In qua pariter Eccleſia idem religioſiſſimus Princeps auream Crucem gemmis ornatam miræ magnitudinis & pulchritudinis hoc ipſo anno dono obtulit, ita ut vides eadem forma Crucis inſcriptione notata, qua & oblationis ejus pariter tempus habes exaratum, ut leges:

*Susceptum placide maneat hoc in honore Dei quod offerunt*
*famulus Chriſti Adefonſus Princeps & Scemena Regina.*
*Quiſquis auferre hæc donaria noſtra præſumpſerit, fulmine divino intereat ipſe.*
*Hoc opus perfectum eſt: conceſſum eſt S. Salvatori Ovetenſis ſedis: Hoc ſigno tuetur pius, hoc ſigno vincitur inimicus.*
*Et operatum eſt in Caſtello Gauzon anno Regni*
*noſtri xvii. Diſcurrente Æra DCCCCXVI.*

Hic autem (quod monet Ambroſius) illud intelligendum, non numerari Adefonſi Magni annos Regni ab obitu patris, ſed a tempore, quo ab Ordonio parente ejus ante quinquennium regio fuit honore & nomine inſignitus: cum alioqui poſt hæc in diplomatibus a tempore parentis obitus inveniantur ejus ſæpe numerati anni.

LXI. Hoc pariter anno Gitro Rex Danorum, qui Angliam fere univerſam ſibi ſubiecerat, ab Ælfredo Rege (a), qui pro-

(a) Matt. Weſt. monaſt. Flor. hiſtor. hoc anno.

PAGIUS. *Nicetas magna fide Vitam S. Ignatii edidit.* Imperatoris, ejus mortem cum anno duodecimo, *Germaniciæ* vero expugnationem cum an. XIII. perperam copulat, quique ſubinde in Chronologiam peccat, expeditionem tamen Syriacam morti Ignatii recte ſubnectit, (de Sicula enim nullam mentionem facit). Sed cum utraque ad eumdem annum pertineat, & Nicetas, tam expeditionis Siculæ, quam mortis *Conſtantini* Baſilii Imp. filii, quæ anno ſequenti accidit, meminerit: manifeſtum eſt, eum Vitam Sancti *Ignatii* paulo poſt ſequentem Chriſti annum elucubraſſe; cum bellum Siculum per annos tres continuatum fuerit, ut anno ſequenti videbimus. Baronius quidem num. LV. arbitratur, Nicetam *Ignatii* Vitam hoc anno conſcripſiſſe, quod de Conciliabulo a Photio anno ſequenti habito nullum verbum habeat. Verum *Nicetas* hoc anno eidem Operi finem imponere non potuit; cum de Conſtantini Baſilii Imper. filii morte, quæ anno ſequenti juxta ipſummet Baronium contigit, mentionem faciat. Nicetas itaque Paphlago, qui cognominatur *David*, aliquo ex ſequentibus annis Vitam illam publicavit, nec Conciliabuli a *Photio* anno ſequenti celebrati verba fecit, quia Vitam tantum S. Ignatii ſcribere ſibi propoſuerat. Præter Vitam illam reliquit Orationes elegantiſſimas in ſingulos quoſque Apoſtolos, aliaſque, quas Combefiſius Græce & Latine in Auctario ſuo ultimo Græco-Latino Bibliothecæ Veterum Patrum edidit, & in Apparatu, quem Bibliothecæ Concionatoriæ Sanctorum Patrum præfixit, appoſitæ monuit, *Nicetam*, qui Ignatii Vitam cum omni fide ac diligentia exaravit, eo magis a Catholicis faciendum, quo Schiſmatici & Heterodoxi ab eo abhorreant. Montacutius in Notis ad Photii Epiſtolas, & Hankius part. I. de Hiſtoricis Byzantinis cap. 18. ubi *Photium* defendendum ſuſcepit, aiunt eum fontem eſſe & originem calumniarum omnium in Photium excogitatarum; cum tamen teſtes Nicetæ coævi, & monumenta publica tunc confecta omnibus ejus dictis fidem adſtruant; imo & Conſtantinus Porphyrogenneta, qui in Vita Baſilii Macedonis avi ſui Photiique patroni, in ejuſdem avi laudibus totus eſt, eum Sedem Conſtantinopolitanam invaſiſſe diſſimulare non potuerit: *Jam vero*, inquit numer. XLIV. *viro inclyto Patriarcha Ignatio ſancte Deoque placitis moribus vita perfuncto, opulentaque canitie, ac virtutum obvallante choro, cunctiſque laudantibus, virumque prædicantibus e vivis excmpto, & ad meliorem vitam tranſlato, ei* (nempe Photio) *rurſus Eccleſiam rite reddidit, qui non rite ſibi antea eam vendicare viſus erat; legitimeque ac canonice ſapientiſſimum Photium in Regia urbis vacante Sede conſtituit.* Quare calumniarum adverſus Ignatium & Nicetam confictarum nulla ratione habita, horum temporum Hiſtoriæ Chronologiæque enucleandis ſolum operam navavi.

XXII. *Anni Alphonſi M. diverſimode deducti.* Ad num. LIX. & ſeq. *Alphonſus Magnus* Gallæciæ & Legionis Rex crucem auream eximiæ pulchritudinis Ovetenſi Eccleſiæ donavit, in qua Inſcriptio legitur, quæ oblationis tempus notat: *Et operatum eſt in caſtello Gauzon, anno regni noſtri XVII. diſcurrente era DCCCCXVI.* anno ſcilicet Chriſti DCCCLXXVIII. Exhibet eam integram Baronius ex Morale lib. 5. capit. 19. & ex his notis temporariis anno DCCCLXI. num. LXVI. infert, *Alphonſum M.* eo Chriſti anno in Gallæcia regnare cœpiſſe, & *Ordonium* naturæ debitum ſolviſſe. Verum, ut ipſemet ex Morale laudato hic obſervat, *Alphonſus M.* ab Ordonio patre quinquennio ante mortem ejus in Regni conſortium adſcitus fuit, ideoque annus ille XVII. Regni ejus, non a morte patris, ſed ab anno quo cum eo regnare cœpit, deſumitur. Quare tam Baronius, quam Mariana lib. 2. cap. 16. ea Inſcriptione innixi, *Ordonii Regis* mortem male præverterunt; cum aliunde conſtet, eam anno DCCCLXVI. contigiſſe.

Ad

PAGIUS XXIII. *Alfredus Angliæ Rex ad extremas anguſtias redactus.* Ad num. LXI. & ſeq. Danis in Anglia Mercios, Northumbrios, & omnia præter Occidentis paucas provincias, ſub imperio hoc tempore tenentibus, plurimi, relicta Barbaris patria, & emenſo Oceano, foris novas ſedes quæſierunt. Et Sanctorum corporibus timentes, illa ſecum in viæ ſolatium, redituſque ſpem, detulerunt: *In hac quoque perſecutionis turbine*, inquit Weſtmonaſterienſis ad hunc Chriſti annum, *conſtituti fideles Chriſti Epiſcopi, cum Sanctorum Reliquiis, & Eccleſiarum theſauris, populiſque regionis, trans mare fugerunt.* Hinc Belgium, inquit Alfordus num. I. quo plerumque ſecedere hac ætate ſoliti, Angliæ Sanctorum exuviis merito gloriatur. Creſcente autem Paganorum multitudine, cum Da-

*Gitronis Regis Danorum converſio ad fidem*

profugus latuit in Æthelingeje inſula, ſuperatus, fit Chriſtianus, mutatoque nomine Æthelſtanus vocatus. Mira in Ælfredo effulſit divina gratia, qui poſt varios caſus bellorum plurium, coactus tandem hoc anno in ultimis finibus Occidentalium Anglorum in dicta inſula deliteſcere, illic viri ſanctiſſimi Neothi nomine ſolitariam vitam agentis admonitione ad meliorem frugem redditus, ab eodem de reſtitutione in Regnum reſponſum accepit, quod & per viſum S. Luthbertus in ſomnis ſignificavit, quibus confiſus oraculis paucos quos potuit colligens, ex improviſo Gitronem, quem diximus, Danorum Regem adoriens poſt cædem militum in munitionem ſe recipere coegit, ubi obſeſſus non aliter eum liberum paſſus eſt egredi, quam promiſſa Chriſtianitate, fuerit perpetua pax ſancita. Rex vero Ælfredus Magnus merito nuncupatus, recuperans Regnum ab infidelibus occupatum, Angliam ab hoſtibus liberavit. Hæc autem pluribus veteres, qui (*a*) Anglorum ſunt hiſtoriam proſequuti, atque ab eodem Rege res præclare geſtas conſcripſere. Pervenit iſte ad annum Salutis nongenteſimum relicto filio Æduardo, qui Angliæ monarchiam eſt conſecutus.

(*a*) *Vuliel. l. 2. c. 4. & Ingul. hiſt. Angl.*

LXII. Per Ælfredum iſtum refloreſcere cœpit collapſa Eccleſia Anglicana, viris doctis in Angliam accerſitis, & libris compluribus ex Romana bibliotheca deſcriptis,

ptis,

PAGIUS Dani omnes, quotquot in Britannia ſupererant, in unius *Alfredi* Angliæ Regis caput, regnumque conſpirarent; ipſe latebras ſuas, & *Adelingiam* inſulam repetere coactus fuit. Ibi pius Princeps in ſe ipſum diſquirere quid in Deum peccaviſſet, quo tam gravem ejus manum, flagellumque mereretur; & illud imprimis occurrebat adoleſcentiæ vitium; ſolitum ſupra alios & communem plebem ſe nimium efferre; quod voce quidem caſtigarat olim *Sanctus Neotus* Ordinis S. Benedicti in Anglia Abbas, qui anno circiter ſuperiori animam Deo reddiderat. Is enim inſigni vaticinio, nubila illi tempora, & infelicitatem prædixerat: *Quam quidem adverſitatem*, ait Aſſerus ad hunc Chriſti annum, *præfato Regi illatam, non immerito ei eveniſſe credimus, quia in primo tempore, cum adhuc juvenis erat, animoque juvenili detentus, homines ſui regni ſibique ſubjectis, qui ad eum venerant, & pro neceſſitatibus ſuis eum requiſierant, & qui depreſſi poteſtatibus erant; ſuum auxilium, ac patrocinium implorabant. Ille vero noluit illos audire nec aliquod auxilium impendebat: ſed omnino eos nihil pendebat. Quod beatiſſimus vir Neotus, adhuc vivens in carne, qui erat cognatus ſuus intimo corde doluit, maximamque adverſitatem ob hoc ei venturam, & Spiritu Prophetico plenus, prædixerat. Sed ille, & piiſſimam viri Dei correptionem parvi pendebat, & veriſſimam ejus prophetiam non recipiebat. Quia igitur quidquid ab homine peccatur, aut, hic aut in futuro, neceſſe eſt, ut aliquo modo puniatur, noluit verus, ac pius Judex Regis inſipientiam eſſe impunitam in hoc ſeculo; quatenus illi parceret in diſtricto judicio. Quare idem ſæpe dictus Alfredus, in tantam miſeriam ſæpius incidit, ut nemo ſubjectorum ſuorum ſciret, ubi eſſet, vel quo deveniſſet.*

XXIV. *Inſignis victoria a militibus Alfredi relata.*

Quæ olim Alfredo *S. Neotus* dixerat, hoc anno evenit. Dum neceſſitate compulſus latere cogitur *Alfredus*, Dani ferro flammaque miſcent omnia, donec *Hubba*, *Hingar*, & *Alfdeni* frater, cum tribus & viginti navibus, enavigato Oceano, ad *Dannomiam* appellunt. Multos illi habebant milites, belloque exercitatos quos *Hubba* in Kinvvicum arcem pugnare jubet, ubi Alfredi milites, loci natura magis quam ſuis viribus fiſi ſe ſe receperant. Hi ubi ſe incluſos viderunt, & omni ſubſidii ſpe deſtitutos ex arce deſcendunt ſilentio, & ſubito motu inopinatos adorti; mille ex eis & ducentos opprimunt, reliquis ad naves, vix fuga lapſis. Inſignis ea victoria fuit, & ampliſſima ſpolia, ac *Hubba* cæterorum Princeps Chriſtianorum manibus occubuit.

XXV. *Dani ab ipſomet Alfrido devicti.*

Alfredus Rex, dum milites ſui fortiter pugnant, *cum paucis ſuis Nobilibus, & vaſſallis, per ſilveſtria & gromnoſa Summerſetenſis plagæ loca, in magna tribulatione inquietam vitam ducebat. Nihil enim habebat, quo uteretur, niſi quod a Paganis, & etiam a Chriſtianis, qui ſe Paganorum ſubdiderant dominio frequentibus irruptionibus, aut clam, aut etiam palam, ſubtraheret.* Quod Aſſerus hic *gromnoſa Summerſetenſis pagæ loca* vocat, Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 4. paulo Latinius reddidit, ut Alfordus citatus n VII. obſervavit, *inſulam quamdam paluſtri uligine vix acceſſibilem, vocabulo Adelingiam*. Sed cum aliquandiu Alfredus pauperem vitam ibi egiſſet, cœpit tandem munita, in qua latuerat inſula, hoſtem quærere, ipſumque inſigni victoria debellavit: *Eodem anno*, inquit Aſſerus ad hunc annum, *poſt Paſcha, Aelfred Rex, cum paucis adiutoribus, fecit arcem in loco qui dicitur Aethelingae & de ipſa arce, ſemper cum nobilibus vaſallis Summurtunenſis, contra Paganos infatigabiliter rebellavit. Iterumque in ſeptima hebdomada, poſt Paſcha ad petram Eghbribta, quæ eſt in Orientali parte ſaltus, qui dicitur Selvvud, Latine autem Silva magna, Britannice Coit Maur, equitavit. Ibique obviaverunt illi omnes accolæ Summurtunenſis pagæ, & VViltunenſis, omnes accolæ Hamptunenſis pagæ qui non ultra mare, pro metu Paganorum navigaverant. Viſoque Rege ſicut dignum erat, quaſi redivivum poſt tantas tribulationes recipientes; immenſo repleti ſunt gaudio, & ibi caſtra metati ſunt una nocte. Diluculo ſequenti illuceſcente Rex in caſtra commovens, venit ad locum, qui dicitur Æglea: & ibi una nocte caſtra metatus eſt. Inde ſequenti mane illuceſcente, vexilla commovens, ad locum qui dicitur Ethandum, venit: & contra univerſum Paganorum exercitum, cum denſa teſtitudine atrociter belligerans, animoſeque diu perſiſtens, divino nutu tandem victoria potitus, Paganos maxima cæde proſtravit, & fugientes uſque ad arcem percutiens, perſecutus eſt; & omnia quæ extra arcem invenit, homines ſcilicet, & equos, & pecora confeſtim cædens homines ſurripuit; & ante portas Paganicæ arcis, cum omni exercitu ſuo viriliter caſtra metatus eſt.*

XXVI. Locus in quo pugnatum, quod ab Aſſero *Ethendum* appellatur, dicitur hodie *Edigton*, eſtque in Wintonienſi agro: *Cumque ibi per quatuordecim dies Alfredus remoraretur*, uti narrat

rat



ptis, ut iidem qui ſupra teſtantur auctores. Inſuper & pio Regi curæ fuiſſe tradunt, ut dialogos S. Gregorii in Anglorum linguam verteret Herefridus Epiſcopus Wigornienſis. Inter doctos viros e Galliis per Legatos petitos hi præcipui nominantur, Grimbaldus monachus, qui & inter Sanctos annumeratur, Joannes monachus, & Aſſerus, qui ſcripſit Annales Britanniæ, alter Joannes natione Scotus e Galliis pariter, ubi manebat apud Carolum Regem, (agitatus magnopere a Gallis, præſertim vero a



Floro ob errores quoſdam aſſertos ab ipſo in libro, quem ſcripſit de Naturæ diviſione) in Angliam ad eumdem ſe contulit Regem. Ubi Melduni magiſter docuit. Eumdem (*a*) Joannem apud Nicolaum Papam male audiſſe, ex ejus epiſtola ad Carolum demonſtratur, ex qua iſta promuntur: *Relatum eſt Apoſtolatui noſtro, quod opus beati Dionyſii Areopagitæ, quod de divinis nominibus, vel cœleſtibus ordinibus Græco deſcripſit eloquio, quidam vir Joannes Scotus genere nuper in Latinum tranſtulerit.*

(*a*) *Riger. Annal. p. 1. an. 880.*



PAGIUS *Gurmundus Danorum Rex baptizatur.*

rat Aſſerus, *Pagani fame, frigore, timore, & ad extremum deſperatione perterriti, pacem ea conditione petierunt, ut Rex nominatos obſides, quantos vellet, ab eis acciperet, & ille nullum eis daret: ita tamen qualiter nunquam cum aliquo pacem pepigerat. Quorum legatione audita Rex, ſua ipſius miſericordia motus, nominatos quantos voluit obſides ab eis accepit. Quibus acceptis, Pagani inſuper juraverunt, ſe citiſſime de ſuo regno exituros. Necnon & Godrum Rex eorum, Chriſtianitatem ſubire, & baptiſmum ſub nomine Aelfredi Regis accipere promiſit. Quæ omnia ille, & ſui, ut promiſerant, impleverunt. Nam poſt hebdomadas, Godrum Paganorum Rex, cum triginta electiſſimis de exercitu ſuo viris, ad Alfred Regem, prope Ethelingam, in loco, qui, dicitur, Alre, pervenit: quem Aelfred Rex in filium adoptionis ſibi ſuſcipiens, de fonte ſacro baptiſmatis elevavit.* Mutavit & nomen in baptiſmo neophytus Rex, & qui prius *Godrum* ſive *Gytro*, vel *Guſmundus* vocabatur, *Athelſtanus* appellatus eſt: *Data ei provincia Orientalium Anglorum & Northanymbrorum, ut eas ſub fidelitate Regis, foveret jure hereditario, quas pervaſerat latrocinio*, inquit Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 4. qui addit, conceſſis honoribus abuſum eſſe *Athelſtanum*, & diu ſub Danorum jugo, etiam ſub iis, qui Chriſti caſtra ſequebantur, Inſulam gemuiſſe.

XXVII. *Alfredus Adelingiæ monaſterium condit.*

Reſtitutus in regnum *Alfredus* votum, cui ſeſe obſtrinxerat, priuſquam victoria potiretur, ſolvit, & Adelingianam arcem *in monaſterium Monachorum ob ſuæ moræ memoriam, ad exaltationem Sanctæ Eccleſiæ commutavit*, inquit Inguiphus pag. 26. quod fuſius narrat Aſſerus pag. 18. ſubditque: *Primitus quia nullum de ſua propria gente nobilem, ac liberum hominem, niſi infantes, qui nihil boni eligere, nec mali reſpuere præ teneritudine invalidæ ætatis adhuc poſſunt: qui monaſticam voluntarie vellet ſubire vitam, habebat: nimirum quia per multa retroacta annorum curricula, monaſticæ vitæ deſiderium ab illa tota gente, nec non & a multis aliis gentibus, funditus deſierat: quamvis per plurima adhuc monaſteria, in illa regione conſtructa permaneant: nullo tamen regulam illius vitæ ordinabiliter tenente (neſcio quare) aut pro alienigenarum infeſtationibus, quæ ſæpiſſime terra marique hoſtiliter irrumpunt: aut etiam pro nimia illius gentis in omni genere divitiarum abundantia: propter quam multo magis id genus deſpectæ monaſticæ vitæ fieri, exiſtimo: ideo diverſi generis Monachos in eodem monaſterio congregare ſtuduit. Primitus Joannem Presbyterum Monachum, ſcilicet Eald-Saxonum genere, Abbatem conſtituit: deinde ultramarinos Presbyteros quoſdam, & diaconos, ex quibus, cum nec adhuc tantum numerum quantum vellet, haberet, comparavit etiam quamplurimos ejuſdem gentis Gallicæ, ex quibus quoſdam infantes, in eodem monaſterio edoceri imperavit: & ſubſequenti tempore ad Monachicum habitum ſublevari.*

XXVIII. *Joannes Æthelingiæ Abbas genere Ealdſaxa erat.*

Ex eodem Aſſero intelligimus, *Altfredum* Regem non tantum *Joan.* ex Gallia, ſed etiam Grimbaldum advocaſſe, *Grimbaldum* inquit, *Sacerdotem & Monachum, venerabilem videlicet virum cantatorem optimum & omnimodo Eccleſiaſticis diſciplinis & in divina Scriptura eruditiſſimum, & omnibus bonis moribus ornatum*. De Grimbaldo infra ſermo erit. Sed quoad Joannem Abbatem, quem Alfredus Rex Æthelingenſi Cœnobio præfecit, non levis controverſia eſt, de qua inter alios legendus, Mabillonius Sæc. V. Benedict. part. II. in Venerabilis Joannis Abbatis Æthelingienſis Elogio Hiſtorico, ubi primum oſtendit, hunc *Joannem* ex antiqua Saxonia oriundum fuiſſe, deceptoſque qui eum *Eaſtſaxonem* ex Eaſtſaxonia ſeu Anglo-Saxonibus Orientalibus ortum duxiſſe crediderunt; Aſſerus enim ad annum DCCCLXXXIV. Ealdſaxonum nomine antiquos Germaniæ Saxones intelligit, nulluſque hac in re eo fide dignior interpres: *Magnus*, inquit, *Paganorum exercitus de Germania in regionem antiquorum Saxonum, quod Saxonice dicitur Ealdſaxum, ſupervenit*. Vide dicta anno DCCXXIII. num. V. certumque maneat *Eald-Saxones* iſtos veteres Saxones, & quidem Friſonibus finitimos fuiſſe; quod non tranſmarinis Britanniæ Saxonibus, qui a veteri Saxonia eo migravere ſæculo quinto, ſed Germanicis competere manifeſtum eſt, ideoque & *Joannem* Æthelingiæ Abbatem, genere non Scotum, ſed Germano-Saxonem extitiſſe.

XXIX. *Cum Joanne Scoto Erigena confundi non debet.*

Baronius num. LXII. *Joannem* Æthelingiæ Abbatem a *Joanne Scoto* Erigena, Carolo Calvo familiari, non diſtinguit, qua in Sententia multi alii fuere. At Joannes iſte, genere Scotus erat; Hincmarus enim Rhemorum Archiepiſcopus, cui iſte *Joannes Scotus* notiſſimus ac familiaris fuit, in poſterioris Operis de Prædeſtinatione cap. 31. eum *Scottigenam* appellat; ideſt, Scottum genere, Scottis genitum, & e Scotia ſeu Hibernia ortum. Scottigenam etiam dicit Anaſtaſius Biblioth. in Epiſtola ad Carolum Calvum de Areopageticis, eorumque verſione: qua in Epiſtola Joannes Scottigena, iſtius verſionis Auctor laudatus, diciturque *barbarus, in finibus mundi poſitus*; quod homini Hiberno ſignanter convenit. Nec eſt quod quis dicat, *Joannem Abbatem*, non ex veteri Saxonia ab Ælfredo accitum eſſe, ſed ex Gallia, ubi tum Joannes Scotus morabatur. Nam ut inquit Mabillonius, in Gallia etiam tum degebat *Joannes Altſaxo*; certum enim plures ex gente Saxonica Corbeiæ in Gallia Monachos

ha-

*rit. Quod juxta morem nobis mitti, & noſtro judicio debuit approbari; præſertim cum idem Joannes, licet multæ ſcientiæ eſſe prædicetur, olim non ſane ſapere a quibuſdam frequenti rumore dicatur.* Hæc ibi.

Se-

PAGIUS habitaſſe. Præterquamquod Joannes Æthelingiæ Abbas loco laudato *Presbyter ac Monachus* dicitur, & Ælfrido ipſi *a ſacris*. Quæ officia *Joanni Scoto* attributa non leguntur. An vero præter *Joannem Altſaxonem*, etiam *Joannes Scotus* ab Ælfredo in Angliam vocatus ſit, ut Malmesburienſis aliique quidam ſenſere, negare nos cogit Aſſeri ſilentium, qui Viros doctos ab *Ælfredo* adhibitos accurate commemorans, unum ex nomine *Joannem*, genere *Ealdſaxonum*, Presbyterum ac Monachum adducit, & veriſimile non eſt, *Aſſerum* Ælfredi æqualem ac familiarem, qui &, ipſe unus ex invitatis erat, *Joannem Scotum* prætermiſiſſe, qui alios tam diſerte diſtinguit. Idem Aſſerus Joannis Æthelingienſis Abbatis pietatem plurimum laudat, & a duobus prædonibus præmio conductis fraudulenter occiſum narrat. De eo plura Mabillonius citatus & Alfordus hoc anno num. XVIII. Vita Sancti *Neoti* Abbatis Sæc. IV. Benedict. part. II. legenda. Ejus mortem ante reſtitutionem Alfredi in Regnum Angliæ accidiſſe inſinuant verba Aſſeri num. XXVII. a nobis relata; de eo enim tanquam demortuo, ut recte Mabillonius animadvertit, loquitur.



I. Obitus Lud. Imp. Sequitur annus Redemptoris octingenteſimus ſeptuageſimusnonus, Indictione duodecima conſignatus, quo quarto Idus Aprilis, die Paraſceves jam veſperi moritur Ludovicus Imperator, qui reliquit poſt ſe filios duos ex Anſgarde priori coniuge ideſt Ludovicum & Carolomannum, ex poſteriori Adeleide nomine genuit Carolum poſthumum cognomento Simplicem. Ad horum autem ſingulos Reges Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus de Regno optime diſponendo ſcripſit epiſtolas, de quibus agens (a) Frodoardus hæc ſummatim ex eis.

(a) Frod. hiſt. Rhem. l. 3. c. 18.



PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXVII. Anno Hegiræ CCLXVI. inchoato die 23. Aug. fer. 1. A. C. 879.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6372.

☉ 20. D. ☽ 6. P. 12. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 879.

JOANNIS VIII. PAPÆ 8.

BASILII IMP. 13.

I. *Moritur Ludovicus Balbus Francorum Rex.* AD num. I. Annaliſta Bertinianus, quem paſſim exſcribit Continuator Aimoini, hoc anno de Ludovico Balbo ſcribit: *Circa Purificationem S. Mariæ ad Pontigonem venit: unde volens ire in partes Auguſtoduni ad comprimendam rebellionem Bernardi Markionis, uſque ad Trecas perrexit. Sed quia ingraveſcente infirmitate ſua (dicebatur enim veneno infectus) longius ire non potuit, filium & æquivocum ſuum Ludovicum bajulationi Bernardi Comitis Arvernici ſpecialiter committens, Hugonem Abbatem & Boſonem, & præfatum Bernardum cum filio ſuo, ſed & Theodericum cum ſociis ſuis, Auguſtodunum miſit: quatenus ipſum Comitatum ad opus Theoderici, cui antea illud dederat, evendicarent. Ipſe autem cum magna difficultate per Jodrum monaſterium Compendium venit. Et ſentiens ſe mortem evadere non poſſe per Odonem Belgivacenſem Epiſcopum & Albuinum Comitem coronam & ſpatam ac reliquum Regium apparatum, filio ſuo Ludovico miſit: mandans illis qui cum eo erant, aut eum in Regem ſacrari, ac coronari facerent. Ipſe autem IV. Idus Aprilis in die paraceves in veſpere obiit: & in craſtina, ſcilicet in vigilia S. Paſchæ, in Eccleſia S. Mariæ ſepultus fuit.*

II. *Reliquit tres liberos qui Franciæ Reges fuere.* Annaliſta Metenſis, licet annum a Nativitate Chriſti incipiat, Ludovici tamen Balbi mortem cum anno ſuperiori conjungit, quia quæ de ea tam ipſe, quam Regino habent, ab aliquo Scriptore deſumſere, qui annum a Paſchate, quod hoc anno in diem XII. Aprilis incidit, exorditur. Ait uterque, *Ludovicum Balbum*, cum adhuc Juvenilis ætatis flore polleret, *Anſgardam* ſibi conjugii fœdere copulaſſe, ex eaque duos liberos ſuſcepiſſe ingentis animi virtute præſtantes, *Ludovicum* ſcilicet & Carolomannum. *Sed quia hanc ſine genitoris conſcientia, & voluntatis conſenſu, ſuis amplexibus ſociaverat, ab ipſo patre ei poſtmodum eſt interdicta, & interpoſito juſiurandi ſacramento ab ejus conſortio in perpetuum ſeparata. Tradita eſt autem eidem ab eodem patre Adelheidis in matrimonium, quam gravidam ex ſe reliquit idem Rex cum obiret. Quæ tempore pariendi expleto, enixa eſt puerum, cui nomen avi impoſuit, eumque Carolum vocitari fecit.* Ludovicus, qui Ludovico Balbo patri hoc anno ſucceſſit, appellatus eſt inter Franciæ Reges *Ludovicus III.* Carolomannus anno ſequenti dictus eſt Rex Burgundiæ & Aquitaniæ, & *Carolus* cognominatus Simplex in Gallia etiam regnabit, ut infra viſuri ſumus.

III. *Reliquiæ S. Opportunæ metu Normannorum transferuntur.* Regnante Ludovico Balbo Reliquiæ Sanctæ *Opportunæ*, quæ Monaſterioli (Cœnobium erat Sagienſi Urbi in hodierna Normannia poſitæ vicinum), dum viveret, Abbatiſſa fuerat, aſſervabantur, Normannis graſſantibus *Monciacum*, quæ villa erat Diœceſeos Pariſienſis, perlatæ ſunt, cum jam *Hildebrandus* Sagienſis Epiſcopus a Normannis pulſus Pariſios ſeſe recepiſſet. Conſtant hæc ex libro Miraculorum ejuſdem Sanctæ, quem *Adelelmus* Epiſcopus Sagienſis ſubiecit Vitæ ejus, quam aliquot ante annos elucubrarat. Tam Vita, quam liber Miraculorum extant in Actis SS. Bollandianis ad diem XXII. April. & Sæc. III. Benedict. part. II. Liber ille Miraculorum Sanctæ Opportunæ ante annum DCCCLXXXVIII. quo Carolus Craſſus Imp. vivere deſiit, eoque imperante conſcriptus. In eo enim narrata Sagienſis Eccleſiæ devaſtatione n. VI. Adelelmus ait: *Jam itaque inclytus Rex Ludovicus frater glorioſi & magni domni Caroli noſtri Imperatoris, Regis Sereniſſimi, (cujus beneficiis ſumus, quidquid ſumus, cujus vita ſemper a domino gubernetur) auditis inſignibus, beatæ Opportunæ virtutibus, cauſa refugii ſupradictum prædium Monciacum condonaverat eidem Dominæ Opportunæ & illuſtriſſimo viro Hildebrando, Sagienſis Eccleſiæ Epiſcopo ſanctiſſimo. Idem ergo Hildebrandus timore prædictæ perſecutionis Nortmannicæ partem Clericorum in Monciacum villam venire juſſit cum ſanctiſſimo corpore Dominæ Opportunæ.* Tum num. XII. narrat Miraculum Pariſiis dum plebs in nativitate ejus ad illius Eccleſiam conveniret, factum, ſubditque: *Quo viſo Ludovicus Rex cum ſupra ſcriptis donis prata juxta montem Martyrum & campellos inſuper prope portam ejuſdem civitatis Eccleſiæ attribuit. Quæ ſuſcipiens bonæ memoriæ Hildebrandus Sagienſis Epiſcopus Eccleſiæ qui eo tempore Eccleſiæ beatæ Opportunæ Pariſienſis regimen habebat, præfati Regis nutu in ſuſtentamentum Canonicorum præfatæ Eccleſiæ* (Pariſiacæ ſcilicet, in qua proinde tum erant Canonici quemadmodum & hodie) *ſervientium ſtabilivit.*

IV. *Cultus S. Opportunæ in agro Pariſienſi celebris.* Ex his intelligimus primo, *Ludovicum* Regem, cujus ibidem mentio, non eſſe Ludovicum Germaniæ Regem fratrem Caroli Calvi Imperatoris, ut tam Mabillonius, quam Henſchenius in Notis ad librum illum de Miraculis Sanctæ Opportunæ interpretati ſunt; *Ludovicus* enim iſte nec Neuſtriæ ſeu Normanniæ hodiernæ, unde Reliquiæ in territorium Pariſienſe allatæ, nec eidem territorio aut civitati dominabatur, ideoque nec *Monciacum* Hildebrando Epiſcopo Sagienſi largitus eſt, nec poſtea donationem illam auxit. Senſit difficultatem Henſchenius, reſpondetque *Monciacum* illud diverſum eſſe a duplici Monciaco, quæ etiamnum ſuperſunt, vetere ſcilicet & no-

cis. *Item* ( inquit ) *ſcripſit ad hunc Ludovicum ſolum de conſilio a ſe petito, quale ſit utile Regi conſilium, & qualiter debeat agere judicium & juſtitiam; & quid hæc boni conferant obſervata, quidve mali neglecta irrogare ſoleant, &c. Item ad Regem Carolomannum adoleſcentem, & ad Epiſcopos admonitionem de diſponendo regali miniſterio, per capitula, & aliam admonitionem ad eumdem Regem ſimiliter per capitula ſcripſit ſcilicet.* Hæc Frodoardus. Sed ad Jo-

PAGIUS novo, & fuiſſe locum tutum inter montes verſus Germaniam, ubi defuerat hactenus Eccleſia, & iſtud ultimum *Monciacum* Hildebrando Epiſcopo datum, prata vero & prædia a *Ludovico Balbo*, qui Pariſiis regnabat. Verum præterquamquod tertium illud *Monciacum*, ſeu Monciacum prorſus fictitium, & in Monciaco Novo cultus S. *Opportunæ* celebris alias extitit, utraque donatio ab uno eodemque Rege nomine *Ludovico* facta, ut verba laudata evidenter inſinuant. *Ludovicus* itaque hujus donationis auctor alius eſſe non poteſt quam *Ludovicus Balbus*. Intelligimus ſecundo, memoratum *Carolum Imperatorem* non eſſe Carolum Calvum, ut putavit Mabillonius, quia ante Carolum Calvum nullus Ludovicus regnavit, qui prædia illa in agro Pariſienſi ſita dare potuerit. *Carolus* igitur ille, qui cum Adelelmus librum ſuum ſcripſit, in vivis erat, alius eſſe non poteſt quam Carolus Craſſus anno DCCCLXXX. Imperator renunciatus. Error tamen in vocem *frater* irrepſit, legendumque *inclytus Rex Ludovicus, fratruelis glorioſi & magni Domni Caroli noſtri Imperatoris*. Nam fratrueles ſunt duorum fratrum filii, ut videre eſt in Gloſſario Ducangii, quales erant *Ludovicus Balbus* Caroli Calvi filius, & *Carolus Craſſus*, cujus pater fuit Ludovicus Germaniæ Rex, qui an. DCCCLXXVI. obierat. Hic error ex eo provenire potuit, quod vox hæc *fratruelis* in exemplari ex parte deleta, vel corroſa fuit. Hæc emendatio certa; cum Auctor libri iſtius de Miraculis Sanctæ Opportunæ, Caroli Imperatoris tunc viventis nomine deſignare non poſſit *Carolum Calvum*, quia biennio e vita migravit, antequam *Boſo* Burgundiæ & Provinciæ Rex nuncuparetur, cujus tamen exercitus, ut ſcribit Auctor ejuſdem libri num. IX. multas deprædationes fecerat, quod nonniſi poſt Caroli Calvi mortem contigit. Henſchenius locum illum corruptum eſſe animadvertit, ſed perperam judicavit legi debere, non *frater*, ſed *pater*, ut intelligatur, inquit, *Carolus Craſſus* filius Ludovici Germaniæ Regis; nam, ut ſupra inſinuavimus, *Ludovicus*, cujus meminit Adelelmus, alius eſſe non poteſt quam *Ludovicus Balbus*, Neuſtriæ ſeu Normanniæ, & Pariſiorum ſupremus dominus. Fuit porro *Opportuna* ſoror *Sancti Chrodegangi* Sagienſis Epiſcopi, cujus mors poſt obitum fratris circa annum DCCLXX. accidit, uti Mabillonius conjicit.

V. *Pax ſancita inter Reges Franciæ & Reges Germaniæ.* Quæ poſt mortem Ludovici Balbi in Galliis geſta ſunt, fuſe deſcribit Annaliſta Bertinianus, ſummarie vero Annaliſta Metenſis his verbis: *Ludovicus* ( filius Ludovici Germaniæ Regis ). *Qui Auſtraſiis imperabat, cognita morte æquivoci ſui*, ( ſcilicet Ludovici Balbi ) *regnum illius invadere diſpoſuit, & tranſvadato Moſa Imperii fines occupavit. Cui occurrerunt duo memorati fratres* ( nempe Ludovicus & Carlomannus Ludovici Balbi filii ) *cum valida manu. Sed intercurrentibus viciſſim legationibus nequaquam pugna committitur, ſed pax roboratur. Adoleſcentes quippe ut fœderatus ab eis recederet Hludovvicus, portionem regni Lotharii, quam avus paterque tenuerat, ex integro illi conceſſerunt, addita inſuper Attrabatis Abbatia Sancti Vedaſti. Facta itaque pactione, datiſque ſacramentis, cum in regnum idem Rex reverteretur, repente obviam habuit Nortmannorum innumeram multitudinem juxta Carbonariam, in loco qui vocatur Thimum, cum ingenti præda ad claſſem repedantem. Cum quibus abſque mora conſtitit, & Deo propitiante maximam ex eis partem gladio proſtravit. Reliqui fuga dilapſi, in ſupradictum fiſcum Regium ſe communiunt, ubi Hugo filius Regis ex pellice natus, cum in cautius dimicaret, graviter vulneratus, ab hoſtibus rapitur, & inter adverſariorum manus animam reddidit.* Meminit hujus victoriæ Annaliſta Bertinianus.

VI. *Boſo fit Rex Burgundiæ & Provinciæ.* *Interea Boſo*, inquit Annaliſta Bertinianus, *perſuadente uxore ſua* ( Hermengarda appellata ), *quæ nolle vivere ſe dicebat, ſi filia Imperatoris Italiæ* ( ſcilicet Ludovici II. *& deſponſata Imperatori Græciæ* ( Conſtantino nempe Baſilii Imp. filio ) *maritum ſuum Regem non faceret, partim comminatione conſtrictis, partim cupiditate illectis pro Abbatiis & villis eis promiſſis, & poſtea dat is, Epiſcopis illorum partium perſuaſit, ut eum in Regem ungerent, & coronarent.* Quod reipſa præſtitere in Concilio Mantalenſi, ubi Decretum electionis Boſonis Regis his verbis ſubſcribitur: *Actum apud Mantalam publice anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXIX. Idibus Octobris.* Refert illud Sirmondus Tom. III. Concil. Gall. pag. 496. quemadmodum & Synodi *ad Boſonem Regem deſignatum* legationem, ac *Boſonis Regis electi ad Synodum* reſponſionem. Huic Synodo interfuere Archiepiſcopi ſex, & Epiſcopi XVII. qui eum Regem agnovere earum Galliæ regionum, quibus hodie continentur Provincia, Delphinatus, Sabaudia, Territorium Lugdunenſe, Breſſia, & Comitatus Burgundiæ. Hoc Regnum paucos poſt annos *Arelatis & Burgundiæ* Regnum appellatum, cujus infra non raro mentio occurret. In Decreto electionis Boſonis *Mantala* dicitur *territorii Viennenſis*, & in Legatione ad eumdem Boſonem legitur, *ſacra Synodus Mantalenſis, territorii Viennenſis.*

VII. *Ejus electio Mantalæ facta.* Eſt nunc Vicus Pagi Viennenſis in Allobrogibus Viennam inter & Valentiam ſitus, vocatuſque Gallice *Mante*, cujus Eccleſia juris Cluniacenſis erat jam inde a tempore Petri Venerabilis, cui *Mantula* nominatur, lib. 1. de Mirac. cap. 23. col. 1283. & in Catalogo Beneficiorum Cluniacenſium memoratur *Prioratus S. Petri de Menthula*. Guichenonus in Hiſtoria Sabaudiæ Samſonem Geographum ſecutus putavit *Mantalam*, ubi Boſo Rex electus, diverſam non eſſe a Mantala quæ tam in Itinerario Peutingeri quam Antonini locatur inter Auguſtam Prætoriam & Viennam, eamque eamdem facit cum Mommeliano Sabaudiæ Oppido. Verum *Mantala* illa non erat in territorio Viennenſi, ſed in territorio Cularonis, ſeu Gratianopolis, & Mommelianum non eſt arx antiqua. Duæ itaque Mantalæ diſtinguendæ, neque diſcedendum a ſententia Valeſii in Notitia Galliarum ad vocem *Mantala*, Mabillonii lib. 4. de Re Diplom. pag. 297. & aliorum, qui Mantalam in



Joannem Pontificem veniamus.

II. Cum Ludovici obitum accepiſſet Joannes Papa, Synodum Romæ indicit (*a*) celebrandam menſe Maii, ad quam dum vocat Anſpertum Mediolanenſem Archiepiſcopum, hæc inter (*b*) alia habet: *Quia Carolomannus corporis, ſicut audivimus, incommoditate gravatus, Regnum retinere jam nequit: de novi Regis electione, ut omnes pariter conſideremus, vos prædicto adeſſe tempore*, nempe ad Kalendas Majas *valide oportet. Et ideo antea nullum abſque noſtro conſenſu Regem debetis recipere. Nam ipſe, qui a nobis eſt ordinandus in Imperium, a nobis primum atque potiſſimum debet eſſe vocatus atque electus, &c.* Cum vero Pontificis animus erga Carolum, Craſſum cognomento dictum, propenſior eſſet, eum, ut Romam Legatos mittat, atque demum ipſe veniat hortatur (*c*); fuit iſte filius Ludovici fratris Caroli Calvi. Huic primo collatum eſt Regnum Longobardiæ, inde vero Romam veniens, in die Natalis Domini coronatus eſt Imperator, ſed poſt biennium, ut idem qui ſupra Aimoinus affirmat. (*d*) Porro (*e*) Anſpertum vocatum ad eam Synodum cum venire noluiſſet, idem Pontifex excommunicavit quouſque Romam veniat ad aliam Synodum celebrandam menſe (*f*) Octobris. Interea autem de perſona Caroli eligenda in Imperatorem Joannes Papa adhuc nutans & fluctuans, de ejus germano Ludovico aſſumendo agere cœpit, ſcripſitque de his ad eum (*g*) litteras. At tamdem ad Carolum eligendum ( ut dictum eſt ) Pontificis deliberatio firmata eſt, vi cogente, cum ipſe armatus irruperit in Ita-

(*a*) Aim. l. 5. c. 39.
(*b*) Joann. ep. 155.
(*c*) Joann. ep. 160. 172.
(*d*) Aim. l. 5. c. 40.
(*e*) Joann. ep. 177. 181.
(*f*) Id. ep. 182.
(*g*) Id. ep. 197.

PAGIUS in qua Boſo coronatus, Viennam inter & Valentiam locant licet unius tantum *Mantalæ* mentionem faciant.

VIII. *Carolus Craſſus Rex Italiæ renunciatur.* Ad num. II. Recte Baronius ſcribit, Carolum Ludovici Germaniæ Regis filium hoc anno Regem Longobardiæ appellatum eſſe. Nam teſte Annaliſta Bertiniano, *Karolus Ludovici quondam Germaniæ Regis filius in Longobardia perrexit, & ipſum regnum obtinuit, cum quo apud Urbam, antequam montem locis tranſiret, Ludovic. & Carolomannus loqui perrexerunt. Et illo eunte in Longobardiam, ipſiſque reverſis ab eodem itinere, nunciatum eſt eis quod Nortmanni, qui erant in Ligeri, terreno itinere terras illas deprædabant. Et ſtatim moti in illas partes, in die miſſæ* ( ideſt feſti ) *Sancti Andreæ, eos invenientes, multos ex eis occiderunt, & plures in Vecena* ( ſeu Vigenna ) *fluvio immerſerunt; & exercitus Francorum, Deo volente, cum victoria incolomis remeavit.* Carolomannus die VII. Menſis Junii, indictione XII. adhuc Longobardiæ Regnum adminiſtrabat, ea enim die Joannes Papa literas ad eum dedit, ordine CLXXXVI. & CLXXXVII. quibus eum hortatus eſt ad Eccleſiæ Romanæ a Saracenis graviter afflictæ defenſionem, & ut in Vercellenſi Eccleſia *Conſpertus* crearetur Epiſcopus. Imo die VIII. menſis Julii *Carolomannus* adhuc Italiam regebat, ut docet Conſtitutio XLI. recitata Tom. II. Bullarii Caſinenſis, qua Privilegia a ſuis Deceſſoribus Monaſteriis SS. Salvatoris & Juliæ collata confirmat, in cujus fine legitur: *dat. VIII. Idus Julias anno, Chriſto propitio, regni domini Carolomanni ſereniſſimi Regis in Bavaria III. & in Italia II. indictione XII.* [1] Baronius, ut probet Carolum Ludovici Germaniæ Regis filium, qui poſtea imperavit, hoc anno Italiæ Regnum adeptum eſſe, profert literas ejuſdem Pontificis ordine CLX. ad Carolum Regem, datas *tertio nonas Aprilis indictione XII.* quibus eum hortatur, ut in auxilium Eccleſiæ Romanæ, veniat, aliaſque literas ordine CLXXII. ad Carolum Regem ſcriptas, quibus idem poſtulat. Verum in utriuſque *Carolus Rex* nuncupatur, non quod tunc Italiam adminiſtrarit, ſed quia poſt mor-

NOTÆ [1] INter notas quibus Cl. Saxius Hiſtoriam Sigonii de Regno Italiæ novæ editionis Mediolanenſis illuſtravit, luculentiſſima illa cenſenda eſt, qua probat Caroli Craſſi Regnum cœpiſſe anno 879. inter dies 10. Septembris & 11. Novembris; quod eruit ex duplici Teſtamentaria tabula Anſperti Archiepiſcopi Mediolanenſis, quarum prima data eſt die decima Septembris Indictione ingrediente XIII. conſignaturque Carolomanni anno ſecundo; altera vero inſcribitur die XI. Novembris, Indictione XIII. invaleſcente ( ideſt eodem anno 879. ) *Caroli Craſſi anno primo*. Igitur inter Septembrim & Novembrim Carolus Craſſus Regnum inivit. Tandem Cl. Muratorius in Antiquitatibus Italiæ tom. I. Diſſert. VII. Chartam laudat e Tabulario Mutinenſi depromptam, in qua regnum Carlomanni ad totum fere Octobrim hujus anni prorogatur. Ita enim ſubſcribitur: *Regnante Domino noſtro Carlomanno hic in Italia tertio die XXVII. de menſe October per Indictione Tertiadecima.* Idem vero Muratorius, ibidem ex variis Chartis a ſe conſultis initium regni Carlomanni in Italia ad exitum menſis Octobris anni 877. determinat. Quæ cum ita ſe habeant, nutat fides Eccharti qui in to. 2. rer. Francic. pag. 651. ex quodam Arnulphi Regis diplomate eruit, Carlomannum X. Kal. Octobris anni hujus vitam abſolviſſe. Hæc demum omnia indubitatam fidem obtinent ex authoritate vetuſti Chronici Regum Longobardorum anno 883. ab Anonymo Brixiano Monacho ſcripti & vulgati a Muratorio Antiquit. Ital. to. IV. col. 944. Ita enim ſcribit æqualis eorum temporum Chronologus: *Quando Karolus filius Hludovici regis Bajoariæ in Italiam ingreſſus eſt; hoc eſt VII. Kal. Novembris ſecunda feria anni Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXXXVIII.* ( lege LXXVIIII. ut feria II. cum die XXVI. octobris compoſita monet, & confirmat Indictio XIII. a Septembri ejus anni cœpta ) *Indictione XIII.* Hæc igitur epocha rata impoſterum ac firma habenda eſt. MANSI

Italiam, ut ſuo loco dicendum erit. Fuit ergo uſque ad coronationem Caroli biennio inter regnum & amplius.

III. Legatos mittit Baſilius Imp. ad Jo. Papam.

(a) Joan. ep. 168. 169.

(b) Id. ep. 179.

Ejuſdem quoque anni initio decernitur legatio a Baſilio Imp. ad Joannem Papam pro Photio, quam cum menſe Aprilis ad Campanum litus appuliſſe, ipſe Pontifex ſciſſet, ut ſecure inde Romam venire poſſet, ſcripſit ad Principem Capuanum (a) Padenulphum. Porro ejus legationis ea petitio erat Imperatoris, ut Photium in communionem reciperet, ejuſque ad Eccleſiam reditum, & Patriarchatum ſua auctoritate firmaret. Declarant hæc (b) litteræ ejuſdem Pontificis redditæ hoc anno ad eum menſe Auguſti. Advenit etiam legatio Patriarchæ Hieroſolymitani tribus monachis credita una cum litteris ejuſdem idipſum ab eodem Pontifice expetentis. Sed & cum iiſdem Legatis affuit Photii quoque legatio per Theodorum Epiſcopum cognomento Santabarenum hominem verſipellem ad fallendum aptiſſimum, de quo ſuperiori dictum eſt anno.

IV. Cauſæ quibus permotus eſt Joannes favere Photio.

Quod autem non (ut par erat) pro Photio agentes cauſam Legati rejecti fuerint a Joanne Pontifice, ſed benigne recepti, & præter omnium ſpem, quæ pro eo peterent, impetrarint, cauſæ plures interceſſerunt. Jam enim cum Græcorum Imperium ita in Italia potens effectum ipſe videret, cum Beneventani atque Capuani a Francis (ut Curopalates teſtatur) defeciſſent ad Imperatorem: ei contradicere periculoſum admodum judicavit, his præſertim temporibus, cum Romana Eccleſia non ſolum barbarico gladio, ſed Chriſtiano vicinorum Comitum vexaretur. His accedebat, quod idem Baſilius Imperator in ſpem eum erexerat, fore ut ſua claſſe liberaret ipſa Campaniæ, Latiique litora & Etruriæ a Sarracenorum incurſionibus. Addebatur ad hæc inſuper, quod multa alia idem Imperator ipſi Papæ promitteret, maxime vero Bulgarorum Eccleſiam ſub Romana diœceſi revocandam, quod vehementer Joannes optabat, & frequentioribus litteris expetebat. His omnibus accedebat, quod prætexebatur bonum pacis, & ſciſſarum unio Eccleſiarum, quæ ob rejectum Photium, velut jugi terræmotu, tot annis, & cum eis totus Oriens quaſſaretur, ceſſaturum ipſum omnino, ſi Sedis Apoſtolicæ auctoritate Photius ſedere concederetur; ſin minus, graviora prioribus inſtare pericula, impendere mala nullo penitus curanda remedio. His jungebatur, quod mendaci relatione decepit Baſilius Imperator eumdem Joannem Pontificem, dum litteris teſtatus eſt, reſtitutionem Photii exoptare & petere magna inſtantia eos, qui eſſent adverſæ partis, ordinatos ſcilicet ab Ignatio atque ejus prædeceſſore Methodio, quod tamen falſum erat. Hæc ſunt, quæ permovere Pontificem potuerunt, ut quod nullus fecerat prædeceſſorum, ipſe omnium maxima admiratione tentare auſus fuerit atque perficere, ſuadente iſtud prudentia carnis inimica Deo & Eccleſiæ ſemper adverſa.

V. Joannes Papa ob reſtitutum Photium valde culpabilis habitus.

Hæc, inquam, Orthodoxorum omnium commovere animum vehementer, tamquam indignum facinus Romano Pontifice, penes quem plus valeret, & majoris eſſet ponderis gratia Imperatoris, quam ſanctiſſimorum prædeceſſorum ſcriptis obfirmata, & juramentis ſtabilita de Photio numquam recipiendo ſententia, cui & ipſe Joannes cum eſſet Archidianus coram univerſa Eccleſia conſenſerat, & magna aſſertione juramenti religione firmaverat, atque ſubſcripſerat. Accedebat ad ſcandalum, quod nihil penitus feciſſet Photius, cujus cauſa quoquo modo reſtitui mereretur, neque vel leviſſimum edidiſſet pœnitentiæ ſignum; immo multa deteriora prioribus facinora perpetraſſet, quorum cauſa arctioribus eſſet anathematis vinculis innodandus, & gravioribus ſuppliciis puniendus. Utpote qui reverſus Conſtantinopolim, mox præter fas, juſque contra ſtatuta Patrum, in contemptum Oecumenicæ Synodi, cujus fuerat damnatus ſententia, & aliorum Conciliorum & Romanorum Pontificum decretis publice editis, auſus eſſet cathedram erigere contra cathedram, & ſacra facere adhuc excommunicatus, & conferre ſacros ordines ipſe omnibus deſtitutus, ſedens loco Eccleſiæ in Palatio Magnaura adverſus Ignatium legitimum Patriarcham. Quo etiam defuncto inſiliret ſtatim, ut prædo in ſilva, in ejus cathedram, & in Eccleſia exer-

ce-

PAGIUS

mortem patris *Alemanniæ* Regnum eidem obtigerat.

IX. *Joannes PP. Photium reſtituit in Patriarchatum Conſtantinop.*

A num. III. ad XLIV. Baſilius Imp. legationem ad Joannem VIII. decrevit, qua *Photium* in Sedis Apoſtolicæ communionem ſuſcipi, & in Patriarchali Sede confirmari poſtulavit, ut liquet ex Epiſtolis ejuſdem Pontificis ordine CLXVIII. & DLXIX. *tertio nonas Aprilis indictione XII.* datis. Obtinuere præter omnem ſpem Legati, quæ pro *Photio* petiere, indeque Baronius num. V. arbitratus eſt Joannem VIII. ob nimiam facilitatem contumeliæ loco *Papiſſam* dictum fuiſſe, ſicque jactatam fabulam locum dediſſe *Joannæ Papiſſæ*. Placuit magnis Viris illa Baronii conjectura, & hujus exemplo Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ſuſpicatus eſt, puſillanimitatem, non Joannis VIII. ſed Joannis VII. in non refellendis Canonibus Trullenſibus eidem fabulæ occaſionem dediſſe. Verum ne utrum mihi unquam perſuadere potui; cum videam fabulam de Papiſſa *Joanna* a viro rei hiſtoricæ imperito ex-

co-



ceret carnificinam in omnes, qui Catholicæ eſſent communionis. Quod igitur Joannes Papa loco ſupplicii perſolverit præmia ſceleſtiſſimo viro magnam exiſtimationi ſuæ, & cathedræ pontificiæ notam inuſſit. Hinc puto factum (ſi quæ tamen veritatis vel ſaltem ſpecies mendacii apertiſſimi eſſe potuit) quod ob nimiam Joannis animi facilitatem & mollitudinem, abjecta penitus omni virilitate, fractus animo, ſacerdotalis conſtantiæ expers, atque robore enervatus, non Papa ut Nicolaus, & Hadrianus, ſed Papiſſa fuerit contumeliæ loco dictus; utpote quod qui nec reſiſtere ſciret eunucho, quique vinceretur a ſemiviro, non vir, ſed eſſet femina potius nuncupandus; & ſic nomen contumeliæ tranſierit poſteris rerum inſciis in veritatis opinionem, atque ita a compluribus decantatum fuerit, Joannem Octavum Papam fuiſſe feminam; ſicque jactata vulgo invenerit eo modo locum fabula.

Unde Jo. octavus potuit dici femina.

Ejuſmodi plane ſcommatibus proſcindi ſæpe ſolere levioribus de cauſis Romanos Pontifices a maledicis & ocioſis, quis Romæ verſatus ignorat? Certe quidem non maledicos tantum, ſed & ſapientes atque prudentes provocaſſe adverſum ſe Joannem Pontificem, quæ dicentur inferius, demonſtrabunt, jam in eum omnibus redditis infenſiſſimis, quod una legatione prodegerit, tot tantoſque bene inſumptos labores, hauſtoſque ſudores ſanctiſſimorum Pontificum, Nicolai & Hadriani prædeceſſorum.

VI.

Quanta autem mala ejuſmodi factum Joannis ſequuta ſint, nemo puto numerare facile poterit, utpote quod quæ tunc cœpta in hanc uſque diem infeliciter eadem perſeverent. Quæ enim non auſus ſit impius, ubi ſenſit non habere, ut antea, adverſantem Pontificem, ſed faventem? Parum illi fuit, ejus favore ſedere ſecurum, niſi etiam curaſſet perdere, a quo fuerat reſtitutus, Rom. Pont. quibus autem conſiliis, & quibus artibus, ſcies poſtea, modo autem rerum geſtarum ſeriem proſequamur. Cæterum etſi viſus eſt ſucceſſoribus Pontificibus Joannes culpabilis, cum Photium reſtituerit; haud tamen illorum reus eſt criminum, quibus ab eodem Photio aſpergitur in Synodo ab ipſo Conſtantinopoli una cum Legatis Apoſtolicis habita, quam & nuncupavit Octavam. Erit plane, ut mireris, Lector, cum oculis videris, & manu tetigeris perditiſſimi hominis impoſturas & fraudes, portentoſa mendacia & moſtruoſas falſitates, quibus miſcuit omnes Joannis epiſtolas.

Photii opera Jo. Pap. infamatur.

Appello hic, Lector, patientiam tuam, quo de maximi momenti rebus agatur; cum impoſturæ aperiendæ cauſa opus ſit duplices Joannis Papæ hic litteras reddere, conferreque ſimul, nimirum quas ipſe Romæ ſcripſit, eaſdemque diverſas redditas, utpote a Photio depravatas, atque falſatas, ſicque in ipſius Synodo lectas Conſtantinopoli; ut utrarumque facta collatione, perſpicuo ipſa falſitas demonſtretur, libereturque Joannes calumniis, quibus falſarii hominis opera infamatur. Sic igitur Joannis hic reddentes epiſtolam, ponemus in margine quæ falſarius ille in Græca ſua tranſlatione vel abſtulit vel mutavit, ut tu ipſe cognoſces, cum ipſam ab eo in Græcum tranſlatam, & iterum in Latinum converſam inferius leges: atque primum omnium quod ad epiſtolam pertinet ſcriptam ad Baſilium & filios Impp. Joannes ubi ab Imperatore legationem accepit, has ad eum litteras reddidit (a):

(a) Joan. epiſt. 199.

*Dilectiſſimis ac excellentiſſimis ſpiritualibus filiis noſtris Baſilio, Conſtantino, & Alexandro glorioſiſſimis Impp. ſemper Auguſtis.*

VII. Joan. Pap. epiſt. ad Baſilium, & filios Imperatores.

* iſta de auctoritate Rom. Ecc. Photius in ſua tranſlatione non poſuit.

(b) Joan. 21.

*Inter claris ſapientiæ & manſuetudinis veſtræ laudes, o Chriſtianiſſimi Principes, aliquando cum puriore luce ſummæ devotionis longe lateque reſplendet, quod amore fidei, quod charitatis ſtudio, diſciplinis Eccleſiaſticis edocti, Romanæ Sedi reverentiam more prædeceſſorum veſtrorum piiſſimorum Imperatorum conſervatis, & ejus cuncta ſubiicitis * auctoritati. Ad cuius auctorem hoc eſt Apoſtolorum omnium Principem, Domino loquente, præceptum eſt (b): Paſce oves meas: quam eſſe vere omnium Eccleſiarum Dei caput, & beatorum Patrum præcipuæ regulæ, & Orthodoxorum Principum ſtatuta declarant, & pietatis veſtræ reverendiſſimi apices atteſtantur. Nihil eſt enim, quod lumine clariore præfulgeat, quam pia devotio & recta*

*fides*

PAGIUS

cogitatam, & quidem ſæculo tantum decimo tertio. Præterquamquod qui illam excogitavit non dixit *Joannam Papiſſam* ſub finem ſæculi noni, aut ſub initium octavi ſediſſe, ſed Leoni IV. qui medio ſæculo nono vixit, ſucceſſiſſe. Cum itaque hæc fabula ante ſæculum decimum tertium conficta non fuerit, uti me demonſtraſſe exiſtimo, excogitata videtur a Valdenſibus Eccleſiæ Romanæ infenſiſſimis hoſtibus, qui eam, ut poſtea alii Sectarii, *Babylonem* appellare non erubeſcebant. Hæc itaque vulgaris opinio tandem repudianda:

X. *Joannes VIII. ob eam reſtitutionem non culpandus.*

Cæterum *Joannem* VIII. excuſatione dignum jure merito cenſet Marca lib. 3. de Concordia cap. 14. num. 4. *Ignatio* functo, inquit, *Pho-*
„ *tius* toties damnatus ſedem ſuam recepit
„ ſuffragiis Orientalium Epiſcoporum adnitente *Baſilio Imp.* ſed illa reſtitutio integra
„ eſſe non poterat, niſi a Sede Apoſtolica
„ probaretur. Quare *Joannes* VIII. rogatus
„ ab Imperatore, ut Eccleſiæ paci conſuleret,
„ neceſſitati cedens, Leonis, Gelaſii, Felicis

& Con-

fides in Principe. Et quia Pontificii noſtri reverentiam hoc ardore mentis, hoc religionis ſtudio luculenter veſtris melliſluis litteris exornatis, id nos ratione, ſeu temporis neceſſitate inſpecta, cum Sedis Apoſtolicæ nobis commiſſæ conſenſu, & voluntate perficere jure Apoſtolico decet.

VIII. Igitur petiſtis a nobis, quatenus Sede Apoſtolica ſua pandente viſcera pietatis, Photium reverendiſſimum in Patriarchatus honore, in ſummi ſacerdotii dignitate reciperemus, noſtræque communionis participem faceremus, ne Eccleſiam Dei tanto jam tempore perturbatam pateremur amplius manere diviſam, ſcandaloque commotam. Nos itaque ſerenitatis veſtræ preces congrua ratione admittentes, quia * Ignatium piæ memoriæ Patriarcham de præſenti vita jam migraſſe cognoſcimus: temporis ratione perſpecta, hoc modo decernimus ad veniam pertinere, quod nuper de ipſo Photio, licet ipſe abſque conſultu Sedis noſtræ officium ſibi interdictum * uſurpaverit, geſtum conſtat fuiſſe.

* nomen Ignatii ſuſtulit Photius alia texens.
* Mutavit hæc in contrarium ſenſum Photius, ut vim paſſum ſe recepiſſe tunc ſedem ab Imp. dicat.

IX. Nos ſtatutis Apoſtolicis non præjudicantes, nec Beatorum Patrum regulas reſolventes, quin potius earum auctoritatibus freti, qui Nicæni Concilii capitulo ſecundo apertiſſime dicunt: Quoniam plura ante per neceſſitatem, aut alias cogentibus hominibus adverſus Eccleſiaſticam facta ſunt regulam. Hinc & (a) Gelaſius Papa dicit: quod ubi nulla perurget neceſſitas, conſtituta Patrum inviolata ſerventur. Et ſanctus Leo eodem ſpiritu præcipit, omittendum eſſe, & inculpabile judicandum, quod neceſſitas intulit. Inde & Felix Præſul, deceſſor noſter in ſua decretali epiſtola voce conſona dicit, aliter tractandam eſſe neceſſitatis rationem, & aliter voluntatis. Inde ſanctum Concilium apud Africam geſtum capitulo trigeſimoquinto jubet, ut clerici Donatiſtarum in Eccleſia, propter Eccleſiæ pacem & utilitatem, ſi correcto conſilio ad Catholicam unitatem tranſire voluerint, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit, in ſuis honoribus ſuſcipiantur; non ut Concilium, quod in tranſmarinis partibus de hac re factum eſt, diſſolvatur, in quo videlicet Concilio ſtatutum eſt, ut ordinati in parte Donati, ſi ad Catholicam partem tranſire voluerint, non ſuſcipiantur in honoribus ſuis. De hoc etiam beatus Papa (b) Innocentius dicit capitulo quinquageſimoprimo: Quod ii, qui a Bonoſo hæretico ordinati ſunt, propterea ſint recepti, ne ſcandalum remaneret Eccleſiæ.

(a) Gelaſ. ep. 6.
(b) Inn. ep. 27.

X. Nunc itaque aliis Patriarchis, Alexandrino videlicet & Antiocheno & Hieroſolymitano atque omnibus Archiepiſcopis, Metropolitis, Epiſcopis & ſacerdotibus, cunctoque Clero Conſtantinopolitanæ ſedis, qui de ordinatione beati Methodii, & Ignatii reverendiſſimorum Patriarcharum exiſtunt, una voluntate, parique voto conſentientibus, eumdem * Photium ſatisfaciendo, miſericordiam coram Synodo ſecundum conſuetudinem poſtulantem, in vera dilectione fratrem, in Pontificali officio comminiſtrum, atque coram Synodo miſericordiam quærendo, in paſtorali magiſterio conſacerdotem, pro Eccleſiæ Dei pace & utilitate, amodo, Chriſto favente, recipimus & habemus.

* omnia iſta delevit Photius de venia coram Synodo petenda. Reſtituitur Photius.

XI. Quia & vos Chriſtianiſſimi Imperatores Auguſti, qui ſanctæ Reipublicæ clementiſſimo affectu gubernatis Imperium, pro Chriſto (c) fungi legatione videmini, dum pro pace rogatis Eccleſiæ: & nos * quibus; ſecundum (d) Apoſtolum, omnium Eccleſiarum Dei ſolicitudo incumbit, controverſiam aliquam in Eccleſia Dei amplius remanere nolentes: hunc ipſum Patriarcham cum omnibus ſive Epiſcopis, ſive presbyteris, ſive cæteris clericis, & omnibus laicis, in quos divini judicii fuerat cenſura prolata, ab omni Eccleſiaſticæ ſanctionis vinculo abſolvimus, ſanctæque Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ judicamus recipere ſedem, Dominicique gregis eſſe paſtorem, illa ſcilicet poteſta-

(c) Cor. 5.
(d) 2. Cor. 11.
* omnia iſta a Photio ſunt prætermiſſa uſque ad ſequens caput. Auctoritas diſpenſandi plena Pontificis.



PAGIUS „ & Concilii Africani auctoritate fretus, qui „ in rerum anguſtiis temperandas eſſe regulas „ docent, de conſenſu cæterorum Patriarcharum Photium anathemate liberavit, illique „ ſedem retinere conceſſit, ea lege, ut coram „ Synodo cogenda miſericordiam peteret. De „ conſenſu, inquam, cæterorum Patriarcharum & Epiſcoporum Joannes Photium ſolvit, „ ut videre eſt in Epiſtola germana ejuſdem „ Joannis; quamquam in Epiſtola a Photio corrupta hic conſenſus deſit. Unde occaſionem „ ſumſit Auctor Breviarii octavæ Synodi hanc „ Photii reſtitutionem a Joanne VIII. decretam „ convellendi, quia ſcilicet unum Patriarchium „ damnatos a ceteris Patriarchis ſolvere non „ poteſt, ἔχειν πορανὸ διτέχια σαζάκος Immo „ vero neque per modum diſpenſationis hoc „ fieri poſſe concedit; quia ex Chryſoſtomo diſpenſationi locus non eſt, cum manifeſta eſt prævaricatio. Cæterum a culpa Joannem liberat Principis & ceterorum Patriarcharum, totiuſque Synodi Orientalis conſenſus; quem datum fuiſſe, Joannes ſuis literis „ ſignificat. Profert autem ad confirmationem „ ſententiæ ſuæ exempla Athanaſii, Chryſoſtomi & Flaviani; qui a Synodis damnati „ cum fuiſſent, a Sede Apoſtolica in integrum „ reſtituti ſunt. Quibus exemplis quoque Photium a Joanne reſtitutum ſcribit Ivo, cum „ de jure diſpenſationum loquitur. Hæc ſcite „ Marca.

XI. Joannes VIII. Epiſtolam CXCIX. a Baronio num. VII. & ſeqq. recitatam dedit Baſilio, Conſtantino, & Alexandro glorioſiſſimis Imperato-





te fulti, quam Eccleſia toto orbe diffuſa credit nobis in ipſo Apoſtolorum Principe a Chriſto Deo noſtro eſſe conceſſam, eodem Salvatore B. Petro Apoſtolo præ cæteris ſpecialiter delegante (a): Tibi dabo claves Regni cœlorum, & quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Sicut enim ex his verbis nihil conſtat exceptum: ſic per Apoſtolicæ diſpenſationis officium & totum poſſumus proculdubio generaliter alligare, & totum conſequenter abſolvere; præcipue cum ex hoc magis præberi cunctis oporteat miſerationis exemplum.

(a) Matt. 16.

XII. Nam & Legati Sedis Apoſtolicæ ab Anteceſſore noſtro Hadriano videlicet almifico Præſule Conſtantinopolim directi, Synodi ibidem peractæ uſque ad voluntatem ſui Pontificis vigilanti ſtudio ſubſcripſerunt ............. nec ab Apoſtolico manere: qui a Sede beati Petri cœleſtis Regni clavigeri poteſtatem habet, ligata quælibet Pontificum congrua æſtimatione abſolvere. Quippe cum conſtet multos jam Patriarchas, hoc eſt Athanaſium, & Cyrillum Alexandrinos, Flavianum & Joannem Conſtantinopolitanos, Polychronium Hieroſolymitanum ſynodice damnatos, per Apoſtolicæ Sedis, poſtmodum abſolutionem reſtitutos incunctanter fuiſſe.

Eadem lacuna in veteri ſcripto codice.

XIII. Eo tamen tenore iſta ſtatuentes, Apoſtolica dumtaxat auctoritate, & ſanctorum Patrum venerabilibus inſtitutis decernimus, ut poſt hujus Patriarchæ obitum, nullus de laicis vel curialibus in Patriarchatus eligatur & conſecretur honore, niſi de Cardinalibus presbyteris, & diaconibus Conſtantinopolitanæ ſedis, ſecundum ſacros Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos; quia nec præpropere contra Canones Eccleſiaſticos, decretaque majorum cito quilibet Lector, cito Acoluthus, cito Diaconus, cito Sacerdos vel Epiſcopus fiat. Qui in minoribus officiis ſic diu perdurent, & vota eorum pariter & obſequium comprobetur, ut per tempora a majoribus inſtituta, comprobatis prius moribus, & bonæ vitæ meritis refulgentibus, ad ſummum ſacerdotium poſtmodum veniant. Quoniam non eſt ſubito præripiendum vel uſurpandum, quod diu vita probata meretur accipere. Nam ſi in quibuslibet Eccleſiæ gradibus providenter curandum eſt, ut in Domini domo nihil ſit inordinatum; quanto magis elaborandum eſt, ut in electione ejus, qui ſupra omnes gradus conſtituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non ſit in capite, & inde fiet, ut omnis Eccleſiaſtica diſciplina reſolvatur, omnis ordo turbetur. Et ideo hoc, quod nos modo pro Eccleſiaſtica unitate & pace, quam Chriſtus Dominus noſter nobis dedit habendam, utcumque patimur eße veniale, inultum poſtmodum eße non poterit.

Ne amplius laicus ordinetur Epiſcopus Conſtant.



XIV. Hoc etiam modo iſta excellentiæ veſtræ precibus moti, fieri jubemus, ſi ipſe Patriarcha Bulgarorum diœceſim, quam piæ memoriæ Nicolaus præceßor noſter, Michaele ipſorum Rege petente, Apoſtolicis doctrinis docuit, & per venerabiles Epiſcopos ſuos lavit unda baptiſmatis, omnique Eccleſiaſtica regula, & diſciplina, prout oportebat inſtruxit; amodo ſuo juri vendicare, vel remittere nullo modo præſumpſerit, nec aliquam cujuſque honoris ibidem ordinationem fecerit ..... ibidem ſunt illicite ordinati Epiſcopi vel ſacerdotes ..... Archiepiſcopo vel Epiſcopis, qui ibidem videntur exiſtere .......... ſacrum pallium, quo inter ſacra Mißarum ſolemnia uti, Pontificibus ſolitum eſt, ipſe Patriarcha mittere præſumpſerit.

De Bulgaris ſub Diœceſi Rom. Eccl. revocandis.

XV. Porro pro tantis perturbationibus, quibus Eccleſia veſtra longo jam tempore manet turbata, veſtræ Auguſtali pietati obnixe ſuggerimus, ut Conſtantinopolitanum Patriarcham digno honore venerantes, quaſi patrem ſpiritualem, utpote inter vos, & Deum adiutorem præcipuum, divina vobis, per quæ ad Regnum perveniatis æternum ſedule annuntiantem, pio ſemper affectu colatis, & (ut condecet) in omnibus honoretis, quia pro temporali, quem illi exhibetis, honore, vos & hic temporalem magnificentiam habebitis, & in æternum multiplicem proculdubio recipietis ab illo, nempe, qui glorificantes ſe glorificare (b) teſta-

Commendat Imp. Photium nimis.

(b) 1. Reg. 2.



PAGIUS ribus, & quidem menſe Auguſti die XVI. Indict. duodecima, qua eis ſignificat, ſe propter pacis & unitatis Eccleſiaſticæ bonum de Deceſſorum ſuorum & Synodi Oecumenicæ decretis diſpenſare, & Photium in communionem recipere ea lege ut is in Synodo coram Sedis Apoſtolicæ Legatis celebranda veniam poſtularet. Sed Librarius loco Leonis, poſuit Conſtantinum, ut oſtendit alia ejuſdem Pontificis Epiſtola a Baronio num. XX. relata, inſcriptaque Baſilio, Leoni, & Alexandro Victricibus (legendum Glorioſiſſimis) Imperatoribus & aeternis Auguſtis, qua Joannes VIII. idem eiſdem ſignificat ac in præcedenti. Ex eo vero quod in ejus epigraphe nomen Conſtantini non exprimatur, recte deducit Baronius eum currenti anno e vivis deceſſiſſe. Filius erat primogenitus Baſilii Imp. In Vita S. Baſilii Junioris apud Bollandum ad diem XXVI. menſis Martii, Gregorius hujus diſcipulus de Conſtantino ait: Conſt. e vivis exemptus eſt omnino juvenis, natus ſc. annos tredecim, ut ex iis, quæ anno DCCCLXX. diximus conſtat.

Conſtantinus filius Baſilii Imp. moritur.

*tur. Nec eorum verba falſo prolata, qui ſcandalorum zizania ſuper conſpicuam ſegetem Domini ſeminare non ceſſant, veſtra Imperialis dignetur audire majeſtas, nec pro talium ſuſurrationibus hominum, qui ſemper ſtudent ſcindere unitatem Dei, veſtem Domini, Eccleſiam Chriſti, quique linguis ſuis ſemper (a) doloſe agere non ceſſant, venenum aſpidum portantes ſub labiis ſuis, animum clementiæ veſtræ adverſus eum aliquatenus commoveatis, & ſummum ſacerdotem veſtrum Dei providentia in Eccleſiæ Chriſti regimine conſtitutum ſic facile exhonoretis, quod nimirum ſancto veſtro Imperio valde inhoneſtum & indecens eſse videtur.*

(a) Pſalm. 13.

XVI. De recipiendis his qui ab Ignatio fuerunt ordinati. *Præterea mandamus etiam, ut omnes Epiſcopos & ſacerdotes, & cujuſcumque ordinis clericos, qui de conſecratione Ignatii bonæ memoriæ Patriarchæ conſiſtunt, ſive in ipſa regia urbe manentes, ſive alicubi extra, longe ſeu prope retruſos, clementi animo ad gremium, & unitatem ſanctæ Eccleſiæ revocetis, & ulnis extenſis paterno affectu recipiatis, & amplectamini, propriaſque unicuique illorum jubeatis reddere ſedes, ut ſicut una eſt Fides, unum in nobis Baptiſma, & omnes unum ſumus in Chriſto; ita & iſti qui ad unitatem, & ſocietatem Eccleſiæ Dei & corporis Chriſti redierint, & idipſum dicentes, perfectique exiſtentes in eodem ſenſu, in eadem ſcientia, unus grex efficiantur, & unus paſtor; nec audeant amplius dicere: Ego quidem (b) ſum Cephæ, ego Pauli, ego Apollo, ſed unius Chriſti veri Dei noſtri, qui eſt pax noſtra, & fecit utraque unum, unienſque cæleſtia cum terrenis pacificare dignatus eſt. Qui idcirco pro peccatis noſtris mortuus (c) eſt, ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum. Nec enim poterit unitatis eorum firma eſse compago, niſi eos ad inſuperabilem ſoliditatem vinculis charitatis aſtrinxerit: quatenus, Deo favente, abſque omni perturbatione, vobis regnantibus, ſalvi & ſecuri perſiſtentes, pro ſalute veſtra & pro ſtatu Reipublicæ, jugibus ſemper votis Dominum valeant deprecari.*

(b) 1. Cor. 1.

(c) Joan. 11.

XVII. Excommunicantur qui cum Photio communicare nolunt. *Quod ſi forte quidam extiterint cum eodem Patriarcha communicare nolentes: admoneantur ſecundo, & tertio, ut ſanctæ Eccleſiæ ſe unire procurent. Quod ſi acquieſcere noluerint, in ſua pertinacia manere volentes: ſacra eos communione, his præſentibus Miſſis noſtris una cum Synodo, juſſimus privari, quouſque ad ſuum redeant Patriarcham, & ad ſanctæ Eccleſiæ unitatem, cum præcipue ipſi Epiſcopi a nobis ſint canonice excommunicati. Et ideo ſi eos in conſortium ſuum receperit, aliquamve cum eis communionem habuerit: ſimili modo eumdem Patriarcham cum ipſis Epiſcopis Eccleſiaſtica communione judicamus eſſe privatum. Data menſe Auguſti die decimaſexta, Indictione duodecima. Miſſa per Petrum presbyterum.* Hucuſque in codice Vaticano charactere Longobardo exarato, his ferme temporibus ſcripto, atque jam haud pridem cuſo, ſed mendoſe nonnihil.

XVIII. Summa plane Dei providentia factum eſt, ut ejuſmodi Joannis Octavi Papæ litteræ in noſtrum uſque tempus in ejus Regeſto, ſive ut dicunt vulgo, Regiſtro integræ ſervarentur, nec ſicut aliorum plurium Pontificum epiſtolæ perderentur: ut ex his etiam, ſicut ex Nicolai & Hadriani epiſtolis Photius millies poſſit redargui impoſturæ, & falſitatis convinci. Ad uſitatam impoſtor artem reliit falſandi litteras Romanorum Pontificum, & fingere nova ſcripta: nam præter ea, quæ plus ſatis de ipſo dicta ſunt ſub Nicolao, & Hadriano Pontificibus, & in Synodo univerſali ſunt proclamata: novæ rurſus ab impoſtore prodiere falſitates; ut plane acciderit de his Joannis Papæ litteris, quod de ſuis ab eodem Photio falſatis, Nicolaus in (d) epiſtola ad Michaelem Imperatorem exclamat, cum ait: *Ex his*, inquit, *quæ ibidem ex ea lecta ſunt nonnulla addita, multa mutata, plura ſubtracta reperiuntur, & per omnia talis a vobis effecta eſt, ut aut nihil aut parum aliquid nos per eam de crebro dicti comminiſtri noſtri Ignatii diſpoſuiſſe cauſa videamur.* Hæc tunc Nicolaus, quæ etiam nunc ab ipſo Joanne repetenda eſſent, ſi vivens videre potuiſſet, ut Nicolaus, quomodo ſuas miſſas Conſtantinopolim litteras Photius addendo, minuendo, atque mutando male, peſſimeque habuiſſet.

(d) Nic. ep. 9.

XIX. Conſilium Photii. Sed quorſum hæc ipſe? dices. Voluit ſceleſtus quaſi ex Joannis Papæ litteris non ſolum ſuam reſtitutionem firmam, roboratamque monſtrare; ſed & falſatis illis, probare etiam auctoritate ejuſdem Pontificis Octavam Synodum Oecumenicam eſſe damnatam; probatam vero recentem ab ipſo adverſus eam Conſtantinopoli celebratam, Octavamque pariter nominatam in abolitionem legitimæ Octavæ Oecumenicæ ſub Hadriano Pontifice celebratæ. Ex quo grande malum illud evenit, ut pro germana Octava, a Græcis maxime, accepta ſit Synodus Photiana, ut factum inter alios a Zonara eſt videre, qui in ſua Canonum collectione, & interpretatione poſuit loco Octavæ Oecumenicæ Synodum Photianam ſacrilegam, quam ipſam & Theodorus Balſamo univerſalem appellat, cujus & tres Canones re-



recitat. Sic & reliqua Græcorum ſchiſmaticorum colluvies. Tu igitur, Lector, hic (amabo te) ſede arbiter veritatis, atque ex litteris Joannis Papæ in Græcum a Photio redditis, & recitatis in ſecunda Actione ſuæ pſeudoſynodi, revocatis vero ad Latinitatem a Federico Metio origine Græco, ſed pietate Catholico atque Fide Latino, modo ob virtutum atque doctrinæ præſtantiam creato Thermularum Epiſcopo, veteratorias malas artes intellige. Extat ipſa integra Photiana pſeudoſynodus Græce in ſcripto codice bibliothecæ Columnenſis, quæ fuit Cardinalis Sirleti nota numeri quadrageſimiprimi, in quo ſub Actione ſecunda eadem epiſtola Joannis Papæ recitatur ad Imperatorem ſcripta, adeo mutata, ut vix quis cognoſcat eamdem eſſe Joannis, quam nuper recitatam audiſti. Sic enim ſe habet:

XX. *Joannes ſervus ſervorum Dei, sereniſſimis dilectis filiis noſtris ſpiritualibus, & Deo charis Baſilio, Leoni, & Alexandro victricibus Imperatoribus, triumphatoribus, & æternis Auguſtis.* Cur autem in titulo Joannis epiſtolæ non inſit Conſtantini nomen, id accidit quod, ſicut ex Niceta dictum eſt, mortuus inter hæc fuerit Conſtantinus ipſe Auguſtus primogenitus Baſilii Imperatoris:

* ferme totum principium a Photio immutatum: quod enim viſum ſit exile præconium Imperatoris, voluit illud glorioſius prædicari. *Puritas * & ſplendor veſtræ rectæ fidei & ſapientia & morum probitas & benignitas perſpecta, o Chriſtianiſſimi & maximi Imperatores Romanorum, luminum inſtar in medio terræ micantes uſque ad omnes fines, ad quos univerſus orbis, extenduntur & ſplendent: non enim ſola recta fide præſtantes, in aliis rebus vos oſcitanter habetis, ſed potius ſuper veſtram irreprehenſibilem fidem ſuperædificatis non lignum aut herbam aut arundinem, ſed pretioſos lapides aurum & argentum, & ut breviter dicam, omnia alacri ſtudio perficitis, quibus cognoſcitis Deo rem gratam facere. Nihil vero Deo gratius eſſe dignoſcitur, quam ut univerſæ ejus Eccleſiæ quaſcumque ſol reſpicit, recta fide & mutua inter ſe dilectione, & Charitate viventes, illi ſingulis diebus gratias agant. Quapropter hanc unionem etiam in veſtra Dei Eccleſia conſpici & vigere vos percupientes, Romanam ſanctam Eccleſiam per veſtros Legatos, & ſacras litteras adjutricem aſſumpſiſtis, pro certo habentes, eam vobis futuram præſto ad id, quod optaſtis. Neque vos primi id agere cœpiſtis, ut hanc rem excogitaretis, ſed veſtigiis prædeceſſorum veſtrorum inhærentes; in quanam ſchola, quærere eſt etiam dignum, a principe videlicet Apoſtolorum Petro, quem Dominus omnium Eccleſiarum caput conſtituit, inquiens (a) illi. Paſce oves meas: necnon a ſacris & Orthodoxis ſanctorum Patrum decretis atque doctrinis, quemadmodum ſacræ & piæ veſtræ litteræ teſtantur, id vero propterea facitis, quo magis veſtræ fidei firmitas celebrata eluceat, & erga Deum dilectio ſincera & efficax pateſiat.*

(a) Joan. 21.

XXI. *Nihil enim aliud aptius & dignius contingere poteſt illis, qui in maximis dignitatibus & principatibus ſunt conſtituti, quam rectæ Fidei ſplendore, & Dei dilectione præſtare contendere, & curare ut omnes, qui cum eadem Fide Deum venerantur, dilectionis etiam vinculo uniantur, & conſtringantur. Quapropter veſtris litteris obſequentes nos & mellifluis verbis deliniti, ignis inſtar accenſi, cum univerſa noſtra ſanctiſſima Romanorum Eccleſia, unanimes & concordes ſurreximus ad ea omnia, quæ a vobis ſcripta ſunt, prompto & alacri animo peragenda.*

*Scripſiſtis nobis, noſter dilecte fili, ut noſtra Apoſtolica viſcera miſericorditer aperiremus, & omnes quotquot fuerint, qui in veſtra Eccleſia vel propriis chirographis, vel alio quovis pacto prævaricati ſunt, & canonicis cenſuris obnoxii ſunt effecti, reciperemus, & pacis & unionis curam haberemus. Quin etiam ante omnia Photium religioſiſſimum Epiſcopum noſtræ communionis hæredem & participem, & comminiſtrum facientes ad magnum Epiſcopatus culmen, & dignitatem Patriarchalem iterum conſtitueremus, ne Eccleſia Dei multo tempore ſchiſmatum Deo exoſorum, & malorum ſcandalorum fluctibus agitata permaneat.*

XXII. *Nos vero veſtræ ſerenitatis preces accipientes, ut rationales & juſtas & Deo acceptas, & tempus jam præſto eſſe, quod antea quærebamus, & invenire, Deum precabamur; rationi etiam congruum cenſentes, Eccleſiam Dei tranquillam reddere: miſimus propterea * Legatos, qui veſtram perficerent voluntatem. Et licet pietas veſtro Photio vim inferendo nos prævenit in illo reſtituendo videlicet, antequam noſtri Legati iſtuc veniſſent: hæc tamen nos ſupplemus non auctoritate noſtra (licet hoc etiam facere poſſimus) ſed Apoſtolicis conſtitutionibus & ſanctorum Patrum decretis horum demonſtrationem afferentes.*

* iſta addidit Photius, & mutavit in contrarium ſenſum, quæ de ſeipſo habebantur.

*Neque Eccleſiæ regulas jam diu traditas ſolventes, ſed eas in quibuſcumque dum harum nimis exacta & immutabilis obſervantia ſervatur) divellit & deſtruit totam compagem corporis Eccleſiæ, ad quod conducit trahentes, ab ipſamet Eccleſia edocti. Secundus enim Canon Nicænæ Sinodi hæc habet: Quoniam frequenter vel a neceſſitate, vel alio quovis pacto coguntur homines Eccleſiaſti-*

eos Canones tranſgredi: & quæ ſequuntur. Necnon Papa Gelaſius de ſe ipſo inquit; quod ubi vis non apponitur, ſanctorum Patrum ſtatuta inconcuſſa maneant. Similiter etiam ſanctiſſimus Papa Leo in eodem ſpiritu præcipit, dicens; Ubi vis non præcedit, immobilia permaneant ſanctorum Patrum ſtatuta: ubi vero neceſſitas & vis reperitur, ibi ad id, quod convenit Eccleſiis Dei, ille, qui poteſtatem habet, diſpenſet. Ex neceſſitate enim, juxta divinum Apoſtolum, etiam legis fit mutatio. Felix præterea Papa conſona etiam dicit: De hoc enim oportet animadvertere, ut ubi neceſſitas contigerit, ſæpenumero etiam conſtitutiones Patrum tranſgredi licet. Sancta etiam Synodus Cartaginenſis ait trigeſimo quinto capite: Mandamus, ut Donatiſtarum clerici iterum ad Eccleſias revertantur, licet etiam a Synodo fuerint damnati; Synodus etiam Synodum abrogaſſe reperitur propter unionem Eccleſiæ & concordiam. Et Innocentius Papa ait: Iſti a Bonoſo ordinati hæretico recipiantur, ne iterum ſcandala in Eccleſia Dei oriantur.

XXIII. Neque ſolum iſtis, licet tales eſſent, ut ex illis fuiſſent ut hæretici damnati, Apoſtolica tamen Sedes Eccleſiæ pacis curam gerens manus adiutrices porrexit: verum etiam Orthodoxis Epiſcopis & Patriarchis ad ipſam confugientibus (ſicut nunc religioſiſſimus Photius) & auxilium implorantibus opem tulit. Noſtis omnino Magnum Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum & Cyrillum & Polychronium Hieroſolymorum, Joannem, quem dilectio veſtra Chryſoſtomum appellat, Flavianum etiam Conſtantinopolitanum: Hos enim a Synodis damnatos & reprobatos, cum ad ſanctam Romanam Eccleſiam confugiſſent, Apoſtolica Sedes hæc noſtra confirmavit, & ad priorem dignitatem reſtituit. Si igitur qui ex Donatiſtis, & ex Bonoſo ordinationem acceperunt, & ab Eccleſiæ Catholicæ limitibus fuerunt ejecti a Synodo numeroſa, iterum ab alia Synodo recipiuntur, & in ſacerdotum numero collocantur, ut Eccleſia Dei indivulſa, & a ſchiſmatibus integra & libera permaneat (nihil enim oculis Dei magis execrandum & abominabile conſpicitur, quam is, qui ſchiſmatum autor in Eccleſiis extiterit; & nihil jucundius vel charius ejus bonitati, quam Eccleſiam ſuam integritatem, perfectum erga Deum amorem, & erga proximum dilectionem conſervare) multo magis viros Orthodoxæ Fidei illuſtres, & vitæ gravitate & rerum peritia celebres, non oportet illos contemni, * obnoxios pœnitentiæ jugo gravari, ſed ad priorem dignitatem reſtituere.

* ex ſe hæc addit Photius.

* multa hic a Photio prætermiſſa noſcuntur, quibus ſedis Apoſtolicæ auctoritas prædicatur, & Hadriani prædeceſſoris legatio memoratur.

XXIV. Cum enim * ſemel Apoſtolica hæc Sedes claves accepiſſet Regni cælorum a primo & magno Pontifice JESU Chriſto per principem Apoſtolorum Petrum cum illi dixiſſet: (a) Tibi dabo claves Regni cœlorum, & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis: & quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis, habet facultatem omnes ligandi atque ſolvendi, & juxta prophetam (b) Jeremiam, evellendi & plantandi: hac de cauſa nos auctoritate uſi principis Apoſtolorum Petri cum univerſa Eccleſia, * affirmamus vobis, & per vos etiam ſanctiſſimis fratribus & comminiſtris noſtris Patriarchis, Alexandrino, Antiocheno & Hieroſolymitano & reliquis Epiſcopis & ſacerdotibus, & univerſæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, nos convenire & conſentire vobis, vel potius Deo in omnibus, quæ a nobis vos petiſtis: Et primum quidem nos recipere Photium admirabiliſſimum & religioſiſſimum Archiepiſcopum & Patriarcham fratrem noſtrum, & comminiſtrum noſtrum, & communionis cum ſancta Romanorum Eccleſia conſortem & participem, & hæredem, non ſolum propter alias virtutes, quibus ille præſtat, verum etiam propter ſcandala e medio tollenda, & pacem Dei, & dilectionem ad invicem inter nos firmandam. Recipite etiam ipſum vos certo & firmo animo, & charitate & fide, omne iniquitatis & malitiæ venenum, & duplicitatem & ambiguitatem de cordibus veſtris avellentes, ſicut ipſum recepit Romana Eccleſia.

(a) Matt. 16.

(b) Jerem. 1.

* hæc omnia addita a Photio impoſtore.

XXV. Didicimus * enim fere ab omnibus, qui huc veniunt ex illis, qui iſtic verſantur, Photium omnibus prærogativis præſtare coram Deo non ſolum ſapientia & prudentia circa res divinas & humanas, verum etiam circa omnes virtutes morales, & curam divinorum præceptorum, tamquam irreprehenſibilem operarium celebrari. Neque juſtum duximus, talem virum ocioſum & inutilem permanere, ſed in altum in veſtra Eccleſia iterum elatum, & lucentem conſueta ſibi & Deo dilecta opera exercere, tum erga ſacerdotes, tum etiam erga Epiſcopos. Qapropter eumdem reſumentes ſermonem, vobis dicimus, ſuſcipite virum iſtum abſque ulla dubitatione.

* additamentum item eſt impoſtoris totum quod ſequitur.

Nec * aliquis pro ſui excuſatione adducat injuſtas Synodos adverſus ipſum habitas, neque (ut multi ſtupidiores opinantur) decreta prædeceſſorum noſtrorum beatorum Pontificum, Nicolai videlicet & Hadriani adverſus Photium lata accuſet: non enim recepta fuerunt ab ipſis quæ contra ſanctiſſimum Photium geſta fuerunt. Nullus per chirographa veſtra occaſionem ſumat ad ſchiſmata fovenda cum illo & ad invicem: Omnia enim jam ſedata ſunt & abrogata, omnia

* ſunt iſta Photii additamenta contra Synodos in ipſum celebratas.



quæ contra Photium geſta ſunt, irrita, & nulla, per nos minimos in manibus Principis Apoſtolorum repoſita ſunt, & per eum in humeros JESU Chriſti Agni Dei, qui tollit peccatum mundi.

XXVI. Recipite * igitur, ipſum apertis ulnis fratrem videlicet noſtrum & comminiſtrum. Recipite Epiſc. Dei & irreprehenſibilem. Recipite Patriarcham veſtræ Eccleſiæ. Confirmate erga illum dilectionem, fidem, & cum obſervantia obedientiam, & per hunc erga ſanctam Romanam Eccleſiam eamdem confirmate. Qui enim illum non recipit, nec ea, quæ a nobis & ſancta Romanorum Eccleſia de illo decreta ſunt, recipit; nec is adverſus nos bellum ſuſcipit, ſed adverſus ſanctum Petrum Apoſtolum, vel potius adverſus Chriſtum ipſum Filium Dei, qui ita honoravit & glorificavit Apoſtolum ſuum, ut ipſe ab eo haberet facultatem ligandi atque ſolvendi.

* ejuſdem falſarii ſunt hæc verba ſuppoſita

Hoc * etiam rogamus pietatem veſtram, ut in memoriam revocetis, ex quo tempore ſcandala & ſchiſmata in veſtram Eccleſiam ingreſſa ſunt, & eam integritatem corruperunt, horum malorum nullam aliam fuiſſe cauſam, niſi quod vos Imperatores admiſiſtis blaſphemias & calumnias adverſus Pontifices & Patriarchas veſtros, ac reliquos Dei ſacerdotes; necnon quod vos parvipendiſtis dilectionem & fidem & honorem & obſervantiam erga illos. Rogamus itaque divinam potentiam veſtram, ut ex nunc aures obturetis Imperii veſtri a Deo electi calumniis & obtrectationibus adverſus Pontifices, quas pravi illi homines & malis ſolum gaudentes, vobis ſuggerere ſolent; & eos tamquam piacula & abominationes, iniquas verborum illorum ſagittas repellere velitis. Patriarchas autem veſtros in honore habere, & quaſi proprios patres exiſtimare, & tamquam Dei & hominum mediatores venerari: ipſi enim vigilant pro animabus veſtris, & quæ pro ſalute veſtra, faciunt, vobis a Deo ſemper deprecantur. Necnon, ut par eſt, pro iis quibus vos Deum offendiſtis errantes, ſacrificia ipſi offerunt: ut vobis Deum placent, benevolum illum vobis reddentes. Neque id ſolum, verum etiam pro tranquillitate & duratione potentiæ veſtræ, & pro victoria adverſus hoſtes obtinenda Deum noſtrum miſericordem orant. Doctores etiam & magiſtri vobis exiſtunt, dum vos admonent, ut ea faciatis, quibus Regnum cælorum acquiratis.

* adjunxit & omnia iſta, quæ ſub hoc capite continentur ad ſecuritatem ſui Patriarchatus falſitatis architectus Photius.

XXVII. Præterea vos præ aliis diligere noſcuntur; non enim adulatorum amicitiam ſectari ſciunt vobiſcum, & adulatorum inſtar vos diligere, ſed potius charitatem, quam ipſos docuit Chriſtus JESUS per ſanctos Apoſtolos ſuos. Non oportet igitur veſtros Patriarchas a vobis contemni, tum propter ea omnia, quæ prædiximus, tum etiam, ut juxta Domini præceptum illos diligatis. Nec vos lateat, quod ſi hoc feceritis, non ſolum honores illorum conſequemini, quos vos honoratis & colitis, ſed illum potius, qui eorum manibus in altari miniſtratur, videlicet Chriſtum, qui pro peccatis omnium Deo offertur, qui enim illos honorat, Deum honorat; & qui illos averſatur & reſpuit, Deum ipſum reſpuit. Falſas itaque detractiones, & obtrectationes, per quas zizania & ſchiſmata & ſcandala in Eccleſia Dei oriuntur, & dividunt inconſutilem Chriſti veſtem, tamquam venenum aſpidum, veſtrum Imperium vitet. Et potius ſanctiſſimo Photio fratri & comminiſtro noſtro opem ferat in omnibus, quæ ad Eccleſiæ bonum regimen faciunt.

XXVIII. Eos * etiam, qui ipſum non quo par eſt honore habent, argue, ut corrigantur: ſæpe enim quos Dei timor, & erga divina religio & pietas non correxit: Imperatorum & Principum indignatio in eos irruens modeſtiores reddit. Idque ſi feceris, Regnum tibi cælorum comparare certo ſcito, & ſempiternam Imperii tui durationem & pacis confirmationem. Si vero id minus feceritis, pro certo habeatis, quod numquam ſchiſmata deerunt in Eccleſia Conſtantinopolitana.

* conſuit, & iſta Photius ſui cauſa.

De * hoc etiam legem condere, tuum Imperium a Deo cuſtoditum monemus, ut poſt obitum ſanctiſſimi Photii comminiſtri & fratris noſtri nullus e ſæculari ordine ad pontificalem dignitatem eligatur & ordinetur, ſed potius ex preſbyteris Cardinalibus, ex iis videlicet, qui Catholicæ Eccleſiæ ſunt adſcripti, vel ex ejus diaconis, vel aliis ſacerdotibus, qui exiſtunt ſub ſede Conſtantinopolitana, juxta ſacros Canones, ut ne contra Eccleſiaſticam regulam & ſanctorum Patrum Canones res veſtræ peragantur. Procedere autem hunc volumus per ſingulos gradus Eccleſiæ ſatis probatum, * primum Lectorem, deinde Acoluthum, poſtea Diaconum, deinde Presbyterum, & tamdem Epiſcopum, ſi tamen bonum habuerit teſtimonium de ſe, de pietate, & ſcientia; quoniam dum in inferioribus gradibus aliquod temporis ſpacium immoratur, ejus virtus & probitas agnoſcitur, & hoc pacto oportet veſtros Patriarchas progredi, non ex tempore præoccupare ſingulos gradus, ut in domo Domini nihil inveniatur incompoſitum & inordinatum. Qui enim ſupra omnes gradus collocatur irreprenhenſibilis in omnibus oportet reperiatur.

* ſunt ex Joannis epiſtola, licet habeant aliqua verba a Photio addita, ut illud, poſt obitum ſanctiſſimi Photii, &c.

* cum prætermiſſos audis Oſtiarium & Exorciſtam a Latinis omnibus inter primos quatuor ordines annumeratos, ſcias a Græcis corruptum locum.

XXIX. Nec * quia nos veſtræ Eccleſiæ paci & quieti conſulentes, Photium religioſiſſimum fratrem noſtrum recepimus, ſicut & Pa-

* ſunt addita iſta a Photio quæ hoc capite continentur.

& Papa Hadrianus Taraſium ejus avunculum, hoc jam vobis pro conſuetudine & regula uſurpetur: quæ enim raro bona ſunt, non poſſunt lex fieri multis, & pro lege ſumi. A Domino enim noſtro JESU Chriſto edocti, etiam nos viſcera miſericordiæ recipientes, condonavimus vobis repetitionem veſtram tum de Photio, tum de aliis ſacerdotibus ex altera ordinatione exiſtentibus indultum conceſſimus. Quicumque vero in futurum auſus fuerit id iterum committere, pœnitentia ex Canone a nobis abſque ulla remiſſione, & damnatio illi irrogabitur.

XXX. * ſunt Joannis, ſed nonnulla miſcuit Photius.

Rogamus * etiam hoc pietatem veſtram, ut neque frater & comminiſter noſter Photius ſanctiſſimus, nec alius quiſpiam ſucceſſorum ejus in futurum in Bulgaria ordinationes habeat, neque propriis manibus, neque per pallium illuc miſſum, neque per defenſorem prædictam provinciam Bulgarorum, ut propriam miniſtret. In alieno enim ſolo non decet alios ædificare. Prædeceſſor enim noſter Nicolaus felicis recordationis precibus Principis Bulgariæ Michaelis Apoſtolicis doctrinis gentem illam educavit, & per religioſos ſuos Epiſcopos omnes Eccleſiaſticas regulas & Canones, & quæcumque ad Chriſtianam religionem pertinent cum illis tradidiſſet, eos perfecit: licet nonnulli audacter ſurripuerint nobis prædictam provinciam, quæ ad eos non attinebat; ordinationes etiam & conſecrationes Eccleſiarum, & omnia quæcumque facere minus oportebat, peregerint. Quapropter præter prædicta, & hoc etiam vobis notum facimus, ut ſi aliquando Epiſcopos ibi degentes contra nos aliquid delinquere deprehendemus, & canonicis pœnis illos ſubiiciemus; non habeant vos, ad quos confugiant, ſed potius vos inveniant in hoc nobis concordes, nec diſſentientes.

XXXI. * delevit impoſtor vocem, Mandamus, & nomen Ignatii & poſuit Oramus, &c.

* Oramus præterea Imperium veſtrum Chriſto dilectum, ut congregetis Epiſcopos & presbyteros cujuſcumque ordinis Eccleſiaſtici & civilis, qui a nobis diſſentire videntur, ubicumque fuerint intra terminos veſtros, eoſque ad vos ducendos curetis, & moneatis ut ipſi uniantur Eccleſiæ Dei, & Photio ſanctiſſimo Patriarchæ fratri & comminiſtro noſtro nobis unito. Proprias pontificales & ſacras veſtes, gradus etiam illis reſtituite, & viſcera miſericordiæ illis aperite, ut quemadmodum unus Deus, unum Baptiſma, una Fides, ita & nos ipſi unum ſimus etiam in Chriſto, & per veſtram piam doctrinam unum pariter nobiſcum ſint, & in Eccleſiæ Dei perfectione coordinati & conjuncti, nobiſcum in Chriſti ſanctiſſimum corpus, ut in eadem mente & in eadem voluntate permanentes, Deum omnium glorificemus. Nec aliquis in poſterum dicat (a). Ego quidem ſum Cephæ, ego vero Pauli; ſed ut omnes hoc dicamus, quod Chriſti ſumus crucifixi & mortui pro nobis, qui per ſuam paſſionem quæ in terris ſunt, & quæ in cœlis, invicem conciliavit; & nos Deo conjunxit & Patri per ſeipſum, & mutua dilectione & communione. Si vero a vobis eos advocatos monentes & hortantes & orantes, ad unionem Eccleſiæ convenire vobiſcum, ſemel & iterum & ſæpius obedire illi noluerint, neque noſtris litteris obtemperare & ſuammet lucrari ſalutem, ſed in priori ſua pertinacia & temeritate permanſerint: iſtiuſmodi homines præcipimus ab immaculati corporis & ſanguinis Domini noſtri JESU Chriſti perceptione alienos fore quouſque uniantur ſanctæ Dei Eccleſiæ & Photio ſanctiſſimo Patriarchæ fratri & comminiſtro noſtro. Et poſtea hoc peracto, quæ ſequuntur juſtam illorum damnationem in his litteris non ſcripſimus, ne amplius prorogaretur oratio prætermodum, ſed in commonitorio conſcripſimus religioſiſſimi Petri presbyteri & Cardinalis noſtri Legati, una cum Eugenio & Paulo religioſiſſimis Epiſcopis, ut cum ipſis præſidens in Synodo una cum ſanctiſſimo Photio fratre & comminiſtro noſtro, Dei oculum, qui omnia videt, & ſemper vigilat, ante ſuos oculos habentes & inevitabilem divinam juſtitiam, & ſuam conſcientiam immaculatam & inculpatam conſervantes, omnes res Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, & quæcumque indigent correctione, & quæ ut par eſt, declinare debent, ut id, quod melius eſt & conducibilius Dei Eccleſiæ peragatur. Cœleſtis Imperator piam potentiam tuam cuſtodiat. Hucuſque ex Photiana verſione Joannis Papæ epiſtola.

(a) 1. Cor.

XXXII. Deteſtandum unde immenſum facinus Photii.

Vidiſti impoſturas, Lector, veritatis amator & cultor, & execratus es proculdubio, quas in profano etiam homine, ne dum ſacerdote, Epiſcopo, & Patriarcha, ſed & in ethnico, omniſque divinæ & humanæ legis experte barbaro non improbare non poſſis, totque falſitates admixtas litteris non privati alicujus & ignoti hominis, ſed ab Apoſtolica Sede ex Epiſcoporum Concilio datis, nec ad vilem aliquem terræ filium, ſed ad ipſum Orientis Imperatorem, nec ocioſe vel leviter de rebus nullius momenti conſcriptis, ſed quæ maximi omnium ponderis eſſent, ut merito tanti auctorem ſceleris improbare, & execrari, ipſumque facinus abominari, atque horrere tamquam funeſtum aliquid ab imis inferis proditum a principe tenebrarum per filium tenebrarum nominetenus lucis Angelum mentientem Photium, omnino debeas. Sed his adhuc deteſtabiliora videbis, cum modo

red-



reddemus ejuſdem Joannis Papæ epiſtolam ad Photium ipſum datam, eamdemque ab eodem Photio in Græcum tranſlatam; atque collatione habita cum autographo, quæ molitus ſit impius, æque cognoſces. Eidem namque Legato Petro presbytero Cardinali Conſtantinopolim profecturo una cum nominatis Epiſcopis Joannes Papa ad Photium has litteras (a) dedit.

(a) Jo. ep. 201.

XXXIII. Joan. Pap. epiſtola ad Photium.

Experientia tuæ prudentiæ litteris Pontificio noſtro delatis, ſatis ubertim comperta, altitonantem Dominum, piiſſimas ei grates agentes, laudavimus, qui poſtulatus dat omnibus ſapientiam, & in domo faciens unanimes habitare, ſalvat omnes in ſe ſperantes, & protegit ſe in veritate quærentes, quique neque probos, reos, neque facit pios, tyrannos: tamen juſte judicans, beatis quibuslibet æterna præmia, & infelicibus, reſervato interim pœnitudinis tempore niſi reſipuerint, æterna confert ſupplicia. Prædictis quoque litteris præconia noſtra legentes, affectum tuum cognovimus, & quam ſis nunc erga nos devotus, ſatis evidenter reperimus: verum in quo noſtra merita non ſuffragantur, Deo dimittimus; & in quo nos humanis laudibus quicumque mortalium elevare conantur, fragilitatem naturæ noſtræ cum ſumma formidine, eodem Deo præ oculis habito, contemplamur. Scimus enim (ipſo (b) dicente) quia qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.

(b) Matth.

XXXIV. Quod dicitur autem, ſanctam Conſtantinopolitanam Eccleſiam in te convenire, teque privatam ſedem recipere; Miſſos vero noſtros tecum minime conſecrare: de adunatione omnium Deo gratias agimus; ſed Miſſis noſtris ideo de hoc mandatum non dedimus, quia nil certitudinis, qualiter ipſa ſedes haberet, antea comprobavimus. Nunc vero, ſicut de pace & adunatione ipſius Eccleſiæ valde gaudemus; ita & de diſſenſione nolentium acquieſcere contriſtamur, quia Salomone teſtante, (c) quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & ſicut genus idololatriæ nolle acquieſcere.

(c) 1. Reg. 15.

* iſta de conſulenda Sede Apoſt. Photius detruncavit in ſua tranſlatione.

Verum * ſuper receptione privatæ ſedis nos debuimus antea conſuli. Tamen quia obeunte fratre & Coepiſcopo noſtro Ignatio, te Conſtantinopolitano throno præſidere audivimus: tantum ut pax augeatur, & jurgia ceſſent, multimodas Deo gratias agimus. Tu autem omnium mentes demulcens, omnes paternis ulnis amplectere, omnes diſperſos congregare non deſinas, omnes colligere ſolicite ſtude; quia ſicut S. Papa Leo Magnus ſcribit, Sedis Apoſtolicæ (inquiens) moderatio hanc temperantiam ſervat, ut ſeverius agat cum obduratis, & veniam cupiat præſtare correctis.

XXXV. Et cum non ſit reprehenſibilis erga correctum quantacumque miſeratio: ſi ſatisfaciens coram Synodo * miſericordiam ſecundum conſuetudinem poſtulaveris, ac ſi evidenti correctione uteris, & peritiæ non oblivіſceris, nullius damna moliaris, quin potius auxilia eorum, qui tibi non velle conſentire dicuntur, ſtudioſe diſſolveris, eoſque ſuis Eccleſiis & honoribus reſtitueris, & ſi (quia ſpiritualis filius noſter Baſilius Chriſtianiſſimus Imperator apud nos pro te multis precibus intervenit) omnes uno voto, uno conſenſu & una concordia in tua reſtitutione convenerint: veniam pro pace ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ tibi concedimus, communionem quoque & gradum coram * Synodo miſericordiam quærendo nihilominus reddimus, & ut ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præeſſe debeas, conſentimus; ita tamen ut deinceps de laicis in eadem Eccleſia Epiſcopus contra ſanctorum Patrum ſtatuta nullatenus ordinetur; & omnis illa mala conſuetudo abinde penitus amputetur, juxta capitulum, quod ſuper hac re in venerabili Synodo, tempore ſcilicet deceſſoris noſtri Hadriani junioris Papæ Conſtantinopoli habita, eſt congruentiſſime promulgatum.

* hæc de miſericordia quærenda coram Synodo abſtulit Photius hic, & alias inferius.

* hæc quatuor verba itidem decurtavit Photius.

XXXVI. Reliqua vero, quæ litteræ tuæ a nobis fore cenſenda expectant: dato commonitorio noſtris Legatis, Petro venerabili presb. Card. noſtro, delicioſiſque Conſiliariis noſtris quædam ſcriptis, quædam autem verbis injunximus, qui juxta cenſuram noſtri Apoſtolatus inſtructi de omnibus, cuncta (Deo præ oculis habito) contemplantes, & admittenda ubi fas eſt, admittere ſtudeant & corrigenda ſub æquitatis libramine corrigant.

XXXVII. * hæc de Bulgarica diœceſi detruncavit Photius omnino.

Præterea ſicut veſtra pars ſuum velle conatur accipere, ita & * nos diœceſim noſtram Bulgariam, quam Apoſtolicæ recordationis ſanctiſſimique domini Papæ Nicolai certamine Sedes Apoſtolica recepit, ac Hadriani æque beatiſſimi Præſulis tempore poſſederat, ſumma nobis celeritate reſtitui volumus. Et de cætero omnem ordinationem Eccleſiaſticam ab Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præſulibus in eadem diœceſi Bulgarica, auctoritate Apoſtolica amputamus; ipſos autem ordinatos ibidem Epiſcopos, & omnes alios inferioris ordinis clericos, ut inde ſe ſubtrahant, & ab invaſione Bulgaricæ noſtræ diœceſis ſe omnino compeſcant, decertare procures. Quibus ſi tu aut pallium dederis, aut quamcumque illis ordinationem feceris, vel donec nobis obediant, cum eis communicaveris, pari excommunicatione cum eis teneberis annexus. Hæc ad Photium Joannes.

Porro ille ſciens quanta ineſſet in Apoſtolicis litteris auctoritas; lecturus

cum

cum eſſet eas in Synodo, ad perſuadenda quæ vellet, addidit & abſtulit pro arbitrio, quæ ſibi ſunt viſa. Quænam autem iſta fuerint, ex recitatione ipſius epiſtolæ ex ſecunda ejuſdem Actione depromptæ, Latinitatique ab eodem Metio redditæ, ſatis intelliges; ſic enim ſe habet:

*Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Photio ſanctiſſimo fratri & comminiſtro Patriarchæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ.*

XXXVIII *Sapientiam & prudentiam fraternitatis tuæ in tuis litteris cum perſpexerimus, inſtar * tonitrui cælitus miſſi ex Deo reſonantem & omnes terminos terræ ſuo ſtrepitu replentem, pias Deo gratias & excelſas laudes retulimus, qui omnibus petentibus juxta eorum petitionem largitur ſapientiam, & qui habitat in concordiæ domo, & fovet & protegit omnes, qui in veritate ſpem ſuam in ipſum collocant: quique nec malos in finem reiicit, neque bonos ut in tyrannidem aliquam incidant, ſupra eorum vires permittit; ſed potius juſtitiæ æqualitate, ac judiciorum æquilibrio omnes res humanas dirigit, & feliciter ducit. Et beatus ille, qui alacri animo, præſenti tempore per pœnitentiam lapſos erigit: in cælis enim iſte theſauros ſibi theſaurizat; hic etenim in hac felicitate permanens, fruetur ſempiternis futuris bonis, cum revelabitur futura gloria. Tuas itaque prædictas humaniſſimas litteras cum accepiſſemus, & laudes nimias, quibus nos exornas, & qua animi alacritate erga nos te habes, agnovimus, & quomodo pie & ſane te geris. Licet laudes, quas nobis tribuis, longe a nobis abſint. Cum enim mortalem, & mutabilem naturam nacti ſimus, non ſunt laudes ſatis tutæ: & magno timore afficimur, illius videlicet, qui omnia videt & omnia proſpicit, tum occulta, tum aperta, ne aliquo pacto aliter ab hominibus nos habiti, aliter in conſpectu Dei reperiamur, & pro veris laudibus & optata gloria perpetuum dedecus lucremur. Sed hæc permittamus interea Deo, qui novit omnia, & quem nihil noſtrum latet. Novimus enim ipſum dicere: Qui ſe exaltat humiliabitur.*

Photius verſipellis flectit in laudem ſuam quod in Dei laudem Joannes dixerat de altitonante Deo.

XXXIX. *Scripſiſti nobis, quod ſanctiſſima Dei Conſtantinopolitana Eccleſia in te recipiendo, concors & unanimis facta eſt. Et quod * Sedem recepiſti, quæ tua erat, & qua fueras orbatus. His de rebus, de Eccleſia videlicet & de tua reſtitutione, qua es ad propriam ſedem reſtitutus, Deo ex corde, & pro virili gratias agimus. Habebant etiam litteræ pietatis tuæ, quod noſtri Legati noluerunt quamprimum tibi comminiſtrare. Et hoc factum dicimus, quia nondum illis permiſeramus, ut ea facerent quæ præceperamus. Si enim mandatum noſtrum habuiſſent, nulla ipſis fuiſſet dubitatio, nec alicujus mœſtitiæ cauſam pietati tuæ præbuiſſent. Nec nos ſatis certi eramus de fraternitate tua; quod ad tuam ſedem te Deus reſtituiſſet, & jam ipſam obtinuiſſes: ſi enim hoc reſcivisſemus, miſiſſemus proculdubio (ut par erat) gratulaturi tibi pro tuæ ſedis receptione. * Ne igitur interea iniquo feras animo: quod enim antea defuit, jam ex ſuperabundantia completum eſt.*

* tacet hic Photius, quod de privata ſede, nempe quam in Magnaura erexerat vivente Ignatio.

* aliqua addit, & detruncat, aliqua, quæ ſuperius, notavimus de conſulenda Apoſtolica Sede aliis

*Didicimus præterea, quod ſunt inter vos nonnulli ſchiſmatici, qui non quieſcunt, ſed in vanum laborant, & certamen diabolicum certant, juxta Prophetam dicentem: Diviſi ſunt, contriti, ut evellant & evertant ad ſe nonnullos ſimpliciores. Et quemadmodum gaviſi ſumus pro tua reſtitutione, quam Deus operatus eſt, & unione facta Eccleſiæ: ita triſtati ſumus pro ſchiſmaticorum illorum interitu.*

XL. *Tu * vero, qui præſtas ſapientia & prudentia & gratia a Deo tibi largita, (quid enim habes quod non accepiſti, & ſi accepiſti, novimus te non gloriari, quaſi non acceperis) omnes tibi devincire humanitate contendas eos, qui a te procul ſunt ſegregati & diſperſi, miſericordiæ viſcera illis aperiendo, & benignitate illos complectendo, ſimul congregare ne graveris: Ut, quemadmodum ſanctiſſimus Papa Leo Magnus ſcribit, eos, qui quærunt humiliari in conſpectu Dei, & unionem vobiſcum quærere, ſuſcipiamus. Sicut e contra adverſus eos, qui duro ſunt corde, fortitudine & conſtantia & patientia illos vincamus, duritiæ etiam cordis illorum obſiſtamus. Similiter illis, qui pœnitentiam quærunt, quæ lapſos ſublevat; manus adjutrices præbeamus. Non enim eſt deſperatio pœnitentibus, & petentibus miſericordiam non eſt confuſio.*

* iſta de laudibus ſuis Photius addidit.

XLI. *Quapropter fraternitatem tuam rogamus, ut Chriſti mores, imitando, precipue vero ejus humilitatem, quam ſuſtinuit pro ſalute generis noſtri, non te * pigeat in Synodo prædicare Dei erga te miſericordiam & auxilium, necnon ſanctiſſimæ Romanorum Eccleſiæ protectionem & tutelam, & laborem, quem pro tua dilectione ſuſtinuit, ut hoc pacto ædifices omnes pro communione noſtra & animorum noſtrorum concordia. Quandoquidem quæcumque ab illa petiſti; obtinuiſti etiam. Et ſicut illi mos eſt, ut omnibus, qui injuſte patiuntur, opem ferat; ita ejus auxilio tu non caruiſti, ſed divina ope & hujus ſanctæ Sedis labore & ſtudio ad ſedem tuam es reſtitutus.*

* Joannes non iſta habet, ſed ut ipſe miſericordiam coram Synodo poſtulet, quæ Photius ſuſtulit hic & inferius callide admodum.

*Quapropter rationi congruum duco, ut hujus conſueti auxilii necnon benignitatis, quam ipſis operibus, ſingulis diebus experiris: de illa in omnem terram ſonum emittere non obliviſcaris, ſed etiam ipſam ſequere, & inſtar illius, nulli damnum inferas, nec aliquem a viſceribus miſericordiæ tuæ repellas. Si qui uſque adhuc unionem cum tua pietate amplecti noluerunt, nequo tecum convenire, ne deſiſtas: ſed potius laborem & certamen ſuſtine, tum docendo, tum etiam ſermocinando, & longanimi admonitione, necnon alacri & benevolo vultu, ut juxta Apoſtolum, vel omnes vel pleroſque lucrari ſtudeas, & tibi conciliare: ac per te ipſi Deo accedentes, illos ad te, & per te ad Deum ſuſcipere dignare. Sacerdotales etiam honores, & eorum Eccleſias illis reſtitue.*



XLII. *Et quemadmodum ſpiritalis filius noſter Imperator Baſilius, pro te nos rogavit, & nos ejus petitioni rationabili & juſtæ & Deo gratæ obſequentes, fecimus cum tua pietate quod Imperator petierat: eodem pacto te rogamus, ut tu etiam obliviſcaris malorum, quæ adverſus te commiſerunt, quia a te fuerant abalienati. * Qui ſi revertantur ex corde, tua pietas honore inſignita apertis ulnis illos recipere dignetur, ut omnes feliciter conſentientes, ad converſionem & ad reſtitutionem tuæ ſedis commune gaudium & diem feſtum & lætitiæ peragamus.*

* detruncavit hic iterum quæ Joannes habet in ſua epiſtola de quærendo miſericordiam coram Synodo.

XLIII. *Hoc etiam rogamus fraternitatem tuam ut nobiſcum decernas, ut in poſterum nullus ſæcularis ex tempore ad pontificalem ſedem aſſumatur, ſed ſecundum gradum & ordinem procedens, & proprium unuſquiſque in ſuo gradu progreſſum virtutis oſtendens, ita pontificalis ſedis gradum obtineat. Qui enim aliter aſcendit, Eccleſiaſticis noſtris Canonibus contraria facit. Et volumus morem hunc, qui non eſt probandus, ab initio in veſtra Eccleſia inventum, in poſterum irritum abolere. Hoc * autem dicimus juxta Canonem editum in Synodo tempore Hadriani ſanctiſſimi Papæ & Taraſii beatæ memoriæ Patriarchæ Conſtantinopolitani.*

* hic falſarius & impoſtor aſtutiſſime convertit ad Hadrianum Primum, quod dixit Joannes de Hadriano II. ſatis expreſſe. At id ea de cauſa ab eo factum quod per illa verba Joannes probare ſe ſignificaret Synodum Octavam ſub Hadriano habitam Juniori.

*Synodum * vero contra pietatem tuam ibidem habitam irritavimus & annullavimus, immo & abiicimus, tum propter alia, tum etiam quod beatus Papa Hadrianus prædeceſſor noſter illi non ſubſcripſit. Reliqua vero omnia de Eccleſiaſticis rebus, quæ tua epiſtola nobis inſinuavit, ſcribere omittimus, quoniam de illis in commonitorio ſcripſimus, cui etiam ſubſcripſimus omnes pro tua reſtitutione, & illud Petro religioſiſſimo preſbytero Cardinali & Legato noſtro dedimus, quem miſimus, ut una cum Eugenio & Paulo religioſiſſimis Epiſcopis Legatis noſtris Dei timorem præ oculis habentes, & ſuam conſcientiam immaculatam conſervantes, omnino vobiſcum faciant quæ veſtræ Eccleſiæ conferre noverint. Deus te conſervet uſque ad finem, dilecte frater reverendiſſime & comminiſter noſter.*

* De abrogatione Synodi contra Photium facta nihil penitus in litteris Joannis, appoſuit hæc impoſtor, ut quaſi Apoſtolicæ Sedis auctoritate damnaret (quod poſtea idem fecit) Octavam Synodum ſub Hadriano habitam. Porro cum hæc impoſtor appoſuit, decurtavit quæ in conditione appoſita Joannes habet de reſtituenda diœceſi Bulgarorum.

Ecce tu jam vidiſti, & conferens utraque exemplaria cognoviſti, Lector, quo tamdem progreſſa impoſtoris audacia, & auſa ſit falſarii animoſa procacitas, ut tribus verſibus iſtis ad epiſtolam Joannis ultimo loco additis, tantam molem illam, Oecumenicam inquam Octavam Synodum, quam Occidens & Oriens, Pontifex, & Imperator una cum Epiſcopis & magiſtratibus tanto labore ſunt conati erigere & ſtabilire (quantum in ipſo fuerit) Photius mendaci ſtylo ſit demolitus. Ut plane iterum repetendæ, quin & aliæ innumeræ ſint addendæ Deo gratiæ, quod ad tam immane periculum evitandum, & immenſum ſcandalum antevertendum voluerit divina providentia remanere integra exemplaria Joannis epiſtolarum, unicum remedium ad falſitatem hominis perditiſſimi arguendam & impoſturam aperiendam; quo nomine pariter (ut vidimus) & ipſe de quo egimus, Pontifex Nicolaus ſummas gratias Deo rependit, quod ad convincendas falſitates ejuſdem Photii in ſuis litteris impudenter admixtas, earum exemplaria Romæ ſervaverit, ſic dicens (a) in epiſtola ad Michaelem Imperatorem: *Verumtamen nos quomodocumque falſitati vel depravationi eadem ſit epiſtola ſubmiſſa, grates innu-*

XLIV.

(a) Nicol. ep. 9.



PAGIUS XII. *Pſeudo-Synodus Photiana.*

A num. XLIV. ad LXXVI. Cum Legatis Imperialibus Joannes Papa direxit *Petrum* Tituli Sancti Chryſogoni Presbyterum Cardinalem, quem duobus aliis Legatis *Paulo & Eugenio*, qui Conſtantinopoli erant, adjunxit. *Menſe Novembri* currentis anni *Petrus* Cpolim pervenit, Photiuſque Pontificis literas & Commonitorium, ſpecie quidem eas in linguam Græcam vertendi, revera autem ut eas pro arbitrio truncaret, & interpolaret, elicuit. Baronius num. XLVII. & ſeqq. Commonitorium & literas illas recitat, & quæ in ipſis immutata oſtendit ex exemplaribus, quæ in Joannis VIII. Regiſtro ſervata ſunt. Hac adornata fraude *Photius* Synodum habuit, in qua Epiſcopi CCCLXXX. ei addicti, cum Orientalium Patriarcharum Vicariis, & Legatis Apoſtolicis interfuere, imo & Imperator cum duobus filiis ſuis. Ipſi præfuit *Photius*, quamvis cauſa propria ageretur, Legatis Apoſtolicis Legationis ſuæ auctoritatem indigniſſime prodentibus. Quinque Actionibus Photiana illa Pſeudo-Synodus abſoluta, ipſeque in Sedem *Joannis Papæ* nomine reſtitutus. Ea autem menſe Novembri inchoata, & menſe Martio ſequentis Chriſti anni abſoluta.

XIII. *Canones tres in ea conditi.*

Canones tres in ea editi. Primo decernitur, ut Italiæ Epiſcopi, Clerici vel laici a Romano

*numeras agimus Deo, cujus inſpiratione, & fidelia ejus exemplaria penes nos retinuimus, & cujus permiſſu qui hæc, vel authenticam ipſam ſcripſere ſupereſſe noſcuntur*. Hæc ipſe. Sed nos dupliciter Deo gratias rependere obligamur, & quod Joannes, ſicut & Nicolaus, miſſarum a ſe litterarum exſcripſerit, & retinuerit exemplaria, & quod eadem cum codice, quem Regeſtum vocant, ſint in hanc diem in Vaticana Bibliotheca integra poſt tot naufragia, Romanæ Eccleſiæ conſervata; ut quod earum tranſlatio facta per Photium fraudulenter, poſſet argui falſitatis: cum in multis aliis, tum in iis, quæ operatus eſt ad demoliendam funditus Oecumenicam Octavam Synodum, tam quod citationem ejuſdem Synodi Octavæ ſub Hadriano habitæ, qua convincitur, eam recipere, & comprobare Joannem, omnino eraſit, atque penitus abolevit; quam etiam quod diſertis verbis addiderit, ab eodem Joanne Pontifice jam illam prorſus damnatam, irritam (ut ait) ac nullam redditam eſſe.

XLV. In hoc ipſum enim totus incubuit homo profanus, ut adverſum ſe collectam Oecumenicam Synodum, in qua cubitalibus litteris (ut ita dixerim, ejus ſcelera multipliciter notata eſſent, abolendam extinguendamque penitus, ut nec nominaretur amplius, laboraret. Sed & quod ſciretur teſtificatione hiſtoriarum tum Græcorum, tum Latinorum Octava Synodus Oecumenica celebrata eſſe Conſtantinopoli: ipſe eodem in loco haberi, eodemque quoque nomine appellari voluit ſuam pſeudoſynodum, quam ſupponeret pro legitima Octava Oecumenica habita per Hadrianum uſus ad decipiendos omnes recitatis ſuperius ad ipſum ſcriptis, ſed ab ipſo falſatis litteris Joannis Papæ. Ex quibus pariter detegas alias ejuſdem nebulonis verſutiſſimi impoſturas. Quamvis enim idem Joannes Pontifex, tum in ipſa epiſtola ad Photium ſcripta, tum in recitata ſuperius ad Imperatorem citando dictam Oecumenicam Synodum, ut dictum eſt, eam viſus eſt comprobaſſe; & nihilominus in additamentis Photii idem ipſe ejus damnator aſſeritur: non iſta ipſi ſatis ſunt viſa, ſed & ab illo falſatum eſt commonitorium ab eodem Pontifice datum Petro Legato. Eſt mentio hujus commonitorii in ejuſdem Joannis epiſtola ad alios Apoſtolicæ Sedis Legatos Conſtantinopoli adhuc manentes Paulum Anconitanum, & Eugenium Oſtienſem, hoc pariter anno, eademque citata die conſcripta, quæ ſic ſe habet (a):

(a) *Joan. ep.* 203.

*Reverendiſſimis Paulo Anconitano; Eugenioque Oſtienſi Epiſcopis.*

XLVI. De commonitorio dato Petro Legato.

*Quamvis contra noſtram egeritis voluntatem, & Conſtantinopolim pervenientes, inquiſita cauſa pacis Eccleſiæ & unitatis Romam reverti, nobiſque omnia ſub certa relatione debebatis referre; & quia primam legationem vobis commiſſam idonee non peregiſtis, ſecundam vobis ideo committere non debebamus: tamen Apoſtolicæ miſerationis benignitate utentes, & in hac ſecunda legatione fideliter perficienda, vos huic Petro religioſo presbytero Cardinis noſtri, familiarique noſtro ſociamus. Quatenus ea, quæ pro pace & unitate Eccleſiæ Dei agenda ſunt, ſecundum Apoſtolicos noſtræ auctoritatis apices, & ſecundum commonitorii noſtri tenorem capitulatim deſcriptum, ſagaci valde intuitu ſimul agatis, & ita definiatis, ut gratiam noſtram, quam prius inobedienter agendo exaſperaſtis, nunc fideliori devotione operando placabilem habere poſſitis. Data menſe Auguſti, Indictione duodecima.* Commonitorium autem ipſum reperitur recitatum, ſed falſatum a Photio ex more in Actione ſecunda Synodi Photianæ, Octavæ mendaciter dictæ; quod etſi non ſit invenire inter Latine ſcriptas epiſtolas ipſius Joannis, ut ex autographo poſſit argui falſitatis: tamen ex multis aliis idipſum conſequi facile poſſumus, ut patebit. Ipſum autem Græce ſcriptum, & Latine a Metio redditum, ſic ſe habet:

XLVII. *Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Commonitorium fratribus Paulo & Euge-*

PAGIUS no Pontifice depoſiti vel excommunicati, a *Photio* quoque pro depoſitis & excommunicati habeantur, & viciſſim depoſiti vel anathematizati a *Photio* a Joanne VIII. ejuſdem pœnæ judicium ſubeant. Canone ſecundo ſtatuitur, *Ut ſi quis Epiſcopus ad vitam monaſticam deſcendere, & pœnitentiæ locum implere voluerit, Antiſtitis dignitatem non amplius retineat.* Hunc Canonem eo conſilio condidit *Photius*, ut perſuaderet, *S. Ignatium* ad Eccleſiæ regimen redire non potuiſſe, & a Sede Apoſtolica & Synodo VIII. illegitime reſtitutum fuiſſe. Innocentius III. in Epiſtola Decretali ad Faventinum Epiſcopum, relata lib. 1. Decretal. tit. 19. cap. 11. hunc Canonem memoriæ lapſu tribuit Concilio Oecumenico Cpolitano primo; illum ut *ſanctæ Synodi* decretum laudat Gratianus 11. part. Decret. cauſa 7. quæſt. 7. cap. *Hoc nequaquam*, eumdemque ex Gratiani collectione uſurpat S. Thomas 2. 2. quæſt. 185. art. 4. in Reſp. ad ſecundum argumentum ut notat Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. II. Diſſert. IV. artic. XXVII. ubi & ex Innocentio illum explicat. Canon tertius anathemate percellit Magiſtratus, qui Epiſcopos ſine cauſa, vel aliqua conficta cauſa in carcerem coniicerent, aut verberibus afficerent. In Actis hujus Concilii multa eſſe ab impoſtore Photio ſuppoſita Baronius & Allatius in peculiari Tractatu *de Octava Synodo Photiana* aſſerere non dubitant.



*genio Epiſcopis; ſimiliter & Petro presbytero Cardinali, noſtris Conſtantinopoli Legatis.*

Commonitorium a Photio falſatum.

*Cum primum, divina favente gratia, & interceſſionibus ſanctorum Apoſtolorum Conſtantinopolim ingreſſi fueritis, illuc divertite quo præcipiet Imperator. Et antequam Imperatorem viſitaveritis, nulli alii Apoſtolicas litteras tradere velitis. Cum coram Imperatore fueritis, litteras illi tradetis hujuſmodi verbis illum alloquentes: Salutat veſtrum ex Deo Regnum ſpiritualis veſter pater domnus Joannes Apoſtolicus Papa, tuam ex Deo potentiam ſuis orationibus, ſingulis diebus ſancto Deo commendans, ut ille, qui vobis hoc dedit deſiderium propter Eccleſiaſticam pacem, tribuat vobis gratiam ſuam, & conſoletur vos ſua felici protectione, & perficiat in bonis deſideria veſtra. Si rogaverit Imperator, antequam litteras legat ſive capitula reſponſionis noſtræ, hujuſmodi verbis illi reſpondete: Si jubet Imperium veſtrum, videat epiſtolas. Et ſi dixerit: Quid continent epiſtolæ? illi reſpondete: Salutationes continent, & omnino recte perficiunt.*

XLVIII. *Poſtridie ſalutaturi Photium ſanctiſſimum accedite, & epiſtolam illi tradite, ſalutantes illum decenter, talibus verbis: Salutat te domnus noſter Joannes Apoſtolicus Papa, & vult habere te fratrem & comminiſtrum, ſicut ſcripſit Imperator, ut propter pacem Eccleſiæ reciperemus ſanctiſſimum Patriarcham Photium fratrem & comminiſtrum noſtrum, exaudiremus preces veſtras, & præciperemus, ut coram nobis veniat ad Synodum: & ut recipiat ipſum univerſa Eccleſia: juxta tenorem litterarum noſtrarum, illum recipite ut comminiſtrum noſtrum, atque ut Eccleſiæ Romanæ gratiam habeat. Surgentes, illi dicite: Mandat dominus noſter ſanctiſſimus Papa, ut omnes, qui in diverſis locis extra terminos extiterint, ſive Epiſcopi, ſive presbyteri, ſive quivis alii fuerint, & noluerint hucuſque vobis communicare, veſtro opere & labore uniantur Eccleſiæ Dei, & fiant unum vobiſcum. Qui ſi venerint, recipite illos, ut pater recipit filios, eoſque monebit ſæpius, ut propter pacem Dei Eccleſiæ idem ſentiant cum Apoſtolico, ut unius ſint cum ipſo voluntatis: recipientes videlicet Photium ſanctiſſimum Patriarcham, & cum illo una communicantes. Si autem venerint quicumque antea fuerant ordinati, recipiant ſedes ſuas; qui vero deinde fuerant ordinati, accipiant ab Epiſc. ipſis victum & veſtitum neceſſarium.*

* Hic dempta aliqua ſuperius notata de petendo veniam coram Synodo, Photio impoſita, addita vero alia, ex recitatis litteris intelligere potes.

XLIX. * *Præſidentibus vobis in Synodo una cum prædicto ſanctiſſimo Patriarcha & Legatis Orientalibus, una cum reliquis Archiepiſcopis & Metropolitis, & omnibus ſacerdotibus Conſtantinopolit. Eccleſiæ, primum legantur litteræ ad Imperatorem miſſæ: & interrogetur Synodus, ſi illas recipit, & ſi obſervat teſtimonia, quæ continent litteræ ipſæ. Quibus annuentibus, hæc dicite: Dominus noſter ſanctiſſimus Papa omnium Eccleſiarum curam gerens, ſalutem etiam veſtram & unionem & pacem procurans, miſit nos ſervos ſuos, ut diſperſos congregemus, & diſſidentes conciliemus, & Eccleſiæ miſericordiæ manum porrigamus, lapſos erigamus, ut omnes uno ore glorificemus Patrem cum Filio & Spiritu ſancto.*

L. *Sequentes Canones noſtrorum Patrum dicimus, ut poſt obitum Photii ſanctiſſimi Patriarchæ nullus a civili dignitate Conſtantinopolitanam ſedem aſcendat, quemadmodum etiam litteræ noſtræ teſtantur.*

* *Volumus etiam, ut coram Synodo prædictum Photium ſanctiſſimum Patriarcham oretis, ut neque pallium in Bulgariam mittat, neque ordinet quemquam in ipſa provincia. Si enim hoc fecerit, juxta ſacros Canones illum arguemus.*

*Non preces tantum, ſed excommunicationem continent Joannis litteræ de Bulgarorum cauſa

* *Volumus præterea, ut coram univerſa Synodo promulgetur, quod Synodus habita adverſus prædictum Patriarcham Photium tempore Hadriani ſanctiſſimi Papæ tum Romæ, tum Conſtantinopoli, ex nunc habeatur nulla, & irrita, & non numeretur cum alia ſancta Synodo.*

* Vides idem additamentum hic a falſario, quod ſupra de abolenda Octava Synodo fuit appoſitum.

*Advertite, ut juxta mandatum noſtrum ita ambuletis, neque muneribus vos corrumpi ſinatis neque adulationibus, neque minis & terroribus declinetis ſive ad dextram, ſive ad ſiniſtram, ſed regiam viam incedite, tamquam habentes locum & poteſtatem noſtram, quam vobis propter Eccleſiæ pacem ſumus impertiti, ut veſtro labore & diligentia digne gratiam noſtram & Apoſtolicæ Sedis obtineatis, & noſtræ communionis ſitis hæredes.*

*Subſcriptiones Epiſcoporum, qui interfuerunt Romanæ Synodo, ex qua prodiit commonitorium, & litteræ Petro Legato datæ.*

LI. *Zacharias Epiſcopus Eccleſiæ Anagninæ & Bibliothecarius Apoſtolicæ Sedis in hoc commonitorio pro receptione Photii ſanctiſſimi Patriarchæ propria manu ſubſcripſi.*

LII. *Martinus Epiſcopus Eccleſiæ Narnienſis in hoc commonitorio Apoſtolicæ Sedis pro reſtitutione Photii ſanctiſſimi Patriarchæ propria manu ſubſcripſi. Sic & aliqui ſequentes.*

*Dominicus Epiſcopus Triventi.*
*Florius Epiſcopus Marturenſis.*
*Gaudericus Epiſcopus Velitrenſis.*
*Stephanus Epiſcopus Ferentinas.*
*Leo Epiſcopus* * *Gabienſis.* (* Sabinenſis.)
*Petrus Epiſcopus Foroſempronienſis.*

*Leo Epiſcopus Tarracinenſis.*
*Vualpertus Epiſcopus Portuenſis.*
*Simeon Epiſcopus Fundenſis.*
*Joannes Epiſcopus * Siminorum.* (* Sabinenſis)
*Benedictus Epiſcopus ......*
*Gregorius Epiſcopus Silvæ Candidæ.*
*Bonifacius Epiſcopus Bleranorum.*
*Theodorus Epiſcopus Galleſienſis.*
*Stephanus Epiſcopus Nepeſinus.*

*Presbyteri Cardinales.*

*Germanus presbyter tit. SS. Joannis & Pauli.*
*Petrus presbyter tit. ſancti Chryſogoni.*
*Benedictus presbyter tit. ſanctæ Balbinæ.*
*Hadrianus presbyter tit. ſancti Laurentii.*
*Joannes presbyter tit. ſanctæ Ceciliæ.*

*Diaconi Cardinales.*

*Paulus diaconus ſubſcripſi.*
*Leo diaconus ſubſcripſi.*

LIII. Audiſti, Lector, additamentum Photii de abrogatione Concilii Oecumenici Octavi ſub Hadriano Pontifice celebrati, jam ſuperius apertiſſime redargutum falſitatis, ex recitatis Joannis Papæ epiſtolis. Sed detegitur in eodem commonitorio eadem etiam impoſtura ex ipſa ſubſcriptione Epiſcoporum, qua (ut vidimus) profitentur omnes, ſe commonitorio pro Photii reſtitutione ſubſcribere. Quod ſi ex Synodi ſententia definita fuiſſet damnatio Oecumenicæ Synodi, eademque commiſſa Legatis in dato illius commonitorio: utique magis eam ſuis ſubſcriptionibus expreſſiſſent, quam Photii reſtitutionem. His accedit etiam patens demonſtratio illa, quod cum ipſe Joannes in recitata epiſtola ad Baſilium Imperatorem ſæpe profiteatur uti ſe in eo reſtituendo diſpenſatione: certe non diſſipationem & deſtructionem Concilii voluiſſe ſignificat: nam ſi illud Concilium abrogare conſtituiſſet, diſpenſatione uti opus non fuiſſet: diſpenſatio enim alicujus eſt legis diſpenſatio: ſi abrogata ſit lex, non eſt ubi legis diſpenſatio locum habeat: diſpenſatio itaque legis non abrogationem ipſius, ſed moderationem ſemper intelligit: ac proinde manente integro Concilio Oecumenico in illa parte, qua Photium condemnavit, diſpenſationem locum voluit habuiſſe.

LIV. At quod in his ſumus, ut impoſtoris Photii falſitatum officinam penitus perſcrutemur: adhuc aliæ ex ejus penetralibus falſitates produntur in lucem. Calumniatus eſt inſuper eumdem Joannem Pontificem, quod eadem cum Græcis ſenſerit de proceſſione Spiritus ſancti. Ad quod probandum epiſtolam confinxit ejuſdem Joannis nomine ad ſe ſcriptam; ſed eam multiplici nomine in promptu eſt redarguere falſitatis. Epiſtola autem ſic ſe habet ex Græco in Latinum a Metio noſtro tranſlata:

Nomine Joan. P. conficta a Photio epiſtola.

*Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Photio reverendiſſimo & Catholico fratri Patriarchæ Conſtantinopolitano, gratiam deſuper ad opera ſalutarem.*

LV. *Non ignoramus, quod nonnulli eorum, qui apud vos ſunt, pacis parum ſtudioſi de noſtra Eccleſia & de nobis ipſis veritate neglecta, male loquuntur. Reſque eo progreſſa eſt, ut parum abſit, quin tua fraternitas de nobis, & de iis, qui nobis ſunt ſubditi, male ſentiat. Et illi quidem nacti ſunt occaſionem, ſicut etiam ego ipſe affirmarem hujuſmodi propoſito ſatis congruam. Veritas tamen ipſa, uti ſe habet, nullo pacto eſt adulterata, neque vitiata, ut procedens ſermo rem manifeſtam faciet, & Deus hoc ipſum nobis ſuo teſtimonio deſuper confirmabit. Verum illi inſtar eorum, qui vinum aqua miſcent & adulterantur, nonnulla a ſeipſis falſa fingentes & excogitantes adhibent. Oportet enim, ut dæmon, qui ab initio mali opifex fuit, & inter nos & Deum inimicitias poſuit, ac deinde noſtrum primum parentem a Dei amore ſeparavit, & creatori ſuo inimicum illum conſtituit, etiam nunc aliquos habeat ſui miniſtros, & hos ipſos impellat, ut inter Eccleſias ſcandalum aliquod concitent.*

LVI. *Ego vero ad Deum potius auctorem & largitorem oculos dirigens, qui inimicitias etiam in Cruce ſua morti tradidit, pro viribus, illorum hominum, qui malis delectantur, ora obſtruere contendo. Et hac de cauſa etiam, antequam tua fraternitas aliquid mihi ſignificet, hæc tibi manifeſta facere decrevi, ut de rebus noſtris ſatis edoctus, aures minus præbeas iis, qui contendere & conviciari ſtudent. Sed ipſos reiicias potius & reſpuas, efficias præterea, ut alii eorum verbis fidem non adhibeant.*

LVII. *Novit etiam tua fraternitas, quod cum nuper ad nos acceſſit is, qui a te miſſus eſt, & de ſancto Symbolo nos conſuluit, quomodo invenit nos illud inconcuſſum, ſicut nobis ab initio traditum eſt, conſervare, neque aliquid addidiſſe, vel detraxiſſe, cum recte noverimus, quod eos, qui talia facere audent, gravis condemnatio expectat. Reverentiæ itaque tuæ iterum ſignificamus, ut de hac additione in Symbolo (EX FILIO ſcilicet) tibi ſatisfaciamus, quod non ſolum hoc non dicimus, ſed etiam quod eos, qui principio hæc dicere ſua inſania auſi ſunt, quaſi tranſgreſſores divini verbi condemnamus, ſicut Theologiæ Chriſti Domini everſores, & ſanctorum Pontificum, & reliquorum ſanctorum Patrum, qui ſynodice convenientes ſanctum Symbolum nobis tradiderunt, & una cum Juda il-*

*los*



*los collocamus, quod eadem ipſa, quæ ille, patrare non ſunt veriti: non quia Dominicum corpus morti tradiderunt, ſed quia Dei Fideles, qui ſunt ejus membra, ſchiſmate ſegregarunt & invicem diviſerunt; & ita æterno igni illos præcipites dantes, & multo magis ſeipſos, ut fecit prædictus Judas indignus Chriſti diſcipulus, ſuffocarunt.*

LVIII. *Arbitramur autem tuam reverentiam recte noſſe, cum ſis ſapiens & doctrina præditus, quod dum, ut reliqui noſtri Epiſcopi nobiſcum idem ſentiant, totis viribus contendimus; non mediocrem id nobis moleſtiam affert. Et revera rem adeo gravem tam cito commutare, nullus id facere poſſet, licet brevi tempore ortum habuerit, nec multorum annorum ſpacio fuerit confirmata. Et hac de cauſa rationi congruum nobis viſum eſt, ne violenter aliquis cogatur a vobis additionem illam dimittere, quam ipſe adieciſſe Symbolo ſe noverit, ſed potius manſuetudine aliqua hujuſmodi homines admonere, & paulatim a blaſphemia revocare. Paſcite (inquit ſummus (a) Apoſtolorum Petrus) qui in vobis eſt gregem Dei, providentes non coacte, ſed ſpontanee, neque ut dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis. Qui igitur ita nos accuſant, ac ſi talia male ſentiamus, non jure nos accuſant. Tuam itaque decet fraternitatem, neque ſcandalum aliquod adverſus nos pati, neque a reliquæ Eccleſiæ corpore proſcindi, ſed potius nobiſcum Fidei agones ſuſtinere cum prudentia & longanimitate; & alios, qui a veritate dedeclinaverunt, ad illam amplectendam revocare, ut pro his eamdem nobiſcum mercedem recipias. Vale in Domino, reverendiſſime & Catholice frater.* Hæc apud Photium Joannis Papæ nomine commentum & impoſtura ejuſdem utique Photii, pro arbitrio ſcripta fingentis niſi potius alicujus alterius Græcorum ejuſdem ſententiæ aſſertoris illud ſit opus.

(a) 1. Pot. 5.

LIX. Siquidem ipſe Photius in epiſtola illa, quam eo argumento ad Archiepiſcopum Aquilejæ conſcripſit, quam ſuo loco inferius redditurí ſumus, ejus epiſtolæ a Joanne Papa ad ſe conſcriptæ nullam penitus habuit mentionem: quam ſi accepiſſet, magno certe præconio exhibuiſſet, vel ſaltem citaſſet, qui etiam mentiendo (ut videbis) aliquos ex Romanis Pontificibus ejus aſſertores ſententiæ fuiſſe tradit; at de ipſo Joanne cum verba facit, nihil de ejuſmodi epiſtola ab ipſo ſcripta, vel leviter ſaltem meminit, ſed tantum de Legatis ipſius Conſtantinopolim miſſis, & in Synodo antiquæ Fidei profeſſioni ſubſcribentibus eo additamento, FILIOQUE, carenti. Sed de his calumnioſe nomine Synodi Oecumenicæ per Photium tunc geſtis, hoc eodem anno, paulo inferius dicturi ſumus:

LX. His autem Joannis Papæ temporibus in Romana Eccleſia abſque aliqua ambiguitate uſu receptum, ut Spiritus ſanctus a Patre Filioque procedere diceretur, inter alia argumento eſt, *quod Joannes (b) S. R. E. Diaconus ſcribens ad hunc ipſum Joannem Pontificem quatuor a ſe elaboratos libros vitæ S. Gregorii Papæ, ubi agit de Dialogis ab eo ſcriptis, & in Græcum a Zacharia Papa tranſlatis, juſte queritur, quod cum ipſe (c) S. Gregorius in eis aſſeruerit diſertis verbis, Spiritum ſanctum a Patre Filioque procedere, illi textum corruperint, illique verba, FILIOQUE, abradendo inde abſtulerint, eos magnopere redarguens, quod audacter nimis, ſicut & imprudenter, S. Gregorii textum ita corruperint; plane ſignificans Romanam Eccleſiam nihil diverſum ab ipſo S. Gregorio Papa ſentire, nec Joannem, ad quem ſcribit, ab ea ſententia diſcrepare.* Sed ad legationem Joannis Papæ miſſam Conſtantinopolim redeamus.

(b) *Joann. Diac. vit. Greg. lib. 4. c. 75.*

(c) *Greg. Dial. lib. 2. c. ult.*

LXI. Dedit eidem Petro presbytero Cardinali Legato Joannes Papa epiſtolam ad Clerum Conſtantinopolitanum, itidemque & Patriarchas trium Orientalium Eccleſiarum, cujus duplex extat, altera (*d*) Latina autographa in Regeſto Joannis, altera in Actione ſecunda Synodi Photianæ, quam hic verbatim reddere, ne tua patientia, Lector, abuti videamur, omittimus. Satis ſit illud non ignorare, hanc ſicut cæteras recitatas paſſam eſſe perditiſſimi hominis Photii impoſturam, ut in illis Joannis verbis: *Venerabilem fratrem Photium coram Synodo miſericordiam quærendo Patriarchatus honore fungi volumus, &c.* Abraſit iſta ille ſuperbus profeſſionem humilitatis inſinuantia, & loco eorum (ut in cæteris fecerat) iſta poſuit: *Photius Patriarcha ſanctiſſimus & religioſiſſimus frater noſter non dedignetur in conſpectu Synodi gratiam & ſtudium noſtrum, quin potius viſcera miſericordiæ Romanorum Eccleſiæ prædicare, quod ab ea ſit receptus. &c.*

(d) *Joan. ep. 200.*

Alia falſata a Photio epiſtola.

LXII. Dedit & alias (*e*) litteras Joannes eidem Petro Legato, iis qui Photium abhorrentes, nullo pacto adduci valebant, ut cum eo communicarent, monens eos, ut quem reciperet bono pacis Romana Eccleſia, ipſi eum reciperent non recuſarent; alioquin dediſſe in mandatis Legatis, ut extra Eccleſiam facerent omnes, qui Photium ab Eccleſia receptum recipere denegarent.

(e) *Idem ep. 202.*

His Joannes Papa datis Petro litteris,

di-

dimiſit eum Conſtantinopolim proficiſci: quem illuc eodem anno ante menſem Novembris, ut ſuo loco patebit, certum eſt perveniſſe, ubi redditis omnibus, quas attulerat a Joanne Pontifice, litteris, cæteris antea miſſis junctus Legatis eſt. Sed non accidit ſecundum quod in ſacris ſententiis eſt: (*a*) Funiculus triplex difficile rumpitur. Siquidem arte ſua Photius illum in tenuiſſima fila reſolvit, & pro arbitrio uſus, telæ ſuæ, quam erat orditus, intexuit: etenim ad omnia & præ omnibus ab eo, ut muta pecora ducti ſunt, magna cum Sedis Apoſtolicæ ignominia, ut numquam tam ſordida, tamque indigna ab Apoſtolica Sede legatio miſſa fuerit, ſi vera eſſe dixerimus, & non conficta ſunt a Photio, quæ in ſua Synodo Conſtantinopoli celebrata hoc anno leguntur. Procuravit contextor impoſturarum, & falſitatum conſutor Photius, ut litteræ omnes a Joanne conſcriptæ in ſuas manus devenirent; quas legendas in Synodo ipſe Græco ſermone reddens, pro arbitrio voluntatis aptavit, alia (ut vidiſti) addens, alia minuens, mutans alia, adeo ut in omnibus quæ ipſe vellet, Romanum Pontificem in litteris ſuis cogeret loqui Joannem & profiteri.

(a) Eccl. 4.

Legati Apoſtolici ſeducti a Photio.

LXIII. De his acturi, illud in primis conteſtamur, nos non profiteri omnino, rei veritate geſta eſſe, quæ facta dicuntur; ſed quæ facta ſcriptis reperiuntur aſſerta, nos integre reddituros. Quis enim ea omnia a Photio, falſitatum omnium architecto jure dicendo, ordinata, diſpoſita, concinnata, deſcripta, vera fuiſſe, audeat affirmare? Mendaci in re præſertim gravi, quis credat? Impoſtoris operibus fidem quis adhibeat, atque falſarii quis tute ſcripta recipiat? Talis plane eſt conditio pſeudoſynodi Photianæ una cum auctore in imis inferis obruendæ. Attamen a mendaciorum officina, & contextore commentorum & falſitatum, quæ in eis ſunt inventa, depromimus, ut mala ſcias, quæ exſuffles, & ſecundum illud Apoſtoli: (*b*) *Omnia probate: quod bonum eſt, tenete*: Ex contrarii cognitione ſcias verum quod amplectaris. At ne tu putes nos noviſſimos tantummodo in Photium iſta proferre, & in pſeudoſynodum ab eo habitam declamare: ſiquidem (ut ſuo loco dicturi ſumus) tam Orientales, quam Occidentales, tum Imperatores, tum Romani Pontifices idipſum abundantius præſtiterunt: ut non novum aliquid nos proferre ſentias, ſed vetera de theſauro antiquitatum, adhuc tamen nota paucis, in lucem prodere, quæ antiquitus reperiuntur eſſe conſcripta. Continet tum Vaticana Bibliotheca, tum Columnenſis Acta hujus Synodi Photianæ Græce conſcripta, ex quibus ſummatim prodimus iſta, cum tamen ipſam integram ad verbum ex Græco Latinam redditam ab eodem Metio poſſideamus.

(b) 1. Theſ. 5.

LXIV. In prima Actione Synodi Photianæ perperam ab ipſo ejus auctore Octavæ nuncupatæ, non habentur ex inſtituto antiquo Eccleſiæ uſu, dies & Conſul, ſicut in aliis ſubſequentibus Actionibus. Totus enim fuit Photius in componendis ſuo more, nominibus Epiſcoporum; in prima enim Actione recitatur numerus Epiſcoporum trecentorum octogintatrium. In omnibus magna adulatio & Græca vanitas & levitas. Inter alia autem præfatus in Synodo Photius jactat ſe, quod Joannes Romanus Pontifex ſemel & iterum per ſuos Legatos eum inviſerit, nimirum primum per Paulum & Eugenium, deinde per Petrum, ſed falſo. Siquidem, ut vidimus in litteris Joannis, nequaquam cum eo communicaverunt primi Legati Paulus & Eugenius, de quo idem ipſe Photius conqueſtus legitur in litteris ad Joannem ipſum datis.

Synodus Photiana falſo dicta Octava Oecumenica.

LXV. Poſt hæc eadem Actione Joannes quidam Heracleæ Thraciæ Epiſcopus multa effutiit contra Romanam Eccleſiam, quam omnium illorum, quæ acciderant, malorum originem appellavit; ad quæ evertenda & curanda, illa eſſet Synodus congregata: multa etiam contra Nicolaum Papam, & ejus ſucceſſorem Hadrianum oblatrans ingeſſit, contra vero, ipſum Joannem Romanum Pontificem valde laudavit. Deplorat vero poſt hæc multa, quæ (ut dicebat) injuſte paſſus ſit Photius. Inducit inſuper Actio illa Legatos Apoſtolicæ Sedis munera Photio offerentes, nempe ſacerdotales veſtes, & ornamenta Epiſcopalia, de quibus nihil in Joannis Pontificis litteris, in quibus ejuſmodi erant ſolita ſcribi. Et ſic poſt alia quædam frivola finem accipit Actio prima.

LXVI. Actio II. Secunda Actio habita legitur decimaſexta die Novembris, Indictione decimatertia, in qua primum lectæ ſunt litteræ Joannis Papæ ad Imperatorem, deinde aliæ ejuſdem Pontificis ad Photium, quæ ſuperius ſunt recitatæ duplicis editionis. Quibus lectis, Photius interlocutus ſuas laudes extollit, præcipue ſuam humanitatem falſo oſtentat erga Ignatium exhibitam, qua etiam jam defunctum eum proſequuturum vane pollicitus eſt. Lecta poſt hæc fuit epiſtola Michaelis Patriarchæ Alexandrini ad Imperatorem ad finem illum tendens, ut Octava Synodus Oecumenica deſtruatur. His lectis, introductus eſt Thomas Metropolita, qui fuit unus ex Legatis tribus Orientalium ſedium in Octava Oecumenica Synodo, aliis duobus (ut illic dicitur) mortuis. Procuratum eſt a Photio, ut hic pœnitens recantet palinodiam de miniſterio exhibito in dicta Oecumenica Synodo. Lecta eſt poſt hæc epiſtola Theodoſii Patriarchæ Hieroſolymorum ad Photium ſcripta, tota, ut Photius voluit, encomiaſtica. Poſtquam autem lecta eſt epiſtola Patriarchæ Antiocheni pariter Teodoſii nominati ejus itidem argumenti, & alia ejuſdem generis Abrahamii Metropolitæ Amydorum, continens acrem invectivam contra Octavam legitimam Synodum: terminata eſt Actio ſecunda Synodi Photianæ.



LXVII. Actio III. Tertia vero, quæ ſequuta eſt, Actio incidit in decimumoctavum diem ejuſdem menſis Novembris ejuſdem decimætertiæ Indictionis, in qua lecta primum eſt epiſtola Joannis Papæ ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam, & Epiſcopos ipſi ſubjectos, & ad Patriarchas Orientis, ejuſdem argumenti, quo priores ſuperius recitatæ. Quod autem iiſdem litteris Pontifex profitetur pacem ſe procurare Orientalis Eccleſiæ: hinc magna ſequuta eſt concertatio aſſerentium, quod jam ante Joannis literas pace fruerentur, ſequentes Photium Patriarcham, arguentes Pontificis litteras uti ſuperfluas. Et quod de diœceſi Bulgariæ ſcripſerat, ad Imperatorem reiiciendum eſſe negotium clamitarunt, cum agatur (ut ajebant) de Imperii terminis, qui ſub ejus ſunt ditione. Lecta poſt hæc epiſtola Theodoſii Epiſcopi Heroſolymorum ad Imperatorem, qua deplorat miſerias ſuas, quas pateretur a Sarracenis, provocans Imperatorem ad eleemoſynas largiendas. Lectum poſt hæc fuit commonitorium a Joanne Pontifice Legatis datum, ſuo loco ſuperius recitatum. Et ſic clauſa eſt ejus diei Actio tertia.

LXVIII. Actio IV. Contigit quarta Actio celebrari eodem menſe Decembris, feria quinta in Vigilia Nativitatis Domini, eadem decimatertia Indictione, quæ tamen in alia ejuſdem pſeudoſynodi editione hæc ponitur ordine prima, utpote, quod omiſſis tribus aliis ſuperius poſitis Actionibus, hæc prima incipit numerari, & ſic deinceps uſque ad quartam. In hac igitur Actione primo habetur de Legato recens miſſo a Patriarcha Antiocheno, afferente litteras etiam a Patriarcha Hieroſolymitano, qui ingredi juſſus litteras dedit. Lectæ ſunt ipſæ multa in laudem Photii, & de communicatione mutua conſervata cum ipſo continentes, nec non aſſertionem illam, Legatos nimirum Patriarchalium ſedium miſſos antea ad Octavam Synodum, fuiſſe non Patriarcharum, ſed Legatos Sarracenorum, iſtiuſmodi inculcantes in deſtructione Oecumenicæ Synodi, quæ vere creditæ ſunt a Photii officina depromptæ. Poſt hæc introducti ſunt duo Patricii pœnitentes de his, quæ in Octava Synodo contra Photium egiſſent, affirmantes ſe a falſis Legatis fuiſſe deceptos. Lecta ſunt capitula quinque tamquam a Legatis Romanis propoſita, primum de diœceſi Bulgariæ; ſecundum de non eligendo amplius laico in Epiſcopum Conſtantinopolitanum, tertium ne ab alia ſumatur Eccleſia, quartum de Synodo habita contra Photium ut abrogetur, quintum, ut qui cum Photio non communicarent, excommunicati eſſent. Quæ omnia recepta a Synodo fuerunt præter illud de Bulgarorum diœceſi, quod Imperatoris voluntati commiſſum eſt. Et ſic exitum illum eſt conſecuta Actio quarta, quem Photius voluit.

LXIX. Actio V. Quæ autem quinta eſt Actio celebrata, ponitur anno ſequenti die vigeſima ſexta menſis Januarii eadem Indictione decimatertia, in qua Photius de Septima Synodo ſermonem inſtituit, calumniamque ex ea ſtruxit adverſus Romanam Eccleſiam, quod de Septima Synodo recipienda, eſſetne Oecumenica, dubitaſſet, cui Legati ſatisfecerunt. Et firmatum eſt omnium ſententia, ut Oecumenica Septima Synodus diceretur. His ſucceſſit citatio Metrophanis Metropolitani Smyrnenſis Eccleſiæ, cujus ſumma cum laude eſt crebra mentio in legitima Octava Synodo, accedere juſſus ut ſchiſmaticus, qui ſequutus Ignatii partes, cum Photio noluerit ullo pacto communicare. Inter hæc facta eſt ſuggeſtio (ſeu potius a Photio ficta) Legatorum Apoſtolicæ Sedis, ut ex ſententia Joannis Pontificis Canon conſtitueretur, quo juberetur, ut excommunicati vel depoſiti a Romano Pontifice, a Photio non ſuſciperentur, ſicut e contra qui depoſiti eſſent a Photio vel excommunicati, non reſtituerentur, nec abſolverentur a Romano Pontifice.

LXX. Sanciti in ea canones. Sicque confectus de his eſt primus Canon: quo quis non videat ſumma Photii calliditate interceptas eſſe appellationes ad Apoſtolicam Sedem & recurſum ad eam? ſiquidem ablata fuit per Canonem iſtum auctoritas Romani Pontificis, ut judicare non poſſet quos Photius condemnaſſet. Quis animo concipere poteſt, Legatos Apoſtolicæ Sedis, adeo obſcitantes, & prodigentes jura Apoſtolicæ Sedis, ut & adverſus contra ea obnitentes non tantum non reſtiterint, ſed ut iſthæc ſancirentur, ipſi ſuggeſſerint? an non manu palpantur commenta Photii?

Statutus eſt autem poſt hæc, eodem ſuggerente Photio, Canon ſecundus, ne quis relinquens Epiſcopatum tranſiens ad ſta-

ſtatum monaſticum, Epiſcopatum retinendi haberet amplius facultatem, nec ad illum revertendi aditus patefieret. Hic non prætereundum, quod Gratianus male conſultus Canonem hunc tamquam ex legitima Octava Synodo deſcripſit totidem verbis in libro (*a*) Decretorum, qui plane odio Photii impoſtoris fuerat exſufflandus. Additus eſt in hac etiam Actione tertius Canon adverſus ſæculares magiſtratus carceri mancipantes, vel verberantes Epiſcopos. Sequuta ſunt hæc ſubſcriptiones omnium, in primis vero Legatorum Apoſtolicæ Sedis, cum deteſtatione omnium Synodorum ſub Hadriano Pontifice contra Photium collectarum.

(*a*) 7. q. 1. c. 45. *temporis & hoc nequaquam.*

LXXI. Actio VI. Convenerunt poſtea iidem die decima menſis Martii, fuit feria tertia, Indictione decimatertia, non in Eccleſia, ut antea, ſed in Palatio, in Aureo triclinio loco ita dicto, ubi Actionem ſextam habuerunt, cui Imperator interfuit, qui ex ſuggeſtione Photii Fidei definitionem a Synodo poſtulavit: ſicque conſenſu omnium exhibita eſt definitio Fidei comprobata in ſeptem Synodis Oecumenicis, conteſtationibus appoſitis, ne quid ab aliquo adderetur, vel minueretur omnino; recitatumque eſt Nicænum Symbolum ſive Conſtantinopolitanum dictum. Ita ſugillantes Latinos, quod appoſuiſſent verba illa, FILIOQUE. His approbatis ab omnibus ſubſcripſit Baſilius Imperator, improbans ſua ſubſcriptione cuncta, quæ contra Photium acta eſſent in Octava legitima Synodo, cui ipſe ſubſcripſerat una cum filiis, quos & huic pſeudoſynodo pariter ſubſcribere voluit. Sicque ſexta Actio eſt conſumata, acclamationibus præcedentibus.

LXXII. Actio VII. Poſt triduum vero, nempe decimatertia menſis Martii, die Dominico ejuſdem decimætertiæ Indictionis habita eſt ſeptima atque noviſſima Actio in magna Eccleſia, ubi juſſa eſt legi Fidei definitio in præcedenti Actione probata, additis & multiplicatis anathematiſmis, ſi quis quid ei adderet vel minueret. Sicque abſoluta eſt Photiana Synodus, Octava dicta & generalis. Cui non ſicut in commonitorio juſſi ſunt præſidere Legati Apoſtolicæ Sedis, ſed Photius ſemper primo loco legitur præfuiſſe, aſſiſtentibus Legatis Apoſtolicæ Sedis. Hanc Græci lambunt, hanc venerantur, & ut divinum quoddam oraculum obſervant, atque cuſtodiunt. Sed quomodo paulo poſt eadem fuerit cum ſuo auctore condemnata, dicturi ſumus inferius ſuo loco. Quod autem ipſe Joannes Papa Photianam ſynodum hanc non receperit cum additamento condemnationis Octavæ Synodi Oecumenicæ, ſuo item loco, anno ſequenti, ex ejus litteris tunc datis, dicturi ſumus: atque pro ratione temporis quæcumque adverſus eam tam in Oriente, quam in Occidente ſunt declamata, Annalibus intexemus. Hactenus de Photiana ſynodo hoc anno cœpta, & ſequenti conſummata.

De qua illud admiratione dignum, quod non ſit aliquis ex Græcorum hiſtoricis res Baſilii Imperatoris proſequutus, qui hujus Photianæ Synodi meminerit; cum contra ferme omnes de Octava legitima Oecumenica, in qua Photius eſt e throno depoſitus, mentionem faciant: certe non Curopalates, non Cedrenus, non Zonaras, non Glicas, non Conſtantinus Manaſſes de hujuſmodi Photiana ſynodo vel verbum unum; cum tamen, ſi talis fuerit, tamque numeroſa, & quæ Oecumenicam damnaſſet, haud videri poſſit ſilentio prætermiſſa. Unde de ea ſuſpicio augetur, ut ea tota ita fuerit Photii ſtylo conficta, & ejuſdem penicillo mendacii colorata, ſicut ab eo alias factum eſſe, ſuperius eſt demonſtratum. LXXIII.

Interea vero Baſilius Imperator, cum Conſtantini filii obitu inconſolabili dolore afficeretur, juſte quidem a Deo punitus, ut primogenito privaretur, cum Photium recipit, qui de illius ſucceſſione commenticiis ſubſcriptis fuerat læta admodum falſo vaticinatus; factum eſt, ut Theodori Euchaitarum Epiſcopi, cognomine Santabareni, præſtigiis ac necromantia ejuſdem filii defuncti potiretur aſpectu. De his Zonaras verbis iſtis: *Hic Imperatori factus familiaris ob ſummam de ejus virtute perſuaſionem, quod etiam miracula edere crederetur. Is igitur fertur Imperatori defunctum filium oſtendiſſe viventem, cum effeciſſet, ut Conſtantinus equo inſidens patri occurrere videretur, quem cum amplexus, & deoſculatus eſſet, non amplius viderit Imperator. Sed & aliis ſimilibus factis Santabarenus, Imperatore in admirationem adducto, effecerat, ut is totus ex ipſo penderet, & fidem ei haberet, neque ulla in re diffideret. Imperator igitur hoc modo in Santabarenum affectus fuit.* LXXIV. Præſtigia Santabareni.

*Sed Leo filius ejus jam adultus, & Martinacii filia uxore ducta a patre Imperator ſalutatus, Santabareno non delectabatur, ſed eum veneficum appellabat, & præſtigiatorem, & Imperatoris deceptorem. His ille veluti ſpiculis quibuſdam ictus, ad ultionem inſurgit, ſimulataque erga Leonem benevolentia: Cum ſis, inquit, adoleſcens, Imperator, & cum patre veneris & equites: pugio etiam tibi deferendus eſt, quo & contra feram utaris, & patri porrigas, cum res tulerit, aut etiam inſidiatores ejus ulciſcaris. Is dolo non animadverſo, pugionem, ut ille ſuaſerat, in calceo fert.* LXXV. Leo filius Baſilii opera Santabareni periclitatur.



*Eo pugione Santabarenus ad delationem Leonis uſus: Imperator, inquit, filius tuus tibi inſidiatur. Indicio illud eſt quod in venatu pugionem occultum gerit. His auditis venatum exit Baſilius, Leo patrem comitatur. Inventus eſt pugio in calceo Leonis occultatus: viſus eſt vera dixiſſe delator. Rei defenſio non admittitur, ardet iracundia pater contra filium. In quodam Imperatorio cubiculo ipſum concludit, & (ut quidam tradunt) ei oculos eruere in animo habebat. Santabareno ad id eum inſtigante. Idque omnino futurum fuiſſet, niſi Patriarcha & princeps Senatus multis precibus Imperatorem a ſententia deduxiſſent.* Hæc Zonaras & ante eum Curopalates, & alii. Quomodo vis poſt longum tempus Leo fuerit liberatus, ſuo loco dicturi ſumus. Sicque non uno tantum Conſtantino, ſed & Leone Baſilius infelix, vel ſaltem ad tempus orbatus eſt opera impoſtoris Photii promotoris Santabareni, quo idem Photius Legato uſus fuerat, ut dictum eſt) ad Joannem Pontificem Romam pro ſua reſtitutione impetranda, & auctoritate Apoſtolica confirmanda.

LXXVI. Quod vero ad ipſum Joannem Papam pertinet: reperiuntur & aliæ anni hujus ab eo res geſtæ ſparſæ in pluribus epiſtolis ejus hoc anno datis non obruendæ ſilentio, ſed ſaltem breviter memorandæ. Miſit Legatum ad Regem Bulgarorum, ſed fruſtra, cujus legationis plures ejus extant epiſtolæ (*a*). Excommunicat Anſbertum (*b*) Archiepiſcopum Mediolanenſem, quod vocatus ad Synodum Romam non veniſſet, nec excuſationem miſiſſet. Celebrata ab eo fuit Synodus Romæ Kalend. Maii, ut aliæ ipſius ad eumdem datæ litteræ (*c*) indicant; ſed quod idem excommunicatus Miſſas celebraverit; abſolvi non meruit, cum & ad Eccleſiam Mediolanenſem (*d*) ſcribit, ut alium eligant in locum ejus Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum.

(*a*) *Joan. epiſt.* 174. 175. 176. 184. 189. 192.
(*b*) *Idem epiſt.* 177.
(*c*) *Idem epiſt.* 182. 196. 204.
(*d*) *Idem epiſt.* 220. 221.

S. Methodius Moraviæ Archiepiſcopus accuſatur. Inſuper non prætereundum, quod cum ſanctus Methodius Moravorum Eccleſiis præfectus Archiepiſcopus ab Hadriano Romano Pontifice, Apoſtolicum munus digne perſolvens, apud Joannem ipſum Pontificem calumniam paſſus eſſet, quod aliter doceret, quam coram Apoſtolica Sede profeſſus fuiſſet: ea de cauſa, hoc anno, eum idem Joannes Pontifex Romam vocat, ut Fidei ſuæ atque prædicationis ſuſceptæ redderet rationem. Extant de his Joannis (*e*) epiſtolæ. Venit ipſe, ſed anno ſequenti, ſeque vere Orthodoxum oſtendit, de quo ſuo loco dicendum.

(*e*) *Joann. ep.* 194. 195.

LXXVII. Eodem anno cum nonnulli Italiæ Principes & populi, ſuæ privatæ cauſæ proſpicientes, publicam negligentes, cum Sarracenis fœdus iniiſſent: Joannes Papa, ut contractum fœdus diſſolverent, ſub pœna excommunicationis eiſdem præcepit. Illorum caput fuit Pulcharius Præfectus Amalphitanus, ad quem eo argumento ſcriptæ extant (*f*) litteræ ipſius Joannis Pontificis. Hoc etiam præcepit Athanaſio Epiſcopo Neapolitano, præfecturam ſeu ducatum ejus civitatis agenti, cujus pariter argumenti ejuſdem Joannis Papæ plures ad eum extant (*g*) epiſtolæ; ſiquidem Athanaſius ipſe oblitus ſe jam Epiſcopum, non ſolum quæ Epiſcopi eſſent pietatis officia prætermiſit, ſed quæ etiam boni Principis eſſent munera neglexit, & quæ ſunt tyranni ſectatus, magno omnium Fidelium ſcandalo fœdus iniit cum Sarracenis, quorum viribus dominari poſſet: cujus execrandi ſceleris cauſa, plurimæ in ipſum fuere Joannis Papæ querelæ comminationibus junctæ, de quibus rurſum inferius ſuo loco dicendum.

Diſſolvi jubet Papa fœdera inita cum Sarracenis.

(*f*) *Joann. ep.* 209. 225. 227. 242.
(*g*) *Idem ep.* 241. 265. 270. 294.

Eodem anno Capuanam civitatem liberat ab incurſione Guaiferii Principis Salernitani Joannes Papa, præcipiens ei ſub excommunicationis pœna abſtinere ab inferendo bello Capuanis. Extant ea de re plures ejuſdem Pontificis (*h*) litteræ. Narrat Leo Oſtienſis (*i*) Joannem ipſum Pontificem profectum eſſe Neapolim atque Salernum; addiditque hæc de obedientia Guaiferii: *Porro Guaiferius Salernitanus Princeps in omnibus Papæ obtemperans, & fœdus Sarracenorum rupit, & plurimos ex eis trucidavit.* Et in primis de ejus fine: *Sub idem tempus Guaiferius Princeps memoratus languore correptus, monachus effectus eſt, rogans ſe ad hoc Caſſinenſe monaſterium deferri. Verum quia propter incurſionem Sarracenorum huc inferri non potuit: defunctus in monaſterio apud Theanum, corpus ejus humatum eſt.* LXXVIII.

(*h*) *Idem ep.* 214. 215.
(*i*) *Leo Oſt. l.* 5 *c.* 42. 44.

At quod pertinet ad ipſam Capuanam Eccleſiam, idem Leo Oſtienſis in eadem hiſtoria Caſſinate hæc habet: (*k*) *His diebus, Capuani, expulſo Landulpho Epiſcopo canonice electo, Landenulphum quemdam de ſuis nobilibus conjugatum atque neophytum ſibi in Epiſcopum elegerunt; multiſque precibus jam dictum Papam fefellerunt, ut eis ille conſecraretur Epiſcopus. Quocirca Bertharius venerabilis Abbas Caſſinenſis, & Leo Theanenſis Epiſcopus Romam profecti ſummum Pontificem orabant, ne injuſtæ poſtulationis precibus ullis annueret, ex qua gravis populo ruina immineret, & multa effuſio ſanguinis conſequeretur. Atque ut apertius ſcias Apoſtolice (inquit* LXXIX.

(*k*) *Idem l.* 5. *c.* 43.

Capuanus Epiſcopus qua occaſione diviſus.

*quit Abbas ) ſi id fieri permittas: magnum profecto ignem, qui te quoque corripiat, ſuccendes. Tunc ille primo tanti viri conſtantia territus, poſtmodum iniquitate prævalente, neophytum, hoc eſt laicum hominem, ut petebatur, conſecrari permiſit. Hac civili diſcordia Sarraceni opportunitatem nacti, rurſus univerſa diripiunt, iterum cuncta populantur. Cujus rei gratia Apoſtolicus eſt Capuam venire coactus. Videns igitur ipſi contigiſſe, quod noſter illi prædixerat Abbas: indoluit animo, ac pœnitentia ductus, Landulphum, quem ſupra depulſum memoravimus, in Eccleſia beati Petri Apoſtoli Capuæ veteris ordinavit Epiſcopum. Landenulphum vero Capuanæ Eccleſiæ præeſſe conſtituit, cunctumque Epiſcopatum mandavit inter utrumque æqua ſorte diſtribui.* Hæc Leo. His reſpondent ejuſdem Joannis Papæ epiſtolæ, dum eodem tempore Landulphum, & Landenulphum Capuanos oſtendunt Epiſcopos.

LXXX. Porro ne errori irrepat, prædeceſſorum Landulphi eodem nomine Landulphum fuiſſe nominatum eiuſdem (*a*) teſtificatione Joannis Papæ apparet, ubi de vacante hoc anno Indictione duodecima, Capuana Eccleſia agitur, & de diſcordiis, inter cives exortis mentio habetur. Sed de electione Landulphi extat epiſtola ad dictum (*b*) Leonem Epiſcopum Theanenſem & ad ipſum (*c*) electum. De Landulpho autem jam facto Epiſcopo Capuano, deque diviſione Eccleſiæ inter utrumque, alia (*d*) epiſtola data anno ſequenti ad eundem Landulphum, quem vocant Epiſcopum Suricorum oſtendit. Ita ut omnia adamuſſim reſpondeant iis, quæ a Leone Oſtienſe ſcripta recitavimus. Sed & in eadem epiſtola idem Pontifex oſtendit, Landenulphum hunc Epiſcop. Capuanum fuiſſe germanum Pandenulphi, quem ejuſdem civitatis Capuanæ modo Principem, modo Comitem, modo Judicem vocat. Quanta autem hujus occaſione illata ſint mala in Romanam Eccleſiam, ſic idem Leo pergit dicere:

(*a*) *Joann. ep.*205. & 206.

(*b*) *Idem ep.*207.

(*c*) *Idem ep.* 208.

(*d*) *Idem ep.*248.

LXXXI. *Poſt hæc Pandenulphus, qui tunc Capuæ præerat, in Papæ fide perdurans, oravit, ut ditioni ſuæ Cajetam ſubiiceret. Namque eo tempore, Cajetani Romano tantum Pontifici ſerviebant. Quod cum illi Papa conceſſiſſet, Cajetanos tam acriter infeſtare cœpit, ut illis vel uſque ad Molas egredi non liceret. Docibilis quidem tunc eis præerat Dux. Is tantum dedecus ſibi ſuiſque illatum minime ferendum putans: miſit Agropolim & Sarracenos ibi degentes evocans, primum illos ad lacum Fundanum per mare deduxit in locum qui Sancta Anaſtaſia dicitur. Inde per fluvium Fundos uſque aſcendentes, ibi ſcaphis egreſſi cunctaque per circuitum depopulantes, Cajetam tamdem pervenerunt & in Formianis collibus caſtra poſuerunt. His Papa compertis, pœnitentia ductus, blandis alloquiis & epiſtolis ac pollicitationibus multis Cajetanos lenire cœpit, ut eos ſibi conciliaret, atque a Sarracenis abduceret. Cujus monitis Docibilis Princeps obtemperans, rupto fœdere bellum cum Sarracenis protinus inuit, in quo tamen Cajetanorum plurimi cæſi & capti ſunt. Rurſum Sarraceni cum Docibile fœdus inierunt, captiviſque redditis, Garilianum ad habitandum ab eo directi ſunt. Ubi annis ferme quadraginta conſtituti, innumera undique mala geſſerunt, multumque Chriſtiani ſanguinis effuderunt. Quo in loco, dum eos crebro Principes noſtri debellare tentaſſent, divino judicio uſque ad id tempus invicti perſtiterunt.* Hæc Leo.

LXXXII. Porro profectum eſſe Cajetam ipſum Joannem Papam, ſuis (*e*) litteris ipſe docet. De rumpendo autem fœdere icto cum Sarracenis, & de Cajetanis & aliis Joannes Papa in epiſtola ad fœderatos cum Sarracenis iſta habet anno ſequenti: (*f*) *Idcirco vobis inducias uſque ad Kal. Decembris iſtius tertiædecimæ Indictionis, ad illam pacem cum Sarracenis frangendam largimur, & tam vos, quam Cajetanos, atque Amalphitanos lucrari volentes, ſi uſque ad idem tempus omnem Sarracenorum amicitiam necnon & omne fœdus diſſolvere ſolito contempſeritis: utroſque ſententiæ Eccleſiaſticæ jaculis feriemus, & perpetuo anathemati ſubmittemus, ut qui ſocii diſciplinæ eſſe non vultis, communionis quoque noſtræ non ſitis participes.* Hæc Joannes

(*e*) *Idem ep.*256. & 270.

(*f*) *Idem ep.*127.

PAGIUS XIV. *Conditur arx Gariliani.*

Ad n. LXXXI. & ſeq. *Docibilis* Dux Cajetæ fœdus cum Saracenis percuſſit, atque *Garilianum* arcem ad Lirim amnem in finibus Campaniæ condidit, eamque illis ad habitandum conceſſit, ut captivos ſuos recuperare poſſet. Quo nihil perniciosius Romanæ Urbi contingere potuit; cum ibi *armis ferme quadraginta conſtituti* multum Chriſtiani ſanguinis effuderint, inquit Leo Oſtienſis lib.5. cap. 43. Quare cum an. CMXVI. ex ea arce Saraceni dejecti fuerint, ut an. CMXV. videbimus arx illa anno DCCCLXXVI. non vero currenti ædificata, & ab eo anni illi quadraginta inchoandi. Hinc Joannes Papa Epiſtola XXI. ad Carolum Imp. data *XVII. Kalend. Decemb. Indict. X.* anno ſc. DCCCLXXVI. calamitates a Saracenis illatas his verbis enarrat: *Chriſtianorum ſanguis effunditur, devotus Deo populus continua ſtrage vaſtatur. Nam qui evadit ignem vel gladium, præda efficitur, captivus trahitur, & exul perpetuus conſtituitur. En civitates caſtra, villæ deſtitutæ habitatoribus perierunt, & Epiſcopi hac illacque diſperſi*, & cætera a Baronio eo anno num. XXXI. & ſeqq. recitata quæ



nes. Quæ autem hæc ſecuta ſint a Leone Oſtienſe jam audiſti. Ex aliis Joannis Papæ litteris hoc anno datis, aliæ ab eo res geſtæ panduntur. Sed prolixius anni hujus rerum ab ipſo geſtarum curriculum.



PAGIUS quæ Saracenos *Garilianum* arcem jam occupaſſe, quando ea Epiſtola ſcripta, manifeſtum faciunt.

XV. *Sicilia & vicinæ regiones a Saracenis devaſtatæ.*

Saracenorum progreſſus in Sicilia poſtquam anno ſuperiori Syracuſas evertiſſent, his verbis narrat Cedrenus in Nicephoro Phoca Imperatore, pag. 650. *Res ipſa*, inquit, *poſtulat, ut exponamus quid tributi Sarracenis ſolverit Romanum Imperium, atque unde ea res initium habuerit. Cum Africani Sarraceni Syracuſas cepiſſent, imperante Baſilio Macedone, reliquas etiam urbes everterunt, tota inſula potiti, ſolamque Panormum pro arce & receptaculo reliquerunt: inde profecti oppoſitam continentem occupaverunt; ulteriuſque progreſſi, inſulas uſque ad Peloponneſum omnes vaſtabant, iiſque potituri etiam propediem credebantur. Quæ res cum graviter ſolicitum teneret Baſilium, & is quæreret hominem huic miniſterio idoneum, Nicephorus placuit, Patricius & Domeſticus Scholarum, qui cognomen Phocæ gerebat, quod quidam ipſius majorum rebus præclare geſtis fuerat meritus. Hic Nicephorus, Nicephori Imperatoris avus, homo generoſus, prudens ac pius in Deum & erga homines juſtus cum exercitu in Siciliam profectus brevi temporis ſpatio Italia Sarracenos expulit, coegitque eos, ut ſe in Sicilia continerent.* Paulo poſt: *Pacata exinde fuit Italia uſque ad imperium Conſtantini Porphyrogeniti, & matris ejus.* Porphyrogenitus in Vita Baſilii Macedonis, poſtquam narravit Hadrianum rei anno ſuperiori male geſtæ cauſa punitum fuiſſe, quid Stephanus anno currenti in Siciliam miſſus egerit, his verbis exponit n.LXXI. *mittitur Stephanus cognomento Maxentius Cappadox, copiarum in Longobardia Dux, cum Thracibus & Macedonibus, ſelectiſque Charſianitis & Cappadocibus. Is ad aſſignatam ſibi provinciam veniens conatuſque Amantiam urbem a Saracenis, quorum imperio premebatur, eruere, cum propter innatum quaſi torporem ac ſegnitiem, ut videtur, ſeu magis ignaviam & luxum, nihil quod operæ pretium foret, vel iis quas ducebat copiis dignum, facere potuiſſet, ceſſare jubetur, ejuſque loco Nicephorus Phocas, vir ſedulus ac vigil, manuque fortis ac conſilio ſolers, mittitur.* Tum Porphyrogenitus ejus victorias memorat, atque eum *Amantiam* urbem cepiſſe, arcemque *Tropas* & *S. Severinam* ad priſtinum Romani Imperii Dominium reduxiſſe. Quæ tria Oppida in Calabria hodierna poſita erant.

I. Legatorum reverſio.

OCtingenteſimus octogeſimus incipit annus Indictione decimatertia conſignatus, quo abſoluta (ut dictum eſt anno ſuperiori) pſeudoſynodo Photiana, Legati Apoſtolicæ Sedis in Urbem reverſi ſunt, litteras ad Joannem Pontificem ab Imperatore & a Photio deferentes, quibus de reſtitutione Photii cujus cauſa tantummodo miſſi erant, ipſe Pontifex certior redderetur; tacerentur vero reliqua quæ de Synodo Oecumenica abroganda fuiſſent in pſeudoſynodo Photii opera conſtituta. His acceptis Pontifex litteris reſpondens ad eas, congratulatus ipſis de pace reddita Eccleſiæ illi: ad finem vero caute admodum, ſic ſe probare dicit, quæ in Synodo Acta eſſent de reſtitutione Photii Legatis in mandatis data, ut ſi quid ipſi præter voluntatem Apoſtolicæ Sedis plus his operati eſſent, nullius eſſet penitus auctoritatis. Sed quas Joannes Papa reddiderit ad Imp. litteras, videamus. Sic ſe habent: (a)

(a) Joan. epiſt. 251.

II. Joannis Papæ ad Baſilium Imp. epiſtola.

*Poſt innumeras ſolicitudines, quibus nimium oneratur Imperiale faſtigium, laudabile clementiæ veſtræ cognoſcimus Chriſtianiſſimi Imperatoris eſſe propoſitum, per quod ſummotis omnibus diſcordiarum, & zizaniorum ſeminibus, quæ in agro Dominico humani generis inimicus aſperſerat, ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ piiſſimæ mentis affectu conſulere voluiſtis. In quo ſcilicet animi voto & deſiderio quantum rebus humanis favere providentia divina dignetur, ſolicitudo clementiæ veſtræ ſpiritu Dei incitata demonſtrat, quæ in Catholica Eccleſia miſericordem per auctoritatem & & judicium Sedis Apoſtolicæ quæ Chriſto Domino delegante, totius Eccleſiæ retinet principatum; nihil impacatum, nihil voluit eſſe diverſum, cum omnes ſchiſmatica pravitate diviſos, vel zelo quolibet ſeparatos, atque diſperſos clementi affectione vel ſtudio, ad veræ pacis ſoliditatem, concordiæque ſinceriſſimæ unanimitatem revocare, & in uno Chriſti ovili cum proprio paſtore, Photio videlicet, confratre & comminiſtro noſtro aggregare curavit. Pro quibus videlicet, noſtri paſtoralis magiſterii officium eſt, apud ſerenitatis veſtræ Auguſtalem clementiam aſſidua ſemper ſolicitudine omnimodis intercedere, ut veſtræ pietatis majeſtas, more Chriſtianiſſimorum Imperatorum benigna circa omnes exiſtat, & quaſi Deo contemplante populum Domini ſibi commiſſum felici regat & gubernet ſemper intuitu, nec amplius patiatur eos aliquibus ſæculi hujus procellis illidi, aut malignis perturbationibus concuti, quatenus poſt hoc vitæ præſentis Imperium, cœleſte adipiſci, & in æternum cum Domino retinere valeatis.*

III. Quæ Baſilius erga Sedem Apoſt.

*Nunc itaque pro tanta devotione, animique veſtri ſinceritate, quam non ſolum verbis, ſed etiam luciſluis operibus circa Eccleſiam Sancti Petri & noſtram paternitatem oſtendiſtis, immenſas poſt Deum ſerenitati veſtræ gratias agimus. Primo quidem, quod dromones, naves ſcilicet, veſtros qui pro defenſione terræ S. Petri in noſtro manerent, ſervitio, nobis miſiſtis. Secundo quod monaſterium ſancti Sergii juxta veſtram regiam urbem conſtitutum, quod ſancta Romana Eccleſia jure proprio quondam retinuit, divina inſpiratione repleti pro honore principis Apoſtolorum noſtro Præſulatui reddidiſtis. Tertio vero vobis grates multas referimus, quia Bulgarorum diœceſim pro amore noſtro gratanti animo, S. Petro, ut juſtum erat permiſeritis habere.* Fuit ſane iſta oſtentatio Græca atque deceptio fraudulenta potius, quam exhibita re ipſa munificentia Imperatoris: ſiquidem naves vix viſæ recedunt, & adverſus Sarracenos Orientis litora infeſtantes ſe conferunt, & ipſi quoque Bulgari ſub Photio ſunt retenti, ut redditæ aliæ Joannis ipſius litteræ poſtea datæ declarant. Pergit Joannes:

IV. *Unde obnixe petimus, ut veſtro potenti ſolatio ſanctam Romanam Eccleſiam in hoc periculoſo tempore in omnibus adjuvare, defendereque non dedignemini, quatenus ex hac veſtra Imperiali gloria Apoſtolicis ſuffragantibus meritis, per cunctas mundi partes magis ac magis accreſcat, & apud omnipotentem Deum dignam retributionem percipiat. Et iterum humiliter petimus, ut hujus bonæ voluntatis ac pietatis affectu, quem pro amore Dei circa Eccleſiam Chriſti habetis, immobiles permaneatis; quoniam nos Auguſtalem excellentiam veſtram ulnis extenſis more paterno amplectimur, & honore debito veneramur, atque aſſiduis orationibus noſtris juxta ſacroſancta beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli corpora fuſis, omnipotenti Domino commendare ſtudemus, ut pro tantis beneficiis, quæ ſancto Petro impenditis, ipſe vobis, & in hoc præſenti ſæculo veſtrum ſanctum Imperium cum omni proſperitate magis ac magis conſervet incolume, clariſque ſemper dignetur ubique decorare triumphis; & in cæleſti poſtmodum regione ſempiternam gloriam & beatitudinem cum Sanctis & electis ſuis habere concedat. Nam & ea, quæ pro cauſa reſtitutionis reverendiſſimi Photii Patriarchæ ſynodali decreto Conſtantinopoli miſericorditer acta ſunt, recepimus. Et ſi fortaſſe Legati noſtri in eadem Synodo contra Apoſtolicam præceptionem egerint, nos non recipimus, nec judicamus alicujus exiſtere firmitatis. Data Id. Auguſti, Indictione decima tertia.* Ad Photium vero ſic (a):

(a) Joann. ep. 250.

V. Joannis ad Photium litteræ.

*Hoc noſtri ſemper certaminis & laboris fuit, hoc noſtri voti extitit, ut pro Orthodoxæ Fidei integritate, ſeu pro ſtatu & pace omnium Dei Eccleſiarum, quarum cura conſtringimur, adeo operam demus, quatenus diſperſa congregentur, congregata conſerventur: & ut quidquid inhoneſtum, vel aliter quam ſe rectitudo habet, per providentiam Dei, ſanctorum Apoſtolorum meritis ſuffragantibus corrigatur, omni animo juxta officium nobis commiſſum ſpeculando ſatagimus. Hujus rei gratia more Apoſtolico ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ miſereri volentes, decrevimus, ut unius incrementum, nullius fieret detrimentum, quin potius omnium manifeſtum exiſteret adjutorium. Convocata noſtra Eccleſia, quantum ad præſens tempus coegit neceſſitas, auctoritate & poteſtate Apoſtolica dictæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ conſuluimus, & Legatis noſtris directis, ut inoffenſo pede incederent, inſtituimus.*

VI. *De cujus ſcilicet unitate pacis ſive concordia gratulamur, & cunctipotenti Domino gratias immenſas referentes (licet ei, qui tanta bona ſervis ſuis largitur, condignas grates agere non poſſimus) hunc benedicimus, & aſſiduis vocibus glorificare ſtudemus. Gloria namque ſit illi & omnis laus & virtus, cujus Majeſtate & ſemper laudabili gratia * certam ad rectitudinem reducuntur, prava diriguntur, contumacia reſcinduntur, humilitas exaltatur, zizania quandoque evelluntur, ſcandala amputantur, & omnis bonitas augmentatur. Unde non in nobis, ſed in eodem Domino gloriemur, jucundemur & exultemus in miſericordia ejus, qui dicit (b): Confidite quia ego vici mundum, & in alio loco (c): Sine me, inquit, nihil poteſtis facere.* His præmiſſis Joannes redarguit Photium, quod multa ſint facta ſecus atque ipſe facienda eſſe præcepiſſet; plane inſinuans, Legatos ſuos, ejus impulſu, eſſe tranſgreſſos mandata: Ait enim:

* al. curvata.

(b) Joann. 16.

(c) Joan. 15.

De quibus redargutus Photius a Joanne.

VII. *Sed cum nos ſcriptis & verbis miſericorditer tecum ſpecialiter agendum eſſe decreverimus, mirandum valde eſt, cur multa, quæ nos ſtatueramus, aut aliter habita, aut mutata eſſe noſcantur. Et neſcimus cujus ſtudio vel neglectu variata monſtrentur.* Redarguit eum propterea, quod cum ſcripſiſſet Joannes, ab Apoſtolica Sede miſericorditer cum ipſo agendum fore, ob idque ipſe coram Synodo miſericordiam ejus implorare debuiſſet; non ſolum id facere neglexiſſet, ſed ſuperbo faſtu vane jactaſſet, ſe nihil perperam egiſſe, cujus rei gratia, miſericordia indignus factus eſſet. Pergit enim:

VIII. *Cæterum ſcribens ſubintuliſti, quod * innuens, non niſi ab iniqua gerentibus miſericordia ſit quærenda, quod & nos de his qui Deum ſe ſcire noſcantur, licet diſpenſatorie, fatemur; tamen nos quod lectum eſt, exaggerare nolumus, ne quod dignum eſt, judicare cogamur. Ideoque talis excuſatio ſileat, ne hoc dicentes illa ſententia tangat, qua (d) dicitur: Vos eſtis, qui juſtificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda veſtra, quia quod hominibus altum eſt, abominabile eſt apud Deum. Igitur laudabilis tua prudentia, quæ dicitur humilitatem ſcire, non moleſte ferat, quod ab Eccleſia Dei miſerationem juſſa eſt poſtulare: quin potius ei ut exaltetur, humiliet ſe, & fraternum diſcat erga ſui miſerentem ſervare affectum. Quia nos, ſi tu debitam*

*al. defendens vel excuſans.

(d) Luc. 16.

Non omnia probat per Legatos effecta.

---

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXVIII. An. Hegiræ CCLXVIII. inchoato die 11. Auguſti fer. 5. A.C. 880.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6373.

☉ 21. CB. ☽ 7. P. 3. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 880.

JOANNIS VIII. PAPÆ 9.

CAROLI CRASSI IMP. I.

BASILII IMP. 14.

I. *Joannes PP. Acta in favorem Photii reſcindit.*

ANum. I. ad XIV. Poſt Photianam Synodum menſe Martio currentis anni abſolutam, Paulus, Eugenius, & Petrus Sedis Apoſtolicæ Legati prævaricatores, Romam rediere nihilque aliud retulere Joanni Pontifici Romano, quam redditam reſtitutione *Photii* Eccleſiæ Cpolitanæ pacem; *Bulgariam* quoque Eccleſiæ Romanæ reſtitutam; & Imperatorem claſſem, mittere, quæ Italiam a Saracenorum incurſionibus tueretur, quod Baſilii Aug. literæ confirmabant, ut liquet ex Epiſtola CCLI. Joannis VIII. ad ipſum Baſilium & filios Imperatores data. In eadem ſignificat, ſe approbare quæ pro Photio in Synodo Conſtantin. acta ſunt, additque: *Et ſi fortaſſe noſtri Legati in eadem Synodo contra Apoſtolicam præceptionem egerint, nos nec recipimus, nec judicamus alicujus exiſtere firmitatis. Data idibus Auguſti, indict. XIII.* Sed cum Joannes VIII. quæ geſta eſſent Cpoli a tribus illis Legatis accepiſſet, *Marino* Legato ſuo in eamdem Urbem, miſſo poteſtatem dedit infirmandi quæcumque Legati prævaricatores egiſſent, Photiumque perpetuo anathemate percellendi, quod *Marinus* incredibili magnanimitate præſtitit, ſed non ante ſequentem annum, ut ex laudatis Joannis literis colligere eſt. Hæc fuſe a Baronio narrata.

*tam devotionem & fidelitatis incrementa erga ſanctam Romanam Eccleſiam, & noſtram parvitatem obſervare ſtudueris, & ut fratrem amplectemur, & ut chariſſimum proximum retinebimus. Nam & ea, quæ pro cauſa tuæ reſtitutionis ſynodali decreto Conſtantinopoli miſericorditer acta ſunt, recipimus. Et ſi fortaſſe noſtri Legati in eadem Synodo contra Apoſtolicam præceptionem egerant: nos nec recipimus, nec judicamus alicujus exiſtere firmitatis.* Hæc ad Photium Joannes.

IX. (a) Joann. 14.

Qui tenax nimis pacis illius Deo inviſæ, quam (a) non quomodo Deus, ſed quomodo mundus dat, obtulit & accepit; lenitate olei, non ferro chirurgi (ut opus erat) in Photii ulceroſis apoſtematibus uſus eſt exemplo prædeceſſorum ſanctiſſimorum Pontificum Nicolai & Hadriani: tempus (b) belli & tempus pacis, & paci præſtat bellum, verbis Domini ſanctificatum dicentis: (c) *Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium, veni ſeparare filium a patre, &c.* Sed Deo agendæ ſunt gratiæ, quia etſi in maximum diſcrimen per Legatos Apoſtolicæ Sedis Romana Eccleſia eſt adducta, ut a Photio plurima indigna pati coacta fuerit: tamen pro defenſione ejuſdem Eccleſiæ, ut perſeveret illibata abſque macula & ſine ruga, dederit eidem Joanni Vicario ſuo, ut ſi non gladio, ſaltem clypeo uſus ſit, nimirum ut cum apud Imperatorem, tum apud Photium Patriarcham aperte conteſtaretur, ſe nihil recipere ex iis, quæ in Synodo facta eſſent, niſi quod ipſis Legatis in mandatis datum eſſet, Photium videlicet miſericorditer reſtituere. Clypeus inquam oppoſitus Græcorum audaciæ fuit, quo Eccleſia Romana ſervaretur illæſa, nullaque fœdaretur participatione eorum, quæ in Photiana pſeudoſynodo procaciter nimis & impie contra Oecumenicam Octavam Synodum facta eſſent, dum expreſſe profeſſus ſit, iis ſe minime conſenſiſſe, vel fore aliquando conſenſurum. Hæc ſunt, quæ ex litteris ejus conſtant, nec aliquo pacto in dubium revocari poſſunt, omnino certa atque ſecura.

(b) Eccl. 3.

(c) Matt. 10.

Quæ pax non expetenda, & & quod bellum exoptandum.

X. Marinus Legatus a Joanne ad Photium.

Porro has litteras Joannem dediſſe Marino Epiſcopo, qui ſibi in Sede ſucceſſit, & ad hoc miſſus eſt, ut vir animo conſtantiſſimus, cuncta, quæ perperam per tres Legatos geſta eſſent, irrita redderet: ex litteris Stephani Papæ ad Baſilium Imperatorem datis, inferius ſuo loco recitandis ſatis apparet, ubi inter multas Marini laudes, hæc verba leguntur: *Neque enim hoc dicimus ad tui contumeliam: Te enim in univerſo orbe Deo dilectum prædicamus, ſed tantum ad noſtram defenſionem & Marini majorem gloriam qui eadem ſenſit, & ſapuit cum prædeceſſore & doctore noſtro ſanctiſſimo Papa Nicalao. Et qui dum voluit adimplere quæ illi de ea viſa fuerant, gemina ſcilicet legatione, Conſtantinopoli in maximum devenit apud vos contemptum & ludibrium divinus ille Marinus. Et cum noluerit ſimul duci cum iis, qui aliena ſentiebant, & quæ ipſe coram tua majeſtate ſynodice geſſerat, diſſolvere & annullare, ac irrita reddere: propterea triginta diebus, carcere fuit detentus, id ſibi gloriæ potius tribuens, quam contumeliæ pro veritate pati.* Hæc Stephanus Papa Marini ſucceſſor ad Baſilium Imperatorem. Quæ hoc vel ſequenti anno contigiſſe neceſſe fuit: nam poſt ſequentem Joanne mortuo, ipſi ſubrogatus eſt Pontifex. Hoc igitur anno vel ſequenti miſſus Conſtantinopolim, quæ deſtruxerunt tres illi Legati, iſte vere dignus Epiſcopus, vere Apoſtolicus, & a Deo miſſus plenus Spiritu ſancto Legatus, multa paſſus egregie reparavit, cujus rei cauſa eum Baſilius Imp. immenſo proſequutus eſt odio.

XI. Joannes Papa excommunicat Photium.

Quod ad Joannem pertinet, certe quidem poſt hæc ab ipſo damnatum fuiſſe Photium, Formoſi Papæ litteræ ad Stylianum edocent, ad quarum finem cum ponitur ſeries ſynodicarum ſententiarum & decretorum Romanorum Pontificum, quæ pronuntiata ſunt adverſus Photium; ubi recitatæ ſunt quæ a Nicolao Papa, quæ etiam ab Hadriano adverſus eum ſunt promulgatæ ſententiæ: ubi ad ſucceſſorem Hadriani Joannem hunc ventum eſt, primo ponitur ſententia ab ipſo contra Photium, cum adhuc eſſet Hadriani Archidiaconus, publice recitata, & deinde quæ poſtea cum eſſet Pontifex dicta eſt. Hæc enim ibi ſcripta reperiuntur: *Hanc ſententiam promulgavit Papa Hadrianus, & Archidiaconus ejus Joannes, qui illi ſucceſſor fuit. Atque alta voce coram ipſo ita proclamavit: In Photio completum videmus, domine ſanctiſſime & Oecumenice Papa, illud Pſalmi: Dixit (d) peccator ut delinquat in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos ejus: Poſuit (e) in cælum os ſuum, & graveolens ejus guttur aperuit Photius adverſus Clavigerum Apoſtolicæ ſedis. Accendatur itaque ut ignis zelus tuus, & accingere ut vir ſuper femur tuum, & contumeliam Apoſtolicæ Sedis, ut juſtus judex, vindica, & falce ſententiæ tuæ abſcinde memoriam ejus, & illos, qui eum ſequuntur, vel tuentur, anathematis vinculo conſtringe, & niſi propria voce vel ſcriptione ipſum damnaverint, ut neque laicali communione recipiantur. Qui hæc dixit Joannes, Hadriano in Sede ſucceſſit, & anathemate Photium damnavit, quando ille ſeduxit*

(d) Pſ. 35.

(e) Pſ. 71.

Eu-



*Eugenium & ejus ſocios, qui pro rebus Bulgariæ venerant: Cum enim accepiſſet Evangelium, & ambonem conſcendiſſet, omnibus audientibus ita dixit: Quicumque non habet damnatum Photium divina ſententia, ſicut ipſum reliquit Nicolaus & Hadrianus ſanctiſſimi Papæ prædeceſſores mei: ſit anathema.* Hæc ibi, deſcripta autem ex ſuperius citato codice Columnenſi numero quadrageſimoprimo, ubi cuncta, quæ ad cauſam Photii ſpectant, collecta habentur, & poſt legitur ibidem Joannis Papæ Noni epiſtola ad Stylianum, qua profitetur, eadem ſentire ſe, & eodem loco habere Photium & omnes Patriarchas Conſtantinopolis ab Ignatio uſque ad Antonium, quo habuerunt omnes ſui prædeceſſores Romani Pontifices, inter quos numerat & Joannem his verbis:

*Volumus igitur, ut etiam nunc ſecundum eamdem regulam, decreta ſanctiſſimorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum inconcuſſa maneant. Quapropter & Ignatium, & Photium, & Stephanum, & Antonium, ſicut ſanctiſſimus Papa Nicolaus, Hadrianus, & Joannes, & Sextus Stephanus & univerſa Romanorum Eccleſia hucuſque tenuit, etiam nos eodem ordine recipimus & tenemus, &c.* Superius etiam in eodem codice, poſt recitatum decretum continens probationem Octavæ Synodi ſub Hadriano habitæ, quod in dextero aditu magnæ Eccleſiæ Conſtantinopoli contineri dicitur, hæc ibi ſcripta leguntur: *Damnatur Photius anathemate a novem Romanis Pontificibus, a Leone, Benedicto, antequam Photius eſſet aſſumptus in Patriarcham, ob communionem ſcilicet cum Gregorio Syracuſano, poſtea vero a Nicolao, Hadriano, Joanne, Marino, Hadriano altero, Stephano, & Formoſo.* Et de Joanne Papa octavo hæc ſubiiciuntur:

XIII. Legati Apoſtolicæ Sedis a Joanne damnati.

*Joannes vero occaſione Bulgariæ provinciæ miſit Eugenium & ejus ſocios adhuc ſuperſtite Ignatio Patriarcha, quos cum detinuiſſet Photius, & variis modis coegiſſet, adduxit eos ut ſecum communicarent, & alios etiam errare fecerunt, qui Romam reverſi a Joanne in ambone illos anathemate damnante, fuerunt depoſiti.* Hæc ibi. Quæ cum ita revera ſe habuerint, accedet ad hæc probanda illud evidens argumentum, quod nuſquam amplius in litteris ejuſdem Joannis Papæ ab anno præſenti, uſque ad finem ſui Pontificatus conſcriptis mentio de Photio habetur, ut interrupta penitus mutua communicatio viſa ſit. Cum enim Joannes minus aſſequi ſe poſſe cognovit promiſſam reſtitutionem Bulgaricæ diœceſeos, cujus cauſa inductus Græca aſtutia fuerat, ut Photium reſtitueret, & illuſum ſe fuiſſe planius intellexit, atque etiam quæ contra Oecumenicam Synodum Octavam facta eſſent certius adinvenit, & falſatas ab eo ſuas litteras cognovit, & alia innumera ab impoſtore illo perpetrata eſſe reſcivit: tunc (quod dictum eſt) Marinum ad ea infirmanda Legatum miſit, & Legatos a ſe antea miſſos prævaricatores inventos damnavit, atque Photium omnium malorum auctorem perpetuo anathemate perculit. At de Photio hactenus.

Hoc anno ingenti victoria eſt potitus Baſilius adverſus Sarracenos Orientis oras infeſtantes, expugnata eorum claſſe, de qua eſt celebris mentio apud Curopalatem & alios Græcos hiſtoricos, verum tamen cæca illa antiqua rerum geſtarum memoria & obſcura, quæ nulla face certi temporis illuſtratur: porro hoc anno illam contigiſſe ex Joannis Papæ epiſtola ad (a) Carolum Imperatorem compertum habetur, ubi poſt alia hæc habentur: *Poſtremo, fili chariſſime, quod ſciſcitamini de Græcis atque Iſmaelitis, & cæteris quibuſque exteris nationibus vel concivibus, qualiter res agantur; breviſſime reſpondemus. Sed ut hæc omnia ex intimo corde atque dolenter advertatis, omni mentis conamine exhortamur. Tamen Deo ſint grates, quia Græcorum navigia in mari Iſmaelitarum victorioſiſſime ſtraverunt phalanges, & eos (prout Dominus voluit) debellarunt. Sed nos tamen tam ipſi dicti Iſmaelitæ, quam alii concives noſtri impugnant, ac perſequuntur, ut extra muros Urbis nullatenus, vel qui labore manuum ſuarum vivere valeant, vel qui (ut ita dixerim) Chriſtianitatem ſuam, ſicut decet, obſervent, egredi libere poſſint. Ac per hoc, immo pro his omnibus, ſi citiſſime & omnibus occaſionibus*

XIV.

(a) Joan. ep. 251.

Saracenorum claſſis expugnata a Baſilio Imp.

Urbis Romæ ſtatus infelix.

bus

PAGIUS II. *Saraceni pugna navali a Ducibus Baſilii Imp. victi.*

Ad num. XIV. Joannes Papa Epiſtolam, ordine CCXLIX. *ad Carolum Regem* ſcripſit, nunciavitque Saracenos a Græcis victos, ſeque a Saracenis valde premi, ideoque poſtulat, ut ſibi quam citiſſime auxilio veniat: *Poſtremo*, inquit, *fili cariſſime, quod ſciſcitamini de Græcis, atque Iſmaelitis, & ceteris quibuſque exteris nationibus, vel concivibus, qualiter res agatur, breviſſime reſpondemus*, &c. *Græcorum navigia in mari Iſmaelitarum victorioſiſſime ſtraverunt phalanges, & eos prout dominus voluit, debellati ſunt. Sed nos tamen tam ipſi jam dicti Iſmaelitæ, quam alii concives noſtri impugnant ac perſequuntur. Data III. Kalend. Novemb. indict. XIV.* Varias de Saracenis victorias Baſilius Imp. reportavit. Cretenſis præfectus, qui Aegæi maris oram, & inſulas populabatur, a Patricio *Niceta Oerypha* victus eſt; is enim multas hoſtilium navium una cum vectoribus igni græco in cineres redegit, multas ferro confecit, tandemque omnem claſſem Cretenſem aut cremavit aut cum

ipſis

*bus, omnibuſque excuſationibus poſtpoſitis & contemptis ad omne nobis & huic regioni valde afflictæ ſolatium conferendum non veneritis: proculdubio ſcire poteſtis, quia ad peccatum veſtrum, & ad damnum omnium hæc terra peribit. Unde pro Deo feſtinanter iter ad nos veniendi aſſumite: Et ut bella Domini, vice illius præliemini, ad beatorum Apoſtolorum Limina, Deo præduce, pro Chriſtianorum omnium auxilio properate.* Hæc Joannes Papa, tertio Kal. Novembris ad Carolum Imperatorem ſcripſit.

XV. S. Methodius Apoſtolus Moravorum Rom. venit.

Venit hoc anno S. Methodius Apoſtolus Moraviæ Romam, vocatus anno ſuperiori, ut audiſti, a Joanne Pontifice, rationem reddere Fidei, quam prædicabat, ſicut olim Paulus (*a*) ex Arabia venit Hieroſolymam Evangelium conferre cum Petro. Vana enim eſt cujuſque, quantumlibet ſanctiſſimus appareat, prædicatio, niſi Petri ſit conſentiens Evangelio; unde etiam de hæreticis, qui ſeſe in Eccleſia judices dogmatum conſtituunt, dictum poſſit intelligi Davidicum illud: (*a*) *Abſorpti ſunt juncti petræ judices eorum*. Methodius igitur ubi Romam venit, quam profiteretur & prædicaret Fidem coram Pontifice palam exponens, ab eodemque verus probatus Apoſtolus, ad opus miniſterii reverti jubetur, cui revertenti Joannes litteras ad ejus provinciæ Principem dedit, quæ cum contineant novæ coaleſcentis Eccleſiæ illius cunabula, hic deſcribendæ erunt; ſic enim ſe habent: (*c*)

(*a*) *Gal.* 1.
(*b*) *Pſalm.* 140.
(*c*) *Joan. ep.* 247.

*Dilecto filio Sfentopulchro glorioſo Comiti.*

XVI. Joann. Pap. ad Princ. Morav.

*Induſtriæ tuæ notum eſſe volumus, quoniam confratre noſtro Methodio reverendiſſimo Archiepiſcopo ſanctæ Eccleſiæ * Maravenſis una cum Seniſiſmo fideli tuo ad Limina ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, noſtramque Pontificalem præſentiam veniente, atque ſermone luciſluo referente, didicimus tuæ devotionis ſinceritatem, & totius populi tui deſiderium, quod circa Sedem Apoſtolicam & noſtram paternitatem habetis. Nam divina inſpirante gratia, contemptis aliis ſæculi hujus Principibus, beatum Petrum Apoſtolici ordinis Principem, Vicariumque illius habere patronum, & in omnibus adiutorem ac defenſorem pariter cum nobilibus viris fidelibus tuis, & cum omni populo terræ tuæ, amore fideliſſimo elegiſti, & uſque ad finem ſub ipſius & Vicarii ejus defenſione colla ſubmittens, pio affectu cupis, auxiliante Domino, ut pote filius devotiſſimus permanere. Pro qua ſcilicet tanta fide ac devotione tua & populi tui, Apoſtolatus noſtri ulnis extenſis, te quaſi unicum filium amore ingenti amplectimur, & cum omnibus fidelibus tuis paternitatis noſtræ gremio, velut oves Domini nobis commiſſus, recipimus, vitæque pabulo clementer nutrire optamus, atque noſtris aſſiduis precibus omnipotenti Domino commendare ſtudemus, quatenus ſanctorum Apoſtolorum ſuffragantibus meritis, & in hoc ſæculo adverſa omnia ſuperare, & in cœleſti poſtmodum*

* Moravenſis.

PAGIUS

ipſis viris demerſit, ut Zonaras, aliique Hiſtorici Byzantini narrant, ſed cum tempora, quibus res quæque geſta, non exprimant, incertum an de hac victoria Joannes Papa ad Carolum Regem ſcribat, an de aliqua alia pugna navali; cum Porphyrogenneta in Baſilii Vita de quibuſdam aliis mentionem faciat.

III. Moritur Carlomannus Italiæ Rex.

Is porro *Carolus* alius non eſt, quam filius Ludovici quondam Germaniæ Regis, qui anno ſuperiori Italiæ Rex dictus fuit, & præſenti *Carolomanno* fratre demortuo ſolus Regno Italiæ præfuit. Annaliſta enim Fuldenſis ad annum DCCCLXXX. ait: *Karlmannus frater Hludowici & Karoli XI. Kal. April. obiit.* Idem habent Regino & Annaliſta Metenſis. qui tamen ſcribunt eum diem clauſiſſe extremum *VII. Non. Aprilis*, qui error librariis adſcribendus. *Huic ex legitimo matrimonio non eſt nata ſoboles propter infœcunditatem conjugis; ſed ex quadam nobili femina filium elegantiſſimæ ſpeciei ſuſcepit, quem Arnulphum nominari juſſit*, inquiunt Regino & Annaliſta Metenſis, ex quibus alter alterum tranſcripſit. Addunt, *Ludovicum* Carolomanni fratris morte audita conceſſiſſe Arnulpho Carantanum, *quod ei pater jam pridem conceſſerat*, Regionem nempe quam hodie *Karinthiam* appellamus. Hic *Arnulphus* poſtea Imperator fuit.

IV.

Ad num. XV. & ſeqq. In Regiſtro Epiſtolarum Joannis Papæ VIII. legitur Epiſtola ordine CXCV. *ad Methodium Archiepiſcopum Pannonienſem* ſcripta, dataque *XVIII. Kalend. Julias, Indictione XII.* ideoque anno ſuperiori, quo Baronius num. LXXVI. ejus mentionem facit. Tum in eodem Regiſtro Ep. CCXLVII. inſcripta eſt *ad Sfentopulcrum Comitem*, diciturque data *menſe Junio, Indict. XIII.* hancque integram Baronius recitat. Prioribus literis Joannes Papa S. Methodium Romam vocat, ut fidei ſuæ rationem reddat, & Epiſt. CXCIV. miratur, eumdem aliter quam fuerat profeſſus, docere. Verum in laudata Epiſtola CCXLVII. ad Moraviæ Principem ſcripta, teſtatur Joannes ſe Methodium innocentem reperiſſe: *Nos illum in omnibus Eccleſiaſticis doctrinis & utilitatibus orthodoxum & proficuum eſſe reperientes; vobis iterum ad regendam commiſſam ſibi Eccleſiam Dei remiſimus, &c. Nam Populus domini illi commiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus erit rationem: ipſum quoque Presbyterum nomine Vvichinum, quem nobis direxiſti, electum Epiſcopum conſecravimus Sancta Eccleſia Nitrenſis, quem ſuo Archiepiſcopo* (nempe Methodio) *in omnibus obedientem, ſicut ſancti Canones docent, eſſe jubemus.* Poſtea ſubdit, velle ſe apto tempore mitti aliquem Presbyterum vel Diaconum, quem ordinat Epiſcopum, ut præfatus Archiepiſcopus cum his duobus Epiſcopis alios valeat ordinare. Paulo poſt: *Literas denique Sclavonicas a Conſtantino quodam Philoſopho repertas, quibus Deo laudes debita reſonent, jure laudamus; & in eadem*

*S. Methodius apud Pontificem Rom. calumniatur.*



*dum regione cum Chriſto Deo noſtro valeas triumphare.*

XVII.

*Igitur hunc Methodium venerabilem Archiepiſcopum veſtrum interrogavimus coram poſitis fratribus noſtris Epiſcopis, ſi Orthodoxæ Fidei Symbolum ita crederet, & inter ſacra Miſſarum ſolemnia caneret, ſicuti ſanctam Romanam Eccleſiam tenere, & in ſanctis ſex univerſalibus Synodis a ſanctis Patribus ſecundum Evangelicam Chriſti Dei noſtri auctoritatem promulgatum atque traditum conſtat: ille autem profeſſus eſt, ſe juxta Evangelicam & Apoſtolicam doctrinam, ſicut ſancta Romana Eccleſia docet, & a Patribus traditum eſt, tenere & pſallere. Nos autem illum in omnibus Eccleſiaſticis doctrinis & utilitatibus Orthodoxum & proficuum eſſe reperientes: vobis iterum ad regendam commiſſam ſibi Eccleſiam Dei remittimus, quem veluti paſtorem proprium, ut digno honore & reverentia, lætaque mente recipiatis, jubemus: quia noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis præcepto Archiepiſcopatus & privilegium confirmavimus & in perpetuum, Deo juvante, firmum manere ſtatuimus, ſicut anteceſſorum noſtrorum auctoritate omnium Eccleſiarum Dei jura & privilegia ſtatuta & confirmata conſiſtunt; ita ſane, ut juxta canonicam traditionem omnium negotiorum Eccleſiaſticorum curam habeat, ipſe & ea velut Deo contemplante diſpenſet. Nam populus Dei illi commiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus erit rationem.*

XVIII. Novus Epiſc. in provincia Moraviæ ordinatus.

*Ipſum quoque presbyterum nomine Vuichinum, quem nobis direxiſti electum, Epiſcopum conſecravimus ſanctæ Eccleſiæ Nitrenſis, quem ſuo Archiepiſcopo in omnibus obedientem, ſicuti ſancti Canones docent eſſe jubemus & volumus: ut pariter cum ipſius Archiepiſcopi conſenſu & providentia alterum nobis apto tempore utilem presbyterum vel diaconum dirigas, quem ſimiliter in alia Eccleſia, in qua Epiſcopalem ſedem noveris eſſe neceſſariam, ordinemus Epiſcopum, ut cum his duobus a nobis ordinatis Epiſcopis præfatus Archiepiſcopus veſter, juxta decretum Apoſtolicum per alia loca, in quibus Epiſcopi honorifice debent & poſſunt exiſtere, poſtmodum valeat ordinare. Presbyteros vero diaconos, ſeu cujuſcumque ordinis clericos, ſive Sclavos, ſive cujuſlibet gentis qui intra provinciæ tuæ fines conſiſtunt præcipimus eſſe ſubiectos & obedientes in omnibus jam dicto confratri noſtro Archiepiſcopo veſtro, ut nihil omnino præter ejus conſcientiam agant. Quod ſi contumaces & inobedientes exiſtentes ſcandalum aliquod, aut ſchiſma facere præſumpſerint, & poſt primam & ſecundam admonitionem ſe minime correxerint: quaſi zizaniorum ſeminatores ab Eccleſia & finibus veſtris auctoritate noſtra præcipimus eſſe procul abiiciendos, ſecundum auctoritatem Capitulorum, quæ illi dedimus, & vobis direximus.*

XIX.

*Litteras denique Sclavonicas a Conſtantino quodam philoſopho repertas, quibus Deo laudes debitas reſonent, jure*



PAGIUS

*dem lingua Chriſti domini noſtri præconia & opera ut enarrentur, jubemus.*

V. *VVichinus fit Epiſc. Nitrienſis ſub Methodio Metropolita.*

Moraviæ Principatus & Juriſdictio Metropolica in eo inſtituta complectebatur Pannoniam uſque ad Dravum fluvium, populoſque inibi habitantes *Methodius* ad Chriſti fidem perduxerat. Hinc in Epiſtola Joannis Papæ CXCV. Methodius dicitur *Archiepiſcopus Pannonienſis Eccleſiæ* & in Epiſtola citata CCXLVII. *Reverendiſſimus Archiepiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Morabenſis*. In Eadem Epiſtola Joannes Papa Archiepiſcopatus *Vvelebradienſis* in Moravia a S. Cyrillo inſtituti jura confirmat. Porro *Velebradium* jamdiu everſum, e cujus florentiſſimæ urbis ruderibus *Hradiſta* ſeu *Hradiſtium*, vulgo *Hradiſch*, ſitum ad Fl. Moravum, ſex leucis ab Olomucio in Auſtrum diſtans, dicitur ſurrexiſſe. Porro Pannonias, in quibus Moravia continebatur, obtinebat *Zventibaldus* Rex cum Moravia, ut Annales Francorum pluribus in locis docent. Zuentibaldus vocatur etiam Sphendoplochus, aut *Sfentopulcrus* a Joanne Papa. Unum eumdemque Moraviæ Regem modo *Zventibaldum*, modo *Sfentopulcrum* appellatum fuiſſe liquet ex literis ad Joannem IX. Papam datis a Theotmaro Juvavenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo ejuſque Suffraganeis, quæ referuntur Tom. IX. Concil. pag. 244. inter Epiſtolas Joannis VIII. Papæ, qui conqueruntur quod Joannes IX. quatuor Epiſcopatus in uno Patavienſi Epiſcopatu inſtituiſſet, ajuntque: *Anteceſſor noſter Zventibaldo Duce impetrante, Vvichingum conſecravit Epiſcopum, & nequaquam in illum antiquum Patavienſem Epiſcopatum tranſmiſit, ſed in quamdam neophytam gentem, quam ipſe Dux bello domuit, & ex paganis Chriſtianos eos eſſet patravit.* Joannes autem VIII. in Epiſtola CCXLVII. ad Sfentopulcrum, quem Comitem vocat, ſcripta, ait ſe *Vvichinum* Presbyterum ſibi ab eo directum Eccleſiæ Nitrenſis Epiſcopum conſecraſſe. Duo hæc itaque nomina unum eumdemque Moraviæ Principem, ſicut *Raſtilai* & *Raſticii* nomina ejus Deceſſorem deſignant. Epiſcopatus Nitrenſis, cui Joannes Papa *Vvichinum* præfecit, nunc Sedes ſubiecta eſt Archiepiſcopo Strigonienſi Hungariæ Metropolitæ.

VI. *Conſtantinus Philoſophus ante hunc annum demortuus.*

Quoad *Conſtantinum Philoſophum*, cujus meminit Joannes Papa in laudatis literis, is jam ab aliquot annis ad Deum migrarat, uti ſupra diximus, quando eum paulo ante mortem *Cyrillum* appellatum fuiſſe oſtendimus. Illum vero hoc anno in vivis non fuiſſe, Henſchenius ad diem IX. Martii, ubi duas Cyrilli & Methodii Sclavorum Apoſtolorum Vitas repræſentat in Comment. prævio §. 4. colligit ex Epiſtola Joannis Papæ CCXLVII. cujus verba retulimus. Quid enim præter *Vvichinum* neceſſe fuiſſet tertium ordinari Epiſcopum, cum quo *Methodius* alios conſecrare poſſet, ſi in vivis fuiſſet Conſtantinus ſeu Cyrillus, qui Senior Archiepiſcopus erat? Hæc verba, quæ in

Ut Moravi lingua Sclavonica in Eccl. utantur.

*re laudamus: ut in eadem lingua Chriſti Dei noſtri præconia & opera enarrentur, jubemus: neque enim tribus tantum, ſed omnibus linguis, Dominum laudare, auctoritate ſacra monemur, quæ præcepit dicens: (a) Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi: & Apoſtoli (b) repleti ſpiritu ſancto locuti ſunt omnibus linguis magnalia Dei. Hinc & Paulus cæleſtis quoque tuba inſonat, monens: (c) Omnis lingua confiteatur, quia Dominus noſter JESUS Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. De quibus etiam in prima ad Corinthios Epiſtola ſatis & manifeſte nos admonet quatenus linguis (d) loquentes Eccleſiam Dei ædificemus. Nec ſanæ fidei vel doctrinæ aliquid obſtat, ſive Miſſas in eadem Sclavonica lingua canere, ſive ſacrum Evangelium, vel Lectiones divinas novi & veteris Teſtamenti bene tranſlatas & interpretatas legere, aut alia horarum officia omnia pſallere: quoniam qui fecit tres linguas principales. Hebræam ſcilicet, Græcam & Latinam, ipſe creavit, & alias omnes ad laudem & gloriam ſuam.*

(a) *Pſalm.* 116.
(b) *Act.* 2.
(c) *Phil.* 2.
(d) 1. *Cor.* 14.

XX. *Jubemus tamen, ut in omnibus Eccleſiis terræ veſtræ propter majorem honorificentiam Evangelium Latine legatur, & poſtmodum Sclavonica lingua tranſlatum in auribus populi Latina verba non intelligentis annuntietur, ſicut in quibuſdam Eccleſiis fieri videtur. Et ſi tibi & judicibus tuis placet, Miſſas Latina lingua magis audire præcipimus, ut Latine Miſſarum tibi ſolemnia celebrentur. Data menſe Junii, Indictione decima tertia.* Hæc Joannes Papa, ita natam recens Eccleſiam lacte nutriens parvulorum, ſperans opera ejus, qui linguas infantium facit diſertas (ſicut qui cum parvulus eſt, loquitur ut parvulus, cum creverit in virum perfectum, ſit evacuaturus quæ parvuli erant) fore ut Moravenſis Eccleſia, Matris ex qua genita eſt, lingua perfecte loquutura eſſet. Extat vero ejuſdem Pontificis (e) epi-

Ut miſſa Latine dicatur.

(e) *Joan. ep.* 268.

PAGIUS

in eadem Epiſtola habentur, *Literas Sclavonicas a Conſtantino quodam Philoſopho repertas jure laudamus*, difficultatem habent. Qui enim ignorare potuit Joannes Papa Conſtantinum non ſolum Cyrillum appellatum; ſed & Methodii fratrem extitiſſe? præterea ſi Hadrianus II. qui Sanctum *Methodium* Moravorum Archiepiſcopum ordinavit, ut ait Joannes VIII. Epiſt. CXCIV. facultatem ei fecit lingua Sclavonica in ſacris utendi, cur idem Joannes VIII. Epiſtola ſua CXCV. eum arguit, quod id faciat? Certum tamen eſſe debet, Conſtantinum Philoſophum diverſum non eſſe a Cyrillo Methodii fratre; illum ab Hadriano II. cum eodem Methodio ad prædicandum Evangelium in Moraviam miſſum; & loco laudato pro *Conſtantino quodam Philoſopho*, legendum eſſe, *Conſtantino quondam Philoſopho*, quia Amaunenſes lineolas breviationis cauſa ponendas non raro omiſerunt.

VII. *Francorum Reges in Boſonem exercitum movent.*

Annaliſta Bertinianus refert Ludovici Balbi Francorum Regis filios Regnum paternum inter ſe diviſiſſe: *Ideſt*, inquit, *ut Ludovicus quod Francia reſiduum erat ex paterno regno, ſed & Niuſtriam cum Marchiis ſuis haberet & Carolomannus Burgundiam & Aquitaniam cum Marchiis ſuis haberet.* Paulo poſt: *Ordinatis qui regnum ſuum contra Nortmannos in Canto* (id eſt Gandavo) *reſidentes cuſtodirent, in Burgundiam verſus Boſonem per menſem Julium a Threcas civitate perrexerunt: Carolo Rege* (nempe Alemanniæ & Italiæ) *illuc cum exercitu ſuo in Boſonem venturo. In quo itinere electis de caſtro Matoſcano* (ideſt Matiſconenſi) *Boſonis hominibus, ipſum caſtellum ceperunt, & cum Comitatum Bernardo cognomento Planta-piloſa dederunt. Et perrexerunt ſimul Carolus, Ludovicus & Carolomanus, ad obſidendam Viennam in qua Boſo uxorem ſuam cum filia, & magnam partem de ſuis hominibus relinquens, fugam ad montana quædam arripuit. Carolus autem qui ſe una cum ſobrinis ſuis* (ſcilicet Ludovico & Carolomanno) *Viennam obſeſſurum promiſerat, mox ut quædam ſacramenta utrimque inter eos facta fuerunt, ab ipſa obſidione receſſit, & in Italiam perrexit. Indeque Romam veniens a Joanne Papa ſe in die nativitatis domini in Imperatorem conſecrari obtinuit.* Ex ultimis his verbis conſtat, *Carolum* hujus nominis III. cognomento *Craſſum* die natali Chriſti currentis anni nuncupatum fuiſſe Imperatorem, quod anno ſequenti, in quem Baronius Imperii ejus initium differt, certis argumentis confirmabimus.

VIII. *Saxonia a Normannis graviter afflicta.*

Annaliſta Fuldenſis geſta in Gallia Nortmannos inter & Chriſtianos ita recenſet: *Ludovicus Germaniæ Rex ad expugnandos Nortmannos qui in Scalta* (ſeu Scaldi) *fluvio longo tempore reſederunt, convertit exercitum, initoque certamine plus quam quinque millia ex eis proſtravit. In quo prælio Hugo filius Regis occubuit. In Saxonia cum Nortmannis infeliciter dimicatum eſt. Nam Nortmanni ſuperiores exiſtentes duos Epiſcopos, quorum iſta ſunt nomina, Thiothrih & Mercuvart, & duodecim Comites his nominibus appellatos*, &c. *occiderunt. Præterea XVIII. ſatellites Regios cum ſuis hominibus proſtraverunt, quorum iſta ſunt nomina* &c. *exceptis innumerabilibus, quos in captivitatem duxerunt.* Henſchenius ad diem II. menſis Februarii, ubi oſtendit, omnes publica veneratione coli, eos appellat *Martyres Ebbekſtorpienſes* ſeu *Ebbeckeſdorpienſes*, ab inſigni Monialium ordinis S. Benedicti cœnobio, ſito in ea Saxoniæ inferioris parte, quam Luneburgici Duces poſſident, in quo celeberrima fuit horum Sanctorum Martyrum memoria, ex quibus *Theodoricus* fuit Epiſcopus Mindenſis, *Marquardus* Epiſcopus Hildesheimenſis, & *Bruno* Dux Saxoniæ.

IX. *Eccleſiæ & Urbes Galliæ Belgicæ vaſtantur.*

Subdit idem Annaliſta: *Normanni in Gallia prædas & incendia exercent, inter plurima loca & monaſteria, quæ depopulati ſunt etiam Bajorzuna, ubi pars maxima Friſionum habitabat incendio concremarunt, & inde revertentes Noviomagum valle firmiſſimo & muris circumdantes, hyemandi ſibi locum in Palatio Regis paraverunt.* Meyreus lib. 2. Annal. Flandriæ ad annum DCCCLXXX. enumerat Oppida & Monaſteria, ab eis hoc anno vel combuſta vel devaſtata, additque Attrebatenſes cum corpore *Divi Vedaſti* Bellovacum fugiſſe, unde ante an-



epiſtola ad ipſum Methodium data anno ſequenti, X. Kal. Aprilis.

Eodem anno menſe Novembris, Indictione decimaquarta Joannes Papa Adelbertum Marchionem Tuſciæ, qui multa mala intulerat Urbi una cum Lamberto Duce Spoletino converſum ad pœnitentiam abſolvit, cujus abſolutionis extant litteræ (a) Apoſtolicæ.

(a) *Idem ep.* 258.



PAGIUS

annum DCCCXCIII. eos non rediiſſe infra viſuri ſumus. Eadem narrat Monachus Anonymus, qui ſæculo ſequenti vixit, & Miracula S. Bavonis tribus libris deſcripſit. Teſtatur enim *Nortmannos* hoc anno Scaldim fluvium intraſſe; omnem Brabantiæ terram incendio & ferro deleviſſe; ac *S. Gerardum* Abbatem Cellenſem S. Bavonis Reliquias in Monaſterium Gandenſe poſtea revexiſſe. In Chronico autem Bavoniano dicitur id factum anno CMXL. Recitantur tres libri illi de *Miraculis S. Bavonis* Sæc. II. Benedict. & in Secundo libro miſer ſtatus Urbium & Eccleſiarum Galliæ Belgicæ fuſe deſcribitur.

*Carolus Craſſus* dictus eſt Imp. ut anno ſequenti videre eſt.

I. Synodus Romæ contra Athanaſium.

ANnus ſequitur Redemptoris octingenteſimus octogeſimus primus, Indictione decimaquarta, quo menſe Martii, celebrata Romæ Synodo, Joannes Papa excommunicavit Athanaſium Neapolitanum Epiſcopum, qui etiam ſæculari dominio eidem præerat civitati. Iſte quippe etſi (ut audiſti) ob ejus cultum erga Romanam Eccleſiam, olim inveniatur ſæpe a Joanne Papa (*a*) laudatus: poſtmodum in tranſverſum actus, & converſus in arcum pravum, ſceleſtiſſimus evaſit. De ipſo enim Leo (*b*) Oſtienſis iſta habet: *Idem vero Athanaſius Princeps illi, nempe Sergio ſubrogatus, firmata cum Sarracenis pace, Beneventum, Capuam, Salernum, Romamque depopulari cum eis cœpit: multaque tunc monaſteria, & Eccleſiæ cum villis & urbibus impiorum incendio conflagrarunt.* Hæc Leo. Extant plures Joannis (*c*) epiſtolæ, quibus eum admonuit, ut fœdus ictum cum Sarracenis diſſolveret, alioquin anathemate feriendus eſſet. Quid inſuper? Ipſe Joannes etiam Neapolim ſe contulit ad hoc agendum, ut revocaret ſcilicet Athanaſium a fœdere inito cum Sarracenis, ſed omnia fruſtra: cujus rei gratia ubi in Urbem rediit, Synodo convocata, ipſum tradidit anathemati, atque has litteras (*d*) mox dedit ad Epiſcopos circumpoſitos:

(*a*) Joan. ep. 66. 161. 162.
(*b*) Leo Oſt. l. 1. c. 42.
(*c*) Joan. ep. 251. 265.
(*d*) Idem ep. 270.

II. De Athanaſio excommunicato litteræ.

*Omnibus Epiſcopis Cajetam, Neapolim, Capuam, Berolaſim, & Amalphim, Beneventum, & Salernum incolentibus.*

*Quæ & quanta ab Athanaſio Neapolitano Epiſcopo Chriſti Eccleſia patiatur adverſa, optaremus vobis non eſſe dicturos, niſi eſſent ſupra modum gravia: Ecce enim ut ipſi jam ex maxima parte non ignoratis, ad perditionem totius Chriſtianitatis a multis retro temporibus cum filiis Iſmael, & Deo ſcilicet odibilibus Sarracenis pactum faciens, omnem iſtam terram ad nihilum redegit, ut jam non ſit, qui eam prorſus inhabitet. Super quo ſcelere eum ſæpiſſime commonuimus, & corpori noſtro omnimodo non parcentes, uſque Neapolim properavimus, multumque argenti ei contulimus; & rogavimus, ut ab eorum ſe ſocietate divideret, & tamdem aliquando reſipiſcens, tantam peſtem deleret. Qui, ut ita dixerim, importunitatem noſtram, licet ficte, non tolerans, promiſit ſe ita eſſe facturum, & pactum cum Sarracenis habitum ſoluturum, ſub ea dumtaxat conditione, ut ſi deinceps hoc malo ſe quoquo modo miſceret, & ſacerdotio eſſet privatus, & anathemati ſubjaceret. Sed, heu, pro turpis lucri commodo, quod ab ipſis Sarracenis, de præda eorum partes recipiendo, hujus promiſſionis oblitus, noluit adimplere, quod multis coram poſitis ſcriptis, & verbis promiſit.*

III. *Rurſum nobis non modici argenti adauctis ponderibus & apud Cajetam pervenientibus, per ſuos Legatos ei mandavimus, ut ſi intra triginta dierum ſpacia cum Sarracenis habitum fœdus non rumperet, aut ea, quæ nobis tergiverſando abſtulerat, non tranſmitteret: noſtro judicio iterum ſententiam, quam ipſe in ſe protulit, prorſus exciperet. Sed tam varia juramenta, quam abſolutas promiſſiones poſtponens, nos de die in diem deluſit, & foris omnibus diſſipatis, intus vero per ſuam calliditatem multis noſtris ablatis, hactenus nec cum Sarracenis habitum pactum diſſolvit, nec reliqui Dei populi voluit miſereri. Quin potius cum ipſis converſans, de ipſis malis in pejus crevit, & Dei mandata contemnens, ſacerdotii etiam ſui oblitus, non ſolum ſimilis illis effectus eſt, ſed etiam in multis deterior. Hujus rei gratia apud beatum Petrum Apoſtolum ſynodice in eum ſententiam protulimus, & cum omnibus ſibi conſentientibus ſive faventibus omni Eccleſiaſtica communione ſub anathematis interpoſitione privavimus. Modus autem excommunicationis hic eſt:*

IV. Sententia excommunicationis.

*Athanaſium Neapolitanum Epiſcopum ſæpiſſime admonitionibus, & multis argenti ponderibus datis, ut pactum cum Sarracenis habitum diſrumperet, admonuimus. Ille autem idem pactum ſe omnimodo ſoluturum, & ab eorum ſocietate ſeparaturum eſſe promittens ſub ea conditione, ut ſi denuo cum illis quolibet modo fœdus habuiſſet, omni eſſet ſacerdotali honore privatus, & anathematizatus. Sed hæc omnia parvipendentem, & ad perditionem Chriſtianorum cum eis pactum habentem, & nos ſæpiſſime deludentem, & de præda eorum partem recpientem, judicio & auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſimul & noſtra, cum omnibus ſequacibus ſuis & omni Eccleſiaſtica communione privamus, & quouſque ſe ab ipſis Sarracenis penitus ſeparaverit, velut totius Chriſtianitatis inimicum anathematizamus. Dat.. ... menſe April. Indiction. xiv.*

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXIX. An. Hegiræ CCLXVIII. inchoato die 1. Auguſti fer. 7 A.C. 881.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6374.

☉ 22. A. ☽ 8. P. 23. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 881.

JOANNIS VIII. PAPÆ 10.

CAROLI CRASSI IMP. 2.

BASILII IMP. 15.



V. Legatio Athanaſii ad Joan. Pap.

Quid autem Athanaſius ipſe poſt hæc? Miſit Legatum ad Joannem Pontificem Petrum diaconum ſuum, ut abſolutionem ab excommunicatione peteret. Sed qui ab ipſo deluſus ſæpe fuiſſet, nullam ipſi adhibendam fidem putavit, niſi primum Sarracenis ab ipſo necatis vel captis, ſic pœnitentiæ ſuæ certa ſigna edidiſſet: tunc fore, ut abſolutionem conſequuturus eſſet: cujus rei gratia Marinum Epiſcopum, qui ipſi Joanni in Sede ſucceſſit, ad ipſum miſit, his eidem brevioribus datis litteris (*a*):

(*a*) Joan. ep. 294.

VI. Joannis Papæ ad Athanaſium epiſt.

(*b*) Matt. 18.

*Boni paſtoris eximio informati exemplo, qui (b) venit quærere & ſalvare quod perierat, tantopere te per devia errantem, abjecto Chriſti levi jugo, cum infidelibus jugum obſcena cupiditate ducere non dubitantem (quamvis ſero ad te percutientem reverti velle mandaſti) alacriter recipimus, & inter cæteros conſacerdotes noſtros præcipue honorabilem cupimus retinere; prout ipſe nos jam olim feciſſe proculdubio reminiſceris. Sed quia tua exigente ſceleris tanti audacia, ſancti ſpiritus judicio te a conſortio noſtro divini myſterii jure ſubmovimus: nunc ſecundum preces tuas & relationem Petri venarabilis diaconi tui, ſi modo pactum, quod hactenus cum impiis Agarenis habuiſti, manifeſta devotione fregeris, & ab eorum nequiſſima ſocietate toto conamine te ſeparaveris, atque ſi præſentibus his Miſſis noſtris, Marino ſcilicet reverendiſſimo Epiſcopo & S. Sedis noſtræ Arcario, & Sicone egregio viro, majores Sarracenorum, quanto melius potes, quos nominatim quærimus, cum aliis omnibus ceperis, & jugulatis aliis, eos nobis direxeris: a vinculo excommunicationis abſolvimus, & juxta præcedentem conſuetudinem Epiſcopale officium reddimus. Eo ſcilicet modo, vel tenore, ut captis & traditis antea, ut dictum eſt, Sarracenis, deinceps, nullum cum eis alterius fœdus quoquo modo inire præſumas. Nam ſi cum illis pactum aliquod facere tentaveris, in eamdem te excommunicationem incurrere ſancimus, & auctoritate Dei omnipotentis & beati Petri Apoſtolorum principis & noſtra, omni Epiſcopali honore te privandum, & perpetuo anathemate damnandum eſſe decernimus.* Hæc Joannes Papa, quæ ſequuta ſint, ignoramus.

VII. Carolus Craſſus coronatur Imp. a Joanne Papa.

Hoc pariter anno, die Natalis Domini, Carolus cognomento Craſſus, Romæ Imperator coronatur. Non ante hoc tempus ipſum coronam Imperii a Joanne Papa conſecutum eſſe, ut Imperator meruerit appellari, teſtatur in primis Regino hujus temporis ſcriptor, ubi ait: *Anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo octogeſimoprimo Carolus de Alemannia egreſſus, Longobardorum fines occupavit, ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem accepit, & Romam perveniens, a Præſule Apoſtolicæ Sedis Joanne in Senatu Romano favorabiliter exceptus, cum magna gloria Imperator creatus eſt.* Hæc Regino, quæ in die Natalis Domini facta eſſe teſtatur (*c*) Aimoinus: quamobrem primus annus Imperii Caroli præſens annus cœptus eſt numerari in commentariis illorum temporum, cujus rei evidens eſt teſtimonium ejuſdem Imperatoris diploma, in quo annus Redemptoris octingenteſimus octogeſimusquartus anno quarto Imperii Caroli conſignatur. Sic igitur majorum exemplo ex hoc tempore, & non ab obitu prædeceſſoris Imperatoris annos Imperii Caroli Craſſi aggredimur numerare; quod majores noſtri non cenſuerint Imperatoris nomine dignum quemlibet ſucceſſorem hæredem, niſi per coronationem Imperator a Romano Pontifice crearetur. Ex nuper autem citato diplomate iſta accipe:

(*c*) Aim. l. 5. c. 60. prope finem.

In

PAGIUS I. *Carolus Craſſus coronatur Imp.*

Ad num. VII. & ſeqq. *Carolus Craſſus* die natali Chriſti præcedentis Chriſti anni Romæ Imperator a Joanne VIII. Papæ coronatus eſt, annos octoginta poſtquam Carolus M. a Leone III. Papa Imperator acclamatus fuerat. De die inter omnes convenit, ſed annus in controverſiam vocatus, quod varii Chronographi, uti Sigebertus, Hermannus Contractus, Regino, Annaliſta Metenſis, aliique quidam ſcribant, eum anno DCCCLXXI. Imperiali benedictione ſublimatum eſſe. Verum id factum, quia hoc tempore annus a Nativitate Chriſti in variis regionibus exordiebatur, indeque Annaliſta Bertinianus anno ſuperiori citatus qui hanc ſupputationem ſequitur; Caroli Craſſi coronationem cum hoc anno alligare debuit, ſed veteres Francorum Annaliſtæ ſæpe parum in notatione temporum accurati fuere. Cæterum Carolum hanc dignitatem ſuperiori Chriſti anno conſecutum eſſe, non tantum ejus Diplomata, ſed Epiſtola Joannis VIII. ordine CCLXIX. *ad Carolum Imperatorem*, quæ dicitur *data IV. Kalend. Aprilis Indictione XIV.* extra omnem controverſiam ponunt. Si enim menſe Martio præſentis anni iam imperabat, nonniſi die Natali Chriſti præcedentis Imperium inierat. Illis literis Pontifex eidem Imperatori nunciat, ſe tantis malis a Saracenis affici, ut ea amplius ſuſtinere non poſſit: ideoque eumdem rogat, ut ſibi ſubſidio exercitum mittat, eique palmam cum benedictione dirigit: *Propter Deum ſuccurrite, nobis, ſuccurrite, ut non dicant in circuitu nationes: Ubi eſt Imperator eorum? præterea honori*

Ad

VIII. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Carolus, divina favente clementia, Imperator Auguſtus, &c. Noverit igitur omnium fidelium noſtroram præſentium & futurorum induſtria, qualiter nos per petitionem Richardæ dilectæ conjugis noſtræ, necnon & Linthuuardi ſanctæ Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopi, & dilecti Archicancellarii noſtri, quaſdam res proprietatis noſtræ ad partem ſanctæ Mariæ & ſancti Lamberti Eccleſiæ Tungrenſis & Leodienſis, cui præeſt venerabilis Franco Epi-*

PAGIUS *rificentia veſtra cum benedictione Apoſtolica palmam, per quam ſignum datur victoria, ecce ex more direximus.* Baronius has Joannis Papæ literas ſuæ ſententiæ adverſari videns, eas in annum ſequentem reiicit, ut apud eum n. I. legere eſt. At menſe Martio illius anni non indict. XVI. ſed Indict. XV. in curſu erat. [1] [2]

II. Deceptus eſt itaque Cardinalis doctiſſimus in eo quod non animadverterit, Reginonem quem ſequitur, annum a die Natali Chriſti auſpicatum eſſe. Alterum ſuæ opinionis fundamentum deducit a Diplomate Caroli Craſſi a ſe relato, quod dicitur datum *ſexto Kalend. Julii anno Incarnat. Domini DCCCLXXXIV. Indictione II. anno vero Imperii piiſſimi Caroli Imperatoris quarto.* Sed cum fateatur, Carolum die Natali Chriſti ad Imperium evectum eſſe, hoc Diploma noſtram ſententiam confirmat,

*Ea coronatio anno præcedenti peracta.*

NOTÆ [1] CAroli Craſſi ad Imperium aſſumptio ſerius quam die Natalis Chriſti anni 880. contigit, quam in rem valida ſe prolaturum argumenta in decurſu Operis ſui de Antiquitatibus Italiæ ſpondet Cl. Muratorius ejuſdem Operis to. I. Diſſert. VIII. col. 437. Interim vero utar recitato ab eodem Viro doctiſſimo Placito quodam Veronenſi, quod datum legitur *anno DCCCLXXX. Principatus Domini Sereniſſimi Karoli Regis, hic in Italia anno ſecundo, die viceſimooctavo menſis Decembris, Indictione quartadecima* ( a Septembri ejuſdem anni cœpta ). Vides hic nullam, etiam poſt Natale Domini anni 880. mentionem Imperialis dignitatis fieri? His autem characteribus exprimi annum 880. quo regni Italici annum ſecundum agebat Carolus, & Indictio XIV. a Septembri de more cœpta fluebat, perſpicuum eſt.

Poſtquam hæc ſcripſi fidem tandem ſuam Cl. Muratorius liberavit edito anno 1740. volumine Operis tertio, in quo col. 753. eandem ſententiam confirmat, dato ejuſdem Caroli diplomate autographo ſignato Placentiæ, die *IV. Kal. Januarii, Indictione XIIII. anno vero regni Karoli regis in Francia V. in Italia II.* quæ omnia cum anno DCCCLXXX. congruunt, ex quo evincitur ejus anni Natalitia die Carolum Imperiale diadema non aſſumpſiſſe. Idem pariter adſtruunt diplomata alia apud eundem Muratorium ibidem legenda. Sed ipſe poſtmodum Vir doctus alia profert diplomata, ex quibus Pagii ſententia juvatur; quin & alia quibus nec Pagius nec Baronius aſſeritur. In qua rerum perplexitate doctiſſimus Muratorius inſiſtendum cenſet authoritati Annalium Bertinianorum & Annaliſtæ Fuldenſis, quorum teſtimonio conſtat coronatum fuiſſe Romæ anno 880. die Natali Domini, quæ Pagii ſententia eſt. MANSI

[2] JOannes VIII. Romanus Pontifex privilegium dedit *S. Berthario* Abbati Caſinenſi pro Caſinenſi monaſterio: *Scriptum per manum Anaſtaſii notarii regionarii & Scriniarii S. Romanæ Eccleſiæ in menſe Maii, indictione quintadecima. Bene Valete. Undecimo Kal. Junii per manus VValperti Epiſcopi Sanctæ Portuenſis Eccleſiæ, anno Deo propitio Pontificatus Domni noſtri Johannis Summi Pontificis & univerſalis Papæ in Sacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli decimo, imperante Domno piiſſimo Carolo Auguſto a Deo coronato magno Imperatore anno ſecundo.* Ita legitur in diplomate ex regeſto Petri diaconi edito in Acceſſionibus ad Hiſtoriam Caſinenſem Eraſmi Gattulæ P. 1. pag. 63. Ex quo recte annus, quo *Carolus Craſſus* Imperator dictus eſt, arguitur; nam epocha imperii exordium ſumit a Natali Chriſti an. 880. Itaque an. 882. menſe *Majo* adhuc in curſu erat *annus ſecundus imperii*. Clare etiam ex diplomatibus Caroli *Craſſi* colligitur, eum a *Joanne* VIII. ſub finem anni 880. Imperii corona redimitum fuiſſe. Apud Martenium in Collectione ampliſſima Anecdot. tom. I. pag. 216. extat ejuſdem *Caroli* Præceptum pro monaſterio Prumienſi: *Datum XI. Kal. Junii anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXXII. anno Imperatoris Karoli II. Actum in VVormatia civitate.* Aliud ejuſdem ibidem pag. 218. pro Turonenſi S. Martini Eccleſia, ubi memoratur *Carolus* ejus *patruus* ( ideſt Carolus Calvus ) *quondam Imperator Auguſtus, & Ludovicus filius ejus. Data XI. Cal. Septembris anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVI. Indictione quarta, anno Imperii Imperatoris Caroli in Italia VI. in Francia IV. in Gallia II. Actum ad Siluci in Dei nomine feliciter. Amen.* Item pag. 221. aliud ejuſdem pro eadem Eccleſia, quo donationem *Caroli* Imp. confirmat: *Data VIIII. Cal. Novembris anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVI. Indictione IV. anno Imperii Imperatoris Karoli in Italia VI. in Gallia II. Actum Pariſius in Dei nomine feliciter. Amen.* Carolus Craſſus poſt obitum *Ludovici* Germaniæ regis, qui Francofurti an. 882. XIII. Kal. Februarii contigit, ad regnum Lotharingium capeſſendum ex Italia proceſſit, atque Normannos ex iis regionibus propellere conatus eſt, quibus partim donis, partim blanditiis delinitis, de regni illius negotiis, ad Kalendas Novembres conventum indixit. Itaque epocha annorum *Franciæ Orientalis* ab an. 882. exorditur. Anno vero 884. VIII. Idus Decembris obiit *Carolomannus* Ludovici Balbi filius, poſt cujus obitum, ut eſt apud Mabillonium in Annalibus Bened. Lib. XXXVIII. §. LXXXIV. regni proceres Carolum Imperatorem ad regnum capeſſendum invitarunt, ejuſque poteſtati ſe ſacramento ſolemni apud Gandulfi-villam ſubmiſerunt. Idcirco Epocha regni *Galliæ* in Caroli Craſſi diplomatibus incipit a menſe *Decembris* anni 884. Animadvertit Pagius, *Carolum Craſſum* primum in ſuis Diplomatibus annum Dominicæ Incarnationis appoſuiſſe; quando autem factum a Carolo, docet Mabillonius Lib. XXXVIII. §. XLIV. qui cenſet in ſinceris Caroli diplomatibus epocham annorum Incarnationis ante initium Galliæ regnum vix legi. GEORGIUS



*Epiſcopus, jure perpetuo in proprietatem conceſſimus, ideſt in pago Scarponnenſi villam, quæ dicitur, Magdera, &c. Signum domini Caroli Imperatoris Auguſti. † Data ſexto Kalend. Julii, anno Incarnationis Domini octingenteſimo octogeſimoquarto, Indictione ſecunda, anno vero Imperii piiſſimi Karoli Imperatoris quarto. Actum Metis civitate in Dei nomine feliciter. Amen.*

*Vvaldo Epiſcopus ad Vicem Linthuvardi Archicancellarii recognovi.* Acceptum ab Arnoldo a Wachtendonch fideliſſimo.

IX. Quo pariter tempore, ubi in Imperium idem aſcendit Carolus, ad eumdem Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus paræneticam ſcripſit epiſtolam, quæ hactenus integra conſervatur in Spirenſi bibliotheca Cathedralis Eccleſiæ, quæ incipit: *Domino Carolo Imperatori glorioſo, Hincmarus Epiſcopus Dei famulus, præſentem & futuram optat proſperitatem & gloriam. Audiens laudabilis fidei veſtræ benignitatem, &c. Eſt autem hæc ejus ſumma. Commendat Carolo Craſſo Imperatori Eccleſiam Gallicanam, ut eam pene collapſam reſtituat, Regni diſſidia tollat, Ludovici Balbi filiis idoneos Conſiliarios tribuat, qui eos doceant privilegia Eccleſiaſtica tueri, ſacerdotes venerari, divinum auxilium ſæpe implorare, orphanorum & pupillorum patrocinium ſuſcipere, improborum ſocietatem fugere, humilitatem, charitatem & manſuetudinem erga omnes ſectari.* Hæc de epiſtola Hincmari ad Carolum.

Chri-

PAGIUS mat, ut eam, quam ipſe amplexus eſt, evertit. Si enim eo die hoc anno illud iniiſſet, anno DCCCLXXXIV. menſe Junio tertium tantum Imperii annum, numeraſſet, ut manifeſtum eſt. Porro *Carolus*, ab inito maxime Francorum Principatu, ab anno nempe DCCCLXXXIV. annis Incarnationis in ſuis Diplomatis uſus eſt, eumdemque calculum tam Imperatores, quam Reges Francorum paſſim poſtea ſecuti ſunt; *primus*, inquit Aventinus lib. 4. de Reb. Boicis, *annos Chriſti ſervatoris noſtri omnibus Epiſtolis, libellis, diplomatibus, addidit.* Sed nimis dicit, cum in variis ejus diplomatis & literis Incarnationis anni non exprimantur.

III. Cœnobium Sarchinii in Hasbania ſæculo VII. a *Sancto Trudone* extructum, ac ſæculo ſequente S. *Eucherii* exilio illuſtratum, celeberrimum erat hoc tempore ob frequentia, quæ patrabantur ab utroque Sancto miracula. Unde Monachi an. DCCCLXXX. ut refert Henſchenius ad diem XX. Februarii, Sancto Eucherio ſacrum ex Chronico Trudonenſi part. 1. lib. 2. cap. 6. *conſilio habito, unanimi conſenſu Leodienſem Epiſcopum Franconem invitant, qui prius aperto loco ſepulcri in præſentia plurimorum Eccleſiaſticorum, religioſorum virorum & ſæcularium ſanctum pignus pretioſorum corporum Trudonis & Eucherii ab imo elevavit, & in loco eminenti cum pſallentium devota modulatione reverenter collocavit.* Addit Chronographus cap. 17. *Anno ſequente DCCCLXXXI. quia fama laborabat, Nortmannos infeſtaturos fore Lotharingiam, corpora SS. Trudonis & Eucherii diligenter a loco eminentiori, in quo pridem Tranſlatione ipſorum ſolemniter celebrata repoſita fuerant, per ſollicitudinem fratrum Monachorum hujus monaſterii intra ſubterraneam cryptam, ſeu voltam, quæ retro altare ipſius B. Trudonis ad hoc nuper conſtructa fuit ſupinata & occultata ſunt; ubi multis annis latuerunt uſque ad tempora VVirici Abbatis, ſub quo per Rodulphum Leodienſem Epiſcopum ſolemniter iterato tranſlata fuerunt* nempe anno Domini MCLXIX. ut habet idem Auctor. In hac vaſtatione Nortmannica Martyrio affectus eſt in eodem Sancti Trudonis Cœnobio *S. Libertus*, cujus ibidem corpus etiam adſervatur & natale celebratur die XIV. menſis Julii.

*Reliquiæ SS. Trudonis & Eucherii Normannorum metu occultantur.*

Porro Diœceſim Leodienſem, in qua Sancti Trudonis monaſterium ſitum, hoc anno a Normannis miſere devaſtatam fuiſſe, uti & circumjacentes regiones, teſtatur Annaliſta Metenſis. Annaliſta vero Fuldenſis de Ludovico Francorum Rege & nepote Ludovici Germaniæ Regis ſcribit; *Nepos illius cum Nordmannis dimicans nobiliter triumphavit. Nam novem millia equitum ex eis occidiſſe perhibetur. At illi inſtaurato exercitu & amplificato numero equitum plurima loca in Regione Regis noſtri* ( nempe Germaniæ ) *vaſtaverunt, hoc eſt Cameracum, Traiectum, & pagum Hasbanicum, totamque Ripuariam, præcipua etiam in eis monaſteria, ideſt Prumiam, Indam, Stabulaus, Malmundarium & Aquenſe Palatium, ubi in capella Regis equis ſuis ſtabulum fecerunt. Præterea Agrippinam Coloniam & Bunnam civitates cum Eccleſiis & ædificiis incenderunt. Qui autem inde evadere potuerunt, ſive Canonici ſive Sanctimoniales Moguntiacum fugerunt, theſauros Eccleſiarum & Sanctorum corpora ſecum portantes.* Idem narrat Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam in Chron. ad hunc Chriſti annum.

IV. *Normanni Galliam Belgicam devaſtant.*

I. CHriſti Redemptoris annus ſequitur octingenteſimus octogeſimus ſecundus, Indictione decimaquinta inchoatus, quo Joannes Papa, cum tam Italiæ Principum, quam etiam Sarracenorum graſſationibus premeretur, pluribus litteris interpellat Imperatorem, ut valida manu ſuccurreret. Extant ipſius plures eo argumento litteræ (*a*) ſcriptæ, miſitque ad eum pro munere benedictam ex more palmam, Legatos quoque adjecit, quorum munus exigeret tanta neceſſitas. Delecti ſunt ad hanc functionem Zacharias Epiſcopus Bibliothecarius & Petrus Conſiliarius. Patiebatur præter alios Romana Eccleſia magnopere infeſtum Widonem Marchionem Spoletinum, cujus milites civitates & loca reliqua Romanæ Eccleſiæ hoſtili animo ſolerent invadere. De his agens idem Joannem (*b.*) in epiſtola ad Anſelmum Archiepiſcopum Mediolanenſem hæc habet: *Inter innumeras rapinas, deprædationes, & mala quamplurima, ad augmentum doloris noſtri, quidam ſceleratus, Longobardus nomine, homo Evidonis Marchionis octogintatres homines cepit, manibus ſingulis detruncatis apud Narnienſem civitatem. Plures ex tali ſunt inciſione ſine mora perempti.* Eodem argumento ſcripſit etiam epiſtolam ad (*c*) Imperatricem, qua deplorat miſerandum ſtatum Romanæ Eccleſiæ, his verbis:

(*a*) *Joann. ep.* 269. 277. 279. 293. Joannes Pap. interpellat Imp. adverſus perſecutores Eccl.

(*b*) *Joann. ep.* 299.

(*c*) *Joan. ep.* 298.

II. Lamenta Joann. Pap.

*Tanta cordis noſtri anguſtia, tantuſque dolor & gemitus hinc inde cum irriguis lacrymarum rivulis noſtram ætatem quatiunt & quaſſant, tantuſque etiam luctus pro deſolatione terræ iſtius, quam jam funditus a Chriſtiani nominis inimicis & Deo odibilibus Sarracenis deprædatam cernimus, nos affecit, & intima noſtra diſſolvit, ut & ſomnus ab oculis, & a guſtu cibus effugiat, ut etiam cum (d) Jeremia decantare compellar: Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lacrymarum? & reliqua. Siquidem expectavimus lucem, & ecce tenebras: quæſivimus adjutorium, & muros Urbis egredi non audemus. Nam ante veſtrum Romam adventum, anno ſcilicet ſuperiori cum Carolus ejus conjux coronatus eſt Imperator, qualiſcumque erat nobis tranquillitas; modo vero intolerabilis & importabilis perſecutionis extat tempeſtas: quia neque ſpiritalis filius noſter Auguſtus, neque alicujus alterius gentis homo nobis confert auxilium. Et niſi divinitas ſumma ſubveniat, aut in deſperationem aliquam lapſi (quia non ſolum duplum, ſicut Dominus (e) dicit, ſed etiam triplum & quadruplum exercitum contra nos venire conſpicimus) ea quæ pacis ſunt, poſtulabimus: & certe non ſolum jugo illorum coacti ſubdemur, ſed etiam ab eis capti, impie jugulabimur. Quia ſicut ſcitis, ſæpiſſime reclamavimus, neque ipſe Auguſtus (ut prætulimus) neque qualemque defenſionem nobis exhibuit, neque homines civitatum noſtrarum, qui contra Deum & contra omne privilegium noſtrum ab alienigenis, ac ſi noſtri non fuerint, detinentur, ad ſervitium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ faciendum, ſicut ſolitum erat, ab eorumdem alienigenarum jugo ſubtraxit. His ergo, chariſſima filia, clamoribus & ululatibus noſtris*

(*d*) *Jer.* 9.

(*e*) *Iſai.* 40.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXX. An. Hegiræ CCLXIX. inchoato die 21. Junii fer. 7. A.C. 882.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6375.

☉ 23. G. ☽ 9. P. 8. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 882.

MARINI PAPÆ 1.

CAROLI CRASSI IMP. 3.

BASILII IMP. 16.

1. *Poſtulat Pontifex a Carolo, ut Legatos mittat, qui faciant juſtitiam.*

ANum. I. ad IV. Quia Baronius initium Imperii Caroli Craſſi anno uno ſerius collocavit, aliquas literas Joannis VIII. Papæ in margine num. I. citatas, quæ ad annum ſuperiorem pertinent, in præſentem diſtulit. Epiſtola CCLXIX. *ad Carolum Imperatorem* data *IV. Kalendas April. indict. XIV*, anno ſuperiori a nobis explicata. Epiſtola CCLXXVII. ad eumdem Imperatorem ſcripta qua ei nunciat ſe *Petrum* Conſiliarium ſuum & *Zachariam* Epiſcopum ac Bibliothecarium Legatos ad eum mittere, ut corrigerentur quæ eo regnante facta eſſent, demonſtrat falſum eſſe, quod ſcripſit Eutropius Presbyter Longobardus Carolum Calvum Imp. ceſſiſſe jura Regni eidem Joanni VIII. Papæ. In ea enim hic Pontifex ſcribit, *Secundum commune placitum atque decretum direximus Petrum inſignem Palatii noſtri, ſuper iſta delitioſum conſiliarium noſtrum, communemque fidelem, cum Zacharia venerabili Epiſcopo, & Bibliothecario ſedis noſtræ, pro recipiendis de omnibus, quæ hactenus perperam acta fuerant, juſtitiis, & emendationibus, ac pro totius terræ S. Petri ſalute, priſtinaque reſtitutione: quatenus in præſentia Miſſorum veſtrorum, ea quæ neceſſario emendanda & corrigenda erant, jure legitimo corrigerentur, ut tam diuturnum malum finem acciperet.* Quare Carolus Craſſus in Ducatu Romano & Exarchatu Ravennatenſi juſtitiam, uti ante eum Carolus M. Ludovicus Pius, & cæteri ejus Deceſſores per Miſſos ſuos adminiſtravit.

II. *Carolus jure Regni in Italia potitus eſt.*

Epiſtola CCLXXIX. ad eumdem Imperatorem *III. Idus Novemb.* data gratulatur Pontifex de ejus incolumitate, gaudet ipſum ſtatim in Italiam venturum eſſe, hortaturque ut Romanæ Eccleſiæ auxilio mature veniat, & *Guidonem* invaſorem & prædatorem ab Eccleſiæ



*ſtris auditis (quia ſapientibus loquimur) continuo propter Deum, & propter ſanctos ejus Apoſtolos jam dicto ſpiritali filio noſtro Auguſto, flexo poplite ſuggere, ut omnibus omnino neceſſitatibus omiſſis, aut certe ſuſpenſis, ſanctæ Matris ſuæ calamitati ſubveniat, & conculcationem, immo perditionem illius advertens, antequam pereamus, citiſſimum conferat adjutorium, aut congruum ſine mora donet conſilium, quia vita noſtra nobis non prodeſt, & in extremo poſiti, etiamſi non optaremus, jam mors ſe palam prodit videndam, &c.* Hæc Joannes.

III. Prudentia carnis maxime damnoſa Eccleſiæ Dei.

In quo non poſſumus non admirari vehementer conſilium Dei. Quod enim ob auxilium hominum conſequendum nonnihil viſus eſt deflexiſſe Joannes a præſcripta a prædeceſſoribus inviolabili obſervantia Eccleſiaſticæ cenſuræ in gratiam Principum, ſperans ab eis auxilium (ut ſæpe ſuperius eſt demonſtratum) plane contrarium accidit: cum non ſolum ab ipſo Orientis, ſed nec ab Occidentis Imperatore aliquid præſidii obtinere potuerit, immo multiplicati fuerint hoſtes, & ipſi etiam Epiſcopi (ut audiſti) fœdus injerint cum Sara-



PAGIUS ſiæ finibus eiici jubeat. [1] Incertum tamen, an hæc Epiſtola anno ſuperiori ſcripta ſit, cum ex mox dicendis Carolus Imp. menſe Januario currentis anni in Italia fuerit, ubi accepit nuncium mortis Ludovici Bajoariæ Regis fratris ſui. In Epiſtola CCXCIII. ad eumdem Imperatorem data ait Pontifex: *Nobis in Pentapoli hoc eſt in urbe Fano conſiſtentibus, Adelardus Reverendiſſimus Epiſcopus, & delitioſus veſter communiſque fidelis, ſecundum veſtræ delegationis juſſum advenit, & ibi præfati VVidonis, & ſatellitum ejus, qui noſtra violenter tulerunt, ac retinuerunt, præſentiam præſtolati ſumus: quatenus vel inde omnis emendationis & juſtitiæ cœpto initio, per cæteras urbes, de omnibus juxta clementiæ veſtræ decretum, recipiendo coram legato veſtro juſtitias, pariter proficiſceremur: ſed illo ſemper fugiente judicium & veſtræ juſſionis piiſſimam ſanctionem callide declinando, non veniente, quia nobis ſine profectu aliquo per ipſas civitates, quæ illorum gravamine opprimuntur, proficiſci evidenter extitit manifeſtum.* Paulo poſt: *Nunc igitur pro certo ſcientes, nullam nos de tantis malis poſſe habere juſtitiam & emendationem, per quemlibet Celſitudinis veſtræ Legatum, niſi per veſtram Imperialem præſentiam, rogamus obnixe, atque per omnipotentem deum adjuramus, ut ad defendendam & liberandam de manibus malefactorum, qui eam atrociter devorant, Eccleſiam B. Petri Apoſtolorum Principis vobis commiſſam* &c. *venire libenter dignemini.* Hæc etiam Epiſtola Carolum Craſſum, jus Regni in Ducatu Romano & Exarchatu Ravennatenſi exercuiſſe demonſtrat. Erat *Vvido* ſeu *Guido* Marchio Spoletanus.



NOTÆ [1] ET hic infeliciter abit & errat Pagius, dum ex verbis epiſtolarum *Joannis* VIII. ad *Carolum Craſſum* putat, hunc Imperatorem, & ante eum *Carolum M. Ludovicum Pium* & cæteros ejus deceſſores in *Ducatu Romano* & *Exarchatu Ravennatenſi per* Miſſos ſuos juſtitiam adminiſtraſſe. Conqueſtus erat *Johannes* Pontifex, res B. Petri ab invaſoribus quibuſdam occupatas fuiſſe, quare datis litteris *Carolum* rogarat, miſſiſque nunciis, ut jura Eccleſiæ Romanæ defenderet, in Italiam veniret, ac ei reſtituendas, ſicut promiſerat, curaret: quod ſi ille in Italiam accedere non poſſet, Legatos mitteret, qui invaſores ac prædones hujuſmodi compeſcerent. Prædones iſti erant *VVido* ſeu *Guido* Marchio & Spoleti Dux, forte *Lamberti* itidem Spoletini Ducis frater, & alter *VVido* Marchio, *Lamberti* ejuſdem filius. Uterque *VVido* Ravennæ coram *Carolo* Imp. promiſerat Pontifici, *de omnibus immobilibus rebus territorii B. Petri pro reinveſtitione* ſe reſtituturos. At Pontifice in Provincia Pentapolenſi commorante, nempe in illius provinciæ urbe *Fano*, una cum *Adelardo* Epiſcopo, Caroli Miſſo, nunquam comparuit *VVido*, aut ullus ex ejus ſatellitibus, *qui noſtra*, ait Pontifex, *violenter tulerunt, ac retinuerunt*; quare *Carolum* rogat, ut ipſe adveniat, *ad defendendam & liberandam de manibus malefactorum, qui eam atrociter devorant, Eccleſiam B. Petri Apoſtolorum Principis vobis commiſſam.* Similia habet Pontifex in epiſt. CCLII. ad eundem *Carolum*. An ignotum eſt Pagio, Imperatores, & reges Francorum per ea tempora, Romanæ Eccleſiæ defenſores fuiſſe, qui jurejurando ſe ſe obſtrinxerant, res B. Petri ex prædonum manibus ſe vindicaturos? Et hoc eſt ſummum imperium exercere, ac juſtitiam adminiſtrare? Eccleſiæ Romanæ provinciæ ac jura, ab hujus ſæculi ſcriptoribus *juſtitiæ* appellantur. Hinc apud illos frequenter *juſtitiæ B. Petri* occurrunt, & *juſtitias recipere, reddere*, reſtituere, pro *res Eccleſiæ Romanæ recipere* ac *reſtituere*. *VVidonum* ſtemma aliter alii contexerunt. Coſmus Renius de Marchionibus Etruriæ P. 1. pag. 317. ita exarandum eſſe putavit.

M... ex regia Francorum ſtirpe
|
Wido ſenior Spoleti, ac forte Etruriæ Dux.
|
Wido Spoleti Dux, Tuſciæ Marchio & Comes, poſtea Imp. an. 898.
|
Lambertus Dux Spoleti
|
Wido Marchio. GEORGIUS

racenis. Nihil plane ſanctæ Apoſtolicæ Sedi adeo damnoſum ( quod ſæpius eſt repetendum ) quam ſi Præſules ejus prudentiæ innitentes carnis in gratiam Principum poſthabeant obſervantiam ſacrarum legum.

IV. In his igitur Joannes Papa conſtitutus anguſtiis preſſuſque moleſtiis occaſione legationis ab Hiſpania ad ſe miſſæ a Rege Aldefonſo Magno, & ab Epiſcopis ſub ejus Regno conſtitutis, redditis ad Regem litteris, ab eodem equos mitti petiit adverſus Sarracenos ingruentes armandos, ut ex litteris ad eumdem Regem ab eo miſſis apparet. Quod autem in primis ad eam legationem ſpectat, tria ſunt, quæ tum Epiſcopi, tum Rex ab eodem Pontifice petiere. Primo nimirum, ut conſecrandi Eccleſiam Compoſtellanam, ab eodem Rege magna impenſa auguſtiſſime conſtructam, licentia daretur. Secundo, ut Ovetenſis Eccleſia dignitate Archiepiſcopatus donaretur. Tertio vero, ut congregandi provinciale Concilium facultas concederetur. Qui autem hac ſunt functi legatione, fuerunt, duo preſbyteri Severus, & Deſiderius, qui Sidericus a Sampyro vetere ſcriptore depravate legitur. His igitur redeuntibus idem Joannes Pontifex cum ſuis litteris Arnaldum conjunxit Legatum ſuum. Hæc autem omnia ex ipſius Joannis Papæ litteris perſpecta habentur, quæ ab eodem auctore poſitæ ita leguntur:

V. *Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Aldefonſo Regi Chriſtianiſſimo, ſeu cunctis venerabilibus Epiſcopis, Abbatibus vel Orthodoxis Chriſtianis.*

Joan. Pap. ep. ad Aldefonſum Reg.

*Quia igitur in cura nos totius Chriſtianitatis beati Petri Apoſtolorum principis ſempiterna providentia ſucceſſores ea Domini noſtri JESU Chriſti conſtringimur adhortatione, qua beatum Petrum Apoſtolum monuit, dicens, quadam * voce: (a) Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claves Regni cœlorum, & reliqua: Hinc rurſus imminente Domini noſtri articulo glorioſæ paſſionis, inquit: (b) Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos: Ideoque quia veſtræ notitiæ fama per hos fratres Limina Apoſtolorum luſtrantes, per Severum & Deſiderium presbyteros nobis miro odore bonitatis eſt revelata, paterna vos adhortatione commoneo, in cœptis bonis operibus, gratia duce, perſeverare, quatenus copioſa vos B. Petri protectoris veſtri & noſtra protegat benedictio. Et quotieſcumque, filii chariſſimi, ad nos venire quilibet veſtrum, aut tranſmittere voluerit, tota cordis exultatione & animi gaudio de ultimis Gallæciæ finibus, cui vos præter me, Dominus rectores conſtituit, tamquam jure filios noſtros, vos colligimus. Et Eccleſiæ Ovetenſis, quam veſtro conſenſu & aſſiduæ petitione Metropolitanam conſtituimus, omnes vos ſubditos eſſe mandamus. Et concedimus etiam prædictæ ſedi, ut ea quæ Reges, ſeu Fideles juſte obtulerunt, vel in futurum, Domino opitulante, contulerint; rata, firma & inconcuſſa manere, in perpetuum præcepimus. Hos quoque latores litterarum noſtrarum omnes hortor, ut habeatis commendatos. Bene valete.* Item alia epiſtola

* vice

(a) Matt. 16.

(b) Luc. 22.

PAGIUS III. *Pontifex vexatur a Saracenis & ab invaſoribus.*

In Epiſtola CCXCIX. ad Anſelmum Archiepiſcopum Mediolanenſem data, narrat Sarracenorum & iniquorum Chriſtianorum perſecutiones his verbis: *Nos in hac terra tam Paganorum, quam malignantium Chriſtianorum tantas perſecutiones patimur, ut has verbis explicare non valeamus*, &c. Epiſt. vero CCXCVIII. ad Richardem Auguſtam, queritur nullam ſibi contra Saracenorum excurſiones opem ferri, rogat, ut ſibi ab Imperatore auxilium obtineat, deique operam ut *Angelberga* uxor quondam Ludovici II. Imp. ab exilio revocetur, & Romam mittatur. Magnam hujus Epiſtolæ partem Baronius n. II. recitat, ſed typographus verba hæc; *anno ſcilicet ſuperiori cum Carolus ejus conjux coronatus eſt Imperator*, quæ intra duas parentheſes includenda erant; & diverſo charactere deſcribenda, cum verbis Joannis Papæ permiſcet: *quæſivimus adjutorium*, inquit Pontifex, *& muros Urbis egredi non audemus. Nam ante veſtrum Romam adventum qualiſcumque nobis erat tranquillitas: modo vero intolerabilis, & importabilis perſecutionis extat tempeſtas; quia neque ſpiritualis filius noſter Auguſtus, neque alicujus alterius gentis homo nobis confert auxilium.* Hæc autem Epiſtola hoc anno ſcripta, Annaliſta enim Bertinianus ait; *Engilbergam Ludovici Italiæ Regis uxorem, quam Imperator in Italiam tranſduxerat per Leuðardum Vercellenſem Epiſcopum Joanni Papæ, ſicut petierat, Romam remiſit.*

IV. *Concilium Ovetenſe.*

A num. IV. ad VII. *Sampirus* Aſturicenſis Epiſcopus cujus Hiſtoriam Sandovalius publicavit, narrat *Adelfonſum* III. Legionis & Aſturiarum Regem, poſt varias victorias de *Saracenis* reportatas, Presbyteros duos Romam ad Joannem VIII. Papam miſiſſe, qui ab eo peterent, ut Eccleſia beati Jacobi Apoſtoli conſecraretur, & Concilium celebraretur. Epiſtola Joannis VIII. ad Adelfonſum eſt ordine CCCIX. in Regiſtro Epiſtolarum Joannis VIII. qui ea concedit, ut *Ovetenſis Eccleſia* Gallæciæ Metropolitana efficiatur. Ea vero qua monet, ut Eccleſias Sancti Jacobi conſecretur, eſt ordine CCCX. viſis literis *Adelfonſus* venit cum uxore & filiis ac Epiſcopis & totius regni Comitibus conſecrataque Eccleſia, & *tranſactis XI. menſibus venerunt Oveto ad celebrandum Concilium cum auctoritate Domini Papæ Joannis, & cum conſilio Caroli Principis Magni.* Ibi Ovetenſis Urbs Metropolis declarata actumque de reſtituendis Sedibus a Saracenis depopulatis, eiſque Epiſcopos præficiendi. *Ovetenſis* Eccleſia cæteris prælata quod, ut inquiunt Patres ad mon-



la ab eodem Papa Romano directa per Arnaldum gerulum menſe Julio:

*Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Aldefonſo glorioſo Regi Gallæciarum.*

VI. Joan. Pap. alia epiſt. ad Aldefonſum Reg.

*Litteras devotionis veſtræ ſuſcipientes, quia devotum vos eſſe cognoſcimus erga veſtram ſanctam Eccleſiam: gratias vobis multiplices referimus, Dominum exorantes, ut victor Regni veſtri * abundet de inimicis veſtris victoriam vobis concedat. Nam nos filii chariſſimi, ſicut petiſtis, ſedulas preces Domino fundimus, ut Regnum veſtrum gubernet, vos ſalvos faciat, cuſtodiat, & protegat, & ſuper inimicos veſtros..... Eccleſiam autem beati Jacobi ab Hiſpanis Epiſcopis conſecrari facite, & cum eis Concilium celebrate. Et nos quidem, glorioſe Rex, ſicuti vos, a paganis jam conſtringimur, die ac nocte cum illis bella committimus, ſed omnipotens Deus * dat nobis de illis triumphum. Hujus rei gratia rogamus dilectionem veſtram, & * animum deprecamur, ut quia (ut diximus) valde a paganis opprimimur: aliquantos utiles & optimos Mauriſcos cum armis (quos Hiſpani cavallos Alpharaces vocant) ad nos dirigere non omittatis. Qualiter nos recipientes, Dominum collaudemus, vobis gratias referamus, & per eorum portionem de benedictionibus ſancti Petri vos remuneremus. Bene vale, dilectiſſime fili, & clariſſime Rex.* Hucuſque Joannis Papæ epiſtolæ ad Regem Gallæciæ & Epiſcopos. Porro occaſione ingruentium bellorum, tum civilium, tum externorum ipſa dedicatio Eccleſiæ Compoſtellanæ dilata aliquamdiu fuit.

* abunde.

* det

* nimium



PAGIUS

montana Aſturiarum poſita, eſſet velut unicum Chriſtianorum refugium, in qua proinde præcipua Sedes eſſe deberet, ut dicitur in eodem Concilio, cujus Acta numquam hactenus edita, publicavit Em. Card. de Aguirre Tom. III. Concil. Hiſpaniæ. Quibus adde in Codicibus MSS. Sampiri ab Anonymo qui aſſervatur in Bibliotheca Mazarina viſis dici etiam Concilium coactum *XVIII. Kal. Julii.* [1]

V. *Hiſtoria Sampiri ex Codicibus MSS. correcta.*

Hic Anonymus pag. 58. monet etiam, quatuor lineas, quibus dicitur Concilium *era DCCCCIX.* celebratum, addititias eſſe pag. 59. *era CIX.* dicitur interpolata, & lineis ſequentibus unicam Joannis Papæ Epiſtolam in duas eſſe diviſam. Tum notat, hæc verba addititia eſſe, *in prima die, quod erat Nonas Maii anno Incarnationis Domini era DCCCCLXXIX. ſecunda feria, deducebat animum ad lunæ curſum IV. Luna XI.* Addititia eſt etiam, hæc nota temporaria Concilii, *Actum Concilio XVIII. Kal. Julii era DCCCCX. congregato magno exercitu ac triennio peracto era CMXL. urbes deſertas ab antiquis populari Rex juſſit*, legendumque juxta proba exemplaria MSS. *Actum Concilium XVIII. Kal. Iulii, ac triennio peracto urbes deſertas ab antiquitus populare Rex juſſit*, & delenda era Hiſpanica: quæ nullibi exprimitur.

VI. *Concilii Ovetenſis Epocha.*

Sandovallius in Notis & Diſſertationibus ſuis pag. 245. ait, fuiſſe, qui exiſtimarint, Concilium iſtud ante annos centum, regnante *Alfonſo Caſto* congregatum eſſe, innixos Privilegio Monaſterii S. Vincentii Montis-fortis in eodem conceſſo; ſed cum annus, quo illud emiſſum, diuturnitate temporum corruptus, ſit Sandovallius concludit, anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo habitum, quia Eccl. S. Jacobi dedicatio ad Eram nongenteſimam decimam quartam, ſeu ad ann. Chriſti DCCCLXXVI. neceſſario pertinet. Sampirus enim ſcribit, *tranſactis XI. menſibus*, a dedicatione nempe illius Eccleſiæ, Regem cum uxore & filiis, Epiſcopis & Comitibus veniſſe *Oveto, ad celebrandum Concilium cum auctoritate Domini Papa Ioannis, & cum conſilio Caroli Principis Magni*, & Ovetenſem Urbem Metropolitanam elegiſſe Sedem & in ea *Hermegildum* conſecraſſe *Archiepiſcopum*, idque *Nonas Maii*. In exemplari edito hæc verba leguntur, *ſecunda feria deducebat animum ad Lunæ curſum IV.* (quod recte Sandovallius de numero aureo explicat) *Luna XI. conſecratum eſt jam dictum templum*, qui characteres annum DCCCLXXVI. ut ſubiungit Sandovallius, certo deſignant. Verum quidem eſt, eos interpolatos eſſe; ſed cum in-

NOTÆ [1] QUoad Concilium Ovetenſe adnotandum pariter fuerat a Pagio acta ejuſdem Concilii a Card. de Aguirre edita cum Sampiri Hiſtoria in nonnullis pugnare. Non enim tantummodo varii ſunt utrinque characteres chronologici, ſed & Epiſcoporum qui Synodo huic adfuerunt nomina plane diverſa ſunt. Qui apud Sampirum eſt Hermenegildus Ovetenſis, in Actis eſt Adulphus, apud Hiſtoricum legas Argemirum, in Actis Argimundum Bracarenſem; ibi Rechareduſ, hic Wimaredus Lucenſis; ille Comerus, hic Gomellus Aſturicenſis. Inſuper aliæ & aliæ ſedes Epiſcopis attribuuntur; nam Palentinus Epiſcopus, qui in Actis legitur, nullus eſt apud Sampirum; apud quem viciſſim quidam ſeſe offerunt fruſtra in Actis quærendi, ut Salmanticenſis, Portugalenſis &c. Hujus diſcriminis ratio iſta facile afferri poteſt, quod Actis Concilii a Sampiro conſultis ſubſcripti fuerint non Epiſcopi tantummodo qui Concilio adfuerunt, ſed & alii qui deinceps ſucceſſu temporis vel prioribus illis ſucceſſerunt, vel in diverſis locis ex præſcripto ejuſdem Synodi ordinati fuerunt, quibus omnibus viſum fuit aſſentiri Concilio antea celebrato, ut Metropolitam Ovetenſem agnoſcerent. Hæc ſi admittantur, Acta illa, quæ Sampirus conſuluit, genuina non erant, ſed interpolata, ut etiam perſpicue demonſtrant notæ chronologicæ, quæ in ejus hiſtoria leguntur; ſicuti neque cohæret ſpatium illud menſium XI. quod a dedicatione Templi S. Jacobi uſque ad Concilii celebrationem conſtituit cum templum dedicatum fuerit die 7. Maii, & Concilium Julio menſe (alterius anni) habitum fuiſſe notet. Rectus hinc calculus menſes ultra duodecim exigit. Abjecto igitur Sampiro, cui anno Concilium hoc adſcribendum ſit, ignorare me profiteor. MANSI

VII. At quid poſt hæc de Joanne? illud tantum ex ejus epiſtolis proditur, ipſum rurſum Gallias verſus iter arripere ſtatuiſſe, ut diſſidentes inter ſe Francorum Principes ſimul conciliaret, ut ita eos, bello civili ſedato, promptos & expeditos habere poſſet ad ferendum auxilium Eccleſiæ Romanæ periclitanti. Hujus ſane argumenti eſt penultima ejus epiſtola, qua monet Supponem Comitem, ad quem (*a*) ſcribit, ut ſibi in Galliam proficiſcenti ad montem Ciniſum occurrat. Verum ne id faceret, mors interceſſit: ſiquidem in fine anni hujus inter tot tantaſque ærumnas, confectus, curis mœrore conſumptus decimooctavo Kal. Januar. moritur ipſe Joannes Papa, cum ſediſſet annos decem & diem unum, cujus rei geſtæ deſiderantur apud Anaſtaſium, fortaſſe prætermiſſæ ob odioſam reſtitutionem Photii. Sepultus eſt autem ante Eccleſiam ſancti Petri juxta portam, quæ appellatur Judicii, in cujus ſepulcro ejuſmodi fuit inciſum epitaphium, a Petro Manlio una cum aliis monumentis baſilicæ Vaticanæ deſcriptum, ſed ſcriptoris vitio, vel alio caſu decurtatum:

(*a*) *Joan. ep.307.*

Moritur Joannes Pap.

*Præſulis Octavi requieſcunt membra Joannis*
*Tegmine ſub gelido marmorei tumuli.*
*Moribus, ut paret, fulſit qui * nempe beatus*
** Altiſonus comptuſque actibus & meritis.*
*Judicii cuſtos manſit pietatis amator,*
*Dogmatis & * varii plurima verba docens.*
*De ſegete ac Chriſti pepulit zizania ſæpe.*
*Multaque per mundum ſemina fudit ovans.*
*Prudens & doctus verbo, linguaque peritus.*
*Solertem ſeſeque omnibus exhibuit.*

* mente.
* ſ. Altiſonis.
* ſ. veri

*Et nunc cœlicolas cernit ſuper aſtra phalanges.*

.................................

VIII. Quod autem ad reliquas ejuſdem Pontificis res geſtas pertinet, reperitur in Vaticanæ (*b*) bibliothecæ monumentis ejuſdem Joannis Papæ Octavi, de jure Cardinalium Conſtitutio his verbis: *Itemque ex noſtra præſenti Conſtitutione bis in menſe, vel eo amplius, vel apud illum, vel illum Titulum, ſive apud illam, vel illam Diaconiam, ſive apud alias quaſlibet Eccleſias vos convenire mandamus. Et ob veſtram & inferiorum clericorum vitam, & mores, & qualitates, & habitus veſtium perſcrutando, & qualiter quilibet. Præpoſiti ſe erga ſubditos habeant, vel quod ſubditi ſuis Præpoſitis non obediant, & ad quæque illicita amputanda, clericorum quoque & laicorum querimonias, quæ ad noſtrum judicium pertinent, quantum fieri poteſt definiendas. Quippe cum ſicut noſtram manſuetudinem Moyſi, ita & veſtram fraternitatem ſeptuaginta ſeniorum, qui ſub eodem cauſarum negotia diiudicabant, viciſſitudinem gerere, certum habeamus. Item monaſteria Abbatibus viduata & Abbatum, noſtra præcedente conſcientia, ſubſtitutionem bis qui ſunt inter nos, vel fuerint monaſticæ profeſſionis, diſponenda committimus.*

(*b*) *Liber Canonum inſcriptus num.* Conſtitutio Joan. VIII. de Cardinalibus.

IX. *Propter ſolicitudinem autem Eccleſiarum & clericorum earumdem diſciplinam ſive laicoram querimonias definiendas, bis in hebdomada ad ſacroſanctum Palatium, juxta decreta prædeceſſoris noſtri Leonis Quarti, vos convenire mandamus.*

*Item ſancimus de parochiis noſtris, quantumque Pontifici competit, Pontificali beneficio vos in perpetuum poſſidere, & in principalibus Eccleſiis juxta primatum veſtræ conſecrationis viciſſim officia divina peragere, & earum oblationibus, ſalva ſemper Cardinalium diaconorum pri-*

PAGIUS inter ſe exacte conveniant, non dubitandum, quin ex aliquo antiquo Monumento ab Interpolatore excerpti fuerint.

VII. *Solvitur dubium adverſus eam adductum.* Video quid ad hæc reſponderi poſſit, morem nempe tuliſſe, ut Eccleſiarum Dedicationes diebus Dominicis fierent. Verum hic mos non ſemper ſervatus, præſertim hoc tempore in Hiſpaniis, ubi qui Aſturiarum & Gallæciæ montes incolebant, diſciplinæ Eccleſiaſticæ prorſus rudes erant, & in extrema verſabantur barbarie, ut ipſimet Hiſpani fatentur. Præterquamquod hanc dedicationem ſeptima die Maii anni DCCCLXXVI. peractam, & *Concilium Ovetenſe* menſe Martio anni octingenteſimi ſeptuageſimi ſeptimi, coactum, demonſtratione conſtat; in Codice enim MS. non ſolum, uti in exemplari impreſſo, legitur, *ad celebrandum Concilium cum auctoritate domini Papæ Joannis, & cum conſilio Caroli Principis Magni;* verum etiam, *Caroli magni Imperatoris Romanorum & Regis Francorum memorati.* Quæ verba ſecundum Sampirum oſtendunt, Carolum Calvum, qui *Magnus* cognominabatur, Imperatorem tunc fuiſſe. Denique Interpolator Hiſpanus chartam ſancti Vincentii Montisfortis, antequam depravata eſſet, videre potuit. Hujus itaque Concilii epocha nunc certa videtur; cum regula a diebus Dominicis deducta, nec generalis, nec ſine exceptione fuerit. Ex his, ſicuti & ex dictis anno DCCCXLIX. apparet, *Carolum Calvum* magno in honore apud Hiſpanos fuiſſe. Nomina Epiſcopatuum Ovetenſi Metropolitæ ſubjectorum legenda anno DCCXII. num. ult.

VIII. *Moritur Joannes VIII. PP.* A num. VII. ad XIII. Annaliſta Fuldenſis cum hoc Chriſti anno Opus ſuum ab anno DCCXV. inchoatum abſolvit, quod duo Scriptores Anonymi continuarunt: prior editus fuit a Mar-



*priſca conſuetudine, æqualiter participare tam propter uſum veſtrum, quam in Eccleſiarum veſtrarum, luminarium concinnationes.* Hucuſque Joannis Octavi Conſtitutio.

X. Cum vero poſt Joannis obitum ſedes vacaſſet diebus tredecim exæſtuans zelo Romanus Clerus, eum ipſi ſubſtituendum curarunt, quem ſcirent ardentiſſimum Photii Impugnatorem; ſicque quinto Kal. ejuſdem Marinum elegit, qui olim diaconus cum eſſet, miſſus eſt cum Donato atque Leone Conſtantinopolim ad Photium excommunicandum a ſanctiſſimo Pontifice Nicolao. Sed & ab Hadriano Nicolai ſucceſſore miſſus eſt cum Donato & Stephano Epiſcopis Conſtantinopolim ad eumdem Photium deponendum, & reſtituendum Ignatium, atque Oecumenicam Synodum celebrandam, virum laudatiſſimum, quem expetierant magna inſtantia Bulgari, ut eum ipſis Hadrianus Papa daret Epiſcopum, ſed non obtinuerunt. Atque poſtremo (ut vidiſti) miſſus eſt a Joanne itidem Conſtantinopolim ad ruinam reparandam, quæ facta fuerat per tres Legatos illuc ad Synodum pro Photio reſtituendo miſſos; qui ſumma conſtantia agens contra Photium & Imperatorem, cuncta ab eis perperam facta damnavit. Hunc igitur jam Epiſcopum confeſſionis corona glorioſa redimitum ſibi in Pontificem eligendum abſque controverſia Romanus Clerus inſtituit. *Talem quidem decebat nobis creari Pontificem, cui dicerent: Tu noſter dux eris, ruina hæc in manu tua.*

XI. Porro decepit plures, quod cum in duabus prioribus legationibus Marinum Sedis Apoſtolicæ diaconum legunt, putant ipſum ex diacono factum eſſe ſummum Pontificem. At nequaquam id accidit: ſed ipſum auctum fuiſſe Epiſcopatu, & ex alterius Eccleſiæ gubernaculis, ob excellentem animi ejus virtutem (quod fieri minime conſuevit) ad ſummum Pontificatum Romanæ Eccleſiæ tranſlatum eſſe: neque enim hunc alium putamus eſſe quam Marinum illum Epiſcopum, quem diximus Joannem Papam miſiſſe Legatum Neapolim ad Athanaſium, ut ipſius litteræ (*a*) docent: ubi & oſtendit ipſum fuiſſe Arcarium ſanctæ Sedis Apoſtolicæ. Cujuſnam autem Eccleſiæ Epiſcopus fuerit, non ſatis nobis exploratum, Galleſio autem ipſum oppido oriundum, æque omnes affirmant. Sane quidem de Marini Epiſcopatu ante pontificatum eſt firma certaque negatio Stephani Papæ Sexti in epiſtola ad Baſilium Imp. inferius ſub loco integre recitanda.

Marinus Pap.

(*a*) *Joan. ep.294.*

XII. Marinus Papa damnat Photium. Accidit enim, ut cum ipſo ſuo ingreſſu Pontificatus Marinus Photium damnaſſet, ſimulque cunctas res ab eo geſtas ad munus Epiſcopale ſpectantes: moverit amplius ſemel exulceratum animum Baſilii Imperatoris ad iracundiam: qui furore incenſus Romam ſcribens, dicebat, Marinum non eſſe Pontificem; eo quod alterius Eccleſiæ jam fuiſſet Epiſcopus ordinatus; multaque alia ignominioſa adverſus eundem ſanctiſſimum Papam effutiens, eum folio deponere ſatagebat: ſed adverſus eum pro Marino laudatiſſimo Pontifice Stephanus Papa ſucceſſor ejus locupletiſſime ſatisfecit, ut ſuo loco dicturi ſumus.

*Mor-*

PAGIUS a Marquardo Frehero, & a Ducheſnio Tom. II. recuſus; alter a Lambecio Tom. II. Biblioth. Cæſareæ, quem ideo *Lambecianum*, ſicuti priorem *Freherianum* appellabimus. Uterque, quemadmodum Scriptor, quem continuant, annum a Natali Domini exorditur, & Lambecianus a die Natali Chriſti anni præcedentis, Freherianus vero a die natali hujus anni ſcriptionem ſuam incipit. Lambecianus de morte Joan. VIII. Pap. quam certum eſt in hunc annum incidiſſe, hæc tantum habet: *Joannes Pontifex Romanus deceſſit, in cujus locum Marinus, antea Epiſcopus contra ſtatuta canonum ſubrogatus eſt.* Freherianus vero ad initium ſequentis Chriſti anni ſcribit renunciatum eſſe Carolo Craſſo Romæ Præſulem Apoſtolicæ Sedis Joannem ab iis, qui ejus theſaurum & dignitatem anhelabant, malleolo percuſſum expiraſſe, additque: *Non mora apparuit, in cujus vice omni populo Romano unanimiter confortante, Marinus, qui in id tempus Romana in urbe Archidiaconus tenebatur, ordinari compactum eſt. Imperator obviam Papæ pergit, & illum loco nuncupante Nonantula; prout merito, honorifice ſuſcepit.*

IX. *Ei Marinus ſuccedit.* Sedit Joannes *annos decem*, & *dies duos*, ut habent Marianus Scotus, Luitprandus, Honorius Auguſtodunenſis, Martinus Polonus, Platina, tres Codices Colbertini; & duo a Scheleſtratio in fine Appendicis ad Opus Chronolog. Antiquit. Eccleſiæ publicati. Quare cum die XIV. menſis Decemb. an. DCCCLXXII. Pontifex conſecratus fuerit, e vita migravit die decima quinta Decembris currentis anni aut die XVI. ſi in Catalogis & libris laudatis dies ejus emortualis excluſus fuerit. *Marinus* Vir multis virtutibus clarus ei poſt paucos dies ſucceſſit, ut indicant hæc verba Continuatoris Freheriani, *Non mora apparuit*, &c. Onuphrius, Baronius, Papebrocius, aliique paſſim diem ejus ordinationis juxta propriam quilibet divinationem notavit, ſed jam ſemel & iterum declaravi, mihi perſuaſiſſimum eſſe hujuſmodi divinationes plus chronologiæ obeſſe quam prodeſſe; quod ipſemet Baronius tandem agnovit, ut infra videbimus. Quare ubicumque dies natalis vel emortualis Pontificum Rom. vel duratio Interpontificii ex probabili aliqua conjectura colligi non poterunt, eæ a me non proponentur.

X. *Ejus ordinatio legitima fuit.* Græci *Marinum* pro vero Pontifice Romano agnoſcere recuſarunt, quod Photio Pſeudo-Patriarchæ Conſtantinop. ſuam ordinationem non ſignificaſſet, prætexentes illum fuiſſe antea Bulgarorum Epiſcopum, ac proinde non potuiſſe ad aliam Sedem transferri. Verum *Stephanus*

XIII. Excidium Trevirenſis civitatis.

Mortuus eſt hoc anno Ludovicus Germaniæ Rex decimotertio Kalen. Decembris. Northmanni hoc audito, Trevirenſem appetunt civitatem, qua potiti Non. Aprilis incenderunt: tunc & Wala Metenſis Epiſcopus præter jus faſque egreſſus pugnare adverſus eos, occiſus eſt. Hæc veteres Annales Francorum a Pithœo editi, Regino autem obitum Ludovici ad xiii. Kalend. Septembris collocat. Reliqua de his anno ſequenti.

Hincmari Ep. Rhem. obitus.

Porro hoc ipſo anno Hincmarum Rhemenſem Epiſcopum obiiſſe, Frodoardus in ejus vita teſtatur, ubi ait: *Excreſcentibus tandem flagitiis, gens Northmannorum per omne Francorum diffunditur Regnum; & quoniam civitas hæc Rhemenſis tunc abſque muro habitabatur, accipiens ille, quod ſibi charius in theſauris habebat corpus videlicet B. Remigii, ſilveſtria loca trans fluvium Matronam expetiit & apud villam Sparnacum aliquanto tempore cuſtodivit. Denique cum ibi moraretur, diem ſuum clauſit extremum; cujus corpus Rhemos relatum, poſt ipſius Sancti tumulum, in tumulo, quem*

PAGIUS

*nus* V. vulgo VI. in Epiſtola a ſe ad Baſilium Imp. data, & a Baronio an. DCCCLXXXV. num. IX. & ſeqq. recitata dicit eos id aperte oſtendere non poſſe, ſubditque, *quod obiicitur de Canone, cum tamen id numquam fuerit: multitudo tamen ſanctorum Patrum, & illorum auctoritas & judicium potuit illum conſtituere in primo gradu*. Baronius num. XI. arbitratur Marinum fuiſſe Epiſcopum; cum in Epiſtola CCXCIV. Joannis Papæ mentio ſit Marini *Reverendiſſimi Epiſcopi & Sanctæ Sedis Arcarii*; ſed Marinus ille a noſtro ſine dubio diverſus, & Marinus hoc anno Pontifex Romanus creatus poſtulatus quidem fuerat Archiepiſcopus a Bulgaris Hadriano II. Eccleſiam Romanam regente, ſed nullum indicium eſt ex quo appareat, eum tunc ordinatum fuiſſe Archiepiſcopum ab Hadriano II. Quare continuator Lambecianus perperam ſcribit, Marinum ordinatum fuiſſe *contra ſtatuta canonum*, recte vero Freherianus, *Marinum* tunc fuiſſe Romanæ Eccleſiæ Archidiaconum. [1] Porro Marinus a recentibus Scriptoribus *Martinum II.* appellatur; ſed non diſcedendum ab Antiquis, & a Catalogis Pontificum Romanorum, in quibus ſemper *Marinus* nominatur. Denique accurate Onuphrius obſervat in Nota ad Martinum II. eum ex Galleſio Faleriorum in Etruria ortum quemadmodum & Romanum ejus affinem, poſtea Papam, teſtibus, Guillelmo Bibliothecario & Antonio Maſſa Galeſio in libello *de Faliſcis*.

XI. *Moritur Ludovicus II. Germaniæ Rex.*

Ad num. XIII. Baronius refert mortem Ludovici Germaniæ Regis accidiſſe *XIII. Kalend. Decemb.* juxta Annales Fuldenſes, quos Pithæanos vocare ſolet, obſervatque Reginonem ejus obitum ad *XIII. Kal. Septemb.* collocare; quod utrumque verum eſt, ſed tam Annaliſta Fuldenſis, quam Regino, quem Annaliſta Metenſis exſcribit, hac in re falluntur, quemadmodum & Continuator Fuld. Freherianus. Continuator enim Lambecianus hunc errorem correxit, ſcripſitque: *Stella Cometes XV. Kalend. Februarii prima hora noctis apparuit, comas ſuas ſupra modum ſpargens & rem infauſtam, quæ cito ſecuta eſt ſua apparitione præmonſtrans. Nam Hludovicus, invaleſcente morbo XIII. Kal. ejuſdem menſis diem ultimum clauſit.* XIII. *Kalend. Februarii* mortuum Ludovicum notat etiam Hermannus Contractus in Chron. juxta editionem Caniſianam. Regino & Annaliſta Metenſis ex eorum verbis corrigendi. Poſtquam enim ejus mortem narrarunt, ſubdunt: *Nortmanni, audita morte Regis, nimio exultant tripudio, & jam non de conflictu, ſed de præda cogitant. Igitur cum omnibus viribus a munitione exiliunt, & Treverorum nobiliſſimam civitatem Galliarum Non. Aprilis die ſacratiſſima Cœnæ Domini occupant.* Quod etiam habent Continuator Lambecianus, cujus mox verba recitabimus, imo & ipſemet Annaliſta Fuldenſis. Quare errores illi librarios attribuendi, qui idem *XIII. Kal.* retinuere, ſed Kalendas Februarias modo in Kalend. Septemb. modo in Kalend. Decemb. mutarunt. Mors hæc alieniſſimo Reipublicæ tempore contigit, Normannis Provincias ad Rhenum, & Moſam crudeliter lacerantibus. Carolus Imp. qui in Italia erat, & quem Regna Ludovici reſpiciebant, crebris legationibus ex Italia evocatus eſt, ut fraternam hæreditatem adiret, & hoſtes finibus exigeret. Rem fuſe narrat Continuator Lambecianus: *Quod audiens* (nempe mortem Ludovici Regis) *exercitus qui contra Normannos fuerat miſſus, ab expugnatione hoſtium deſiſtens, infecto negotio rediit. Quorum Nortmanni inde tranſeuntium veſtigia ſecuti, cætera, quæ prius dimiſerant, in-*

NOTÆ

[1] MArinum hunc antequam Sedem Romanam aſcenderet, Epiſcopum fuiſſe, quod deinceps ambigamus, nihil eſt, cum hæc de illo ſcribat Author Invectivæ in Romam pro Formoſo, vulgatæ a Cl. Blanchinio in Prolegom. ad tom. IV. Anaſtaſii pag. LXXII. *Cerenſis namque Epiſcopus fuit minunus* (forte *minime* ſeu non unus) *ex ſeptem ſicut Formoſus, ſed ex Forenſibus unus*. Erat autem Cæræ Urbs Etruriæ vetuſtiſſima, XXV. M. paſſibus ab Urbe, cujus Epiſcopi quidam ab Ughellio in Epiſcopatibus abrogatis memorantur, quos inter deinceps referendus eſt pariter Marinus, minuens ingentem hiatum apud eundem Ughellium inter Creſcentium anno 869. & Anniſum, qui A. 993. ſacris præerat.

Quoad hunc pariter Marinum ejus exordium nonnullis menſibus anticipandum eſſe ſuſpicor. Nam Formoſus ab eodem Marino in gradum ſuum reſtitutus fuit, ut notat ex Mabillonio Pagius ad A. 891. 2. In Chronico vero Sennonenſi S. Columbæ vulgato in Anecdotis Martenii to. III. col. 1449. ad annum 882. notatur, eodem anno die II. Non. Julii delatas fuiſſe Senonas ex urbe Roma reliquias S. Columbæ, quas *attulit Roma veniens quidam civis ejuſdem Urbis, Formoſus nomine, Portuenſis epiſcopus, cujus memoria in locello quo condita ſunt diligenter habetur*. Formoſum ſacra pignora detuliſſe a Pontifice miſſum, vix dubito; nec ſane miſſus fuiſſet niſi a Marino, cum Joannem ejus deceſſorem infeſtum habuerit. Ex tunc igitur Marinus ſacris præerat, ac proinde ſaltem Junio menſe anni hujus incœperat. MANSI



*quem ipſe ſibi paraverat, eſt ſepultum.* Obiit anno Incarnationis octingenteſimo octogeſimoſecundo, Epiſcopatus trigeſimoſeptimo & amplius.

XIV.

(a) Frod. hiſt. Rhem. l. 3. c. 17. Hincm. Epitaphium.

De ipſius autem ſepultura & Epitaphio eidem inſcripto, hæc idem auctor: (a) *Corpus ejus in monaſterium S. Remigii allatum, in tumulo, quem a tergo ſepulcri S. Remigii, cum hoc epitaphio Latino ſequente pro ſua ſepultura paraverat, conditum, ſepultumque fuit:*

*Nomine non merito præſul Hincmarus, ab antro*
*Te lector tituli, quæſo, memento mei:*
*Quem grege paſtorem proprio Dionyſius olim,*
*Rhemorum populis, ut petiere, dedit.*
*Quique humilis magnæ Rhemenſis tegmina plebis*
*Rexi pro modulo: hic jam modo verme voror.*
*Ergo animæ requiem nunc, & cum carne reſumpta*
*Gaudia plena mihi hæc quoque poſce ſimul.*
*Chriſte tui clemens famuli miſerere fidelis:*
*Sis pia cultori ſancta Maria tuo.*
*Dulcis Remigi ſibimet devotio proſit,*
*Qua te dilexit pectore & ore, manu.*
*Quare hic ſuppetiit ſupplex ſua membra locari.*
*Ut bene complacuit denique ſic obiit.*

Hactenus epitaphium.

XV.

Porro ſi de ipſo quid ſentiendum æque judicii libramento dicendum ſit: quod ad ſcientiam pertinet, ſi agitur de peritia Canonum, plane dixeris eruditiſſimum, licet interdum nimis eis favens ſuper Apoſtolicæ Sedis Decreta eos extulerit. Si de Theologicis facultatibus, ipſum quidem invenimus excultiſſimum, ut in his, quæ contra Gotheſcalcum Prædeſtinatianum hæreticum abunde ſcripſit, adverſus quem præ cæteris laboravit: in reliquis etiam talem exiſtimatum, quem conſuluerint plures diverſis quæſtionibus, ſed non in omnibus ita feliciter, ut ex reſponſionibus ad eas apparet: quarum hic illa una in medium adducenda; de qua ita Frodardus: (b) *Item Hincmarus ſcripſit pro libello hiſtoriæ de ortu ſanctæ Mariæ, & homilia beati Hieronymi de Aſſumptione ipſius Dei Genitricis. Quæ quidam monachus Corbeienſis monaſterii non eſſe recipienda contendebat. Ad quæ reſpondens idem dominus Hincmarus, dixit, præfatam hiſtoriam nos habere ad lectionem, non ad proferendam auctoritatem.* Optime iſta quidem. Non enim Eccleſia in divinis laudibus ita ſe habet, ut parem cum divina Scriptura, quam adhibet, cæteris quibus utitur ſcriptis tribuat auctoritatem. Pergit vero Frodoardus:

(b) Frod. hiſt. Rhem. l. 3. c. 22.

XVI.

*Homiliam vero eamdem a S. Hieronymo aſſerit Catholice eſſe dictatam, ſicut & ſtylus, & cautela, & ſenſus, & intellectus, & alia certa indicia monſtrant, & certæ perſonæ, per quas de partibus Orien-*

PAGIUS

*incendio cremaverunt uſque ad Confluentem caſtellum, ubi Moſella Rhenum ingreditur. Murus Moguntiæ civitatis reſtaurari cœptus & foſſa murum ambiens extra civitatem facta. Nortmanni de ſua munitione egreſſi, Trevirenſem urbem invaſerunt, & habitatoribus civitatis partim expulſis, partim occiſis, totam in Nonis Aprilis incenderunt. Quibus Vualba Metenſis Epiſcopus incaute cum pacis occurrens occiſus eſt.*

XII. *Obitus VValæ Epiſc. Metenſis.*

Horum hæc erat temporum conſuetudo, ut Epiſcopi & Abbates bellicas artes exercerent, & Reges in expeditionibus adverſus inimicos fidei ſuſceptis comitarentur. Hinc *Vuala* Metenſis Epiſcopus cum Normannis manus conſeruit, & in acie peremptus eſt, non quidem *Nonis Aprilis*, quo Nortmanni Treviros occuparunt, ſed aliquot poſt dies, cum Metas infeſto exercitu profecti ſunt. Dies mortis & duratio ejus Sedis notantur his verbis in Catalogo S. Symphoriani, qui his verbis clauditur: *Vuala Archiepiſcopus ſedit ann. VI. dies V. Obiit III. Id. Aprilis* die nempe undecima illius menſis. Quare die VIII. menſis Aprilis anni DCCCLXXVI. Metenſis Epiſcopus ordinatus fuerat, ut ſuo loco oſtendi; librarius tamen loco, *II. Idus April.* perperam ſcripſit, *III. Idus April.* Vualam vocatum fuiſſe *Archiepiſcopus* in ejus ordinatione vidimus. Porro ab anno DCXXV. quo S. *Arnulphus* Epiſcopatum Metenſem abdicavit, & Sanctum *Goericum* ſucceſſorem nactus eſt, uſque ad præſentem, in Catalogo laudato S. Symphoriani dies emortuales & duratio Sedis Singulorum Antiſtitum Metenſium ita accurate notantur, ut nulla ſit in Galliis Eccleſia, quæ hac in re Metenſi æquiparari poſſit. Sed cum Meruiſſus in Hiſtoria Epiſcoporum Metenſium, San-Marthani in Gallia Chriſtiana, aliique paſſim a Catalogo illo S. Symphoriani receſſerint, hinc factum, ut Chronotaxis, quæ certa erat, perturbata fuerit, & non raro ſuſdeque everſa. In eodem Catalogo memorantur etiam anni, menſes & dies, quibus S. *Arnulphi* Deceſſores Eccleſiam Metenſem adminiſtrarunt, ſed illi plerumque mendoſi, & ab aliquo imperito confecti; cum contra duratio Succeſſorum *Sancti Arnulphi*, eorumque dies emortuales, ex optimis illius Eccleſiæ Monumentis deſcriptas fuiſſe appareat.

XIII. *Obitus Hincmari Archiep. Remenſis.*

A num. XIV. ad XVII. Flodoardus lib. 3. Hiſt. cap. 30. refert, *Hincmarum* Archiepiſcopum Remenſem, gente Nortmannorum per omne Francorum Regnum diffuſa, detuliſſe corpus S. *Remigii* apud villam Sparnacum & dum ibi moraretur, diem ultimum clauſiſſe. Poſtea recitat ejus Epitaphium, & ex eo Baronius, qui tamen hæc verba, quæ eidem ſubduntur, prætermiſit: *Anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo octogeſimo ſecundo, Epiſcopatus autem ſui XXXVII. menſe VII. & die quarta.* Cum itaque die tertia menſis Maii anni CMXLV. conſecratus fuerit, ut eo anno vidimus mortuus eſt die ſeptima menſis Decembris, & quidem *Sparnaci cujus corpus ad mo-*

*rientalibus tempore certo delata ad regiones noſtras pervenit, fidem faciunt*. Hæc de his Frodoardus ex Hincmari ſcriptis. Verum quod ad dictum de Aſſumptione libellum Hieronymi nomine editum pertinet: dum Hieronymi eſſe defendendum putavit, cæcutiiſſe non dubium eſt, ut ex iis, quæ in Notis diximus ad Romanum Martyrologium, patet. Quod ad reliqua Hincmari, nempe ad mores pertinet, qualiter fuerit comparatus, ſua ipſius ſcripta tamquam ejus imago in tabula docent. Sed & quod Domino ſuo ſtat aut cadit, & ſecundum illud antiquitus vulgatum: Nihil in mortuum temperandum eſt humano judicio de his ferre ſententiam. Sed alia occaſione de ipſo inferius pluribus dicendum, hic modo de ejus obitu & ſepultura: cui idem tradit auctor ſucceſſiſſe Fulconem, virum certe tanta Eccleſia dignum, ſacerdotali vigore & libertate vigentem, de quo ſæpe inferius dicendum erit.

XVII. Cæterum de his, quæ ſpectant Rhemenſium fugam ob Northmannorum incurſionem, hoc anno cœptam, & ſequenti propagatam, habet iſta Aimoinus.

(a) Aim. l.5. c.61.

(a) *Uſque Laudunum caſtellum Northmanni venerunt, & quæ in agro ipſius caſtelli erant, deprædati ſunt, & incenderunt, diſponentes Rhemos venire: indeque per Sueſſiones & Noviomagum pergentes ad præfatum caſtellum expugnandum rediere. Quod pro certo audiens Hincmarus Epiſcopus, cujus homines de poteſtate Rhemenſis Epiſcopii cum Carolomanno, vix noctu cum corpore S. Remigii, & ornamentis Rhemenſis Eccleſiæ *(ſicut infirmitas corporis ejus poſcebat) ſella geſtatoria deportatus, & Canonicis ac monachis atque ſanctimonialibus hac, illacque diſperſis, ultra Matronam ad quamdam villam, quæ Sparnacus nominatur, vix fuga lapſus pervenit. Scara autem Northmannorum plenum exercitum præveniens, uſque ad Rhemenſem portam pervenit: quæ iis, quæ extra civitatem invenit, deprædatis, villulas quaſdam incendit. Sed civitatem, quam nec murus, nec humana manus defendit, Dei potentia, Sanctorum merita, ne in illam ingrederentur.* Hæc ipſe.

XVIII. Ingentes clades a Nortmannis illatæ.

At non hic finis malorum, ſed & Leodium, Trajectum caſtrum, Tungrenſem urbem incendunt. Repetita rurſum incurſione Ribuariorum finibus effuſi rapinis & incendiis cuncta devaſtant. Coloniam Agrippinam, Bonnam civitates cum adiacentibus caſtellis, itemque Tulpiacum, Vulpiacum, & Noveſium igne comburunt. Poſt hæc Aquiſgranenſe palatium, inde & Malmudarienſe & Stabulenſe monaſterium in favillas redigunt, Arduennam percurrentes, Prunienſe cœnobium ingrediuntur in die Epiphaniæ Domini, interfectis omnibus, quos ibi invenerunt, monaſterium igne conſumunt. Hæc in actis (*b*) S. Gudilæ pluribus, cujus quoque nobile monaſterium pari-

Civitates ſuccenſæ.

(b). *Apud Sur. die 8. Januarii prope finem*

ter

PAGIUS *monaſterium S. Remigii velatum, & poſt ipſius ſancti tumulum in ſepulcro, quod ipſe ſibi præparaverat, eſt ſepultum*, inquit ibidem Flodoardus, qui diem ejus emortualem non expreſſit, ſed quem ex ejus Epitaphio cum die ordinationis collato eruo. Sirmondus quidem quem paſſim alii ſecuti ſunt, in Synopſi Chronica Tom. I. ejus Operum præfixa ſcribit, eum die XXI. menſis Decembris e vivis exceſſiſſe, ſed nullo teſte; cumque Marlotus in Metropoli Remenſi lib.3. cap.40. qui omnia archivii Remenſis inſtrumenta præ manibus habuit, diem mortis ejus non memorarit, ſed tantum ſcripſerit, *anniverſarium diem defunctionis* Hincmari *annuatim recoli*, & veſtimenta ac calceamenta, ipſo die tranſitus ejus præordinatis pauperibus diſtribui, exiſtimo Sirmondum ſolo necrologio Remenſi innixum, diem illum morti ejus attribuiſſe, qui tamen veroſimilius ejus exequiis adſcribendus; cum Hincmarus *Sparnaci*, quæ villa Regia eſt VIII. millibus ab Urbe Remenſi diſparata, diem obierit, indeque Remos tranſlatus, die XXI. Decemb. terræ mandatus fuerit, quantum conjectura aſſequi poſſum. Si Marlotus diem annuæ illius diſtributionis, ut debuit adnotaſſet, minus nobis hac in re hærendum eſſet. Quod ſi eo die, ut ſuſpicor, fiat, hæc noſtra interpretatio non minus probabilis; cum in Necrologiis ſæpius dies ſepulturæ, quam dies mortis notetur. Quamvis autem Hincmarus in quibuſdam aberraverit, ut humanum eſt, conſtat tamen inter ætatis ſuæ eruditiſſimos ac ſanctitatis & diſciplinæ Eccleſiaſticæ retinentiſſimos vindices merito annumerandum eſſe, inquit Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. ubi ejus Opera a Sirmondo duobus Tomis publicata recenſet. Iis addenda quæ Oudinus in Supplemento de Script. Eccleſiaſt. memoravit, quibus Hincmari Opera non parum amplificantur. Ei ſtatim ſubſtitutus fuit *Fulco* Vir primariæ nobilitatis Abbas S. Vedaſti & S. Bertiniani apud Attrebatum, qui Francorum Regnum ſub Carolo Simplice moderatus eſt.

XIV. *Probroſa pax Caroli Craſſi cum Normannis.*

Ad num. XVII. & ſeqq. quæ refert Baronius de *Normannorum* graſſationibus, & pace inter eos & Francos compoſita valde illuſtrantur ex illis, quæ Continuator Lambecianus laudatus, poſt ſuperiora verba, ſtatim ſubiicit: *Karolus Imperator audito fratris ſui* (Ludovici nempe II. Germaniæ Regis) *obitu, de Italia perrexit in Bajoariam, & Optimates, qui fuerunt fratris ſui ad ſe venientes, in ſuam ſuſcepit dominium. Deinde VVormaciam veniens cum ſuis undique venientibus conſiliatus eſt, quomodo Nortdmannos de ſuo regno expelleret. Statuto itaque & condicto inter eos tempore convenerunt de diverſis provinciis viri innumerabiles, & omnibus hoſtibus formidandi, ſi Ducem habuiſſent idoneum, ſibique conſentientem. Hoc eſt Franci, Nerici, Alamanni, Thuringi atque Saxones, parique intentione profecti ſunt contra Nortdmannos pugnare cupientes. Quo cum perveniſſent, munitionem illorum, quæ vocatur Aſcloba, obſede-*

*runt*



(a) *Notg. de mirac. S. Remacli l.2. apud Sur. die 3. Septemb.*

Divinæ iræ evidens ſignum.

ter concrematum eſt. De his vero a (*a*) Notgero qui interfuit, ſeorſum ſcripta eſt hiſtoria de incenſione Stabulenſis monaſterii S. Remacli, & miraculis tunc editis, quam tu conſulas, ubi ſequens annus ſignatur tantæ cladis octingenteſimus octogeſimus tertius. In quibus omnibus magnæ iræ Dei certa illa demonſtrata ſunt argumenta, quod cum in tranſlationibus corporum diverſorum Sanctorum, ne a Paganis illis incendio abſumerentur, plurima reperiuntur edita eſſe miracula: ut autem iidem reprimerent graſſantes barbaros, nullus iſtud obtinuit apud Deum, cum in aliis eorum ubique potentia, aliis editis ab iis ſignis, innotuerit, ut dictum eſt de Rhemis civitate per ſanctum Remigium liberata, de Oratorio S. Severini (*b*) Epiſcopi Colonienſis, quod barbari, conflagrante urbe, incendere minime valuerunt. Alii vero Sancti ſua ſivere comburi monaſteria & Eccleſias, qui alia tamen tunc temporis miracula ediderunt, ut de S. Martino dictum, & S. Remaclo tunc ſcriptum proditur, & aliis Sanctis, quorum reliquiarum tunc facta tranſlatio legitur: ut appareat, magna ira Dei iſta permiſſa fieri, cum Sanctorum in his preces non fuerint exauditæ: alia vero pro quibus rogarentur, ipſis tunc a Domino obtinentibus; ut plane acciderit ſecundum Propheticum illud (*c*): *Si beſtias peſſimas induxero ſuper terram ut vaſtem eam, & tres viri iſti, Noe, Daniel, & Job fuerint in ea: Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabunt, ſed ipſi ſoli liberabuntur, terra autem deſolabitur, &c.*

(b) *Apud Sur. de tranſlatione S. Severini die 23. Oct. infra.*

(c) *Ezech. 14.*

XIX. Pax contracta inter Francos & Northmannos.

His igitur (ut dictum eſt) auditis a Northmannis illatis cladibus Carolus ab Italia refert pedem in Gallias, opem laturus periclitanti jam populo univerſo. Qui non ferro, ſed auro, aliiſque promiſſis Northmannorum duces avertit, Godefridum, & Sigefredum, illi conceſſa Friſia, & Regia puella matrimonio juncta: cui auri & argenti ingenti copia e Metenſi Eccleſia ſublata, ſunt numeratæ bis mille & octoginta libræ, ſolidis viginti pro libra computatis. Porro autem non prætermittimus, quod reddunt præcipuam veteres Francorum Annales hanc cauſam, cur ab utraque parte pax animo concordi inita fuerit (*d*). *Mira itaque res & ſtupenda obſidentibus Francis & obſeſſis a Carolo Northmannis quadam die occurrit. Nam xii. Kalen. Auguſti poſt medium diem tenebroſa ſubito caligo tota caſtra operuit, fulgore & tonitru concrepante; & talis grando, ut nullus antea mortalium ſe tale quid vidiſſe profiteretur, non ut ſolitum eſt, lapides deſcendere plena & æquali ſuperficie, ſed cornuta & inæquali, & aſpera facie, omnibus cernentibus*

(d) *Aim. l.5. c.61. & Regino anno 882.*



in-

PAGIUS *runt. Cumque jam expugnanda eſſet munitio, & hi, qui intus erant, timore perculſi mortem ſe evadere poſſe deſperaſſent, quidam ex Conſiliariis Auguſti Liutvvardus pſeudo-Epiſcopus* (qui omnia poterat apud eum) *cæteris Conſiliariis, qui patri Imperatoris aſſiſtere ſolebant ignorantibus, iuncto ſibi VVicberto Comite fraudulentiſſimo, Imperatorem adiit, & ab expugnatione hoſtium pecunia corruptus deduxit, atque Gotafridum Ducem illorum Imperatori præſentavit, quem Imperator more Achabico quaſi amicum ſuſcepit, & cum eo pacem fecit, datis ex utraque parte obſidibus; quod Nordmanni acceperunt pro omine. Et ut pax ex illorum parte rata non dubitaretur, clypeum juxta morem ſuum in ſublime ſuſpenderunt, & portas munitionis aperuerunt. Noſtrates autem calliditatis illorum expertes, eamdem munitionem ingreſſi ſunt, alii quidem cauſa negotiandi, alii vero pro loci firmitate conſideranda; at Nordmanni ad conſuetam calliditatem converſi, clypeum pacis deponunt, portas claudunt, & omnes ex noſtris intus inventos aut occiderunt, aut catenis ferreis ligatos ad redimendum ſervaverunt.* Liutwardus Epiſcopus Vercellenſis ab Annaliſta Metenſi valde laudatur: Aſchloham vero locus erat a Rheno XIV. milliaribus diſtans juxta Pontanum lib. 4. Rerum Danicarum. Pergit Annaliſtæ Fuldenſis Continuator Lambecianus. [1].

XV. *Terra ad inhabitandum Normannis Galliarum damno conceſſa.*

*Sed Imperator tantam contumeliam exercitui ſuo illatam flocci pendens, prædictum Gotafridum de fonte Baptiſmatis levavit, & quem maximum inimicum & deſertorem regni ſui habuerat, conſortem regni conſtituit. Nam Comitatus & beneficia, quæ Rorich. Nordmannus, Francorum Regibus fidelis, in Kinnin tenuerat, eidem hoſti ſuiſque hominibus ad inhabitandum delegavit. Et, quod majoris eſt criminis, a quo obſides accipere & tributa exigere debuit; huic, pravorum uſus conſilio, contra conſuetudinem parentum ſuorum, Regum videlicet Francorum; tributa ſolvere non erubuit. Nam theſauros Eccleſiarum, qui propter metum hoſtium*

*ab-*

NOTÆ [1] IN gratiam accuratioris chronologiæ adnotandum eſt, Carolum hoc anno Vuormatiæ fuiſſe Majo menſe, ibi enim die XI. Kal. Junii Præceptum dedit relatum in Collect. Veter. Monum. Martenii to. I. col. 216. quo bona quædam conceſſit Monaſterio Prumienſi, quod ſe præſtare aſſerit *audita infeſtatione paganorum, qui dicuntur Normandi, ad eundem monaſterium erumpentium*. Habes hic alteram Monaſterii Prumienſis vaſtationem, de qua Hiſtorici ſilent. Cum autem hoc ipſo anno Carolus Vuormatiam rediens Placitum ſeu Conventum celebraverit, pronum eſt menſem quo illud forte habitum fuit elicere ex altero Præcepto ejuſdem Caroli, quod extat in collectione ejuſdem Martenii to. II. col. 31. Datum eſt illud Vuormatiæ, *idus Novembris, anno Dominicæ Incarnationis* DCCCLXXXII. *indictione XV.* MANSI

*inſolitum & magnum præbuit ſpectaculum (mirabile & incredibile dictu) ut vix groſſitudo eorum potuerit pollice & digito medio circumdari. Nam & ita equi ſtupefacti fuerunt, ut effractis ſudibus & habenis, partim extra caſtra, partim in caſtris errore & ſtupore verterentur. Civitatis quoque, quam obſederant, propter impetum aeris, magna pars corruit, ita ut una cohors coacervatim poſſet equitando ingredi, niſi vallo, quod circumerat, ſuſpenſa conſtaret. Igitur per tot dies obſidens tam magnus exercitus æſtivo in tempore propter putredinem cadentium hominum ægritudine correptus, & pertæſus eſt. Nec minus incluſi ſimili moleſtia premebantur.* Sicque inita pax eſt dictis conditionibus, quas obſeſſi ſibi proficuas ab obſidentibus præter morem acceperunt.

XX. Godefridus Dux Northmannorum fit Chriſtianus.

Cum autem regiam puellam Giſlam nomine Lotharii Regis filiam Godefridus in matrimonium accepiſſet, baptizatum fuiſſe, & ab ipſo Carolo e baptiſmo ſuſceptum, Regino tradit. Porro hæc omnia de clade per Northmannos illata, & eo modo redempta, hoc anno cœpta, ſequenti ſunt conſummata. Roricum etiam ejuſdem gentis regulum ad Fidem converſum conſtat: de quo Frodoardus, ubi relegit Hincmari ſcripta, hæc inter alia habet (a): *Alia ejuſdem Hincmari epiſtola Rorico Northmanno ad Fidem converſo, ut ſemper in Dei voluntate, & mandatorum illius obſervatione proficiat, ſicut eum velle ac facere, per multos audiebat; & ut ei nemo perſuadere valeat, quod contra Chriſtianos paganis auxilium aut conſilium præſtet, quia nihil ei proderit bapti-*

(a) *Frod. hiſt. Rhem. lib. 3.*

PAGIUS

*abſconditi fuerant, abſtulit, & auri puriſſimi atque argenti, ad confuſionem ſui, totiuſque exercitus, qui illum ſequebatur, libras, II. CCCCXII.* (ideſt 2412.) *eiſdem dedit inimicis. Præterea quiſque de ſuo exercitu, in defenſione ſanctæ Eccleſiæ zelo Dei commotus, aliquem de Nordmannis, qui caſtra invadere tentabant, occidit, aut eum jugulare; aut ei oculos eruere præcepit. Unde exercitus valde contriſtatus, dolebat ſuper ſe talem veniſſe Principem, qui hoſtibus favit, & eis victoriam de hoſtibus ſubtraxit, nimiumque confuſi redierunt in ſua. Nordmannus vero de theſauris & numero captivorum CC. naves onuſtas miſerunt in patriam, ipſi in loco tuto ſe continentes. Imperator inde tranſiens Moguntiacum venit, & inde ad villam Tribuere* (inter Moguntiam & Oppenheymium ſitam) *ibique per plures moratus eſt dies. Qui etiam Vvangioni Placitum habuit, & parum utilitatis decrevit. Nordmanni portum, qui Friſiaca lingua Taventeri* nunc *Daventria* in Belgio fœderato ad Iſaram fluvium) *nominatur, ubi Sanctus Liobomus requieſcit, plurimis interfectis ſuccenderunt.* Ita Continuator Lambecianus, qui hoc tempore vivebat.

XVI. *Moritur Ludovicus III. Galliarum Rex.*

His addenda quæ Annaliſta Bertinianus hoc anno habet: *Nunciatum eſt ei* (nempe Ludovico III. Galliarum Regi) *quia ſobrinus ſuus Ludovicus Ludovici Germaniæ Regis filius inutiliter ſibi & Eccleſiæ ac regno vivens, morti ſuccubuit. Venientes autem Primores partis illius regni, quæ ipſi Ludovico in locarium data fuerat, quatenus quæ pater & avus illorum habuerunt, eis conſentiret, voluerunt ſe illi commendare. Sed conſilio Primorum, propter ſacramenta, quæ inter eum & Carolum facta fuerunt, non eos in commendationem ſuſcepit: ſed ſcaram hoſtilem, cui præfecit Theodoricum Comitem, quaſi in adiutorium illorum contra Nortmannos diſpoſuit. Et ipſe ultra Sequanam, ac ſi recepturus Britonum Principes, & bellaturus contra Nortmannos uſque Turones perrexit. Ubi infirmatus eſt corpore, & lectica deportatus uſque ad monaſterium Sancti Dionyſii menſe Auguſto ibi mortuus eſt, & ſepultus.* Annaliſta Metenſis, & ex eo Regino hanc mortem in annum ſequentem perperam differunt; recte tamen tradunt, Carolomannum fratrem Regnum illius obtinuiſſe. Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 26. num. 17. refert apud Folquinum in chartario, de iſto Ludovico legi: *Iſdem Rex Hludouvicus in pago Vimiaco cum Nordmannis bellum gerens, triumphum eſt adeptus, & non multo poſt obiit III. Nonas Auguſti, anno Domini DCCCLXXXI. Regnavit annos II. menſes III. cui ſucceſſit in regno frater ejus Carlomannus.* Verum Folquinus Monachus Sithienſis, qui chartas Cœnobii ſui in unum corpus redegit ſæculo decimo labente, in anno emortuali Ludovici III. Francorum Regis hallucinatus eſt. Is enim anno DCCCLXXIX. die X. menſis Aprilis Ludovico Balbo patri in Regnum ſucceſſit, & teſte Annaliſta Bertiniano, qui in eodem Monaſterio vixit, & hoc anno Operi ſuo finem impoſuit, uſque ad menſem Auguſtum præſentis anni vitam produxit. Cætera quæ de eodem Folquinus habet, in dubium non revocanda, cum ab Annaliſtis, Fuldenſi, Chronographo de Geſtis a Normannis in Galliis, Metenſi & Reginone idem certamen adverſus Normannos commiſſum referatur, idque anno ſuperiori, ubi de eo prælio egimus.

XVII. *Varæ Urbes Galliæ a Normannis devaſtata.*

Pergit Annaliſta Bertinianus: *Primores regni expeditum nuncium miſerunt ad Carolomannum mandantes, ut relictis, qui Viennam obſiderent & ſeditioni Boſonis reſiſterent, ipſe quantocius ad eos venire feſtinaret: quoniam hoſtiliter ipſi præparati erant in occurſum Normannorum, qui civitates Coloniam & Treviris cum monaſteriis ſibi contiguis jam incenſas haberent, & monaſterium ſancti Landberti in Leudico* (ideſt Leodio) *& Promiæ,* (ideſt Prumiæ), *& inde Aquis etiam Palatium, omniaque monaſteria parochiarum, Tungrenſis videlicet, Attrebatenſis, Cameracenſis, & partem Remenſis parochiæ ſuæ ditioni addicta, & partim cum caſtello Moſomagenſi incenſa, & Vvalam Metenſem Epiſcopum contra ſacram auctoritatem & Epiſcopale miniſterium armatum, & bellantem occiſum, & ſocios ejus fugatos habebant. Ipſi autem parati erant illum recipere, & ſe illi commendare, ſicut & fecerunt. Dum autem in eodem procinctu degeret menſe Septembrio, nunciatum eſt illi certo nuncio, quia capta Vienna uxorem Boſonis & filiam ejus Richardus frater ipſius Boſonis ad comitatum ſuum Auguſtudinenſem adductam habebat.* Harum Urbium devaſtationes Annaliſta Fuldenſis in annum ſuperiorem confert. Sed manifeſtum eſt, hanc Normannorum



*tiſmum Chriſtianitatis accepiſſe, ſi contra Chriſtianos per ſe, vel per alios, quoſcumque perverſa, vel adverſa fuerit machinatus, &c.*

Hoc eodem anno incenſum a Sarracenis fuiſſe inſigne monaſterium ſancti Vincentii ad Fontes Vulturni, atque nongentos monachos ab eiſdem decollatos ſcribit Joannes monachus ejuſdem monaſterii, qui vixit tempore Paſchalis Papæ Secundi, deque his pluribus agit.



PAGIUS

rum irruptionem anno, quo uterque Ludovicus Rex e vivis exceſſit, contigiſſe, & hinc Regum mutationem his cladibus viam aperuiſſe.

XVIII. *Notgerus non eſt Auctor duorum lib. de Mirac. S. Remacli.*

Baronius n. XVIII. refert *Normannos* Monaſterium Stabulenſe, cujus quondam *S. Remaclus* Abbas fuerat, incendiſſe, idque narrare Notgerum, *qui interfuit*, lib. 2. de Mirac. S. Remacli, apud Surium ad diem III. Septemb. Verum *Notgerus* Epiſcopus Leodienſis. qui Vitam S. Remacli Trajectenſis Epiſcopi, & Vitam S. Landoaldi Presbyteri in literas miſit [1] non poteſt eſſe Auctor duorum librorum de Miraculis S. Remacli; cum Leodienſis Epiſcopus dictus fuerit an. CMLXXII. annoque MVIII. obierit, ut legitur in Chron. Leodienſi, quod extat Tom. I. Biblioth. Labbei. Præterquamquod Chapeavillus Tom. I. Epiſc. Leod. pag. 222. ait ſe legiſſe in Lamberto Parvo, Monacho Abbatiæ Sancti Jacobi Leodienſis, qui Chronica ſcripſit ab anno CMLXXXVIII. uſque ad annum MCXCIV. quo florebat, Notgerum anno MVIII. vita functum eſſe. Liber itaque ſecundus de Miraculis S. Remacli editus quidem eſt ab Auctore, *qui interfuit* & qui corpus hujus Sancti tunc alio detulit, uti ipſemet narrat ſed is Monachus fuit monaſterii Stabulenſis, ut ſubinde indicat. Liber primus a Monacho etiam Anonymo ejuſdem Monaſterii elucubratus, qui diſerte inſinuat ſe tempore Ludovici Pii vixiſſe, & juſſu *Airici* Abbatis Indæ Monaſterii miracula S. Remacli in ſcripta redegiſſe, quia Airicus S. Hermetis Martyris Reliquias *per Lotharium Imp. a Rom. Eccleſiæ partibus impetrarat, & ſummo honore proſequebatur*. Ita Anonymus cap. 19. Mabillonius ſæc. II. Benedict. publicavit aliam Vitam S. Remacli, a Monacho Stabulenſi Anonymo, quem ſæculo IX. vixiſſe dicit, editam, additque eum Anonymum Auctorem etiam videri libri primi miraculorum S. Remacli. Quod ad ſecundum librum, quem ipſe magna ex parte refert, recte cenſet ex ejus capitibus IX. & XI. deduci ejus Auctorem diverſum eſſe ab eo qui primum librum elucubravit, quod ibidem dicat Anonymus ſe ad *Odilonem* Abbatem ſuum acceſſiſſe, & narrans quoddam miraculum affirmet, ſe ab Abbate ſuo *Ravengero* ad Epiſcopum miſſum eſſe. Obſervat autem Fiſſenum in Floribus Eccleſ. Leod. tradere *Odilonem* Abbatem anno CMLIV. demortuum; *Ravengerum* vero anno MVIII. ideoque poſteriorem librum non a priori Auctore, ſed ab aliis diverſis fuiſſe compoſitum. Quæ Viri doctiſſimi conjectura certa videtur; in Chronico enim Flodoardi ad annum CMXLVII. legitur *Agenoldum & Odilonem* cum aliis quibuſdam Abbatibus interfuiſſe Synodo Virdunenſi eo anno indictæ & in Vita S. Joannis Abbatis Gorzienſis, qui anno CMLXXIII. ad Deum migravit, num. LVI. habetur *Odilonem* e Monaſterio Gorzienſi, aliquot milliaribus ab urbe Metenſi diſſito aſſumptum fuiſſe ad Abbatiam Stabulenſem, eamque reformaſſe.

XIX. *Per fluminum oſtia Normanni Gallias ingreſſi.*

Sed redeo ad Normannos, de quibus Folcuinus Abbas Laubienſis in lib. de Geſtis Abbatum Laubienſium Tom. VI. Spicilegii recitato cap. 16. ait; *Gens quædam Aquilonaris, de qua forte dictum eſt;* Ab Aquilone pandetur omne malum, *quam plerique Northalbingos, alii uſitatius Nortmannos vocant, pyraticam agens novo & inaudito retro ante temporibus modo Franciam eſt aggreſſa; quæ maria primum occupans demum oſtia fluminum, quæ Franciam alluunt, eſt ingreſſa: ſubinde reſtans ſubinde progrediens, ubi reſiſtentem vidit neminem, quaquaverſum ſibi libitum viſum eſt, ferebatur. Qui videlicet Nortmanni per quatuor nobiliſſima flumina, Rhenum, & Schalt ab Oriente, Sequanam & Ligerim ab Occidente: Franciam ingreſſi incendiis & rapinis omnia depopulantur, nulli ſexui vel ætati parcentes, captivos abducunt, ipſa etiam altaria Paganis manibus profanantes: quoniam metu plura Sanctorum corpora, & optima quæque ad tutiora loca deportantur: ſed noſtrorum patronorum non neceſſe fuit longius aſportari, quoniam adjacens Tudinii caſtrum, idque nobis proprium & munitiſſimum fecerat influentes indemnes haberi; villarum vero longe poſitarum erat, multi exterminii deſolatio. Hiſa nunc fluvii nomen eſt, qui antiquitus Iſara dicebatur.* Folcuinus autem mortuus eſt anno CMXC.

NOTÆ

[1] Obiter hic adnotandum eſt, Notgerum Epiſcopum Leodienſem nullam ſcripſiſſe vitam S. Landoaldi; ſed quæ ſupereſt ejuſdem Sancti narratio ſcriptis demandata fuit ab Harigero, viro muſicæ artis peritiſſimo, qui laborem hunc ſuſcepit, demandante eodem Hotgero, ut perſpicue docet coævus Author tranſlationis Reliquiarum viri illius Sancti, capite 2. num. 15. Hiſtoria hæc cum narratione Tranſlationis, cujus meminimus, legenda eſt apud Bollandiſtas ad diem XIX. Martii.

Inſuper hoc ipſo in numero minus caſtigate Pagius ſermonem habens de Lamberto Parvo ſcribit floruiſſe illum anno 1194. nam annus ille Chroniſtæ illius emortualis fuit, ut diſcimus ex ejus Continuatore Rainero Monacho Leodienſi. Utrumque illud opus Chronicon ſcilicet Lamberti & Reinerii continuationem legas vulgatum a PP. Martene & Durand Veter. monum. tom. V. col. 5. MANSI

I. Formoſus reſtituitur in Epiſcopatum.

OCtingenteſimus octogeſimus tertius annus Redemptoris ſequitur, Indictione prima inchoatus, quo Marinus Papa perperam facta Joannis Papæ reſcindens, inter alia Formoſum Epiſcopum Portuenſem reſtituit in Urbem & in Epiſcopatum, quem damnans Joannes jurare coegerat, ſe numquam repetiturum Epiſcopatum, ſed laica communione contentum quieſcere. Sed ſicut cauſæ ignorantur, cur fuerit a Joanne depoſitus ab Epiſcopatu, aliis alias opinantibus, ita neſcitur reſtitutionis per Marinum factæ modus, an ſcilicet abſolutus fuerit a juramento vi extorto, atque declarata nulla Joannis Papæ ſententia fuerit. Sed illud valde indecens, quod ob reaſſumptum Epiſcopatum, in eumdem nonnulli rerum geſtarum ignari temere obloquuntur: nam iſtum quidem (ſicut ſuperius ſuis locis vidimus) ſi quem alium umquam, præclara geſta commendant. Apoſtolatum hic a ſanctiſſimo Nicolao Papa accepit ad Bulgaros, ubi annis pluribus degens, gentem illam ad Chriſti Fidem convertit, & magnam inde ſibi gloriam comparavit, aliiſque poſtea legationibus perfunctis honorificentiſſime majori gloria auctus eſt. Quod autem a Joanne fuerit condemnatus, haud adeo mirandum, quippe quod Joannes ipſe, ut vidiſti, magno ſuo dedecore averſari viſus eſt prædeceſſorum res bene diſpoſitas, reſtituendo Zachariam Anagniæ Epiſcopum, prævaricationis damnatum a Nicolao, laica tantum communione ab Hadriano donatum, quem & honorifico munere Bibliothecarii Apoſtolicæ Sedis auctum, Conſiliarium ſuum fecit, & legationes credidit, cum & reſtituit Photium ab iiſdem prædeceſſoribus ſæpe damnatum. Fortaſſe accidit, ut non ferens Formoſi in ipſum iſthæc vel alia hujuſcemodi exprobantis libertatem, ut rebellem habitum, quod ipſi reſtiterit, ex Albo Epiſcoporum abraſerit. Marinus vero virum inſignem, fulgentem inſignibus Apoſtolatus, & aliarum legationum meritis ornamentis, ſed obrutum ignominia, (ut par erat) erutum in ſtatum priſtinum revocaverit. Sic igitur quod apud Zachariam prophetam eſt de Zorobabel: (*a*) Cum veſtimenta ſordida ſublata ſunt ab eo, poſitaque eſt cidaris munda ſuper caput ejus, Formoſus Epiſcopus per Marinum Pontificem eſt conſecutus.

(*a*) *Zach.* 3.

II. Fulco Rhemenſ. Archiep. ad Marinum Pap.

Eodem tempore ad eundem Marinum Papam ſcripſiſſe reperitur litteras Fulco ſucceſſor Hincmari Archiepiſcopus Rhemenſis, de quibus litteris habet iſta Frodoardus in vita ipſius Fulconis: *Præmiſſo viro Dei ad patres ſuos appoſito, ſucceſſit in Epiſcopatu Rhemenſi Fulco vir nobilis, & Palatinis aſſuetus officiis. Qui Fidei ſuæ tenorem Marino Papæ delegans, pallium ab eo anteceſſorum ſuorum de more ſuſcepit. Cui etiam litteras miſit pro concedendo debito Rhemenſis Eccleſiæ privilegio, atque pro commendatione Regis Carolomanni, in quibus ſe ſignificat ab eodem Papa dudum fuiſſe cognitum, tempore Joannis Papæ, quando cum Carolo Imp. idem Fulco fuerat Romæ. Item pro quodam monaſterio, quod frater ipſius, nomine Rampo, ab eo conſtrui teſtamento delegaverat ex rebus ſuæ proprietatis, quas poſtea Ervinifridus quidam pervaſerat, qui uxorem ipſius Ramponis viduam ſibi copulaverat, pro quo idem Papa Everardo Senonenſi Archiepiſcopo, in cujus parochia idem monaſterium conſtructum fuerat, litteras direxit. Sed & Joanni Archiepiſcopo Rothomagenſi, in cujus idem Ervinifridus diœceſi degebat, præcipiens, ut eum admoneret ab hac ſacrarum rerum pervaſione ceſſare, quod ſi facere nollet, canonicam ſubiret ultionem.*

III. Schola Anglicana.

*Eodem anno Marinus Papa Scholam Anglorum Romæ exiſtentem, Aelfredo Rege deprecante, a tributo liberam fecit, qui etiam Regi præfato dona tranſmittens plurima, dedit ei inter cætera portionem non modicam illius Crucis ſalutiferæ, in qua Dei Filius pro ſalute mundi pependit.* Hæc totidem verbis Matthæus Weſtmonaſterienſis res Anglicanæ Eccleſiæ ex antiquioribus monumentis accuratius proſequutus.

Aelfredi Regis Angliæ pietas.

Eodem tempore Aelfredus Rex Angliæ, qui Romæ coronam (ut dictum eſt) a Leone Papa acceperat, poſt varios caſus, multaque pericula, a quibus divinitus eſt liberatus, Regnumque vendicatum a Danis, grati animi opus exolvit, duplicis officio legationis, alteram mittens ad ſacras Memorias Apoſtolorum Romam, ad Indos alteram ad corpus S. Thomæ Apoſtoli. De duabus legationibus iſtis hæc Wilelmus (*a*) Malmesbirienſis: *Eleemoſynis intentus, privilegia Eccleſiarum, ſicut pater ſtatuerat, roboravit. Et trans mare Romam, & ad ſanctum Thomam in Indiam multa munera miſit. Legatus ad hoc miſſus Sigelinus Schireburgenſis Epiſcopus, cum magna proſperitate (quam quivis hoc ſæculo mittitur) Indiam penetravit: indeque rediens, exoticos ſplendores gemmarum, & liquores aromatum, quorum illa humus ferax eſt, reportavit. Præterea munus omni auro obrizo pretioſius, partem Dominici ligni a Papa Marino Regi miſſam.* Legatum Romam miſſum cum eleemoſinis fuiſſe Etheltem Comitem Wiltumtienſium, Rogerius tradit anno octingenteſimooctogeſimoſexto. Anno nono Regis ipſius id accidiſſe de legationibus ad Apoſtolos miſſis, teſtatur Henricus Huntindonienſis, additque hæc omnia ex nuncupato voto ab eodem impleta fuiſſe.

(*a*) *Vvilel. de geſt. Reg. Ang. lib. 2. c. 4.*

IV. Patriarcha Aquilejenſis ſchiſmaticus.

Quod ad res pertinet Orientalis Eccleſiæ, legatio inter hæc decernitur ab Aquilejenſi Patriarcha ad Photium Patriarcham agentem Conſtantinopolit. a ſchiſmatico ad ſchiſmaticum, & ad perfidum a perfido. Quo autem nomine fuerit appellatus Aquilejenſis, nondum licuit ſcire. Iſte quidem non ſolum ab Eccleſia Romana averſus, ſed omnibus Eccleſiis Occidentis, Latinis inquam omnibus contrarius, ſchiſmaticis Græcis inhærens, audaciſſime impugnabat Latinorum ſtabilitam per ſæcula multa ſententiam de proceſſione Spiritus ſancti. Quod vero ſolus iſta conatus inter Latinos inveniretur: a Photio per legationem ac litteras implorat auxilium, nimirum ut ab ipſo epiſtola redderetur contra Latinos. Quibus ille acceptis, præſtitit quod petiit abunde ſatis, has reſcribens litteras ad ipſum, quas inventas Romæ in Vallicellana bibliotheca diligentia Federici Metii, ab eodemque diligenter Latinitate donatas hic reddimus, quibus veneno conſperſis nos antidotum in fine paravimus. Sic ſe habet titulus:

V. Photii ep. ad Patriarcham Aquil.

*Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Archiepiſcopum Aquilejæ, videlicet Venetiarum, de his, qui blaſphemo ore Spiritum ſanctum a Filio etiam procedere affirmant.*

*Beatitudinis tuæ litteræ nobis allatæ ſignificabant quidem primo mentem tuam, quod ſit ſecundum Deum, Spiritus etiam dilectionem, quod magna ſit & excelſa, & vulgarium hominum conditionem ſuperet. Admirati deinde ſumus illum, qui nobis eas attulit: præter alias virtutes & prudentiam mentis, etiam conſtantia, & fortitudine præſtat: per quæ, quaſi per ſpeculum ſacram tuam & Deo venerandam beatitudinem intueri nobis licuit aperte & perſpicue quæcumque litteræ ipſæ explicare non poterant: & tanti viri virtute delectati ſumus & lætati. Vidimus enim hominem prudentia magis, quam canitie venerandum, virtute prætera non minus quam prudentia exornatum, & mentis conſtantia prudentiam ſuam firmantem, atque (ut unico verbo dicam) tali gratia præditum, qua par eſt eum fulgere, qui a Deo accipit, ut ſacerdos ſtatuatur tremendorum myſteriorum noſtrorum, veſtra etiam dignum doctrina & manuum impoſitione. Talem quidem eſſe eum, qui litteras beatitudinis tuæ nobis attulit, experientia ipſa nos docuit. Et ſicut licebat certo conicere, quod ille, qui primas ferebat, & auctor, & cauſa iſtiuſmodi miſſionis ad nos fuerat, ut videlicet, plenus ſis divinarum gratiarum, & vitæ ſplendore fulgeas, & dogmatum ardenti zelo, & charitate præſtes, & ſalutis exemplar exiſtas illis, qui te intuentur.*

VI. Verboſa adulatio.

*Niſi enim tuis ſecundum Deum documentis & inſtructionibus fuiſſet edoctus is, qui gratiam pontificalem a te accepit: nullo pacto illis adeo delectaretur: licet nihil mirum, ſi quis tantum gratiæ a tuarum virtutum fonte hauſerit, nec propterea ad eam devenit præſtantiam, quæ pontifices Dei decet: non ſemper enim ſervant vel in aliquo brevi ſplendore & lumine ſimilitudinem ii, qui ſequuntur illos, qui ipſos præceſſerunt, & in his omnibus habenda eſt Deo gratia creatori omnium & benefactori, qui ut in partibus Orientis, ita etiam in Occidente, luminaria quædam & duces ſacerdotum quotidie lucere facit, & multorum animas & mentes in pontificali dignitate illuſtrare.*

VII.

*Sed cum ita de tua virtute ſentiremus, & tuis rebus geſtis lætaremur & geſtiremus, quod nuper ad noſtras pervenit aures (& utinam numquam perveniſſet: animi enim & corporis eſt magnus dolor) effecit, ut deponeremus magnam, quam conceperamus, ſpem; & mœrorem noſtrum aperire tibi neceſſarium duximus. Delatum ſiquidem nobis fuit, quod nonnulli in Occidente (neſcio quomodo abſque dolore dicere valeam) vel Dominicis verbis non ſatis inſtructi, vel nullam de Patrum & Synodorum decretis & dogmatibus rationem habentes, vel neſcio quid aliud dicere quis poſſet, tamen utinam non eſſet; pervenit, inquam, ad noſtras aures, quod nonnulli Occidentalium divinum & ſanctiſſimum Spiritum non ſolum ex Deo Patre, verumetiam a Filio procedere, novo dogmate introducunt.*

Invehitur in Latinos.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXXI. An. Hegiræ CCLXX. inchoato die 10. Julii fer. 4. A.C. 883.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6376.

☉ 24. F. ☽ 10. P. 31. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 883.

MARINI PAPÆ 2.

CAROLI CRASSI IMP. 4.

BASILII IMP. 17.

*eunt. Quod nullo pacto eſt ferendum. Et multum præterea detrimentum propter hanc vocem apud eos, qui adducuntur, ut id credamus, afferunt. Quod ſi aliquo rationabili prætextu facerent, non tanta fortaſſe, licet magna, eſſent reprehenſione digni. Cum vero de hac re fuerit propoſita quæſtio, & eorum error apertus & manifeſte declaratus fuerit, non ſolum ſacris litteris, ſed etiam ipſiſmet verbis Dominicis repugnare; niſi quamprimum ab hujuſmodi abſurda opinione reſipuerint, & perniciem, ad quam deferuntur, agnoſcentes repulerint, & pietatis filios & diſcipulos prompto & alacri animo ſeipſos oſtenderint: ad quantam blaſphemiam iſtiuſmodi homines prolabantur, & quantæ damnationis reos ſeipſos efficiant, licet nullus id affirmet, unicuique tamen eſt compertum. Cadent enim una cum aliis bonis a pietatis gloria, & ab ipſomet divino Spiritu, dum ipſius ſancti Spiritus detrahunt dignitati, dicentes illum a Filio procedere, & ſecunda quadam proceſſione illum contumelia afficientes, quaſi unica proceſſione non ſint contenti.*

VIII. Photius abutitur Leonis Magni auctoritate.

*Quomodo enim non erit abſurdum, vel potius quomodo non omnem blaſphemiæ exceſſum ſuperat, ipſiſmet Dominicis verbis adverſari? traditioni etiam & doctrinæ refragari, quæ ubique apud magnas Patriarchales ſedes viget? Atque ut ejus prædeceſſores omittam: Leo ſiquidem Romanus Pontifex, tum ſenior, tum illum ſequutus junior, eadem ſentire cum Catholica & Apoſtolica Eccleſia, & ſanctis Pontificibus, qui eos præceſſerunt, & Apoſtolicis Decretis agnoſcuntur. Et prior quidem Leo in Quarta generali ſancta Synodo multas laudes eſt aſſecutus, non ſolum pro ſacris illis viris, quos nomine ſuo Legatos miſit; verum & pro ſua epiſtola, qua Neſtorius & Eutyches damnati fuerunt, in qua Spiritum ſanctum a Patre procedere prædicavit, juxta præcedentia ſynodica decreta, non autem a Filio.*

IX. Leonis junioris exemplum male uſurpatur.

*Similiter & junior Leo, qui non ſolum nomen, verumetiam fide illius eſt æmulatus: hic ſiquidem Leo junior pietatis fervens zelator, ut nullo pacto barbara lingua corrumperetur immaculata noſtræ Fidei doctrina, Græca lingua, ut initio dictum eſt, Occidentalibus ſanctam Trinitatem glorificandam & celebrandam tradidit; & non ſolum ſermone & mandato id faciendum curavit, verumetiam quibuſdam ancilibus quaſi clypeis conſtructis, & columnis erectis illam inſcripſit, & in conſpectu omnium ſtatuens, ad Eccleſiæ valvas collocavit, ut hoc pacto facile & incorrupte poſſent omnes pietatem ediſcere & nullo pacto iſtiuſmodi occultis depravatoribus & novatoribus pateret aditus depravandi noſtram Chriſtianorum pietatem, & ſecundam cauſam Filium introducendi præter Patrem Spiritus ſancti, qui procedit a Patre, eodem honore & dignitate, qua genitus eſt Filius.*

X. Vane ipſam Rom. Eccl. teſtem adducit.

*Nec hi duo ſoli ſacri viri, qui in Occidente micuerunt, pietatem integram conſervarunt: (non ita enim Occidentalium Eccleſia Doctorum copia caret) verumetiam alius ipſorum innumerabilis numerus, qui una cum ſuperius dictis viris pietate præſtant. Cum igitur Romana Eccleſia una cum quatuor aliis Patriarchalibus ſedibus eadem ſentiret & confiteretur, & in petra verborum Domini fundata & firmata eſſet Eccleſia (contra quam neque inferi portæ, oræ videlicet hæreticorum portis carentia ullo pacto prævalere poſſe, ipſamet Veritas confirmavit) unde, & ex quibus nova hæc emerſit adverſus Spiritum ſanctum blaſphemia? Et quomodo non erit multis lacrymis digna atque ſuſpiriis?*

XI. Commilitonem appellat ad pugnam.

*Et multa quidem opus eſt diligentia ad cohibendum hujus mali progreſſum, nec amplius videre morbum iſtum devorare & deprædari eos, qui in grege Chriſti ſunt numerati. Hac igitur de cauſa humilitas mea te tamquam magnum quemdam Eccleſiæ propugnatorem, & quaſi ſpeculatorem poſitum domui novi Iſrael, præſtantiam tuam virtute fulgentem advocat, ut zelum Dei, quem in corde habes, in medium excites: & quaſi ſacerdotii lucernam accendens; omnibus, qui errant, ſalutare lumen lucere facias, & errorem ipſum propellas, & pietatem manu ducas, quæ per univerſum orbem eſt divulgata.*

XII. Falſa multa aſſumuntur a Photio contra Latinos.

*Primum etenim, ut diximus, Dominicam habes vocem quovis lumine lucidiorem præfulgentem, Spiritum ſanctum ſcilicet a Patre procedere. Ad quam quidem vocem reſpicientes illi, quamvis ſero, qui a Filio Spiritum ſanctum procedere blaſphemo ore pronuntiarunt, abſtineant in poſterum ab hujuſmodi tenebris & errore; & lumine pietatis illuſtrati ad orthodoxiæ ſplendorem una cum Orthodoxis revertantur, veriti in primis Evangeliſtam Joannem, qui e pectore Domini cæleſtium dogmatum compos factus, & Theologi nomen adeptus eſt; & per eum veniam adipiſci procurent, ſi adverſus ipſum & Magiſtrum ejus, & alios diſcipulos umquam inſurgere auſi ſunt. Dicere enim a Patre & Filio ſanctiſſimum Spiritum procedere, duas omnino eſt cauſas, & principia in ſanctiſſima Trinitate introducere, & ita monarchia omnino evaneſcet; duas ſiquidem aperte dicunt eſſentias, qui hoc dicunt, & duas cauſas prædicant. Ex quibus etiam ſequitur, ut unum principium in duo*



*principia ſimul dividatur. Hæc autem blaſphemia vertatur in caput adverſariorum.* Tam iſta, quam cætera, quæ ſequuntur in redargutionem Catholici dogmatis a Photio robuſta argumentatione allata, ut leviſſima demonſtrata, & vaniſſima confutata ſunt ab Hugone Ætheriano, Gennadio, & aliis pluribus, qui in eo ſcribendi argumento verſati ſunt, quos ſi tu majori conſulas ocio: plane videbis quam inſaniat fraudulentus eunuchus, qui pergit:

XIII. Photius vel imperitus, vel calumniator maximus.

*Præterea ſi perfecta eſt a Patre proceſſio: quid opus eſt ſecunda proceſſione? Primum enim qui audet hoc dicere, ſanctiſſimæ Trinitati perfectiſſime imperfectionem aliquam tribuit; ex duobus enim imperfectis Spiritum ſanctum omnia perficientem conſtituit, necnon compoſitum ipſum facit, quaſi ex duabus quibuſdam cauſis conflatum, & ita (o linguam incontinentem & mentem ſtultam!) ex utroque imperfecto modo Spiritum ſanctum procedere. Si vero in hujuſmodi blaſphemiam tamdem devenient, & Spiritum ſanctum quaſi nepotem dicere non erubeſcent: etſi hanc vocem vitant Orthodoxorum metu, tamen hanc ſententiam, ut ex eis, quæ docent, licet conjicere, tuentur. Si enim ex Patre per generationem Filius procedit, Spiritus vero ſanctus ex Filio per proceſſionem: ad nepotis ordinem utique deveniet Spiritus ſanctus. Et quomodo hoc ferendum illis, qui pietatem colunt, & Chriſtianorum numero recenſentur?*

XIV. Enormes blaſphemias calumnioſe Latinis impingit Photius.

*Tu vero mihi, hominum religioſiſſime, abſurdum iſtorum opinionem ex inferis emergentem, ita argue. Si enim cum Filii generatione procedit etiam Spiritus ſanctus, & ſimul alter quidem, Filius ſcilicet generatur, alter vero Spiritus ſanctus, ex genito Filio procedit, nihil minus quam Filius, etiam Spiritus ſanctus a Patre proceſſionem acciperet per generationem. Generat ſiquidem Pater Filium, & Spiritus ſanctus una cum Filio per generationem procedente ſimul procedit. Si enim aliud tempus in ipſis Filium quidem a Patre per generationem procedentem ſtatuit, aliud vero tempus, quo Spiritus ſanctus ex Filio procedit (fortaſſe enim & hoc conſequens fingent) omnino Spiritum ſanctum poſteriorem Filii generatione conſtituere neceſſe erit. Si vero has apertas blaſphemias, & periculum hoc cum perſpexerint, a ſua opinione non recedent: proculdubio Spiritum ſanctum genitum eſſe fateri cogentur.*

XV.

*Audio autem iſtos divinum etiam Paulum ad ſuæ hæreſis confirmationem adducere non vereri; inquiunt enim ex S. Paulo: (a) Miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra clamantem, Abba, pater. Sed illi, qui verbis iſtis Apoſtoli ſuam inſcitiam confirmare credunt: illud noverint, quod quibus verbis ſancti Pauli ſeipſos tueri putant, iiſdem potius ipſi errare arguuntur. Non enim in iis, quæ Paulus prædicat, illos reprehendimus, ſed quia divinas Scripturas depravant, ipſos accuſamus. Et quoniam quæ nec dixit umquam ille, nec cogitavit quidem, impudenter ad ejus contumeliam adducunt, ut hac de cauſa ipſimet contra ſeipſos damnationem inferre deprehendantur: Spiritum igitur ſanctum Filii Spiritum vir ille, qui in cœlum elatus eſt, aſſerit a Patre miſſum. Dic etiam & tu eamdem cum Paulo vocem. Eſt enim Spiritus ſanctus Filii Spiritus, quandoquidem nec eſt ab eo alienus, neque ipſi contraria loquitur, neque contraria illi ſancire viſus eſt umquam; ſed quemadmodum ejuſdem eſt ſubſtantiæ & potentiæ, ita ejuſdem eſt conſilii & ſententiæ, & ſimiliter ad unum Deum Patrem ſe habet, ex quo alter quidem, Filius ſcilicet, genitus eſt, alter vero Spiritus ſanctus proceſſit. Et ita dixit Paulus, Spiritum ſanctum eſſe Filii Spiritum. Ita quoque illi dicant, & nullus ipſos hæreſeos accuſabit. Non enim dixit Paulus: Procedit a Filio Spiritus. Si vero hoc aliqui dixerint, & Pauli doctrinam afficient contumelia: & ſeipſos hæreſi reddent obnoxios. Sin autem quoniam Spiritus ſanctus Filii dicitur Spiritus, opinantur etiam, hac de cauſa, illum procedere a Filio, utique Patrem quoque hoc pacto a Filio procedere affirmabunt; dicitur enim Pater ubique Filii. Multos præterea productores & cauſas Spiritus ſancti ſtatuent iſti: dicitur ſiquidem etiam Spiritus ſanctus, ſapientiæ ſpiritus & cognitionis, & ſcientiæ & fortitudinis, & aliarum iſtiuſmodi rerum, quæ Deo conveniunt. Si igitur cum iſtarum rerum dicatur Spiritus ſanctus: non propterea ſequitur, ut ab illis itidem procedat: licet itaque illis aperte videre ſuæ mentis inſipientiam ad quod erroris barathrum illos præcipites agat.*

Diſſolvere nititur argumentum Latinorum.

XVI. Falſa aſſumptio.

*Alio præterea modo, alia iterum blaſphemia ex eorum opinione videtur oriri. Si enim procedit Spiritus ſanctus a Filio: non utique poſterius neque prius Filii generatione procedet. In ſanctiſſima enim Trinitate adverbia hujuſmodi tempus ſignificantia omnino procul abſunt. Si igitur ſimul quidem procedit a Patre Spiritus: ſimul etiam & a Filio, & ſimul diſtinguitur ipſe qui procedit Spiritus ab ipſorum perſonis, qui illum producunt; duo etiam pro uno erunt Spiritus, alter quidem Patris, alter vero qui a Filio procedit. Nihil enim eſt tale novum, neque in iis, quæ per generationem fiunt. Di-*

(a) Gal. 4.

*Diverſa enim licet videre ſecundum hypoſtaſim, quæ ex una & eadem hypoſtaſi procedunt. Unum vero & idem ſecundum hypoſtaſim ex diverſis rebus procedere, & non ſimul diſtingui per hypoſtaſes illud producentes neque generatio ipſa hoc agnoſcit, neque ſi quid erit generatione præſtantius.*

XVII. Rurſum cavillatur Photius.

XVII. *Filii etenim multi ſæpenumero ex uno & eodem utero & ſimul & ſeorſum videntur in lucem edi: Et eadem manus & verberat, & ſcribit, & beneficia confert, & ad Deum laudandum attollitur; ſed ſcribere quidem magis eſt opus congruum, & pedis ſimiliter ambulare: eodem pacto utrumque dictorum: vel contra, videre, oculi & aurium munus eſſe, vel hujuſmodi, numquam aliquis ſana mente crederet; ſed quemadmodum membra propria deſcriptione ſunt inter ſe diſtincta, etiam ſingulorum operantium naturæ congrua opera tribuentur, & ab aliis diſtinguentur etiam in iis, quæ diſtinctam hypoſtaſim ſunt ſortita, & idem ſpeculationis ordo ſervatus conſpicitur. Quænam igitur alia illis relinquetur occaſio, qui blaſphemare cupiunt? Facile enim qui prava eſt mente, ad errorem labitur, quamvis angularis lapidis ſapientia & fortitudo per ſuos ſervos eorum greſſus, qui pravi ſunt, facile confringit.*

XVIII. Ad aliam reſpondet obiectionem.

XVIII. *Sed quid reſtat iſtiuſmodi hominibus ad blaſphemandum? Domini etiam vocem uſurpant, non ſibi ſatis eſſe arbitrantes per ſe ipſos Dominum blaſphemare, niſi etiam Dominum ipſum, qui blaſphematur, iſtiuſmodi blaſphemiæ accuſent. Dixit enim (inquiunt) Dominus: (a) Ille de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Sed ſiquidem hoc ab illis pro ipſis, vel potius contra ipſos nobis afferebatur ad demonſtrandum, quod a Patre accipit Spiritus ſanctus, & ex cœlo, ſed non propterea ex Filio procedit: quodnam aliud ſubterfugium, ne coarguantur, excogitabunt? Quæ igitur ipſorum inſaniam aperte hæreſeos arguunt, hæc proponunt ad hujuſmodi hæreſis confirmationem. Et quomodo non habendi ſunt miſeri mente, & miſeriores electione & voluntate ſua? Quid enim eſſet clarius hac Dominica voce illis, qui eam afferunt ad conculcandam ipſorum impudentiam? Quid apertius ad confirmandum, quod non ex Filio, ſed ex Patre procedit Spiritus ſanctus?*

(a) Joan. 16.

XIX. *Quod enim alibi dixit Salvator Spiritus ſanctus a Patre procedit: hoc ipſum & nunc propoſitis verbis, aperte docet, dum inquit Spiritus ſanctus de meo accipiet. Non enim, inquit, ex me, ſed de meo, videlicet Patre, niſi quidem vellet præter Patrem, etiam Spiritum ſanctum eſſe & dici Filii. Si igitur ita aperta contra ſe argumenta pro ſe ſtare putant: cujuſnam auxilium & opem ſibi poterunt comparare ſuæ depravatæ mentis? Sed ut videntur iſti neque eas voces, quæ omnibus notæ ſunt, intelligentes, neque trivialium rerum notitiam habentes, ferre non poſſunt, ut ab aliis edoceantur, quæ ipſi ignorant. Licet orare alios deberent, & magna cum diligentia quærere, ut ſe ignoratione liberarent: iſti vero contra ſeipſos ſuorum errorum magiſtros conſtituunt. Quomodo enim eos non pudet, cum Salvator inquit, quod Spiritus ſanctus de meo accipiet, & annuntiabit vobis: ipſi illud, de meo, non eo pacto, quo dixit Salvator, accipientes, depravant, pro eo ex me, ponentes. Hoc enim illis viſum eſt, eorum conſilium confirmare. Et licet ita dixerit, quod numquam dixit: neque hoc pacto eorum calumnia vim haberet. Non enim ſemper illud accipere, pro procedere ſumitur, ſed aliquando multam * . . . . . . . . . innuit. Aliud eſt accipere, aliud eſt procedere ab aliquo. Ita neque circa has ipſas nominum ſignificationes mentem rectam habent; & ſi quid affertur ab ipſis, ejuſdem delirii vitio laborat, & ab eodem ignorantiæ fonte proficiſci videtur, & ad eumdem impietatis interitum tendit. Sed inquiunt, magnus Ambroſius, & Auguſtinus, & Hieronymus, & nonnulli alii ejuſdem claſſis & conditionis, qui magnum nomen pro ſua virtute & innocentia vitæ reliquerunt, Spiritum ſanctum multis in locis ex Filio procedere, docuerunt, & hac de cauſa cum ſatis aperte pateat, illos hæc dicere & ſentire: non oportet ſanctos Patres ita dedecore afficere, & tamquam hæreticos accuſare.*

Subdola Photii interpretatio.

* f. differentiam Lacuna eadem in textu Græco.

XX. Quo prætextu Patres reiiciat.

XX. *Ad hæc autem licet primo reſpondere, quod omnibus eſt manifeſtum, quod ſi decem vel viginti ex Patribus hanc vocem dixerint, contra vero ſexcenti nequaquam dixerunt. Quinam Patres injuria afficiant? Illine, qui reſpuunt illos, qui refragantur, & adverſantur Oecumenicis Synodis, & innumerabili ſanctorum Patrum turbæ; vel illi qui multifariam ſibi concordes Patres accipiunt? Injuria aliquis afficit ſanctos Patres (tu dicis) ſi non dixerit, Spiritum ſanctum ex Filio procedere: illi enim ita loquuti ſunt. Et quomodo non injuria afficit longe plures alios, qui hoc inquit? numquam enim ullibi hoc dicere illi Patres voluerunt. Sed injuria afficit Patres ille, qui præter illud quod ipſi loquuti ſunt, loquitur. Et quomodo non injuria afficit communionem Patrem, & Dominum, qui ejus vocem depravat & corrumpit, & alium ſibi illius loco theologiæ magiſtrum & doctorem proponit? Sed quid hoc di-*

co



*co? Quiſnam eſt injurius contra Auguſtinum & Hieronymum & Ambroſium? Illene, qui iſtos communi Domino & magiſtro contraria dicere facit, vel ille, qui nihil tale operatur, communis Domini decretis omnino inhærendum cenſens? Sed, inquit aliquis: Si recte quidem docuerunt, oportet etiam eorum ſententiam fovere, quicumque illos Patres agnoſcunt; ſi vero impie loquuti ſunt, oportet eos una cum hæretica eorum ſententia explodere. Hæc quidem, inquiunt, qui circa pietatem inique ſe gerunt. Non enim ipſis (ut licet conicere) magnum videtur converſio ad impietatem, ſed imperfectum cenſent opus ſuum, niſi quærant facere Patres ſuis erroribus ſuffragari, & inepta quadam inquiſitione, & verendorum Patrum detectione, ut ipſos injuria afficiant, oſtendunt, ſeipſos etiam in hoc germanos & veros diſcipulos (a) Cham, qui patris turpitudinem non cooperuit, ſed impudenti facie deriſit. Eccleſiæ vero alumni, & ſacrarum diſciplinarum non obliti inſtar Seth & Japhet, paternam turpitudinem occultare norunt, & Cham imitatores reprehendentes, illos averſantur.*

(a) Gen. 9.

XXI. Aſtuta de non recipiendis ſemper Patribus tergiverſatio.

XXI. *Præterea vero, ſiquidem illi, quos ſupra enumeravit ſermo, communi Domino non adverſantur, neque nos illi adverſamur. Si vero vos dicitis, quod Domincis verbis adverſantur: ſit vobis etiam illis Dominum poſtponere, & illos propter Dominicum præceptum neglectum & parvipenſum, ad irrevocabile judicium proiicere. Quid vero pro beatis viris illis dicere aliquis poſſet? illud certe: Quod circumſtantiæ rerum multos coegerunt, alia quidem dicere præter animi ſui ſententiam, alia vero propter diſpenſationem, alia etiam propter inobedientium hominum pertinaciam, alia item rerum ignoratione (ut fieri ſolet) homines decipi. Alius enim cum hæreticis contendens, alius auditorum imbecillitati ſe dimittens, & alius aliud facere curans (tempus habens, quod nos hortatur, ut multa ab exacta rerum inquiſitione aliquando remittamus pro perfectiori fine adipiſcendo & conſilio) dixit & fecit: quæ nobis neque facere, neque dicere licet. Quemadmodum, ut alios prætermittam, conſidera mihi admirabilem illum ſanctum Paulum & Doctorem orbis, quæ ſcribat de caſtitate, de radenda barba, ac de diſpenſatione, quomodo lacte ſint nutriendi, qui nuper ad diſciplinam ſunt admiſſi, non cibo ſolido. Et ſi quis ſacrorum virorum chorum percurrat, talia facientium & ſcribentium, univerſam vitam tereret iſtiuſmodi enumerando. Sed ſiquis hujuſmodi verborum & actionum pro auditorum imbecillitate & verbi diſpenſatione exempla, quaſi dogma ſibi proponeret & foveret: illos ipſos, qui ea dixerunt & fecerunt, inveniet contra ſeipſum juſtam ſententiam protuliſſe.*

XXII. Quam aſtute declinet ſententias Patrum.

XXII. *Præterea ſi qui prædicta verba dictorum ſanctorum Patrum in memoriam revocantes, nobis refragantur, & ad contumaciam quamdam nos hortantur, permaneant illi quidem in eadem ſuæ opinionis perverſione, & in illa vitam ſuam cum reprehenſione abſolvant: neceſſe eſt enim, iſtos cum ſua ſuperbia dimittere. Patres vero ſi quid oblocuti ſunt, vel ob aliquam cauſam nobis ignotam a recta via declinarunt, nec veritatis inveniendæ cura, quæ par erat, illis eſt adhibita, neque ad cognoſcendam veritatem ullus ipſos excitavit: Patres nihilominus ipſos nos vocabimus, ac ſi nihil tale commiſerint, propter eorum vitæ ſplendorem & virtutis reverentiam, & pietatem eorum circa alia inconcuſſam. In illis tamen verbis, quibus eos errare contigit, nullo pacto ipſos ſequemur. Quicumque vero conantur illos contrarium teſtimonium verbis Domini proferre: voce quidem nuda Patrum eis nomen tribuunt, opere, vero & omni cura in parricidarum, & hoſtium claſſe ſeipſos ſtatuunt.*

XXIII. Photius cavillatur ne recipiat Patres.

XXIII. *At nos quoniam & alios quoſdam ſanctorum Patrum noſtrorum & Doctorum multis in rebus ſæpe a rectorum dogmatum exacta via receſſiſſe, deprehendimus: in iis, quæ a recto receſſerunt, non admittimus eos: in aliis tamen recipimus & veneramur. Eodem etiam pacto, ſi qui illorum deducti ſunt, ut dicerent Spiritum ſanctum a Filio procedere, illud quidem, quod repugnat Dominicis verbis, non ſuſcipimus: ipſos tamen veneramur, & a Patrum numero non ſegregamus. Dionyſium etenim Alexandrinum ſanctorum Patrum choro adſcribimus: quæ tamen ab ipſo voces Arianæ prolatæ ſunt in Sabellium Africanum, non ſolum non recipimus, verumetiam omnino averſamur. Magnum præterea inter martyres Methodium, qui Patarorum rexit Eccleſiam, nec non Ireneum Lugdunenſium Epiſcopum, Papiam etiam Hierapoleos, quorum unus martyrii corona, alii vero Apoſtolici viri fuerunt, & vitæ innocentia & miraculis claruerunt: nihilominus quoniam veritatem parvipenderunt, & adverſus communia & Eccleſiaſtica dogmata loqui lapſi ſunt, in iis quidem illos non ſequimur, ſed paterno nihilominus honore & gloria ipſorum quemquam non defraudamus. Deficeret me dies, ſi viros omnes vellem enumerare, quos Patrum honore veneramur, ſed in illis, quibus ipſi a veritate aberrarunt, eos nullo pacto imitamur.*

XXIV. *Ita igitur, ſi qui etiam eſſent qui vi-*

de-

Nugatur Photius.

*derentur præter Domini verba, quæ nos omnes illuminant, dicere, Spiritum ſanctum ex Filio procedere: utique novitatem iſtam, tamquam Domini verba depravantem & corrumpentem averſamur, illius vero ſententiæ Patrem, & auctorem præſertim tacentem, & non præſentem, neque contradicentem nullo pacto damnamus: quando enim reus non adeſt, neque per ſeipſum, neque per alios, qui ejus partes tueantur, nullus quidem ſanæ mentis homo adverſus eum actoris munus exercet & accuſatoris, accuſatione vero & querela non exiſtente, neque ſententia delicti promulgatur, ſententia reum damnante non promulgata, quicumque auſus fuerit reum afficere injuria, qui ab hujuſmodi circumſtantiis longe abeſt, non potius contra reum, quam contra ſeipſum hujuſmodi contumelia convertitur.*

XXV. Falſo de Patrum numero gloriatur.

*Sed inquiunt, dixerunt Patres, Spiritum ſanctum a Filio procedere: dixerunt, non nego, ſed iſti quidem pauci numero, longe vero plures hoc dicere non auſi ſunt. Dixerunt pauci Patres, ſed ſanctarum Synodorum decreta, illos, qui aliquid contra hujuſmodi vocem protulerunt, reſpuerunt. Dixerunt pauci Patres, ſed quid eſt opus dicere de numero eorum, qui hoc dixerunt? Si enim univerſa creatura vocem aliquam emitteret: non propterea Creatorem & opificem ipſum aliquis relinquens, & ejus dogmata & ſacra myſteria, inhærere vellet ullo pacto creaturæ adverſanti ipſi Creatori: neque creaturæ lex Creatoris, & opificis leges conculcari ſinit. Patres quæris tuæ ſententiæ fautores, dum habes Dominum ipſum, Oecumenicas Synodos, chorum univerſorum divinorum Patrum numero longe majorem? Quatuor ſuperius dicti Romani Pontifices inde edocti, & per Fidei ſanctam doctrinam expoſitam conſubſtantialitatis ſanctiſſimæ Trinitatis inculpatum dogma cum accepiſſent, in univerſis Occidentis partibus tradiderunt, nec ſolum Leo ille ſacer, qui in Oecumenica quarta ſancta Synodo ita celebris fuit; ſed is etiam, qui pietate & nomine illi ſimilis claruit. Hadrianus quoque, qui eamdem etiam Apoſtolicam tenuit Eccleſiam, in his, quæ ad ſanctiſſimum & beatum Taraſium noſtrum majorem patruum reſcripſit, aperte videtur ſentire, Spiritum ſanctum a Patre, & non a Filio procedere.*

XXVI. Legatos Apoſt. Sedis in crimen vocat

*Illud etiam non mihi videtur prætermittendum, licet omnibus ſit perſpicuum propter temporis propinquitatem, Legatos in memoriam revocare, qui noſtris temporibus, non ſolum ſemel & iterum, ſed etiam tertio ab antiqua Roma ad nos venerunt, & de pietate (ut par eſt) cum nos verba faceremus, nihil depravatum de Fide, quæ per univerſum orbem diffuſa eſt, nec quidquam illi dixerunt, nec contraria nobis ſentire inventi ſunt, ſed potius contra diſertis verbis nobiſcum, Spiritum ſanctum a Patre procedere, prædicarunt. Quinimmo congregata Synodo pro quibuſdam Eccleſiaſticis capitibus & rebus, Legati qui inde miſſi ſunt ſancti Joannis Papæ Romani, ac ſi ipſe adeſſet, & una nobiſcum pietatem ac religionem Theologice ſcrutaretur, Symbolo Fidei quod ab omnibus Oecum. Synod. juxta Dominicam vocem prædicatur & promulgatur, nobis concordes & voce & lingua & proprio chirographo ſubſcripſerunt.*

*Cum hæc igitur ita ſe habeant, & Romana Eccleſia una cum aliis quatuor Patriarchalibus ſedibus eadem ſentiat & decernat: quomodo iſti Cham imitatores, ſuorum patrum (ut fertur) turpitudinem denudare non erubuerunt, & ad contumeliam & ludibrium illos omnibus proponere? oporteret enim ipſos, ſi quærunt Patrum voces, ad ſynodica fugere decreta, ad voces Rom. Pont. ſe convertere ad chorum etiam aliorum ſanctorum & divinorum Patrum appellare quoſdam Patres, ac deinde illos perperam & graviter calumniari, dum eos communi Domino contrarios ſtatuerunt. Præterea iſtis tamquam gnomonibus & regulis quibuſdam Fidei uti illi deberent: necnon illud etiam animadvertere quod multo majore injuria Patres afficiunt, dum ipſos adverſus Dominum obiiciunt, & non eo, quo par eſt, honore colunt, quos Patres appellant. Sed niſi illis curæ eſt paterna contumelia; metuere ſaltem & vereri deberent illius maledictionem & ſententiam, qui adverſus parricidas eam divinitus promulgavit, & nullo pacto Cham ipſum imitari, nec patrum pudenda detegere & revelare, ſed illa potius occultare, ſi quo pacto patres ſuos aliqua in re turpiter agere viderent, nec ejus actionum eſſe imitatores, ne etiam maledictionis ejus ſint conſortes.* XXVII.

*Sed miſericors eſt Chriſtus Deus noſter, qui a parricidarum injuria illos ſubtrahat, & ne adverſus leges ſuas & doctrinam inſurgant, eos edoceat, & benigne illos deducat ab ejuſmodi tenebris & ignoratione, atque cum illis qui ejus divinitatem offenderunt, concilietur, ut ſui emendationem procurent, & illa benedictione, quam adepti ſunt, qui paternam turpitudinem contexerunt, dignos faciat & in poſterum, nullum eorum permittat fieri cibum & prædam feræ illius peſſimæ, quæ eſt omnium malorum cauſa, dum religioſiſſima anima tua pro illorum ſalute labores ſuſtinet, & adverſus communem humani generis hoſtem trophæa erigit, & eorum, qui a veritate receſſerant, ſalutem a Deo procurat. Per quæ etiam erga nos divinæ di-* XXVIII. Photii larva detegitur.



*lectionis amor, religioſiſſime pater, inconcuſſus conſervetur in ipſo Chriſto noſtro ſolo & vero Deo, precibus beatiſſimæ dominæ noſtræ Dei Genitricis, ſanctorum Angelorum, & omnium Sanctorum. Amen.* Hactenus Photii battologia, quæ ineruditis ac rerum ignaris poſſet pavorem incutere, ut pueris larvati ſtipites; quos ſi denudes ſemel, larvaque & ſuperpoſitis exuas indumentis eoſdem ſtatim ad riſum convertas. Quod facere neſcientes Græci ſchiſmatici (quis (*a*) revelabit faciem indumenti ejus) tale ſpectrum, ſuum ſtatuerunt idolum captantes inde reſponſa Pythonis, quæ dicunt Photii.

(*a*) *Job.* 41.

XXIX. Adverſus Photii venena antidotum.

Audiſti Lector, quo ambitu orationis quibus verborum phaleris, qua Photius arte Pelaſga ſic ducat, ut ſeducat legentem; quem primo inſtar anguis mendaciorum ſpiris involvat, & ſtringat, inde vero vipereis morſibus venenum infundat; ut plane ſit neceſſe præſentandum antidotum præparare, quo venena lethalia, Lector illæſus ſumens ac vomens, eadem intelligat eſſe deteſtanda penitus & execranda. Qua in re id, quod ratio inſtituti a nobis exigit (extra enim egredi non licet) hic tantum ea, quæ ad veritatem hiſtoricam pertinent, diſquiramus, & quam breviſſime poſſumus erroris arguamus quæ falſa eſſe fuerint comprobata: cum in reliquis, quæ ad citata divinæ Scripturæ loca ſpectant, ſint ſcriptores innumeri Latinorum atque Græcorum Orthodoxorum, qui iſta tractaverint & diſputaverint adverſus ſchiſmaticos adverſantes, quos ipſos tum ſcriptis, tum edictis in publicis, frequentibuſque Patrum conventibus redarguerint & confutarint.

XXX. Photii denudantur inanes conatus.

Primum autem omnium illud ſubdolum aperiendum commentum, quo impugnans Photius Latinos omnes aſſerentes Spiritum ſanctum a Filio æque ſicut a Patre procedere, falſo aſſerit pro ſe ſtare Romanos Pontifices, incipiens a Leone adverſus Latinos, pugnareque contra eoſdem Latinos pluſquam ſexcentos (ut ait) auctores, ſanctiſſimos Patres eiſdem inſuper contradicere Concilia Oecumenica, atque omnes Eccleſias Orientis, præcipue vero Patriarchales ſedes eoſdem damnare Latinos id aſſerentes; quin etiam Legatos Apoſtolicæ Sedis a Joanne Pontifice miſſos, una cum Photio eadem eſſe profeſſos, atque demum eamdem ipſam Romanam Eccleſiam in his omnibus adverſus eoſdem de proceſſione Spiritus ſancti a Filio, Græcis fuiſſe conſentientem. Quis hæc audiens, non conſternatus, Photio cedendum putet, obrutus numero teſtium, eorumdemque talium, quorum ſit fides conſtans & firma, atque auctoritas irrefragabilis, quæ nullo modo labefactari vel revocari poſſit in dubium? Ita quidem, niſi in promptu ſit aperire, & apertiſſima luce monſtrare falſitate Photium agere, ſolemniterque mentiri, cum inter tot innumeros citatos teſtes, nec vel unus ſit inveniri, qui hac in re, de qua agit, Latinos impugnet, adverſeturque illis damnans, quod aſſerant, procedere quoque a Filio Spiritum ſanctum. Attende quæſo, & Græcam tibi aperiam technam.



XXXI. Verſutus homo quotquot inveniſſe potuit ſuis aſſeruiſſe ſcriptis, Spiritum ſanctum a Patre procedere (quod nemo Catholicus profiteri non potuit, cum id totidem verbis aſſertum inveniatur in Evangelio, (*b*) dicente Domino Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, &c.) quotquot, inquam, dixiſſe reperiit ex Evangelii præſcripto, Spiritum ſanctum a Patre procedere, ſive id ſit frequenter repetitum in Fidei Symbolo, ſive alio quovis modo aſſertum, & ex eodem fonte deductum: mox omnes hos ſentire contra Latinos inclamat, cum tamen etiam ipſi Latini omnes Orthodoxæ Fidei profeſſores idipſum aſſerant & prædicent, & negantes impugnent. At vero non ſimulac dictum eſt obiter a Patribus quovis ſcriptorum genere, cum nulla de his controverſia verteretur, Spiritum ſanctum a Patre procedere, additum ab ipſis eſt, a Filio vero nequaquam, vel quovis alio modo id ab eis reperitur eſſe negatum. Probare id numquam Photius potuit, vel a Conciliis, vel qualibet alia ſcriptione, quavis occaſione a Patribus, quos plurimos citat, vel ſemel dictum. Sic igitur quem vidiſti magno faſtu de communi atteſtatione omnium gloriari, nec unum quidem potuit inveniſſe, qui expreſſe negarit procedere etiam a Filio Spiritum ſanctum, plurimos vero e contra reperiri, qui diſertis verbis ſint profeſſi a Filio quoque procedere, dicente Domino eodem verborum contextu: (*c*) *Cum venerit paracletus, quem ego mittam a Patre, Spiritum veritatis, &c.*

(*b*) *Joann.* 15.

(*c*) *Ibid.*

XXXII. Calumnioſe Photius Leonem ſui erroris auctorem ponit.

Sed quam calumnioſe ante omnes ipſe citet contra Latinos ſanctum Leonem Papam, quem & anteſignanum falſo conſtituit contra eos: attende quæſo, ut aperte videas ac rideas impoſtorem. Primum quidem quod ſanctus Leo dixit cum Symbolo Fidei, Spiritum ſanctum a Patre procedere, nequaquam negaſſe inveniet quis, a Filio æque procedere, ut dici poſſit, contra Latinos eſſe loquutus. Quid amplius? audi quod mireris. Quem ut diximus) ipſe in prima acie primum conſtituens anteſignanum, pugna-

gnare facit contra Latinos, eumdem ipſum reclamantem adverſus Photium, primum oſtendemus aſſenſorem ejuſdem venerandi dogmatis, quique auctor fuerit Eccleſiis Occidentalibus, ut omnes æque profiterentur, Spiritum ſanctum ſicut a Patre, ita a Filio quoque procedere, id ipſo Leone totidem verbis ad Turibium Epiſcopum Aſturicenſem in Hiſpania ſcribente, idipſum omnibus Hiſpaniarum Eccleſiis, tum univerſalibus eorum Conciliis Toletanis diſertis itidem verbis repetentibus & affirmantibus & ſingulis credentibus profitendum neceſſario proponentibus, legibuſque Gothorum firmatum & ſtabilitum, quæ integræ hactenus extant, quod & doctiſſimæ Gallicanæ Eccleſiæ ex Romano fonte, a tanto Pontifice derivatum dogma ſuſcipientes, firmiter retinuerunt ſemper & illibatum, ut ſacroſanctum religioſiſſime cuſtodierunt. Ex quibus redarguas procacem Photium & imperitum, dum audacter nimis novitatem dogmatis Latinis impingit, quod a ſancto Leone cognomento Magno, promulgatum decretalibus iiſdemque Apoſtolicis litteris conſtat ante annos quadringentos quadragenos. Hæc autem omnia fuſius narrata habes ſuperius ſexto Annalium tomo, anno Redemptoris CCCCXLVII. in ipſo ſancto Leone Pontifice pluribus explicata, verbatim expreſſa, ſigillatim aſſerta, non aliunde quam ex ipſis fontibus, ex ſynodalibus Actis deducta, omnique fide munita, cum alioqui ante ſanctum Leonem Papam idipſum aſſertum, ſcriptiſque mandatum a Sancto Damaſo Papa in Romano Concilio, ibidem demonſtretur. Non te pigeat, Lector, citatum locum conſulere annorum numero conſignatum, cum eandem narrationem hic repetere, ſuperfluum judicaverimus & oneroſum. Videbis plane quanta dementia Photius laboraverit, dum petulanter nimis ſanctum Leonem Magnum contra Latinos obiicit; quem præcipuum iidem habent dogmatis auctorem, aſſertorem, atque promulgatorem.

XXXIII. Conſilium Leonis Pap. III.

XXXIII. Habes ibidem explicatum de Leone alio ejus nominis Tertio papa, quod vane obiicit Photius de clypeis ab eo ſuſpenſis in baſilica ſancti Petri Symbolo exaratis Latino atque Græco charactere, in quibus inſcriptum eſſet, Spiritum ſanctum (ut idem habebat antiquum Symbolum) a Patre procedere, cur id tunc fecerit Pontifex; quod & ex Actis publicis, cum id in controverſiam deductum eſt cum Legatis Caroli Magni Imperatoris, anno Chriſti octingenteſimonono Annalium tomo nono, evidentius eſt demonſtratum, non ſic Leonem voluiſſe abſque illo additamento, FILIOQ. Catholicæ Fidei Symbolum Latine atque Græce ſcribi, quod ipſe non crederet, nec aſſereret, Spiritum ſanctum a Filio, ſicut a Patre procedere: ſiquidem ex iiiſdem Actis totidem verbis ibidem recitatis, ſatis evidenter apparet, ipſum ſanctum Leonem Catholicum dogma cognoſcere, & comprobare, atque coram ipſis Legatis publice profiteri, ſcilicet Spiritum ſanctum a Filio ſicut a Patre procedere. Sunt enim de his iſta ibi recitata verba Leonis Papæ: *Ita ſentio, ita teneo, ita cum his auctoribus & ſacræ Scripturæ auctoritatibus. Si quis aliter de hac re ſentire vel docere voluerit, defendo, & niſi converſus fuerit, & ſecundum hunc ſenſum tenere voluerit, contraria ſentientem funditus abiicio.* Hæc ipſe, qui & inferius eadem confirmat. Sed tamen adduci non potuit, ut additamentum illud Symbolo apponeretur ab ipſa Romana Eccleſia, quod factum fuerat ab Hiſpanis, & Gallicanis Eccleſiis, auctoritate ſancti Leonis Papæ promotis, quod ſuis litteris decretalibus id aſſeruiſſe, inventum eſſet. Cur autem id facere, licet Legati peterent, Leo Pontifex recuſaverit, eſt ibidem demonſtratum, nempe quod non videretur ſibi eſſe neceſſe (quod pluribus diſputat) ut omnis veritas Catholicæ Fidei Symbolo inſeratur.

Quando vero, & qua urgente cauſa, & neceſſitate id exigente, factum ſit, ut illæ quatuor ſyllabæ FILIOQ. Symbolo adderentur, modo aperiendum. XXXIV.

Quamdiu ea veritas non ſic impugnata eſt, ut penitus negaretur, nihil hujuſmodi umquam ab Eccleſia Romana præſumptum eſt, ut ſyllabæ illæ inferrentur in Symbolum Nicænum, ſive diximus Conſtantinopolitanum, licet (ut vidimus) id vehementiſſime exigeretur per Legatos a Concilio Aquiſgranenſi ſub Carolo Magno Romam miſſos, reſiſtente (ut audiſti) Leone Tertio Romano Pontifice, eo clypeorum argenteorum nobili monumento antiquitati Eccleſiaſticæ conſulente. Ubi autem ſchiſmaticorum procacitas eo devenit, ut Catholicum dogma non impugnarent tantum, ſed deſtruerent atque tamquam alienum a Fide Catholica condemnarent, & exploderent velut hæreticum, idque non privatis tantummodo agerent ſcriptionibus, ſed collectis conciliabulis, mentitoque (ut vidiſti) nomine univerſalis Concilii, idipſum decretis ſynodalibus confirmarent, atque confirmatum promulgarent, quod a Photio factum magna præſumptione vidiſti: id ubi magno præjudicio Catholicæ Fidei cum præſumptum viderent Romani Pontifices, ubi nec ſpes eſſet aliqua correctionis, ad retundendam ſchiſmaticorum temeri-

Cur in ſymbolum illatæ duæ dictiones Filioq.

ta-



tatem, non tam inferendas in Nicænum Symbolum illas quatuor ſyllabas, FILIOQUE, quam diu antea illatas recipere, ſapientiſſime decreverunt: quo ſignificaretur, non communicare Catholicæ Eccleſiæ, qui a Symbolo ab Eccleſia Romana recepto, diſſentire inveniretur. Quonam pacto quæſo iidem paterentur, a ſchiſmaticis haberi hæreticos, & ut hæreticos in ipſorum conciliis condemnari hujuſmodi veritatis profeſſores omnes Romanos Pontifices; atque inconſulta Romana Eccleſia, Patriarchas Conſtantinopolitanos hæredes Photianæ impietatis de dogmatibus definire ſententias, & omnes Occidentales Eccleſias condemnare? Quamobrem recipiendum eſſe cum illo additamento, ſeu potius explanatione Nicænum Symbolum ſtatuerunt, conſentiente univerſo Occidentali orbe Catholico, cum plura in Hiſpania primum, inde in Galliis generalia Concilia (ut eſt demonſtratum) id decreviſſent, atque etiam promulgaſſent. Quod inſuper ſchiſmatici Orientales obſtinate adeo reſiliiſſent, ut auſi eſſent inferre anathema (ut vidiſti) in Romanos Pontifices id ſentientes: ipſis renitentibus, inconſultis id facere jure placuit.

XXXV. Quiſnam autem Romanorum Pontificum primus id ſtatuerit, ut reciperetur Symbolum cum iiſdem duabus dictionibus, FILIOQUE: ſcimus viros doctos in his inveſtigandis plurimum laboraſſe, & ad tempora Nicolai vel circa id retuliſſe. Verum ſi id fuiſſet, certe Photius altius in ipſum Nicolaum Pontificem declamaſſet, qui in ea Symbolum intuliſſet: ſed cum duabus epiſtolis acerbiſſime in Romanam Eccleſiam invehatur, nunquam cum eo nomine ſugillat, quod ea in Nicænum Symbolum intuliſſet. *Auctor Græcus anonymus, qui inter alia Græcorum monumenta poſitus habetur in Vallicellana bibliotheca, id primum factum a Chriſtophoro Papa tradit, atque affirmat, uſque ad illud tempus omnes, qui præceſſerunt, Romanos Pontifices in ipſorum Fidei profeſſione aſſeruiſſe abſque aliquo additamento Spiritum ſanctum a Patre procedere; atque poſt recenſitos prædeceſſores Pontifices: Qui vero ipſum ſequuti ſunt Formoſum, Bonifacius, Stephanus Romanus, Theodorus, Joannes, Benedictus, Leo ſucceſſores novæ hujuſmodi doctrinæ Formoſi, in omnibus fuerunt ipſi diſcordes, qui ſecreto a Filio quoque procedere Spiritum ſanctum aſſerebat; cum tamen in epiſtola ad ſedes Patriarchales miſſa de ſolo Patre fecerit mentionem: poſt quos cum Chriſtophorus Papa Romanus creatus fuiſſet, in Fidei confeſſione, quam miſit ad Conſtantinopolitanum Patriarcham, nempe in Symbolo, a Filio quoque Spiritum ſanctum procedere, auſus eſt dicere. Qua de cauſa poſtea a Sergio Patriarcha, qui præceſſit Cerularium, e diptychis ipſe Chriſtophorus expunctus eſt.* Hæc ibi.

A quo Pontifice receptum in ſymbolo illud Filioque.

Subiicit vero eumdem Chriſtophorum omnes, qui poſt eum ſucceſſerunt, Pontifices, eſſe ſequutos, ut pariter in Symbolo ponerent FILIOQUE. Hæc ſunt quæ ex Græcorum fontibus, cœnoſis licet, hauſta deponimus. Verum nullo pacto poſſunt tribui iſta Chriſtophoro, qui invaſor Apoſtolicæ Sedis, mox ſede pulſus perbrevi tempore eam tenuit tumultuoſe. Cæterum rem tantam ſerio factam eſſe, ſumma tranquillitate, convocato Romæ Concilio, qui de his adverſus Græcos ſcripſere commentarios, teſtati ſunt. Græci autem calumnioſe a Chriſtophoro id factum dixere, quem novere infami ingreſſu turpiſſimum. Cum tamen rem tantam majori ocio, conſultu totius Occidentalis Eccleſiæ, & urgente neceſſitate eſſe peractam, & a Pontifice, qui in Sede Petri legitime ſederit; abſque controverſia a Latinis omnibus affirmetur. XXXVI.

Ex magna cauſa additum Filioque.

Quod enim a Romano Pontifice legitimo Petri ſucceſſore, congregato Concilio, ſit factum: Aetherianus affirmat qui & de ipſius definitione obiter partem decreti recitat paulo poſt hic deſcribendam. Quod etiam neceſſitate urgente in Concilio Florentino verbis iſtis aſſeritur: (a) *Maximo in Gallia & in Hiſpaniis ſchiſmate imminente, cum jam EX FILIOQ. paſſim celebraretur: Romano Pontifici fuit neceſſe in multorum Occidentalium amplæ dignitatis magnique conſilii Patrum conventu, addito EX FILIOQ. Symbolum magis illuſtrare.* Hæc ibi. Idipſum Eugenius Papa in decreto confirmationis ejuſdem Concilii, factum docet licite & rationabiliter, ut ait, declarandæ veritatis gratia, urgente neceſſitate. A Pontifice Romano itidem congregato Concilio id actum, (b) Aetherianus docet his verbis: *Nulla inſimulatione, nulla reprehenſione, nullaque calumnia notandus eſt antiquioris Romæ Antiſtes, quod cauſa interpretationis dictionem unam, dico autem EX FILIO procedere Spiritum, ſanctorumque plurium Epiſcoporum ſcientiſſimorum Cardinalium conſenſu habito, appoſuerit. Licuit enim ei, ſemperque licebit fratres confirmare, decreta edere, cudere interpretationes, ſicubi aliquid obſcure ſcriptum ſit, & de voluntate ſcriptoris argumentari, judicio voluntatis illius relicto facere, hoc perſuadente. Is enim eſt, cui oves & agni commiſſi ſunt; & idcirco non ſolum ſcripti recitator eſſe debet, verum interpres illorum, quæ adſcripta non ſunt, ut ca-* XXXVII.

Concilii auctoritate factum.

(a) *Conc. Flor. ſeſ. 7. Ferr. habita.*

(b) *Aether. de hæreſ. lib. 3. c. 16. t. 9. Bibl. ſanct.*

*put*

al. in Petro.

*put ovium, Dei paſtor.* Et poſt nonnulla eodem argumento inculcata ſubiicit, dicens: *Qua in re manifeſtum, antiquioris Romæ Præſulem poteſtatem a Petro accepiſſe, Fidem renovandi (ut verbis Patrum utar) habendi curam & regnum omnium ſacerdotum, quin etiam omnium Chriſtianorum. Ergo qui reſiſtunt primæ Sedis, immo totius orbis Præſuli, Chriſti diſpoſitioni reſiſtunt, & niſi reſipiſcant, contumaciæ judicio plectentur.* Et inferius:

XXXVIII *Quare palam & publice fit ex his, nequaquam licere cupiam omnium calumniari ſanctiſſimam & magnam, omniumque principem Romanam Eccleſiam, quaſi aliam Fidem conſcripſerit, aut compoſuerit, aut docuerit: Nam neque affert, neque perdocet, neque aliud tradit Symbolum, ſi editum a ſanctis Patribus interpretatur, non perpetiens Fidem labefactari, apud quos ſemper effulſit: Quæ licet primatum habeat, attamen humiliat ſeipſam, reſpondendo, quod Chalcedone celebrata Synodus quondam ſe calumniantibus reſpondit. Iniuſte (inquit) arguor, dum non Fidem, ſed memoriam renovo: non appoſui, non ademi ſalutari Symbolo, ſi dictionem occultam manifeſtavi. Renovavi enim ut Patres antedicti Fidem, & appoſui Nicænæ, Conſtantinopolitanæ, atque Chalcedonenſi Synodis, ſed nullo modo illis contraria, quia dum illorum Patrum veſtigia perſequor, ſolummodo quæ tunc quæſita non ſunt, tempore poſt, per interpretationem & appoſitionem verbi, quod non perſpicue ab omnibus intelligatur, enucleavi.* His ſubiicit iſta Aetherianus: *Æquum igitur eſt ratum habere: quod tanta Eccleſia decernit, quod tantus Pontifex enuntiat. Sed quiſnam fuerit Pontifex iſte, ſilentio reliquit obſcurum, qui illis temporibus notus omnibus, etiam abſque aliqua expreſſione, quis eſſet, habebatur expreſſus. Idemque auctor poſt multa in eamdem ſententiam hac definitione quæ ſunt dicta reſtringit. Quicumque ergo naviculam Petri ſpernit, incaute navigat; & niſi plumbeas moles pervicacitatis reiiciat, influent maria, &c.* Hæc cum Aetherianus dicat, atque de voce addita, Filioque recitet verba decreti Romani Pontificis nonniſi Romani Pontificis auctoritate id factum eſſe aperte ſignificat. Porro idem pariter (*a*) Aetherianus eodem commentario Photii de eadem quæſtione in Latinos ſcribentis quæ retulimus argumenta egregie ſolvit.

(*a*) *Aethir de hæreſib. l. 2. c. 15. 16. 17. 18*

XXXIX.

Quam inſuper Photius (ut reliquas calumnias in dicta epiſtola ſparſas confutemus) quam inquam calumnioſe ſuæ ipſius ſententiæ aſſertorem appellet Hadrianum Romanum Pontificem ejus nominis Primum, nempe ipſum in litteris ad Taraſium datis eſſe profeſſum, Spiritum ſanctum a Patre procedere & non a Filio: ne te Lector, diutius in his detineam & eadem ſæpe repetere, iterumque tædio deſcribere ſim coactus, perlege, quæ ſuperiori Tomo ſuo loco ſunt dicta anno Redemptoris octingenteſimo ſeptimo, in Actione ſeptima Nicæni Concilii poſterioris, ubi plura invenias, quibus redarguas impoſtorem.

XL. Patriarchæ Aquil. levitas.

Ad poſtremum vero, quod pertinet ad Patriarcham Aquilejenſem, qui ſua (ut audiſti) legatione de his conſuluit Photium, & ſchiſmaticus adhæſit ſchiſmatico: non poſſum non mirari hominis levitatem & imperitiam. Si enim (ut decet ſacerdotem) animo conſtans, & doctus fuiſſet: utique inſtitiſſet ſuorum prædeceſſorum veſtigiis, illorum præſertim, qui doctrina & ſanctitate claruerunt, qualis fuit ſanctus Paulinus Patriarcha Aquilejenſis, qui congregato Concilio Forojulienſi tempore Caroli Magni, de ſacro dogmate, quod Spiritus ſanctus a Patre Filioque procederet, diffuſius diſputavit. Extat ipſa Synodus: tu vero conſule quæ de ea a nobis dicta ſunt ſuperiori Tomo Nono, anno Redemptoris ſeptingenteſimo nonageſimoprimo, ex quibus redarguas (ut dictum eſt) hujus Patriarchæ Aquilejenſis, qui ſcripſit ad Photium, immenſam levitatem cum imperitia plane conjunctam. At de his ſatis. Jam quæ ſunt reliqua anni hujus, addamus pauca.

XLI. (*b*) *Matth. Vveſtmonaſt. hoc anno.* (*c*) *lib. 2. c. 4.* Joan. Scoti obitus.

Moritur hoc anno (*b*) magni nominis hujus temporis Joannes Scotus, licet (ut ſuperius dictum) ejus ſcripta erroris fuerint redarguta: de quo accipe quæ (*c*) Vvillelmus Malmesburienſis ſcripſerit in ſuis commentariis de rebus geſtis Regum Anglorum: *Succedentibus* (inquit) *annis, munificentia Aelfre-*

PAGIUS I. *Joannis Scoti Martyrium commentitium eſt.*

Ad num. XLI. Weſtmonaſterienſis ad hunc Chriſti annum habet: *Venit in Angliam magiſter Joannes, natione Scotus, vir perſpicacis ingenii, & facundiæ ſingularis. Hic dudum, relicta patria, ad patres Gallicanas tranſiens, Carolum Calvum adiit, atque in magna ab eo dignatione ſuſceptus, individuus ei comes fuerat & menſæ, & cubiculi.* Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 4. anno non expreſſo de Joanne Scoto cognomento Erigena ait: *munificentia Alfredi allectus venit in Angliam, & apud monaſterium noſtrum* (nempe Malmesburienſe) *a pueris quos docebat graviis, ut fertur, perforatus, etiam Martyr æſtimatus eſt, quod ſub ambiguo ad injuriam ſanctæ animæ non dixerim; cum celebrem ejus memoriam ſepulcrum in ſiniſtro latere altaris, & epitaphii prodant verſus*, quos Baronius recitat. Verum prætèrquamquod Malmesburienſis primus auctor Martyrii Joannis Scoti dubitanter admodum ex traditione Monaſterii ſui hoc refert, nullus ante eum iſtud Martyrium jactavit, ne Berenga-



*fredi Regis allectus venit in Angliam, & apud monaſterium noſtrum, a pueris quos docebat, graphiis, ut fertur, perforatus etiam martyr æſtimatus. Quod ſub ambiguo ad injuriam ſanctæ animæ non dixerim, cum celebrem ejus memoriam ſepulcrum in ſiniſtro latere altaris & epitaphii prodant verſus ſcabri qui-*

PAGIUS

gariani quidem, quorum maxime intererat, ut obſervavit Pariſius Canonicus Regularis Ordinis Sancti Auguſtini Congregationis Gallicanæ in ſuo de Joanne Scoto libello. Iſtud itaque *Joannis Scoti* Martyrium ſubleſtæ fidei eſt, licet illud operoſe tueantur Calviniſtæ, qui hominem faſtis ſuis adſcripſerunt, tanquam dogmatis ſui defenſorem. Scripſit porro hic Auctor libros quinque *de Naturis*, multis infartos novitatibus, nuper Oxonii in Anglia impreſſos, librum de Corpore & Sanguine Domini, alioſque ab Oudino in Supplemento Script. Eccleſ. enumeratos.

II. *Eadem eſt doctrina Joannis Scoti & pſeudo-Ratramni.*

Sed magna controverſia noſtris temporibus exorta, an ſcilicet liber ille *de Corpore & Sanguine Domini*, juſſu Caroli Magni, ut quædam exemplaria præferunt, ideſt Caroli Calvi ita cognominati, ut alibi oſtendimus, editus auctorem habeat ipſummet *Scotum*, an vero *Ratramnum* Monachum Benedictinum eodem tempore viventem; ita ut Joannes Scotus ſub adſcititio nomine latere voluerit. Marca enim in Epiſtola ad Lucam Dacherium Tom. II. ejus Spicilegii præfixa libellum *Bertrami* nomine a Proteſtantibus publicatum, & *Ratramno* tributum a Sigeberto & Trithemio illi abjudicat, & vindicat *Joanni Scoto*, quam ſententiam Harduinus in libro de Sacramento Altaris pag. 165. & ſeqq. novis conſtabilivit conjecturis ac documentis. Hæc nova ſententia, veteri præferenda, ut quæ ex utroque Auctore excerpſi, demonſtrare videntur. Hincmarus in lib. de Prædeſtinat. cap. 21. capita quædam commemorat, *quorum auctor jactitaretur a multis Joannes Scottigena*, in quibus iſtud eſt: *quod ſacramenta altaris non verum corpus & verus ſanguis ſit domini: ſed tantum memoria veri corporis & ſanguinis ejus.* In eo autem docendo eſt adſcriptus Ratramno liber imprimis num. XCIX. & C. Adrevaldus ſimiliter Monachus Floriacenſis, Caroli Calvi Principatu, Scriptori larvam detraxit. Nam is ſententias Patrum collegit, *de Corpore & Sanguine Chriſti contra ineptias Joannis Scoti*, quæ extant Tom. XII. Spicilegii Dacheriani.

III. *Ita Berengarii temporibus creditum fuit.*

*Berengarii* certe temporibus non aliud nomen præfert, niſi *Joannis Scoti*, præterquam apud Sigebertum in lib. de Script. Eccleſiaſt. cap. XCVI. qui eum *Ratramnum* vel *Bertramum* appellat. Aſcelinus Monachus in Epiſtola ad Berengarium: „ Ioannem vero Scotum,
„ inquit, nec inconſiderate, nec impie, nec
„ indigne Sacerdotio meo habeo: quem toto niſu, totaque intentione ad hoc ſolum
„ tendere video, ut mihi perſuadeat, Hoc videlicet quod in Altari conſecratur, neque
„ vere corpus, neque vere Chriſti ſanguinem
„ eſſe. Hoc autem adſtruere nititur ex Sanctorum Patrum Opuſculis, quæ prave exponit. Quorum illam Sancti Gregorii orationem hic adnotari ſufficiat: Perficiant in
„ nobis tua, Domine, quæſumus, ſacramenta quod continent: ut quæ nunc ſpecie
„ gerimus, rerum veritate capiamus. Quam
„ exponendo prædictus Joannes inter cætera
„ noſtræ fidei contraria, *Specie*, inquit, *geruntur iſta, non veritate.* Quod non catholice dictum, ſi bene tuam vigilantiam novi, non ignoras. At hæc ſunt totidem plane ſyllabis in Bertrami libro num. LXXXVIII. Berengarius ipſe in Epiſtola ad Lanfrancum recitata in Notis ad Vitam Lanfranci: *Pervenit ad me*, inquit, *diſplicere tibi, imo hæreticas habuiſſe ſententias Joannis Scoti de Sacramento altaris, in quibus diſſentit a ſuſcepto tuo Paſchaſio .... Si hæreticum habes Joannem, cujus ſententias de Euchariſtia probamus, habendus tibi eſt hæreticus Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, ut de cæteris taceam.* Hos vero appellat cum Fulgentio Bertrami liber. Adverſus Paſchaſium, qui luculento opere veritatem propugnarat, ſcripſiſſe Joannem Scotum innuit: quod & Ratramnum feciſſe Herigerus ait, ut mox dicemus.

IV. *Liber Pſeudo-Ratramni editus non eſt adverſus Paſchaſium.*

Denique Berengarius idem in Epiſtola ad Richardum Tom. II. Spicilegii: *Noverit*, inquit, *quæ ſcribit Joannes Scotus, monitu illum ſcripſiſſe, precarioque Karoli Magni*, hoc eſt Caroli Calvi: cujus pariter juſſu ſcripſiſſe Ratramnum multi opinantur; ſub annum ſcilicet DCCCLV. quo *multa fidei Catholicæ contraria in regno Karoli ipſo quoque non neſcio, concitata* Bertiniani Annales prodidere. Jam damnatum fuiſſe Joannis Scoti librum de Euchariſtia ſæculo undecimo, ibidem videbimus. De Ratramni nomine ac volumine interim ſilentium: quia de vero libri tunc Auctore conſtabat; *Bertrami* autem falſum nomen & adſcititium eſſe. Quare factum exinde eſt, ut excidiſſe Joannis Scoti liber exiſtimetur, quoniam ſub ejus nomine non apparet: nam concremata exemplaria videntur, quæ id nomen præferrent. Subduxere ſe flammis, quas merebantur, omnino pauca, quæ *Bertrami*, ſive *Ratramni* nomen haberent. Tamen illius Operis fabricatorem Ratramnum appellat, idque adverſus Paſchaſium Radbertum fuiſſe exaratum, *Herigerus* Abbas Lobienſis in Belgio arbitratus eſt: qui Vir obiit anno MVII. annis CL. poſt Ratramnum, quem tamquam parum ſibi cognitum nominat: *Ratramnus quidam*, inquit, *libro compoſito ad Carolum Regem.*

V. *Quod Herigerus perperam arbitratus eſt.*

Sed ſtilus plane *Joannis Scoti* eſt diverſiſſimus a *Ratramni* ſtilo, tum in libris *contra Græcorum Oppoſita*, tum in libris *de prædeſtinatione*, qui Ratramni nomen habent. Eſt autem adeo ſimilis, ut non ſit ovum ovo ſimilius, ſtilo alterius voluminis de Prædeſtinatione, quod eſſe Joannis Scoti conſtat. Nam quam eſt affinis ac pene par hæc Præfatio iſtius libri de Prædeſtinatione, qua compellat Epiſcopos, quibus illum inſcripſerat: *In hoc itaque opuſculo noſtro, quo ad teſtimonium veſtræ orthodoxæ profeſſionis vobis jubentibus ſcribere curavimus, quæ vera eſſe perſpexerit, tenete, & Eccleſiæ Catholicæ tribuite: quæ falſa, reſpuite: & nobis quà homines ſumus, ignoſcite*: illa item peroratio libri poſtremi de diviſione naturæ: *De qua ſi quis nos invenerit incognitum atque ſuperfluum aliquid ſcripſiſſe, noſtræ intemperantiæ incuriæque imputet .... Sin autem in eo utile, & ad ædificationem Catholicæ fidei pertinens arriſerit, ſoli Deo .... deputet.* Quam eſt illa, inquam, Præfatio, perorationque, ſimilis iſti clauſulæ, qua liber de Sanguine & Corpore Domini concluditur? *Imperio veſtræ magnitudinis parere cupientes, præſumpſi parvus rebus de*

*quidem & moderni temporis lima carentes, ſed ab antiquo non adeo difformes.*

*Clauditur hoc tumulo ſanctus ſophiſta Joannes.*
*Qui ditatus erat jam vivens dogmate miro.* Mar-

PAGIUS *de non minimis diſputare .... quæ ſi probaveritis catholice dicta, veſtræ meritis fidei deputate .... Sin autem minus placuerint, id noſtræ deputetur inſipientiæ, quæ quod optavit, minus efficaciter valuit explicare.* Ratramni igitur falſo nomen habet, cujus in perorando formulas, ſi quis cum iſtis diligenter contulerit, alterius eſſe generis deprehendet. Joannis Scoti hic ſtilus & oratio eſt.

VI. *Herigerus fere idem de Euchariſtia ſentit ac pſeudo-Ratramnus.*

Herigerus in pſeudo-Ratramni caſtra diſcedere non clam, ſed aperte videtur, in extrema fere libelli calce: ubi adverſus eos diſputat, qui dicerent, ut ipſe fingit, Chriſti Corpus obnoxium ſeceſſui fore. Nam ibi de Myſterio, hoc eſt, de pane ſanctificato cum differit, Anonymi verba recitat, de quo mox dicemus: *Non ejus excellentiam reveretur*, inquit, *qui ſeceſſui dicit obnoxium, ſicut ceteras eſcas: ſed tamen eodem modo, quantum ad comeſtionem & hauſtum percipitur: videlicet trajiciendo per os, & in ventrem mittendo: ubi quid Dominus de MYSTERIO SUO agere voluerit, ſuæ ſcimus tantum cognitum voluntati. Scimus enim conſumi poſſe ſpiritali virtute: ſcimus & ſervari poſſe inconſumptibili perennitate: quia quæque ex his Chriſtus elegerit, de SUO SACRAMENTO perficit. Abſit tamen ut tantum myſterium ſeceſſui fiat obnoxium: in quo ſi forte ordo naturæ ſervatur myſterium, quod ſola fide conſpicitur, humilietur. Si corpus in corpore ordinem ſervat, non violatur myſterium, quod divinitatis formavit ſacramentum: nec ſpiritus amittit, quod fide integra in re corporali ſpiritaliter ſumpſit.* Ubi myſterium Domini, & Sacramentum Domini, cum *Bertramo* vocat myſterium, quod commiſceri corpori ex ordine naturæ poſſit: rem corporalem, quæ vel conſumi poſſit ſpiritali virtute, vel ſervari divinitus incorrupta: in qua re corporali ſpiritus ſumit per fidem quod vivificet. Quas loquendi formulas quam Bertramo familiares, tam plenas eſſe fraudis atque erroris non videtur dubitandum.

VII. *Stercoraniſtarum nomen non ſectæ, ſed convitii nomen fuit*

Nam abeſſe Chriſtum a conſecrato pane qui putarunt ſæculo nono ac ſubſequentibus, adeo reverenter ipſi tamen ſentire de Euchariſtia videri voluere, ut nec ſic quidem myſterium domini ſeceſſui obnoxium dici paterentur. De ſpeciebus conſecratis idem Catholicorum complurium illis temporibus ſenſus fuit: rem alii in medio reliquere, in quibus eſt Algerus lib. 2. de Sacram. Corporis & Sang. Domini cap. I. Negavit præciſe Origenes in Fragmento Commentariorum in Matthæum, *corpus Chriſti typicum & ſymbolicum juxta id quod habet materiale, non ſolum in ventrem abire, ſed etiam in ſeceſſum eiici.* Quare *Stercoraniſtarum* vocabulum infame convitii, non ſectæ, fuit; ac depellere iſtud a ſe illi quidem conati, qui panem ſanctificatum Chriſti corpus appellarent in myſterio duntaxat, ſive figura: ſed illud iidem obiecere Catholici, quoniam ore dicerent ſumi Chriſti Corpus: quod autem in os intrat; (nam ſic illi ſyllogizabant,) ipſo atteſtante Domino, in ſeceſſum vadit. Græcis crimen idem haud multo æquius Humbertus & alii impegere: quoniam ſolvi Euchariſtia jejunium illi aiebant: ex quo iſti confecere minus certe perite & minus conſiderate, in ea Græcos hæreſi eſſe, ut putarent Euchariſtiam eatenus inſtar habere ceterorum ciborum atque ut paulatim augere & exaggerare Crimina mos eſt, tanquam cæteras eſcas egeri. Cum nihil aliud Græci vellent, quam ſacrificium ne offerretur, aut Miſſa etiam celebraretur, quæ *Præ-ſanctificatorum* dicitur, quam quo ſolvi jejunium tempore legitime poſſet.

Itaque Catholicos per ſpeciem *Stercoraniſmi* petere Herigerus ipſe videtur. Nec eſt de eodem repudianda prorſus aut aſpernanda Sigeberti lib. 6. de Script. Eccleſiaſt. cap. 138. cenſura, aientis Herigerum *congeſſiſſe contra (Paſchaſium)* RADBERTUM *multa Catholicorum Patrum ſcripta de corpore & ſanguine Domini*, nempe in prælaudato Opere, quod ipſius eſſe tandem detexit Mabillonius certiſſimis conjecturis in Præfat. ad part. II. Sæc. IV. Benedict. num. XLVII. & ſeqq. Tractatus enim ille ante a Cellotio in Appendice Hiſtoriæ Gotheſchalci ſine titulo editus fuerat, & hactenus Anonymus Cellotianus audiebat. Poſt hæc Harduinus pluribus mentem pſeudo-Ratramni accuratius inveſtigavit & exploravit; quoniam, inquit, nec fuit adhuc aut Catholicis perſpecta, aut Heterodoxis ipſis quibus proluſit: & eſt ea fidelibus deteſtanda. „ Marca vero his „ verbis ſententiam ſuam de pſeudo-Ratramno „ claudit, meritiſſime hic Auctor in Indice „ Conſilii Tridentini inter damnatos libros re„ latus eſt: & licet deinde Duacenſibus tole„ rari poſſet ſi emendetur, perſuaſum fuerit „ rectius a Clemente VIII. in univerſum re„ pudiatus eſt; cum juvari nulla poſſit inter„ pretatione liber qui ex profeſſo apertam „ hæreſim docet, ut recte pridem monuerunt „ Sixtus Senenſis, Sanctesius, Poſſevinus & Eminentiſſimus Cardinalis Perronius. Mabillonius tamen loco laudato, Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. II. Diſſert. XIII. & alii pluribus contendunt, librum illum de Corpore & Sanguine Domini vere *Ratramni* eſſe, bullumque, ſicuti nec librum *Herigeri*, continere errorem, & illius librum in Indice juſſu Clementis VIII. edito inter libros non ſanam, aut ſuſpectam doctrinam continentes rejectum eſſe, ob duriores quaſdam & obſcuriores ſententias, quas expoſitione aliqua molliri opus eſſet. Verum ſicuti noſtræ ſententiæ magis explicandæ, ita nec contrariæ refellendæ immorari hic locus eſt.

VIII. *Per ſpeciem Stercoraniſmi ab Herigero Catholici petiti.*

IX. *Carolus Imp. Italorum animos a ſe alienat.*

Continuator Lambecianus Annaliſtæ Fuldenſis hoc anno ſcribit: *Gotafrid Nortmannus, qui ſuperiore anno fuerat baptizatus cum Hugone Hlutarii filio fœdus iniit, ejuſque ſororem duxit in conjugium. Unde idem Hugo audacior effectus regnum patris ſui* (ideſt, Lotharingiam) *ſuæ ditioni ſubjugare ſtuduit. Imperator omne tempus æſtivum manſit in Italia, animoſque Optimatum regionis illius contra ſe concitavit, nam Vuitonem, alioſque nonnullos exauctoravit, & beneficia, quæ illi, & patres, & avi & atavi illorum tenuerant, multo vilioribus dedit perſonis. Quod illi graviter ferentes, pari intentione contra eum rebellare diſponunt, multo etiam plura, quam ante habuerant, ſibi vendicantes.*

X. *Græci Beneventum occupant.*

Porro hoc anno adverſus *Vuitonem* memoratum Comitem Tuſcanorum accuſatum majeſtatis & profugum, qui cum valida manu Mauro-



*Martyrio tandem Chriſti conſcendere Regnum.*
*Quo, meruit, Sancti regnant per ſæcula cuncti.*
*Ann. Eccl. Tom. XV.*

Hæc de Joanne Scoto, licet cauſam cur ea paſſus ſit, ut martyr poſſit haberi, nullus prodat.

Eee An-

PAGIUS rorum Saracenorumque Italiam depopulantium firmum fœdus pepigerat, ideſt, ut Hermanno Contracto placet, *adverſus Vvidonem Ducem Spoletinorum*, qui poſtea imperavit in Italia miſſus eſt *Berengarius* Eberhardi filius a Carolo Craſſo Imp. ſed nihil magnæ rei geſſit, cœli corruptione & morbis per caſtra vulgatis exercitum reducere coactus, licet cum eo dimicaſſe dicatur. Ob Legatos in *urbem Regiam*, & ob pecuniam ab Imperatore Græcorum contra jus acceptam, *a Carolo III.* Aug. cognomine Craſſo *captum* eſſe Guidonem Ducem Spoletinorum aſſerit Erchempertus in Hiſtoria, & niſi fuga evaſiſſet, capite plectendum fuiſſe. Addit Erchempertus, Guidonem cognito *Carolum Aug. ſeminecem jacere*, cupiditate regni impulſum, deceptumque a contribulibus ſuis, Beneventanam Provinciam, quam ſubegerat, & Spoletinorum Ducatum reliquiſſe, & Galliam regnandi gratia petiiſſe: tumque Benevento quidem Græcos potitos, Spoletinos ab Agarenis ſeu Saracenis eſſe vaſtatos; *ipſum autem inviſum inauditumque manſiſſe.* Hoc eſt, a Francis ſpretum, & Regni Francici in Gallia ſpe dejectum fruſtratumque eſſe, ut explicat Hadrianus Valeſius in Præfatione ad Carmen Panegyricum *de Laudibus Berengarii Aug.* cap. 4.

XI. *Gallia a Normannis afflicta.*

Paulo poſt ſubdit idem Continuator Lambecianus, *Nortmanni per alveum Rheni fluminis aſcendentes, plurima loca nuper reſtaurata ſuccenderunt, prædam inde capientes non modicam, quibus Liutbertus Moguntienſis Archiepiſcopus cum paucis occurrit, ſed non paucos ex eis proſtravit & prædam excuſſit. Agrippina Colonia abſque Eccleſiis & monaſteriis reædificata, & muri ejus cum portis & vectibus & ſeris inſtaurati.* In Chronico de Geſtis Nortmannorum in Francia de eorum graſſationibus hæc habentur: *Anno Domini DCCCLXXXIII. menſe Octobrio Northmanni regnum Karlomanni* (Regis Galliarum) *atrociter devaſtantes, & per Terraciam* (ſeu Teoraciam ſylvam) *iter agentes, Hyſam* (id eſt Iſaram, Gallice Oiſe) *tranſierunt. Quos Karlomannus inſecutus in Anabl. comprehendit, commiſſoque prælio victor extitit; cecideruntque Nortmanni circiter mille. Sed nil eos hæc pugna perdomuit, ſed ad naves converſi omne regnum ferro & igne devaſtant: & Eccleſiis diruptis, & accous terræ deletis Viromandis pervenerunt, & Eccleſiam Sancti Quintini incenderunt, & Eccleſiam S. Mariæ in Attrebatis civitate. Et Octobrio menſe finiente, Lavetum* (vel Lauctum) *cum equitibus & peditibus, atque omni ſupellectili veniunt. Naves quoque per Summam* (ideſt Somnam) *fluvium ingreſſæ Regem cunctumque exercitum ejus fugere compulerunt, atque Hiſam fluvium tranſire fecerunt. Tunc Ambianis civitate ad hyemandum ſibi ſedem paraverunt.*

XII. *Pietas Aelfredi Regis Occident. Saxonum.*

In Chronico Saxonico a Chriſto uſque ad annum MCLIV. deducto, & a paucis annis Oxonii vulgato legitur: *Hoc anno, perrexerunt Pagani* (Dani ſcilicet vel Normanni) *per Scaldim ad Candoth* (ſeu, ut Vigornienſis habet, Cendath) *& ibi commorati ſunt uno anno. Marinus item, inſignis ille Papa miſit lignum domini Aelfredo Regi. Eodem item anno detulerunt Sighelmus & Aethelſtanus eleemoſynas Romam, quas Aelfredus Rex eo* (ſe miſſorum) *voverat; in Indiam item ad ſanctum Thomam & ſanctum Bartholomæum*, qui Indorum Apoſtoli cenſentur. *Indiæ* nomine tam hic Scriptor quam paſſim alii Eccleſiaſtici, Aethiopiam intelligit. Simeon Dunelmenſis in Hiſt de Geſt. Reg. Angl. ad annum DCCCLXXXIV. loquitur etiam de donis a Marino Papa ad *Aelfredum* Regem tranſmiſſis, atque *eadem tempeſtate* tranſmiſiſſe *ſpiritum ad Deum, qui dedit illum* ſc. Marinum.

XIII. *Moritur S. Joſephus Cantor.*

Hoc circiter anno mortuus eſt Conſtantinopoli *Sanctus Joſephus Cantor*, ſeu Hymnographus, qui poſtquam vita functo Theophilo Imperatore, exules propter ſacras Imagines in Urbem iterum revocati ſunt, ad reditum minime potuit induci, niſi poſt crebras Theodoræ & Michaelis poſtulationes, uti refert Joannes Diaconus in ejus Vita, in Actis SS. Bollandianis ad diem III. Aprilis recitata, qui addit, Sanctum Ignatium *eum cuſtodiendis Eccleſiæ vaſis præfeciſſe, & in labore ac negotiis ſocium, adjutoremque habere* ſtuduiſſe. Mortuo Sancto Patriarcha, Photius ſimilem ei ac Ignatius exhibuit honorem, *Dei hominem appellans, ac veluti angelum reverens, totiuſque rei Eccleſiaſticæ ſumma ei impoſita, pater patrum nominans.* Annum & diem mortis ejus Joannes Diaconus non expreſſit, ſed ea circa hæc tempora, Photio ſcilicet Eccleſiam Conſtantinop. regente, contigit. Vide dicta de S. Joſepho an. DCCCXVII. num. XVIII.

I. Marinus Papa moritur. Hadrianus tertius creatur.

ANno Chriſti octingenteſimo octogeſimoquarto, Indictione ſecunda, decimoquinto Kal. Febr. Marinus Papa, ubi ſediſſet in Pontificatu unum annum atque dies viginti, laudabiliter Apoſtolico munere perfunctus, ex hac vita migrat ad Deum, ſucceſſoribus relinquens exemplum, Photium impœnitentem, in deterius prolabentem execrandi; neque ullis Græci Imperatoris blanditiis vel minis ad communionem cum eo ineundam moveri. Cum vero poſt Marini obitum Sedes vacaſſet dies duos, decimotertio Kalend. ejuſdem menſis Februarii creatur Hadrianus Romanus, ejus nominis Tertius, qui inhærens ſancti prædeceſſoris veſtigiis, execratus eſt & ipſe Photium, tamquam laicum agentem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Patriarcham, nullum prorſus cum eo participans communionis ſymbolum, quamvis ab Imperatore Græcorum Baſilio magnopere rogaretur. Acceſſerat ad deteſtationem perfidi hominis, quod ſcripta ab eo epiſtola ad Aquilejenſem Patriarcham contra Latinos, jam vulgata fuiſſet.

II. Laude dignus Hadrianus Pap.

Baſilius autem Imperator ubi conſtantiam perſeverantem in ſingulis ſucceſſoribus Romanorum Pontificum eſt intuitus, magna indignatione commotus, evomens quam in ſtomacho continuerat diu bilem, hoſtiles plane ad Hadrianum Papam litteras ſcripſit, contumeliis plenas, quas tamen Romam ſero perlatas poſt obitum Hadriani, accepit eas ipſius ſucceſſor Stephanus Papa. Quænam autem ipſe reſcripſerit Imperatori ſuo loco dicturi ſumus. Hæc autem de Hadriano ex ipſius Stephani Papæ litteris accepta produntur. Quæ ſatis ad laudem, quod inhærens ipſe Hadrianus prædeceſſorum ſuorum veſtigiis, nihil faciens in gratiam Imperatoris, ejus indignationem pati meruerit.

III.

Ad hunc Hadrianum Papam ſcripſiſſe hoc anno, quo creatus eſt Pontifex, gratulatorias litteras & alias commendaticias pro Carolomanno Francorum Rege Fulconem Archiepiſcopum Rhemenſem, teſtatur Frodoardus in ejuſdem Fulconis vita. Ait enim: *Hadrianum quoque Papam ipſius * Martini ſucceſſorem litteris initio Pontificatus ejuſdem viſitare ſtuduit, congaudens ipſius honori, & ſe Romam velle petere ſignificat, ſi Deo pacem tribuente valuerit. Exemplaria quoque privilegiorum a Leone, Benedicto, & Nicolao Pontificibus Romanorum Rhemenſi ſedi conceſſorum huic petit recitanda: & ab eo ſibi conſervanda & roboranda atque augmentanda. De præfato quoque monaſterio, cujus res Ervinifridus prædictus invaſerat, ſuggerit, ut præmiſſis etiam Archiepiſcopis Everardo & Joanni ſuæ auctoritatis præceptionem dirigat, jubens quod in eum fieri debeat, &c. Item pro commendatione præcommemorati Regis Carolomanni, atque pro defenſione Frotharii Bituricenſis Archiepiſcopi, qui ferebatur accuſatus apud eumdem papam per quemdam ſuæ diœceſeos monachum, quod ſcilicet poſt ſuæ civitatis dejectionem a paganis factam, in alterius ſedis invaſionem inſiliverit; oſtenditque, quod ab Epiſcopis ipſius diœceſeos, omnique Clero & populo ejuſdem civitatis petitus ſit & electus; & quod prædeceſſor ipſius Marinus ad eorum petitionem pium in hoc* præ-

* Marini Scripta Fulconis ad Hadrianum Pap.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Heræ Hiſp. DCCCCXXII. Anno Hegiræ CCLXXI. inchoato die 29. Junii fer. 2. A.C. 884. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6377.

☉ 25. ED. ☽ 11. P. 19. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 884.

HADRIANI III. PAPÆ 1.

CAROLI CRASSI IMP. 5.

BASILII IMP. 18.

AD num. I. & ſeq. *Marinus* Pontifex Romanus die incerto menſis Maii hoc anno mortuus eſt. [2] Cum enim exeunte menſe Decembri anni DCCCLXXXII. ordinatus fuerit, ſederitque annum unum & menſes quinque; ut Marianus Scotus, Honorius Auguſtodunenſis, Luitprandus Martinus Polonus in Chronic. & plerique Catalogi habent, mors ejus citius contigere non potuit, & menſes illi quinque incompleti fuere, quia *Hadrianus III.* natione Romanus qui ei ſucceſſit, menſe illo conſecratus fuit, ut in morte ejus videbimus. Et hæc cauſa fuit cur Hermannus Contractus ſupra annum unum, menſes quatuor illi attribuerit. Baronius quidem Marini mortem cum die XIII. Kal. Februarii affixit, & Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ait, *Marinum* circa XXIII. Februarii demortuum, & *Hadrianum* III. die prima Martii ordinatum. Verum uterque ſine teſte, & contra Ca-

*Hadrianus II. Marino PP. ſucceſſit.*

NOTÆ [1] SI ea quæ de Marini exordio ante menſem Julium anni 882. anticipando veritati cohæreant, ſederitque in Pontificatu anno uno, menſibus quinque, & aliquot forte diebus, ejus obitus non ultra Decembrim anni præcedentis removendus erit. MANSI



*præbuerit aſſenſum, inſuper & pallio eum donaverit, & ipſius in Bituricenſi Eccleſia promotionem ſcriptis roboraverit, &c.*

IV. Caſſinenſe monaſterium a Saracenis incenſum.

Quod autem ad ſtatum Italiæ ſpectat, Campaniæ pars illa finitima Sarracenis ingentem paſſa eſt cladem. Etenim cum evanuiſſet ſpes omnis de exercitu Imperatoris in Gallias revocati anno ſuperiore: ſicut liberius ita audacius graſſati iſti, igne, cædeque miſcentes omnia pervenerunt ad nobile monaſterium Caſſinenſe, quod combuſſerunt, occiſo ſancto Berthario Abbate. De his agens Leo (a) Oſtienſis hæc habet: *Per idem tempus monaſterium beati Patris Benedicti, ubi ſanctiſſimum ejus corpus requieſcit, a prædictis Sarracenis occupatum, deſtructum, incenſumque eſt anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo octogeſimoquarto Indictione ii. pridie nonas Septembris. Nec multo poſt, undecimo videlicet Kal. Novem-*

(a) Leo Oſt. l. 1. c. 45.



PAGIUS

talogorum & Scriptorum fidem Pontificatum Marini mutilavit. Tam *Marinus* quam *Hadrianus* III. Photium excommunicarunt, ut teſtantur Auctor Breviarii Græci, Synodi Conſtantinopolitanæ VIII. & ejuſdem Breviarii Græcum Additamentum. [1]

II. *Saraceni Italiam depopulantur.*

Ad num. IV. *Sanctus Berthariu*s Abbas Caſinenſis, qui *Baſſatio* ſuffectus fuerat, hoc anno Martyrio vitam finivit, ut narrat Baronius ex Leone Oſtienſi lib. 1. cap. 45. Monaſterium enim Caſinenſe a Saracenis invaſum & incenſum fuit, *pridie Nonas Septembris* hujus Chriſti anni, nec multo poſt monaſterium majus ab illis devaſtatum, multique inibi peremti, inter quos *ſanctus Bertharius* Abbas, cui ſucceſſit *Angelarius*. Porro Saracenis impune Italiam, Eccleſiamque populantibus, cogitarunt Itali de Rege e ſua gente creando, qui præſens Italiam gubernaret, maturiuſque omnibus hoſtium irruptionibus occurreret.
„ His rebus inſtincti, inquit Sigonius in lib.
„ 5. de Reg. Italiæ ad hunc Chriſti annum,
„ Hadrianum Pontificem adeunt, eumque ut
„ ſalutari decreto impoſterum Reip. caveat,
„ orant. Hadrianus ſive proximo Joannis, ſi
„ negaret exemplo deterritus, ſive Romæ atque
„ Italiæ laude, ſaluteque permotus, facile
„ petentium in poteſtate fuit, ac ſtatim inſi-
„ gnia duo Decreta fecit: unum pro Roma-
„ norum libertate, *ut Pontifex deſignatus con-*
„ *ſecrari ſine præſentia Regis aut Legatorum*
„ *ejus poſſet*: alterum pro dignitate Italiæ,
„ *Ut moriente Rege Craſſo ſine filiis, regnum*
„ *Italicis Principibus una cum titulo imperii*
„ *traderetur*. Quibus rebus auditis Craſſus in
„ Italiam ſe recepit. Ita Sigonius.

III. *Decretum Hadriani de ordinatione Papæ ſine præſentia Legatorum Imperialium.*

Decretum illud *Hadriani* de ordinando Pontifice ſine præſentia Legatorum Imperialium tacetur a Baronio, quia ipſe non putabat Imperatores uſos fuiſſe mittere Legatos, qui ordinationi Pontificis Romani adeſſent. Verum hoc jam a nobis certis probationibus & ab *Eugenio II.* primum inſtitutum fuiſſe demonſtratum, deindeque in more ſemper poſitum. Decreti vero *Hadriani* III. Eugenianum reſcindentis mentionem faciunt Platina, Ciaconius, & Oldoinus, dum de Hadriano III. ſermonem habent, neque de illo dubitationem aliquam habent. Illud revera emiſſum fuiſſe, quæ anno ſequenti in medium proferemus, manifeſtiſſimum facient. [1] Contiuuator quidem Freherianus Annaliſtæ Fuldenſis, dum de ordinatione *Marini* Papæ loquitur, ait eum ſine mora ordinatum Pontificem fuiſſe; ſed inde tantum inferri debet, aliquos tunc Romæ repertos Imperiales miniſtros, qui ordinationi *Marini* præſentes fuere, quod & forſan in conſecratione Hadriani III. etiam contigit.

IV. *Franci Normannos vincunt.*

Continuator Lambecianus Annaliſtæ Fuldenſis hoc anno ait: *Nortmanni Saxones invadere tentaverunt, quibus Heinrich Comes, & Arn Epiſcopus cum manu valida orientalium Francorum occurrerunt, conſertoque prælio plurimi ex utraque parte ceciderunt; ſed tamen adjuvante Domino Chriſtiani obtinuere victoriam. In quo certamine tales viri de Nordmannis cecidiſſe referuntur, quales nunquam antea in gente Francorum viſi fuiſſent, in pulchritudine videlicet ac proceritate corporum. Imperator circa Purificationem Sanctæ Mariæ colloquium habuit in Alſatia, in loco, qui vocatur Coloburg, & inde Epiſcopos, Abbates atque Comites deſtinavit contra Nordmannos ad tuendas regni ſui partes. Nordmanni, non ſemel neque bis cum Heinricho dimicantes, ſuperantur, & ubicumque prædatum ire volebant, fugabantur, interficiebantur, domino illis reddente quod meruerunt. Tandem Chriſtianis in unum congregatis, & munitionem illorum expugnare cupientibus, illi timore perculſi noctu fuga lapſi ſunt, quos Heimrich Rheno tranſito ſecutus, & in quodam repertos loco, centum duos ex eis abſque detrimento ſuorum occidit.*

V. *Normanni Francis iterum ſuperati.*

*Imperator menſe Majo mediante Placitum habuit VVormatiæ, & inde tutores partium ſuarum contra Nordmannos deſtinavit. Venit etiam illuc filia Hluthari a Gotafrido, cui tradita fuerat in matrimonium, ad Imperatorem tranſmiſſa; quam Imperator ſecum aliquanto retinuit tempore, & ad maritum redire non permiſit. Imperator in terminis Noricorum & Sclavorum cum Zuventibaldo* (Moraviæ Rege) *colloquium habuit, inde in Italiam profectus, cum VVitone* (ideſt Guidone) *& ceteris, quorum*

NOTÆ [1] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Marinus ſedit ann. I. & menſes IIII.* GEORGIUS

[1] HAdriani III. decretum de conſecrando Romano Pontifice abſentibus Legatis Imperialibus quanquam hic Pagius ut genuinum admittit, ut Spurium tamen reiicitur ab Eruditis, ac præſertim ab Echkardo Rerum Franc. tom. 2. pag. 683. Nec ſane a quoquam ex veteribus productum fuiſſe conſtat. Non a Stephano V. in tuenda electione ſua, non occaſione quæſtionis ea de re ferventis ſub Gregorio VII. aliiſque ſucceſſoribus. Vide Saxium Not. ad Regnum Italiæ Sigonii tom. II. novæ editionis col. 351. MANSI

*vembris, monaſterium majus, quod erat inferius barbarica immanitate ſuccenderunt: multoſque ibi perimentes, ipſum etiam jam honeſtum ac venerabilem Bertharium Abbatem trucidaverunt juxta altare beati Martini. Cumque eamdem Domini Salvatoris Eccleſiam, ſubjecto pleriſque in locis igne, inflammare molirentur, Dei judicio perficere id nequiverunt; ſicque ea tantum de toto monaſterio impiorum flammis erepta eſt. Illi monaſterii ſpoliis onuſti, triumphanteſque Garilianum reverſi ſunt. Monachi vero quidquid ſupellectilis vel theſauri, ſeu monumentorum hujus Eccleſiæ ſurripere potuerunt, ſumentes una cum domno Angelgario tunc temporis Præpoſito, Theanum habitaturi profecti ſunt, ipſumque Angelgarium ſibi Abbatem conſtituentes, in cella, quæ in honorem beati patris Benedicti conſtructa fuerat, manere cœperunt: anno & Indictione ſupradicta, exactis a Petronace Abbate uſque ad illud tempus annis centum ſexagintaſex. Sepultus eſt autem memoratus Abbas & martyr Chriſti ſanctus Bertharius in ſuperiori monaſterio juxta Eccleſiam ſancti Benedicti in Capitulo fratrum.* Hæc Leo.

V. Tranſlatio SS. Martyrum.

Quo pariter anno, fœdere icto inter Adefonſum Regem Gallæciæ & Regem Arabum Cordubæ regnantem Maomed ad ſexennium, per Dulcitium Toletanum presby-

PAGIUS

*rum animos anno priore offenderat, pacificatur. Nordmanni cum Friſionibus in loco, qui vocatur, Norditi, dimicantes ſuperantur, & plurimi ex eis occiduntur. Super quo prælio extat Epiſtola Rimberti Epiſcopi ejuſdem loci ad Liutbertum Moguntienſem Archiepiſcopum deſtinata hunc modum continens.*

VI. *Hæc victoria precibus S. Remberti reportata.*

*Rimbertus* ille diverſus non eſt a Sancto *Remberto*, *Reimberto*, ſeu *Rimberto* Archiepiſcopo Hamaburgenſi in Saxonia, de quo Adamus Bremenſis in ſua Hiſtoria cap. 33. ſcribit: *Nec incongruum videtur, quoniam de perſecutione diximus, quæ tunc late efferbuit in Eccleſias, grande miraculum per merita Sancti Rimberti Freſonibus oſtenſum tangere: quod ſcriptor geſtorum ejus neſcio cur prætererit. Sed Bovo Corbejenſis Abbas de ſui temporis actis ſcribens non reticuit, dicens*: cum modernis temporibus „ gravis barbarorum irruptio in omni pene „ Francorum regno immaniter debaccharetur; „ contigit eos divino judicio ad quemdam Freſiæ pagum devolvi, qui in remotis ac mari magno vicinis locis ſitus eſt, (Norwide „ hunc appellant) quem ſubvertere aggreſſi „ ſunt. Erat enim illic eo tempore venerabilis Epiſcopus Rimbertus: cujus adhortationibus & doctrinis confortati & inſtructi „ Chriſtiani, cum hoſtibus ſunt congreſſi, & „ proſtraverunt ex eis C. millia CCCLXXVII. „ pluribus inſuper, dum fuga præſidium quærunt, in tranſitu fluviorum necatis. *Hæc ille ſcripta reliquit. Cujus rei miraculo uſque hodie merita ſancti Rimberti penes Friſones egregia, & nomen ejus ſingulari quodam gentis colitur deſiderio; adeo ut collis, in qua Sanctus oravit dum pugna fieret, perpetua cæſpitis viriditate notetur.* Quæ in dubium revocari non poſſunt, cum *Bavo* ſeu Bovo Corbejæ Saxonicæ Abbas poſt annos octo ſupremum diem objerit.

VII. *Et quidem in Friſia Orientali.*

Henſchenius in Vita Sancti Remberti Archiepiſcopi Hamburgenſis ad diem IV. Februarii, & Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. in Obſervationibus præviis ad eamdem Vitam, hanc Friſonum victoriam referunt ad annum DCCCLXXVI. quo Friſones, *qui vocantur occidentales*, Normannos etiam vicere, uti eo anno vidimus, & *Nordvicum* interpretantur Urbem ejuſdem nominis ultra antiquum Rheni alveum, poſitam in Hollandia hodierna, quæ veteris Friſiæ partem transrhenanam includit. Verum ea victoria ab ea de qua loquitur Adamus Bremenſis, & ex eo alii, valde diverſa. Quare cum Auctor Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium, Krantzius lib. 2. Metrop. cap. 10. *Ubbo* Emmius lib. 5. Hiſt. Rer. Friſic. aliique memoratam ab Adamo Nordwidam *Nordam* hodie dici teſtentur, & *Nordvicum* Furmerius lib. 6. Annal. Friſic. & Molanus in Natal. SS. Belgii ad XI. Junii cenſeant ab ea ſententia non diſcedendum. Eſt autem *Norda* caput Norvvidæ ſeu Nordelandiæ regionis, ſedes Nordani populi oppido *Embdæ* XII. paſſuum millibus recta in Boream recedens, intimoque in ſinu æſtuari Oceani Germanici poſita. Ad Diœceſim Hamburgenſem tota ea regio pertinebat. Si Henſchenius & Mabillonius Continuatorem Lambecianum laudatum vidiſſent, in eam, opinor ſententiam non abiiſſent.

VIII. *Moritur Carolomannus Rex Galliæ.*

Pergit Continuator Lambecianus: *Karolus juvenis* (Karlomannus ab aliis appellatus) *Rex Galliæ in quadam venatione ictibus cujuſdam apri fertur occiſus; re autem vera a ſuo ſatellite in eadem venatione non ſponte vulneratus occubuit. Unde Nordmanni, qui regnum illius prædis & incendiis longo tempore fatigaverant, audaciores effecti, XII. millia librarum & auri & argenti ab illa regione tributi nomine exegerunt, & tamen fidem pollicitam nequaquam ſervaverunt. Nam & obſides occiderunt, & a prædationibus minime ceſſaverunt.* Mabillonius lib. 2. de Re diplom. cap. 26. n. 17. ait: Carolomanni Regis obitum in Necrologio Dionyſiano reponi *VIII. Idus Decemb.* in Remigiano *prid. Idus* eaſdem, obſervatque poſt obitum ejus non ſtatim Francico throno admotum eſſe Carolum Craſſum Imperatorem propter turbas de ſucceſſione in Regnum exortas, indeque tertiam ejus epocham ab ineunte an. DCCCLXXXV. exordiri. [1] Prætermiſſus autem eſt *Carolus Simplex* Ludovici III. & ejuſdem Carolomanni frater, quod annos tantum ſeptem natus, ad tuendum a Nortman-

NOTÆ [1] MAbillonii animadverſionem de incœpta ſerius epocha hac Caroli Craſſi, non admitto tantum; ſed & figendam cenſeo poſt diem 18. Maii anni 885. Nam anno 887. die illa Maii annum adhuc ſecundum in Gallia imperans agebat, ut ex inſcriptione Concilii Cabilonenſis, de quo in nota ad annum 886. I. probabimus. MANSI



sbyterum facta eſt tranſlatio corporum ſanctorum martyrum Eulogii atque Locritiæ, qui Cordubæ martyrium ſubjerant, illicque ſepulti fuerant, Ovetum; exceptaque fuere ab eodem Adefonſo Rege atque ejus ſedis Archiepiſcopo Hermenegildo. In eiſque in ſanandis ægris virtus miraculorum eluxit. Ita viſum Catho-

PAGIUS

mannis Regnum conferre nihil poſſet. A ſpe tamen & jure regnandi penitus excluſus non eſt, ſed Hugonis magni Abbatis fidei & inſtitutioni commendatus.

IX. *Danorum & Anglorum mutuæ ſtrages.*

Dani e Gallia in Britanniam navigantes, & Cantium ingreſſi *Roffam* Urbem obſidione cinxere, quam cives fortiter ſuſtinuere, donec *Alfredus* Rex cum magnis copiis in Cantium deſcendit, & eos ad naves ſuas fugere compulit, qui *eadem æſtate iterum Franciam adierunt*, inquit Aſſerus ad hunc Chriſti annum. Offenſus hac Danorum irruptione *Alfredus* Rex, quod nulla fœderis reverentia Inſulam iterum turbare inciperent, in Orientales Anglos, ibi ſurum reliquias caſtigaturus movit, initoque navali prælio, hinc inde acriter pugnantes, *Pagani omnes occiſi, & omnes naves cum omni pecunia eorum captæ ſunt?* inquit Aſſerus qui addit, Chriſtianos dividendis ſpoliis occupatos, ſomnoque ac inertia ſepultus, ab aliis Danorum reliquiis turpiter cæſos eſſe.

X. *Alfredus Rex literas in Anglia reſtituit.*

Interim *Alfredus* Rex, cujus amor in literas cum annis creverat, & ſuopte ingenio *S. Neoti* Abbatis conſilio, jamdiu de remedio cogitabat, doctores qui ſe & provinciam literis & ſcientia erudirent, impenſe quærebant, & inter alios *Aſſerum Abbatem Bancorenſem poſtea Schyreburnenſem Epiſcopum, Plegmundum poſtea promotum in Archiepiſcopum Cantuariæ*, & duos alios ab Ingulpho in ſua Hiſtoria pag. 870. memoratos, *quorum omnium contubernio aliquandiu Palatio fruitus, & doctrina; uſque ad profundam omnium liberalium artium ſcientiam penetravit*, inquit Ingulphus. Aſſerus ejus geſta recenſens, de ſuo ad illum acceſſu copioſe differit ad annum DCCCLXXXIV. aitque: *His temporibus ego quoque a Rege advocatus, de occiduis & ultimis Britanniæ finibus, ad Saxoniam adveni. Cumque per multa terrarum ſpatia, illum adire propoſueram, uſque ad regionem dextralium Saxonum, quæ Saxonice Suthſeaxum appellatur, ductoribus ejuſdem gentis comitantibus perveni: ibique illum in villa Regia, quæ dicitur Dene, primitus vidi.* Addit Aſſerus enixe Regem rogaſſe, ut ſe ejus ſervitio devoveret, magna remuneratione oblata, cumque *Aſſero* injuſtum videretur, loca in quibus nutritus fuerat, pro aliquo terreno honore derelinquere, petiit Rex, ut per ſex menſes quolibet anno ſecum maneret, & tantumdem *in Britannia*, quod ei *Aſſerus* promittere noluit, niſi prius ſuos conſuleret, quod Regi non diſplicuit. Volebat nimirum *Aſſerus* ita in Britannia manere, ut patriæ quoque ſimul prodeſſet.

XI. *Aſſeri opera utitur.*

Malmesburienſis lib. 2. de Reg. pag. 45. ait, *Ælfredum* Regem aſciviſſe e Monaſterio Sancti Davidis ſeu Menevenſi Aſſerum, *quem*, inquit, *Schireburniæ fecit Epiſcopum*. Tum lib. 2. de Geſt. Pontif. pag. 247. enumerans Epiſcopos Schireburnenſes poſt Aſſerum, *Sighelmum* collocat. Cum vero Aſſerus Sighelmi deceſſor Epiſcopus conſecratus fuerit an. DCCCLXXIX. uti Vigornienſis, Veſtmonaſterienſis, Harpsfeldus, & Goduinus in Præſulibus Angliæ affirmant, annoque DCCCLXXXIII. aut inſequenti juxta eoſdem obierit communis Anglicorum Scriptorum opinio fuit Aſſerum hunc illum eſſe, quem *Ælfredus* Rex e Monaſterio Sancti Davidis evocavit, quique ejuſdem Regis Vitam in literas miſit. Quam difficultatem cum Uſſerius in Indice Chronologico Antiquit. Britann. Eccleſ. ad annum DCCCCVI. examinaſſet, exiſtimavit Malmesburienſem perperam ſcripſiſſe Aſſerum ab Ælfredo Rege Schireburnenſem Epiſcopum conſtitutum, & Aſſerum, qui Vitam illam compoſuit, alium non eſſe, quam *Aſſerum Menevenſem Archiepiſcopum* anno DCCCCVI. vita functum. Alfordus vero anno DCCCLXXIX. num. V. & ſeqq. ſuper Aſſero funem texens, & aliis retexendum relinquens, ait, duntaxat Uſſerium bene vidiſſe Aſſerum Schireburnenſem Epiſc. dici non poſſe. Et anno DCCCCIX. quo mortem ejus collocat, rurſus aſſerit *Aſſerum* Monachum & Scriptorem Epiſcopum non fuiſſe.

XII. *Duo Aſſeri Epiſcopi Schireburnenſes non confundendi.*

Verum hæc difficultas hactenus non ſuperata ex utraque Chronologia Saxonica certo ſolvitur. In utraque enim ad annum DCCCCX. legitur: *Aſſerus Epiſcopus deceſſit, qui fuit apud Schireburnam Epiſcopus.* Vetuſtus enim Anonymus qui in calce libri Aſſeri de Ælfredi Rebus geſtis ſcribit Aſſerum *A. D. DCCCIX.* obiiſſe, videtur annum unum minus numeraſſe, niſi forte error in utrumque Chronographum Saxonem refundendus ſit, vel Anonymus a Paſchate alii a Januario annum incipiant. Porro erat Schireburnia, vulgo *Shepton*, civitas Epiſcopalis Angliæ ac Saxonum Occidentalium, cujus ſedes anno MLXXV. Saliſberiam tranſlata fuit, ut videre eſt apud Baronium eo anno num. XXXVII. *Aſſerus* itaque, qui Vitam Ælfridi Regis anno DCCCC. demortui, ſcripſit, Schireburnenſis Epiſcopus fuit, & diverſus tam ab Aſſero Menevenſi Archiep. quam ab Aſſero Schireburnenſi pariter Epiſcopo & Sighelmi ſeu Sigelmi deceſſore, cum quo eum male confundit Malmesburienſis, & cum eo Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Elogio ſancti Wlsfini Epiſcopi Schireburnenſis, ubi & perperam ſcribit apud Malmesburienſem *Aſſero* ſucceſſiſſe *Sighelmum*, poſt hunc *Ethelduum*, tum *Plegmundum* & *VVerſtanum*: ac pro comperto ſe habere Plegmundo Aſſerum, Aſſero Werſtanum ſucceſſiſſe; quibus addit *Aſſerum* ab Ælfredo Rege ad Epiſcopatum Schireburnenſem promotum fuiſſe. At hæc Schireburnenſium Epiſcoporum ſeries nec vera, nec a Malmesburienſi propoſita. Is enim *Plegmundum* inter Epiſcopos Schireburnenſes non numerat, & quem Mabillonius *Etheldum* ipſe *Ethelvvaldum* appellat. Ad hæc *Plegmundus* Cantuariæ tantum Archiepiſcopus fuit, nunquam vero Schireburnenſis Epiſcopus; neque Aſſerus II. qui poſt Werſtanum ſedit, non vero ante eum, ab Ælfredo Rege, ſed ab Eduardo Rege ejus filio ad Epiſcopatum Schireburnenſem evectus eſt, quemadmodum & Werſtanus, ut an. DCCCXCIV. demonſtrabimus. Certa itaque Schireburnenſium Epiſcoporum ſeries hæc eſt, Aſſerus I. Sighelmus, Ethelwaldus, Werſtanus, Aſſerus II. Ethelbaldus. Trium Præſulum Aſſeri nomine vocatorum in unum eumdemque confuſio, fons errorum mox memoratorum.

XIII. *Aſſerus II. nepos Aſſeri Archiep. Menevenſis.*

Porro *Aſſerum* Vitæ Ælfredi Regis Scriptorem, nepotem fuiſſe Aſſeri Menevenſis Archiepiſcopi, non vero eumdem cum illo ipſemet docet in Vita Ælfredi Regis fol. 14. ibi enim

tholico Regi, ut Eccleſiam Overenſem, quam per Joannem Octavum Papam erigendam curavit in Archiepiſcopatum, eamdem non ſolum ditaret oblationibus, ſed & illuſtraret reliquiis ſanctorum Martyrum, qui decenti illic honore ſunt culti.

Se-

PAGIUS

enim loquens de barbaro Hemeido Demetarum Principe, inquit: *Sæpe deprædebatur illud monaſterium* (nempe Sancti Davidis in Wallia ſitum) *& parochiam Sancti Deghi* (ita Davidem Britanni vocant, & Parochia ſeu Epiſcopatus Sancti Davidis ſita eſt etiam in Wallia) *aliquando expulſione illorum Antiſtitum, qui in eo præeſſent: ſicut ex nobis Archiepiſcopum propinquum meum* (nempe Aſſerum Meneviæ ſeu Sancti Davidis Archiepiſcopum), *& me expulit aliquando ſub ipſis*, ſcilicet Antiſtitibus, qui ibi degebant. Quibus etiam verbis intelligimus, Malmesburienſem erraſſe, quando ſcripſit *Aſſerum* ab Ælfredo Rege Epiſcopum Schireburnenſem dictum, e civitate ſeu monaſterio ſancti Davidis evocatum fuiſſe, cum enim unum tantum *Aſſerum* Epiſcopum Schireburnenſem agnoſceret, quod poſteriori convenit, priori adſcripſit, niſi forte uterque Aſſerus Schireburnenſis Epiſcopus ex eodem monaſterio in Regnum Saxonum Occidentalium venerit. Cum vero, uti ſupra inſinuavi, *Aſſerus* II. propter publica negotia in civitate S. Davidis commoratus fuerit, male Alfordus anno DCCCLXXXIV. num. VII. in dubium revocat quod Ingulphus citatus prodit, *Aſſerum* nempe Vidæ Ælfredi Regis Scriptorem, *Bancorenſem Abbatem* extitiſſe, quando ſc. in Regnum Saxonum Occidentalium accerſitus eſt; Abbatia enim illa in Wallia Boreali poſita.

XIV. Hallucinatus eſt etiam Alfordus ibidem num. VIII. & ſeqq. ubi hæc Aſſeri de ſuo in Saxoniam adventu verba ſupra recitata: *Ego a Rege advocatus, de occiduis & ultimis Britanniæ finibus, ad Saxoniam adveni*, de univerſa Britannia intelligit; nam ibi Aſſerus *Britanniæ* nomine *Wualliam* denotat; Britones quippe, qui poſt invaſionem Inſulæ in Walliam ſeceſſere, vel in eam compulſi ſunt, antiquum nomen ſemper retinuere, & Walliam *Britanniam* appellavere. Hinc Aſſerus ipſemet paulo poſtquam de ſuo in Saxoniam adventu locutus eſt, ait Regem a ſe petiiſſe, ut ſecum maneret, & eo renuente Regem dixiſſe: *Saltem dimidiam partem ſervitii tui mihi accommoda, ita ut per ſex menſes mecum fueris, & tantumdem in Britannia*. Paucis interpoſitis inquit ſe Regi promiſiſſe, *ut tribus menſibus in Britannia, & tribus menſibus in Saxonia* commaneret. De Aſſero Scriptore rurſus anno DCCCXCIV. Aelfredi Regis Vita ab eo compoſita extat in Collectaneo veterum Scriptorum Hiſtoriæ Anglicæ, Cambdeni opera impreſſo in fol. Francofurti anno MDCIII. ubi etiam recitatur teſtamentum Aelfredi Regis in quo cum tam Athelredi Archiepiſcopi Cantuarienſis, quam Aſſeri Epiſcopi Schireburnenſis mentionem faciat, & utrumque legato muneret, apparet illud poſt annum DCCCLXXXIX. quo Aſſerus I. Epiſcopus dictus, & ante finem anni DCCCLXXXIV. quo ut tardius deceſſi conditum fuiſſe.

*Aſſerus II. e VWallia ad Aelfredum Regem venit.*



I. Hadrianus Pap. moritur.

SEquitur annus Redemptoris octingenteſimus octogeſimusquintus, Indictione tertia, quo Hadrianus Papa, ubi ſediſſet annum unum, menſes tres, dies decem & novem, obiit ſeptimo Idus Maii: atque cum vacaſſet dies ...... ſuffectus eſt in locum ejus Stephanus nobilis viri Hadriani filius ex presbytero ſanctorum quatuor Coronatorum ejus nominis Sextus ordine, dictus Quintus. De cujus ab adoleſcentia inſtitutis hæc apud Anaſtaſium leguntur:

Stephanus Sextus dictus Quintus creatur Papa.

*Iſte quidem beatiſſimus Pontifex nobilium parentum Romanorum quoque proſapia ortus, dum per Dei gratiam creſceret, ſacris eſt edoctus dogmatibus ſtudio & ſolicitudine Zachariæ ſanctiſſimi Epiſcopi conſanguinei ſui & Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarii. Quem ſcilicet cum inſpiceret piæ memoriæ Hadrianus Junior Pontifex moribus bonis pollentem, & literarum ſtudiis ferventem, a prædicto inclyto genitore ſuo eum auferens, ad ſubdiaconatus, Deo favente, gradum provexit, ſtatuens eum inter alios ſibi familiarem, & in Patriarchio Lateranenſi Eccleſiaſticum peragentem officium. Et hoc honore percepto, vitam ipſe duxit mirabilem. Erat enim corpore caſtus, animo benevolus, vultu hilaris, eloquio prudens, operibus largus, ingenio fæcundus merentium conſolator, pupillorum & inopum enutritor, & ut generaliter comprehendam, omnium virtutum floribus adornatus. Quamobrem idem eminentiſſimus Præſul in Romanæ Eccleſiæ ſervitio perdurans, & magis ac magis ſpiritualibus ſtudiis vacans reverendæ memoriæ Marino ſummo Pontifici bene notus, & ab eo amatus, familiaribus ejus eſt adſcitus obſequiis. Hujus namque cum caſtimoniam & prudentiam atque fidelitatem idem Marinus ſummus Papa per omnia intueretur, ob fidei ſuæ & prudentiæ meritum dum ad ..... ſibi delegavit & ... ſpeciali converſatione, tituli beatorum quatuor Coronatorum presbyterum conſecravit, & in nullo a ſe, dum vixit, ſeparare permiſit.*

II. *Igitur defuncto recordandæ memoriæ Hadriano Papa, qui eidem beatiſſimo Papæ Marino ſucceſſerat, ſuper fluvium * Scultinum in villa, quæ Vuilczachara nuncupatur, cujus tempore Romani cives multa tam locuſtarum devaſtatione, quam pluviæ ſterilitate, ſeu famis inopia paſſi fuerant incommoda, credentes ſe poſſe hujus venerabilis viri ſanctitate relevari: per Dei miſericordiam facto conventu ſanctiſſimorum Epiſcoporum, & totius clericalis ordinis, necnon nobilium ſenatorum & virorum illuſtrium cœtu, acclamantibus omnibus una cum omni populo, & utriuſque ſexus vulgi multitudine: * Domnum Stephanum presbyterum Deo dignum omnes volumus, omnes quærimus & petimus nobis præeſſe Pontificem; quia proculdubio credimus, ejus ſanctitate nos poſſe liberari ab imminentibus periculis.*

* eſt fluvius in Æmilia.

Poſtulatur Stephanus Papa.

III. *Tunc jam nominatus Hadrianus Pontifex Romæ reliquerat Joannem venerabilem Ticinenſem Epiſcopum, & Miſſum Caroli excellentiſſimi Imperatoris pro tuitione Urbis, qui omnes unanimes venerunt ad domum, ubi cum patre ipſe almificus Stephanus ſancta meditabatur colloquia: & fractis foribus tenetur ac ducitur electus Dei Pontifex ad eumdem titulum ſanctorum quatuor Coronatorum ſibi creditum, reluctatus plurimum ſimul cum patre, reclamantibus utriſque & indignos ſe tanto honore profitentibus. Ubi & omnes ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Scholæ gaudentes conjunctæ eumdem venerabilem electum trahentes, ad Lateranenſe, Chriſto præduce, perduxerunt palatium, cum omni honore & debita reverentia.*

Deducitur in Lateranum.

*Priuſquam autem ad ſacrum perveniret palatium, tanta pluviarum cœlitus*

*fa-*

Pluvia optata conceſſa.

PAGIUS SÆC.IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXXIII. An. Hegiræ CCLXXII. inchoato die 18. Junii fer. 6 An. C. 885. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6378.

☉ 26. C. ☽ 12. P. 11. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 885.

STEPHANI V. PAPÆ 1.

CAROLI CRASSI IMP. 5.

BASILII IMP. 19.

ANum. I. ad VII. Continuator Lambecianus Annaliſtæ Fuldenſis hæc de morte Hadriani Papæ III. literis prodidit, quæ Monachorum Nonantulenſium Hadrianum I. apud ſe ſepultum eſſe exiſtimantium opinionem, cui Ughellus Tom. V. Italiæ ſacræ in Epiſc. Mutinenſibus adhæſit, plane evertunt; cum iſte Continuator hoc ipſo tempore vixerit: *Imperator cum ſuis apud Franconofurt colloquium habuit, miſſiſque Romam nunciis, Hadrianum Pontificem invitavit in Franciam. Voluit enim ut fama vulgabat, quoſdam Epiſcopos irrationabiliter deponere, & Bernhartum filium ſuum ex concubina hæredem regni poſt ſe conſtituere, & hoc quia per ſe poſſe fieri dubitavit per Pontificem Romanum quaſi Apoſtolica auctoritate perficere diſpoſuit. Cujus fraudulenta conſilia Dei nutu diſſipata ſunt. Nam Pontifex Romanus ab Urbe digreſſus, & Heridano* (ſeu Pado) *flumine tranſito, vitam præſentem finivit, ſepul-*

*tu-*

*Moritur Hadrianus III. PP.*

*facta eſt inundatio, quæ ſua ubertate terram a multo retro tempore aridam reficeret, ut aperto indicio Deus oſtenderet, tanti almigeri viri meritis ac precibus, omnibus ſe velle propitiari populis. Quo ſcilicet in eodem reſidente palatio, gaudent utriuſque ordinis proceres, & debitam fidelitatem cœperunt exhibere.*

IV. Patriarchium Apoſtolicum expilatum inventum.

*Adveniente autem proximo die Dominico, ad beatiſſimi Apoſtolorum Principis Limina omnis Romana Eccleſia eum honorabiliter detulit. Ubi etiam conſecratus Pontifex, Miſſarum ex more celebravit ſolemnia. Et rediens cum debito honore ac honorificentia ad Lateranenſe palatium, ſuum miniſterium miris cæpit decorare operibus. Deinde cum venerabilibus Epiſcopis & Auguſtali Legato ac honorabili Senatu per omnia ſacri palatii perrexit veſtiaria: quæ in tantum devaſtata reperit, ut de ſacratis ſtratis, quibus menſas ornare feſtis diebus Pontifices conſueverant, pauciſſima invenirentur. De reliquis vero opibus nihil omnino. Sed quid mirum ſi a veſtiario omnes gazas ablatas reperit, qui ſacraria perquirens, de pluribus donariis, & Eccleſiarum ornamentis pene nihil invenit? Crux autem aurea illa famoſiſſima, quam Beliſarius patricius in honorem beati principis Apoſtolorum Petri inſtituit, & plurimæ ſanctiſſimorum altarium aureæ veſtes cum reliquis pretioſis ornamentis defuerunt. Nam ideo ipſe beatiſſimus Papa coram tantis teſtibus ea requirere prævidit, ut cuncti cognoſcerent, nihil tale ſuis temporibus eße * ademptum. Idcirco gravi mœrore affectus eſt, quia devaſtatis veſtiariis, horrea ſimul & cellaria vacua inventa ſunt; & quod erogaret Clero & Scholis non habebat, vel unde captivos redimeret, orphanos & viduas paſceret, in tanta validiſſima, quæ inſtabat, fame carebat.* Jam enim proh dolor, proh nefas! inoleverat peſſima illa conſuetudo, ut mortuo ſummo Pontifice, invaderent homines Sedis Apoſtolicæ Patriarchium, atque deprædarentur ipſum. Id quidem conſtat ex iis, quæ habentur in Synodo habita ſub Joanne Nono Papa, de qua dicendum ſuo loco inferius. Pergit Anaſtaſius:

* attentatum.

V. De paternis ſubſtantiis ſubvenit egentibus

*Quid faceret? converſus eſt ad patrem atque facultates, quas inclyti ſui parentes poſſidebant, abſtulit, & larga dextera, prout poſſet, pauperibus erogavit. Et ita Deo miſerante, factum eſt, ut famis inopiam ſuo ſtudio mitigaret. Miniſtros itaque & familiares hinc inde perquirens tales ſuis obſequiis aggregavit, qui & vitæ ſanctitate & fidei ſinceritate, & ſapientiæ doctrina, & eloquentiæ facundia, & mo-*

PAGIUS *tuſque eſt in monaſterio Nonantulas* (cujus ſitum anno DCCCIII. num. VIII. indicavimus). *Quod cum Imperator comperiſſet, contriſtatus eſt valde, eo quod in tali negotio voti compos effici non potuit.* Alter vero Continuator ejuſdem Annaliſtæ ſcribit: *Poſt obitum Carolomanni Regis qui tunc Galliam rexerat, Cæſar regnum ipſum aggreditur, receptiſque Primoribus, & diſpoſitis ibi rebus, prout voluit, remeavit in Franciam ad edictum Placitum Vvormacenſe obviam Apoſtolico. Sed dum ipſe Papa jam medio itineris ſpatio foret, correptus celeri infirmitate expiravit.* Hadrianum III. in itinere defunctum eſſe, docet etiam Guillelmus Bibliothecarius, a Baronio num. II. laudatus. Quare Nonantulenſium Monachorum traditio haud dubie falſa. Ea tamen antiqua, cum Mabillonius Tom. I. Muſei Italici part. II. exhibeat Vitam Hadriani primi ex duobus pervetuſtis codicibus ejuſdem Monaſterii deſcriptam, ſupponatque eum ibi tumulatum; cum non Hadrianus I. ſed Hadrianus III. ſepulturam nactus ſit eo in loco. [1]

II. *Ei Stephanus V ſuccedit.*

Sedit *Hadrianus* III. annum unum & menſes quatuor, ut habent Luitprandus, & Marianus Scotus, Ordericus Vitalis lib. 2. & plerique Catalogi. Cum itaque menſe Majo ſuperioris Chriſti anni ordinatus ſit, ejuſque mortis nuncium Romam mittendum fuerit, ubi eo accepto unanimi conſenſu *Stephanus quintus*, vulgo ſextus appellatus, *adveniente proximo die dominico*, ut habet idem Guillelmus, Pontifex Romanus conſecratus eſt, quatuor illi menſes incompleti numerandi, & Stephani V. initium ultra menſis Septembris finem non contigit, ut ex dicendis in morte *Formoſi* patebit. Baronius Hadriani III. mortem cum die VII. Idus Maii; Papebrocius vero in Conatu Chronico-Hiſtorico cum die octavo menſis Julii, quo *Sanctus Hadrianus* Nonantulæ colitur, conjungit; ſed neutra opinio convenire poteſt cum Catalogis & Auctoribus, qui de utriuſque Pontificis duratione locuti ſunt. [2]

III. *Inſcio Imperatore conſecratur.*

Continuator Lambecianus poſt laudata verba de Imperatore ſtatim ſubjungit; *Poſt paucos dies Moguntiacum venit & VVormatiam, ibi-*

NOTÆ [1] HOc anno celebratum fuiſſe Concilium ab Hadriano III. ſed incerto loco diſcimus ex privilegio ejuſdem Hadriani in favorem Angelbergæ Ludovici II. Imperatoris uxoris, quod recitat Campius Hiſt. Eccl. Placent. tom. I. in appendice, unde & diſcimus Synodo illi inter fuiſſe Ravennatem Archiepiſcopum, cum Epiſcopis Ticinenſi, Placentino, Rhegienſi, Mutinenſe, Mantuano, Veronenſe, Laudenſe, Vercellenſe, aliiſque. Data eſt Bulla 15. Kalend. Maii, Caroli Imperatoris V. Indictione tertia. Synodi hujus nulla mentio in Collectionibus. MANSI

[2] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Adrianus ſedit an. I. & menſes IIII.* GEORGIUS



*& morum probitate pollerent. Cum ad prandium ſedebat, orphanos quotidie advocabat, quos ut filios alebat: convocatos vero nobiles, cum corporeis paſceret cibis, ſpiritualibus epulis reſovebat, & tantum Dei timorem mentis oculis ferebat, & in divinis laudibus inſiſtebat, ut ad ejus prandium ſacra per ſingulos dies lectio recitaretur. Miſſarum autem ſolemnia quotidie celebrabat, niſi cum utilitatem populi ad ſe reclamantis perficere cupiebat, ut oppreſſos ſublevaret, & afflictis ſubveniret.* Quomodo autem qui a Deo pluviam in ſui electione impetravit, locuſtas pariter ingruentes diſſipaverit, audi.

VI. Locuſtæ aqua benedicta extinctæ.

*Cum clades itaque locuſtarum, quæ prædeceſſoris ſui Hadriani videlicet totam patriam pene conſumpſerant, male multiplicato germine naſci cœpiſſent, & omnia replevisſent: miſertus idem ſanctiſſimus Papa afflicti populi, primum quidem divulgavit, ut ſi quis de iis unum ſextarium caperet, & ſibi attuliſſet, quinque vel ſex denarios ab eo perciperet. Hoc autem populi audientes, cœperunt huc illucque diſcurrere, eaſque capere, & miſericordiſſimo Patri ad emendum portare. Sed cum illas tali argumento delere nequiſſet, ad Domini miſericordiam confugiens, in Oratorium beati Gregorii, ubi ejus lectus habetur, juxta Eccleſiam Principis Apoſtolorum veniens, ſeſe cum lacrymis in orationem dedit. Cumque diutius oraſſet, ſurrexit, & aquam propriis manibus benedicens, Manſionariis præcepit, dicens: Tollite, & ſingulis diſtribuite, monentes, ut in nomine Domini agros ſuos circumeant, & hanc aquam ſpargant per ſata & vineas, petentes divinum ſibi ſuffragari ſubſidium. Quo facto tanta omnipotentis Dei ſubſequuta eſt miſericordia, ut ubicumque ipſa aqua aſperſa eſt, nulla penitus lo-*



*cuſta remaneret. Hæc circumquaque vicini audientes, ad Urbem confluunt, ſubveniri ſibi depoſcunt, omnem terram in pulveris modum locuſtis coopertam clamitant, quos benignus Papa benigne commonuit, de cœlo auxilium petere debere contra flagellum imminens ..... & mox læta .....* Hucuſque in Vaticano codice res Stephani Papæ, reliqua deſunt.

VII. ☞ Porro Anaſtaſii Bibliothecarii nomine iſta citavimus, eo quod in ejus codice de rebus geſtis Romanorum Pontificum includantur, nec in uno volumine dumtaxat, ſed omnibus, quæ hactenus reperire potuimus, exemplaribus. Qui autem res Anaſtaſii parum compertas habuerunt, putarunt ipſum cum vita Nicolai finem ſcribendi feciſſe, reliqua autem, quæ in ejus codice repeṛiuntur ſive de Hadriano Secundo, ſive de Stephano Sexto ſcripta, eſſe Petri Guilelmi, ſive Guilermi Bibliothecarii. Sed ſcias fuiſſe iſtam divinationem Panvini. Verum cum conſtet ſuperſtitem diu fuiſſe poſt Nicolaum Anaſtaſium, & adhuc vixiſſe tempore Joannis Papæ Octavi, ut quæ de eo ſunt ſuperius recitata declarant, & ab obitu Joannis Octavi, ut vidiſti, uſque ad Stephanum hunc, de quo eſt ſermo, non niſi anni tres intercedant; haud adeo impoſſibile erit iſta etiam de Stephano Sexto ab eodem Anaſtaſio eſſe conſcripta, quæ (ut diximus) eo quod eodem ejus codice includuntur, nomine Anaſtaſii haud perperam puto, citare conſuevimus. Cum præſertim nullus ſit codex in Vaticana Bibliotheca vel extra (quod viderim) in quo Romanorum Pontificum vitæ ſcriptæ legantur, qui habeat, Guilermum Bibliothecarium ab Hadriano Secundo vel Stephano Sexto ſcribere cœpiſſe vitas Romanorum Pontificum. Sed nec adeo



PAGIUS *ibique cum Epiſcopis & Comitibus Galliarum habita collocutione, in Bajoariam profectus eſt, ibique Natalem domini celebravit. Romani, Pontificis ſui morte comperta, Stephanum in locum ejus conſtituerunt. Unde Imperator iratus, quod eo inconſulto ullum ordinare præſumpſerunt, miſit Liutvvardum & quoſdam Romanæ Sedis Epiſcopos, qui eum deponerent; quod perficere minime potuerunt. Nam prædictus Pontifex Imperatori per Legatos ſuos pluſquam XXX. Epiſcoporum nomina, & omnium Presbyterorum & Diaconorum, Cardinalium atque inferioris gradus perſonarum, nec non & laicorum Principum Regionis ſcripta deſtinavit, qui omnes unanimiter eum elegerunt, & ejus ordinationi ſubſcripſerunt.* Quibus ex verbis intelligimus, verum eſſe quod Sigonius anno ſuperiori laudatus affirmavit, Hadrianum nempe III. decreto ſuo ſtatuiſſe, *Ut Pontifex deſignatus conſecrari ſine præſentia Regis aut Legatorum ejus poſſet*; alioquin Clerus Romanus Stephanum V. contra decretum Eugenii II. uſumque receptum, ſine præſentia Legatorum Imperialium ordinari non permiſiſſet. Porro *Liutvardus* Epiſcopus Vercellenſis erat, & ſumma apud Imperatorem auctoritate valebat.

IV. *Decretum Hadriani III.*

Guillelmus quidem Biblioth. in Vita Stephani V. ait, *Hadrianum* III. Roma digredientem reliquiſſe Joannem Ticinenſem Epiſcopum, *ut Miſſum Caroli excellentiſſimi Imperatoris pro tuitione Urbis*, & hunc Legatum cum Clero veniſſe ad domum ejuſdem Stephani jam electi, & interfuiſſe ejus ordinationi, ut ex eo Baronius num. III. refert. Verum cum Clerus Romanus effeciſſet, ut Hadriani Decretum in occulto lateret, nec niſi eodem Pontifice mortuo palam fieret, illuſum ſibi fuiſſe putavit Imperator, eique præſentia Legati ob aliam rem miſſi minime ſatisfecit. Cum tamen unanimem Cleri Romani conſenſum accepit, ira ejus deferbuit, & *Stephanum* Papam honorifice habuit.

V. *Moritur Anaſtaſius Bibliothecarius.*

Ad num. VII. Fuit Anaſtaſius *Abbas monaſterii ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Virginis, ſiti Tranſtyberim*, Nicolai Papæ tempore, ut legitur in vetuſtiſſimo codice Biblioth. Vaticanæ num.

adeo repugnat, ut non poſſit eorum eſſe auctor Anaſtaſius, eo quod in Hadriano Secundo ejuſdem Anaſtaſii ſumma cum laude mentio fiat; nam non eſt novum, ut auctor de ſe ipſo tamquam de alio in ſuis ſcriptis mentionem ingerat. De ipſo vero Petro Guilermo Bibliothecario dicendum fuſius alias ☞.

VIII. Baſilius ſcripſit ad Hadr. Papam contra Marinum Pap.

Sed quæ ſimul ac Petri cathedram conſcendit Stephanus, ſcripſit ad Baſilium Imperatorem, videamus. Quod enim mirum in modum Baſilius Imperator exaſperatus eſſet ex eo quod tum Marinus, tum ejus ſucceſſor Hadrianus Pontifices nequaquam Photium ut Patriarcham habentes, cum eo communicare noluerunt, ſed ut laicum eum habentes, vehementer deteſtati ſunt, litteraſque (ut dictum eſt) ſcripſiſſet ad Hadrianum Papam plenas blaſphemiis atque conviciis, cum is, qui eas detuliſſet, inveniſſet Papam Hadrianum jam ex hac vita migraſſe, Stephanus ejus ſucceſſor eas accipiens legit, qui perſtans in Photii execratione atque deteſtatione, inhærens prædeceſſorum veſtigiis, reſcripſit ad Imperatorem epiſtolam, eum redarguens, quod pro Photio homine penitus laico excommunicato tantopere laborans, eum defendendo adverſus Romanos Pontifices, ipſam Romanam Eccleſiam adeo afficeret contumeliis atque conviciis. Extat magno Dei beneficio iſtiuſmodi Stephani Papæ epiſtola inter Græca monumenta, quæ appendix poſita eſt contra Synodum Photianam Octavam ab ipſo cognominatam, ex eodem codice Columnenſi numero quadrageſimoquinto ſignato, quam ex Græco a noſtro Metio Latinitate redditam accipe, utpote ex qua multa accipies, quibus nonnulla hiſtoricorum mendacia confutes, & veritatem ſinceram cognitam colas. Sic ſe habet ejus titulus:

*Epiſtola Stephani Papæ Romani ad Baſilium Imperatorem, poſtremis videlicet, ejus temporibus, quando a Photio ſeductus, ſcripſit Romam dverſus ſanctum Marinum Papam ad Hadrianum.*

IX. Epiſt. Stephani Pap. VI. ad Baſil. Imp.

*Litteras ſerenitatis veſtræ ad Hadrianum prædeceſſorem noſtrum miſſas accepimus. Et mirati ſumus magnificentiam tuam, quomodo talia ſcribere potuiſti, cum ſis juſtitiæ equilibrium; præſertim cum recte noverit pia potentia tua, quod manui regiæ non ſubiiciatur ſacerdotalis & Apoſtolica noſtra dignitas, licet enim ipſius Chriſti Imperatoris ſimilitudinem in terris geras, rerum tamen mundanarum & civilium tantum curam gerere debes: quod etiam precamur, ut ad multos annos præſtare valeas. Quo igitur pacto a Deo largitus es nobis, terrenis rebus præeſſe: ita etiam nos per principem Petrum ſpiritualibus rebus Deus præfecit. Accipe, quæſo te, benigna fronte quæ ſequuntur. Datum eſt tibi curare, ut tyrannorum impietatem & feritatem gladio potentiæ concidas, ut juſtitiam miniſtres ſubditis tuis, ut leges condas, ut terra marique militares copias diſponas. Hæc eſt præcipua cura potentiæ & principatus tui. Gregis cura vero nobis commiſſa eſt tanto præſtantior, quantum diſtant a cœlo ea, quæ in terris ſunt. Audi Dominum dicentem (a) Petro: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. De poteſtate vero, & imperio quid (b) ait? Nolite timere illos, qui occidunt corpus: animam vero non poſſunt occidere. Et iterum de miniſterio nobis commiſſo ait: (c) Tibi dabo claves Regni cælorum, & quæ ſequuntur.*

(a) Matth. 16.
(b) Ibid. 10.
(c) Matt. 16.

X. Redarguit Papa Imp.

*Oro itaque pietatem tuam, ut inhæreas decretis Principum Apoſtolorum, ut nomen eorum honores, & dignitatem. Inſtitutio enim & ſacerdotium omnium, quæ in orbe ſunt, Eccleſiarum a principe Petro ortum accepit, per quem etiam nos ſinceriſſima & puriſſima doctrina monemus omnes & docemus. Regnum vero tuum non minimarum rerum argumento ad ea, quæ præſtantiora ſunt, ſcrutanda ſe erigat, ſed animadvertat qua auctoritate hæc facere aggreditur. Ille quidem, qui adverſus ſanctiſſimum Marinum ſacras aures tuas contumeliis maculavit: adverſus Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, qui nutu ſuo univerſum orbem regit, blaſphemias effutire, proculdubio non dubitavit. Quis inquam ille fuit, qui adverſus immaculatum ejus ſponſum & ſacerdotem, & adverſus Matrem omnium Eccleſiarum talia dicere eſt auſus? Decipitur profecto quicumque putat, quod (d) diſcipulus ſit ſupra magiſtrum, & ſervus ſupra dominum ſuum. Obſtupeſcimus ſane, dum tuam perfectam & illuſtratam prudentiam ſeductam videmus, ut talia contra ſanctum illum virum cogitaverit:*

(d) Matt. 10.

Qua-

PAGIUS num. 5696. & obſervat Ciampinius U. C. in *Examine libri Pontificalis*, ſect. I. ſed ultra annum octingenteſimum octogeſimum ſecundum vitam non propagavit. Eo enim Chriſti anno *Zacharias* Epiſcopus Ananignus S. R. E. Bibliothecarius erat, ut liquet ex dictis eo anno num. I. & eodem munere anno DCCCLXXXIII. fungebatur, ut apud Ciampinium videre eſt in Catalogo Bibliothecariorum S. R. Eccleſiæ. Baronius autem anno DCCCLXXVIII. num. IX. recitat Epiſtolam Photii *Anaſtaſio Presbytero & Bibliothecario Romæ* ab eodem ſcriptam. Quare *Anaſtaſii* mors inter an. DCCCLXXVIII. & DCCCLXXXII. contigit. Munus illud ei ab Hadr. II. commiſſum fuerat an. DCCCLXVIII. poſtquam alium Anaſtaſium Presbyterum tit. S. Mar-



*Qualis enim ille fuerit, licet nos ſilentio prætereamus, lapides iſti clamabunt: Muta (a) fiant labia doloſa, quæ loquuntur adverſus Deum iniquitatem, vel adverſus juſtum.*

(a) Matt. 10.

XI. Juſta ac digna reprehenſio.

*Si ovis Dei exiſtis (quod in votis habemus) ne tranſgrediaris limites Principum Apoſtolorum. Dic quæſo te: Quis te ſeduxit, ut Pontificem Oecumenicum comico more ſcommatibus laceſſeres, & ſacram Romanorum Eccleſiam maledictis inceſſeres, cui cum omni veneratione ſubditus eſſe debes? An ignoras, quod hæc omnium Eccleſiarum princeps exiſtit? Quis te Pontificum judicem conſtituit, quorum ſacris doctrinis dirigi debes, & a quibus preces pro te Deo offeruntur? Scis ſacrum illud eloquium, quod ait: Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Hæc de omnibus ſacerdotibus dicta ſunt. Deo te æqualem facis, qui ejus Angelos judicare audes. Dicit enim (a) Propheta: Labia ſacerdotis loquentur judicium, & legem exquirent de ore ejus: Angelus enim eſt Domini omnipotentis. Quomodo judicabis ſacerdotes, qui ſolius Dei ſententiæ ſubiiciuntur, & qui ſoli facultatem habent ligandi atque ſolvendi? Vide ad quodnam profundum te præcipitem dediſti.*

(a) Malach. 2.

XII. Quæ obiiciuntur in Marinum, diluuntur.

*Audio in te, magnificentiſſime Imperator, laudari manſuetudinem, & patientiam Job: quapropter mirari ſatis non poſſum, quomodo ita turpiter lapſus ſis. Scripſiſti illum non eſſe Epiſcopum. Quomodo id noſti? Si vero id ignoras, quomodo ita præceps in eum ſententiam tuliſti? Magna quidem eſt Pontificum potentia. Non te latent res beati Ambroſii, & quid ipſe fecerit adverſus Theodoſium Imperatorem. Quicumque dicunt, Marinum fuiſſe antea Epiſcopum, ac proinde non potuiſſe ad aliam ſedem transferri: oſtendant illi id aperte. Scito dilecte & omni honore digne Imperator, quod licet illi impedimento fuiſſet, quod obiicitur de Canone, cum tamen id numquam fuerit: multitudo tamen ſanctorum Patrum, & illorum auctoritas, & judicium potuit illum conſtituere in primo gradu. Et divina providentia prænoſcens Eccleſiæ Dei utilitatem, in Sede principis Apoſtolorum Petri illum collocavit. Quod vero magnus ille Gregorius, cognomento Theologus, nonne Nazianzo tranſlatus eſt, & Meletius Sebaſte Antiochiam, & Doſitheus Seleucia Tarſim Ciliciæ, & Reverentius Archiphœnice Tyrum, Joannes Gordolia Proconneſum, Theodorus Apamea Selymbriam, Alexander Cappadocia Hierapolim? & multi alii diverſis in locis tranſlati ſunt e ſuis ſedibus ad alienas.*



XIII. Multa in Photium Stephanus Papa.

*Dicat celſitudo tua, quibus accuſatoribus, & quibus teſtibus affirmantibus, beatum Marinum feciſſe quæ tu dicis, illum condemnaſti? An ignoras, in prima Nicæna Synodo, quod beatus Sylveſter Papa proclamaverit per Legatos, præſente ibidem ſancto Conſtantino: Ut prima Sedes a nemine judicetur? Quid deliquit ſancta Romanorum Eccleſia, ut adverſus eam linguam tuam vibrare, & concitare ſeductor is te induxerit? Num juxta antiquum morem, de Synodo Conſtantinopoli habenda, ad te litteras non dedit? Num pro eadem Synodo curam non geſſit? Peto a te: Cuinam ſcriberet Romanorum Eccleſia? laico ſcilicet Photio? Si enim haberes Patriarcham, frequentius noſtra Eccleſia illum litteris viſitaret. Sed ei mihi, quod iſta glorioſa & a Deo cuſtodita civitas Conſtantinopolis, Paſtoris ſolatio eſt orbata, & ſola regia tua potentia illuſtratur! & niſi amor, quo te proſequimur, cohibuiſſet, ut ferremus injuriam noſtræ Eccleſiæ illatam: coacti fuiſſemus adverſus prævaricatorem Photium, qui contra nos impura evomuit verba, graviores pœnas infligere, quam prædeceſſores noſtri.*

XIV. Marinus acerrimus defenſor Octavæ Synodi.

*Neque enim hoc dicimus ad tui contumeliam. Te enim in univerſo orbe Deo dilectum prædicamus; ſed tantum ad noſtram defenſionem, & Marini majorem gloriam, qui eadem ſenſit & ſapuit cum prædeceſſore & doctore noſtro ſanctiſſimo Papa Nicolao. Et qui dum voluit adimplere, quem illi antea viſæ fuerant: in maximum devenit apud vos contemptum & ludibrium divinus ille Marinus. Et cum noluerit ſimul duce cum iis, qui aliena ſentiebant, & quæ ipſe coram tua majeſtate ſynodice geſſerat, diſſolvere, & annullare ac irritæ reddere, propterea triginta diebus carcere fuit detentus: id ſibi gloriæ potius tribuens, quam contumeliæ pro unitate pati. Sed, o junior Conſtantino, quomodo non es illum magnum imitatus Conſtantinum, qui ſacerdotum libellos acce-*



ptos

PAGIUS S. Marcelli a ſe Pontificatus ſui initio Bibliothecarium conſtitutum menſe Octobri ab eodem munere removiſſet, ut eo Chriſti anno oſtendimus. Ex quibus intelligitur, Em. Card. Raſponum in Baſilica Lateranenſi lib. 3. cap. 13. & Ciampinium citatum ſect. 7. qui Anaſtaſii Presbyteri tit. S. Marcelli mentionem non faciunt, perperam exiſtimaſſe *Anaſtaſium* Monachum, anno DCCCLXVI. Bibliothecarium fuiſſe & male ei Baronium attribuiſſe Vitas Hadriani III. & Stephani V. vulgo VI; cum utraque poſt mortem ejus elucubrata fuerit. Onuphrius in Notis ad Platinam ad Nicolaum I. ait: *Ad hunc uſque Nicolaum Rom. Pontificum Vitas, quæ adhuc apud me ſunt, ſcripſit Anaſtaſius Monachus & S. R. E. Bibliothecarius. Quæ ſequuntur conſignavit Guillelmus quidam alter Bibliothecarius, quæ in libro, qui ſub Damaſi*

ptos in ignem projecit, *affirmans ſe non eſſe dignum, ut ſacerdotes judicaret? Te itaque monemus, ſpiritualis noſter fili, ne adverſus ſanctam Romanorum Eccleſiam inſurgas. Cum vero audiverimus, quod ex ſemine tuo filium ad ſacerdotium dedicaſſes: magno hac de cauſa repleti ſumus gaudio.* Erat hic filius minimus natus, Stephanus nomine, quem Imperator, aliis ad Imperium evectis (ut dictum eſt) Eccleſiaſticis functionibus mancipavit. Iſta ingerit Stephanus Papa, ut eum inducat, quo ejecto Photio ipſum inſtitueret Patriarcham, quod factum eſt poſt illius Imperatoris obitum ab ejus filio ſucceſſore Leone. Ad poſtremum vero commendans Romanam Eccleſiam laborantem Sarracenorum incurſionibus, iſta ſubiecit:

XV. Commendat Rom. urbem. *Oramus etiam, ut Chelandrium munias, & omnia, quæ in eo ſunt neceſſaria adhibeas a menſe videlicet Aprilis ad Septembrem menſem; mittas præterea qui mœnia noſtra cuſtodiant ab Agarenorum incurſionibus. Reliqua vero ſilentio præterimus, cum neque oleum ſit nobis pro luminaribus Eccleſiæ juxta debitum Dei honorem. Cui gloria ſit in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hæc Stephanus cujus hæc ultima verba bene reſpondent iis, quæ nuper dicta ſunt, quod expilatum ita invenerit patriarchium, ut opus fuerit e domo paterna petere cuncta, quibus indigeret pro ſe atque pauperibus.

Porro literæ iſtæ hoc anno datæ nonniſi ſequenti perlatæ eſſe Conſtantinopolim reperiuntur, & cum jam Baſilius ex hac vita bono totius Eccleſiæ Orientalis ſubductus eſſet. Ita plene, ſimul ac blaſphemias in Dei ſacerdotes effutire non veritus, Dei indignationem in ſe convertit; & qui Photii communionem numquam deſeruit, a Deo deſeri meruit, atque ex hac vita ſubduci. Quæ autem tunc acciderunt, ſuo loco anno ſequenti dicturi ſumus.

Quæ autem eodem exordio Pontificatus Stephani Papæ tranſacta ſint inter ipſum atque Fulconem Rhemenſem Archiepiſcopum, (a) Frodoardus in hiſtoria Rhemenſium Epiſcoporum, ex utriuſque litteris ultro citroque datis docet his verbis:

(a) *Frod. l. 4. hiſt. Rhem. c. 1.*

XVI. *Stephano quoque hujus Hadriani ſucceſſori litteras mittens, gratiarum actiones referre curavit, quod cum & Eccleſiam ipſius litteris Apoſtolatus ſui viſitare, & inter varias mundi preſſuras conſolari dignatus fuerit, & quia fratris eum & amici vocabulo voluerit honorare, quod ipſe tamen noluit appetere, ſed magis ſervus & abjectus exiſtere. Significatque ſe ad ipſum Papam videndum properaturum fuiſſe, niſi paganorum vallaretur obſidione, hoſque deno tantum milliario a ſua civitate abeſſe. Civitatem quoque Pariſiorum ab ipſis tunc obſideri, hanc infeſtationem huic Regno ab octo annis jam præteritis inferri, ut nemini extra Caſtella procul liber abitus patere videretur. Addit denique, audiſſe ſe de inſidiis quorumdam peſtilentium, quas ipſi Papæ moliebantur, & ſatis ægre tuliſſe; opemque ferre, ſi licuiſſet, optare, unum quod quibat agere, precibus videlicet pro eo inſiſtere.*

XVII. *Pro Vuidone quoque affine ſuo, quem idem Papa in filium adoptaverat, memorat, tam ſe, quam cæteros conſanguineos ſuos, quibus id notificaverat, debitam exhibituros eidem Papæ reverentiam. De eo etiam, quod illi ſcripſerat, roborare ſe promptum fore, quæcumque neceſſaria Dei Eccleſiæ ſignificarentur: ejus ſuggeſtionem ſe multum per omnem modum effeciſſe ipſius fidelitati obnoxium, ſeque cum ſuffraganeis Coepiſcopis in cultu debito ſanctæ Sedis Romanæ perſeveraturum, & ſi quid contrarium ſanæ Fidei contra ipſam emerſerit, omnimodis confutare, Deo auxiliante, paratum exiſtere. Sedem vero Rhemenſem notum habeat ab anteceſſoribus ſuis præ Gallicanis omnibus Eccleſiis ſemper fuiſſe honoratam, utpote cum primus Apoſtolorum beatus Petrus primum deſtinaverit huic urbi ſanctum Sixtum Epiſc. & totius Gallicanæ regionis dederit ei primatum. Hormiſda quoque Papa ſancto Remigio vices ſuas in Galliarum partibus commiſerit. Hoc ideo ſe commemorare, ne ſedes Rhemenſis ſuis in diebus ſineretur dehoneſtari. Annectens etiam de privilegiis ſibi injunctis, quæ petiit, ab ejus prædeceſſoribus Marino & Hadriano conceſſis. Itemque de jam dictis rebus Ramponis, & earum pervaſore, quem præmiſſi Pontifices juſſerant ab Archiepiſcopis Senonenſis ac Rothomagenſis urbis excommunicari. Quibus eamdem excommunicationem differentibus, idem perva-*

PAGIUS *maſi nomine circumfertur, extant.* Negat id Baronius, aſſerens ſe in nullo codice Vitarum Pontificum ſub Damaſi nomine ſcriptarum hoc inveniſſe. Paſſim tamen Onuphrio hac in re alii Viri docti fidem adhibent, quod veroſimile non ſit, *Onuphrium* hoc literis prodidiſſe, niſi ex fide alicujus Manuſcripti a ſe viſi. Poſtea Baronius in Appendice ad an. MLXXIII. ſcripſit ſe in Codice MS. Vaticano Vitas Pontificum Rom. continente inveniſſe Petrum Bibliothecarium, qui floruit Sæculo XI. vocatum fuiſſe *Petrum Guilhermum*. Varia Opera edidit Anaſtaſius Bibliothecarius, de quibus ſparſim egimus. *De Vitis* vero Pontificum Rom. ſeu de *libro Pontificali* ei attributo, in Obſervationibus præviis ad veteres Catalogos Pontificum Rom. commodius verba faciemus.



*vaſor adhuc rapta poſſidebat. Unde petit, ut ab ipſo Apoſtolica feriatur ſententia, præcipiatque hic Papa præfatis Archiepiſcopis, ne ullam in eundem excommunicando afferant amplius delationem. De quibuſdam præterea rebus Rhemenſis Eccleſiæ, quas quidam abſtulerant invaſores, poſcit, ut ipſe Papa ſuggerat Imperatori Carolo, qui jam magnam ex his parte reſtituerat; ut bonum, quod cœpit, ejus precatio perficiat, & de his, quæ egit, ipſe gratias ei agere dignetur, &c.*

XVIII. *Ad quæ ille reſpondens aſſerit ſe oppido fuiſſe lætatum, quod eum circa Sedis Apoſtolicæ reverentiam cognoverit anhelare. Hortans, ut in hac dilectione ſemper ardentius accendatur. Memoriam quoque Vuidonis Ducis gratiſſime ſe ſuſcepiſſe, quem unici loco filii ſe tenere fatetur. De Northmannorum infeſtatione, quam Regnum noſtrum patiebatur, dolere uti propria, Dominum deprecari pro hujus populi defenſione per Apoſtolorum Principum interventionem; & ut ſit incolumis hic præſul perducatur ad Apoſtolorum Limina, quatenus etiam corporeis eum valeat ulnis amplecti, & conferre de privilegiis, quibus ſcripſerat ſibi. Ad Archiepiſcopos etiam quas petierat, litteras ſe direxiſſe, necnon ad Imperatorem pro Eccleſiæ Rhemenſis juſtitia deprecatorias, & pro collocata benignitate gratias illi referentes.*

XIX. *Item litteras idem præſul ad eumdem Papam dirigens, de proſperitate ipſius lætificari ſe inter multas tribulationum quas a paganis patiebatur anguſtias, refert; præfati quoque Vuidonis ſatagit commendare favorem. De prænominato necnon Erminfrido querimoniam repetens, qui admonitus a prænominatis Archiepiſcopis inobediens extiterat: flagitat, ut iterum commoneatur ab auctoritate Papæ, Archiepiſcopo hunc aſperius increpante; & ſi pervaſa non reddiderit, Eccleſiaſtico feriatur judicio. Interrogat præterea, ſibique remandari poſcit: ſi rite valeat fieri Epiſcoporum ordinatio in qualibet Sanctorum feſtivitate, niſi tantum die Dominica, &c.*

XX. *Ad hæc etiam reſcribens idem Papa gratias agit pro ipſius erga Sedem Apoſtolicam charitate & ſolicitudine, condolens de ipſius afflictione, ac pro ipſius preces ſe Domino fundere pollicetur allevatione; & confortans monet in Domini confidere conſolatione. Item ſcribit eidem præſuli pro quodam Dominico a filiis & cognatis propriis oppreſſo vel expulſo, hortans, ut id diligenter inquirat, & ejus inde adiutor exiſtat. Item pro quorumdam ſuſceptione Anglorum. Item ſcribit eidem cum Aureliano Lugdunenſi, Adelgario, Geilone, Emmenone, & reliquis per Galliam conſtitutis, pro querimonia Bituricenſis Eccleſiæ, ſuper invaſione Frotharii Burdegalenſis Epiſcopi, qui etiam Pictavenſem aliquandiu tenuerat ſedem, cui poeſta Bituricenſis fuerat a Joanne Papa ad tempus propter infeſtationem barbaricam tali tenore conceſſa, ut hac remota neceſſitate, id etiam removeretur quod neceſſitas imperarat. Unde præcipit Papa Stephanus præfatis Archiepiſcopis, ut ad propriam ſedem illum remeare compellant. Quod ſi Apoſtolicis monitis obedire contempſerit, noverint eum Spiritus ſancti judicio perpetuis anathematis vinculis innodatum.*

XXI. De cauſa Lingon. Epiſcopi. *Item pro Teutboldo Lingonenſi Epiſcopo, ſignificans ad ſe hujus Lingonenſis Eccleſiæ querimonias perveniſſe, quod abeunte Iſaac Epiſcopo, inconſulto Clero & populo, Egilonem quemdam monachum nuper de ſæculo venientem in Epiſcopum Aurelianus Lugdunenſis ordinaverit, eiſque illata vi præpoſuerit nolentibus. Quo divina vocatione homine excedente, ne in id ipſum incurrerent, concordi voto Clerus & populus Teutboldum ipſius Eccleſiæ diaconum eligentes, ab ipſo Papa, ſibimet in Epiſcopum conſecrari petierint. Sed ille uniuſcujuſque Eccleſiæ privilegium inconcuſſum ſervare volens, id agere diſtulerit, eumque præfato Aureliano direxerit, ſcribens ad eum, ut ſi Cleri populique vota in eum concordarent, & ſacri Canones illi non obviarent, manus huic imponere non differret. Quod fieri ſi ratio prohiberet, & idipſum ſibi reſcriberet, interim tamen alterum inibi ordinare nullo modo ſe inconſulto præſumeret; ſimulque & Oirannum Senogallienſem Epiſcopum a ſuo latere direxerit executorem. Quem deludens Aurelianus ad Lingonenſem præmiſerit urbem, pollicitus ſe citiſſime ſubſecuturum. Quo cum diu expectaretur, nec ipſe advenerit, nec ſuæ moræ cauſam innoteſcere, vel Papæ remandare præviderit. Quocirca intantum Clerus & populus cum decreto manu omnium roborato, præfatum electum Romam remiſerint, obnixe ſibimet illum conſecrari petentes. Sed nec tunc id agere acquieverit, volens Lugdunenſi Eccleſiæ collatum privilegium immutilatum conſiſtere. Ideoque jam dicto Aureliano iterato reſcribens, mandavit, ut quia concordi voto Clerus & populus jam dictum diaconum expetebat, aut ipſum conſecraret, aut quid in eo reprehenſibile judicaret, ſibi reſcribere maturaret. Verum contra interdicta, & ſacrorum Canonum ſtatuta quemdam extraneum & eidem Eccleſiæ ignotum, in angulo ordinatum illis ingerere niti præſumpſerit. At hi potius laborem ſubire quam ſub-*

ſubiici ignoto eligentes ad ſe redierint implorantes, ne pateretur Eccleſiaſtica jura violari.

XXII. *Sententia Stephani Papæ.* *Nos autem, inquit Papa, qui omnium Eccleſiarum in beato Petro Apoſtolorum principe curam ſuſcepimus, ſcientes inter Epiſcopos non haberi eum, qui neque a Clero electus, neque a populo eſt expetitus, ſæpedictum Teutboldum venerabilem diaconum, ipſorum lamentabilibus precibus inclinati Lingonenſi Eccleſiæ Epiſcopum conſecravimus, condigna ſententia prævaricatoribus illata, licet & aliis prævaricationibus fuerint impediti. Quapropter tuæ injungimus ſanctimoniæ, ut his noſtris Apoſtolicis litteris perceptis: poſtpoſita dilatione, ad Lingonenſem accedas Eccleſiam, & eumdem Teutboldum a nobis ſolemniter conſecratum Epiſcopum exinde reveſtias, omnibuſque Archiepiſcopis & Epiſcopis innoteſcas pro tantæ contumaciæ ultione, nos ejuſdem Eccleſiæ ſpecialem ſolicitudinem ſuſcepiſſe pro tanti laboris maceratione & apprehenſionis illatæ revelatione. Quidquid autem idem venerabilis Epiſcopus Theutboldus vobis ex noſtra parte retulerit, credite, & effectui mancipare nullo modo ambigite, utpote qui tuam reverentiam circa nos devotam conſiſtere credimus.*

XXIII. *Ad hæc idem, præſul Fulco reſcribens, gratias agit pro conſolatione litterarum ipſius, aſſerens ſe paratum fuiſſe & eſſe quæcumque ſibi ab ipſius Papæ celſitudine injuncta fuerint adimplere: præfatam vero præceptionem de Teutboldo Epiſcopo ſine mora explere voluiſſe, ſed Odonis Regis ſui conſultu interim intermiſſum, dum Rex idem Legatos ſuos ad eumdem Papam dirigeret, ac per eos juſſionem ipſius certiſſime cognoſceret. Super his autem quæ litteræ ipſius Papæ proſequutæ ſunt, velle ſcilicet ſe omnibus Eccleſiis ſua inſtituta & privilegia inconfuſo ordine intemerata ſervari: valde gaviſos univerſos Epiſcopos, in quorum præſentia hæc recitari fecerat. Conſulit autem ejus auctoritatem depoſcens, ut ſibi ſcriptis remandet, ſi liceat Coepiſcopis ſuffraganeis ſuis, qui in ejus diœceſi conſiſtunt, ordinationem vel Regis vel alterius alicujus perſonæ ſine ſua licentia & cohibentia, ſeu permiſſione agere, vel aliud aliquid inconſulto ſuo Metropolitano, aut contra interdicta ſui primatis præſumere. Privilegium quoque denique a Sede Romana quæſitum, idem Papa huic conceſſit, ſcriptumque tranſmiſit præſuli ſuper rebus Eccleſiaſticis huic Rhemenſi Eccleſiæ collatis vel conferendis, ut nemo eas invadere, vel detinere præſumeret. Et ut poſt ejus deceſſum nullo modo aliquis hunc Epiſc. vel Epiſcopii res occupare illicite auderet, cum interminatione hæc inhibens Apoſt. Sedis cenſuræ.*

XXIV. De controverſia inter Colon. & Hamb. Archiep. *Item ſcribit ei pro altercatione, quæ verſabatur inter Herimannum Colonienſem Archiepiſcopum & Adelgarium Hamburgenſem & Bremenſem Epiſcopum, pro qua Herimannus eidem Papæ, & ſuam direxerat querimoniam, Adelgarius autem & ſuam direxerat, & poſtmodum per ſemet acceſſerat proclamans ab Herimanno Eccleſiæ ſuæ privilegia violari; ideoque in ſuam præſentiam commonuerat utrumque venire: ſed quondam Adelgario veniente, Herimannus defuit, tantæ liti finem imponere Papa diſtulit, ne quiſpiam propere judicare videtur, unde rediviva contentio futuris temporibus oriretur. Quocirca injungit huic præſuli noſtro ſua ipſius Papæ vice Synodum convocare apud Vvangionem civitatem, cum vicinis ſuffraganeis limitaneiſque Epiſcopis, ad quam Herimannum Archiepiſcopum Coloniæ & Soudecoldum Moguntinum cum ſuis ſuffraganeis, necnon & eumdem Adelgarium occurrere juſſerat, quatenus quid cuique debeatur, diligens examinatio declararet. Monet etiam fraternitatem ipſius domini Fulconis, ne ſibi ſuam ſpecialem præſentiam, ſi omnimodis fieri poſſit, exhibere cum eis quoquo modo differat; quoniam & hæc & alia, quæ imminebant Eccleſiaſtica negotia cum ipſo tractanda ejuſque terminanda conſultu providerat. De quo ſcilicet ipſius adventu ſatis gratularetur, volens Eccleſiaſtica deliberanda negotia ejus habere præſentiam. Alioquin monet, ut aſſertione juridica per ſtrenuum Epiſcopalis ordinis virum una cum ipſis abeuntem notificet, qualiter ſe ſuper hoc veritas habeat; quibus ſi veniendi facultas defuerit, ſuos cum eo dirigant Legatos, qui eorum * vicatione perfuncti diſceptandi & deliberandi libertatem poſſideant, ut nullo ulterius tempore perfecta finitiva ſententia de hac re neceſſarium ſit nectere quæſtionem.* Hucuſque Frodoardus, quæ uſque ad obitum ipſius

Ste-

* pro vice

PAGIUS VI. *Obitus Carolomanni Franciæ Regis.* Ad num. XXV. *Carolomannus* Ludovici Balbi filius Rex Galliarum, anno præcedenti vita functus eſt, & Franci *Carolum Craſſum* Imp. ad Regnum gubernandum evocarunt, quia *Carolus Simplex* Ludovici Balbi filius adhuc ſeptennis Regno adverſus Normannos tuendo idoneus non erat, ut anno ſuperiori oſtendimus. Baronius *Ludovicum Ignavum*, qui ſeculo ſequenti in Galliis regnavit, Carolomanni filium & ſucceſſorem facit, deceptus a Continuatore Aimoini lib. 5. cap. 42. qui id perperam in literas miſit, & non paucos in errorem induxit. De Ludovico iſto, qui dictus eſt *nihil faciens*, ſuo loco ſermo erit. Non prætermittenda hic quæ in dictorum confirmationem leguntur in Præfatione Chronici Fontanellenſis de morte Carolomanni: *obiit anno domini Incarnat. DCCCLXXXIV. indict. ſecun-*

*da*



Stephani Papæ fuiſſe propagata noſcuntur ex iis, quæ idem Pontifex ad ejus ſucceſſorem Formoſum ſcripſit.

XXV. Obitus Carolomanni Regis. Hoc item anno moritur Carolomannus Rex, cui ſucceſſit in Regno ejus filius Ludovicus, cui Ignavus cognomentum fuit, *ſive quod Regno potitus* (inquit (a) Aimoinus) *nil ſtrenue geſſit, ſive quod ſanctimonialem quamdam (ſicuti a majoribus accepimus) Kale monaſterio puellarum abſtractam, conjugio copulans ſuo, peccatum, quo nullum majus eſſe noſcitur, perpetravit.* Hæc ipſe. Reliquus erat ex Ludovici filiis Carolus cognomento Simplex, genitus ex Adelaide poſteriori uxore poſtremus, ſex tantum annorum puer, cujus patrocinium ſuſcipiens Fulco Rhemenſis Archiep. litteris hortatus eſt Carolum Craſſum Imp. ut ejus defenſionem ſuſciperet. De his autem hæc habet Frodoardus in vita ipſius Fulconis. *Totius itaque Regni curam gerens idem dominus Archiepiſcopus Fulco, litteras dirigit Imperatori Carolo Regis Ludovici Tranſrhenenſis filio pro tutela, & defenſione*

*Re-*

(a) *Aim.* l.5.c.45.

Carolus Simplex commendatur Carolo Craſſo.

PAGIUS *da* (a die natali Chriſti incœpta) *VIII. Idus Decemb. deinde Carolus Rex Suevorum* (ideſt Carolus Craſſus) *filius Ludovici Regis Noricorum, monarchiam totius imperii Francorum & Roman. aſſumit anno Verbi incar. DCCCLXXXV. indict. III.*

VII. *Victoria Chriſtianorum de Nortmannis.* *Nortmanni*, inquit Continuator Lambecianus Annalium Fuldenſium, *pagum Hiſpanicum* (ideſt, Hasbanicum, qui Comitatus eſt Hasbaniæ in Epiſcopatu Leodienſi ſitus) *invadentes, ceteros in circuitu vicinos occupaverunt, atque fruges diverſi generis congregantes, ſibi ad hyemandum & inhabitandum, quaſi nullo reſiſtente, diſpoſuerunt, viris ac mulieribus, quos invenire potuerunt, ad ſuum ſervitium reſervatis. Quibus Liuthertus Archiepiſcopus* (nempe Moguntiæ) *& Heimrich Comes* (Præfectus exercituum Caroli Craſſi Imp.) *aliique nonnulli inſperate ſupervenerunt, & plurimis proſtratis, ceteros in quamdam munitiunculam fugere compulerunt, frugibus, quas congregaverant, ſublatis. Cumque diu obſeſſi & fame fatigati manum conſerere non auderent, nocte quadam fuga lapſi ſunt. Gotafrid Nortmannus, qui Chriſtianus effectus, fidem Imperatori & Chriſtiano populo ſe ſervaturum eſſe ſacramento firmavit, fidem mentitus, exercitum non modicum de ſua gente congregavit, & per alveum Rheni fluminis aſcendere, & plurima loca ſuæ ditioni ſubjugare diſpoſuit; quod dum mediante menſe Majo facere inſtituiſſet, Deo renuente, perficere non potuit. Nam ab Himricho, aliiſque fidelibus Imperatoris ad colloquium invitatus, & infidelitatis correptus, cum eos convitiis variiſque ludibriis exacerbaret, occiſus eſt, & omnes qui cum illo erant, domino illi condignam infidelitatis ſuæ mercedem retribuente.*

VIII. *Friſiorum victoria de Normannis.* *Nordmanni autem ab eo invitati, neſcientes quid factum erat, in Saxoniam prædatum ire pergebant; quibus cum pauci Saxones occurriſſent, & tantæ multitudini rebellare* id eſt rurſus bellare, (ut videre eſt in Lexico Ducangii) *timuiſſent, terga Saxones verterunt. At illi longo ſpatio a ſuis navibus remoti, fugientes perſecuti ſunt, quaſi eos eſſent comprehenſuri. Interea Friſones, qui vocantur Deſtarbenzoi, quaſi a Domino deſtinati praviſſimis* (legendum, parviſſimis) *ut eis eſt conſuetudo, naviculis vecti ſupervenerunt; & eos a tergo impugnare cœperunt; quod cum vidiſſent Saxones, qui prius fugerant, reverſi ſunt, & graviter eis repugnando inſiſtebant, ingratumque* (legendum, ut Lambecius monet, integratumque) *eſt prælium ex utraque parte contra Nordmannos. Tanta denique in eos Chriſtiani cæde bacchati ſunt, ut pauci de tanta multitudine relinquerentur. Quibus geſtis iidem Friſones eorum naves invaſerunt, tantumque theſaurum in auro & argento, variaque ſupellectile repererunt, ut omnes a minimo uſque ad maximum divites efficerentur.*

IX. *Hugo filius Lotharii Regis excæcatur.* *Hugo Hlutarii Regis filius, cujus ſororem prædictus Gotafrid duxit uxorem, inſimulatus eſt apud Imperatorem, quod ejuſdem conſpirationis Gothafridi contra regnum Imperatoris fautor exiſteret. Quamobrem ad Imperatorem vocatus, & noxæ convictus, lumine oculorum una cum avunculo ſuo privatus eſt, & in monaſterium S. Bonifacii apud Fuldam retruſus, finem ſuæ habuit tyrannidis.* Hugo in ſpem recuperandi paterni regni ab iis, qui a pace averſi erant, introductus fuerat, tantæquæ rapinæ & violentiæ ab illis in Regno factæ, *ut inter horum & Normannorum malitiam nihil differret, præter quod a cædibus & incendiis abſtinerent. Sic omnipotens Deus iratus regno Lotharii adverſabatur, & talibus incrementorum cladibus vires ejuſdem regni radicitus exterminabat; ut prophetia ſanctiſſimi Nicolai Papæ, ſimul & maledictum quod ſuper idem regnum protulerat, adimpleretur*, inquit Annaliſta ad annum DCCCLXXXIII.

X. *Alfredus Angliæ Rex de reſtituenda religione cogitat.* *Alfredus* Angliæ Rex conſiderans, quod per Eccleſiarum devaſtationem, Chriſtiana religio paulatim caderet, cogitavit de *S. Grimbaldo*, qui tunc degebat in Monaſterio S. Bertini, e Gallia evocando, qui vitam monaſticam & humaniora ſtudia promoveret. Rem narrat Alfordus hoc anno num. IV. ex Annalibus Wintonienſibus adhuc ineditis: *Anno dominicæ Incarnat. DCCCLXXXV. anno vero regni ſui VIII.* (legendum, XV.) *glorioſus Rex Alfredus, Danis miraculoſe fugatis, vel in ſua jura redactis, cum ſolus Angligenis imperitavit, monarcha factus, conſiderans, quod per Eccleſiæ ſanctæ devaſtationem, Sacerdotum Chriſti interfectionem, Monachorum fugationem, Monialium violationem, taliumque miniſtrorum ab Eccleſiis ſuſpenſionem paulatim Chriſtianitas cecidit: & nec qui docerent, nec qui ſacris myſteriis participarentur, exiſterent; venit in memoriam chriſtianiſſimi Principis, de Sancto Grimbaldo ſpiritualis amicitiæ ſibi dudum fœdere copulato: a quo cum puer eſſet, & a patre ad ſanctiſſimum Papam mitteretur Leonem* (hujus nominis IV.) *ut in Regem inungeretur, monita acceperat perpetuæ ſalvationis. Mitiſſimus enim Sancti Bertini Præpoſitus Sanctus Grimbaldus in eodem cœnobio, ad quod gratia hoſpitandi, cum ſuis comitibus, filius Regis ſemper Deo devotus Alfredus divertiſſet, puerum cum ſociis, benigne ſuſcepit; & obſequium charitatis ipſis impendendo, uſque mane requieſcere inſtanter depoſcebat; ſolicituſque de eorum hoſpitalitate, hortatus eſt benigniſſime eos, de eorum animæ ſalute: & gaudia ſuperna incorporaliter amare docuit:*

*& ad*

*Regni Francorum, quod in his partibus a Northmannis multipliciter opprimebatur aſſerens hactenus illud auxiliante Deo fuiſſe protectum, quamdiu patrui & æquivoci ejus ac filiorum ipſius regebatur dominatione. Tunc vero illis feliciter humana excedentibus, poſtquam ſe proceres Regni ejus Imperiali commiſerant ditioni, eos undique multi ſupergravarent caſus; memoratque civitatem Pariſiorum, quam caput aſſerit & introitum Regnorum Neuſtriæ atque Burgundiæ, barbarica cingi obſidione, citoque capiendam, niſi Dei ſubventa fuerit clementia, quæ ſi capta fuerit, totius diſpendium Regni ſe perpeſſuros; tamque periculoſe hæc mala graſſari, ut a prædicta urbe Rhemos nil tutum remanſerit, multoſque Chriſtianos deſerentes religionem, paganorum ſocietati commixtos, ac tuitioni ſubditos eſſe.* Hæc ipſe de tutela Francorum Regni; ſcriptam vero ipſam fuiſſe epiſtolam tempore obſidionis Pariſienſis, nempe anno poſt ſequentem. Quamdiu autem ſuperſtes fuit Carolus Craſſus Imperator, nihil tumultuoſum a proceribus geſtum: Quæ autem moliti ſint poſt obitum ejus, ſuo loco dicetur.



PAGIUS *& ad Dei regnum, non ſolum verbis, ſed totis medullis cordis, firmiter tendere.*

XI. Grimbaldum e Galliis in Angliam vocat.

*Unde cum inſignis puer, aliquantis diebus, in ſancti Bertini demoraretur cœnobio, quotidie ad tanti doctoris pedes ſedere feſtinabat; ut more Mariæ, cœleſtis doctrinæ audiret arcana, & non quaſi ludens. Sic piæ capit mente Deo in corde vovere; Si Romæ repedare poſſit incolumis: & ſi facultatis afferret poſſibilitas, quandoque Sanctum illum exaltaturum, & in ſuo regno honorifice retenturum. Unde factum eſt, ut pro tantis diſcriminibus ſupra memoratis, dolore cordis exagitatus vehementer Rex benigniſſimus Alfredus, locutuſque cum Archiepiſcopo Cantuariæ Ethelredo, nomen Sancti Grimbaldi, & meritum ſanctitatis venerando, innotuit Præſuli, dicens quod exhortationibus ſuis poſſet multos ad ſupernæ deſideria inflammare, & cœleſtis ſapientiæ poculis inebriare, &c. Denique ultra mare mittuntur Legati, ſereniſſimi atque clariſſimi, de gente Anglorum viri, ad monaſterium ſancti Bertini, nunciantes Abbati prædicti cœnobii, quod illuſtriſſimus Rex Alfredus, & ſanctiſſimus Pontifex Ethelredus, multis poſtulationibus, & frequentiſſimis precibus poſtulaverant, ut perfectiſſimum dirigeret eis Grimbaldum; ut ſecundum modum obſervationis Eccleſiaſticæ conſtrueret monaſterium in civitate VVintoniæ.* Subdit Annaliſta veniſſe in Angliam Grimbaldum, & tam Regem quam Archiepiſcopum ac Regni Nobiles in occurſum Viri Dei proceſſiſſe, *& eum non quaſi hominem, ſed quaſi Angelum Dei* ſuſcepiſſe.



I. Baſil. Imp. obitus.

SEquitur annus Redemptoris octingenteſimus octogeſimusſextus Indictione quarta, quo Baſilius Imperator moritur. Ad annum enim undevigeſimum poſt Michaelem occiſum, ejus Imperium eſſe propagatum. Curopalates & alii omnes poſt eum affirmant. Quo autem menſe, antiquorum nemo (quod ſciam) prodit; & mihi peculiare magis profiteri neſcire, quod neſciam, quam divinare. Quæ autem obitum ejus præceſſerunt, hic primum recenſenda erunt. Meminiſſe debet Lector, quæ dicta ſunt ſuperius de malis artibus atque fallaciis Theodori, cognomento Santabareni; cujus etiam eo proceſſit audacia ut ſolita fraude commoverit Baſilium Imperatorem adverſus filium, Leonem nominatum, ut eumdem Imperatorem antea creatum, in ordinem redactum carceri manciparit, ſicque detineretur in præſentem uſque annum, pauloque ante Baſilii patris obitum liberaretur e vinculis.

II. Quomodo autem id factum, ſic narrat Curopalates: *Multo interiecto tempore, ex quo in carcerem conjectus eſt, cum Senatus ſæpe pro ipſo voluiſſet deprecari, & variis de cauſis prohibitus fuiſſet, tamdem opportuna oborta eſt ei occaſio, qua poſſet quod in animo habebat, & ſtudioſe curabat, perficere. Erat quædam avis in Regia, in cavea incluſa ad ſpectaculum & oblectationem audientium & videntium, pſittacus avi eſt nomen, quæ humanam vocem imitans, multum loquitur: quæ quidem ſive ab aliquo edocta, ſive alioquin caſu, ſæpe, heu, heu, domine Leo, pronuntiabat. Cumque aliquando lautum feciſſet Imperator convivium, & accerſiti principes Senatus cum eo ſimul eſſent, aviſque ſæpe id, quod modo diximus, loqueretur: mœſti convivæ a cibis abſtinentes cogitabundi ſedebant. Quod animadvertens Imperator, cauſam ab eis, cur non comederent, percontabatur. At illi perfuſi lacrymis: Quem cibum, inquiunt, o domine, comedemus, quibus ab * iſtius rationis expertis aut tale quid dicitur convicium, cum tamen ratione præditi, & homini noſtri ſtudioſi habeamur? Nam hoc animal ratione carens, ſuum dominum requirit: nos autem genio indulgentes, dominum, qui nihil peccavit, obliti ſumus. Qui ſi peccaſſe convincitur, & in parentem dexteram armaſſe: omnes nos manu noſtra eum interficiemus, neque ejus umquam explebimur ſanguine. Si vero, de quibus accuſatus eſt, calumniam coarguit: quoad lingua calumnians tantum in ipſum poterit? Mollitus igitur talibus verbis Imperator tunc ipſos ſedere juſſit, ſeque rem diligentius ſpopondit exploraturum: neque ſane multo poſt ad ſuum ingenium rediens, e cuſtodia eductum ſibi præſto eſſe jubet filium,* Leo Imp. Baſilii filius liberatur e carcere. *ademptaque ei lugubri veſte, & ſupervacua, quæ in luctu excreverat, coma, priſtinum ei Imperii honorem reſtituit. Neque ſane multo poſt, diarrhϾ morbo correptus, paulatim tali tabe conſumebatur, ordinatiſque, ut ſibi videbatur, Imperii rebus, inſtituto hærede & ſucceſſore Leone, deceſſit e vita, cum regnaſſet cum Michaele Imperatore annum unum, deinde ſolus undeviginti.*

*

III. De quibus laudetur Baſilius.

Commendatur Baſilii pietas in exædificandis, atque reſtituendis Eccleſiis & exornandis, redditibus locupletandis: de quibus idem iſta Curopalates: *Baſilius autem Imperator ſacrorum templorum, quæ ſuperioribus terræmotibus convulſa & conquaſſata fuerunt, quædam etiam funditus dejecta, curam dignam ſuſcepit, aliis recens conditis, aliis collabentibus refectis, aliis item ornamentum & decorem adjunxit. Primum quidem Dei magnæ Sophiæ templi apſidem magnam ſublimemque in multas partes diſciſſam, rui-*



PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCC-XXIV. An. Hegiræ CC-LXXIII. inchoato die 8. Junii fer. 4. A.C. 886.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6379.

☉ 27. B. ☽ 13. P. 27. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 886.

STEPHANI V. PAPÆ 2.

CAROLI CRASSI IMP. 7.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 1.

I. ANum. I. ad XV. Baſilius Macedo *imperii rebus optima ratione diſpoſitis, deſignatoque ſucceſſore, necnon ſingulis conſentanea ratione ſolertique conſilio conſtitutis, tandem febris ardoribus violentiori æſtu ejus omnem vitalem humorem exhaurientibus ac conſumentibus, vita exceſſit, cum imperaſſet cum Michaele ejus deceſſore annum unum; alios vero decem & novem ſolus rerum ſummam præclare adminiſtraſſet; cum civilibus optime conſtitutis, ipſa quoque armata militia præclare effulſiſſet, atque ita imperii fines produxiſſet, injuriamque ac vim a ſubditis omnibus longe repuliſſet, ut & merito Homericum illud optimi Regis in eum quadret elogium:* Obitus Baſilii Macedonis.

*Utrumque Rex bonus, & fortis bellator:*

inquit Porphyrogenneta in ejus Vita, quæ Baronii tempore non extabat. Diem ejus emortualem non memorat doctiſſimus Imperator; ſed ex iis, quæ in morte *Leonis Sapientis* ejus

namque minantem, artificum peritia compaginatam, tutam, ſtabilemque effecit, in qua Dei Genitricis imaginem, ulnis infantem ſuſtinentem depinxit, ac Petrum & Paulum principes Apoſtolorum ad utramque partem collocavit: reliquaſque ruinas, & detritas partes murorum inſtauravit, annuos item redditus imminutos auxit: cum ob olei penuriam parum abeſſet, quin ſacræ lucernæ extinguerentur, maximæ poſſeſſionis dono, quod Manthæa appellatur, lumen perpetuis lucernis, quod numquam extingueretur, ſubminiſtravit, & hymnopolis ſacri templi, id eſt, divinas laudes celebrantibus obſonia copioſius tribui curavit ex annuo poſſeſſionis reditu.

IV. Templa reſtituta & erecta a Baſilio.

Sacrumque Apoſtolorum templum, quod priſtinum decorem amiſerat, fulcris & earum partium, quæ conſumptæ erant, inſtauratione unitum ita refecit, ut recenter conditum videretur. Et Dei Genitricis templum in Fonte, quod priſcam pulchritudinem amiſerat, renovavit. Alterum Dei Genitricis templum, quod Sigma vocatur, quodque motu terræ exciderat, a fundamentis inſtauravit, & ſtabile ac pulchrius quam prius fuerat effecit. Templum quoque in Aurelianis Stephani protomartyris, quod uſque ad fundamentum corruerat, a fundamentis iterum conſtruxit. Duo templa Joannis Baptiſtæ, in Strobilea, & Macedonianis, alterum a fundamentis, alterum ex maxima parte reficiendum curavit. Templum quoque Apoſtoli Philippi, & Evangeliſtæ Lucæ ad Occidentem ſitum, quæ gravi ruina exciderant, a fundamentis iterum condidit. Magnum etiam templum fecit Motii martyris, cujus aditum ad terram dejectum, ita ut ſacra menſa frangeretur, adbibita diligentia reſtituit, ipſique vicinum Andreæ primo vocati templum collapſum, in priſtinam formam redegit. Et S. Romani, & ſanctæ Annæ in Secundo, & magni martyris Demetrii, & martyris Æmiliani in Rabdo, ex veteribus nova fecit.

V. Alia Sacrorum locorum monumenta reſtituta.

Ad hæc templum S. Nazarii collapſum erexit, & in noſtri Domini templum Chriſti Reſurrectionis, & Anaſtaſiæ martyris elegantiſſimum adornavit, lapideum pro ligneo tectum fabricatus; & illud Platonis maximi martyris collapſum reſtituit, & ipſi propinquum glorioſorum martyrum Heſperi & Zoes condidit. Et martyris Acacii in Heptacalo ruinam minans, ne corrueret, inſtauravit. Et ſimiliter prophetæ Eliæ ad Pitium ſplendide renovavit, novumque conſtruxit in aula regia in nomen Domini JESU Chriſti & principis Angelorum, & Eliæ prophetæ, itemque Dei Genitricis, & Nicolai celeberrimi Epiſcopi pulcherrimum templum hoc quod Novam Eccleſiam appellant, formoſitate, pulchritudine & decentia nulli alii cedens, aut exuperandi, vel adequandi ſibi locum relinquens: annuos item redditus conſtituit ad uſum luminum & ſacerdotum hymnos celebrantium. Et quid longioribus opus eſt verbis; ipſum opus ſpectatoribus propriam pulchritudinem, & ſumptuoſam magnificentiam repræſentat. Multa alia ſacræ templa in palatio ædificanda curavit in nomen Eliæ prophetæ, martyris Clementis, Salvatoris Chriſti, & Apoſtoli Petri, & principis militiæ Michaelis, quorum pulcritudinem exprimere nec poetica poſſet magniloquentia. Et inferius poſt recenſita Regiarum ædificia, iſta ſubdit: In foro quoque elegantiſſimum templum condidit in honorem Dei Genitricis, ut negotiantes haberent, orationis domum, ſi quando negotia eos diutius retardarent. Et ſancti Phocæ templum in Steno conſtructum, adornatumque, monachorum domum effecit, annis redditibus idoneis conſtitutis. Renovavit etiam magnum templum principis militiæ Michaelis in Soſtenio jam collapſum, & ad eam, quæ nunc apparet, pulcritudinem redegit.

VI.

Plurimos etiam Judæos munerum pollicitationibus & largitione, pretioſis donis allectos ſuſcepit & attraxit. Hos autem poſtea Judaizantes Leo Imp. Baſilii filius, edita (a) novella conſtitutione, compeſcuit. Inſuper ſubdit Curopalates: Et Bulgarorum genus, quod nuper divino ſe cultui addixerat, miſſis eo religioſis monachis, & virtute præditis ſacerdotibus in Fide confirmavit. Et Rhos, Ruſſis dictis, inito cum illis fœdere, ut ſalutaris Baptiſmi participes eſſent, auctor fuit, miſſo ad eos Archiepiſcopo. Verum miraculum illud, quod tunc accidit, operæpretium eſt enarrare; ſic enim ſe habet. Cum autem adhuc ſuperſtitione tenerentur, & ipſe Princeps & proceres illius, & adeo omnis natio ſuumque priſtinum cultum examinarent, & Chriſtianorum Fidem: Archiepiſcopum illum, qui ad eos nuper venerat, accerſitum Princeps interrogavit, quænam eſſent quæ ille annuntiaret, quæ ipſum docere poſſet. Qui cum ſacrum divinæ Scripturæ librum protuliſſet, & quædam miracula recenſeret a Deo, quando humana forma aſſumpta, apud homines erat facta: Niſi aliquod (Rhos multitudo reſpondit) ſimile nos conſpiciamus, & maxime quale aſſeris (a) trium puerorum in fornace, nequaquam tibi credituri ſumus. Ille vero numquam mentienti fide habita verbo illius, qui dixit: (b) Quodcumque petieritis in nomine meo, accipietis: Et qui credit in me opera, quæ facio, & ipſe faciet: & majora his faciet. Et ſi inquit, haud licet tentare Dominum Deum: attamen ſi ex animo decreviſtis ad eum accedere, petite quodcumque vultis, & hoc faciet omnino propter Fidem veſtram Deus, quamvis nos minimi ſimus & indigni. Ipſi autem ſtatim petierunt, divini Evangelii volumen in ignem a ſe incenſum projici, quod ſi illæſum ſervaretur, ad eum ſe acceſſuros Deum, qui ab ipſo prædicaretur. Viſum eſt id faciendum: Et cum ſacerdos, ſublatis ad Deum oculis & manibus dixiſſet: Oſtende glorioſum ſanctum nomen tuum JESU Chriſte Deus noſter in oculis nationis hujus: in fornacem projectus eſt liber, incenſaque fornace ad horas aliquot, & deinde penitus extincto & conſumpto igne, ſacrum illud volumen inventum eſt permanſiſſe inviolatum & illæſum, nullo ab igne accepto detrimento. Quod conſpicati barbari, & miraculi magnitudine perculſi, ſine ulla controverſia ad Baptiſmum confugere. Hæc Curopalates, & alii omnes Græcorum hiſtorici.

(a) Leo novel. 55.

Ruſſorum converſio.

(a) Dan. 3.

(b) Joan. 14.

Ruſſi populi viſo ingenti miraculo ad fidem converſi.

Miraculum de libro Evang.

VII. Exprobrator fidei chriſtianæ Sarracenorum princeps vincitur.

Retulit a Deo Baſilius Imperator iſtiuſmodi benefactorum operum multiplicia prœmia; ſiquidem tam terra, quam mari ſæpe devicit hoſtes, ut idem Curopalates & alii veteres recenſent auctores. Inter alias vero victorias, Dei beneficio acceptas, illa magis proficua & memorabilis, qua magna gloria atque potentia elatos hæreticos Manichæos ſub Theophrices eorum civitatis Principe Chryſochire militantes ſic proſtravit, ut eorum innumera tunc multitudo collecta ut fumus evanuerit. Sed & in eo prœlio magnopere eſt demonſtrata divina potentia, quod geſtum eſt ab ipſo per Andream Ducem pium valde virum adverſus Sarracenos Tarſi regnantes, ad quem cum eorum Princeps (inquit idem Curopalates) litteras miſiſſet ſuperbiæ & maledictorum plenas, & hæc indicantes: Nunc videbo, an Mariæ filius, ejuſque parens tibi proderit, cum contra te cum meo exercitu progrediar. Quas litteras convicii plenas acceptas ipſi imagini Dei Genitricis appendit, hæc locutus: Video Mater Dei, tuque ipſius Filius & Deus, qualia exprobravit, & ſuperbe dixit contra tuum ſuperſtitem populum barbarus iſte arrogans. Quibus dictis, aſſumptis Romanis copiis contra Tarſum proficiſcebatur, & cum ad Podandum perveniſſet, ibi cum hoſtibus congreſſus, multa cæde fundit & fugat barbarorum multitudinem, cum prius ibi eorum dominus occubuiſſet: pauci vero vix ſe Tarſum incolumes recipiunt. Sepultis autem ſuis, & hoſtibus in unum locum coactis, magnaque erecta ad poſterorum memoriam columna, in patriam rediit cum ſpoliis, &c.

VIII.

Accepit a Deo & illud beneficium Baſilius Imperator, ut Scytharum barbaræ nationes Chrovatæ dicti & Servii, miſſis ad eum Legatis, ſponte ſeipſos ſubjecerint: accedenteſque ad Imperatorem datæ ſunt illis ad habitandum provinciæ illæ, quæ ab ipſis nomen accepere, ut Croatia & Servia dicerentur.

De eodem Baſilio hic attexendum fragmentum ex Aquitanica hiſtoria a Pithœi bibliotheca in lucem prodita, quod ſic ſe habet: Iiſdem temporibus rebellantes Bulgari Græciam nimis exaſperaverunt, & Baſilius Imp. ſuper eos nimis irritatus, voto ſe obligavit Domino, monachum fieri, ſi Græcis eos ſubderet, & per annos quindecim cum hoſte ſuper eos laborans, ad ultimum Regibus eorum proſtratis Samuele & Aaron, omnem terram eorum obtinuit, & fortiſſimas civitates confregit, & Græcos animi præſidia contra eos ubique ordinavit, populumque Bulgarorum maxima ex parte in Græciam captivavit, & ſicut voto promiſerat, habitum monaſticum Græca figura indutus in reliquum eſt, omni vitæ ſuæ tempore a concubitu & carnibus abſtinens, & Imperiali ſchemate extrinſecus circumdabatur. Deinde Hiberiam repugnantem per annos ſeptem ita edomuit, ut omnia ad Imperium illius





PAGIUS filii & ſucceſſoris dicemus, cum die prima Martii naturæ debitum ſolviſſe conſtabit; de anno enim inter omnes convenit. Baronius numer. VIII. negotiorum mole oppreſſus refert locum Adhemari Monachi in ſuo Chronico, ubi Baſilium Imp. de ejus victoriis Bulgaricis, & in Deum pietate valde laudat. Verum loquitur Adhemarus de Baſilio Porphyrogenito victoriis Bulgaricis inclyto, ut ſuo loco videbimus, non vero de Baſilio Macedone, cum quo Bulgari pacem habuere.

II.

Menologium vero juſſu Baſilii Imp. conſcriptum, cujus Baronius num. XIV. meminit, ejuſdem Baſilii Porphyrogeniti, qui ſæculo ſequenti imperavit, non Baſilii Macedonis mandato elucubratum. Nam, ut notavit Allatius Baſilius in Menologii prooemio, Porpyrogenitus ita deſcribitur: Rex totius terræ Sol rubræ Baſilius alumnus purpuræ; Baſilius autem Macedo cognominatus, Porphyrogenitus nullo modo dici poteſt; cum nec patre natus Imperatore, nec editus ſit in thalamo, cui nomen Porphyra. Prætera in eo Menologio mentio ſit Sanctorum, qui longe poſt Baſilium Macedonem vixerunt, & de Sancta Theodora Theophili uxore, ac Sancto Joſepho Cantore in eo habentur, quæ Baſilius Macedo utrique Sancto coævus non dixiſſet. Paulus V. Pont. Max. hunc librum Conſtantinopoli ad Ludovicum Sfortiam Mediolani Ducem allatum, deinde ſervatum apud Sfondratorum familiam a Paulo S. Cæciliæ Cardinali Sfondrato ſibi dono datum in Bibliothecam

PAGIUS Menologium juſſu Baſilii Porphyrogeniti compoſitum.

*lius exerceret*. Hæc ibi. Quam autem ſint conſentientia iis, quæ a Curopalate narrata de ipſo ſunt, conſidera.

IX. Cæterum fuiſſet plane inter ſummos Chriſtianos Principes numerandus Baſilius, tum ob pietatem, tum etiam ob res bellicas præclare geſtas, quas idem qui ſupra Curopalates, & alii poſt eum diligenter enarrant, niſi ſeductus a Photio, prævaricator factus eſſet Octavæ Oecumenicæ Synodi, cui ſubſcripſerat, & tum ipſius, tum Santabareni præſtigiis dementatus in Romanam Eccleſiam pro eodem Photio inſurrexiſſet. Ita infelix Græcia, ſi quos habuit præſtantes Imperatores barbaris metuendos, ut Juſtinianum, Heracleum, atque Baſilium de quo eſt ſermo, mox vel hæreſis vel ſchiſma inglorios reddiderunt atque funeſtos, opera nefandorum hominum ſanctitudinem vitæ extrinſecus præſeferentium.

Ad poſtremum de Baſilio illud memoriæ non ſubtrahatur, quod ſcribendum curavit librum de jure: ex quo jam deperdito, pauca hæc, quæ ſcripta remanſerunt in libro Juris Græcorum, hic deſcribenda putavimus, ſic ſe habent, ſub hoc titulo: *Officium & definitio Patriarchæ. Patriarcha eſt imago Chriſti viva & animata operibus & verbis in ſeipſo veritatem exprimens.*

X. *Scopus Patriarchæ propoſitus eſt. Primum quidem, ut quos a Deo accepit, in pietate ac honeſtate vitæ conſervet. Deinde & omnes hæreticos pro virili ſua convertat ad rectam veritatis ſententiam & unitatem Eccleſiæ. Vocantur autem hæretici tam legibus, quam Canonibus, qui Catholicæ Eccleſiæ ſocietate non continetur. Præterea ut infideles quoque claris & illuſtriſſimis & admirabilibus factis ſuis ſtupefaciens, imitatores Fidei reddat. Finis Patriarchæ, creditarum ſibi animarum ſalus, & Chriſto quidem vivere, mundo vero crucifixum eſſe. Propria Patriarchæ facultate docendi pollere, atque erga univerſos tam ſublimes, quam humiles æqualiter abſque animi contradictione ſemet gerere, ac manſuetum eſſe erga omnes ſe convenientes. Etiam in docendo & redarguendis contumacibus acrem. Pro veritate, æqui, juſtique conſervatione, proque pietate coram Imperatore loqui non erubeſcere.*

*Cum Reſpublica ex partibus & membris ad ſimilitudinem corporis humani conſtet, ampliſſimæ hujus, maximæque neceſſariæ partis ſunt Imperator & Patriarcha. Ideoque ſubditorum pax & felicitas tam animi ratione, quam corporis eſt Imperii, atque Pontificatus in omni unanimitate conſenſus.* Hucuſque ibi.

Idem inſuper Baſilius Imperator una cum hæreditate filio ſuo Leoni Imperatori egregia monita ſcriptis reliquit, ſexagintaſex capitibus comprehenſa, quorum principes litteræ hanc efficiunt ſententiam: XI. Admonitiones a Baſilio datæ Leoni.

BASILIUS IN CHRISTO ROMANORUM IMPERATOR LEONI CHARO FILIO ET IMPERII COLLEGÆ.

Aureæ quidem ſunt ſententiæ; dignæ Chriſtiano Imperatore bene philoſophante, qualem cupit ipſe parens Baſilius filium eſſe. Extant ipſæ quidem ex Græco fonte in alveum Latinitatis eductæ, quarum ne ſis penitus expers, ex eis hic (*a*) unam, vel duas ad ſummum accipe, ſic enim tertia ſe habet poſt Fidem Catholicam primitus commendatam.

(*a*) *c.* 3. *extant tom.* 5. *Bibl. S. Marg. in fin.*

XII. De cultu Religionis

*Sanam habe mentem in his, quæ ad rectæ Fidei doctrinam pertinent, & ſummo honore proſequere Matrem tuam Eccleſiam, quæ in Spiritu ſancto te lactavit, & capiti tuo ad Dei per Chriſtum laudem Imperii coronam mecum impoſuit. Si enim quos natura tibi dedit parentes, debes venerari, multo magis eos, qui te in Spiritu ſancto genuerunt, omni pietatis officio debes colere. Illi enim duraturam ad tempus vitam liberis per generationem impertiuntur: iſti vero æternam per regenerationem largiuntur. Honora ego Eccleſiam Dei, ut tu viciſſim ab ea in honore habeare, & ſacerdotes ejus reverere tamquam ſpirituales patres, & deprecatores pro nobis ad Deum. Honor enim, qui ſacerdotibus habetur, in Deum refertur; & ſicut propter te miniſtros tuos in honore habere juſtum eſt, ita & propter Deum ſacerdotes ejus magnifacere, & in pretio habere ſanctum. Quemadmodum enim honor, qui eis habetur ad Deum pertinet; ita eorum contumelia & contemptus longe etiam gravius ejus iram provocat.* Hæc Baſilius poſt Fidem Catholicam bene cuſtoditam, appoſuit tamquam fundamentum & baſim quamdam, ſuper quam univerſa moles Imperii collocata, firma conſiſtat. Sed accipe aliam ſalubrem impertitam filio eidem admonitionem (*a*) ad rem noſtram ſpectantem:

PAGIUS. *eam Vat. inferri juſſit anno MDCXV. Pont. XI.* inquit Allatius, qui addit, exemplar illud integrum non eſſe, ſed complecti duntaxat ejus partem, quæ ſex priores menſes, ſive ab initio Septembris ad finem Februarii complectitur. Partem illam Arcudius Latinitate donavit, & Ughellus ejus verſionem ſexto Italiæ Sacræ Tomo ſubjecit. Allatius & Ughellus, ubi poſterius ſemeſtre deliteſceret, ignorabant. Sed poſtea Henſchenius illud reperit in Monaſterio Cryptæ Ferratæ, ut ipſemet in Prolegomenis ad Vitam Sanctæ Eudociæ Martyris Helpoli in Phœnicia Libani, ad diem primam menſis Martii his verbis commendavit: *In monaſterio Cryptæ Ferratæ aſſervatur, Baſilii Porphyrogeniti nomine inſcriptum, ejus qui cum fratre Conſtantino a Joanne Tzimiſce in conſortium adſcitus imperii, quod antea Romanus horum pater, avuſque Conſtantinus, Leonis Sapientis filius, nepos Baſilii Macedonis tenuerant.* In calce menſium Martii, Aprilis, & Maii idem Henſchenius, quæ ad illos menſes pertinent, publicavit; ita ut præter menſes Junium, Julium & Auguſtum jam egregium illud Opus lucem viderit.

III. Cæterum extant *Imp. Conſtantinopolitani Baſilii*



(*a*) *Ibid. c.* 56.

XIII. De lectione hiſtoriarum.

*Evolvere ne umquam ceſſes hiſtorias veterum, ibi enim reperies ſine labore, quæ alii magno cum labore congeſſerunt. At inde bonorum virtutes, & improborum vitia cognoſces, & vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea converſiones, mundi hujus inſtabilitatem, & Imperii ad cadendum pronitatem diſces. Breviter malefactorum pœnas, & bonorum præmia leges, quorum illa effugies, ne ultionis, quæ inde ſequitur, ſeveritatem patiaris; hæc autem amplecteris, ut præmia, quæ ex iis manant, conſequi merearis.* Ita Baſilius ad Leonem, ſecundum quod argumentum, memini me præfatum eſſe in epiſtola nuncupatoria ad Regem Catholicum tertio Annalium tomo.

Iſta & alia, quæ tu majori conſules ocio, Baſilius ad Leonem qui ea accipiens, & cuſtodire laborans, conſecutus eſt, præ cæteris illud inſigne nomen, ut meruerit cognomento Philoſophus appellari, quaſi per eum illam felicitatem Orientale ſit Imperium conſequutum, quam ille pollicitus eſt ſapiens ſi vel philoſophi regnent, vel ſi Reges philoſophentur. Sed an impleverit ille iſta omnia, ex factis intelliges.

XIV. Ad eumdem Baſilium rurſum ſpectat (ne quid prætermittatur antiquitatis) quod ſcribendum curavit, & augendum Græcorum Menologium; quod etiam exornavit imaginibus, quibus ſingulorum exprimerentur certamina. In cujus fronte ejuſmodi ſcriptum invenimus jambis verſibus epigramma in ſcripto codice Vincentii Pinelli Patavio ad nos Ferrariam, cum illic eſſemus cum Pontifice miſſo:

*Baſilius Imperator hujus climatis*
*In pace præſtans, atque rebus bellicis,*
*Fecit volumen ſicut alterum polum*
*E pellibus pactum, ſequens ex ordine*
*Pulchras ferens imagines ut ſidera.*

Extat autographum ipſius Baſilii volumen imaginibus magni pretii decoratum per dies ſingulos, ſinguloſque Sanctos, de quibus mentio habetur in verſibus. Vidimus & legimus nobis conceſſum a Paulo Sfondrato ſanctæ Cæciliæ Cardinali, nepote felicis memoriæ Gregorii Papæ Decimiquarti. Jam vero reliqua proſequamur.

Defuncto itaque Baſilio Imp. eadem die Leo ejus filius Imperium moderandum ſuſcepit: qui mox occaſione captata, quod Photius cum Santabareno conſilium iniſſet de eligendo in Imperatorem cognato ipſius Photii: eum e throno deponit relegatque in monaſterium Armenorum, in ejuſque locum germanum ſuum Stephanum ſubrogandum curavit. Impoſtorem vero illum Santabarenum flagris cæſum oculis privat, & Athenas in exilium mittit, hominem ſecta Manichæum, profeſſione magum (ut Conſtantinus Manaſſes affirmat) ſimulatione vero Chriſtianum, & impoſturis, quibus miracula affectabat, a Baſilio Imp. creditum ſanctum. XV. Leo VI. Imp. Deponitur Photius, ſubrogatur Stephanus. Excœcatur Santabarenus.

Porro ſubſtitutio Stephani in locum Photii haud ita perſunctorie facta eſt, inconſulto Romano Pontifice Stephano: nam ab eo ut diſpenſaretur, quod ordinatus fuiſſet a Photio diaconus, opus erat: & lex erat Eccleſiaſtica, ut ordinati a Photio ceſſarent omnino, nec majori gradu elevarentur. Audi igitur quæ in dicto codice Græco poſt litteras Stephani Papæ ſuperius recitatas ſubiiciantur de ipſis:

*Hæc epiſtola ad Baſilium Imperatorem miſſa fuit, ſed illam accepit Leo ejus filius, cum jam pater vita defunctus eſſet. Qui cum epiſtolæ vim intellexiſſet, & omnia Photii facinora cognoviſſet: quam primum revocavit omnes ſacerdotes* XVI.

PAGIUS. Baſilii Maced. capita commonitoria LXV. *filii Macedonis Capita Commonitoria ſexagintaquinque ad filium Imp. Leonem cognomine Philoſophum*, quæ edita ſunt una cum Agapeti Diaconi Commonitione ſimili ad Imp. Juſtinianum, Græce & Latine, præ cæteris accurate a Bernardo Damke Hamburgenſi, Baſileæ anno MDCXXXIII. in 8. & Notis illuſtrata. Baronius anno DXXVII. num. IV. & ſeqq. *Agapeti* Diaconi Commonitionem Latine exhibet.

IV. Stephanus filius Baſilii Imp. fit Patriarcha Conſtantinop. A num. XV. ad XXXII. *Baſilius* Macedo liberos tres reliquit, *Leonem* vulgo Sapientem dictum, *Alexandrum*, & *Stephanum*, & Leo, qui jam Imperii collega erat, patri ſucceſſit. *Stephanus autem ejus frater Syncellus erat cum Photio Patriarcha ab eo educatus & eruditur*, inquit Leo Grammaticus, ſeu, ut habet Continuator Anonymus Theophanis *cum Photio Patriarcha verſabatur, ſub cujus educabatur ac erudiebatur diſciplina*: Subdit idem Leo Grammaticus: *Imperator poſtmodum Andream Domeſticum Scholarum, una cum Joanne Agiopolita viro literis præſtantiſſimo, qui etiam curſus publici Logotheta extitit, mandavit, qui Ambone Eccleſiæ conſcenſo, & cauſis in Photium Patriarcham lectis, throno abdicare ſe cogerunt & in Armeniacorum monaſterium, Bordi dictum, detruſerunt.* Paulo poſt: *Fratrem etiam Stephanum in Patriarchium induxit* (ſc. Imperator) *qui imminentibus Chriſti natalitiis, Patriarcha conſecratur a Theophane prima poſt Patri-*

tes veritatis, qui a Photio anathemate damnato, graves paſſi fuerant perſecutiones; & ejecto tyranno & invaſore Photio, fratrem ſuum germanum introduxit, advocato etiam Styliano Neocæſareæ Metropolita, cognomento Mapa, & aliis ejus in perſecutione commilitonibus, Epiſcopis, Præpoſitis, presbyteris, diaconis, & aliis pietatis ſectatoribus, ait illis; Noſtrum ex Deo Imperium, perpenſa veritate, iniquum illum hominem Photium a ſede Patriarchali ejecit, & veſtram perſecutionem ſedavit. Nec ullo pacto cogam quemquam veſtrum, ut inviti cum illo communicetis: quin potius oro pietatem veſtram, ut communicetis cum fratre meo, & fiat unum ovile. Sin autem inconſultis Romanis, qui Photium damnaverunt, nolueritis fratri meo convenire, quoniam videlicet a Photio diaconus fuit ordinatus; venite ſcribamus, & mittamus una Romam ad Pontificem, ut diſpenſet abſolutionem anathematis iis, qui a Photio fuerunt ordinati. Scripſit igitur propterea Imperator epiſtolam ad Pontificem, ſimiliter etiam Mapa Metropolita Cæſareæ & ejus ſocii. Epiſtola vero Metropolitæ ita ſe habet.

XVII. Sanctiſſimo ac beatiſſimo Stephano, domino ac Oecumenico Papæ Stylianus Epiſcopus Neocæſariæ Euphrateſiæ provinciæ ſervus ſervorum Dei, & qui mecum ſunt Epiſcopi, necnon omnes Epiſcopi & presbyteri & diaconi ſanctiſſimæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & omnes Præpoſiti per Occidentem & Orientem conſtituti, & presbyteri monachi quietam vitam agentes.

Epiſt. Styliani, & aliorum ad Steph. Pap. contra Photium.

Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia ſemper prævalet adverſus eos, qui illi bellum concitant. Scriptum eſt enim, quod Dominus imbecilles reddit ejus hoſtes. Et qui adverſus Eccleſiam bellum gerit, Dei ſe hoſtem conſtituit. Variæ igitur, o ſacrum & venerandum caput, humani generis hoſtis ſunt fraudes, diverſis temporibus alios aliis rationibus a recta via ad vias obliquas homines ſubtrahentis. Hoc vero præcipue in Dei Eccleſia ille facere conſuevit, ubi recta quidem agere, laude dignum eſt: ſicut e contra a recto recedere, formidabile exiſtit. Cum itaque in Dei Eccleſia multa iniquitatis vaſa inveniſſet venerationem, quæ ſacris imaginibus exhibetur, tum Chriſti, tum puriſſimæ ejus Matris & ſervorum ejus, ab Eccleſiaſtica diſciplina removere conatus eſt; ſed divina favente gratia, noſtrorum piorum Imperatorum auxilio noſtra Eccleſia ſuum decorem nunc recepit, & abominabilem illum errorem hæreſis circa imagines procul abiecit. Quid vero dæmon bonorum operum oſor? Novam iterum concitat tempeſtatem. Iterum enim Gregorium ſuſcitat cognomento Asbeſtam, id eſt, inveſtigabilem, & Eulapium & Petrum, & eorum ſocios, ac per eos Chriſti membra ab invicem divellere, & a ſanctiſſimo Ignatio Patriarcha abalienare non dubitavit. Hos itaque Patriarcha ſæpius ſynodice advocatos, & qua decebat humanitate tractans, ut nullo pacto a Dei Eccleſia ſegregati, præda dæmonis fierent, efficere non potuit. Quapropter privatione tamdem & anathemate ipſos damnavit. Illi vero litteras miſerunt & Legatos ad ſanctiſſimum tunc temporis Pontificem Romanum beatum Leonem, petentes, ut ab ipſo quaſi injuria paſſi vindicarentur.

Pontifex vero ad Patriarcham Ignatium ſcripſit, rogans eum, ut aliquem mitteret ſuo nomine in Urbem Romam, ut per eum diſcere poſſet, quomodo res ſe haberet de ſchiſmaticis illis. Quod Patriarcha Ignatius facere non tardavit, ſed miſit Lazarum monachum & Confeſſorem una cum litteris, qui rem omnem de Gregorio recte noverat, & Pontificem de ſingulis edocuit. Quapropter Pontifex & ipſe damnavit eodem modo, quos Ignatius damnaverat, tamquam ſchiſmaticos. Sed beato Papa Leone vita functo, iterum illi Benedicto Papæ ſucceſſori moleſtias intulerunt. At Benedictus ſanctiſſimus, re iterum diligenter examinata, eorum damnationem cum Ignatio confirmavit. Qui deinde Photio cuidam ſchiſmatico ab Eccleſia Conſtantinopolitana, & in dignitate conſtituto inhærentes, & ejus favore utentes apud Bardam Principem & avunculum Michaelis Imperatoris, qui & ipſe arguebatur a Patriarcha Ignatio turpis inceſtus gratia Ignatium ipſum e Patriarchali ſede violenter eiciunt, multas calumnias ad- XVIII.

ver-

PAGIUS triarcham ſedis Epiſcopo (id eſt, Protothrono) & a reliquis Præſulibus. Georgius Monachus ait, etiam Stephanum ante Chriſti Natalem Patriarcham ordinatum. Natus tunc erat Stephanus annos circiter ſexdecim; ſed ætatis ordinandorum in Eccleſia Orientali non magna ratio habita fuit. Photius inſidiarum Imperatori ſtructarum poſtulatus fuit, uti narrat Baronius. Auctor Additamenti, quod Stephani V. vulgo VI. literis ad Imperatorem Baſilium Græcis annexum reperitur, cujus verba Baronius num. XVI. recitat, refert, quia a Photio Stephanus Diaconus conſecratus fuerat, tam Leonem Imp. quam Stylianum cognomento Mapam, Neoceſarienſium in Euphrateſina Provincia Metropolitam, cum cæteris Epiſcopis ad eumdem Pontificem Romanum hac de re literas dediſſe, ibidem a Baronio recitatas.

V. Photius anno DCCCLXXXII. mortuus.

Quoad Photium, in hoc ſecundo exilio vixit is uſque ad annum DCCCXCI. quo eum e vivis exceſſiſſe colligo ex Breviario Græco Synodi Conſtantinopolitanæ VIII. in eo enim le-



verſus eum fingentes, ut Imperatorem ipſum ita ſubduxerint, ut Photium pro Ignatio in Patriarchali ſede collocarit, a ſchiſmaticis electum, & a damnato Gregorio eo die ordinatum. Quando pontifices ipſi, & inſigniores ex ſacerdotibus, & quicumque in Eccleſia potiores erant, ſegregati ſunt propter illegitimam intruſionem ſchiſmatici Photii, inter quos etiam ipſe fui minimus omnium. Deinde vero multos ille ad ſe convulſit, alios quidem perterrefaciens, alios vero male tractans, alios muneribus decipiens. Chirographum præterea propria ſcripſit manu, numquam ſe adverſus Ignatium, nec eos qui ab illo fuerant ordinati, aliquid mali tentaturum. Nec deinde magnum temporis ſpatium interceſſit, & nulla habita ratione proprii chirographi, in celebri templo ſanctorum Apoſtolorum conciliabulo congregato, depoſitione & anathemate Patriarcham Ignatium damnat mœchus ipſe & adulter Photius.

XIX. Deinde vero ſuam iniquitatem ex ſuperabundanti confirmare volens, ad veſtram Urbem Romam, & tunc temporis Pontificem Nicolaum miſit Epiſcopos cum litteris Imperatoris, & petiit ab illo Legatos mitti ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam, qui perpenderent, quæ ipſe contra Ignatium geſſerat. Quod factum eſt. Miſſi enim ſunt Rodoaldus & Zacharias cum commendatitiis litteris ad Michaelem Imp. & Photium. Legati itaque cum Conſtantinopolim veniſſent, congregata eſt Synodus, & Legati ſubducti quidem a Photio muneribus, minis vero ab Imperatore, nihil fecerunt eorum, quæ ipſis fuerant mandata, ſed potius Ignatium damnarunt: Photium vero contra, præter Pontificis mandatum in Patriarchali ſede confirmarunt; & ita ad Apoſtolicam Sedem cum litteris Imperatoris & Photii ſunt reverſi. Quando ſcilicet zelo quodam motus monachus ille Theognoſtus, qui & Archimandrita, clam etiam ipſe ſub mentita laicali veſte Romam proficiſcitur, & ſanctiſſimum Nicolaum Papam de his omnibus docet, quæ adverſus Ignatium geſta fuerant. Quapropter Pontifex congregata Synodo, ſuos Legatos Rodoaldum & Zachariam damnavit, quod feciſſent, præter illa, quæ ſibi fuerant demandata. Aliam item Synodum congregat, & Photium mœchum & invaſorem anathemate damnat, Ignatium vero contra Patriarcham Conſtantinopolitanum litteris ſuis declarat, necnon quæcumque geſta fuerant, tum Michaeli Imperatori, tum Photio aperte ſignificavit.

XX. Cum vero poſt Michaelem ad Baſilium Imperii ſceptrum deveniſſet, divino zelo motus ille, Acta, quæ in Urbe Roma a Papa Nicolao geſta ſunt, de Photii ejectione, & de Ignatii reſtitutione confirmavit, & Ignatium ab exilio revocavit, & Photium a Patriarchali ſede ejecit, & ab utraque parte, Ignatii videlicet & Photii Legatos, una cum litteris ſuis ad Apoſtolicam Sedem deſtinavit, mittens præterea figmentum illud Photii pſeudoſynodi adverſus Nicolaum Papam; qui inventus eſt a Legatis vita functus. Hadrianus vero Nicolao cum ſucceſſiſſet, oſtenſa ſunt illi quæ miſſa fuerant. Iterum igitur Hadrianus Papa localem Synodum congregavit; & eadem, quæ beatus Papa Nicolaus adverſus Photium decrevit: & cum elegiſſet pios viros, Conſtantinopolim miſit, & Oecumenica Synodo congregata, præſentibus etiam Legatis Orientalium ſedium, iterum ſententia promulgatur adverſus Photium, quod ut mœchus & adulter Eccleſiam Conſtantinopolitanam invaſerit. Quapropter deponitur, & anathemate damnatur, & Ignatius reſtituitur. Nec tamen propterea Photius quietem habuit, ſed iniquos homines & maleficos & deceptores congregavit, & calumnias falſas fingendo, non deſtitit quouſque beatiſſimum Ignatium vitam miſere relinquere procuravit. Neque hoc ſolum, ſed etiam dum jam Ignatius, in propria ſede reſideret, Photius ab Oecumenica Synodo damnatus & anathematizatus in Conſtantinopolitana diœceſi varias habuit ordinationes. Quin etiam cum militari manu, ſicut quondam impius ille Macedonius, in ſanctam Dei Eccleſiam proſiliit, dum nos comminiſtri ſacrum in celebri templo ſanctæ Sophiæ faceremus. Qui cum vidiſſemus Photium ita impudenter in Dei tabernaculum ingredientem, relicto imperfecto ſacro, aufugimus.

Photius vero ſacerdotes Domini, & comminiſtros noſtros magna vi & multis verberibus, vel invitos ad ſe convulſit. Ego vero, & qui mecum erant Epiſcopi, XXI.

pre-

PAGIUS legitur: a novem Pontificibus Romanis, Leone, Benedicto, Nicolao, Hadriano, Joanne, Marino, Hadriano III. Stephano & Formoſo, anathematis fulmine eſt ictus. Nec ullus ex iis, qui Nicolaum ſunt ſecuti, illos (ſc. Gregorium Syracuſanum & Photium) abſolverunt. Paulo antea dixerat Auctor illius Epitomes: Photius quadraginta quinque annis ad hodiernum uſque diem, a Papa nempe Leone (hujus nominis IV.) uſque ad Formoſum, excommunicatus fuit (ab anno nempe DCCCXLVI. quo Ignatius Patriarcha dictus eſt, uſque ad annum DCCCXCI. quo Formoſus ordinatus eſt Pontifex Romanus). Nam annos undecim adhuc politicus excommunicatus fuit, quod cum Gregorio Syracuſano communicaret, (ab anno nempe DCCCXLVI. quo Ignatius Patriarcha dictus, ad DCCCLVII. quo e Patriarchatu dejectus); & alios quatuor ſupra triginta annos, poſtquam ſacris initiatus eſt, Patriarcha ſc. creatus,

*presbyteri & diaconi, & omnes per Occidentem & Orientem Præpoſiti monachorum & quietam vitam agentes, infinitus videlicet numerus, divina gratia inconcuſſi permanſimus, quamvis neque antea neque poſtea Photio communicavimus: qui cum illegitime (ut dictum eſt) Eccleſiam invaſiſſet, dubitationem multis injecit dicentibus, quod hunc, Photium videlicet non recipimus, niſi illum confirmaverit Romæ Apoſtolica Sedes: quod cum ille didiciſſet, ſimpliciores ita decepit. Paulum enim & Eugenium Epiſcopos a Joanne Papa ad Ignatium Patriarcham miſſos, ut cum illo de rebus Bulgarorum provinciæ agerent: Qui cum inveniſſent, quod beatus Ignatius jam demortuus erat: Photius illos muneribus corruptos decepit, & Imperatoris minis coegit, ut dicerent coram omni Clero & Epiſcopis, & reliquo populo, quod contra Ignatium a Joanne Papa eſſent miſſi, ut illum anathemate damnarent, & Photium Patriarcham promulgarent. Quapropter plerique comminiſtrorum noſtrorum ſunt decepti. Ille vero etiam veſtram Apoſtolicam Sedem fraudibus eludere volens, litteras compoſuit nomine Ignatii Patriarchæ & comminiſtrorum ejus, quibus orabat beatitudinem Apoſtolicæ Sedis, ut Photium reciperet, & has litteras ad nos miſerunt. Quapropter Petrus presbyter a vobis in urbem regiam cum veniſſet cum Paulo & Eugenio, Photium ab Apoſtolica Sede receptum promulgarunt.*

XXII. *Hinc capta occaſione etiam politicas curas in ſe ſuſcepit, & ita regiam poteſtatem uſurpare contendebat. Abbatulum enim quemdam ignobilem & humilem atque maleficum ſibi familiaritate conjunxit, cujus pater Santabarenus cognomento dicebatur, Manichæus quidem ſecta, & veneficus profeſſione, qui cum agnitus eſſet, & capi dubitaret, ad Bulgaros confugit, adhuc impietatis morbo laborantes, ubi ille Chriſtianorum Fidei abrenuntiavit. Hujus itaque filius Abbatulus prædictus Conſtantinopoli adhuc juvenis manens, traditur Studitarum monaſterio a Barda Cæſare, & ibi alitur. Cum vero ad perfectam veniſſet ætatem, & omnem iniquitatem calleret, adhæret Photio ſuo ſimili, quem Photius ſacerdotem ordinavit in priore illa ſua intruſione ad Patriarchalem dignitatem. Cum vero Photius a Patriarchali ſede fuiſſet ejectus, poſt Oecumenicæ Synodi promulgationem, Santabareni filius prædictus Abbatulus ſuggerit Photio, ut aliquem inveniret domeſticorum Imperatoris: affirmabat enim per hunc iterum Photium ſe poſſe reſtituere. Inventus itaque Nicetas cognomento Plorans, qui multis muneribus deceptus, quæ a Santabareno venefico magica pocula & eſculenta fuerant parata, apponens Imperatori, facit ut Photius ille exoſus, amicus videretur, & ſanctiſſimo Ignatio Patriarchalem ſedem tenente, Photium ad palatium revocavit ex eo loco, qui Auguſtus dicitur, & in palatio contubernalem Photium habebat, ut Photius magis eſſet Patriarcha quam Ignatius ipſe, licet in Patriarchali ſede ipſe Ignatius reſideret. Quapropter (ut ſupra diximus) ordinationes habebat, & ita Imperatorem adverſus Ignatium irritavit, ut ei vitam male abſtulerit.*

*Qui cum ita male fuiſſet mortuus, ſtatim Photius ejuſdem ſedem occupavit, ſecum habens Santabarenum illum, quem Imperatori familiariſſimum reddidit, & Euchaitarum Epiſcopum conſtituit; inſignia etiam monaſteria in aliis diœceſibus conſtituta, & aliis Epiſcopis ſubdita, ab illis abſtulit, eaque tradita Santabareno, ut illa Euchaitarum Eccleſiæ aggregarentur, & Epiſcopi in illis a Santabareno ordinarentur. Santabarenus præterea iſte una cum Photio adverſus piiſſimum Imperatorem noſtrum Leonem, qui nunc rerum potitur, malum conſilium iniit, & ejus patrem Baſilium adverſus eum irritant, affirmantes Leonem inſidiari, & ad-* XXIII.

PAGIUS tus, quod contigit anno DCCCLVII. uſque ad DCCCXCI. quo *Formoſus* ſedere cœpit, & *Photius* ab illo excommunicatus mortuus eſt. Refertur illud Breviarium Synodi VIII. Tom. VIII. Concil. pag. 1422. & in ejus titulo Græco legitur, illud *ad ingreſſum magnæ Eccleſiæ, ſeu in porticu perſcriptum* fuiſſe. Si itaque *Photius* jam Patriarcha annos XXXIV. excommunicatus vixit, naturæ debitum ſolvit anno DCCCXCI. quo *Formoſus* Pontificatum Romanum adeptus eſt, & anni illi XXXIV. abſolvuntur. Excommunicatus quidem fuit poſt ſuam mortem a Succeſſoribus *Formoſi* uſque ad Joannem IX. ut in eadem Epitome poſtea habetur, ſed anni memorati XLV. ad Photium adhuc viventem referendi, non vero ad eum jam demortuum.

VI. Porro *Photius*, qui ſchiſmatis nequiſſimus auctor fuit, doctrina claruit non vulgari. Compoſuit *Bibliothecam*, qua libros a ſe lectos recenſuit, eoque pacto multorum fragmenta & excerpta, quæ alioquin periiſſent, ad poſteros tranſmiſit. Edidit & *Nomocanonem* Titulis XIV. comprehenſum, quod Canones Apoſtolorum, Conciliorumque veterum, cum legibus Imperatorum Romanorum collatos & in unum digeſtos Volumen complectitur. Plures de variis argumentis ſcripſit Epiſtolas, a Richardo Montacutio Epiſcopo Norvicenſi e ſecta Proteſtantium publicatas, inter quas eminet ea, quam ad *Michaelem* Bulgarorum Regem *de Officio Principis* ſcripſit. De aliis ejus Operibus legendi Oudinus in Supplem. Script. Eccleſiaſt. & Natalis Alexander Sec. IX. & X. part. II. *Scripta Photii.*



*adverſari paternæ voluntati. Cum vero inſanabili morbo laboraret Baſilius, & jam morti propinquus eſſet, putaverunt, quod illo volente, & filio jam procul abſente, facile ipſi Imperium obtinerent, ut per ſe, vel per alium, quem vellent, illud adminiſtrarent. Sed Dei providentia non permiſit eorum iniquitatem impleri. Licet enim Leo filius a patre Baſilio inter privatos homines haberetur, quinimmo carcere detineretur cuſtoditus: poſt patris obitum ad Imperiale ſolium evectus eſt. Qui Photium quamprimum ejecit, tanquam multarum iniquitatum auctorem. Nos vero qui illi non obediebamus, & præterea multa mala paſſi ſumus, illis miſeriis idem Leo Imperator liberavit.*

XXIV. *Quoniam vero ſcimus, quod a veſtra Apoſtolica Sede corrigi, & juxta Canones corripi debemus: hac de cauſa humilibus his noſtris litteris tuam oramus venerabilitatem, ut miſericorditer nobiſcum agas, cum populo videlicet, qui non ſine rationabili cauſa Photii ordinationem recepit, ut ne qui Apoſtolicæ Sedis Legatos Rodoaldum & Zachariam, qui initio Photium confirmarunt in Conſtantinopolitana ſede, deinde Eugenium & Paulum, qui ſecunda vice cum Photio communicarunt, excepit, una cum Photio interitu damnetur, nec alius infinitus numerus ab Eccleſia pellatur. Hoc enim facere conſuevit Eccleſia. Oecumenica enim Synodus Quarta Dioſcorum iniquitatis principem & auctorem, Flaviani interfectorem beati videlicet Patriarchæ Conſtantinopolitani, damnavit & homicidam & hæreticum, ut qui auſus eſt ſanctiſſimo Papæ Leoni excommunicationem irrogare: eos vero, qui a Dioſcoro fuerant ordinati, vel lapſi fuerant, cum tamen pietatis ſectatores fuiſſent, per pœnitentiam illos ſuſcepit. Nicæna etiam Septima Synodus auctores hæreſis Iconomachorum damnavit, illorum vero ſequaces per pœnitentiam admiſit. Quapropter docet etiam tuam ſingularem virtutem, Photium quidem tamquam ab initio ſchiſmaticum, & a ſchiſmaticis illegitime ordinatum, & propter alia multa, quæ operatus eſt mala, expellere: eos vero, qui ab ipſo decepti ſunt, miſericorditer cum illis diſpenſari rogamus, ut Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ pax & tranquillitas ita reſtituatur, & non alii quidem (a) Apollo, alii Cephæ ſint, & alii Pauli, & ſic unum corpus Eccleſiæ dividatur, ſed omnes unanimes, tamquam unum caput habentes, Chriſtum Deum & Salvatorem omnium noſtrum, omnes communiter illi laudes offeramus, & ejus præcepta ſimiliter prædicemus. Neque propter unum hominem peccatorem tantus numerus pereat.*

(a) 1. Cor. 1.

XXV. *Nos enim (ut diximus) Imperatorum Chriſti dilectorum nutu Conſtantinopolim venientes; dum multi nos ad communionem impellunt, & juramento affirmant ſe ab Apoſtolica Sede diſpenſationis indultum obtinuiſſe, ut abſque impedimento ſacerdotalem dignitatem exercitare poſſent: nullo tamen pacto illis fidem adhibuimus, a tua ſanctitate expectantes aliquid firmi & certi. Hoc autem auſim affirmare, o venerandum caput, Deum adhibens teſtem, quod nullus eorum, qui cum Photio communicarunt, propria id fecerit voluntate, ſed potius Principum violentia. Quapropter tuam rogamus beatitudinem, ut populum (parum abeſt) deſperatum miſericorditer ſuſcipias. Rogat te Petrus, cujus Sedem adminiſtrandam obtines, qui ab omnium Domino edoctus fuit, (b) ſeptuagies ſepties ignoſceres, etiam iis, qui ſcienter deliquerint. Exaudi nos, ut etiam tu a Deo benignitatem deſuper obtineas, & longo tempore Eccleſiam Apoſtolicam regere valeas precibus ſanctiſſimæ Dei Genitricis, cœleſtium Poteſtatum, Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum, Confeſſorum & omnium Sanctorum. Amen.* Hactenus ille. Deſiderantur Leonis litteræ eodem tempore (ut ſuperius dictum eſt) Romam ad eumdem Pontificem miſſæ. Nam poſthæc ſubiiciuntur in dicto codice litteræ Stephani Papæ ad eoſdem Epiſcopos redditæ, quæ ſic ſe habent:

(b) Matt. 18.

*Stephanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis Epiſcopis & reliquis clericis, &c.*

XXVI. *Catholica Chriſti & Dei noſtri Eccleſia fundata ſuper firmam petram, Apoſtoli videlicet Petri confeſſionem, licet plurimis tempeſtatibus & fluctibus agitetur, nihilominus confirmatur & augetur. Nec mirum, ſi humani generis hoſtis membra Eccleſiæ tentare aggreditur, qui caput ipſum Dominum noſtrum JESUM Chriſtum tentare non dubitavit. Nec igitur mirum, ſi Photium ſatis exoſum ab Eccleſia damnatum ejeciſtis, qui ſalutiferam Domini Crucem ita deluſit, per quam videlicet venerandam Crucem omnia dona ſacerdotalis miniſterii perficiuntur, & ſancti Baptiſmatis lavacrum ſanctificatur. Prædictus itaque Photius laicus homo, ſi regiam viam ambulaſſet, & decretis ſanctorum Patrum inhæſiſſet, ad tantam inſaniam numquam deveniſſet. Quapropter qui Chriſti humilitatem, venerandam ſcilicet Crucem contemnunt, percuſſi ſunt tamquam (b) primogenita Ægypti: tunc enim Iſraelitarum primogeniti cum eſſent ſignati, ſervati ſunt ac cuſtoditi: quid vero erat ille ſanguis agni in limine Iſraelitarum, niſi Crux paſſionis Chriſti, quæ in frontibus Fidelium imprimitur? Quicumque igitur ſa-*

Stephani Pap. epiſt. ad Epiſc. Orientis.

(b) Exod. 12.

*ſalutarem Crucem parvipendit, Evangelico enſe interimitur.*

XXVII. *Sed de Photio quidem ita vos ſcripſiſtis, illas vero Imperatoris litteras cum legiſſemus, eaſdem a veſtris procul abeſſe comperimus. Ita enim ſe habebant, quod Photius quietam vitam elegit. Quapropter in dubitatione verſamur. Multum enim intereſt, abrenuntiaſſe, & expulſum eſſe. Nos igitur abſque diligenti inquiſitione qualecumque judicium proferre non poſſumus. Quapropter nunc ſententiam prorogavimus. Et opus eſt, utriuſque partis religioſiſſimos Epiſcopos mitti, ut perpenſa omni dubitatione, & veritate utrimque manifeſtata, dicere poſſimus quod Deus voluerit. Romana enim Eccleſia inſtar ſpeculi & exemplaris reliquis Eccleſiis conſtituitur. Et quodcumque definierit, in ſempiternum manet incorruptum, & hac cauſa ſententias magna cum inquiſitione ferre decet.* Hactenus ad Epiſcopos Stephanus Papa.

XXVIII. Conſilium & cautela Steph. Pap.

Ita quidem magna conſideratione ſuſpendit judicium. Etenim ſi acquieviſſet Papa iis, quæ ſcripta erant ab Imperatore de Photio ſponte ſe abdicante, ejus ſeſſionem illegitimam quodammodo probaſſe videri potuiſſet. Cæterum nullus eſſe poterat locus renunciationi ei, qui numquam legitime ſediſſet, nemo poteſt dimittere quod non habuit, ſed eiiciendus ut latro, qui non ſua diu mala fide poſſedit. Ne igitur probaſſe eo modo Stephanus Photii reſtitutionem videri poſſet, non renuntiationem illius, ſed ejectionem potius tam ab Imperatore, quam ab Epiſcopis expectat audire.

Vides igitur quanto pondere Sedis Apoſtolicæ judicia ſuſpendantur, cujus ſententiæ leges ſint atque Decreta ſancita perennia? Ita actum cum Epiſcopis: cæterum quod petebatur, ut diſpenſaretur cum Stephano germano Imperatoris, qui Subdiaconatum ſuſcepiſſet a Photio, diſpenſatum fuiſſe, & ut oportuit rei conſultum ab ipſo Romano Pontifice exiſtimandum: nam ille ſediſſe, atque cum ipſo idem Stephanus Papa communicaſſe invenitur.

XXIX. Ejectus autem hoc anno (ut audiſti) penitus Photius, nec amplius reſtitutus, ſed in monaſterium relegatus, quando obierit, quomodove diem extremum clauſerit, in obſcuro eſt; idque dolo ſchiſmaticorum, ipſum auctorem, ductoremque ſuum mire colentium. At quid inſuper iidem ipſi ſchiſmatici? Quod autem ſcirent ex ſynodalibus ſcriptis ſub Pontificibus Nicolao, Hadriano, aliiſque monumentis rerum geſtarum S. Ignatii adverſus ipſum, vel aliorum valde perſtringi Photium, atque adeo verberari, ut puderet ipſos eum ſequi magiſtrum atque auctorem ſchiſmatis. Quid egerunt? Silentio ea omnia, quæ tranſacta ſunt inter Ignatium atque Photium, obruenda putarunt, ſtatuentes, ſcripta illa omnia aboleri, idque iterata ſæpe in ipſa Eccleſia Conſtantinopolitana adverſus tranſgreſſores ſententia anathematis. Quod teſtatus eſt Marcus Epheſius in Concilio Florentino, his verbis: (a) *Tempore ex eo in Conſtantinopolitana Eccleſia hucuſque ſolet celebrari, videlicet: Quæcumque in SS. Patriarchas Ignatium & Photium ſcripta, vel dicta ſunt: Anathema ſunto.* Hæc Epheſius.

Quid ſchiſmatici de reverint.

(a) Conc. Flor. ſeſſ. 6. Ferrar. habita.

XXX. Dei conſilio conſervata ſcripta de Photio.

At Deus nolens oblivione deleri ipſa vetera monumenta, quibus adeo egregie Photius ſuis coloribus pingitur, non ſivit ea penitus perire, ſed in hanc uſque diem magna ex parte integra conſervavit, quæ modo in lucem prodita accepiſti ex ipſis Græcorum fontibus, præter illa, quæ ex Latinis ſunt ſuperius recitata. Cæterum attende fatuitatem in tanta calliditate Græcorum ſchiſmaticorum. Qui ſua ipſorum conſtitutione dum convellere conantur quæ in Ignatium atque Photium ſcripta eſſent: plane utriuſque ſcriptiones condemnant. Si enim quæ in ſanctum Ignatium ſunt ſcripta, reiicienda eſſe definiant: plane ſcripta Photii eſſe abiicienda conſentiunt. Contra vero ſi quæ contra Photium eſſent edita, explodenda eſſe ſanxerunt, utique omnes ſancti Ignatii lucubrationes oportuit ipſorum ſententia eſſe proſcriptas, male ipſi merentes de tanto ſuo Patriarcha, quem iidem ipſi, cæterique omnes Orientales ut ſanctiſſimum colunt. Sic ſunt opera impiorum ſchiſmaticorum & hæreticorum, ut ſuæ ipſorum ſententiæ obliquitate damnentur.

XXXI. Schiſmatici male meriti de S. Ignatio.

Sed quanam æquitate, pari ſententia quæ contra Photium, & quæ contra ſanctum Ignatium eſſent ſcripta cenſentur, cum alter eorum ab ipſis & univerſa Catholica Eccleſia colatur ut Sanctus, alter vero ſecus? Ita illi in gratiam Photii omnia convertentes, quem haberent auctorem ſchiſmatis, quæcumque contra illum conſcripta fuiſſet, quibus non ipſius Photii tantum ſcelera ſcriberentur, ſed cum illis ſua ipſorum levitas in talem hominem ſequendo, argueretur, ubique ac ſemper abolenda, iterato annis ſingulis anathemata, cenſuere. Lucratus tamen ex hoc illud fuiſſe videtur homo nefarius, ut ſui ipſius obitus, quo auctor ſchiſmatis ſchiſmaticis ſui ſimilibus, apoſtaticiſque junctus eſt angelis, qualis fuerit, nuſquam invenire potuerimus, qui ſi clarus extitiſſet, & non tenebroſus, certe diſcipulorum præconiis orbi univerſo innotuiſſet, ſicut ipſius per eos prædicati ubique inveniuntur errores. Hactenus de rebus, quæ ſpectant ad Orientalem Ec-



cleſiam: ad ea vero, quæ ſunt Romæ geſta, ſe convertat oratio.

XXXII. Hoc eodem anno, die decimaſeptima Januarii, quarta Indictione, primo nondum impleto anno Pontificatus Stephani Papæ, facta eſt ab eodem Pontifice ſolemnis tranſlatio corporum SS. martyrum Diodori, Mariani, & aliorum plurimorum Martyrum ex cœmeterio viæ Salariæ in Urbem. Hi enim Martyres cum olim conveniſſent ad venerationem Chryſanthi & Dariæ recentium martyrum frequenti cœtu, occluſa a Gentilibus per parietem janua, ipſi quoque pari martyrii corona decorari meruerunt, ſub Stephano Primo Romano Pontifice. Cumque ad præſentem annum eorum ſacræ reliquiæ latuiſſent, Dei providentia factum eſt, ut eædem divinitus revelatæ fuerint huic Stephano Sexto Papæ, cujus diligentia effoſſæ & erutæ, ſolemni pompa tranſlatæ ſunt in Urbem. Hujus quidem rei geſtæ hiſtoria tunc ſcriptis diligenter commenadata, Dei beneficio ad nos uſque integra perſeverat, ex qua ea tantum, quæ ad inventionem atque tranſlationem pertinent, hic deſcribenda putavimus, quæ ſic ſe habent: (a)

(a) Apud Sur. die 17. Jan. tom. I.

XXXIII. *Hic theſaurus in paradiſo collocandus, iniquiſſimi Cæſaris, perfidia montium ruina abſconditus per plura latuit tempora. Et licet a plurimis ſit exquiſitus Pontificibus, a nullo tamen reperiri potuit. Sed omnipotens Deus, qui immutabilis perſeverans, mutabiliter diſpenſat tempora, ſuorum Martyrum gloriam revelare voluit ſacris Fidelibus. Unde ſanctum Stephanum ſuæ ſanctæ præfecit Apoſtolicæ Eccleſiæ. Cujus ad hoc inſpiravit animum ardore mirabili, ut tantorum Sanctorum quærere aggrederetur theſaurum ruina obrutum. Hic igitur foſſores advocat, & benedictione munitos, ubi, & qualiter fodere debeant, inſtruit. Reliquit foſſas, quas prædeceſſores ſui plurimi plures fecerant, & oſtendit eis locum, ubi fodere debeant, quem ei revelatum divino affamine non ambigimus. Incipiunt foſſores terram egerere, ſed plus omnibus ipſe inſiſtit Deo digno operi. Nam illi fodiunt manibus: hic Deo dignus orat precibus. Illi quærunt fodiendo, hic orando invenit.*

Steph. Pap. divinitus admonitus quærit corpora martyrum.

XXXIV. Martyrum corpora quæruntur a Stephano Pap.

*Hoc quis ambigat divina factum providentia? circa primi namque Stephani martyris tempora, cum ipſe Romanorum gubernaret Eccleſiam, hæc in Chriſti Martyribus perſecutio exorta eſt; & Sexto Stephano Romanæ præſidente Eccleſiæ ipſorum facta eſt inventio. Ille itaque martyrii coronatus eſt gloria; hic omnium virtutum redimitus eſt diademate. Circa illius tempora cœtus Sancto-*



PAGIUS VII. *Inventio S. Diodori & aliorum.*

Ad num. XXXII. & ſeqq. Surius ad diem XVII. menſis Januarii refert Hiſtoriam Inventionis SS. *Diodori*, *Mariani*, & aliorum Martyrum, qui ſedente Romæ *Stephano primo* ſanguinem pro Chriſto fudere. Horum corpora, cum Stephano V. Romanæ Eccleſiæ præſidente inventa fuiſſent, in Urbem delata ſunt, ſub die XVI. Kalend. Februar. *anno Incarnat. Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXXXVI. Pontificatus vero ſui anno primo, imperii autem domini Caroli Excellentiſſimi Auguſti anno quinto, indictione quarta*, ut dicitur in eadem Hiſtoria, quam Surius conſcriptam putat circa tempora Caroli Craſſi, vel Arnulphi Imperatoris, & ex qua Baronius deducit, *Stephanum*, qui hoc anno Eccleſiam Romanam regebat, male appellatum fuiſſe *Quintum*, ideoque vulgarem illum errorem corrigendum. Verum hujus Hiſtoriæ Scriptor longe poſt hæc tempora vixit; cum currentem annum, qui ſextus fuit Caroli Craſſi, quintum vocet, & Stephanum Papam, qui *quintus* ordine tantum erat, *Sextum* nominet. *Stephanus* enim Presbyter, qui mortuo Zacharia Papa electus eſt Pontifex, quia ſubito demortuus, nunquam ordinatus fuit, ideoque nec Pontifex Romanus exſtitit, ut ſuo loco diximus. Indeque *Stephanus* alter, qui poſtea Pontificatum Romanum adeptus eſt, vocatur ab Anaſtaſio *Stephanus II.* alterque Stephanus, qui *Paulo* Papæ ſucceſſit, *Stephanus III.* & Stephanus, qui hoc tempore Eccleſiam Romanam regebat, vocatur *Stephanus quintus* a Frodoardo in fragmento de Pontificibus Romanis, a Mabillonio ſæc. III. Benedict. part. II. in lucem emiſſo; Frodoardus autem, qui anno LXII. ſæculi inſequentis mortuus eſt, hoc ignorare non potuit. Denique opinio illa Baronii, quam ab Onuphrio in Notis ad Platinam accepit, omnes antiquos Scriptores contrarios habet, omneſque Pontificum Rom. Catalogos, in quorum nullo nomen *Stephani* Presbyteri, quia nempe tantum Pontifex electus fuit, legitur. Vulgaris itaque ille error amplius non tolerandus.

VIII. *Lutetia a Normannis obſeſſa.*

Hoc anno Urbs Pariſienſis a Normannis obſeſſa: *Menſe Februario*, inquit Continuator Lambecianus Annalium Fuldenſium, *exercitus Orientalium Francorum miſſus eſt contra Nordmannos in Galliam juxta Pariſios conſiſtentes, qui in itinere propter imbrium inundationem & frigus imminens non modicum equorum ſuorum perpeſſi ſunt damnum. Cum autem illuc perveniſſent, Nordmanni rerum omnium abundantiam in munitionibus ſuis habentes, manum cum eis conſerere nec voluerunt, nec auſi ſunt. Igitur diebus quadrageſimæ & uſque ad tempus Rogationis inani labore conſumptis, excepto quod Heimrich* (Præfectus exercituum Imperatoris) *quoſdam extra munitionem inveniens occidit, equis & bubus plurimis inde ſublatis, redierunt in ſua. Interea Hugo & Gozilin Abbates & Duces præcipui Galliæ regionis, in quibus omnis ſpes Gallorum contra Nordmannos poſita erat, defuncti ſunt. Unde Nordmanni audaciores effecti, & de ſua munitione egreſſi, omnique regione potiti, venationes & varios ludos nullo prohibente exercebant.*

IX. *Imperator pecunia Normannis promiſſa diſceſſit.*

Paucis interpoſitis ſubdit: *Menſe Julio Imperator cum ſuis colloquium habuit in urbe Metenſi, & inde contra Nordmannos profectus eſt. Ubi dum aliquanto tempore moraretur, Heimrich Comes a ſuis deſertus, & ab hoſtibus cir-* cum-

rum per diverſa tormenta ad cælorum gaudia Angelicis choris aggregatus eſt; hujus temporibus per ejus ſacræ doctrinæ documenta plurimi quotidie eruditi ad virtutes convertuntur a vitiis. Illius inquam exemplo plures coronam conſecuti ſunt martyrii; iſtius exemplo plures bonis operibus locupletati, ad paradiſi mœnia feſtinant, diverſis virtutibus adornati. Ab eo conſtituti ſunt, qui Sanctorum triumphos ſcribendo innoteſcerent poſteris; ab hoc ſtatuti ſunt, qui quæſitos & inventos prodant venerationi Fidelium.

XXXV. Colliguntur oſſa SS. martyrum.

Invento igitur ſacratiſſimo theſauro nullis copiis coæquando, ipſe prior accinctus cryptam ingreditur, & ſtipatus diverſis venerabilis ſacerdotii gradibus, ac cœtu populi Orthodoxæ Fidei, Deo dignas laudes cum exultatione referens inter ruinas & lapidum congeries propriis cœpit manibus omni mundo venerabiles margaritas legere de Sanct. corporibus; nec ceſſavit ſuo ſancto ſtudio, donec omnia fragmina artuum a ruinæ ſegregaret congerie. Collectis itaque artubus, per dies aliquot, propter maximam ruinæ montium congeriem, tanti odoris nectar inerat in loco, ut omnes reficeret qui aderant. Quamobrem foſſores magis ac magis labori operam dare exardeſcebant, laſſitudinis & corporei alimenti immemores. Nocturno ſiquidem tempore Angelicæ voces in crypta audiebantur & pſalmodiæ hy-

PAGIUS

cumdatus occiditur. Interea Sigifrid cum magna multitudine Nordmannorum ceteris, qui ibi reſidebant, auxilium laturus venit, ac Chriſtianis magnum intulit metum. Unde Imperator perterritus, quibuſdam per Burgundiam vagandi licentiam dedit, quibuſdam plurimum promiſit pecuniam, ſi a regno ejus ſtatuto inter eos tempore diſcederent. Ipſe vero inde concito gradu in Alſatiam ſe recepit, ibique per plures dies jacuit ægrotus. Hanc obſidionem Pariſiacæ Civitatis duobus libris deſcripſit Abbo Monachus monaſterii Sancti Germani Pratenſis, cruentæ tragœdiæ ſpectator e mœnibus ſui Monaſterii, a Normannis quoque obſeſſi. Meminit Poeta iſte ſolemnis ſupplicationis ſeu Proceſſionis ad Baſilicam B. Virginis, delatæque thecæ Sangenoveſianæ; cujus Virginis meritis obſeſſos inſignem victoriam reportaſſe ſcribit. Rurſus vero cum recruduiſſet, pugna, infeliciterque pugnaſſent obſeſſi, ad opem B. Germani confugerunt, ut habet idem Auctor, indictaque ſolemni ſupplicatione, ſanctiſſima Chriſti Cruce & Reliquiis B. Germani ad ædem B. Stephani delatis, manum Dei adjutricem experti ſunt.

X. Geſta in hac obſidione magis explicata.

Carolus Imperator obſeſſis auxilium miſerat, duce Heinricho Marchenſi Francorum, qui id tempus Niuſtriam tenuit, inquit Continuator Freherianus, quique opportunam operam alias ei præſtiterat. Tradit Abbo Henricum ſub noctem invaſiſſe caſtra hoſtium, cædem, prædamque magnam feciſſe, cives ob inconditum Barbarorum clamorem ad mœnia procurriſſe, & milites portis erupiſſe, quo tempore audax facinus Odo Comes Pariſienſis, qui ſc. urbis Præfecturam gerebat, executus eſt; die enim ſuperata ante alios per ſaltum foſſa, ſolus ſtetit contra hoſtes jaculum manu ferens, quæ res admirationi obſeſſis, & Barbaris terrori fuit. Porro Gozlinus Epiſcopus Pariſienſis erat, non vero Abbas, ut perperam habet Continuator Lambecianus, & obſidionis tempore ſublatus fuit, ut docet idem Abbo, & confirmat Auctor Chronici de Nortmanno. Geſtis, qui in hac obſidione patrata accurate deſcribit, narrataque Gauzlini vel Gozlini morte ſubdit: *Epiſcopo defuncto Northmanni non ceſſant oppugnare civitatem. Quod ut Imperatori nunciatum eſt, accepto conſilio venit Pariſius cum manu valida, ſed nil utile geſſit: fecit enim conſilium nimis miſerum. Nam utrumque, & civitatis redemptio Northmannis promiſſa eſt, & data: & via ſine impedimento attributa. Imperator autem via, qua venerat, regreditur: & Sigefridus Northmannorum Rex Hyſam* (ideſt Iſaram) *fluvium ingreſſus, terra & aqua iter faciens poſt eum cum ſuis, omnia ferro vaſtabat & igne. Quod cum Imperator cognoviſſet, feſtine rediit in terram ſuam. Poſt hac Sigefridus famoſiſſimam Eccleſiam ſancti Medardi igne cremavit, & Palatia Regia, interfectis & captivatis terræ accolis. Northmanni vero, qui per Sequanam aſcenderant a Pariſius, cum omni exercitu, ſupellectili, & navibus Tonam fluvium ingreſſi Senonas civitatem obſederunt. Sed Euurardus* (legendum, Everardus) *Archiepiſcopus ipſius civitatis ſtatim cum eis de ereptione ipſius civitatis agore cœpit, & obtinuit quod voluit anno domini DCCCLXXXVI.* [1]

XI. Alfredus Rex Eccleſiæ & litteris conſulit.

Ethelwerdus lib. 4. cap. 3. prodit, *Alfredum* Angliæ Regem Londinum Merciæ Regni caput, hoc anno milite primum cinxiſſe, & tandem egregia fortitudine, pulſis Danis, cepiſſe,

NOTÆ [1] Diligentiſſimus Author Chronici Sennonenſis S. Columbæ vulgatus a Martenio Anecdot. to. IV. chronicis aliquibus notis res hic a Pagio ex Abbone narratas diſtinguit; ſcribit enim ad hunc annum: *II. calendas Septembris aſcenderunt Normanni Senonis a Pariſius, & inſequenti Majo redierunt in Franciam, jam defuncto Evardo epiſcopo calendas Februarii, & ordinato in ejus loco Galterio, IV. nonas Aprilis, qui eodem anno unxit Odonem regem.* Carolus tamen Pariſiis aliquanto tempore poſt ſolutam a Normannis obſidionem ſubſtitit, nam extat in Theſauro Martenii tom. I præceptum ejuſdem Imperatoris hoc anno datum Pariſiis VIIII. Kal. Novembris. Quin & die XV. Kal. Januarii, nondum receperat, ut probat alterum ejus privilegium datum ea ipſa die Pariſiis & vulgatum a Mabillonio Annalium Tom. III. Quamvis enim ibi legitur annus Incarnationis 887. *Indict. V. Anno VI. Regni Caroli piiſſimi Imperatoris. In Italia V. in Francia IV. In Gallia II.* adhuc tamen pertinere illud ad annum 886 ex eo conſtat, quod Carolus anno ſequenti ea die decembris Imperium jam abdicarit; itemque anno 887. ea die Decembris Gallici Regni annum non II. ſed III. agebat. MANSI



hymnizantium, tantuſque ſplendor illam illuſtrabat, ut nullus auderet nocturno tempore accedere.

XXXVI. Tranſlatio SS. martyrum.

Peracto autem opere, idem ſanctiſſimus Papa litaniam indixit, & congregato omni cœtu Cleri & populi Romanorum civium, diſcalceatus pedibus, cum lampadibus, & crucibus, omnique apparatu Eccleſiaſtico adveniens, in feretris cum pſalmis & canticis ſpiritualibus Sanctorum corpora introduxit in Urbem, ipſeque prior incedens, & feretrum propriis geſtans humeris, cum exultatione & jubilo, ſub die decimoſexto Kalendarum Februariarum, anno Incarnationis Domini noſtri JESU Chriſti octingenteſimo octogeſimoſexto, Pontificatus vero ſui anno primo nondum exacto, Imperii autem domini Caroli excellentiſſimi Auguſti anno* ſexto, Indictione quarta. Quorum in Lateranenſi palatio aliquos, majorem partem apud Eccleſiam, quam idem jam ruinæ proximam a fundamentis renovaverat, quæ ad Apoſtolos dicitur, alios per diverſos Cardinales titulos condidit digna honorificentia, alios etiam circumquaque per diverſa largitus eſt monaſteria; ubi plurimis hodieque coruſcant miraculis, ad laudem & gloriam Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU Chriſti, cui eſt honor & gloria in ſæcula. His vero iſta mox ſubiiciuntur ab eodem auctore conſcripta:

* al. quinto

XXXVII. Miracula quæ tunc fieri contigerunt.

Sanctorum Diodori & Mariani, ſociorumque ſuorum revelationis tempore, quæ Deus dignatus eſt miracula oſtendere, operæpretium dicere duxi. Erat igitur vir quidam illuſtris & genere & nomine, Franco, quem dominus Stephanus ſanctiſſimus Papa foſſoribus præeſſe inſtituit, ut & operi admoniti ardentius inſiſterent, & de invento cœleſti theſauro ipſius ſolicitudine, vel quidpiam fraudare nequirent. Quo narrante ſub proteſtatione divina, didici quæ dico. Cumpropter inæſtimabilem ſcopulorum ruinam Sanctorum fragmina gravi labore legerentur, per dies plurimos tanta inibi fragrantia inerat, ac ſi lapidum congeries in roſarum flores ac liliorum inæſtimabilem multitudinem verteretur. Hic pudentiori conſilio lampadem aqua plenam, deſuper oleo modico miſſo, vix ad craſſitudinem unius digiti accendi in crypta præcipit, quatenus lumine locus non indigeret, qui tanto odore fragrabat. Accenſa igitur lampas, continuis ſeptem diebus ac noctibus ſemper arſit, ut nec oleum deficeret, nec ejus flamma ullo ventorum flamine extingueretur. Quibus indiciis manifeſte datur intelligi, quanta gloria digni habeantur in cœlis, quorum fragmina artuum inter ruderum cœnum talibus virtutibus coruſcant.

XXXVIII. Dat pœnas, qui furatus eſt reliquias martyrum.

Prædictus autem vir cum die quadam opportuno commodo, aliquantum decreviſſet abeſſe, quem fidelem ſibi arbitrabatur Adalfredum quemdam ſua vice, donec rediret, operi præfecit. Sed hic ſacerdotis cujuſdam nomine Albini exhortationibus ſuaſus, de inenarrabili theſauro Sanctorum artuum partem quamdam furatus eſt, non ob ſanctitatis venerationem, ſed pro lucri venalis amore, prout res geſta demonſtrat. Hic redeunte domino, licentiam petiit propriam domum reviſendi, volens furtum, quod fecerat, ſuo domino neſciente, abſcondere. Sed domum veniens, ſcrinio furtum repoſuit & celavit. Nocte autem eadem gravi languore percuſſus, cœpit tremere, & toto corpore emortuo, acerrime vexari, & quantum poterat balbutire, reum ſe in Sanctos clamabat, nullum cibum, nullumque potum appetens, ſomni numquam ſopore vel ad momentum quieſcens. Cumque per aliquot dies ſemivivus commiſſum lueret & omnibus horis mortuus crederetur, tamdem clamare cœpit Seniorem ex nomine.

XXXIX.

Cui cum nuntiatum fuiſſet, compaſſione motus, ad viſitandum eum profectus eſt ſupra memoratus Franco. Venit igitur ad domum, in qua ſemivivus jacebat

PAGIUS

ſe, ac *Ethelredo* Merciorum Comiti regendum tenendumque commendaſſe, data illi *Ethelfleda* primogenita filia in conjugem. Alfredus Londinenſi Urbe potitus eam ornavit ſplendide, & civibus auxit, Synodumque ibidem celebravit, cujus mentio in Wintonienſibus Annalibus: *Rex Deo devotiſſimus Alfredus*, inquit Annaliſta, *ut viri Dei Grimbaldi ſanctitatem & ſapientiam cunctis notificaret, Concilium ex tota Anglia, Præſulum & Abbatum, & Nobilium virorum, in Londoniam, quæ eſt Metropolis totius Inſulæ, coadunat.* Meminit etiam hujus Synodi Harpesfeldus Sæc. IX. c. VII. Ibi Alfredus Rex ad literarum ſtudia omnes accendere conatus eſt, Clerumque præcipue, qui lucere aliis, & credenda proponere ex Officio deberet. Quid autem inde ſecutum ſit, in Annalibus Wintonienſibus his verbis enarratur: *Perterriti Regalibus verbis, arripiunt undique cuncti ſtudia litteratoriæ artis ita ut non ſolum clerici, ſed mirum in modum Comites, & Tribuni, qui ab infantia erant illiterati, certatim ſtuderent in literis, malentes diſciplinam laborioſe diſcere, quam ordinis poteſtatem dimittere. Si quis autem gravatus ſenio id non poſſet agere: filio, aut propinquo vel fideli amico ſacros libros imperabat recitare & dolebat in intimis; quia in juventute non ſtuduerat talibus ſtudiis.* Fundatam hac occaſione Oxonienſem Academiam, & exinde literas ibi floruiſſe, cum variis Scriptoribus Alfordus hoc anno num IX. & ſeqq. exiſtimat, & de ea pluribus agit. Verum, ut jam de Academia Pariſienſi loquentes ſuo loco diximus, nondum hoc tempore Univerſitates, quales hodie habemus, inſtitutæ erant; de Oxonienſis Academiæ Antiquitate varii ſcripſere, ſed conjecturis potius quam certis fundamentis innixi.

Mu-

*bat languidus: quam cum ingreſſus fuiſſet idem Franco; mox ut eum æger conſpexit, qui ab omnibus exanimis putabatur, ſub celeritate ſurgens, proſtravit ſe ad pedes ejus, & furtum, quod de Sanctorum artubus perſuaſus fecerat, anxius prodidit. Cumque interrogaretur, an ſe convaleſcere poſſe ſperaret, ait: Ad hoc mihi aliquantæ induciæ conceſſæ ſunt, & ſpaciolum vitæ præſtitum, ut tuis reddam manibus, quod furari reus auſus ſum. Nam duos reverendiſſimos viros in veſtibus albis vultu terribili ad me veniße conſpexi, & ut eorum corpora redderem, aut quomodo ea auderem contingere, acerrime cœperunt exigere. Quod cum nimio terrore emortuus negare vellem, & eorum me numquam corpora tetigiſſe aſſererem, his qui aſtabant, dixerunt: Findite eum a vertice uſque ad pedes, & de occultis ipſius additis oſſa noſtra abſtrahite. At ii evaginato gladio imminentes, caput, gulam, pectus, ventrem, & ilia findentes, hinc inde trahere me cœperunt, ſola dorſi ſpina cum cervice & occipitio ſcißa non eſt. Tenuerunt etiam cor, & ſtringentes illud, acerrime me cruciabant. Quoties autem cor quantulumcumque relaxabant anhelitus reddebatur, & reſpirare mihi modicum dabatur: quoties vero cor tenebatur, moriebar inter manus eorum; & de pectore meo oſſa, quæ male ſuaſus rapui omnium gemmarum fulgore ſplendidiora trahebantur; & ita per continuos hos ſeptem dies punior ſimiliter & per noctes. Modo vero priori fiſſura juncta, retro per occipitium & cervicem & dorſi ſpinam findendus ſum, quamobrem nullo modo me evaſurum ſcio, quia ad hoc tantummodo relaxatus ſum, ut hæc proderem, & quod furto rapui redderem.*

XL. *Hæc dicens acceſſit ad arcellam, in qua Sanctorum pignora abſconderat, quam ita clauſam reperit, ut niſi ſecuri inciſa, nullo modo aperiri poſſet. Quod ideo factum credo, ne vas, in quo Sanctorum pignora celata fuerant, alio uſui deinceps habile aptaretur. Reddito igitur furto, & impetrata a Seniore venia, cœpit cum lacrymis & gravi gemitu coram ipſis pignoribus petere indulgentiam. Et ut citiſſime de domo ejus deducerentur, obnixe popoſcit. Quæ cum educta eſſent, ille ad lectum rediens, continuo ſe findendum expectabat. Sed omnipotentis Dei miſericordia, qui in Sanctis ſuis mirabilis eſt, & neminem perire, ſed omnes vult ſalvos: ultra eos, quibus ad puniendum datus fuerat, non vidit, ſed ab ipſis venerabiliſſimis viris commonetur, ut hæc palam nuntiet, & ulterius de eorum corporibus nihil præſumat attingere. Poſt hæc vero cœpit cibum quærere, qui continuos ſeptem dies nullo alimento percepto, continuatim ſub tanta anguſtia langueraт. Et poſt paucos dies priſtinæ eſt ſanitati redditus. Verum ne quis hæc me arbitretur fingere: in veritate fateor, ipſo Francone ſub proteſtatione Domini JESU Chriſti nominis narrante, audivi.* Hæc auctor.

XLI. Anaſtaſius Bibliothecarius auctor hujus hiſtoriæ.

Cujus etſi nomen non prodatur, non alius mihi videtur, quam Anaſtaſius Bibliothecarius hujus pariter temporis hiſtoricus, qui (ut diximus) ejuſdem Stephani Papæ res geſtas conſcripſit; ſed eædem nobis haud integræ conſervatæ, quæ decurtatæ in multis habentur: nam inter alias deſideratur mentio de inventione eorumdem SS. Martyrum, quæ cum inibi ſcripta eſſet, exciſa pagina, ex ea hæc tantummodo reliqua remanſerunt: de locis, in quibus eædem ſunt collocatæ ſacræ reliquiæ, quæ totidem

fer-

PAGIUS XII. *Moritur Mahomet Rex Saracenorum Hiſpaniæ.*

*Muhammed* ſeu *Mahomet* Saracenorнm Hiſpanienſium Amira anno Hegiræ CCLXXIII, obiit, *anno regni ſui triceſimo quinto*, ut habet Rodericus in Hiſtoria Arabum cap. 28. a quo non diſſentit Elmacinus. Ei in imperio ſucceſſit filius ejus *Almundir* vel *Mundirus*. Porro Mahometus die Veneris, qui primus fuit Rabii prioris e vivis exceſſit, die nempe quarto Septenbris noſtri, & ludibrio habuerat Poetam quemdam, qui eum in Verſibus ſuis hortabatur, ut *Caliphæ* nomen ſumeret, ſicuti teſtatur Anonymus Andaluſianus. Quare hoc tempore Reges Saracenorum Hiſpaniæ *Caliphæ* nomen nondum ſumpſerant.

XIII. Cum *Radelchis* Beneventanus Princeps e Principatu ejectus fuiſſet, ei *Aio* ſucceſſit, [1] de quo Lupus Protoſpata in Chronico hoc anno ſcribit: *facta fuit proditio in Baro* (id eſt, Bario) *menſe Junii, quando Princeps* (ſc. Aio) *fecit prælium cum Stratigo Trapezi* (ideſt, Conſtantino Patricio, munere Trapezi, Τραπέζῃ, ſc. Dapifero, ut optime interpretatur Camillus Peregrinius) *& Græcis*. Eo in prælio Ajonem victorem non fuiſſe teſtatur his verbis Erchempertus num. 76. *Aio denique a Benevento per Sipontum Barim profectus; ſuper quam Conſtantinum Auguſtorum Aulicum & Patricium inſidentem reperit rebelles Imperatorum* (Barienſes ſcil.) *viriliter impugnantem; adverſus quem dictus Aio fultus au-*

*Barium a Græcis occupatum.*

NOTÆ [1] ERrat Pagius, dum putat, *Aionem* hoc anno Ducem Beneventanum factum; nam in Acceſſionibus Hiſtoriæ Caſinenſis Eraſmi Gattulæ P. 1. pag. 41. extat donatio ejuſdem *Aionis Ducis Beneventani* monaſterio Caſinenſi, quæ data eſt: *anno primo, menſe Majo, tertia indicione* pro anima *Adelchis Principis patris ſui per rogum Radelchis germani ſui*. Indictio *tertia* incidit in A. D. 885. quare hoc anno *Aio* Dux creatus eſt. GEORGIUS



ferme verbis in vita ejuſdem Stephani Papæ ſcripta reperiuntur, ut ſuperius notata leguntur, nimirum: *Alios Martyres per diverſos Cardinales titulos, alios etiam circumquaque per diverſa largitus eſt monaſteria, ubi plurimis coruſcant miraculis; maximam vero partem digna honorificentia collocavit apud Eccleſiam, quæ Apoſtolorum dicitur. Hanc ſenio conſumptam & ruinæ proximam idem ſanctiſſimus Papa a fundamentis renovavit.* Hæc ibi. Eam vero eſſe baſilicam ſanctorum Philippi & Jacobi Apoſtolorum, idem auctor Anaſtaſius ibidem paulo ſuperius ita declarat: *Eccleſiam beatorum Apoſtolorum Jacobi & Philippi, quæ nimio ſenio conſumpta, ruinæ proxima erat, a fundamento renovavit, quam collato calice & patena aurata, ſuo nomine Græcis & Latinis litteris inſcripta ornavit: contulit & cortinam lineam, & vela tria ſerica in circuitu altaris.* Hæc ibi. Ad poſtremum illud non prætereat, hunc Stephanum (ſicuti eſt) a citato auctore dici Sextum, & non Quintum, ordine Romanum Pontificem, ut intelligas, ab antiquis Pontifices ejus nominis bene eſſe numeratos.

Chri-

PAGIUS *auxilio Iſmaelitarum* (& non Gallorum) *& vallatas agmine pedeſtrium Apulenſium audacter inſurgens primo impetu victor exiſtens, de hoſtibus plures interfecit. Deinde a Conſtantino, qui cum tribus millibus equis in tuto conſiſtebat loco, valide contritus vix cum aliquantis urbem ingredi valuit Barim, reliquis aut gladiis aut traditis captivitati. Is autem Græcorum obſitus vallo infra urbem occultatur, ſuſtinens ſuffragium Atenulſi, quem pridem protexerat, & non invenit; nam & Gallos* (milites uti exiſtimo Caroli Craſſi Imp.) & *Agarenos promiſſis aureis ſæpius miſſim invitans obtinere nequivit.* Quod juxta Erchempertum ante depoſitionem Caroli Craſſi ex Imperio, contigit. Exiſtimo autem *Aionem* anno uno & amplius in Bario oppido eo tempore obſeſſum fuiſſe, quo *Vvido* in Franciam venit, ut in ea Rex coronaretur initio an. DCCCLXXXVIII. ſicuti habet Erchempertus num. 80. *Interea Aione obſeſſo infra urbem Barim a Græcis atque auxilium efflagitante a Gallis & ſuis, Athenulphus titubans Athanaſii* (Neapolitani) *minas legatos ſuos ad Conſtantinum Patricium deſtinavit, qui reſidebat ſuper dictam urbem, & fœdus cum ipſo ſtatuens pacis, vires reſiſtendi Aionis faſtu doloſo avertit. His & hujuſcemodi argumentorum decipulis dictus Aio cernens ſe deluſum doluit; tandem neceſſitate coarctatus cum memorato Patricio pacem faciens urbem remiſit, & ad propria remeavit: Athenulpho* (Comiti Capuæ) *& Majomo Abbati* (Sancti Vincentii de Vulturno), *qui ſupra ſata legatione functus fuerat, haud fruſtra minitans.* Juxta antiquum Chronicon Barienſe Græci Beneventum occuparunt, dum *Urſus* Aionis filius Principatum obtineret, anno DCCCXCI. indictione nona. Quo anno die octavo Auguſti accidit magna illa eclypſis Solaris a Calviſio, Buntingo, aliiſque doctiſſimis Aſtronomis ſupputata. Cedrenus enim, qui ad annum II. Leonis Sapientis ait, *Conſtantinum Patricium* in pugna victum fuiſſe & ſub idem tempus Solem defeciſſe, dum de rebus in Italia geſtis loquitur, omnia inter ſe confundit, quia rei Aſtronomicæ imperitus fuit. Idem tamen ac Cedrenus reliqui Hiſtorici Byzantini habent.

I. Pariſiorum civitas obleſſa.

CHriſti Redemptoris annus ſequitur octingenteſimus octogeſimus ſeptimus Indictione quinta, quo Northmannorum obſidione Pariſienſis civitas laborans, Dei miſericordia implorata, precibus Dei Genitricis, cui civitas dedicata eſt, & ſancti Germani Epiſcopi, atque ſanctæ Genovefæ & aliorum Sanctorum ejus Eccleſiæ patronorum liberata tamdem fuit. Sed præcipue tunc nituit virtus ejuſdem ſancti Germani in edendis miraculis. Cecinit ejuſmodi obſidionem duobus carminum libris Abbo, qui Aimoini hiſtorici fuit diſcipulus, ut idem auctor in eorumdem librorum præfatione teſtatur. Fuit & idem Abbas, ad quem Aimoinus inſcripſit præfationem ſuarum hiſtoriarum. Porro idem Aimoinus ad hæc tempora producens hiſtoriam de rebus Francorum, ſeorſum ſcripſit duos (a) libros de miraculis ejuſdem ſancti Germani Pariſienſis Epiſcopi de quibus ſuperius.

(a) Extant apud Sur. to. 7. dieſ. Julii.

II. Scripſit tunc temporis Fulco Rhemenſis Epiſcopus epiſtolam ad Carolum Craſſum pro obſidione Pariſienſi auxilium implorans: Scripſit idem ad Stephanum Papam, de quibus litteris Frodoardus agit in vita ipſius Fulconis Archiepiſcopi Rhemenſis, in quibus meminit de Pariſienſi obſidione.

III. Hoc anno habita legitur Synodus Co-lo-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXXV. An. Hegiræ CCLXXIV. inchoato die 28. Maii fer. 1. A. C. 887.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6380.

☉ 28. A. ☽ 14. P. 16. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 887.

STEPHANI V. PAPÆ 3.

CAROLI CRASSI IMP. 8.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 2.

I. *Normanni Gallias devaſtant.*

AD num. I. & ſeq. Auctor Chronici Normannici hoc anno habet: *Sigefridus Rex Northmannorum verno finiente in Sequanam rediit, agens ſolita: & circa autumni tempora Friſiam petiit, ibique interfectus eſt. Northmanni vero Pariſius regreſſi propter tributum ab Imperatore promiſſum, receperunt illud. Poſt Maternum fluvium ingreſſi, Gauziaco* (legendum, *Caziaco*, in Diœceſi Sueſſionica ſito) *ſibi caſtra ſtatuunt. Franci vero Auſtrales videntes Imperatoris vires ad regendum imperium invalidas; ejecto eo de regno, Arnulfum filium Carlomanni, qui eius erat nepos, in regni ſolio ponunt. Tunc Northmanni omnia loca verſus Moſam more ſolito, partemque Burgundiæ devaſtarunt, & igne concremarunt, Anno Domini DCCCLXXXVII.* Idem de Nortmannis refert Aſſerus in Vita Alfredi Angliæ Regis, additque, *Caziei, ideſt villa Regia, pervenerunt, in quo loco hyemaverunt integro anno.*

II. *Duo Abbones & duo Aimoini diſtinguendi.*

Fuſius de hac obſidione hoc & ſuperiori anno facta loquitur *Abbo* monaſterii S. Germani Monachus ac Poeta, qui libros duos de ea metrice ſcriptos dicavit *Cozlino*, ut videre eſt Tom. II. Ducheſnii pag. 499. Hunc *Gozlinum* Labbeus in Differt. de Script. Eccleſiaſt. in voce *Abbo*, & Oudinus in Supplemento de iiſdem Script. perperam confundunt cum *Gozlino* Epiſcopo Pariſienſi, qui in hac obſidione mortuus eſt, ut Abbo lib. 2. diſerte aſſerit. Nam Poeta Opus ſuum dicat *dilecto fratri Gozlino*, quem titulum Monachus Diaconus non tribuiſſet Epiſcopo. His adde, eum libros ſuos ſcripſiſſe jam ſoluta obſidione, Carolo Imp. mortuo, ac jam Rege Odone, ut ipſe teſtatur, ideoque anno DCCCLXXXVIII. cujus geſta: aliqua canit. Secundo, Miræus, aliique nonnulli *Abbonem* Poetam male confudere cum altero *Abbone* Floriacenſi Abbate & Martyre, qui obiit anno Chriſti milleſimo quarto de quo ibidem verba faciemus. Baronius num. II. ex duobus Aimoinis unum facit; cum tamen diverſis temporibus floruerint. *Aimoinus* Sancti Germani a Patris Monachus duo Opuſcula elucubravit. Primum *de Inventione & Tranſlatione corporis S. Vincentii Levitæ & Martyris*, de quo ſuo loco egimus, alterum *de Miraculis S. Germani Pariſienſis Epiſcopi*, ab an. DCCCXLV. ad annum circiter DCCCLXXIV. vixitque ad annum uſque DCCCXCI. aut circiter. At hic *Aimoinus* diſtinguendus ab Aimoino Floriacenſi, qui initio ſæculi undecimi vixit, quique Auctor eſt librorum duorum *de miraculis S. Benedicti*, Vitæ Sancti Abbonis Floriacenſis Abbatis & Martyris, & Hiſtoriæ Francorum in quatuor libros diviſæ, quam poſtea Auctor Anonymus interpolavit, & libro uno auxit. Baronius duos Aimoinos non diſtinguens exiſtimat, Aimoinum Pratenſem loqui de miraculis a S. Germano durante obſidione Pariſienſi patratis, cum tamen *Aimoinus* Pratenſis mentionem miraculorum poſt annum DCCCLXXIV. a S. Germano patratorum non faciat. Denique Baronius ait, *Aimoinum* ad hæc uſque tempora Hiſtoriam Francorum producere. Verum ea in Clodoveo ſecundo deſinit, & quæ ſequuntur, ab alio adjecta ſunt, ut jam alibi monui.

III. Ad n. III. Weſtmonaſterienſis ad hunc Chriſti annum ſcribit; *Anno gratiæ DCCCLXXXVII. Ha-*

NOTÆ [1] HOc anno celebratum fuit Concilium quoddam Cabilonenſe ſub Aureliano Lugdunenſi, Barnoino ſeu Bernuino Viennenſi, cujus inſcriptio fert: *Anno Dominicæ incarnationis 887. anno Domini & Sereniſſimi Caroli Imperatoris Auguſti in Gallia imperatis II. Indict. 5. XV. Kal. Junii.* Anecdot. tom. IV. col. 67. In eo vero Eccleſiæ Lingonienſis privilegia confirmata ſunt in eodem pariter Concilio aſſertæ donationes factœ Divionenſi S. Stephani Monaſterio ut ex Spicil. t. I. pag. 520. Sicut & privilegia Carilocenſis Cœnobii in Pago Matiſconenſi, ut ex Severtio hiſt. Epiſc. Matiſcon. pag. 50. MANSI





(a) Matt. to. 4. Conc. Venet. edit.

lonienſis (a), in qua actum adverſus raptores rerum Eccleſiarum, oppreſſores pauperum, & incæſtas nuptias contrahentes.



PAGIUS *Alii Normanni ex Anglia in Galliam tranſeunt.*

*Haſteinus, ſive Haſtingus, natione Danus Angliam hoſtiliter pervagatus; cum exercitu infidelium bellatorum potentiſſimo, partes petens Gallicanas, Vermundenſem applicuit in portum, ubi ex navibus exilientes, totum tradunt ignibus Comitatum, Sancti quoque Quintini cœnobium comburentes, cædem nefariam commiſerunt*, &c. Addit Weſtmonaſterienſis, Haſtingum ficte ſuſcepiſſe baptiſmum *Limis* ut Chriſtianos deciperet; ſed Guillelmus Gemeticenſis, lib. 1. cap. 10. dicit id accidiſſe *Lunis* in Italia, aliaque narrat parum veroſimilia.

IV. *Reliquiæ S. Martini Turonas revehuntur.*

Turonenſes videntes Burgundiam a Normannis devaſtari, corpus *Sancti Martini* Patroni ſui ab Autiſiodorenſibus, apud quos illud ſecuritatis cauſa jam a multis annis detulerant, repetunt, illiſque renuentibus *Ingelgerius* vir illuſtris collecta non minima multitudine Autiſiodorum venit, & ſacrum depoſitum ab Epiſcopo tandem obtinuit. Sancto Martino Turonas ingrediente *tota* civitas *obviam ruit, & ab Adalaudo Archipræſule Turonenſi, & fratre ejus Raimone Aurelianenſi, & Rainoldo Cenomannenſi, & ſancto Lupo Andegavenſi, & a Suffraganeis totius provinciæ Epiſcopis, eis congratulanter occurritur, & omnis ſexus indifferenter deſiderato diu domino ſuo lætabundus occurrens lacrymis, quas gaudium extorſerat, perfunditur*, &c. *Hæc eſt igitur glorioſa ſolemniſque Exceptio, qua Archipreſul Turonenſis Martinus ab exilio revertens, ab alumnis ſuis officioſe adeo excipitur, & in propria ſede reſidens, omni petenti ſe, ut ſui moris eſt, plurimum ſuffragatur. Hoc exceptionis celebre feſtum anno ab Incarnatione domini octingenteſimo octogeſimo ſeptimo, a tranſvectione triceſimo primo, Idus Decembris, celeriter agi ab Adalaudo Archiepiſcopo Turonenſi, & a comprovincialibus Epiſcopis celebrata Synodalis ſancivit auctoritas*, inquit Sanctus Odo Abbas Cluniacenſis in Tractatu *de Reverſione B. Martini Turonenſis a Burgundia.*

V. *Annis XXXVI. Antiſſiodori aſſervata.*

Verum in laudata verba error irrepſit, quo factum, ut annus quo Turonenſis civitas a Normannis obſeſſa fuit, & annus quo Majus Monaſterium a Normannis everſum, hactenus omnes latuerint. Loco enim *a tranſvectione triceſimo primo*, legendum, *a tranſvectione triceſimo ſexto*. Auctor quippe Anonymus de geſtis Abbatum Majoris Monaſterii, qui Odonis Opuſculum nondum a Librariis corruptum viderat, hanc S. Martini Tranſlationem ejus verbis narrat, aitque: *Monachi & clerici trucidantur, & venerabile corpus Sancti Antiſtitis Antiſſiodorum defertur. Triceſimo denique & ſexto anno poſtquam Francorum regnum a memoratis Danis, Rollone videlicet & Haſtino, infeſtari cœpit, corpus B. Martini ab Antiſſiodoro ad propriæ cum honore relatum eſt. In cujus reverſione textus narrationis a beato Odone primo Eccleſiæ ejuſdem Confeſſoris Canonico & Præcentore, poſtmodum Cluniacenſi Abbati editus penes nos habetur.* Triceſimum etiam & ſextum annum legit Auctor fragmenti Hiſtoriæ Francicæ, *a Ludovico Pio Imp. uſque ad Regem Robertum Hugonis Capeti filium*, a Ducheſnio Tom. III. publicati. Quare cum corpus S. *Martini* currenti anno Turonos revectum fuiſſe certum ſit, nempe triceſimo ſexto anno poſtquam Autiſiodorum delatum fuerat, certum pariter & indubitatum illud anno octingenteſimo quinquageſimo ſecundo illuc transportatum fuiſſe, ideoque primam Urbis Turonenſis obſidionem, quæ annis quindecim illam Tranſlationem præceſſerat, contigiſſe anno octingenteſimo triceſimo octavo. Chiffletius in Probationibus ad Hiſtoriam Trenorcienſem pag. 438. hanc difficultatem ad examen revocavit, contenditque corpus *Sancti Martini* Turonenſibus reſtitutum fuiſſe anno octingenteſimo octogeſimo quarto, quia, inquit, eſt is annus triceſimus primus ab incenſa Sancti Martini Turonenſis Baſilica, adeoque a corporis ejus tranſvectione, additque apud Sanctum Odonem loco anno ab Incarnat. Dom. DCCCLXXXVII. legendum eſſe anno DCCCLXXXIV. quod duo Codices MSS. habeant *octingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo*. Verum locus in eo tantum corruptus, quod Librarii denarium omiſerint, & loco DCCCLXXXVII. ſcripſerint DCCCLXXVII. non vero DCCCLXXXIV. ut putabat Chiffletius, qui animum non adverterat ad errorem jam a nobis emandatum, qui in his Sancti Odonis verbis, cubat, *a tranſvectione triceſimo primo*. Legendum enim eſſe, *anno XXXVI.* habetur etiam in alio Chronico ab initio Regni Francorum uſque ad annum MCXXXVII. perducto, & loco citato a Ducheſnio publicato pag. 359. adeo ut emendatio noſtra certa ſit. Legenda quæ diximus anno DCCCXLV. & anno DCCCLIII. ubi de hujus expeditionis Duce diſſeruimus.

VI. *S. Lupus Epiſc. Andegavenſis interfuit huic Tranſlationi.*

Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. 2. de hac S. *Martini* Tranſlatione verba faciens, recte obſervat, *Odonem*, ſeu quo uſus eſt, libelli primum Scriptorem erraſſe, quando aſſeruit, tempore, quo Reliquiæ Sancti Martini Turonos tranſvectæ ſunt, *Rollonem* jam fidei Chriſtianæ reſtitutum fuiſſe, cum *Rollo* nonniſi anno DCCCXII. fidei Chriſtianæ acceſſerit. Sed quod Vir doctiſſimus ſubdit: *His accedit & aliud ejuſdem Auctoris mendum, qui ſanctum Lupum prædicto revectionis anno ſedi Andegaven-*

NOTÆ [1] SEquenti forte anno quo dies 7. Kalendas Junii in Dominicam incidebat, celebratum fuiſſe Concilium quoddam Turonicum ſub Herardo Archiepiſcopo, qui tunc temporis florebat, legimus in fragmento Hiſtorico Britanniæ Armoricæ vulgato a Martenio Anecdot. tom. III. col. 842. Actum in ea facile eſt de controverſia tunc vigente de Epiſcopatibus Britanniæ minoris Turonicæ Sedi ſubiiciendis. Inſuper in eo Concilio ſtabilita ſunt capita quædam ad *Eccleſiaſticam Diſciplinam e Sacris Canonibus excerpta*. An idem ſit Concilium, de quo Pagius hic num. IV. plane dubito. Concilium enim illud, quod ex S. Odone affert Pagius, habitum fuiſſe oportet poſt Id. Decembris quo S. Martini Corpus relatum fuit Turonum; noſtra vero Synodus celebrata fuit die VII. Kal. Junias, & quidem, quantum arbitror, anno ſequenti, ut ſuperius innui. Si ergo ambæ hæ confundendæ cenſeantur, utique Turonenſem Synodum Pagius in hunc annum male refert; præſtaret enim potius ſequenti anno illam adſcribere. MANSI

Quo etiam anno laborat Eccleſia Anglicana tyrannide Haſtingi Dani, qui ſimulate baptiſma ſuſcipiens, eo ad inferendam cladem populo uſus eſt, cujus etiam ſævitia Galliæ ingemuere.

Se-

PAGIUS *venſi Epiſcopum præfuiſſe ſcribit: tametſi Raino Lupi deceſſor, an ſucceſſor, tum eam ſedem obtinebat*, hoc inquam admitti non debet. *Herbernus* enim Majoris Monaſterii Abbas huic Tranſlationi interfuit, & in Præfatione libri Miraculorum Sancti Martini, poſt corporis illius reverſionem ſeu depoſitionem factorum a ſe editi, refert, poſt Exceptionem S. Martini *Ingelgerium*, quem modo *Comitem*, modo *Conſulem* appellat, quia hæ voces hoc tempore ſynonimæ erant, conſtitutum fuiſſe a Turonenſibus, *Theſaurarium & Defenſorem ejus Eccl. additque. Meruit idem Conſul cum venerabilibus Epiſcopis Adalaudo Turonenſi, S. Lupo Andegavenſi, & Mainoldo Cenomannenſi, & Raimone Aurelianenſi, corpus ſæpe nominandi Confeſſoris Martini infra ambitum altaris in altera abſida componere, ipſumque oſtium cum abſida ſigillaverunt, ita, ut nec pateret aditus & introitus*. Quare Herbernus falli non potuit in re, quam propriis oculis vidit. Tam Odo, quam Herbernus *Lupum Sanctum* appellant, quia quo tempore libellos ſuos edidere, *Lupus*, cujus feſtum ritu duplici XVII. Octobr. ab Andegavenſibus celebratur, jam ad D um migrarat. Is itaque *Rainonem* præceſſit, non vero ſubſecutus eſt, uti perperam legitur apud San-Marthanos in Gallia Chriſtiana, deceptos ab Auctore Vitæ Sancti Maurilii, quam citant ex veteribus membranis MSS. in quibus legitur, Archanaldum Diaconum *anno Incarnat. Dominica DCCCCV. & ordinationis Epiſcopatus ejus XXV.* juſſum fuiſſe a Rainone Epiſcopo Andegavenſi Vitam B. Maurilii Epiſcopi etiam Andegavenſis ſcribere. Error enim, in numeros irrepſit, & loco, *Epiſcopatus XXV.* legendum, *Epiſcopatus XV.* cum conſtet ex iis, quæ iidem San-Marthani in medium afferunt, *Rainonem* coævum fuiſſe *Odonis* Galliæ Regis, eique ſupervixiſſe. *Herbernus* Adalaudo in Archiepiſcopatum Turonenſem ſucceſſit, ut apud eoſdem San-Marthanos legere eſt.

VII. *Caroli Imp. finis inglorius.* Carolus Imperator, inquit Annaliſta Metenſis, cum nihil Imperatoria majeſtate dignum adverſus Nortmannos Pariſios obſidentes egiſſet, *ad extremum conceſſis terris & regionibus, qui ultra Sequanam erant, Nortmannis ad deprædandum, eo quod incolæ illarum ſibi obtemperare nollent, receſſit, & recto itinere in Alamanniam perrexit*. Et primo quidem *Ludvvardum* Epiſcopum Vercellenſem, in adminiſtrandis publicis utilitatibus unicum Conſiliarum, objecto adulterii crimine a ſuo latere cum dedecore repulit. Deinde *Richardam* Auguſtam in crimen etiam vocat, quæ propter illud diſſidium, in Monaſterium quod ipſamet condiderat, Deo famulatura receſſit. Perſtat adhuc illud monaſterium in Alſatia ſitum, & *Andelagenſe* appellatum, quod hodie eſt Canonicarum.

VIII. *Imperio deponitur.* *Menſe Novembri circa tranſitum S. Martini Triburias venit, ibique Conventum generalem convocat. Cernentes vero Optimates regni, non modo vires corporis; verum etiam animi ſenſus ab eo diffugere, Arnulfum filium Carolomanni ultro in regnum attrahunt. Et ſubito facta conſpiratione ab Imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim tranſeunt; ita ut in triduo vix aliquis remaneret, qui ei ſaltem officia humanitatis impenderet. Cibus tantum & potus ex Liutberti Epiſcopi* (ſcilicet Moguntinenſis) *ſumptibus adminiſtrabatur*. Mittit ergo ad Arnulfum, *& tantum alimentorum copiam ad ſubſidium vitæ præſentis ſupplex expoſcit*. Conceſſit Arnulfus Rex *non nullos fiſcos in Alamannia, unde ei alimonia præberetur*. Ita Annaliſta Metenſis, & ex eo Regino, quæ Baronius initio ſequentis anni tangit.

IX. *Obitus Boſonis Regis Burgundiæ Regis.* Mortuus eſt hoc anno *Boſo* Rex Burgundiæ ſeu Arelatenſis, de quo Continuator Freherianus Annal. Fuldenſium ſcribit: *Mortuo Buoſone parvulus erat ei filius de filia* (nempe Ermengarda) *Lodouvici Italici Regis: quem Imperator ad Rhenum villa Chirichaim* (hodie Kircheim) *veniens obviam, honorifice ſuſcepit ad hominem, ſibique adoptivum filium eum injunxit*. Ejus Epitaphium refertur in Antiquitatibus Viennenſibus, in quo virtutes ejus perſtringuntur, dicitque, *obiit III. Idus Januarii octavo regni ſui*. Aliqui recentes Hiſtorici mortem ejus in annum ſequentem differunt; cum tamen Carolus Craſſus Imp. qui Ludovicum ejus filium adoptavit, die XII. Januarii ejuſdem anni e vivis exceſſerit, & ſub hujus anni finem Imperium amiſerit. Eos itaque hallucinari non dubito, & quin recte Annaliſta Fuldenſis, cui conſentit Hermannus Contractus, juxta editionem Caniſianam, hanc mortem huic anno recte alligarit. Dies emortualis Boſonis Regis memoratur etiam in veteri Necrologio Viennenſi, ejuſque epitaphium legitur in primaria S. Mauricii Viennenſis Baſilica, in ſacello Sanctæ Apolloniæ, ubi *Boſo* ſepultus fuit. *Ludovicus* ejus filius, qui poſtea in Italia imperavit, anno tantum DCCCXC. Rex Burgundiæ coronatus ut eo anno videbimus.

NOTÆ [1] QUanquam hoc anno delatum fuiſſe Arnulpho Germaniæ regnum admitto; illius tamen epocham nonniſi ab exitu anni cœpiſſe oportet. Nec enim Idibus Decembris illam inchoaverat, ut probat ejus Diploma relatum in Spicilegio Lunigii Continuat. III. pag. 214. Datum eſt illud in gratiam Eccleſiæ cujuſdam B. Mariæ & S. Corbiniani in Friſingenſi epiſcopatu. Conſignatur vero *Idibus Decembris anno DCCCXCIIX. Indict. I.* (in Septembri non mutata) *Anno vero piiſſimi Regis Arnolphi XI. Imperii autem III.* Congruunt hæc cum anno in Diplomate ſignato, ac regni epocham cœptam anno 887. poſt idus Decembris referunt. MANSI



I. SEquitur annus Chriſti octingenteſimus octogeſimusoctavus, ſexta Indictione inchoata, quo pridie Idus Januarii (*a*) Carolus Imperator moritur, jam antea repudiatus a ſuis. Magno quidem Dei judicio factum eſt, ut ipſe Auguſtam Richardem ex levibus quibuſdam ſuſpicionibus teſtantem publice ſe licet junctam Carolo, adhuc intactam virginem permanere, contra jus faſque repudians, menſe Novembris in conventu Triburienſi repudiaretur a ſuis, tradito ejus Regno Arnulpho Carolomanni filio; adeoque Dei volontate Carolus ad ima depreſſus eſt, ut victum quotidianum ab Arnulpho ſupplex expoſceret. Hæc pluribus Regino, qui ipſum laudat ex multis (*b*). Fertur libellus ejuſdem Caroli de viſione ipſi ante triennium oſtenſa de locis inferis & purgatoriis, quibus complures torqueri vidit Principum & Epiſcoporum, qui bellorum civilium fomitem ſuccendiſſent. Habetur a (*c*) Wilelmo Malmesburienſe.

*(a) Regin. hoc anno.* Carolus Craſſus Imp. moritur. Arnulphus Regno, non Imperio ſuccedit.

*(b) Add. ad Bed. l. 2. c. 2.*

*(c) Vvilel. l. 2. c. 2. in fine.*

II. Poſt hæc ſciſſio Imperii, malaque plurima, ex tyrannorum plurium ſimul ex-



ur-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXXVI. Anno Hegiræ CCLXXV. inchoato die 16. Maii fer. 5. A.C. 888.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6381.

☉ 1. GF. ☽ 15. P. 7. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 888.

STEPHANI V. PAPÆ 4.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 3.

I. *Obitus Caroli Imp.* AD num. I. Annaliſta Metenſis hoc anno habet: *Carolus Imperator tertius hujus nominis & dignitatis, obiit pridie Idus Jan. ſepultuſque eſt in Augia monaſterio*. Continuator quidem Freherianus Annal. Fuldenſium ait eum *die Id. Januar.* ultimum diem clauſiſſe; ſed ille diem mortis, hic vero diem ſepulturæ ejus notavit. Annaliſta Mailroſenſis dicit Carolum ab Arnulpho filio fratris ſui de Regno ſuo expulſum: *poſt XL. dies* obiiſſe. Ethelvverdus expulſum eſſe *hebdomadas ſeptem ante obitum*; Hovedenus vero pag. 420. *ſexta hebdomada* ante mortem ſuam. Quare circa initium menſis Decembris ſuperioris Chriſti anni ſolio dejectus fuerat Carolus.

II. *Berengarius & VVido ſe Reges Italiæ dicunt.* Ad num. II. *Poſt cujus mortem*, inquit Annaliſta Metenſis citatus *regna quæ ejus ditioni paruerant, veluti legitimo deſtituta hæredem in partes a ſua compage reſolvuntur. Et jam non naturalem dominum præſtolantur, ſed unum quodque de ſuis viſceribus Regem ſibi creari diſponit*. Ethelverdus, Hovedenus, Annaliſta Mailroſenſis, aliique tradunt, eo defuncto regnum in quinque regna diviſum eſſe. *Quædam pars Italici populi Berengarium filium Everhardi, qui Ducatum Forojulianorum tenebat, Regem ſibi ſubſtituunt. Quidam Vvidonem filium Lamberti æque Regia dignitate ſublimandum decernunt. Ex qua diſſentionum controverſia tanta ſtrages ex utraque parte poſtmodum facta eſt, tantuſque humanus ſanguis effuſus, ut juxta Dominicam vocem, regnum in ſe ipſo diviſum deſolationis miſeriam pene incurrerit. Ad extremum VVido victor exiſtens Berengarium regno expulit*, inquit Annaliſta Metenſis. Berengarius Eberhardi filius quarta die menſis Martii jam regnabat, ut deducitur ex Conſtitutione XLV. Bullarii Caſinenſis, in qua legitur: *Data IV. Nonas menſis Martii anno dominicæ Incarnat. DCCCXCVI. domini vero Berengarii ſereniſſimi Regis IX. Indict. XIV. Actum Veronæ*, &c. ſed Vvido nonniſi ultimis hujus anni menſibus Regium titulum ſumpſit, ut ex variis ejus Diplomatis colligitur. Regia dignitas inter duos diviſa Italiam in duas contrarias factiones diſtraxit, & vix ullus fuit, qui alterum Regem voluerit, qui alteri exitium, ſi potuiſſet, non comparaſſet. *Berengarius* Ticini Regiam coronam accepit, ſed eam Urbem poſtea *Vvido* occupavit.

III. *Odo Rex Franciæ renunciatur.* *Interea Galliarum populi in unum congregati, cum conſenſu Arnulfi, Odonem Ducem filium Rodberti, virum ſtrenuum, cui præ cæteris formæ pulchritudo & proceritas corporis, & virium ſapientiaque magnitudo inerat, Regem ſuper ſe pari conſilio & voluntate creant. Qui rem publicam viriliter rexit, & contra aſſiduas deprædationes Nortmannorum indefenſus propugnator extitit*, inquit Annaliſta Metenſis. Erat tunc *Odo* Comes Pariſienſis, natus Roberto Andegavorum Comite, qui *Fortis* cognominatus fuit. *Unxit autem eum Domnus VValterius Archiepiſcopus*, nempe Senonenſis, inquit Clarius in Chronico Sancti Petri Vivi. Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 24. num. 19. exiſtimat, *Odonem* nomen Regis *tutoris* nomine ſibi tribuiſſe, quia tutores tunc temporis, ut obſervat Ducangius in voce *Hæres*, pupillarium dignitatum ac feudorum titulis donabantur. Sed licet verum ſit, tutores Regum Regis nomine appellatos fuiſſe, certum tamen *Odonem* ſibi regnum vindicaſſe; quod; cum multi ægre ferrent, *Carolum* cognomento Simplicem adhuc puerum ad Regium culmen anno DCCCXCIII. ut aliqui Annaliſtæ notant, provexere, & Fulco Archiep. Remenſis eum ſolenniter conſecravit die XXVIII. menſis Januarii, a quo die prima hujus Regis epocha proficiſcitur, ut ex ejus Diplomatis liquet. Mabillonius ibidem Hermannum Contractum, qui hanc inaugurationem cum anno DCCCXCII. copulat, interpretatur de anno Incarnationis a Paſchate deducto. Sed tam Hermannum, quam Reginonem, qui eamdem in annum DCCCXCII. etiam confert, annum a Natali Chriſti exordiri extra controverſiam impoſterum eſſe debet. In hac autem epocha utrumque falli oſtendit character Dominicæ, quæ an. DCCCXCIII. in diem XXVIII. Januarii incidit. Denique Bella, quæ poſtea Odonem inter & Carolum exorta ſunt, manifeſtiſſime oſtendunt, *Odonem*, non tutorem Caroli, ſed Regem Galliarum

crea-

urgentium factionibus orta ſunt. Nam Berengarius Dux Forojulienſis in Regem eligitur. Wido, ſive Guido filius Lamberti Ducis Spoleti Imperatoris nomen aſſumit, vel potius jam diu ante aſſumptum retinet. In Galliis Comes Pariſienſis Otho, ſive Odo pariter in Regem provehitur, cum viveret Carolus Simplex legitimus hæres. Sed & Rodulphus Corradi filius ſibi Regis nomen impoſuit. Sic itaque Italia & Galliæ hoc potiſſimum anno ſunt ex iis tyrannis emergentibus magnopere afflictatæ. Quod autem deterius videri potuit & plane monſtruoſum, illud fuit, quod tam Epiſcopi, quam Abbates armati ad bella procederent, in hoſtes irruerent, cæderent ipſos & cæderentur ab ipſis. Execrandum plane diu iſtiuſmodi facinus inolevit in Galliis, cujus merito accidiſſe putamus, ut externis

PAGIUS

creatum fuiſſe. [1]

IV. *Non vero Caroli Simplicis tutor.*

Verum quidem eſt id a peſterioribus Scriptoribus quibuſdam literis mandatum fuiſſe; ſed cum nullus coætaneus Scriptor prætenſæ hujus *tutelæ* mentionem fecerit; contra vero *Arnulphus* Germaniæ Rex coronam ſibi oblatam recuſarit; ei Caroli Simplicis coronatio in Odonis amici ſui præjudicium facta diſplicuerit; & *Falco* Remenſis Epiſcopus Odonem pro tyranno in ſua Epiſtola habuerit, evidens eſt nullam tunc Caroli Simplicis rationem habitam, & Odonem coronatum tamqam Regem proprietarium, legitimumque eo modo, qui Guido & Conradus in Italia & in Burgundia Transjurana coronati ſunt, licet a Carolo Magno originem non ducerent. Neque video id poſt hac in controverſiam vocari poſſe.[2]

V. *Francorum diviſio in Latinos & Teutonicos.*

*Hic diviſio facta eſt inter Teutones Francos & Latinos Francos*, inquit Auctor Anonymus Brevis Chronici Francorum, qui tempore Conradi Salici Imp. vixit, publicatus a Lambecio Tom. II. Biblioth. Cæſ. pag. 393. Hic locus de differentia inter Teutones Francos, & Latinos Francos notatu dignus. Natio Gallica duas in linguas diviſa fuit, *Romanam* nempe, & *Teudiſcam*, ſeu Teutonicam, ut videre eſt apud Nithardum lib. 3. Hiſtoriæ Caroli M, loquentem de rebus anno DCCCXLII. geſtis, ſeu de pace inter duos fratres Francorum Reges inita, ubi ait, *Ludovicum* Germaniæ Regem Romana; *Carolum* vero *Calvum* Teudiſca lingua juramentum præſtitiſſe; *Ludovicus* lingua Romana ſeu Latino-Francica, ut a fratris ſubditis facilius intelligeretur, & propter eamdem rationem Carolus lingua Teudiſca. Utriuſque juramenti pars præcipua a Nithardo ibidem recitatur, & ex Ludovici Regis juramento apparet, linguam Gallicam hodiernam jam ante tempus illud exortam fuiſſe. Porro Liutprandus, qui ſeculo ſequenti vixit, in lib. 1. cap. 6. Franciam Occidentalem, modo *Franciam Romanam*, modo abſolute *Franciam* appellat; Wippo vero in Vita Conradi Aug. *Franciam Latinam*, & Bruno lib. de Bello Saxonico Philippum ejus nominis I. Francorum Occidentalium Regem, *Latinæ Franciæ* Regem vocavit, ideſt, Franciæ Romanæ ſeu Gallicæ, lingua Romana ſive Latina corrupta vulgarive, nimirum Gallica utentis, ut videre eſt apud Hadrianum Valeſium in Notit. Galliarum in voce *Francia*, ubi quam varie *Franciæ* & *Francorum* nomen uſurpatum fuerit a Scriptoribus qui ante hoc tempus & poſt illud floruere, erudite oſtendit.

VI. *Rodulphus ſe Burgundiæ Transjuranæ Regem appellat.*

*Rodulfus vero filius Chunradi ſuperiorem Burgundiam apud ſe ſtatuit Regaliter retinere*, ut tradit Continuator Annal. Fuldenſium, ſeu ut loquitur Annaliſta Metenſis, *provinciam inter Jurum, & Alpes Penninas occupat Regemque ſe appellari juſſit*. Conradus pater ejus præfuerat Burgundiæ Transjuranæ, ſed Rodulfus ſua ſorte minime contentus, regionem Transjurenſem ad regni dignitatem evexit, Sequanis & Lotharingis in ſuam fidem pellectis. *Burgundia Transjurana* a Rheno incipiebat, & uſque ad Iſeræ fluvii originem extendebatur, ac continebat Helveticos, Griſones, Valeſios, Sedunenſes, partem Allobrogum, Genevam, Caballiacum agrum, ut hodie appellant, & oppidum Agaunenſe; ſed initio Regnum illud minus amplum fuit.

VII. *Arnulphus hos Reges in gratiam recipit.*

*Arnulphus* cui poſt Caroli Craſſi abrogationem, Franci, Saxones, Thuringi, deinde Boii, ultimum Alemanni acceſſerant, defectionis auctores bello perſequi ſtatuit. Verum cum plerique ex iis ad ejus colloquium, commeatu impetrato, admitterentur, ac ſe in poteſtate futuros pollicerentur, in gratiam recepti ſunt. Quidam Hiſtorici *Arnulphum* Imperatorem appellant, uti Abbo Monachus Pratenſis, qui ſequenti anno libros duos de obſidione Urbis Pariſiacæ ſcripſit; ſed Imperator jure dici non potuit, niſi poſtquam a Pontifice Romano coronatus fuit, quod non niſi poſt aliquot annos contigit. His quinque novis Principibus Continuator Annal. Fuldenſium annumerat *Ludovicum* filium Ermengardæ & Boſonis quondam Regis Arelatenſis. Sed hic anno tantum DCCCXC. Rex Arelatenſis ſeu Burgundiæ Cisjuranæ coronatus eſt, ut eo anno monſtrabimus. Hermannus tamen Contractus juxta editionem Caniſianam de Regulis qui hoc anno emerſere, loquens ait: *Perengarius filius Eberhardi in Italia Regem ſe fecit; Rodolfus filius*

NOTÆ

[1] ODonis in regem inauguratio ante menſem *Majum* anni 888. figenda eſt, ut ex ejus diplomate pro monaſterio *S. Vedaſti*, interventu conjugis ſuæ *Theoderadæ*, apud Martenium in Collectione ampliſſima Anecdot. tom. I. pag. 227. liquet. Datum eſt enim hoc diploma XII. *Cal. Junii Indictione* VIII. *anno* III. *regnante Odone glorioſiſſimo rege. Actum Vermeria palatio in Dei nomine feliciter. Amen.* Ejus effigiem ex ſigillo diplomati ejuſdem appenſo vide apud Mabillon. Annal. Bened. Lib. XXXIX. §. XXXIX. ubi de epocha nonnullorum illius diplomatum. GEORGIUS

[2] IPſe pariter Carolus Simplex Regem legitimum & prædeceſſorem ſuum Odonem hunc appellavit in Præcepto pro Turonenſi S. Martini Eccleſia in Vet, Monum. tom. I. col. 250. *Prædeceſſoris noſtri Odonis regis.* MANSI



nis atque civilibus bellis eædem provinciæ afflictarentur, ſed eo deterius, quod iidem etiam ab ejus temporis ſcriptoribus laudati reperiuntur nomine bellicæ fortitudinis: cum tamquam ſacrorum Canonum violatores & muneris paſtoralis & nominis deſertores deteſtandi fuiſſent.

III. Concilium Moguntinum. (a) Extat to. 4. Conc. Venet. edit.

Eodem anno occaſione novi Regis Arnulphi celebrata eſt Synodus (a) Moguntina, de qua illud primum conſiderandum, eumdem Arnulphum numquam ab antiquis ſcriptoribus Imperatorem eſſe nominatum, ſed ſemper Regem, eo quod nefas eſſet Imperatoris nomen aſſumere, niſi illud eſſet ab Apoſtolica Sede collatum: quamobrem perperam agere convincuntur, qui ſtatim poſt obitum Caroli Arnulphum nominant Imperatorem tamquam hæredem Imperii.

IV. Status infelix Eccleſiarum Germaniæ.

Quanam autem ex cauſa ejuſmodi Synodus collecta eſſet, in ejus præfatione produnt Patres, qua etiam quiſnam ſtatus infeliciſſimus Germaniæ Eccleſiarum, his docent verbis: *Videte & conſiderate quam præclara & nobilia ſervorum Dei ædificia deſtructa & incenſa ſint, & funditus ad nihilum redacta; altaria defoſſa, & penitus conculcata; ornamenta Eccleſiarum Dei valde pretioſa & mirifica direpta, & igne exuſta. Epiſcopi & ſacerdotes, & cæteri ordinis Eccleſiæ viri gladio truncati, & diverſis pœnarum generibus morti addicti: Omnis ætas utriuſque ſexus gladio & igne diverſo mortium genere conſumpti. Quid ergo amplius his dici poſſet? omnia deſiderabilia & pretioſa nobis ablata ſunt, veluti olim ſub comminatione & everſione Judaici templi illis dictum (a) eſt: Ecce ego tollam a vobis deſiderabilia oculorum veſtrorum, ſuper quo pavet anima veſtra. Multi ergo noſtrum, quibus hoc malum contigit, nobilium ædificio templorum, gregique ſibi commiſſo metuebant: quæ omnia ut oculis intuentium patent, ablata ſunt, & penitus ſubverſa. Cujus ſubverſionis periculum incolæ monaſteriorum utriuſque ſexus metuentes, huc illucque vagantur incerti, penituſque omni ſolatio deſtituti, quid agendum, quove declinandum, errabundi cum periculo ſuæ profeſſionis, & ſine paſtore ignorant.* Hucuſque Patres, deplorantes illatas, quas recenſuimus, clades a Northmannis. Subiiciunt iis funeſtiora, quæ pati cogerentur a Chriſtianis raptoribuſque publice graſſantibus, de quibus hæc ſequuntur:

(a) Ezech. 24.

V. Quanta mala ex publicis graſſatoribus.

*Sed his interea malis amaricati, & pene uſque ad mortem afflicti, aliud e vicino malum nos coanguſtat & opprimit; quod quanto vicinius, tanto gravius, nobiſque qui paſtores dicimur, periculoſius. Ecce enim a latere turba rapto-*

PAGIUS

*filius Conradi in Burgundia, Ludovicus filius Boſonis & VVido filius Lamperti in Gallia Belgica, & Provincia. Odo filius Ruſperti in Gallia.* Iſti ergo Scriptores diverſis annis geſta uno tenore referunt.

VIII. *Urbs Senonenſis a Normannis fruſtra obſeſſa.*

Interea Normanni depopulandæ Franciæ tempus non prætermiſere: *Eodem anno* ait Annaliſta Metenſis, *qui Pariſiorum urbem obſidebant, miram & inauditam rem, non ſolum noſtra, ſed etiam ſuperiore ætate fecerunt. Nam cum civitatem inexpugnabilem eſſe perſenſiſſent, omni virtute, omnique ingenio laborare cœperunt, quatinus urbe poſt tergum relicta, claſſem cum omnibus copiis per Sequanam ſurſum poſſent evehere: & ſic Hionnam fluvium ingredientes Burgundiæ fines abſque obſtaculo penetrarent. Civibus autem omni inſtantia prohibentibus aſcenſum fluminis, naves per ſiccum pluſquam duorum paſſuum millibus trahunt, & taliter declinato omni periculo, iterum eas Sequanæ fluentis immergunt. Et poſt pauluium Sequanam relinquentes Hionnam, ut diſpoſuerant & ſub omni celeritate navigantes, Senonis applicuerunt. Ibique caſtris poſitis per continuos ſex menſes eandem urbem obſidione claudunt, totamque pene Burgundiam rapinis, cædibus ac incendiis demoliuntur, ſed civibus fortiter repugnantibus, Deo protegente, nequaquam præfatam civitatem capere potuerunt; quanquam omni laborem ſudore, omniumque artium, & machinamentorum ingenio id multipliciter pertentaſſent.*

IX. Anno ſuperiori *Normanni* receſſerant ab obſidione Pariſienſi, & Senonas profecti erant, cum Carolus Imp. in Germaniam rediit.

*Eccleſiaſtici adverſus Normannos pugnant.*

*Tunc glaciabantur torpentis ſæcla Novembris,*

inquit Abbo Monachus lib. 2. de Bellis Pariſiacæ urbis, qui poſtea narrat quæ a Normannis in Francia geſta ſunt, poſtquam Odo Rex renunciatus fuit. *Meldæ* civitas ab eis obſeſſa, ſed ea a *Segemundo* Præſulæ fortiter defenſa, & tandem hoc anno ab eis incenſa. Abbo enim de Odone Rege loquens, ait.

*Præterea aſtutos periit præceps Aquitanos,*
*Mox ſibi ſubjectis, Francorum regna reviſit,*
*Mania Meldis adhuc Danis ſtipantibus urbis,*
*Cui Præſul reſidens fuerat in ea Segemundus*
*Præſulis Anſcherici Tetbertus belliger heros*
*Germanus Conſul.*

*Anſchericus* Gozlino in Epiſcopatum Pariſienſem anno ſuperiori ſucceſſit, & ipſe, quam *Ebolus* Abbas monaſterii Sancti Germani de Pratis in bello Pariſiaco plures Normannos occiderunt. Nulla enim hoc tempore religio erat Abbatibus & Epiſcopis arma tractare, ſed quæ alias in iiſdem haud laudanda fuiſſent, hac occaſione non criminanda, tam propter illorum temporum conſuetudinem, quam propter Pariſienſis Urbis obſidionem, quam adverſus Paganos tam Epiſcopis quam Abbatibus defendere licitum, promptumque fuit. Baronius enim, qui hic ait, monſtroſum fuiſſe quod utrique ad bella procederent, non videtur intelligendus de bellis ad defenſionem Religionis & Eccleſiarum ſuſceptis.

A num. III. ad VI. *Luitbertus* Archiepiſcopus Moguntinus cum Metropolitis Colonienſi & Trevirenſi ac ſuis Suffraganeis & Abbatibus plu- X.

*ptorum & ſchiſmaticorum ſævit, qui pauperes & humiles Chriſti opprimunt & interimunt, neque Dei reſpectum habentes, neque ullam hominis perſonam verentes. Ab his namque, ſi deeſſet paganorum ſævitia, redigererur in ſolitudinem terra, quia nec ſexui, nec ætati, nec paupertati parcere ſciunt, ſed omnes, quos poſſunt, abſque Dei reſpectu & miſericordia deſpoliant, & crudeliter ſui immemores aut igni, aut gladio, aut quocumque mortis genere interimunt; hocque nihil putant & parvipendunt.* Hæc ſunt, quæ ob omnium oculos lugenda Patres, & corrigenda quoquo modo proponunt. Statuti ſunt in Synodo Canones vigintiſex, quorum tres primi ad Arnulphum Regem ſpectant, quibus admonetur, quomodo ſe gerere debeat in Regni bene diſponendo regimine.

V. Quando unctus Imp. Qui autem hoc anno Wido Dux Spoletinus non Regnum tantum Italiæ, ſed & Imperium ſumpſit, eum Romam profectum & Imperatorem inunctum teſtatur Luitprandus his verbis: (*a*) *Cujus tamen interitum nempe Caroli, de quo dictum Vvido ut audivit, Romam profectus eſt, & abſque Francorum conſilio totius Franciæ unctionem ſuſcepit Imperii.*

(*a*) *Luitp. lib. 1. c. 6.*

Chronographorum redarguitur error de Arnulpho Imp. Ne putes ſtatim id factum ſub eodem Stephano Papa: nam non ſub ipſo, ſed ſub ejus ſucceſſore Formoſo id fieri contigiſſe, ipſius Formoſi litteræ ad Fulconem Rhemenſem Epiſcopum datæ ſignificant, de quibus inferius ſuo loco agendum erit. Cum igitur de Widonis arrepto poſt Carolum Imperio, quod teſtatur etiam Regino, conſtet, magnopere miramur, quomodo recentiores Chronographi in ſerie Occidentalium Imperatorum mox eodem anno, quo Carolus Craſſus Imperator mortuus ponitur, hoc ipſo videlicet anno, Arnulphum collocent Imperatorem, quem veteres ejus ſæculi Scriptores omnes Regem tantummodo nominant, & nullus Imperatorem, niſi poſtquam Romæ coronatus eſt poſt annos octo, ut ſuo loco dicturi ſumus: ſed neque (ut dictum eſt) ipſa Acta Conciliorum eum ad illud uſque tempus Imperatorem appellant. Vvidonem vero unctum a Romano Pontifice tradunt Imperatorem, ac proinde legitimum ſucceſſorem.

VII. S. Remberti obitus. Hoc eodem anno ſanctus Rembertus magnus ille Danorum Apoſtolus ſucceſſor S. Anſgarii in ea functione, & ſcriptor vitæ ejus & imitator egregius ex hac vita diſceſſit. Ita apud antiquum Chronographum (*a*) Adamum monachum: *Obiit*, inquit, *anno Domini octingenteſimo octogeſimooctavo, Indictione ſexta, cujus depoſitio eſt tertio Idus Junii. Sepultus eſt extra baſilicam ſancti Petri ab Oriente, ut ipſe rogavit.* Hæc ipſe, qui eum ſediſſe annos vigintitres affirmat (*b*) ex monumentis monaſterii Corbejenſis, meminitque vitæ ejus ſcriptæ a fratribus ejuſdem cœnobii, quam illam puto, quæ a Surio ſine auctore edita (*c*) reperitur. Quem teſtatur a Nicolao Pontifice pallium accepiſſe, multaque de miraculis ejus leguntur, quæ omnia brevitatis cauſa prætereuntes, cupido Lectori ſeorſum legenda relinquimus. Habuit Rembertus ſucceſſorem Adelgarium, quem idem auctor tradit ſediſſe annis viginti, atque a Stephano Romano Pontifice pallium (*d*) accepiſſe. Sicque Sedis Apoſtolicæ auctoritate, qua cœperat, eamdem eſſe Eccleſiam propagatam ſemper apparet.

(*a*) *Adam. l. 1. cap. 38. in fin.*
(*b*) *Idem lib. 1. c. 32.*
(*c*) *Sur. t. 1. die 5. Febr.*
(*d*) *Adam l. 1. c. 39.*

VIII. Stephanus Patriarcha Conſtant. moritur & Antonius creatur. Hoc eodem anno, qui tertius numeratur Stephani Patriarchæ Conſtantinopolitani, ipſe ex hac vita migravit. Id ex Curopalate accipitur, qui ait: *In ſequenti anno, nempe tertio Imperatoris Leonis, Stephanus Imperatoris frater & Patriarcha exceſſit e vita, in cujus locum ſuffectus eſt Antonius cognomento Cauleos.* Idipſum conſtat ex ſerie Græca Patriarcharum (*e*) Conſtantinopolitanorum, in qua ponitur Stephanus iſte ſediſſe tantum annos tres. Relatus hic legitur in Menologio Græcorum inter Sanctos, ejuſque anniverſaria dies natalis agitur decimaſeptima Maii hoc elogio.

(*e*) *Extat in cod. Juris Græc. Roman. tom. 1. p. 301.*

*S. Stephani Patriarchæ Conſtantinopolitani Baſilii Imp. filii memoria.*

IX. *Hic Baſilii quidem illuſtris Romanorum Imperatoris filius fuit. Et propter ſimplices ejus mores atque prudentiam & quietem, virtutiſque ſublimitatem, adhuc juvenis Imperatoris & ſacræ Synodi, Clerique totius ac populi ſuffragio, Dei beneplacito atque judicio Conſtantinopoleos Patriarcha fuit electus. In magno autem & ſacro throno collocatus, & magnum habens creditum gregem, totius illius Eccleſiæ curam gerens, vigil cuſtos & verus paſtor ad Orthodoxæ Fidei paſcua proprias agens pecudes, mendicos miſerans, viduas & orphanos protegens, injuriamque patientes ab iniquorum eruens manibus, Deumque colens in omnibus. Sic itaque faciens, & carnem continentia conſumens, in ipſo ætatis flore ad Chriſtum migravit.* Hæc ibi. Scias autem ob admirandam ejuſdem Stephani innocentiam, quod Nicephorus philoſophus in oratione funebri, quam habuit in obitu ejus ſucceſſoris Antonii, teſtatur hunc a faſciis ſanctum fuiſſe. Porro ad hunc eumdem Stephanum Patriarcham exſtant complures Leonis Imperatoris novellæ conſtitutiones diverſorum argumentorum ad ſtatum tamen Eccleſiaſticum pertinentes, quas tu conſulas.

X. Legatio Aelfredi Regis cum eleemoſynis Romam. Hoc inſuper anno Aelfredus Rex Angliæ Aethelinum Wintonienſem Epiſcopum Romam miſit; qui illuc eleemoſynas ferret. Sed & ſequenti anno collectam

PAGIUS

Synodus Moguntina. plurimis Synodum Moguntiæ celebravit *anno Incarnat. Domini Jeſu Chriſti octingenteſimo octogeſimo octavo, anno etiam primo regni domini Arnulphi glorioſiſſimi Regis*, uti initio Synodi legitur. [1] Quibus verbis intelligimus, Arnulphum hoc tempore vocatum non fuiſſe Imperatorem, ſed Regem, nempe Germaniæ. Viginti ſex Canones in ea Synodo conditi, in quorum primo dicitur: *Concedimus, ut ſicuti (quod noſtris exigentibus culpis perplurimum a Normannis eſt factum, ſeu alio qualicumque modo) Eccleſiæ fuerint incenſæ, in capellis Miſſas interim liceat celebrare, donec ipſæ Eccleſiæ reſtaurari queant.*

XI. Synodus Metenſis. Hoc etiam circiter tempore Synodus *Metenſis* celebrata in Eccleſia Sancti Arnulphi, cui *Ratbodus* Trevirenſis Archiepiſcopus & tres Epiſcopi, unus Abbas & multi Sacerdotes adfuere. Tredecim Canones in ea editi, in quorum primo dicitur: *Quærenda eſt pietas Chriſti, qua Pagani arceantur, & ſtatuenda eſt lex dei qua crudeliſſimi noſtræ gentis homines a vaſtatione pauperum repellantur.* [2]

XII. Moritur S. Rembertus Archiep. Hamburgenſis. Ad num. VII. Vita *S. Rambertti* Archiepiſcopi Hammaburgenſis in Saxonia, Scripta ab uno Auctore gravi & coævo, vel a pluribus extat in Actis SS. Bollandianis ad diem IV. menſis Februarii, & Sæc. IV. Benedict. part. II. quæ Baronii tempore ſtylo immutato apud Surium legebatur. In ea annus ejus emortualis non notatur, ſed illum recte Baronius ex Adamo Bremenſi retulit. *Quia vaſtatio Nortmannorum vel Danorum*, inquit idem Adamus cap. 37. *exceſſit omnem crudelitatem, eo plus mirum videri ſanctos Dei Confeſſores Anſgarium* (qui tertius Abbas fuit Novæ Corbejæ) *& Rembertum per tanta pericula maris & terræ illas gentes adiiſſe & prædicaſſe ante quarum impetus nec armati Reges aut potentes Francorum populi ſubſiſtere potuerint.* Ejus Virtutes in laudata Vita legendæ.

XIII. Moritur S. Stephanus Patriarcha Conſtantinop. Ad num. VIII. & ſeq. quia Curopalates & Cedrenus ſcribunt, *Stephanum* Leonis Sapientis fratrem, & Patriarcham Conſtantinopolitanum anno tertio hujus Imperatoris obiiſſe, Baronius mortem ejus hoc anno collocavit. Verum Curopalates & Cedrenus, qui eadem prorſus ſcribunt, hac in re decepti ſunt; cum Leo Grammaticus, qui ſequenti ſæculo vixit, Continuator Anonymus Theophanis, Symeon Logotheta & Georgius Monachus uno conſenſu prodant, cum Urbis Regiæ Sacerdotium *annos ſex & menſes quinque* tenuiſſe, qui ideo menſe Majo anni octingenteſimi nonageſimi tertii ad Deum migravit. In Vita Sancti Baſilii Junioris Anachoretæ Conſtantinopoli, a Gregorio diſcipulo ſcripta medio circiter ſæculo ſequenti cap. 1. ubi de filiis Baſilii Imp. ſermo eſt, dicitur: *Stephanus Conſtantinopolis creatus Archiepiſcopus, omni virtutis laude conſpicuus. Sed & hic brevi extinctus eſt, ſuſcipiens a medicis propter moleſtum ardorem continua purgativa, quorum uſu nimium frigefacto ſtomacho, cum incidiſſet in morbum inexplicabilem, conſummatus eſt morte.* Extat ea Vita in Actis Bollandianis ad diem XXVI. Martii: ad diem vero XVII. menſis Maii S. Stephani Patriarchæ Conſtantinop. Encomium ex Menologio Baſilii Porphyrogeniti & ex variis Faſtis MSS. Græcorum refertur, & quia in eorum aliquibus die XVII. menſis Maii; in aliis vero die inſequenti colitur, veroſimile eſt, priorem diem ad mortem, poſteriorem ad ejus ſepulturam referri; cum menſes quinque quibus ſupra annos ſex Eccleſiam Conſtantinop. adminiſtravit, menſe Majo terminentur. Ei ſucceſſit *S. Antonius* cognomento *Caulea*. In eiſdem Actis SS. Bollandianis ad diem XII. Februarii recitatur *Nicephori, beatiſſimi Philoſophi & Oratoris Oratio funebris, ſeu Vita encomio contexta, magni inter Dei Pontifices & admirabilis inter Patriarchas Antonii.* Quæ oratio imperante Leone Sapiente ſcripta. In juvenili ætate Monachus factus, dein Sacerdos ac ſui Monaſterii Abbas, & cum jam ætate provectus eſ-

NOTÆ

[1] SYnodo huic adfuiſſe Epiſcopos XIX. quibus vigeſimus accedebat Willibertus Archiepiſcopus Colonienſis tradit Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus in ſuo Diplomate pro Monaſterio Corbejæ novæ relato in Collectione Martenii to. I. col. 661. Verum ex decreto ejuſdem Synodi pro eodem Monaſterio, quod integrum recitatur a Mabillonio Annalium to. III. in append. conſtat his omnibus acceſſiſſe vigeſimum primum Liutbertum Moguntinum. A Pagio vero hic omittitur inter Archiepiſcopos Folco Remenſis, Thiadmarus Salisburgenſis, Joannes Rotomagenſis, Adalgarius Hamburgenſis. Poſterior iſte ſucceſſit S. Remberto eo anno defuncto. Cum autem S. Rembertum die XI. deceſſiſſe vera ex Matyrologiorum conſenſu petita ſententia teneat apud Bollandiſtas ad diem V. Februarii, recte hinc deducimus Concilium hoc non citius quam labente Junio haberi potuiſſe. MANSI

[2] METenſem Synodum anno huic adſcribit Pagius cum omnibus hucuſque Conciliorum Collectoribus, eandemque poſt Moguntinam collocant. Qua tamen in re præpoſtere ab illis agi, certum eſt; cum Moguntinam Synodum poſt Junium menſem habitam fuiſſe, oporteat ut in Nota ſuperiori oſtendimus. Hæc autem celebrata dicitur die Kalendarum Maii, vel ut legit Sirmondus Kalendarum Martii. Verum nec Martio nec Majo menſe anni 888. celebratam fuiſſe ſuſpicor; cum Synodo huic interfuiſſe legatur Dodo Virdunenſis; qui etiam ſubſcribit Concilio Triburienſi anni 895. Ex ſententia autem Concilii Moguntini habiti poſt Junium anni 888. conſtat Virdunenſibus tunc præfuiſſe *Dithmarum*. Igitur Metenſis Synodus haberi non potuit eodem anno ante Junium, quippe cui interfuit Dodo, qui toto hoc temporis ſpatio uſque ad exitum ſæculi IX. Virdunenſem Eccleſiam adminiſtravit; quare Diethmari ſucceſſor ſtatuendus eſt. Forte ergo melius cum Sirmondo Concilium iſtud initum ſtatueretur die Kalendarum Martii, ac referretur in annum 890. qua Martii exordium in Dominicam diem incidebat. MANSI

ctam univerſalem tam clericis, quam laicis indixit pro colligendis pecuniis, quas mitteret tum Romam, tum etiam Hieroſolymam. Ipſe vero ex ſuo theſauro partem haud mediocrem adjecit. Hæc ex veteribus monumentis Matthæus Weſtmonaſterienſis collegit: qui & alia innumera refert, quæ Rex maxime pius in religione Chriſtiana colenda & propaganda operatus eſt.

XI. (a) *Glab. lib. 2. c. 5.*

Sed & hoc eodem anno quid mirandum Aurelianis in Gallia acciderit, ſic accipe ex Glabro: (a) *Anno Chriſti incarnati octingenteſimo octogeſimooctavo contigit in urbe Aureliana Galliarum admodum memorabile atque formidoloſum portentum. Conſtat ergo in eadem urbe monaſterium in honorem Apoſtolorum Principis antiquitus conſtitutum, in quo primitus Collegium ſanctimonialium virginum omnipotenti Deo deſerviſſe dignoſcitur, quod etiam exinde cognomento, Puellare dicitur. In cujus denique monaſterii medio defixum ſtabat Crucis vexillum, præſeferens ipſius Salvatoris pro ſalute humana mortem patientis imaginem. A cujus ſcilicet imaginis oculis per aliquot dierum ſpacium continue, multis cernentibus, rivus emanavit lacrymarum. Ad quod nimirum terribile ſpectaculum inſpiciendum multitudo maxima convenit hominum: plerique tamen cum illud cernerent, admodum animadvertentes, quoddam eſſe divinitatis præſagium, videlicet illius urbis ſuperventuræ calamitatis. Quemadmodum enim ipſe per ſe Salvator præſciens imminere urbi detrimentum Heroſolymitanæ, fleviſſe illam perhibetur: ſic denique & hanc, videlicet Aurelianum paulo poſt imminentem cladem paſſuram, per expreſſam ſuæ imaginis figuram fleviſſe comprobatur. Contigit ergo poſt paululum in eadem civitate inauditæ rei id ipſum (ut putatur) portendens eventus. Denique cum una noctium cuſtodes videlicet majoris Eccleſiæ, ſcilicet Epiſcopii, ex more exurrexiſſent, atque ipſius Eccleſiæ portas, quibuſlibet ad matutinales laudes properantibus aperuiſſent: ſubito lupus affuit, Eccleſiamque ingreſſus, & funem ſigni ore arripiens, agitanſque illud, inſonuit. Cernentes nimirum qui aderant, mentis ſtupore concuſſi: tandem clamore emiſſo, etſi inermes niſu, quo valuere, illum exturbantes, ab Eccleſia expulerunt.*

Miraculum de Crucifixi imagine.

XII. Theſaurus in fundamento repertus.

*Sequenti vero anno tota illius civitatis humana habitatio cum domibus Eccleſiarum terribiliter igne cremata eſt. Unde etiam nulli venit in dubium, quoniam unius cladis eventus utriuſque rei præceſſiſſet portentum. Erat igitur tunc temporis prædictæ civitatis pontifex venerabilis Arnulphus, qui videlicet genere & doctrina ſapientiæ pernobilis, ac paternorum fundorum redditibus locupletiſſimus, cernens excidium ſcilicet propriæ ſedis, deſolationemque ſibi commiſſæ plebis, potiore uſus conſilio, magnum colligens apparatum, cœpit domum majoris Eccleſiæ, quæ olim dicata fuerat in Crucis Chriſti honorem, jugiter a fundamentis ædificare. Qui dum acerrime cœpto operi cum ſuis omnibus intenderet, ſcilicet, ut quantocyus honeſtiſſime conſummaret, nimirum evidenter præſtitum illi divinum juvamen contigit. Igitur quadam die dum cœmentarii fundamenta baſilicæ locaturi, ſoliditatem perſcrutarentur ipſius telluris, ut reperirent copioſa*

ſa

PAGIUS

eſſet, ad Patriarchatum Eccleſiæ Conſtantinop. evectus fuit. Imperator, inquit Nicephorus, *eum per ipſum ſtatuiſſet vetus Eccleſiæ ulcus, ſeu ſchiſma ad cicatricem deducere, in unum cogit Orientalia & Occidentalia*, ideſt, Epiſcopos, qui Orientem, & qui Europam incolebant. Sed illius Concilii Acta ad nos non pervenere. Certum tamen vivente etiam *Photio*, nefarium ſchiſma, cujus auctor fuerat, extinctum fuiſſe, & utramque Eccleſiam in concordiam rediiſſe.

XIV. *Comitatus Barcinonenſis hæreditarius redditur.*

Hoc circiter tempore Comitatus Barcinonenſis, qui a Regibus Francorum ad vitam concedebatur, factus eſt hæreditarius in gratiam *Guifredi* cognomento *Piloſi*, qui tunc eidem præerat. In libro enim *de geſtis Comitum Barcinonenſium* circa annum MCCXC. a quodam Monacho Rivipullenſi ſcripto, & a Baluzio in Appendice Marcæ Hiſpanicæ promulgato cap. 2. de Guifredo ſeu Vifredo legitur: *Ad eum cucurrit relatio* (nempe ad Guifredum), *Sarracenos in ſuam patriam adveniſſe, totamque pervaſiſſe, & obtinuiſſe ſimul fere. Ipſe igitur hoc Regi intimans, auxiliumque ab eo ad expellendos Sarracenos expoſcit. Rex itaque aliis impeditus negotiis, præſtare ei auxilium denegavit. Hoc ejus tamen poſtulationi attribuit, ut ſi a prædictis ſuis finibus ipſe per ſe Agarenos valeret expellere, Barcinonenſium honor in ejus dominium totiuſque ſui generis in perpetuum deveniret. Nam antea per ſucceſſionem generis idem Comitatus nemini datus fuit; ſed cui & quanto temporis ſpatio Francorum Rex dare voluiſſet. Guifredus igitur congregatis hinc inde copiis Procerum Gallicorum Agarenos ab univerſis ſuis finibus expulſos uſque in fines Ilerdæ compulit, totumque præfatum honorem ſtrenuiſſime recuperatum in ſuum poſſedit dominium. Ecce qualiter de Regali poteſtate in manus noſtrorum Comitum Barcinonenſium honor ipſe Barcinonenſis devenit. Expulſiſque Sarracenis, ut dictum eſt, Rivipullenſe conſtruxit monaſterium, & anno Chriſti DCCCLXXXVIII ſuo tempore fuit honorifice dedicatum, & ab ipſo nobiliſſime prædotatum.* Baluzius in eadem Appendice pag. 817. refert Acta dedicationis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Rivipullenſis factæ *ſub anno Incarnat. domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXXXVIII. indictione VI. ſeu ſub anno primo imperii Odonis Regis ſeu XII. Kal. Maii, epacta XIV.* in quibus ea Eccleſia dicitur pluribus bonis a Vifredo Comite & Vvidinilla Comitiſſa locupletata. Hi Comites ob bella adverſus Saracenos geſta & affinitates cum variis Principibus celebres fuere.

Obiit



*ſa auri pondera, quæ ſcilicet ad totius quamvis magnæ baſilicæ fabricam reformandam certiſſime crederentur ſufficere*, &c. Hæc de his Glaber ejuſdem temporis ſcriptor.

*Ann. Eccl. Tom. XV.*

Kkk Re-

PAGIUS XV. *Obitus Almondiri Ameræ Hiſpanienſis.*

Obiit *Almondirus* Saracenorum Hiſpanienſium Amera, *cum regnaſſet fere duobus annis*, inquit Rodericus in Hiſt. Arabum cap. 28. Mors ejus incidit in diem Sabbati, *XVII. Safari*, ſeu in diem XXX. Junii currentis Chriſti anni, annique Hegiræ CCLXXV. Hunc excepit *Abdalla* frater. Elmacinus quidem lib. 2. Hiſt. Sarac. cap. 19. mortem ejus differt in annum Hegiræ CCXCV. & Abdallam Almondiri filium appellat. Verum Rodericus loco citato, cui alii Scriptores Arabici ſuffragantur, errores illos correxit.

I. *Hunni vocati in Germaniam.*

REdemptoris annus agitur octingenteſimus octogeſimusnonus, ſeptima Indictione ejus exordio conſignatus: idemque bellicorum tumultuum frequentia ubique turbatus, funeſtiſſimus vero redditus Germanis & Gallis ob Hunnorum in eas regiones immiſſiones per Regem Arnulphum, cujus impietatem Luitprandus ita deplorat: O *cæcam Arnulphi regnandi cupiditatem! O infelicem amarumque diem! unius homuncionis dejectio, nempe Zuventebaldi, quem adverſarium patiebatur, fit totius Europæ contritio. Quot mulieribus viduitates, patribuſque orbitates, virginibus corruptiones, ſacerdotibus populiſque Dei captivitates, Eccleſiis deſolationes, terris inhabitatis ſolitudines, cæca ambitio paras? &c.* reliqua bellorum tum in Gallia, tum in Italia, quæ inter ſe mutuo digladiantes Principes, perpetuo geſſere, quod non ſint noſtri inſtituti, idem te docebit, ſi cupis ea Lector, Luitprandus hiſtoricus. Nos res Eccleſiaſticas proſequamur:

II. *Legationes ab Oriente ad Stephanum Papam.*

*Hoc eodem anno, qui tertius numeratur a tempore, quo a Stephano Papa ſcriptæ ſunt litteræ Conſtantinopolim ad Imperatorem Leonem & Epiſcopos Catholicæ communionis, ab eodem Imperatore Leone atque ab iiſdem etiam Epiſcopis legationes mittuntur ad Stephanum Romanum Pontificem, prout ipſe antea mittendas juſſerat. Teſtantur hæc ipſæ litteræ Epiſcoporum, quibus iſta præmiſſa leguntur in dicto Græco (a) codice Columnenſe in appendice addita contra pſeudoſynodum Photianam.*

(a) *Cod. Columnn. num. 45.*

III. *Ita in ſcripto codice.*

*Alia epiſtola deprecatoria miſſa eſt poſt annos tres ab eodem Metropolita Neocæſariæ ad eumdem Stephanum Papam Romanum. Quo etiam tempore ex diverſis partibus juxta Pontificis mandatum, Metropolitæ venerunt, atque Imperatoris homo cum litteris Imperatoris.*

*Sanctiſſimo & beatiſſimo Stephano Oecumenico Papæ Stylianus Epiſcopus Neocæſariæ, & qui mecum ſunt Epiſcopi, Euſebius Epiſcopus Nazianzi, Joannes Epiſcopus Comanorum, Joannes Epiſcopus Leontepoleos, & reliqui Epiſcopi, qui epiſtolæ ſubſcripſerunt.*

IV. *Epiſt. Styliani & aliorum Epiſcoporum ad Stephanum Pap.*

*Divinas & ſacras litteras ſancti & excellentiſſimi Pontificatus tui noſtra humilitas cum accepiſſet, magno affecta eſt gaudio, &c.* Et poſt proœmium epiſtolæ, in quo habetur encomium Apoſtolicæ Sedis, ſcripta ſunt quæ ſequuntur: *Divini tui Pontificatus venerabiles litteræ aſſerebant, quod in litteris ſereniſſimorum Imperatorum noſtrorum, & noſtræ humilitatis magnum eſt diſcrimen, cujus diſcriminis hæc cauſa eſt, quod ii, qui Photium abrenuntiaſſe ſcripſerunt, iidem ipſi illum receperunt in ſacerdotem. Nos vero, qui ne veſtigium quidem ſacerdotii illum habere affirmamus, juxta legitimam & canonicam ſententiam æternorum & beatorum Pontificum Nicolai & Hadriani, ſicut etiam ſancta & generalis Synodus Conſtantinopoli congregata Legatis Apoſtolicæ Sedis & trium ſedium Orientalium promulgavit, quomodo potuimus ſcribere, illum renuntiaſſe, qui ita fuerit condemnatus? Mirati vero ſumus, quomodo eum, quem amotum, a firma petra Chriſto ipſo epiſtolæ proœmio eumdem in illius fine, ut legitimum Pontificem, judicari debere ſcripſeris. Quomodo enim, qui jam reprobatus eſt, iterum judicabitur? Hoc enim pacto prædeceſſorum ſanctorum virorum decreta de ipſo lata irritantur. Nihilominus quanto magis voluerit aliquis res Photii examinare, eo magis puto damnationem majorem illi irrogabit; cujus, ut alia omittamus; ubinam pones ea, quæ adverſus inculpabilem revera* ....... & adverſus ſanctiſſimum Papam Marinum finxit & commentus eſt? quæ omnia te non ignorare, certo ſcimus; quemadmodum litteræ tuæ ad Imperatorem noſtrum ſatis declarant.*

* ſ. Nicolaum.

*Nos vero iterum priores iteramus preces*

PAGIUS SÆC.IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXXVII. Anno Hegiræ CCLXXVI. inchoato die 5. Maii fer. A. C. 889.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6382.

☉ 2. E. ☽ 16. P. 23. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 889.

STEPHANI V. PAPÆ 5.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 4.

I. AD num. I. *Arnulphus* Germaniæ Rex Hungaros, non hoc anno, ut ſcribit Baronius, ſed anno DCCCXCIII. in Germanos immiſit, ut eo anno videbimus. Hic nobis de primo eorum in Pannoniam & vicinas regiones adventu cum Annaliſta Metenſi agendum. *Anno dominicæ Incarnationis DCCCLXXXIX.* inquit iſte Annaliſta, *gens Hungarorum ferociſſima & omni belluæ crudelior, retro ante ſæculis inaudita, quia nec nominata, a Scythicis regnis, & a Paludibus, quas Thanais ſua refuſione in immenſum porrigit, effuſa eſt.* Paulo poſt: *Ex ſupradictis igitur locis gens memorata a finitimis ſibi populis, qui Pecinaci vocantur, a propriis ſedibus expulſa eſt, eo quod numero & virtute præſtarent, & genitale rus exuberante multitudine non ſufficeret ad habitandum. Horum itaque violentia effugati, ad*

*Hungari in Pannonia primum viſi.*





*ces pro iis, qui Photium invite receperunt, & petimus, ut circulares mittas litteras ad Orientalium ſedium Patriarchas, ut ipſi noſtram diſpenſationem recipientes admittant atque confirment, interceſſionibus ſapientiſſimi noſtri Imperatoris, qui eduxit nos de tenebris & umbra mortis, & largitus eſt nobis lumine libere frui. Non enim a Canonibus eſt alienum, Photium quidem damnatum eſſe, & eos, qui illum inviti receperunt, & nunc pœnitentiæ ſigna exhibent, recipi. Hoc enim etiam magnus Athanaſius Alexandriæ Patriarcha ad Ruffinum ſcripſit, quod oportet in ſynodicis conventibus principes hæreſum & ſchiſmatum damnatos reiicere, reliquos vero cum diſpenſatione recipere. Pax mundo & nobis in Chriſto JESU augeatur interceſſionibus ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis, ſanctorum Angelorum, & glorioſorum Apoſtolorum, & omnium Sanctorum.*





PAGIUS *exquirendas, quas poſſent incolere terras ſedeſque ſtatuere, valedicentes patria, iter arripiunt. Et primo quidem Pannoniorum & Avarum ſolitudines pererrantes, venatu ac piſcatione victum quotidianum quæritant. Deinde Karantanorum, Marabentium, ac Bulgarum fines crebris impulſionum infeſtationibus irrumpunt; per paucos gladio, multa millia ſagittis interimunt.* Paucis interpoſitis: *Hujus igitur nefandiſſimæ gentis crudelitate non ſolum memoratæ regiones, verum etiam Italiæ regnum ex permaxima parte devaſtatum eſt.* [1]

II. *Ejuſdem cum Hunnis originis ſunt.*

*Hunni & Hungari* ejuſdem ſine dubio originis ſunt, recteque Bonfinius in ſua Hiſtoria aſſerit, Hungaros trecentos poſt Attilam Hunnorum Regem annos in Pannoniam rediiſſe, ex qua cum a Carolo Magno expulſi fuiſſent, *Hunni* alii hoc tempore eamdem rediere. Porphyrogenneta lib. de Adminiſtrando Imperio Hungaros proprie dictos, *Turcas* appellat & Græci Byzantini, Arabes, & Perſæ populos omnes, qui ad Veterem uſque Tartariam extenduntur, ideſt, a Scythia intra & extra Imaum, *Turcas* etiam vocant. Denique Theophylactus Simocatta lib. 7. cap. 6. & duobus ſeqq. varia ſingularia habet de Hunnis, Abaris & Hungaris quos *Hunnuguros* nominat. Quæ præmittenda fuere, quia ſequentibus annis *Hungarorum* ſæpius mentio occurret.

III. Idem Annaliſta Metenſis ſcribit: *Eodem anno Nortmanni a Senonica urbe recedentes, denuo Pariſius cum omnibus copiis devenerunt. Et cum illis deſcenſus fluminis a civibus omnino inhiberetur, rurſus caſtra ponunt, civitatem totis viribus impugnant. Sed Deo opem ferente nihil prævalent. Tranſactis paucis diebus, iterum Sequanam cum claſſe aſcendunt, & Matronam fluvium ingredientes, Trecas civitatem incendio cremant, & uſque Virdunenſem ac Tullenſem urbes cuncta circumquaque depopulantur.*

*Lutetia ſecundo a Normannis obſeſſa.*

IV. *Moritur Gurmundus Rex Danorum.*

*Gurmundus* Danus, qui in Baptiſmo *Athelſtanus* dictus Orientales Anglos rexit, cum duodecim annos provinciam tyrannide magis, quam imperio adminiſtraſſet, hoc anno mortuus eſt, *Erico* quodam, natione pariter Dano fortunæ ſuæ hærede relicto, ideoque ſub duobus illis Principibus gemuit provincia, donec *Alfredi* Regis e filio nepos *Athelſtanus* alter Danos nimium tumultuantes preſſit, imperioque exuit, ut prodit Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 4. *Gurmundi* autem, qui ante baptiſmum vocabatur *Guthrum* vel *Godrum*, mortem hoc anno accidiſſe, tradunt Ethelvverdus, Hovedenus, & alii.

V. *Alfredus Rex in pauperes liberalis.*

*Alfredus* (Angliæ Rex) *præcepit omnibus Angliæ Epiſcopis, & viris Religioſis fidelium eleemoſynas colligere, collectaſque Romam atque Jeroſolymam deſtinare. Rex quoque de theſauro ſuo, non modicam portionem, fidelium eleemoſynis unitam, ad loca præſcripta tranſmiſit,* inquit Weſtmonaſterienſis ad hunc Chriſti annum. Quæ Eccleſiis & pauperibus dederit Al-

NOTÆ [1] IN fine anni hujus vel alio ſubſequenti celebratam credunt ſapientiſſimi Rerum Italicarum Editores Synodum Ticinenſem, quam ipſi primum e MSS. Schedis vulgarunt to. II. p. I. pag. 416. Cum enim ea Ticini ab Epiſcopis Guidoni faventibus celebrata fuerit, poſtquam ipſe Guido bis hoſtes fugaſſet, non poteſt utique ante hunc annum, vel ſequentem conſignari, cum in fine hujus anni Guido poſt duplex commiſſum cum Berengario prœlium Papiam obtinuerit, ut Sigonio ad hunc annum placet. Cum autem anno 891. IX. Kalendas Martii Imperii dignitatem obtinuerit, ante eam diem celebratam Synodum hanc fuiſſe oportet, cum numquam ibi Imperator, ſemper vero Rex idem Guido dicatur. Porro duplex illud prælium idem videtur, cujus etiam Pagius ſuperius ad annum 888. 2. meminit. Quamvis enim primum ex illis infauſtum Guidoni ceſſiſſe Authores a Pagio laudati aſſerunt; forte tamen ambigui fuit eventus, ut ambæ partes honorem victoriæ ad ſe traherent. In hoc Concilio Canones editi ſunt XIII. verſantes circa debitum honorem, & obſequium Romano Pontifici a cunctis etiam Principibus præſtandum; circa Epiſcoporum, Sacerdotum, & locorum piorum libertatem ab oneribus, ac denique jubentur ſinguli a vexationibus, & proximorum injuriis abſtinere. Poſtremo tandem Regnum Italiæ Guidoni confirmatur.

In hoc vero Concilio Italicum regnum confirmatum fuiſſe Guidoni, non collatum, dixi, quia ex diplomatibus a Muratorio allatis & expenſis perſpicue eruitur regnum ejus Italicum cœpiſſe anno 888. ante Julium menſem. Unum profert idem Muratorius ex Tabulario Mutinenſi, & quidem autographum, ſignatum, *anno DCCCLXXXXI. Indictione X. regnante Domino Vvidone in Italia anno quarto, Imperii primo;* quæ profecto epocha ab anno 888. deducitur. Alia Diplomata vide apud Muratorium in Antiquit. Ital. tom. I. diſ. III. Sero tamen anno illo 888. cepiſſe ſtatuendum eſt, cum extet apud eumdem Muratorium ejuſdem Guidonis diploma *datum Roxellæ die XVIII. Kal. Octobris Indictione XI. anno incarnationis DCCCLXXXXII. anno regni VVidonis IV. Imperii II.* ex quo intelligimus ſerius quam die illa Septembris anni 888. Guidonem cœpiſſe. MANSI

Huduſque Orientales Epiſcopi. Poſt hæc in eodem codice iſta ſubiiciuntur:

*Epiſtola, qua reſpondetur ſuperiori epiſtolæ, ſcripta eſt a ſanctiſſimo Papa & ſucceſſore beati Stephani Papæ Formoſo ad eumdem Stylianum. Stephanus, cum morte præventus, reſpondere minime potuiſſet, reſcripſit Formoſus.* Quamobrem nonniſi poſt ſequentem annum oportuit eam Romam eſſe perlatam: etenim eumdem Stephanum Papam certum eſt ſediſſe annis ſex.

An-

PAGIUS *Alfredus* Rex, pluribus narrat Aſſerus pag. 19. qui ejus pietatis ac largitionum teſtis oculatus fuit, quique antea ſcripſerat: *de Hieroſolyma Abel Patriarcha epiſtolas & dona Alfredo directas, vidimus & legimus.* Porro hic *Abel* fugit diligentium Papebrocii in Hiſtoria Chronologica Patriarch. Hieroſolymitan.





I. ANnus Redemptoris octingenteſimus nonageſimus, Indictione octava ſequitur, idemque ultimus annus Stephani Papæ numeratur; ad ſextum enim ipſum perveniſſe annum liquet; qua de cauſa, reliqua ejuſdem Pontificis præclare geſta, quæ certo anno conſignari minime contigit, hic ad finem Pontificatus ejus recenſenda putavimus, ut in aliis facere conſuevimus, atque in primis quæ ex ſcripto codice Anaſtaſii Bibliothecarii ſæpe citato accepimus, in quo iſta leguntur:

*Intuitus ſanctiſſimus Papa Stephanus inſolentiam populi & cæcitatem cordis ejus vaniloquis, & nefariis fabulis, & ocioſis ſermonibus vacantis in Eccleſia; & audiens quoſdam, vulgante fama, maleficiis & incantationibus uti: hac allocutione, Miſſam celebrans, populum admonuit.*

II. Sermo Stephani Pap. *Filiationem veſtram chariſſimi commonemus, ut convenientes ad ſacratiſſimum Dei templum, id diligenter pertractare ſtudeatis ad quod veniſtis. Si enim veraciter templum Dei eſſe creditis illud, ad quod convenitis: id proculdubio inibi operari debetis, quod placeat ei, cujus templum eſt, ad quod convenitis. Cum enim ubique Dominus ſit: in ſuo tamen templo ſpecialiter debet requiri. Et quantum ipſe inſpirare dignatus fuerit, id inibi quod ei placeat, debet expeti. Eſt ergo miſericors Dominus, ita tamen ſuam miſericordiam unicuique diſponit impertiri, ut rogantibus eam tribuat, non ingratis; & tanto largiori illam tribuat unicuique pietate, quanto majoribus gemitibus & ardentiori animo a quolibet ſit deprecatus, ſicut ipſe dicit* (a) *: Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Eſt namque templum Dei locus orationis, ſicut ipſe alicubi dicit:* (b) *Domus mea domus orationis eſt cunctis gentibus: & Pſalmiſta:* (c) *Domum tuam decet ſanctitudo Domine; quippe ſi orationis domus eſt, id ibi oportet peragere, quod vocatur; ideſt orare, pſallere, peccata confiteri, amaris oculorum lacrymis & mentis gemitibus delicta abluere, & fiducialiter veniam de commiſſis culpis implorare. Eſt quippe ibi ſpecia liter reſpectus divinus, aſſiſtunt ibi Angelici ordines, Sanctorum chori, qui Fidelium vota & preces ſacerdotis pro populo deprecantis ad aures perferunt Domini Sabaoth.*

(a) Luc. 7.
(b) Matt.
(c) Pſalm. 92.

III. *Qua ergo fronte in ſacratiſſimo Dei templo Dei aſſiſtit, qui inanibus fabulis & ocioſis verbis inſiſtit? Nam ſi de omni verbo ocioſo in die judicii ratio eſt reddenda: de his maxime reddetur ratio, & exigetur vindicta, quæ in conſpectu tantorum Sanctorum proferuntur contumaciter in loco Deo dicato. Qua inquam ſpe veniam conſequi de præteritis arbitratur delictis, qui non ſolum peccata ſua negligit abluere, ſed potius contendit augere? Paveſcite illum, qui flagello facto de funiculis, ejecit vendentes & ementes de templo: remiſſius ſcilicet eſt utiliter negotiari, quam inaniter & ocioſe confabulari.*

IV. *Cum convenitis ad locum orationis, cum ſilentio ſtate, intento corde Dominum deprecamini, ut orantis pro vobis ſacerdotis vota ſuſcipiat, preces exaudiat, habentes præ oculis monentem Dominum & dicentem:* (d) *Cum ſtatis ad orationem, dimittite ſi quid habetis adverſus alterum, ut & Pater veſter cæleſtis dimittat vobis peccata veſtra. Hæc meditantes, & divina gratia inſpirante, facientes; & Evangelicis & Apoſtolicis documentis imbuti, impetrata ab omnipotenti Deo miſericordia, cum fructu bonorum operum, quaſi lampadibus illuminati, cum gaudio & Chriſto repræſentari, & cum Sanctis coronari merebimini.*

(d) Matt. 12.

V. *De cætero, chariſſimi, noſſe vos volumus, quod legem Dominus populo ſuo inſtituens, Moyſe teſte, intulit dicens:* (e) *Maleficum non patiaris vivere. In hac itaque Urbe (quod dolens dico) inveniuntur quidam, qui non ſolum maleficos non increpant, ſed potius tuentur & fovent, per quos incantationibus quibuſdam dæmones conſulere non perhorreſcunt, & divinæ legis & Apoſtolicæ doctrinæ immemores, quæ intonat, dicens:* (f) *Quæ participatio luci ad tenebras, aut conventus Chriſto & Belial? In hoc enim quod Chriſto contempto, dæmones, Gentium more, conſulunt, Chriſtianos ſe omnimodis non eſſe fatentur. Quod quam horribile, quamque ſit profanum, ut Chriſto contempto, dæmones Chriſtianus adoret*

(e) Exod. 22.
(f) 2. Cor. 1.
Adverſus maleficos.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCC-XXVIII. Anno Hegiræ CC-LXXVII.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6383.

⊙ 3. D. ☽ 17. P. 12. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 890.

STEPHANI V. PAPÆ 6. inchoato die 25. April. fer. 7. A.C. 890.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 5.

*vet, unuſquiſque perpendat, ut tale facinus fieri perhorreſcat. Quamobrem quiſquis deinceps tali contagio ſe polluere tentaverit: alienum vivifici fieri corporis & ſanguinis Domini noſtri JESU Chriſti, Spiritus ſancti judicio, donec a tanta reſipiſcat ignavia, judicamus. Qui vero tam ſalubribus interdictis contemptor extiterit, & in eadem peſtifera pertinacia perſeverans, reſipiſcere neglexerit: in perpetuum a Deo Patre & JESU Chriſto Filio ejus ſit anathema.* Hactenus ſermo Stephani Papæ ab Anaſtaſio recitatus, qui poſt hæc ſubiicit:

VI. *Cumque talis iſte præſtantiſſimus Præſul exiſteret, & in his, quæ divino cultui conveniunt finetenus perſeveraret: tanta illi eſt divinitus gratia conceſſa, ut quidquid habere poſſet, ſacris daret Eccleſiis, captivos redimeret, ſolicitus exiſtens pro ſalute omnium; quia cum fama ejus nominis atque actuum tam per Orientales, quam per Occidentales partes diffamaretur, pene omnes ad eum accurrebant, ut ejus benedictionem perciperent.*

VII. Abuſus correctus a Pontifice.

Præter hæc autem non tacendum quod idem auctor ſubdit de pravo uſu, qui tunc irrepſerat, cum qui Miſſas celebrarent in Eccleſia ſancti Petri Apoſtoli, aliqui donare eiſdem Eccleſiæ miniſtris ab eis exigeretur. Etenim adeo ingens erat deſiderium ſacerdotum in loco tam celebri facultatem Miſſas celebrandi accipere, ut Eccleſiæ eidem aliquid donarent gratitudinis cauſa: quod poſtea illiberaliter exigi ab æditiuis conſuevit; ait enim: *In ſupra dicta venerabili baſilica cum idem ſanctiſſimus Papa omnium vitiorum fortiſſimus extirpator malam conſuetudinem inveniret, ut presbyteri, qui ibidem quotidie Domino ſacrificium offerebant, omni anno unam vittam * conſuetudinaliter darent; quam conſuetudinem ſanctæ memoriæ domnus Marinus Papa anteceſſor ejus fregerat; ſed cum ſubreptionibus quorumdam hominum, tempore Hadriani Papæ Tertii repullulaſſet: ſub forti obteſtatione Stephanus Papa præcepit, ut nullus umquam ab eis non ſolum hoc, verum etiam aliquod aliud tributum acciperet, ſed cum omni honore, ſicut ſacerdotes oportet, ſuum peragi officium eis liceret.* Hæc ipſe, qui ſubiicit de donis diverſis Eccleſiis oblatis, & aliis reſtauratis, ſed codex mutilatus habetur; nam quæ ad finem ejus ſunt geſta deſiderantur; nec quo menſe vel die deceſſerit ipſe Stephanus Papa continet: Porro extat Stephani hujus reſcriptum (*a*) ad Romanum Epiſcopum Ravennatem de electione Epiſcopi Imolenſis, necnon aliud ad Heribertum Archiepiſcopum Moguntinum, quo aſſeritur non approbari purgationem per ferrum candens & aquam ferventem.

* puto legendum Vvactam Francum vocabulum de quo Capitularium lib. 3. c. 68 quod mercedem ſignificat, quæ ſolet impendi cuſtodib.

(*a*) *diſt.* 63. *c.* 12.

VIII. S. Sampſonis Abb. obitus.

Hoc item anno moritur vir inſignis ſanctitate atque doctrina Samſon Abbas S. Zoili Cordubæ Civitatis, qui tempore perſecutionis ab Eulogio deſcriptæ claruit, vitamque in hunc uſque annum propagavit in jugi confeſſione nominis Chriſti, vexantibus Eccleſiam Regibus perſecutoribus. At non ſolum adverſus eos fuit illi certandum, ſed adverſus malos Chriſtianos Martyrum deriſores, inter quos qui eminebant, alter fuit Epiſcopus, Comes alter, ambo egregiæ impietatis homines, Sarracenorum Principum amiciſſimi. Colliguntur iſta non ab alio aliquo auctore, quam ex ſcripto tunc ab ipſo Apologetico litteris Gothicis, quod Toleti in bibliotheca aſſervari adhuc, qui vidit & legit Ambroſius Morales teſtatur; dum in ſcholiis ad librum primum Memorialis Sanctorum hæc ait: *Vivebat Cordubæ hoc ipſo tempore presbyter, qui is Abbas poſtea ſancti Zoili fuit, Samſon nomine, vir doctus & ſubtili ingenio, in philoſophiæ & ſacrarum litterarum ſtudiis verſatus. Id abunde declarat ejus Apologeticum opus, quod tribus libris diſtinctum ſcripſit contra Hoſtigeſium Malacitanum Epiſcopum, qui ipſum in Concilio Cordubenſi hæreticum cum convicio dixerat, quemadmodum ipſe in præfatione libri ſecundi late commemorat. Ibi ſe Abbatem Eccleſiæ S. Zoili martyris Æra nongenteſima prima, hoc eſt, anno, Domini octingenteſimo ſexageſimo-tertio factum oſtendit. Eſt is annus poſt Eulogii martyrium tertius vel quartus.* Et inferius idem auctor:

IX. *In præfatione* (inquit) *libri ſecundi de Servando Comite Chriſtiano, ſed nefario homine ita ait: Poſtquam multa mala, quæ Chriſtianis viventibus intulerat, recenſuit: Deinde virorum mortibus non contentus, quieſcentium (quorum animabus impedire requiem non potuit) ne vel ipſis parcere videretur: corpora, ut fuerant ſub aris Dei poſita, e ſuis loculis inſignis veſpillo traxit, & fidelibus Regis, ut fuerant ancipiti enſe truncata, monſtravit? ut hoc facto animos regios in noſtrorum perniciem excitaret, quatenus probarentur apud eum debito mortis obnoxii, qui auſi eſſent humare illius proſtratos pugione.* Hucuſque ex Samſone ille, qui & ad ejus ſepulcrum exaratum huiuſmodi recitat epitaphium cum hoc titulo.

X. Epitaphium, quod idem Cyprianus presbyter in ſepulcro domini Samſonis edidit metro heroico.

*Quis quantuſve fuit Samſon clariſſimus Abbas,*
*Cujus in urna manent hac ſacra memmemba ſub aula,*
*Perſonat Heſperia, illius famine fota.*
*Flecte Deum precibus, Lector, nunc flecte peroro,*
*Æthera, uti culpis valeat conſcendere terſis:*
*Diſceſſit longe notus, pleruſque dierum,*
*Sextilis namque menſis die vigeſima prima.*
*Sextilis namque menſis primo & vigeſimo ſole.*

Ita ibi incompoſite, & poſt hæc.

*Æra DCCCCXXVIII.* Eſt is annus Domini octingenteſimus nonageſimus. Scriptum eſt ejuſmodi epitaphium a Cypriano presbytero Cordubenſi, ut idem qui ſupra auctor teſtatur: a quo utinam ipſum editum fuiſſet Samſonis Apologeticum, digna horum temporum fax.

XI. Quo pariter anno ſanctum virum eremi cultorem qui in Orenſi diœceſi claruit, eſſe defunctum, inſcriptio ad ejus ſepulcrum poſita docet, quæ ſic ſe habet:

HIC. REQVIESCIT. FAMVLVS. DEI.
VINTILA. QVI. OBIIT. DIE. X.
KALENDAS. IANVARIAS. ÆRA.
DCCCCXXVIII.

Ubi colitur ut ſanctus antiqua traditione majorum.

Eadem pariter nota Æræ conſignatum habetur teſtamentum Regis Adefonſi Magni, quo multa largitur monaſterio ſancti Hadriani & Nataliæ martyrum. In quo plura præfatus de proficua ſanctorum Martyrum interceſſione, hanc habet in fine ſubſcriptionem, poſt hanc temporis inſcriptionem:

*Facta ſcriptura teſtamenti vel confirmationis die nono Kalend. Februarii Æra DCCCCXXVIII.*

XII. *Adefonſus ſervus Chriſti hoc teſtamentum, quod fieri elegi, confirmo.*

*Xemena vernula Chriſti hoc teſtamentum confirmo.*

*Sub Chriſti nomine Hermenegildus ſedis regiæ Oveti Epiſc. confirmo.* Simili modo Siſnandus Frienſis Epiſcopus, Nauſti Corimbrienſis Epiſcopus, & Ranulphus Aſturicenſis Epiſcopus, & Abba-

PAGIUS

I. *Zventibaldus Rex Moraviæ ſit etiam Dux Bohemiæ.*

Ad num. XII. Annaliſta Metenſis, & ex eo Regino hoc anno ſcribunt: *Arnulfus Rex* (nempe Germaniæ, qui ideo a quibuſdam perperam Imperator hoc tempore fuiſſe dicitur) *conceſſit Zventibolh Marabenſium Sclavorum Regi Ducatum Behemenſium, qui hactenus Principem ſuæ cognationis ac gentis ſuper ſe habuerant: Francorumque Regibus fidelitatem promiſſam inviolato fœdore conſervaverant. Eo quod illi, antequam in regni faſtigio ſublimaretur, familiaritatis gratia fuerat connexus. Denique filium ejus* (nempe Arnulphi) *quem ex pellice ſuſceperat, a ſacro fonte levavit, eumque ex nomine ſuo Zventibolh appellari fecit. Quæ res non modicum diſcordiarum & defectionis præbuit incitamentum. Nam & Behemi a fidelitate diutius cuſtodita receſſerunt. Et Zventibolh ex adiectione alterius regni vires non parvas ſibi acceſſiſſe ſentiens, faſtu ſuperbiæ inflatus, contra Arnulfum rebellavit. Quod cum cognoviſſet Arnulfus, cum exercitu regnum Marabenſium ingreſſus cuncta quæ extra urbes reperit, ſolo tenus demolitus eſt. Ad ultimum, cum & cæteræ fructiferæ arbores radicitus exciderentur, Zventibolh pacem popoſcit, & dato filio obſide hanc ſero promeruit.*

II. *Adverſus Arnulphum Germaniæ Regem rebellat.*

Hactenus *Zventibolh*, ſeu Zventibaldus, qui & *Sfentopulcrus* appellabatur, Moraviæ Princeps Arnulpho, ſicuti anteceſſoribus ejus Germaniæ Regibus, quorum beneficiarius erat fidem ſervarat. Sed Ducatu Bohemico auctus in eum rebellavit. Ex laudato loco colligitur primo, Baronium anno DCCCLXXXIX. perperam ſermonem habuiſſe de bello, quod Arnulphus Rex Hungarorum opera adverſus *Zventibaldum* geſſit; cum illud ad annum DCCCXCIII. pertineat, ut ibi oſtendemus. II. Annaliſtam Metenſem uno tenore recitare quæ hoc anno incœpta, anno DCCCXCIII. ad finem perducta ſunt; eo enim anno, ut mox dixi, *Zventibaldus* ab Arnulpho Rege devictus. III. *Sphentopulcrum* ſeu *Sphentopolcum* diverſum non eſſe a Zventibaldo, uti jam ſupra inſinuavi. *Sfentopulcus* enim in Sphentopulcrum corrupte mutatus differt tantum pronunciatione, ſeu orthographia a Zvventiboldo, cum hæc vox *Zvvend* a Germanis & Sclavis *Sfent* ſeu *Sphent* pronuntietur. *Zventibaldus* a Coſma Pragenſi in Annalibus Bohemorum ad annum DCCCXCIV. dicitur *Zvvantopluk*, & a Porphyrogenneta lib. de Adminiſtr. Imperio cap. 41. *Sphendoplocus*.

III. *Lutetia tertio a Norman. obſeſſa.*

Pergit Annaliſta Metenſis: *per idem tempus Nortmanni a Matrona fluvio exeuntes Pariſius revertuntur. Et quia omnimodis deſcenſus fluminis per pontem prohibebatur, tertio caſtra locant, & iterato certamine prædictam urbem impugnant. Sed civibus, qui continuis operum ac vigiliarum laboribus induruerant, & aſſiduis bellorum conflictibus exercitati erant, audaciter reluctantibus, Nortmanni deſperatis rebus naves per terram cum magno ſudore trahunt, & ſic alveum repetentes Britanniæ finibus claſſem traiiciunt. Quoddam caſtellum in Conſtantienſi territorio, quod ad Sanctum Loth dicebatur, obſident, acceſſum ad fontem aquæ ex toto prohibentes, oppidanis ſiti areſcentibus fit deditio, eo pacto, ut vita tantum conceſſa, cætera tollerent. Illis a munitione progreſſis, gens perfida fidem & promiſſa data profanat, omneſque abſque reſpectu jugulat. Inter quos Epiſcopum Conſtantienſis Eccleſiæ interimunt.* Eos tamen poſtea a Britannis hoc ipſo anno devictos eſſe, narrat Baronius ex Reginone.

Ad

bates & proceres ſubſcripſere.

*Hoc eodem anno Eccleſia in Moravia admodum afflictata eſt occaſione defectionis ejus Principis ab Arnulpho Rege, qui in eam ingreſſus provinciam, omnes, quas in ea reperit, demolitus eſt urbes,* Hæc Regino hoc anno.

XIII. *Quo pariter anno* (idem inquit auctor) *Dux Britanniæ Alanus coadunata omni Britannia tale votum vovit: Ut ſi adverſarios per divinam virtutem ſuperare poſſet, decimam partem omnium ſuorum bonorum Deo & ſancto Petro Romam deſtinaret. Omnibuſque autem Britonibus idem votum ſpondentibus, ad pugnam procedit, & commiſſo prœlio, tanta ſtrage hoſtes fudit, ut vix quadringenti viri ex quindecim millibus ad claſſem repedarent.* Erant iſti Northmanni hoſtes, audaciſſimi ſicut & potentiſſimi.

Quod ad res pertinet Orientis, hoc an-

PAGIUS

IV. *Moritur S. Antonius Caulea Patriarcha.*

Ad num. XIII. Cum *Sanctus Antonius Caulea* Patriarcha Conſtantinop. menſe Maio anni octingenteſimi nonageſimi tertii renunciatus fuerit, ut ſupra oſtendi, mors ejus ante annum octingenteſimum nonageſimum quintum non accidit; cum in Serie Patriarcharum Conſtantinop. in corpore Juris intexta ei anni duo attribuantur. Verum quidem eſt, in eadem Serie *Stephano* ejus Deceſſori annos tantum tres perperam adſcribi; ſed hunc Anonymum in Pontificatu Antonii Cauleæ non erraſſe demonſtrat initium *S. Nicolai Myſtici* ejus Succeſſoris, quod ab anno DCCCXCV. removeri non poteſt, uti ex dicendis in ejus morte liquebit. Quare Symeon Logotheta mortem *Antonii* Patriarchæ & ordinationem *Nicolai*, quem Imperatoris *Myſticum* appellat, cum ejuſdem Imperatoris anno decimo appoſite copulavit. Zonaras durationem Sedis ejus expreſſerat, ſed incuria Librarii, vel codicis antiqui vitio ea in editis exemplaribus omiſſa fuit. Colitur S. *Antonius Caulea* tam a Latinis, quam a Græcis die XII. menſis Februarii, quo in Actis SS. Bollandianis refertur *Oratio Nicephori Philoſophi* in hujus Sancti laudem, in qua ob egregias ejus virtutes, præſertimque liberalitatem, in pauperes valde celebratur: *Nolebat*, inquit Nicephorus, *una civitate, etſi ſit tam magna, ſuam circumſcribi commiſerationem: ſed ad quantum Sol aſpicit eam contendebat extendere: hinc manus ſcatentis miſericordia participes erant Scythæ & Traces, & cum aliis Myſi quoque qui ſunt in Aſia.*

V. *Ludovicus filius Boſonis fit Rex Arelatenſis.*

Habitum hoc anno Concilium *Valentinum*, in quo *Ludovicus* filius Boſonis Regis Arelatenſis Rex ejuſdem regni conſtitutus eſt, *cui præſtantiſſimus* (*Carolus* nempe Craſſus) *Imperator jam Regiam conceſſerat dignitatem, & Arnulphus, qui Succeſſor ejus exiſtit per ſuum ſceptrum, perque ſuos ſagaciſſimos Legatos Reoculphum videlicet Epiſcopum & Bertaldum Comitem Fautor Regni, Auctorque in omnibus eſſe comprobatur*, ut dicitur in Actis ejuſdem Concilii a Sirmondo publicati. Hujus Principis varia ſuperſunt Diplomata, Viennæ, ut plurimum data. Quando dictus fuerit Imperator, ſuo loco referemus.

VI. *Floret S. Berno Abbas Gigniacenſis.*

Florebat hoc tempore *Sanctus Berno*, qui poſtea Congregationem Cluniacenſem fundavit, in Regno Burgundiæ Transjuranæ, præeratque Cœnobio Gignienſi a ſe in territorio Lugdunenſi condito, cui cum *Rodulphus* Rex aliqua bona dediſſet, eaque a quibuſdam Præpotentibus fuiſſent invaſa, cauſam detulit ad *Ermengardem* Reginam, Boſonis relictam & Ludovici matrem, quæ in ſolemni Placito Varennæ (multa erant hujus nominis in Galliis oppida) habito ſententiam dixit in gratiam *Bernonis*, ſeu Cœnobii Gigniacenſis. Decretum tunc emiſſum recitat Mabillonius Sæc. V. Benedict. pag. 71. ex MS. Codice Petaviano, cujus initium eſt: *Anno ab Incarnatione Domini DCCCXCVIII. indictione VIII. cum conveniſſet Ermengardis Regina, & cuncti Principes Ludovici filii Boſonis, in loco qui dicitur Ravennas, ad Placitum:* Idem Decretum refert Guichenonus in Bibliotheca Sebuſiana pag. 60. ex Gazophylacio Cameræ Computorum Pariſienſi, ſed loco *Ravennas*, recte habet *Varennas*. Non dubium, quin utrumque exemplar diverſis temporibus, vel ex autographo, vel ex diverſo exemplari deſcriptum fuerit, quia ſubſcriptiones inter ſe variant, licet in anno DCCCXCVIII. & in indictione VIII. inter ſe conveniant, cum tamen alteruter temporis character depravatus ſit. Hadrianus Valeſius in Notis ad *Carmen Adalhoronis Epiſcopi Laudunenſis ad Rotbertum Regem Franc.* a ſe Pariſiis publicatum dicit, ſe præ manibus habuiſſe veterem Codicem exiguum Pauli Petavii V. C. nomine manuque notatum in quo inter alia continetur *Placitum Ermengardis Reginæ & Principum Ludovicii filii Boſonis anno DCCCXCVIII. indictione VIII.* Verum illo Chriſti anno in curſu erat indictio prima, non vero indictio VIII. Tom. IX. Conc. pag. 423. idem Placitum refertur ex San-Marthanis, Guichenone & Petro Lalandeo, ſed ibi habetur, *anno ab Incarnat. Dom. DCCCLXXXIX.* & in notula dicitur, Indictionem illam VIII. more Gallorum a VIII. Kalend. Octob. inchoari, & illud emiſſum eſſe ſuperiori Chriſti anno. At præterquam quod Galli Indictiones a Kalendis Januariis, & aliquando a Kal. Septemb. his temporibus auſpicabantur, non licet Auctoribus ſuas conjecturas loco textus Lectoribus obtrudere, aut ſaltem ii de ſimilibus correctionibus, quæ non raro depravationes ſunt, monendi.

VII. *Diverſus a Bernone, cujus meminit Hincmarus.*

Exiſtimo itaque errorem fuiſſe in primo exemplari, unde alia tranſcripta, & Librarium per oſcitantiam bis numerum VIII. poſuiſſe, ita ut *Judicium* illud *Varennenſe* hoc anno indictione VIII. notatu peractum ſit, antequam *Ludovicus* Provinciæ Rex coronaretur; cum *Ermengardis* ejus mater ac Tutrix *Regina* in eo, ipſe vero tantum Ludovicus *filius Boſonis*, appelletur. Sed redeo ad *Bernonem*. Baronius anno CMXII. num. XVII. meminit literarum Hincmari Remenſis & Æneæ Pariſienſis Epiſcoporum, in quibus mentio de quodam Bernone, quem Hincmaro *fratres de monaſterio S. Dionyſii per licentiam Domni Abbatis Hludovici ad educandum atque erudiendum commiſerant*; & quem Æneas *Acolytum* ordinaverat, huncque Bernonem Baronius a Bernone primo Abbate Cluniacenſi diverſum non eſſe putat. At alius plane cenſendus eſt Abbas Cluniacenſis, cum ille ex Parochia eſſet Æneæ, & hic ex Burgundia Jurenſi, inquit Mabillonius Sæc. V. Benedict. in eius Elogio Hiſtorico.

VIII. *Arnolfus Rex* (nempe Germaniæ) *habito in Pan-*



anno moritur Antonius Patriarcha Conſtantinopolitanus: ubi tantum annos duos ſediſſet. Ita in ſerie Patriarcharum Conſtantinopolitanorum in corpore Juris Orientis intexta: *Claruit iſte egregia ſanctitate, proque pace & unitate Eccleſiæ laboravit, quam & feliciter eſt conſecutus, ut teſtatur Nicephorus philoſophus ea oratione, quam in ejus funere habuit, quam invenies apud Metaphraſtem die duodecima Februarii. Contexuit ipſe eo panegyrico ejus vitam atque ejus poſt obitum facta miracula. Succeſſit huic Nicolaus cognomento Myſticus: erat id nomen dignitatis primæ poſt magnum Chartularium, de cujus inſignibus Curopalates, inquit, ſunt tiara, & prætexta vittata loris.* Ita ipſe in libello de officiis Conſtantinopolitanæ urbis.



PAGIUS

*Stephanus V. Arnulfum Regem in Italiam vocat.*

*Pannonia de diverſis colloquio, a Zventibaldo Duce Marabenſi,* (ideſt Moravienſi) *ex verbis Apoſtolici obnixe rogatur, ut Romam veniens, Italiamque ſub ditione ſui retinens, a tantis eam erudit tyrannis. Quod ille aliis præpeditus ad præſens facere diſtulit. Iterum Conventu apud Foracheim acto, Ludovici Imperatoris Italiæ filiam* (ſc. Ermengardem) *ad ſe cum muneribus venientem, benigne ſuſcepit*, inquit Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam.

I. *Formoſus Papa poſt Steph.*

SEquitur Chriſti annus octingenteſimus nonageſimusprimus, nona Indictione, quo Stephano Papa defuncto, ubi ſex annis ſediſſet, in locum ejus eſt ſubrogatus Formoſus ex Epiſcopo Portuenſi.

De hoc autem dicturi, antea opus eſt, ut errores arguantur nonnullorum auctorum in his, quæ ſpectant ad ſucceſſionem Romanorum Pontificum, & in primis (a) Leonis Oſtienſis, qui in hiſtoria Caſſinate Formoſum Papam collocat poſt Hadrianum ante Stephanum Papam, cui non præceſſiſſe, ſed ſucceſſiſſe, exploratiſſimum eſt. Sed quod deterius eſt, quod patravit ſacrilegium Sergius Papa ſchiſmaticus, tribuit ipſe abſurde nimis eidem laudatiſſimo Pontifici Stephano, ☞ niſi intelligat de Stephano illo nequiſſimo, numero, Septimo, dicto Sexto ☜. Marianus Scotus autem poſt Marinum Papam Agapetum ejus ſucceſſorem ſomniat, & poſt Hadrianum Baſilium numquam viſum vel auditum Pontificem collocat, & poſt Baſilium ponit Stephanum: Eodem quoque errore de Agapeto atque Baſilio imaginariis Pontificibus abducitur Sigebertus, & ſi qui alii eos ſequuti; qui cum ex antiquis omnibus Romanorum Pontificum ſcriptoribus erroris arguantur, etiam Græcorum hujus temporis auctorum monumentis toto cœlo errare convincuntur. In ſæpe enim citato codice Græco Columnenſi, ibi cum redarguitur pſeudoſynodus Photiana, atque ſucceſſorum Nicolai & Hadriani Romanorum Pontificum ſeries texitur, hæc habentur: *Poſt Hadrianum hunc Joannes, poſt Joannem Marinus, poſt Marinum Hadrianus, alter deinde Stephanus Sextus, deinde Formoſus, poſt hunc alii quatuor, videlicet Bonifacius, Stephanus Romanus, & Theodorus, & poſt hos Joannes, qui hæc ſcripſit.* Hæc ibi ab auctore ejus temporis contra Photium ea ſcribente, poſteris tradita.

(a) *Leo Oſt. l. 1. c. 48.*

*Corriguntur errores de ſerie Romanorum Pontificum.*

II. Mortuus autem Stephanus, ſepultus eſt in baſilica ſancti Petri, quem ad ſextum ſui Pontificatus annum perveniſſe, ejus ſepulcri epitaphium docet, quod a Manlio conſervatum ex antiquis baſilicæ Vaticanæ monumentis hic tibi deſcribendum curavimus; ſic enim ſe habet.

*Accedis quiſque magni ſuffragia Petri:*
*Cœleſtis regni poſcere clavigeri:*
*Intentis oculis, compuncto corde locellum*
*Conſpice perſpicuum, quo pia membra jacent.*
*Hic tumulus * ſexti ſacratos continet artus*
*Præſulis eximii Pontificis Stephani.*
*Bis ternis annis populum qui rexit & Urbem,*
*Et geſſit Domino quæ fuerant placita.*
*Suſcepit tellus conſumptum pulvere corpus,*
*Æthera ſed ſcandit ſpiritus almus ovans.*
*Unde peto: Cuncti venientes dicite fratres:*
*Arbiter Omnipotens, da veniam Stephano.*

* al. quinti.

III. *Formoſus Papa eligitur & Sergius contra eum.*

Quod autem pertinet ad electionem ejus, qui Stephano ſucceſſit, Formoſi: cum ignoretur dies obitus prædeceſſoris, & tempus ceſſantis Sedis, æque Formoſi dies electionis tuto affirmari non poteſt. Cæterum tumultuariam ejus fuiſſe electionem, elevante ſe contra eum Sergio diacono, ex Luitprando poſſumus intelligere, qui (b) ait: *Cauſa enim ſimultatis inter Formoſum Papam & Romanos hæc fuit. Formoſi prædeceſſore defuncto, Sergius quidam Romanæ Eccleſiæ diaconus erat, quem Romanorum pars*

(b) *Luit. hiſt. l. 1. c. 7.*

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXXIX. An. Hegiræ CCLXXVIII. inchoato die 14. April. fer. 2. A. C. 891. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6384.

☉ 4. C. ☽ 18. P. 4. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 891.

FORMOSI PAPÆ 1.

WIDONIS IMP. 1.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 6.

ANNum. I. ad V. *Stephanus V.* qui menſe Septembri anni DCCCLXXXV. Pontificatum iniit, hoc anno e vivis exceſſit. Guilielmus Bibliothecarius in ejus Vita ei annos ſex & dies quatuordecim attribuit, ſed de diebus, quibus ſupra annos ſex ſedit, res certa non eſt; cum MS. Colbertinum libri Pontificalis, aliqui Catalogi, & Martinus Polonus in Chron. habeant tantum dies IX. Quare *Formoſus* Stephani V. Succeſſor eodem circiter menſe ordinatus fuit. Baronius refert Epitaphium Stephano Quinto poſt ejus mortem poſitum, in quo inter alia legitur:

*Moritur Stephanus V. Papa.*

*Hic tumulus* QUINTI *ſacratos continet artus*
*Præſulis eximii Pontificis* STEPHANI:
*Bis ternis annis populum, qui rexit & Urbem.*

ſed





*pars quædam Papam ſibi elegerat: quædam vero pars non infima nominatum Formoſum Portuenſis civitatis Epiſcopum pro vera religione, divinarumque Scripturarum & doctrinarum ſcientia Papam ſibi fieri anhelabat. Nam dum in eo eſſet, ut Sergius Apoſtolorum Vicarius ordinari debuiſſet: ea, quæ Formoſi partibus favebat, pars, cum non mediocri tumultu & injuria Sergium ab altari expulit, & Formoſum Papam conſtituit.* Hæc Luitprandus temporis hujus ſcriptor, & eorum, quæ non auditu ſed viſu (ut ipſe in præfatione teſtatur) cominus percepiſſet.

IV. Laudatiſſimus itaque Formoſus extitit (ut Luitprandus ait) tum religione, tum morum integritate atque doctrina; ipſum enim inſignia merita ſuis locis ſuperius enarrata mirum in modum commendabant; quem & Anaſtaſius Bibliothecarius in Nicolao magnæ ſanctitatis Epiſcopum nominat: de quo eſt & egregium ex epiſtolis Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi, quas Frodoardus (a) recenſuit, teſtimonium. Cognita enim ejus ſanctitate & ſcientia, ipſe Hincmarus magnopere optavit ſe ipſius amicitiæ inſinuare; cujus rei aſſequendæ cauſa ad ipſum litteras dedit, quarum tantum ſummarium ſic ipſe recitat Frodoardus: *Formoſo ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo ſuffraganeo ſcilicet ſcripſit, collaudans ejus, quam audierat, ſanctitatis & ſcientiæ famam; quærenſque ejus habere familiaritatem. Et ut ipſe pro ſe dignaretur orare, vicem rependere ſpondens, & quædam ei munera mittens, ut ſui memoriam in orationibus haberat. Item poſtquam litteras ſuas idem Formoſus ei miſerat, in quibus de charitate erga eum ſignificaverat, intimat, quia magnam in ipſo haberet fiduciam.* Hactenus Frodoardus de Formoſo ex Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi litteris: quibus, quantæ exiſtimationis ubique terrarum longe lateque eſſet, facile innoteſcit; ut non adeo mirum ſit, ſi bono totius Eccleſiæ Catholicæ ex Epiſcopatu Portuenſi tranſlatus fuerit ad moderandas habenas totius Catholici orbis, hoc potiſſimum tempore, quo ipſa Romana Eccleſia adeo afflictaretur peſſimorum tyrannorum invaſione.

(a) *Frod. hiſt. Rhem. l. 3. c. 20.*

*Formoſus ex ſanctitate atque ſcientia laudatiſſimus.*

V. *Litteras Orientalium Formoſus accipit.*

Hic igitur, ubi Apoſtolicum thronum conſcendit, litteras ab Oriente Rom. allatas ad Stephanum prædeceſſorem conſcriptas, ipſo defuncto accepit; & cum ea, quæ in eis continerentur, intellexiſſet, quas & ſuperius recitavimus: ut in re magni momenti adhibito in omnibus cum fratribus conſilio, ad Stylianum reſcripſit. Extant ipſæ litteræ in ſæpe citato Codice Columnenſi, quibus iſta, quæ ſequuntur, tamquam ipſarum titulus, præmittuntur: *Epiſtola qua reſpondetur ſuperiori epiſtolæ, ſcripta a ſanctiſſimo Papa & ſucceſſore B. Stephani Formoſo ad eumdem Stylianum. Stephanus enim cum morte præventus reſpondere minime potuiſſet, reſcripſit Formoſus* his verbis:

VI. *Formoſi Papæ epiſt. ad Stylianum pro Eccleſia Conſtantinop. curanda.*

*Litteras ſanctitatis tuæ ad Apoſtolicam Sedem miſſas, &c.* Ita decurtatæ in codice habentur, & poſt multa brevitatis cauſa omiſſa hæc ſequuntur: *Petis miſericordiam, & non ſcribis, quomodo ſit exhibenda, neque cui, ſæculari*



PAGIUS ſed perperam loco QUINTI, reponit SEXTI. Ex dictis enim certo conſtat, hunc *Stephanum* fuiſſe tantum ordine *quintum*, ut etiam legitur apud Frodoardum in Fragmento Pontif. Rom. [1]

II. *Ei Formoſus ſuccedit.*

Mabillonius in Præfatione ad Sæculum V. Benedict. §. I. aliique recte obſervant, magnam ſæculo ſequenti labem a Pontificibus Romanis paſſam eſſe Eccleſiam: „ad id temporis, inquit eam tenuerant plerique piiſſimi „Pontifices; nec quiſquam fere omnium ejus ſanctitatem antea majeſtatemque temeraverat, quin humana, ſi qua ipſis excidiſſent, errata illuſtri pœnitentiæ exemplo diluiſſent. Inviolabilis apud eos erat „Canonum ſacrorum auctoritas, qua ſuam „ipſi poteſtatem ultro moderabantur. Et ne „longius exempla ſumamus, ita ſæculo nono vixerant poſt Leonem III. ejuſque Succeſſores piiſſimos, Nicolaus primus re & „nomine Magnus, Hadrianus II. & Stephanus VI. Sed, *o lugenda Roma*, inquit Arnulphus Aurelianenſis Antiſtes apud Gerbertum (in Actis Synodi Remenſis), *quæ noſtris majoribus clara patrum lumina prabuiſti noſtris temporibus monſtruoſas tenebras, futuro ſeculo famoſas offudiſti.* A Formoſo „Pontifice incœpit mali labes, ſive is cauſa „fuerit, ſeu occaſio. Nempe hic Portuenſis „primum Epiſcopus, a Joanne VIII. in ordinem redactus eſt in Synodo Romana, interpoſito juramento, ſe in communione „laica perpetuo permanſurum. Hujus exauctorationis cauſæ tres. Prima, quod a *Nicolao* I. in Bulgariam miſſus Bulgarorum „Regem ſacramento obſtrinxiſſet, ne alium „Epiſcopum ipſo ſuperſtite, a Sede Apoſtolica ſuſciperet. Deinde quod contra præſcripta Canonum per ambitum ab Eccleſia „Portuenſi ad Romanam proſilire conatus eſſet. Poſtremo, quod inconſulto Pontifice „propriam deſeruiſſet Eccleſiam; & relicta „Urbe contra Reipublicæ & Imperii ſalutem „cum ſuis fautoribus conſpiraſſe crederetur.

*Ma-*

NOTÆ [1] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Stephanus ſedit annos VI. & dies* IX. GEORGIUS

*ri videlicet vel ſacerdoti. Si enim ſæcularem dixeris: venia dignus is erit, tamquam a ſæculari dignitatem adeptus. Si vero Sacerdotem dicas: non adhibes mentem, quod dignitatem præbere non potuit, qui dignitatem non habebat. Nihil potuit dare Photius præter damnationem, quam habuit per impoſitionem obliquæ manus; & damnationem præbuit. Quomodo dignitatem potuit accipere, qui particeps factus eſt condemnato? Quoniam pro ordinato miſericordiam obtinere petis: animadverte, quod ordinatorem potius foves juxta Domini ſacrum eloquium: (a) Vel facite arborem bonam, & fructus ejus bonos: vel facite arborem malam, & fructus ejus malos: numquid poteſt ficus uvam producere, vel vitis ficus? oportebat igitur iſtam Eccleſiam, in qua talia deprehenduntur facta, graviſſimas dare pœnas, ut hujuſmodi pœnis veſtra Eccleſia purgaretur. Continet autem nos benignitas & fratrum dilectio, quæ nobis perſuadet, ut alia quidem toleremus, alia vero omnino e medio tollamus. Quapropter miſimus e latere noſtro religioſiſſimos Epiſcopos Landenulphum Capuanum & Romanum, quibuſcum ſanctitatem etiam tuam hortamur convenire, necnon Theophylactum Metropolitanum Ancyræ, & Petrum fidelem noſtrum: ut ita ante omnia in Photium prævaricatorem & legum everſorem ſententia a prædeceſſoribus, Oecumenicis Pontificibus ante omnia ſynodice prolata, necnon a noſtra humilitate confirmata, perpetuo tempore immutabilis permaneat.*

(a) Matt. 12.

Cum

PAGIUS „ *Marinus* Pontifex a depoſitione & juramento abſolvit *Formoſum* qui poſt Hadrianum III. & Stephanum VI. in ſupremum illum thronum ſublimatus eſt, primuſque infauſtum tranſlationis exemplum in illa Sede præbuit, vir cæteroqui *vera religione, divinarumque Scripturarum & doctrinarum ſcientia* clariſſimus teſte Luitprando lib. I. cap. 8. Ita Vir doctiſſimus, qui Baronii exemplo Stephanum V. ſextum vocat, ſed hanc opinionem tandem explodendam eſſe, vel hujus Pontificis Epitaphium, quod tempore Romani Canonici, qui illud deſcripſit, extabat adhuc in atrio veteri Eccleſiæ Sancti Petri, manifeſtum facit. [1]

Ad

NOTÆ [1] IN Eccleſia Gerundenſi aſſervatur diploma *Formoſi* Romani Pontificis papyraceum *Servo Dei Gerundenſi* Epiſcopo datum. Nuper hoc diploma edidit Martenius in Collectione ampliſſima Anecdot. tom. I. pag. 239. Ego vero illius exemplar ex autographo Gerundenſi deſcriptum an. 1736. accepi, & cum edito contuli, atque inveni exemplar Martenii ad ea verba *in perpetuum ſtabilimus* deſinere; reliqua deeſſe. Deſiderantur autem in autographo, Pontificiæ datæ; in contextu tamen habetur *Indictio decima*, ex quo colligitur, hoc diploma anno Chriſti 892. datum fuiſſe. Petrus de Marca in Appendice Marcæ Hiſpanicæ pag 834. ex Chartulario Eccleſiæ Gerundenſis profert diploma *Romani* Summi Pontificis *Servo Dei* Epiſcopo *Gerundenſi*, quod iiſdem ferme verbis conceptum eſt ac illud *Formoſi*, ſi pauca excipias; aliud item exhibet ejuſdem *Romani* pro Eccleſia Helenenſi; & lib. III. Marcæ Hiſpanicæ pag. 370. de Epochis horum diplomatum differit, quas ad examen vocat Pagius ad an. 897. num. VI. Interim *Formoſi* diploma pro Eccleſia Gerundenſi, ad fidem prototypi hic dandum cenſemus.

„ Formoſus Epiſcopus Servus Servorum Dei R. & S. Servo Dei Sanctæ Gerundenſis Eccleſiæ Epiſcopo & per te in eadem Venerabili Eccleſia in perpetuum. Sicut per donum Sancti Spiritus Beato Apoſtolorum Principi Petro & Cœleſtis Regni Clavigero ligandi atque ſolvendi ab ipſo Domino tradita eſt Poteſtas Evangelica, ſubſequente lectione, quæ ita inter cætera ait: *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam* & reliqua &c. Ita Sedes Apoſtolica canonica legalique authoritate ſuffulta omnibus Eccleſiis Dei per univerſum Orbem diffuſis ſuffragia & juſta poſtulationis ſubſidia ut præbeat, tam Divini quam humani juris ratio poſtulat. Igitur veniens jam dicte Serve Dei Venerabilis Epiſcope cauſa orationis ad eorumdem Sanctiſſima Beatorum Apoſtolorum limina ſubjeciſti nobis, quatenus hujus Apoſtolicæ noſtræ confirmationis Privilegia confirmare deberemus, omnes res mobiles ejuſdem Gerundenſis Eccleſiæ in honorem Sanctæ Dei Genitricis & ſemper Virginis Mariæ Dominæ noſtræ ubi Beatus Felix Chriſti martyr Corpore requieſcit, hoc eſt Domos Pleves Cellas Eccleſias, Villas, & inſulas Majoricam ſcilicet Minoricam ſeu Curtes Parochias Terras Vineas Prata Silvas una cum familiis utriuſque ſexus cum omnibus adiacentiis ſuis quæ a piis Imperatoribus Regibus vel aliis Deum timentibus in eadem Gerundenſi Eccleſia collata ſunt, ſicut ipſe nunc uſque legali ordine tenere videris. Unde ſalubribus petitionibus tuis inclinati, decernimus & a *preſenti hac decima indict.* per hoc Apoſtolicum noſtrum Privilegium roboramus, confirmamus, *& in perpetuum ſtabilimus* in uſu & utilitate ejuſdem Eccleſiæ Gerundenſis cui preeſſe dignoſceris, id eſt omnes Domos Cellas Eccleſias Villas Curtes Parochias Terras Vineas Prata Silvas una cum famulis & alia omnia quæ ab Imperatoribus Regibus & aliis Deum timentibus in eadem Eccleſia collata ſunt ſeu conferenda erunt, ſimul cum Raſicum ſeu Paſchuarium ſub tua tuorumque ſucceſſorum dictione poteſtate omnimodis confirmamus, ſtatuentes ſub Apoſtolica cenſura ſeu Divini juditii proteſtatione & anathematis interdicti ut nulli umquam magno vel parvo homini liceat quamlibet fortiam vel oppreſſionem in omnibus rebus ejus facere aut poteſtatem aliquam habere, vel aliquam diſtringere aut qualitercumque toloneum ab eis exigere ſive .... ubicumque eos pro quibuſlibet cauſis provocare preſumat; ſed a providentia ſui Epiſcopi cauſa illorum audiatur & canonice terminetur. Si quis autem, quod non optamus, contra hoc privilegium a nobis ſtatutum temerario auſu agere preſumpſerit, ſciat ſe anathematis vinculis omnodatum & niſi ſe eripuerit a re ................... *Cætera deſiderantur.* GEORGIUS



VII. *Cum iis vero, qui a Photio fuerunt ordinati, miſericorditer nos gerentes, decernimus, ut oblatis libellis, ſe deliquiſſe fateantur, & pœnitentia veniam deprecentur, pollicentes ſe numquam tale quid commiſſuros. Deinde his peractis, quæ ſequuntur omnia, quæ noſtris litteris mandata conſpiciuntur, una cum prædictis viris ſanctitas tua peragat, nec aliquid addendo, nec diminuendo aut commutando. Iſta enim & a nobis, & a reverentia tua in communionem Fidelium receptis ut laicis, ſcandalum delebitur. His vero peractis, ſi quis ipſorum communicare renuerit: noverit ſeipſum a communione noſtra alienum fore. In Domino valete.* Hæc Formoſus ſapienter admodum ad ſananda ſimul Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ vulnera diuturnitate temporis putreſcentia.

*Hoc anno defuncto in prælio Sunzo Archiepiſcopo Moguntino, in locum ejus ſubrogatur Atto Abbas Augienſis monaſterii, totius Germaniæ bono, utpote qui ad reſtituendam collapſam Eccleſiaſticam diſciplinam plurimum laboravit; cujus rei cauſa generalis conventus Epiſcoporum collectus eſt, de quo ſuo loco dicturi ſumus.* Hæc ex Reginone. VIII.

An-

PAGIUS III. *Duo prælia Chriſtianos inter & Normannos habita.*

Ad num. VII. *Anno Dom. Incarn. DCCCXCI. Normanni duobus continuis præliis in Britannia graviter attriti, in regnum Lotharii* (ita Lotharingia vocabatur) *claſſem transferunt, & caſtris metatis prædas exercent. Contra quos Arnulfus Rex* (nempe Germaniæ) *exercitum dirigit, jubetque ſuper Moſam tentoria figere, tranſitumque fluminis hoſtibus probibere. Sed antequam exercitus in unum colligeretur, ad condictum locum juxta Trajectenſem Nortmanni ſuperiora tenentes circa Leodium Moſam tranſierunt*, inquit Annaliſta Metenſis, qui addit, *VI. Kalend. Julii* Normannos inter & Chriſtianos pugnatum eſſe, hos terga vertiſſe, & *Sunzonem* Epiſcopum Moguntinum & innumerabilem multitudinem nobilium Virorum ita prœlio occubuiſſe, ſed Deo adjuvante in altero prælio Normannos uſque ad internecionem cæſos, itaut ex innumerabili multitudine vix reſiduus eſſet, qui ad claſſem adverſum nuncium reportaret. Rebus vero feliciter geſtis, *Arnulfus* in Bajoariam revertitur. Idem de verbo ad verbum Regino narrat. Sigebertus *Sunzonem ſeu Sunderoldum*, quia Chriſtianæ rei cauſa cæſum, Martyrem appellat juxta horum temporum loquendi modum.

IV. *His temporibus*, inquit Leo Oſtienſis *Symbaticius Patricius Conſtantinopoli profectus, obſedit Beneventum menſes ferme tres, cepitque illam XV. Kalend. Novembris anno Domini DCCCXCI. expletis a Zottonis primo Beneventi Duce annis CCCXXX. Quo toto tempore Longobardorum Duces ac Principes eamdem urbem tenuerant*, &c. *poſt Symbaticium Benevento præfuit Georgius Patricius. Qui cum præfuiſſet in ea tribus annis, & menſibus novem, adveniens Guido Dux & Marchio, pulſis inde Græcis duos ferme ibi annos reſedit.* Verum cum Longobardi anno tantum DLXVIII. Italiam intrarint, & paulo poſt *Zotto* primus Dux Beneventanus renunciatus fuerit, error irrepſit in hos numeros CCCXXX. Paulus enim Diaconus lib 3. de Geſt. Longobard. cap. 33. refert *Autharim* Langobardorum Regem, qui anno DLXXXVI. regnare cœpit, *Beneventum* occupaſſe, eique *Zottonem* primum Ducem præfeciſſe, ut capite inſequenti legitur. [1] Quare fallitur Henſchenius in Commentario prævio ad Vitam Sancti Sabini Epiſcopi Canuſini, in Apulia §. IX. ubi Beneventani Principatus initia refert ad annum DLXVIII. aut inſequentem.

*Beneventum modo a Græcis modo ab aliis occupatum.*

*Vvido* ſeu *Guido* a Stephano V. Imperator coronatus eſt, ut anno ſequenti oſtendam.

NOTÆ NOn in aſſignandis tantummodo annis Longobardorum in Principatu Beneventano erat Oſtienſis, ſed & mancus eſt in catalogo Principum Græcorum, qui Beneventi alter poſt alterum dominati ſunt. Nam Gregorio Patricio ſucceſſit Barſacius Patricius, cui Guido Urbem eripuit. Inſuper peccatum eſt etiam ab Oſtienſi in chronologia, nam ſi Longobardi a Græcis pulſi ſunt anno 891. & ex illis Sybbaticus Principem egit annis tribus m. 9. diebus 20. cui dein & Patricius ſuccedens annis tribus & menſibus 9. rerum potitus fuit, eumdemque demum Barſacius excepit; ſi inquam, hæc vera ſint, non potuerunt Græci a Widone expelli, qui anno 894. e vivis exceſſit. Porro tres annos ac menſes dieſque aſſignavi Sybbatico, quia totidem illi tribuit Chronicon Wlturnenſe, vulgatum Rer. Italic. tom. I. part. II. fol. 480. Melius igitur reputaremus ante aliquot annos captum a Græcis fuiſſe Beneventum, nec receptum niſi hoc anno 891. a Vidone nondum Imperatore coronato. Namque in eodem Chronico, tum & a Leone captum dicitur a Widone Duce & Marchione, non vero Imperatore, ſed neque hoc poſtremum ſuſtineri poteſt, cum Indictione X. menſe Auguſto ideſt anno 892. Gregorius Patricius adhuc Beneventi principaretur, ut ex Charta in eodem Chronico relata fol. 413. Obſcura ſunt igitur omnia & confuſa. MANSI

I. Vido Imp. creatus. ANnus ſequitur Redemptoris octingenteſimus nonageſimus ſecundus Indictione decima, quo Wido Imperator Romæ coronatur a Formoſo Pontifice. De his autem, ut nulla poſſit eſſe dubitatio litteræ teſtantur ejuſdem Formoſi Papæ, quarum ſcriptor hujus temporis meminit (a) Frodoardus in hiſtoria Rhemenſium Epiſcoporum in Fulcone ejus Eccleſiæ hoc tempore Archiepiſcopo, cujus auctoris de eodem Formoſo Papa monumenta, una ſimul inferius reddituri ſumus.

(a) *Frod. hiſt. Rhem. lib. 4. c. 2*

II. Id autem cum præſtitiſſet Formoſus Papa, concitavit contra ſeipſum invidiam eorum, qui ejuſdem Imperii coronam cuperent, nempe Arnulphi, & Berengarii: quin etiam Romanos cives infenſos ſibi reddidit, ut exitus declaravit. Sic igitur primus hic annus eſt numerandus Widonis Imperii, quo revera dicendus fuit Imperator, coronatus ex more ab ipſo Romano pontifice; cum alioquin jam longe ante ſe Imperatorem geſſiſſe atque appellaſſe, ex diplomate ab ipſo ſcripto ante annos quindecim ſatis apparet, cum auctus eſt filio Lamberto: quod repertum apud Joannem monachum monaſterii ſancti Vincentii ad Fontes Vulturni in chronico ejuſdem monaſterii ab ipſo ſub Paſchali Papa Secundo conſcripto, hic tibi deſcribendum curavimus: quod ſic ſe habet:

III. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Vvido Imperator Auguſtus divina clementia.*

*Vvidonis Imp. diploma.* *Cum Auguſtalis ſublimitas in omnibus rebus non ſolum terrenis, verum & etiam Eccleſiarum, monaſteriorumve cura, ut perficiantur, Deo favente, ſedula intentione oportet, ut ſit pervigil, quatenus dignis digna tribuamus, cum etiam præcepto divino inimicis bona præbere, dignum eſt. Et ideo notum ſit omnibus, tam præſentibus, quam abſentibus noſtris fidelibus, quia a Benevento redeuntes noſtra cum conjuge, tandem pervenimus Balbam, cui inſtabat pariendi tempus; angebatur etenim maxime, quo loco diverteretur. Tandem vero per ſuggeſtionem Leonis venerabilis Abbatis* no-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXXX. Anno Hegiræ CCLXXIX. inchoato die 3. April. fer. 2. A. C. 892.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6385.

☉ 5. BA. ☽ 19. P. 23. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 892.

FORMOSI PAPÆ 2.

WIDONIS IMP. 2.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 7.

I. *Inter Vvidonem & Berengarium bis pugnatum.* AD num. I. & ſeq. Poeta Anonymus ab Hadriano Valeſio publicatus, in Carmine Panegyrico *de Laudibus Berengarii Aug.* refert *Berengarium* Francum, a Carolo M. genus ducentem, poſtquam Regnum Italiæ, quod vulgo Langobardorum dicitur obtinuit, ac Ticini coronatus fuit pugnaſſe contra *Vvidonem* Lamberti filium, Spoletinorum Ducem, & ipſum natione Francum, qui ex Gallia in Italiam contenderat cum copiis, adiunctiſque ſibi præter cæteros Camertibus ac Spoletinis, *Berengario* bellum intulerat. In hoc prælio *Vvidonem* victum fuiſſe canit Poeta, quod confirmat Erchempertus, qui ſcribit, *Berengarium* campo potitum eſſe poſt magnam utrimque cædem, & ſpolia legiſſe. Tum libro ſecundo refert Poeta alteram pugnam inter utrumque Regem habitam, quam poſt magnam utrimque cædem factam, nox diremit. Primum prælium ad flumen *Trebiam* circa Placentiam, alterum in agro *Brixiano* habitum, & in iſto *Berengarius* fuſus fugatuſque, & a *Vvidone* Regno expulſus, Luitprando & Sigeberto teſtibus; quod non diſſimulat Poeta, qui initio lib. 3. prodit *Arnulphum* Regem Germaniæ filium ſuum cum copiis in Italiam miſiſſe, & auxilium ferre *Berengario* juſſiſſe. Accedit Poetæ Erchempertus, qui in Hiſtoria Langobardorum aſſerit ad annum DCCCLXXXVIII. Widonem rediiſſe in Italiam, ibique apud Brixiam cum Berengario pugnaſſe: *in quo conflictu utriuſque partis acies crudeliter cæſa, ſpolia* tamen *cæſorum a Berengario collecta.*

II. *Vvido & Lambertus Imperatores dicti.* *Vvido* occupato Langobardorum regno a Stephano Papa V. an. Chriſti DCCCXCI. Romam arceſſitur, & Imperator coronatur. Licet enim Baronius, aliique non pauci hanc coronationem in præſentem annum differant, eamque *Formoſo* Papæ attribuant; non videtur tamen dubitandum, quin Sigonius in lib. VI. de Reg. Italiæ ex probo aliquo Antiquitatis monumento hauſerit quod ſcribit, *Vvidonem* nempe Imperatorem a Stephano Pontifice *Kal. Martii* anni DCCCXCI. coronatum eſſe, cum dies XXI. Februarii eo Chriſti anno in Dominicam inciderit, quibus diebus Imper. coronari ſolitum erat. [1] Joannes Berardus Monachus Abbatiæ Caſaurienſis ſive Piſcarienſis in Aprutia ulterioris ad mare Hadriaticum ſitæ, in Chronico ejuſdem Monaſterii a Dacherio Tom. V. Spicilegii ex parte recitato, lib. 1. pag. 397. initium priorum Imperatorum Italicorum accurate his verbis conſignavit: *Vvido Imperator Carolo jam defuncto, in Italicum imperium Auguſtaliter ſucceſſit, anno ab Incarn. Domini octingenteſimo nonageſimo primo.* Paulo poſt: *Sequenti poſt hæc anno Lambertus in imperium coronatus, ſicut Vido Auguſtus pater ejus imperat. Temporibus igitur iſtis, ſupradictorum Auguſtorum Guidonis atque Lamberti jam annis expletis, tertius Ludovicus regni & imperii coronam accepit nongenteſimo domin. Incarnat. anno currente.* Quæ annis ſequentibus magis confirmabuntur. Apud Sigonium ibidem. *Dominus Vvido & Lambertus filius ejus Imperatores* vocantur in literis datis *annis Imperii eorum II. & I. die XX. menſis Julii Indictione X.* currenti ſcilicet Chriſti anno. Quare *Lambertus* hoc anno ante diem XX. menſis Julii Imperator dictus, Wido vero pater ejus anno ſuperiori ante eum diem. Florentinius in Comment. *de Rebus ad Mathildem Comitiſſam ſpectantibus*, lib. 3. pag. 26. perperam quidem ſcribit, *Lambertum* anno DCCCXCI. cum patre coronatum eſſe Imperatorem, ſed pag. 28. Chartam refert in archivio Epiſcopatus Lucenſis ſervatam, in qua dicitur: *Anno Imperii Domini Lamberti ſexto quarta die menſis Martii, indict. decima quinta*, anno ſc. Chriſti DCCCXCVII. Ex ea eruo, *Lambertum* currenti anno, ante diem IV. menſis Martii nuncupatum Imperatorem, eadem forſan die, qua pater anno ſuperiori, eam dignitatem obtinuerat. [1]

III. *Vvido anno ſuperiori Lambertus currenti.* Tertio, Flodoardus lib. 4. cap. 2. refert, fragmentum Epiſtolæ a Formoſo Papa ad Fulconem Archiepiſcopum Rhemenſem datæ, in qua legitur: *Hic* (nempe Formoſus) *quoque Lantbertum filium Vvidonis anno ſecundo imperii patris ipſius novum Imperatorem factum fuiſſe deſignat*, quod nonniſi de currenti Chriſti anno interpretari poteſt; cum in Chronico Caſinenſi dicatur Lambertus *poſt annos regni VI.* morte functus eſſe. Cum enim *Lambertus* anno DCCCXCVIII. vivere deſierit, primus Imperii ejus annus ſerius quam a præſenti exordiri non poteſt, ideoque nec primus patris, quam a præcedenti. Porro in eodem capite Flodoardus antea mentionem fecerat aliarum literarum Formoſi Papæ ad eumdem Fulconem anno præcedenti ſcriptarum; ait enim: *Imperatorem quoque VVidonem coronatum eodem anno ſignificans indictione decima*, ex quibus tamen tantum ſequitur, eas literas anno ſuperiori poſt Kalendas Septembris, & initium Indictionis X. datas fuiſſe, non vero poſt illum menſem, ac currenti anno *VVidonem* Imperatorem renunciatum, ut Baronius, aliique ea verba male exponunt. Immo Diploma *VVidonis* Imperatoris ab ipſomet Baronio num. III. recitatum demonſtrat, Widonem jam anno ſuperiori Imperatorem dictum eſſe. His enim verbis clauditur: *data Idus Novembris, indictione decima. Actum in Balba*, [2] civitate Italiæ, ut Baronius explicat, cum indictio X. anno DCCCXCI. Kalendis Septemb. inchoata fuerit in Italia, ubi nondum a Kalendis Januariis initium ſumebat. Denique in Chronico Farfenſis Monaſterii apud Ducheſnium Tom. III. pag. 669. de Guidone legitur, *Imperator conſtituitur dominica Incarnationis an. DCCCXCI.* Hæc itaque Epocha certa & indubitata, perperamque Baronius *Lamberti* coronationem in annum ſequentem differt.

IV. *Lambertus valde juvenis erat.* *Lambertum* valde fuiſſe juvenem teſtantur Poeta noſter, & Luitprandus. Ille enim lib. 4. de eo canit:

*O juvenale decus. Si mens non læva fuiſſet!*

Luitprandus vero lib. 1. cap. 10. Widonis ejus patris morte narrata, de qua ſuo loco, ait: *VVidonis Regis defuncti filium nomine Lanthbertum, elegantem juvenem, adhuc ephebum, minuſque bellicoſum, Regem conſtituunt*, nempe Widoniaci. Antiquum Italiæ Imperium, poſt tam multas ac tam diras gentium exterarum impreſſiones Italos tandem recuperaſſe ait Sigonius. cit. Verum propter inſanam populorum cupiditatem & fæda certaminum ſtudia Italiam pernicioſis in multos annos tumultibus impleverunt, quos hic commemorare locus non eſt. Præterea Wido & Lambertus nati quidem ſunt in Italia, ſed origine Franci fuere, ut fuſe oſtendit Hadrianus Valeſius in Præfatione ad Carmen *de laudibus Berengarii Aug.*

V. *Diploma a Vvidone Imp. anno ſuperiori emiſſum.* Ad num. III. Refert Baronius Diploma *Vvidonis* Imperatoris, in quo is ait, ſe a Beneven-

NOTÆ [1] UNde hauſerit Sigonius certam diem, annumque quibus Wido coronatus fuit Imperator deprehendiſſe me blandior in adſcriptione Diplomatis ejuſdem Widonis, quo Monaſterium S. Agathæ Ticinenſem Angeltrudi Imperatrici conjugi ſuæ concedit. Ita eſt apud Ughellium in Parmenſi tom. II. pag. 151. novæ editionis: *Data IX. Kalendas Martii Indictione IX. anno Incarnationis Domini 891. regnante D. Vidone in Italia anno regn. ejus III. Imperii illius die I. Actum Romæ.* Vide etiam hoc diploma relatum a Muratorio rerum Italic. tom. II. par. I. pag. 416. Diploma aliud ab iſto quidem Ughellii diverſum, ſed iiſdem chronicis notis munitum, & Romæ pariter datum exhibet Muratorius Antiquit. Ital. to. II. col. 871. MANSI

NOTÆ [1] NOn annus tantummodo aſſumpti Lamberti in ſocietatem Imperii, ſed & menſis enitet in chartis a Muratorio laudatis in Antiquitatibus Italiæ to. I. Diſſert. VIII. col. 439. Ex illis tres datæ ſunt, prior quidem *anno VII. Imperii* Lamberti, *pridie Kal. Octobris indictione II.* altera anno eodem VII. *tertio Non. Septembris indictione* II. tertia eodem anno VII. *V. Id. Majas indictione* I. Quæ omnes chartæ anno 898. exaratæ indicant Imperium illud anno 892. ante Majum cœpiſſe. Viciſſim autem aliæ ſunt apud illum Chartæ ejuſdem anni 898. annum Imperii ſextum præferentes, quarum poſterior ſignat diem XVII. Kal. Majas, ex quibus intelligimus Imperium illud intra diem 15. Aprilis & 11. Maii anni 892. cœpiſſe. MANSI

[2] DIploma iſtud in Balba datum in Chronico Vulturnenſi ſignatur *Kal. Novembris.* Sed & in ejus ſinceritatem ſuſpicionem movet. Cl. Muratorius in Notis ad Chronicum illud, primo quia in ſerie Abbatum Vulturnenſis Cœnobii nullus legitur Leo Abbas circa hæc tempora & ante annum 945. Secundo, quod Wido anno 981. Indict. 10. die X. Kalendas Novembris agebat Lignaci prope Veronam, ut ex fide veteris ejus Diplomatis ab eodem conſulti probatur. Incredibile eſt igitur eodem anno die Kalendarum Novembris fuiſſe Valvæ apud Sulmonem. Denique præter morem Diplomatum Imperialium nec anni ab Incarnatione, neq regni Widonis in eodem apparent. MANSI

*noſtri fideliſſimi in cellam ſui monaſterii adeo opulentam devenimus, quæ in honorem ſancti Ruffini conſtructa eſt in loco, qui dicitur, Campus de rocca. Poſt tertium diem dilectiſſimus filius noſter Lambertus natus eſt nobis. Quocirca ut ſuperna clementia nobis illum ad Imperii gubernacula concedat, per rogationem noſtræ conjugis pro merito concedimus monaſterio beati Vincentii martyris Chriſti Eccleſiam ſancti Marcelli, quæ eſt conſtructa in loco Florinæ, cum ſervis & ancillis, & omnibus ſuis pertinentiis. Inſuper offerimus in præfato monaſterio auri puri libras, quantum idem chariſſimus noſter penſat filius. Et ut hæc noſtra conceſſio robur perpetuum habeat, & ut ab omnibus obſervetur, veriuſque credatur, annulo noſtro ſubterſigillari juſſimus. Data Idus Novembris, Indictione decima, Actum in Balba.* Sive Valva, eſt civitas apud Marſos haud longe ab antiquo Corfinio, ſedeſque Epiſcopalis facta.

IV. Hoc eodem anno Germanorum Eccleſias rurſus Northmannor. graſſationibus devaſtatur; cum & nobile monaſterium Prumienſe iidem depopulati ſunt: poſt quam cladem Regino ipſe tunc ibi monachus a monachis Abbas eligitur, ſed

ad

PAGIUS

vento cum conjuge redeuntem, per ſuggeſtionem *Leonis Abbatis* monaſterii Sancti Vincentii ad fontes Vulturni veniſſe in quandam cellam ejuſdem monaſterii, & poſt tertium diem natum ſibi eſſe *Lambertum*. Quam ob cauſam aliqua in eo Diplomate expreſſa monaſterio Sancti Vincentii largitur. In fine legitur; *data Idus Novembris indictione decima*. Inde Baronius deducit, *Lambertum* hoc anno decimum quintum ætatis annum attigiſſe, & in lucem prodiiſſe anno DCCCLXXVII. indictione decima notato, ideoque eo Chriſti anno *VVidonem* jam ſe pro Imperatore geſſiſſe, quamvis *præſenti* tantum anno Imperator coronatus fuerit. Verum præfatum Diploma menſe Novembri ſuperioris Chriſti anni, quo jam a Septembri indictio X. in Italia cœpta fuerat, emiſſum, in dubium revocari non debet, quemadmodum & *VVidonem* eodem anno in Italia imperare cœpiſſe, & ibi Regem appellatum eſſe anno DCCCLXXXVIII. Baronii lapſum vidit Papebrocius in conatu Chronico-Hiſtorico in Diſſert. *De ſucceſſione Regum & Impp. Italicorum* n. XV. putavitque ſciolum aliquem veræ Chronologiæ imperitum, titulum *Imperatoris Auguſti divina clementia* ſuppoſuiſſe pro titulo *Ducis*, ſeu *Viri illuſtris*, qui Vvidoni competebat, quando natus ei filius Lambertus anno DCCCLXXVI. Indictione X. a Septembri inſignito. At non tantum in titulo Wido *Imperator Auguſtus* dicitur; ſed etiam Diploma his verbis inchoatur, *cum Auguſtalis ſublimitas*. Quare illud a *Vvidone* jam Imperatore emiſſum. Ex eo autem nihil erui poteſt, ex quo annus natalis Lamberti nobis innoteſcat. *Vvido* enim eam donationem *Lamberti* filii nativitatis intuitu facit, ſed quo ea anno contigerit, indeterminate tantum narrat. Diploma itaque illud a *Vvidone* datum in favorem Monaſterii S. Vincentii, quia antequam imperaret, ejus uxor in cella ejuſdem Monaſterii anno incerto filium *Lambertum* pepererat.

VI. *S. Rambertus ante dignitatem Imperialem, Regia togatus non eſt.*

Denique Papebrocius loco laudato num. III. exiſtimat, *Vvidonem*, priuſquam Imperator fieret, *Regis* titulum cum Lamberto filio communicaſſe; *ſicuti*, inquit, *poſt biennium cum eo communicandum curavit titulum Imperatoris*. Verum Lambertum hominem privatum fuiſſe uſque ad præſentem annum, quo a patre Imperator dictus, indubitatum eſſe debet. Ait quidem Papebrocius, Sigonium lib. VI. de Reg. Italiæ referre extare Mutinæ Diploma a Lamberto Imp. *pridie Kal. Octobris, anno DCCCXCVII. anno ſui regni ſeptimo ex Marinco datum*. Verum Sigonius in e-
„ ditionibus tam Baſileæ quam Francofurti quæ
„ ſolæ extant curatis, habet anno DCCCXCVIII.
„ annumque Imperii VII. & ex ejus narra-
„ tione manifeſtum eſt eum de prædicto Chri-
„ ſti & Imperii anno verba facere. Ait enim
„ de Lamberto: a Concilio Ravennati rever-
„ ſus venationis cauſa Marincum in nemus
„ ſe contulit. Extat nunc quoque Mutinæ Di-
„ ploma *pridie Kal. Octobris a Lamberto Im-*
„ *peratore anno ſui ſeptimo, ex Marinco da-*
„ *tum*, quo patris ſui Widonis Privilegium
„ Mutinenſi Eccleſiæ confirmavit. Ibi cum
„ per aliquot dies aſſiduis venationibus inten-
„ tus agitaret, &c. Narrat poſtea Sigonius occiſum fuiſſe, idque ut in margine notat, anno Chriſti DCCCXCVIII. quo & laudatam ſubſcriptionem refert. Quare Regia dignitas *Lamberto* ante Imperialem conceſſa commentitia; Sigonius, qui de ea non loquitur, Diploma hoc ad annum DCCCXCVIII. recte retulit, editio tam Baſileenſis quam Francofurtana hac in parte puræ & ſinceræ; ac demum hæc verba *anno ſui ſeptimo*, intelligenda *de anno Imperii ſui ſeptimo*, quo revera periit paucos poſt dies ab illo Diplomate in Marinco nemore, ubi occiſus eſt emiſſo.

VII. *Monaſterium Prumienſe a Normannis deſolatum.*

Ad num. IV. *Menſe Februario*, inquit hoc anno Annaliſta Metenſis, *Nortmanni qui ad naves remanſerant, Moſam tranſeuntes, Ribuariorum pagum ingreſſi, & ſecundum crudelitatem ſibi ingenitam cuncta devorantes, pervenerunt uſque Bonnam. Inde vero digreſſi occupaverunt quamdam villam, qua Laudulveſtorph nominatur: ubi occurrit ei exercitus Chriſtianorum. Sed nihil dignum quod virtuti adſcribatur, egit. Nocte ſupervniente receſſerunt Nortmanni a jam dicta villa, & formidantes hoſtilem impetum, nequaquam auſi ſunt ſe committere planioribus utque campeſtribus locis. Sed ſilvas ſemper tenentes, exercitum vero a læva poſt tergum relinquentes, quanta poterant velocitate ad Prumia monaſterium aciem dirigebant. Ipſiſque jam irruentibus, Abba, & congregatio Fratrum vix fuga dilapſi ſunt*. Subdit Annaliſta, Nortmannos monaſterium ingreſſos ex Monachis quoſdam interfeciſſe, reliquos captivos abduxiſſe, indeque Arduennam intraſſe, & quoddam caſtrum, in quo innumera multitudo vulgi confugerat expugnaſſe, interfectiſque omnibus, cum omnibus copiis tranſmarinas regiones repetiiſſe. Prumienſis monaſterii Abbas *Farabertus* tunc erat, ut Regino ad hunc annum affirmat, non vero ipſemet Regino, ut putavit Baronius, ſed *Faraberto* hoc ipſo anno ſucceſſit Regino, ut ipſemet loco laudato ſcribit, qui addit, æmulis agentibus ſucceſſorem ſibi datum. Reliquit duos Chronicorum libros uſque ad annum Chri-

ſti



ad modicum temporis ſpacium cum præfuiſſet, invidorum perſecutione deiicitur. Scribebat tunc ipſe hiſtorias hujus temporis, perduxitque (ut ipſe in præfatione teſtatur) uſque ad annum Redemptoris nongenteſimum octavum.

V. *Rhemenſe Concil. pro creando novo Rege.*

Eodem anno Carolus Simplex quatuordecim tantum annorum puer filius Ludovici Balbi Francorum Regni legitimus ſucceſſor a Fulcone Rhemenſe Epiſcopo ungitur Rex Francorum, rejecto Odone Comite, qui Regis titulum tyrannice uſurpaverat. Quod factum in Concilio Epiſcoporum & procerum hoc anno Rhemis collecto, ut firmaretur, idem Fulco promotor pro ejus defenſione litteras dedit ad Arnulphum Germaniæ Regem, & ad Widonem Imperatorem, ſed & ad (*a*) Formoſum Romanum Pontificem iteratas. Quæ omnia Frodoardus hujus temporis ſcriptor ex litteris ejuſdem Fulconis affert, nimirum quod Odo cum regali abuteretur poteſtate, Fulco Archiepiſcopus Rhemenſis, & alii proceres convenerunt, ac ſententiis dictis, cenſent Regnum Carolo deberi, eo quod Franci ex ſucceſſione Reges habere conſueverint, & hic ſolus ex regia progenie ſupereſſet conſanguineus Arnulphi. Itaque exauctorato Odone, Carolus Fulconi inungendus eſt traditus; unde contentiones & bella ſtatim ſunt exorta: cum Odo, & qui partibus ejus favebant, hoc factum graviter ferrent.

(*a*) *Regino in Chron. hoc anno in fin.*

Carolus Simplex ungitur a Fulcone.

VI. Porro hæc omnia ex litteris Fulconis ad Arnulphum Regem, & aliis ad Formoſum & Stephanum Romanos Pontifices datis, facilius ac certius intelligi poſſunt; de quibus hoc ordine meminit in Fulcone idem (*a*) Frodoardus, nimirum: *Quod Fulco Arnulpho Regi Tranſrhenenſi litteras mittens pro cauſa Regis Caroli, quem parvulum adhuc unxerat Regem, reddit cauſas ejus provectionis, eo quod audierat, motum fuiſſe animum ipſius Arnulphi contra ſe pro hac perpetratione; commemorans, quod decedente Carolo Imperatore hujus Arnulphi avunculo, in ipſius Arnulphi ſervitium fuerit profectus, cupiens ejus ſuſcipere dominium & gubernationem; ſed ipſe Rex eum ſine ullo conſilio vel conſolatione dimiſerit. Unde cum nec in eo ſibi ſpes ulla remanſiſſet, coactus ſit ejus hominis, videlicet Odonis dominatum ſuſcipere: qui a ſtirpe regia exiſtens alienus, regali tyrannice abuſus fuerat poteſtate, cujus & invitus hactenus dominium ſuſtinuit. Et quoniam hujus Arnulphi dominium deſideravit, idcirco ad ipſius ſervitium profectus fuerit. At poſtquam nullum conſilium in eo reperire valuit: hoc ſolum, quod reſtabat, egit, eligens eum Regem habere, quem ſolum poſt ipſum de regia habebant progenie, & cujus prædeceſſores & fratres extiterant Reges.*

(*a*) *Frod. hiſt. Rhem. l. 4. c. 5.*

VII. Fulconis Apologia ad Arnulphum.

*De hoc etiam, quod idem Rex Arnulphus in culpam trahebat, quare non id ante feciſſent, reddit rationem: Quod quando Carolus Imperator deceſſit, & idem Arnulphus regimen hujus Regni ſuſcipere noluit, hic Carolus adhuc admodum corpore ſimul & ſcientia parvulus exiſtebat, nec Regni gubernaculis idoneus erat, & inſtante immaniſſima Northmannorum perſecutione, periculoſum erat tunc tenerum eligere. Ut vero ad eam viderunt illum perductum ætatem, in qua ſalubre ſibi conſilium dantibus aſſenſum præbere noverat; ſuſceperint eum ſecundum Dei honorem, ut Regno conſuleret, volentes eum ita inſtituere, quatenus huic Regno & ipſi Arnulpho proficuus valeret exiſtere. De eo quoque, quod ſine ipſius Arnulphi conſilio præſumpſerint hoc agere: morem Francorum gentis aſſerit ſequutos ſe fuiſſe, quorum mos ſemper fuit ut Rege decedente, alium de regia ſtirpe vel ſucceſſione ſine reſpectu vel interrogatione cujuſquam majoris aut potentioris Regis eligerent. Hoc more hunc Regem factum ipſius fidelitati & conſilio committere voluerunt ut ipſius adiutorio & conſilio uteretur in omnibus, & ejus ſubderetur tam Rex, quam univerſum Regnum præceptis & ordinationibus.*

*Præterea quod audierat huic Regi ſuggeſtum, quia contra fidelitatem ipſius, & propter privatum hoc egit commodum; infert, quod clericus ipſe, qui hæc jactaſſe videbatur, antequam de re hujuſcemodi aliquid idem Archiepiſcopus a-* VIII.



PAGIUS

ſti DCCCCVIII. perductos, quos quidam Anonymus uſque ad Othonem II. continuavit. Libros alios duos edidit *de Eccleſiaſticis diſciplinis & Religione Chriſtiana*, quos nuper Baluzius publici juris fecit, & Notis illuſtravit.

VIII. *Carolus Simplex Rex Galliæ coronatur.*

A num. V. ad XIII. *Odone Rege in Aquitania commorante, Francorum Principes ex permaxima parte ab eo deficiunt, & agentibus Folcone Archiepiſcopo, Heriberto & Pippino Comitibus, in Rhemorum civitate Carolus filius Ludovici* (nempe Balbi) *ex Adelheide Regina natus, in regno elevatur*, inquit idem Regino ad hunc Chriſti annum, cum non advertiſſet, Auctorem a quo, uti aſſolet, hæc exſcripſit, annum inchoare a Paſchate, & *V. Kal. Februarii*, ſeu die XXVIII. menſis Januarii ſequentis anni, quo a Fulcone Archiepiſcopo Rhemenſi Carolus Simplex coronatus eſt, qui eam numerandi ineunt, putaſſe adhuc an. DCCCXII. Verum ut jam ſupra inſinuavi, dies Dominicus, in quem dies XXVIII. Januarii anno ſequenti incidit, evidenter inſinuat, hanc coronationem ad eum Chriſti annum pertinere. Docent etiam id varia hujus Principis Diplomata, quorum unum hic exhibere ſufficiet. Illud profert Chifletius in Hiſtoria Trenor-

cien-

*gere conaretur, venerit ad ſe, præſentibus Hereberto & Elfrido Comitibus, & conſilium ſimulque auxilium quæſiverit, quid agere deberet de juſſionibus Odonis, qui res importabiles ei præcipiebat. Ex parte quoque filiorum Goffredi conſilium petierit de malo, quod Odo eis facere conabatur: rogare itaque, ut tale caput communi conſilio ſtatueretur, per quod ſecuri poßent eſſe ſubditi intendentes vel in Vvidonem, vel in hunc regiæ proſapiæ Carolum: & ſimul conſiderantes quotquot fuerant, ad quem melius attendere deberent, viſum illis eſt propter acquirendi Regis utilitatem, & ipſius Arnulphi cavendam contrarietatem, propterque rectum, congruumque regii generis principatum, ut ad hunc Carolum ſe converterent, credentes, quia Arnulphus hoc de propinquo ſuo gratum haberet, ipſique & Regno præſidium ferret. Quod autem jactatum audierat cauſa Vvidonis hoc eum feciſſe, ut hac arte illum ſubintroduceret in Regnum, & dimiſſo parvo Carolo, ſe verteret ad Vvidonem, aſſerit livore invidiæ contra ſe ſcienter hæc falſo fuiſſe jactata. Ait etiam quod qualis erat ipſe, qui talia diffamabat, talem eundem poſſe fieri ſentiebat: ipſe vero non ſe talem fore, nec talibus ortum na-*

PAGIUS ciensis Abbatiæ, quo bona & Privilegia ejuſdem loci confirmantur, quod dicitur *datum VI. Idus Octobris, indictione IIII. anno XXIII. regnante Karolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante XVIII. Largiore vero hæreditate indepta IIII. Actum Gondulfi villa.*

IX. *Epochæ tres Caroli Simplicis.*

Tres *Caroli Simplicis* epochæ fuere. Prima a die XXVII. Januarii anni, quo coronatus eſt deducta, ſecunda a die tertia Januarii anni DCCCXCVIII. quo ſucceſſit *Odoni* Regi, & tertia a die vigeſima prima Januarii anni CMXII. [1] Prior autem a die XXVIII. Januarii hujus Chriſti anni repeti non poteſt, quia ex duobus poſterioribus certo conſtat. Diploma illud anno CMXV. emiſſum fuiſſe, ut numeranti patet. Obiter etiam obſervabis, *indictionem* illam IV. a Kalendis Septembr. illius Chriſti anni proficiſci, ideoque initium Indictionis in Gallia hoc ſeculo fixum non fuiſſe, ſicuti erat in Italia; cum tot Diplomata Regum Francorum occurrant, in quibus Indictio a Kalendis Januariis deſumitur. [2]

X. *Concilium Remenſe.*

Quare Concilium *Remenſe*, in quo hæc inauguratio peracta, non hoc anno, ſed inſequenti

NOTÆ [1] TErtiam Caroli Simplicis epocham ducendam eſſe a die 21. Januarii prohibet omnium fere Diplomatum ejuſdem Caroli fides, quibus docemur exordium illius vel ad exitum anni vel ad annum ſequentem retrahendum eſſe. Unum alterumve producam ex pluribus quæ in ampliſſima Veter. Monum. Collectione tom. I. col. 272. &c. & alibi etiam, proſtant. Apud Bollandiſtas ad diem 21. Junii pag. 115. extat Privilegium ejuſdem Caroli ſignatum *II. Idus Martii Indict. 6. regnante Carolo Rege glorioſo &c. redintegrante XXI. largiore vero hæreditate indepta VI.* Deſignatur hiſce annus 918. quo ea Martii die tertiæ epochæ annus ſextus adhuc agebatur; qui profecto ſeptimus fuiſſet, ſi epocha illa diei 21. Januarii affigenda eſſet. In eadem pariter Collectione Martenii col. 274. habes Præceptum Caroli ita ſubſcriptum: *Datum V. Kal. Julii, Indict. VII. anno XXVII. regnante Carolo Rege glorioſo, redintegrante XXII. largiore vero hæreditate indepta VII.* Is eſt annus 919. quo proinde octavus tertiæ epochæ annus nondum cœperat. Denique ibid. col. 272. legitur aliud ejuſdem Præceptum datum *Kal. Dec. Indict. VII. anno XXVI. regnante Karolo rege glorioſiſſimo, redintegrante XXI. largiore vero hæreditate indepta VI.* nempe anno 918. ut primæ, & ſecundæ epochæ anni indicant. Ex hoc autem poſtremo diplomate plura inferas; primo Carolum non ſemper Indictionem a Septembri mutaſſe; ſecundo epocham ſuam tertiam Decembri menſe anni 912. Carolum nondum cœpiſſe. Tertio mendi ſuſpicionem incurrere Diploma a Pagio ex Chiffletio productum in quo Indictio a Septembri petitur. MANSI

[2] APud Martenium in Collectione ampliſſima Anecdot. tom. I. pag. 249. habetur Privilegium *Caroli Simplicis* pro monaſterio Elnonenſi, in quo nonnullos ex maioribus ſuis memorat, qui beneficia eidem monaſterio contulerunt: *Nec non*, inquit, *poſtea Pippinus rex pater Karoli magni, ſed & ipſe Imperator Karolus, atque filius ejus Imperator Ludovvicus, hujus quoque filius avus noſter Karolus Imperator, & ipſi hujuſcemodi immunitatis auctoritatem erga jam dictum venerabile monaſterium fecerunt. Data XVI. Cal. Aprilis Indict. II. anno VII. regnante Karolo ſereniſſimo rege. Actum Remis civitate in Dei nomine feliciter. Amen.* Si *Indictio ſecunda* recte exarata eſt, hoc diploma datum eſt an. 899. At hoc anno die XVII. *Martii*, annus VIII. regni Caroli jam inchoatus eſſet, ſi initium regni capeſſendum foret a menſe *Januario* anni 892. Itaque prima regni epocha exordium ſumit ab an. 893. menſe *Januario*, ut docet Mabillonius Annal. Bened. Lib. XXXIX. §. LXXV. Recte etiam Pagius animadvertit, diem XXVIII. *Januarii* anni 893. qua *Carolus* coronatus eſt, in *Dominicam* incidiſſe. Aliud diploma ejuſdem *Caroli* ibidem pag. 255. pro monaſterio S. Ebrulfi: *Datum pridie Kal. Novembr. Indictione tertia, anno octavo, redintegrante III. regnante Domno Karolo glorioſiſſimo rege.* Duæ *Caroli* epochæ hic adnotantur, altera a menſe *Januario* an. 893. altera a die *tertia Januarii* anni 898. quo *Odoni* in regno ſucceſſit. De utraque epocha Mabillonius Annal. Bened. Lib. XL. §. XVII. XVIII. Rurſus apud Martenium pag. 260. exhibetur aliud ejuſdem *Caroli* diploma pro Eccleſia S. Martini Turonenſis, in quo memoratur *Carolus atavus noſter, Ludovicus Imperator proavus noſter, Karolus Imperator avus noſter, & Ludovicus rex piiſſimus genitor noſter. Data II. Cal. Majas, Indictione V. anno XI. regnante Karolo piiſſimo rege.* Is eſt autem A. D. 902. De tertia epocha vide infra ad an. 911. n. V. GEORGIUS



*natalibus recognoſcebat. Prædeceſſores quoque ipſius Regis nequaquam talia ingenia a progenitoribus ſuis experta fuerant, quos in omni fidelitate & Regni utilitate probatos habuerint, ideoque honorifice illos ſublimaverint: quapropter erubeſcendum eidem Regi fuiſſet, ut hoc de ſe crederet, vel infamia ſe tali notaret.*

IX.

*Denique de hoc, quod audierat ipſi Arnulpho dictum fuiſſe, quod hic Carolus filius Ludovici non fuerit: aßeverat, neminem ſe poſſe credere fore, qui eum ſi viderit, & parentem ipſius agnoverit, non agnoſcat illum de regali proceſſiſſe progenie: quædam etiam ſigna Ludovici patris ſui geſtare, quibus agnoſcatur filius illius fuiße. Popoſcit ergo Arnulphi regiam majeſtatem, ut hæc vera dignanter accipiat, nulluſque animum ipſius contra Regem innocentem propinquum ſuum commovere valeat. Sed utrum hæc, quæ aſſerit, ita ſe habeant in ſua præſentia, fideliumque ſuorum examinari faciat, & ad debitum finem perducat, cogitans qualiter anteceſſores ſui Regni ſtatum gubernaverint, & quomodo regalis culminis ſucceſſio ſemper huc uſque viguerit. Cum vero ille tantum Princeps Carolus de tota regali ſtirpe remanſerit: perpendat quid contingere poſſit, ſi eum debitus cunctis caſus repopoſcerit; cum tot jam alieni a ſtirpe Reges exiſtant, & adhuc ſint plures, qui ſibi regium nomen affectent. Quis poſt ipſius deceſſum juvabit ejus filium, ut ad debitam ſibi Regni conſcendat hæreditatem, ſi contigerit hunc ſibi propinquum cadere Carolum.*

X. Francorum regnum eſſe hereditarium.

*Annectit etiam quod in omnibus pene gentibus notum fuerit gentem Francorum Reges ex ſucceſſione habere conſueviſſe, proferens ſuper hoc teſtimonium beati Gregorii: Subiicit etiam ex libris Theutonicis de Rege quodam Hermerico nomine, qui omnem progeniem ſuam morti deſtinaverat impiis conſiliis cujuſdam Conſiliarii ſui. Supplicatque ne ſceleratis hic Rex acquieſcat conſiliis, ſed miſereatur gentis hujus, & regio generi ſubveniat decidenti, ſatagens, ut in diebus ſuis dignitas ſucceſſionis ſuæ roboretur: & ii, qui ex alieno genere Reges extabant, vel exiſtere cupiebant, non prævalerent contra eos, quibus ex genere honos regius debebatur. Aſſeritque, ſe miſiße Alerannum ad eumdem Arnulphum ſuggerendo, ut quoſcumque ſibi placeret, ex iis, qui Carolum Regem conſtituerant, in ſuum ſervitium pergere præciperet, qui coram ſublimitate ipſius hoc ita eſſe rationabiliter oſtenderent. Flagitans etiam orat, ut hæc præmiſſa benigno Rex tractet animo, & hanc ſciat ipſius eſſe devotionem, vel intentionem erga ipſius fidelitatem, ut Carolus ad ipſius conſilium in omnibus, quæ acturus eſt, reſpiciat, & ipſius pietate tutus conſiſtat, & ut nemo Regis animum ab auxilio iſtius Regni, vel ejuſdem Caroli deflectere valeat.*

XI. Fulconis indefeſſum pro Carolo ſtudium.

Subdit idem Frodoardus de aliis litteris a Fulcone eodem Archiepiſcopo ad ipſum Arnulphum datis eodem argumento. Sed & ſcripſit quoque idem Fulco ad Widonem (alii Guidonem appellant) Imperatorem ex Spoletano Duce, ut idem Frodoardus (*a*) in vita ipſius Fulconis his verbis ſignificat: *Vvidonem Imperatorem legatione ſuarum viſitans litterarum admodum ſe de ipſius gaudere fatetur gloria & exaltatione. Mirari vero atque turbari, quia nullis nuntiis jam longo tranſacto tempore ſibi aliquid de ſtatu & proſperitate ſua notificaverit. Exorat autem, ut Regi ſuo Carolo ſuffragium impendat, & talis erga ipſum exiſtat, qualem eum erga propinquum exiſtere decet; & ut celerius eum ſcire faciat, qualem voluntatem circa ipſum habeat.*

(*a*) *Frod. l.4. hiſt. Rhem. c.1.*

*De Arnulpho quoque Rege ſignificat, quod non velit eidem VVidoni pacem ſervare. Carolum denique Sedi Apoſtolicæ ſuam epiſtolam dirigere, orationibus ſe commendando Papæ, atque ipſius petere roborari benedictione. Et ut idem Papa hujus VVidonis eum conjungat amicitiæ. Poſcit etiam, ut eidem Regi de amicitia ſua per ſuum Miſſum, aut ſcripta VVido remandet, ſed & ſuis, vel Eccleſiæ ſibi commiſſæ compatiatur injuriis, quæ fidelitatis ipſius cauſa tolera-*

PAGIUS ti celebratum. Ex eo ſcriptum fuiſſe ad *Balduinum* Comitem Flandrenſem, qui res Eccleſiaſticas invadebat, liquet ex Epiſtola ad *Dodilonem* Cameracenſem Epiſcopum data, & a Baronio num. XII. recitata, qua hortatur, ut ſerio *Balduinum* admonendo corripiat, ne in ſua perſeveret pravitate.

XI. *Haſtingus Normannorum Dux in Angliam trajicit.*

Hoc anno inquit Hovedenus; *Rex Paganus Heſleng* (ſeu Haſtingus) *cum octoginta myoporonibus oſtium Tameſis intrans, munitionem ſibi apud Milleton ædificavit.* Eſt etiamnum opidulum illud vulgo *Milton*, non procul a Craveſcenda, ad ripam Tameſis. Iſte *Haſtingus* ille eſt qui per tot annos Gallias devaſtavit, qui ſibi male a Gallis timens, *diſtractis omnibus peregre profectus diſparuit*, inquit Gemiticenſis lib. 2. cap. 11. diſparuit quidem in Gallia, ſed viſus eſt in Anglia, ubi ſæpe repulſus, *Alfredo* Regi & Provinciis gravis fuit. Anno ſequenti *Haſtingus* Nuncio ad Regem dirigens promiſit juramentis, & datis obſidibus, quod ab ejus & Regni Angliæ inquietatione ceſſaret impoſterum, ſi pacifice recedere ſineretur, inquit Weſtmonaſterienſis ad illum Chriſti annum. Sed cum Alfredus illam Barbari religionem contemneret, Haſtingus alia pietatis ſpecie, prætextuque eum aggreditur. *Quamobrem ad majorem ſecuritatem*, ſubdit

*rabat*. Reliqua vero tranſacta inter Formoſum Papam & Fulconem Rhemenſem Archiepiſcopum, ſuo loco dicentur inferius.

XII. De eodem etiam Fulcone pro Carolo Rege laborante, hæc Frodoardus (a) ſubjicit verbis iſtis: *Porro ex hac eadem Rhemenſi Synodo ſcriptum fuiſſe ad Balduinum Comitem Flandrenſem, invadentem res Eccleſiaſticas liquet*, ad quem etiam Fulconem antea ſcripſiſſe, idem Frodoardus affirmat, cum ſubdit: *Scripſit poſt Hincmarum Fulco Balduino Comiti Flandrenſi, redarguens eum pro eo quod monaſterium monachorum ſibi uſurpaverat, & inſurrexerat contra Regem infidelitate & perjurio. Item ad eumdem ſcribens cum Epiſcopis ſuis ex Synodo Rhemenſi habita anno octingenteſimo nonageſimoſecundo, arguit eum, quod Eccleſiaſtica ſimul & regalia jura contemneret, locum ſacrum monaſtici ordinis pervadens, & Abbatis ſibi nomen uſurpans, unde communi decreto Epiſcoporum judicatum fuerat eum auctoritatis canonicæ anathemate feriendum; ſed quoniam Eccleſiæ & publicis utilitatibus Regni videbatur accommodus, cenſura ſuſpenditur, & emendandi ſpacium reſervatur.* Hactenus de his, quæ ſpectant ad Synodum Rhemenſem hoc anno habitam ex diverſis tunc ſcriptis epiſtolis Frodoardus. Porro Arnulphus ipſe primo præſto fuit Carolo, inde vero Odoni contra Carolum favit, ut Regino tradit, & alii aſſentiuntur. ☞

(a) *Idem c.2.*

Monetur Balduinus a Syn. Rhemenſ.

Synodus Viennæ in Gallia Eodem anno per Legatos Apoſtolicæ Sedis Viennæ in Gallia Synodus congregata eſt, cujus iſta monimenta referat codex Papirii Maſſoni:

*Hæc Capitula facta ſunt anno Dominicæ Incarnationis DCCCXCII. Indict. X. conſenſu Formoſi Apoſtolici congregata Synodo apud Viennam metropolim Galliæ, præſentibus Legatis Apoſtolicæ Sedis, venerabilibus Epiſcopis Paſchali, & Joanne, & aliis Coepiſcopis ejuſdem regni, quorum nomina ſubter habentur adſcripta, in baſilica ſancti Salvatoris nomine conſecrata.*

*Ut ab injuſta invaſione, & poſſeſſione rerum Eccleſiaſticarum ſæculares abſtineant, & quod hactenus feciſſe noſcuntur, emendare cogantur. Et ſi admoniti non ſe correxerint, tunc congruo tempore virtute Spiritus ſancti ex auctoritate beati Petri Apoſtoli habeantur excommunicati,*

*Ut ſæculares, qui de catalogo clericorum aliquem occiderint, vel caſtraverint, vel aliquo membro detruncaverint, ſeu temere dehoneſtaverint, de præteritis pænitendo, Eccleſiæ ſatisfaciant, & emendare ſtudeant: quod ſi non fecerint, ſupradicto tempore excommunicentur.*

*Ut eleemoſinam presbyteri, vel Epiſcopi ægrotantis nemo qualibet fraude violare præſumat: quod ſi quis fecerit, niſi emendaverit, ſimili ſententia feriatur.*

*Ut nemo ſæcularium Eccleſiæ dare, vel offerre abſque conſilio, & voluntate Epiſcoporum, ad quos, ipſæ Eccleſiæ pertinent, præſumat, & ut nulli cenſus a presbytero, loco muneris ad introitum, ut dicunt, Eccleſiarum * exquirantur, aut vi aliqua extorqueantur.* Hactenus de Synodo Viennenſi ☞. Quid præterea hoc anno acciderit de nece Arni Epiſcopi Wirzeburgenſis, a Ditmaro (b) ſic accipe:

* exigantur

(b) *Ditm. l.1.*

XIII. *Non longe a prædicto amne Caminizo, in pago Cutizi dicto Arnus Epiſcopus ſanctæ VVirzeburgenſis Eccleſiæ nonus, cum ab expeditione Boemorum reverſus, juxta plateam in parte ſeptemtrionali, fixo ſuper unum collem ſibimet tentorio, Miſſam caneret, hoſtili circumvallatus agmine, præmiſſiſque omnibus per martyrium, cum ſociis ſemetipſum obtulit Deo Patri, octingenteſimo nonageſimoſecundo Dominicæ Incarnationis anno, temporibus Arnulphi Imperatoris, cum oblationibus conſecratis in officium laudis, ubi hodie ſæpe accenſa videntur luminaria, & ſanctos Martyres hos eſſe, nec Sclavi dubitant.* Pergit dicere auctor de

Arnus Epiſcopus & ſocii Martyres.

PAGIUS dit Weſtmonaſterienſis, *miſit Regi duos filios ſuos pueros, ut ſi vellet, fidei illos & baptiſmatis imbueret ſacramentis. Tunc Rex piiſſimus, qui ſemper Paganorum animas potius liberare, quam interficere ſitiebat; ejus petitionibus acquievit: & pueris ſacro fonte renatis Haſteinum patrem eorum, cum omnibus aliis infidelibus, pacifice, juxta quod pactum fuerat, abire permiſit.* Verum barbarum pectus nulla humanitatis officia a perfidia cohibere potuerunt. Ethelvverdus *Haſtingi* adventum in Angliam in annum ſequentem differt, ſicuti & Chronographus Saxo nuper Oxonii editus, qui eum Haſteunum appellat.

XI. Anno Hegiræ CCLXXIX. obiit *Almothamedo Bellabi* Calipha Babylonienſis, *decimo nono Regiebi*, qui cum die XV. Octobris noſtri coincidit, ut habet Elmacinus. Eutychius Patriarcha Alex. qui hoc tempore vivebat, ait eum *die Dominica* demortuum, & in diem XV. Octob. revera hoc anno Dominica incidit. Hunc excepit *Mutatidus Billa*, quo Caliphatum gerente *Tauromenium* Siciliæ Oppidum cum portu in ora Orientali poſitum in poteſtatem Saracenorum venit, quod aliqui Hiſtorici anno ſequenti accidiſſe tradunt. Patriarcha Conſtantinopolitanus, cui Sicilia a Saracenis invaſa, Epiſcopi Siciliæ paruere, ut Siculos ſibi magis devinciret, ex iis duos Metropolitanos, nempe Catanenſem & Syracuſanum, duoſque alios

*Obitus Caliphæ Babylonis.*



de Eccleſia ab eodem Epiſcopo erecta in ſuo Epiſcopatu, deque reliquiis Chyliani martyris illic poſitis, & miraculis ibidem editis. At hæc ad inſtitutum ſatis.

An-

PAGIUS alios Archiepiſcopos, Meſſanenſem ſcilicet & Tauromenitanum eſſe juſſit; Sed anno incerto.[1] Non deſunt tamen Viri doctiſſimi qui volunt, *Syracuſas* ante nonum ſeculum Metropolim fuiſſe, ſed refellit eos Cantelius in Hiſt. Metropolit. Urbium part.III. Diſſert.V. cap. IV.

NOTÆ [1] Tauromenium expugnatum fuiſſe anno ſequenti 893. certum eſt; cum ex Joanne Diacono Neapolitano conſtet Saracenos ad ejus expugnationem proceſſiſſe anno Leonis 24. cœpta ſupputatione ab anno 870. quo Imperii coronam obtinuit. Vide Notam ad annum 870. MANSI

I. Synodus a Formoſo Papa indicta.

ANnus Redemptoris octingenteſimus nonageſimus tertius Indictione undecima ſequitur, quo Formoſus Papa ob graves perturbationes, quibus vexaretur Dei Eccleſia, generalem Synodum indicit celebrandam hoc anno Kalend. Martiis eadem Indictione undecima, ad quam vocavit etiam Tranſalpinos Epiſcopos, & inter alios Fulconem Rhemenſem Archiepiſcopum. Teſtatur (a) id Frodoardus, dum de ipſo Fulcone agit, quibus & illa præmittit de alis rebus geſtis ab ipſo Formoſo Pontifice, dicens:

(a) Fulcon. l.4. c.1.

II. Quæ cum Formoſo Frodoardus.

II. *Super his quoque, nempe ut ſe conferret in Urbem, Stephani Pontificis ſucceſſori Formoſo dominus Fulco litteras mittens, qualiter hæc a præfato Stephano Papa ſibi injuncta ſint ſignificavit, & ut ſibi auctoritatis ſuæ in his exequendis ſcripta dirigeret, expetiit. Unde & iterum ſcribens, vehementer admirari ſe dicit, ſi litteræ ſuæ ad ejus præſentiam pervenerint, quid cauſæ fuerit cur adhuc reſponſum hujus Pap. non meruerit recipere. Grates inter hæc referens, quod ſui memoriam dignatus ſit habere, & per Abbatiſſam Bertham verba ſanctæ conſolationis ſibi mandare, eumque ſe videre velle, & collato ſermone mutuo verba conferre. Quam rem fatetur immenſum ſibi gaudium pepeviſſe, ut magis deſideret præſentiam, adiiciens ſibi ab eo tempus, quo ad eum veniat, remandari, locumque, & quod ejus ſataget præceptis obtemperare. Poſtea poſtulat, ut privilegium Eccleſiæ Rhemenſis ſui nominis auctoritate fieri jubeat, ſicut etiam prædeceſſores ſuos feciſſe conſtat, & res huic Eccleſiæ per ſuam humilitatem accquiſitas perpetua firmitate contra omnes adverſarios muniat.*

*Annotat etiam qualiter Everardus Marchio S. Calliſti Papæ & martyris venerabile corpus a Romana Sede impetraverit, atque in ejus honorem monaſterium in prædio ſuo conſtituerit, quod prædium poſt ejus obitum ad filium ipſius Rodulphum Abbatem hæreditario jure devenerit, qui res ipſas ſimul cum memorati Martyris gleba, vitæ ſuæ diebus abſque ulla contradictione tenuerit, & de ſæculo migraturus eaſdem cum monaſterio & corpore ſacro Rhemenſi ſanctæ Dei Genitricis Eccleſiæ delegaverit, eamdemque rerum ſuarum hæredem inſtituerit. Tunc vero Hucboldus quidam ſororis hujus Rodulphi maritus munus ejuſdem Abbatis calumniabatur, & ab Eccleſiæ Dei Genitricis jure conabatur auferre. Proinde precatur, ut quid ſibi ſit in talibus agendum, ſuis eum inſtituat ſacris litteris, & harum collationem rerum æterna ſtabilitate corroboret, atque contradicentes digna excommunicationis ultione percellat.* III.

*Scrupulum denique ſibi dicit & ſingultum movere, quod audierat a quibuſdam ſanctam Sedem Romanam turbari; paratumque ſe totis viribus pro ipſius honore omnimodis decertare, & eidem Papæ veluti domino & magiſtro in cunctis obſecundare. Subnectit etiam de quibuſdam Epiſcopis Galliarum, qui ſibi pallium indebite a Romana poſcebant Sede, Metropolitanos ſuos tali ſpernentes tenore, aſſerens, quod res eadem, niſi prudenti præcauta foret ſolicitudine, confuſionem non mediocrem generaret Eccleſ. magnumque charitati diſpendium valeret inferre. Unde tam ſe, quam omnem precari dicit Eccleſiam, ne cito alicujus irrationabili petitioni ſine generali aſſen-* IV.

Pallium omni petenti non dandum.

PAGIUS SÆC. IX.

Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXXXI.

An. Hegiræ CCLXXX. inchoato die 23. Mart. fer. 6.

A.C. 893.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6386.

☉ 6. G. ☽ 1. P. 8. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 893.

FORMOSI PAPÆ 3.

WIDONIS IMP. 3.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 8.

I. Miſer ſtatus Eccleſiæ Africanæ.

I. AD num. I. ad VII. Formoſus Papa Fulconi Archiepiſcopo Remenſi per litteras ſignificat, *regionis Africanæ Legatos inſiſtere, reſponſa petentes pro dudum exorto inter Epiſcopos ipſarum provinciarum ſchiſmate* &c. *Cujus rei gratia generalem Synodum die Kalendarum Martiarum Indictionis undecimæ ſe inchoare diſpo*ſuiſſe, ut refert Flodoardus lib. 4. cap. 2. & ex eo Baronius num. V. Triſtiſſima fuit hoc ſæculo Africanæ Eccleſiæ facies, perſeveravit tamen aliquandiu, teſte Joanne Leone, licet Saracenorum jugo preſſa. Nulli Epiſcopi Africani interfuere Concil. Generali. an. DCCLXXVII. Nicææ celebrato, uti nec Concilio Generali VIII. anno DCCCLXIX. habito; ſed inde non ſequitur, omnes Epiſcopos in Africa defeciſſe, cum Auctor ille, qui ſub imperio Leonis Sapientis anno DCCCXCI. vixit, ex Baſilii Armeni libro *Notitiam* Epiſcopatuum exhibens, ſub Eparcho Africæ conſtituat Provincias quatuor, *Byzacenam* cum XIV. civitatibus, Numidianam cum XV. *Mauritaniam primam* cum Rynocucuro, & *Mauritaniam II.* cum civitatibus XVII. quas omnes Epiſcopali dignitate inſignes exhibet. *Notitiam* illam edidit Goarus in corpore Byzantinæ Hiſtoriæ, & Beveregius Tom. II. Pandectæ Canonum; & quamvis ſub Provincia Byzacena appareat *Carthagena Proconſularis*, non ideo erroris arguen-



*ſenſu & litteris conſentiat, ne per hoc Eccleſiaſticæ dignitatis honor vileſcere incipiat, ſi res indebitæ, quæ temere affectantur, inconſulte tradantur.*

V. *Cui reſcribens idem (a) Papa Formoſus, monet eum compati debere Romanæ Eccleſiæ, atque imminenti ejus ſubvenire ruinæ, nec ei ſuam præſentiam denegare, adiungens hæreſes undique ſchiſmata pullulare, nec qui ad reſiſtendum occurreret eſſe. Dicitque longo retroacto tempore pernicioſas hæreſes Orientem confundere, & Conſtantinopolitanam Eccleſiam nociva ſchiſmata perturbare, ſimul etiam regionis Africanæ Legatos inſiſtere, reſponſa petentes pro dudum exorto inter Epiſcopos ipſarum provinciarum ſchiſmate. Diverſarum quoque partium legationes diverſa reſponſa petentes inſtare. Cujus rei gratia generalem Synodum die Kalendarum Martiarum Indictionis undecimæ ſe inchoare diſpoſuiſſe, ad quam eumdem remota omni dilatione admonet feſtinare, ut colloquendo largius de his valeant pertractare, & affluentius ad conſulta ſingula reſpondere. Northmannicæ gentis procellis, quibus diſſerebat, ſe perturbari plurimum dolere; & ut eos Excelſi dextera reprimat, Apoſtolorum Principum ſuffragiis intervenientibus implorare; litteras vero, quas ſignificaverat ad eum per quaſdam perſonas primum ſe direxiſſe, ad ipſum minime perveniſſe. Miſerat etiam alias pro hac eadem Synodo celebranda pridem * hinc menſe Indictionis decimæ, in quibus litteris fatetur Italiam tunc ſemel & ſecundo horrida bella perpeſſam, & pene conſumptam. Orientalium vero partium ſe deflere væſanam hæreſim in Chriſtum JESUM blaſphemiam continentem.*

(a) Frod. l.4. c.2.

De ſtatu diverſarum Eccleſiarum.

*

VI. *Mittit præterea Fulco ad Formoſum petitum ſuper quibuſdam præſtari privilegium, commemorans B. Remigium genti Francorum Romanæ Sedis auctoritate cum gratia Dei Apoſtolum conſtitutum. Bernam quoque villam, quæ inique dudum ſubtracta fuerat, Eccleſiæ Rhemenſi reſtitutam tradit, Duodenacum quoque; ſed & ea, quæ domnus idem Fulco per precarias obtinuerat, Todennum videlicet, & Margolium, Leſteumam & Guiglerium, atque Virtudem, necnon Abbatiam, quæ dicitur Capellis, Atejas etiam & Maniacum, aliaſque res, quæ dudum ablatæ, tunc redditæ fuerint Eccleſiæ Rhemenſi, reſtitutas auctoritate confirmat Apoſtolica, ut eas vel cæteras Eccleſiæ poſſeſſiones nemo præſumat auferre vel invadere. Sanciens inſuper auctoritate B. Petri, ut nemo Regum, nullus antiſtitum, nemo quilibet Chriſtianus decedente Rhemorum Epiſcopo, vel res ipſius Eccleſiæ ſuis compendiis applicet, neque ſub ſuo dominio teneat, præter ipſius civitatis Epiſcopum. Sed eamdem Metropolim non ultra conſtitutionem canonicam ſine conveniente paſtore ex regulis Eccleſiaſticis manere cogat, neque aliter ibidem Epiſcopum, niſi ut ſacri Canones jubent, conſtitui faciat. Promulgans etiam ac ſtatuens idem Pontifex, ut ea, quæ idem venerabilis præſul Fulco de villis hujus Eccleſiæ, ac facultatibus earum uſibus Eccleſiaſticorum ornamentorum, vel luminarium cenſu ſtipendiis Canonicorum, ac monachorum, atque ſanctimonialium, ſeu matriculariorum & hoſpitum vel pauperum conſtituerat, perpetuo inconvulſa permaneant, hanc auctoritatem ſui decreti ſub anathematis vinculo violatoribus innodatis corroborans. Imperatorem quoque Vvidonem coronatum eodem anno ſignificans Indictione decima.*

*Item ad ipſius domni Fulconis petitionem miſit aliud eidem privilegium pro eo monaſterio, quod Rodulphus Abbas in honorem S. Calliſti martyris & Papæ ex hæreditario proprietatis ſuæ jure conſtructum, huic Rhemenſi conceſſerat Eccleſiæ, tam eadem cœnobia, quam omnes poſſeſſiones liberalitate regali, vel aliorum Chriſticolarum munificentia collatas Eccleſiæ, ſive quas idem præſul acquiſierat, aut deinceps acquiſiturus erat, eidem Eccleſiæ Apoſtolica corroborans & ſtabiliens poteſtate.* VII.

Ad poſtremum, hoc eodem anno, qui & ſecundus eſt, ex quo Wido Imp. Ro- VIII.

PAGIUS

guenda hæc Notitia; ut enim habet Nilus Doxapatrius libro de quinque Thronis Patriarchalibus, anno MXLIII. Rogerio Siciliæ Regi nuncupato, *Romanus obtinebat provinciam Byzaciæ, in qua eſt Carthago, & Mauritaniam.* Quibus ex verbis Schelestratius Diſſert. IV. de Eccleſia Africana cap. VII. num. V. colligit, introductam poſt Saracenorum irruptiones aliam Provinciarum diviſionem, *Carthagena* ſcilicet Proconſulari ſub Byzacena Provincia collocata.

II. *Locus Flodoardi corruptus corrigitur.*

II. Paulo poſt ſubdit Flodoardus: *Miſerat etiam alias pro hac eadem Synodo celebranda pridem hinc menſe indictionis decimæ* (ſed exemplari corrupto uſus eſt Baronius, legendumque, *pridem huic quoque Præſuli noſtro literas, quam decreviſſe ſe aſſerit incipere mediante Majo menſe, indictionis decimæ (in quibus literis fatetur, Italiam tunc ſemel & ſecundo horrida bella perpeſſam & pene conſumptam.* Eæ literæ initio anni ſuperioris ſcriptæ fuerant; cum Synodus menſe Majo illius anni celebranda fuerit. Quare loquitur *Formoſus* de bellis in Italia *VVidonem* inter & *Berengarium* ſuperioribus annis habitis, quorum anno ſuperiori meminimus.

III. Ad num. VIII. Baronius, qui initium Imperii *Vvidonis* anno ſuperiori conſignavit, Imperium *Lamberti* filii ejus in hunc differt, quia ei anno ſecundo imperii patris collatum, ut refert Flodoardus. Verum anno ſuperiori oſten-

III. *Lambertus anno DCCCXCI Imperator dictus.*

*Lambertus ungitur Imp.* Romæ a Formoſo Papa unctus eſt Imperator, ejus pariter filius Lambertus ab eodem Formoſo ungitur Imperator. Conſtat iſtud quidem ex Frodoardo, dum meminit de Formoſi Papæ litteris ad Fulconem Rhemenſem Archiepiſcopum, aitque: *Hic quoque Lambertum filium Vvidonis anno ſecundo Imperii patris ipſius, novum Imperatorem factum fuiſſe deſignat. Tunc item pro diœceſanis provinciæ Rhemenſis Epiſcopis, quod audierat eorum quoſdam hujus Archiepiſcopi ſui audientiam contemnere, ſcribens eidem, ut ſuos conveniat Coepiſcopos, cæterorum quoque quod ipſi viſum fuerit, Epiſcoporum collegium convenire denuntiet, ut de tanto neglectu ſynodali ſimul actione perquirant, & quidquid oportuerit, canonica atque Apoſtolica muniti auctoritate decernant. Subiiciens, ut nemo a tam Deo digno ſe ſubtrahat opere, qui Apoſtolicæ ipſius particeps voluerit communionis exiſtere.*

IX. *Bellum Bulgaricum.* Quod ad res pertinet Orientales, hoc eodem anno bello acerrimo excitato inter Bulgaros & Leonem Imperatorem, eodemque per plures annos propagato, Turcæ & Hunni adverſus eoſdem ab eodem ſunt Imperatore vocati, Simeone Bulgarorum Rege validiſſime reſiſtente: ex quo factum eſt, ut diſſoluto inter Bulgaros & Conſtantinopolitanum Imperatorem pacis vinculo, æque ſpiritualis præfectura, quam Græci ſibi (ut vidi-

PAGIUS ſtendimus, *VVidonem* anno DCCCXCI. *Lambertum* vero anno DCCCXCII. Imperatores renunciatos eſſe, & locum Flodoardi a Baronio recitatum explicavimus. Quare videnda quæ ibi diximus.

IV. *Bellum Bulgaricum.* Ad num. IX. Tradit continuator Freherianus Annaliſtæ Fuldenſis *Arnulphum* Germaniæ Regem ſuos ad Bulgaros & eorum Regem Legatos miſiſſe, ad renovandam pacem, *ſub menſem Septembr.* anni DCCCXCII. tum etiam, ut ne Moravanis hoſtibus ſuis, ſeu Zunibaldo Moraviæ Regi auxilium ſubminiſtrarent. Verum peracta tunc Bulgaros inter & Græcos pacta din non perſtitere; *Symeon* enim, ut docet Leo Grammaticus pag. 478. non omnes ſibi remiſſos captivos queſtus, tum etiam arrepta Nicephori Phocæ mortis occaſione, qui conſiliis ſuis, & ne in Imperii provincias irrumperet hactenus obſtiterat, bellum in Leonem Aug. inſtauravit. *Leo* vero collecto undique ingenti exercitu, huic *Cataealonem* & *Theodoſium* Patricium Protoveſtiarium præficit, qui commiſſo ad *Bulgarofugum* prælio magna ſuorum cum clade prorſus profligati ſunt interemto ipſo Theodoſio, de cuius nece acerbiſſimum dolorem teſtatus eſt Imperator. Quod bellum fuſius Leo Grammaticus narrat, indicatque hoc tempore geſtum eſſe; cum illud his verbis inchoet: *Leo Zautzam Imperatoris Patrem creavit ſecreto amoris philtro in Zoes ejus filiæ conſuetudinem abductus, poſt Thodori Guzuniatæ viri ejus mortem. Stephano autem Patriarcha morte ſublato, in ejus locum Antonius cognomento Cauleas ordinatur. A Duce vero Macedoniæ venit nuncius Symeonem Bulgariæ Principem adverſus Romaniam* (id ſt Imperium Romanum) *profectionem meditari.* Quare cum *Stephanus* menſe Majo currentis anni ad Deum migrarit, uti an. DCCCLXXXVIII. oſtendimus, (quod huc revocari debet) non dubium, quin hoc bellum hoc anno inceptum fuerit.

V. *Dignitas Patris Imperatoris.* Porro dignitate *Patris Imperatoris* quæ magna erat, multi poſtea donati ſunt, eaque a Pachymere lib. 1. Hiſt. cap. 27. ubi de Michaele Palæologo, qui junioris Laſcaris tutelam acceperat, βασιλεοπατορία appellatur; qui vero eo honore exornatus erat, dicebatur πατὴρ βαφιλίως, vel βασιλεοπάτωρ. Ea diverſa non fuiſſe videtur a Patriciatu; cum ab ipſa ferme iſtius dignitatis origine Patricii *Patres Imperatorum* compellati legantur. Majorianus Novella 3. *Cum Patre Patricioque noſtro Richimere*, &c. & Corippus lib. 4.

*Patricius ſenio fulgens Callinicus honoro.*
*Qui pater Imperii meruit jam factus haberi.*

VI. *Zundibaldus Moraviæ Rex ab Arnulpho devictus.* Bellum inter Arnulphum Germaniæ Regem & Zuntibaldum Moraviæ Regem his verbis Sigebertus hoc anno narrat: *Arnulphus Rex Zvendebaldo Duci Maharenſium Ducatum Boemanorum addens, & Boemannos per hoc ſibi infeſtos fecit, & Zvendebaldo per adiectionem potentiæ materiam contra ſe rebellandi dedit. Ad quem debellandum cum non ſufficeret, gentem Hungarorum Deo inimicam regno immiſit, eorumque auxilio Zvendebaldum devicit, & tributarium fecit.* Quod bellum hoc anno etiam memorant Continuator laudatus Annaliſtæ Fuldenſis, Chronographus Monaſterii S. Galli, & Lambertus Schafnaburgenſis. Illius etiam meminit Baronius anno DCCCLXXXIX. n. I. quo geſtum eſſe exiſtimabat. Luitprandus lib. 1. cap. 5. invehitur in *Arnulphum*, quod Hungarorum gentem cædis & rapinarum avidam in auxilium vocarit, concluditque: *Devicto Zvvendeboldo Maravanorum Duce, Arnulfus pace habita regno potitur. Hungari interim obſervato exitu contemplatique regionem cordibus malum, quod poſtmodum in propatulo apparuit, machinabantur.*

VII. *Arnulphus Rex adverſus VVidonem Imp. movet.* Nec Italia Germania pacatior erat. Citatus enim Continuator Annaliſtæ Fuldenſis hoc anno habet: *Miſſi Formoſi Apoſtolici cum Epiſtolis & Primoribus Italici regni ad Regem* (nempe Arnulphum) *in Bajoariæ advenerunt: enixe deprecantes, ut Italicum regnum & res S. Petri ad ſuas manus a malis Chriſtianis eruendum adventaret: quod tunc maxime Vuidone tyranno affectatum eſt. Quod Rex apud urbem Regino* (ideſt Ratiſponam) *honorifice recipiens & cum muneribus poſtulata annuens abire permiſit.* Parte alia *Berengarius*, inquit Liutprandus lib. 1. cap. 7. *dum ubi proſpera inimico* (nempe Widoni) *ſibi adverſa proſpiceret cum Zvvendebaldo* (Arnulphi Regis Germaniæ filio) *pariter Arnulphi Regis adiit potentiam orans ac pollicens, ut ſi ipſum adiuvaret, ſe totam Italiam, ut ante promiſerat, ditioni ejus ſuppoſiturum. Qui tantæ promiſſionis gratia excitus copiis collectis cominus Italiam adit. Cui Berengarius, ut promiſſionis ſuæ daret fidem credulitatis, arrabonem clypeum portat; ſuſceptus itaque a Veronenſibus, ad urbem proficiſcitur Pergamum, quam anno ſequenti obſidione cinxit ut ubi videbimus.* Arnulphum vero hoc anno in Italiam tranſiiſſe, demonſtrant diplomata ejus



dimus) vindicaverant, e medio tolleretur: iidemque Bulgari Romanæ Eccleſiæ a qua donis & blanditiis Græcorum deſciverant, ſe ſponte ſubiicerent. De bello autem iſto plura apud Curopalatem invenies.



PAGIUS jus a Sigonio lib. VI. memorata, dataque *anno DCCCXCIII. V. Idus Novembris, Veronæ anno Regni illius ſexto.* [1]

VIII. *Corpus S. Vedaſti Attrebatum revehitur.* Anno DCCCLXXX. Nortmannis Monaſteria & cætera loca ſancta evertentibus Vedaſtini Monaſterii Monachi *S. Vedaſti* Attrebatenſis Epiſcopi corpus Bellovacum tranſtulere, ſed *poſt biſſenos ſemis & eo amplius annos, jam monaſterio muris circumſepto, turribus aſſirmato*, inquit Monachus Anonymus coævus in Hiſtoria Tranſlationis S. Vedaſti in actis SS. Bollandianis ad diem VI. Februarii recitata, *quarta die egreſſionis a Bellovago in dominica die, Idibus menſis Julii* Monachi deferentes ſanctum Vedaſtum Attrebatum ingreſſi ſunt, ſtatuitque Epiſcopus, ut hic dies Relationis Corporis B. Vedaſti *in prædicto die, Idibus Julii menſis* ſolemniter obſervaretur. Quæ Relatio hoc anno, qui XIII. eſt ab ejus Bellovacum Tranſlatione, quove dies Dominica in diem XV. Julii convenit, peracta. Complurima tunc patrata miracula, quæ ibidem referuntur.

Moritur S. *Stephanus* Patriarcha Conſtantinop. ut oſtendi an. DCCCLXXXVIII. *Hungari* in Pannonia primum viſi, ut videre eſt anno DCCCLXXXIX. n. I. Concilium Remenſe, ut anno ſuperiori n. X. dixi.

NOTÆ [1] Italicum Arnulphi regnum exprimitur in ejus diplomate pro Eccleſia Wormatienſi vulgato a Cl. Muratorio Antiquit. Ital. to. II. Diſſert. XXVI. col. 450. quod datum legitur *Frankenfort die VII. Kal. Auguſti anno dominicæ Incarnationis DCCCXCVII. Indictione XV. anno V. regni Arnolfi regis. Imperii ejus II.* Annus iſte regni profecto de regno Italico accipiendus eſt; alioqui enim non cohæreret cum Diplomate a Sigonio producto, de quo Pagius hic, in quo annum 992. regni (Germanici) ſextum numerabat. Arnulphi igitur Italicum regnum poſt diem illam Julii anni hujus 893. cœpit. MANSI

I. Formoſus Papa laborat pro Carolo Rege Francorum.

ANnus Redemptoris octingenteſimus nonageſimus quartus Indictione duodecima conſignatus ſequitur, quo Formoſus Papa ſolicitus, ut ſtabiliret in Francorum Regno Carolum legitimum ſucceſſorem, ſcribit ad Fulconem Rhemenſem Archiepiſcopum, de quibus Frodoardus (a): *Item pro Caroli provectione ad regimen Regni, quem dominus idem Fulco ad regium culmen adhuc puerum provexerat, litteras dedit. Et de criminibus Odonis Regis, vel correptione ipſius, qualiter eſſet agendum. Pro quibus idem Archiepiſcopus huic Papæ ſcripta ſua conſilium & auxilium ab eo petendo direxerat. Unde & ad eumdem Regem Odonem, qui Regnum occupaverat, litteras ſuas idem Papa delegavit, ut ab illicitis eum revocaret, ne eumdem Regem Carolum, vel quæque ipſius eſſent, infeſtaret, induciaſque belli differendo daret, donec idem præſul Fulco ſcilicet Apoſtolicam Sedem adire ſtuderet. Item Formoſus Papa* (b) *ad Archiepiſcopos & cæteros Epiſcopos Galliarum ſcripſit, monens, ut conveniant atque commoneant eumdem Regem Odonem, ne illicita perpetrentur, & ne aliena uſurpentur, ſed bellum ſedetur, & omnis hoſtilis commotio ſopiatur; vel induciæ belli, donec Fulco Romam, ceu dictum eſt, adeat, edicantur; ipſique ſtudeant interim cuncta differre, & pacem ac unanimitatis concordiam recreare. Item Formoſus huic quoque Regi Carolo congruam dirigens admonitionem ejuſque congratulans eminentiæ atque devotioni, quam Rex idem ſe ſignificaverat erga Sedem Apoſtolicam gerere, qualiter ei in Regno ſit agendum, ſuccincte lucideque demonſtrat, quem petierat ei benedictum panem pro pignore mittens; & de itinere præfati præſulis noſtri ad Sedem Apoſtolicam monens: eidem quoque domino Fulconi litteras ſuas dirigens, hæc ſupradicta ad præmiſſas perſonas ſe deſtinaſſe ſcripta commemorat, ipſius videlicet ſuggeſtione de pace vel induciis belli inter Odonem & Carolum differendi. Idem Papa ſcribit ipſi pro diſcordia ſedanda, quam audierat inſurrexiſſe pro Manigauldi ab Alberico perpetrata interemptione. Item petens eumdem pro quibuſdam Grimlaici dilecti filii ſacerdotis, ad Epiſcopatum, ubi ſe locus obtuliſſet, promotione.* Hæc de Formoſi Papæ litteris Frodoardus: de Fulconis autem ita:

(a) Frod. hiſt. Rhem. l. 4. c. 2. in fin.

(b) Ibid.

II. Quæ ad Formoſum Fulco.

*Idem quoque præſul Fulco nonnulla præfato Papæ præter præmiſſa reperitur direxiſſe ſcripta tam pro ſua vocatione qua vocabatur ab ipſo ad Sedem Apoſtolicam, quam pro contentione, quæ verſabatur inter Reges Odonem & Carolum; necnon pro oppreſſione, quam Rhemenſis patiebatur Eccleſia, petens, ut Papa Regibus ſcribendo, pacem impetraret; Arnulpho quoquo Transrhenenſi auctoritate Apoſtolica præciperet, ne Caroli Regnum inquietaret, quin potius ei auxilio eſſet, ut propinquum propinquo deceret: Odonem vero mandaret, ne Regnum iſtud invadere aut deprædari præſumeret. Quod niſi audiret, Apoſtolicæ Sedis ſententiam reformidaret. Item ſcripſit, quia poſt admonitionem ipſius Papæ, nec Arnulphus orbitati Caroli ſubvenire voluit, nec Odo a pervaſione Regni, rapinis, ac depopulatione ceſſavit: ſed & Arnulphus res Eccleſiæ Rhemenſis, tam eas, quas aliquamdiu injuſte ſublatas ipſi reſtituerat, quam eas etiam, quæ numquam prius ſubtractæ fuerant, abſtulit: ob id tantummodo, quia temerariam ejus invaſionem hic præſul recipere noluerit, & quod Odo civitatem Rhemenſem obſederit, innumeras etiam cædes & deprædationes exercuerit, & res Eccleſiæ Rhemenſis ſuis ſatellitibus dederit, hujus Eccleſiæ inſiſtens rapinis, donec Carolus cum valido exercitus apparatu adveniens, eum ab obſeſſa civitate depelleret; ſignificans etiam, quod Robertus homo Arnulphi ex parochia Herimanni Colonienſis Epiſcopi, res hujus Eccleſiæ invaſerit ac diripuerit, donec eum vi ac ſi canem rabidum ab earum devaſtatione repulerit: de quo petit, ut niſi admonitus reſipuerit, auctoritatis Apoſtolicæ ſententia feriatur. His ſemper turbationibus Regni obſeſſum impoſſibile fore ſignificans, ad ejus Apoſtolicam ſe properare præſentiam, dum ſemper expectetur bellum, nec aliter poſſe Regni res componi credatur; ſed ipſe ſemper bellum diſtulerit, non quod inferiores, vel impares fuerint, aut de injuſta cauſa dubitaverint, ſed ne vires Regni bellis attritæ paganorum proderentur invaſionibus. Unde dato placito inter ſe dexteras ſecuritatis invicem uſque ad tempus præfinitum dederint, & cætera.*

Negotia Archiep. Rhemenſ. cum Formoſo Papa.

PAGIUS SÆC. IX.

Anno Eræ Hiſpan. DCCCC-XXXII.

Anno Hegiræ CC-LXXI. inchoato die 12. Martii fer. 3. A.C. 894.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6387.

☉ 7. F. ☽ 2. P. 31. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 894.

FORMOSI PAPÆ 4.

LAMBERTI IMP. 3. & 1.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 9.



III. *Item pro eodem Rege Carolo & Imperatore Lamberto, gratiarum referens actiones, quod notificaverit ſibi de ipſo Lamberto & patre ſe curam habere, filiique chariſſimi loco eum diligere, atque inviolabilem cum eo concordiam ſe velle ſervare. Aſſerens quod non illum tantum diligeret pro conſanguinitatis neceſſitudine, qua illi devinctus habebatur, verum multo magis, quia hujus Papæ venerator & amator exiſteret. Precatur autem, ut idem Carolus Rex cum prædicto Lamberto in amicitia jungeretur, & Odoni vel proceribus Regni pro cauſa pacis Papa reſcribat, quo Carolus ad Regnum hæreditario ſibi jure debitum proficiat: & quamvis tunc totum non poſſet ſuſcipere Regnum; ſaltem partem aliquam honori ſuo condignam, concorditer & juſte dividendo Regnum illi conſervent. Subiungens acturum ſe, quod ſibi Apoſtolicus idem Pontifex præceperat ſuper tranſgreſſoribus & ſacrorum violatoribus Richardo, Manaſſe, atque Rampone, mox ut Coepiſcopos ſuos in unum potuerit congregare; tantum Papa remandet, quoniam æterno illos anathematis vinculo innodaverat, ſi liceat eis ad pœnitentiam converſis aliquid impendi miſericordiæ, vel eos ad pœnitentiam ſuſcipi, ſeu quis modus ipſius debeat eſſe pœnitentiæ. De Rampone vero aſſeverat, quin in ſolum Teutbaldum Epiſcopum reus exiſteret, nihil culpæ in Vualterium Senonenſem admiſerit, ad quem comprehendendum, nec præſens fuerit, nec adiutorium vel conſenſum ad id agendum præbuerit, & cætera.*

IV. *Item pro Heritaudo Tarvanenſi Epiſcopo, cujus Epiſcopio a Northmannis depopulato eum, neceſſitate cogente, & ad ſe venientem ſicut oportebat, ſuſceperat, quemque viſitatorem cuidam viduatæ Eccleſiæ conſtituerat, ut viſitando ſuſtentationem, interim, dum Epiſcopus ibi ordinaretur, ex illa caperet. At quia homines præfatæ Tarvanenſis parochiæ barbaricæ videbantur eſſe feritatis & linguæ: ſupplicat, ut reſponſo Papæ mereatur certificari, ſi hunc viduatæ debeat præponere plebi, & alterum ei liceret in præmemorata ipſius Eccleſia ſubrogare, qui acceptior propter parentelam & linguam in eodem loco poſſet exiſtere.*

V. *Idem vero Papa reſcribens ei, laudibus attollit eumdem, congratulans ejus dilectioni atque ſolicitudini, quam gerebat erga Lambertum Imperatorem, de cujus fidelitate & ſtabilitate monet eum fieri ſemper perſolicitum, veluti conſanguinitatis propinquum, aſſerens ſe cum ipſo tantam pacis & dilectionis habere concordiam, ut nequeant aliquajam ab invicem pravitate ſejungi. Notificat quoque Richardum, Manaſſem, atque Ramponem excommunicatos a ſe, atque perpetuo ligatos anathmate, pro eo quod tam nefandiſſima perpetraverint, ut quod Teutbaldo Lingonenſi Epiſcopo oculos eruerint, Vualterium Senonenſem propria ſede depulſum cuſtodiæ mancipaverint: mandans, ut ſecum de his conſentiat, & convocatis ſuffraganeis omnibus ſuis Epiſcopis, canonicum ſuper his quod exercuerat judicium pari modo determinet.*

VI. *Item ſcribit eidem Archiepiſcopo pro Bertario quodam presbytero, quem Clerus & plebs Eccleſiæ Catalaunenſis conſenſu Regis Odonis ad Epiſcopatum dicebatur elegiſſe, ſuccenſens, quod hunc vocatum canonice noluerit conſecrare, ſed in tranſitu defuncti Epiſcopi Eccleſiam ipſam Geritaudo Tarvanenſi Epiſcopo beneficiali more ferebatur contuliſſe: poſtea quemdam Mancionem nonnullis criminibus irretitum in eadem Eccleſia quaſi Epiſcopum ordinaverit. Cumque prænominatus Bertarius Apoſtolicam præſentiam adire vellet, comprehenſus ſit a quodam Conrado hujus domini Fulconis vaſſallo, de Eccleſia tractus, & in exilium per unum menſem relegatus. Unde & evocans hunc noſtrum præſulem mandat expreſſe, ſed fraterne, ut ſuam denominato tempore non deferat ei extero præſentiam, habens ſecum præfatum Mancionem, & jam dictum Conradum cum quibuſdam denominatis Coepiſcopis ſuis, & cætera.* Hucuſque ex Frodoardo, quæ ad res geſtas Formoſi ſpectant.

VII. Ætas Lamberti Imp.

Quod rurſum ad Lambertum pertinet, ſuperiori anno, Imperatorem a Formoſo Papa creatum; quem vidimus natum In-



PAGIUS

I. Geſta ab Arnulpho Germaniæ Rege in Italia.

A num. VII. ad X. Anno ſuperiori oſtendimus, *Arnulphum* Germaniæ Regem adverſus Vvidonem Imp. in Italiam veniſſe. Quæ ibi hoc anno egerit ita narrat Annaliſta Metenſis, & ex eo Regino: *Arnulphus cum valido exercitu Langobardorum terminos intravit, & circa Purificationem Sanctæ Mariæ caſtrum, quod nuncupatur Pergamum, armis cepit, & Ambroſium Comitem ipſius civitatis laqueo ante portam ipſius urbis in quadam arbore ſuſpendit. Unde tantus timor ſuper reliquas civitates cecidit, ut nullus auderet contradicere, ſed omnes obviam procederent venienti. Pervenit autem uſque Placentiam. Inde converſus per Alpes Penninas, Galliam intravit.* Idem fere refert Luitprandus lib. 1. cap. 7. qui tamen capite inſequenti perperam ſcribit, *Vvidonem* acriter inſecutum eſſe, & dum a Romanis ingrediendi Urbem ei fiducia negaretur, eam vi cepiſſe. Tum capit. 9. Vvidonis obitum re-

Indictione decima, ſuperioris Indictionum periodi, hoc anno oportuit fuiſſe annorum decem & ſeptem: quibus bene conſentiunt, quæ de ipſo Luitprandus (a) habet ipſum adhuc ephœbum fuiſſe, cum poſt obitum patris ſolus habenas ſuſcepit Imperii. Cum autem litteris Formoſi Papæ de his certior redditus eſſet idem, qui ſupra, Fulco Rhemenſis Archiepiſcopus, ad eumdem Lambertum recens Imperatorem coronatum litteras pareneticas ſcripſit, quarum idem, qui ſupra, Frodoardus meminit, eaſque ſummatim collectas ſic recitat:

(a) Luit. l.1.c.10.

VIII. Quæ Fulco ad Lambertum Imp. *Lamberto Imper. congratulationis apices dirigens notificat quid ſibi de ipſo dominus Formoſus Papa ſuis litteris intimaverit, quod ſcilicet eumdem Imperatorem multum diligeret, & in omnibus ei conſulere loco filii chariſſimi, atque indiſſociabilem vellet ad eum ſervare concordiam. Hortatur ergo hunc Principem, & admonendo flagitat, ut tantæ benignitati ejuſdem Papæ gratus exiſtat, illum ut patrem piiſſimum diligat, omnemque illi fidelitatem & obedientiam ſervet, ejuſque ſacris monitis ut verus filius obtemperet, & Sedem Romanam digna veneratione honoret. Ita enim veſtrum, inquit, perenni ſoliditate ſtabilietur Imperium, & contra omnes inimicos & hoſtes veſtros divinum vobis auxilium ſuffragabitur; fietque ut omnibus adverſariis veſtris divino adiutorio ſemper ſuperior & fortior ſitis. Recordamini, quæſo, avunculi veſtri & æquivoci Lamberti illuſtriſſimi, qualis erga ſanctam Romanam Sedem fuerit, qualemque exitum conſecutus ſit, & cavete, ne in idem exemplum deveniatis, ſi aliquid ſimile agere volueritis, Domnum etiam Apoſtolicum deprecamini, ut eum dignetur abſolvere, & pro illo apud Deum intervenire. Pro me quoque attentius poſtulo, ut ejus mihi concilietis benevolentiam, quatenus tam de me quam etiam de ſede Rhemenſi mercedem dignetur habere, & ſua illi privilegia inviolabiliter cuſtodire, ſicut omnes ſancti illius prædeceſſores ſemper feciſſe noſcuntur. Et ſi aliquis umquam aures clementiæ ipſius inquietare, & de nobis aliquid ſiniſtri dicere præſumpſerit, non prius obloquentibus credere velit, donec per me, aut certe per ſuum, vel meum Miſſum, quod verum ſit, poſſit agnoſcere.*

*De cætero cognoſcat Imperialis dignitas veſtra Ramponem propinquum veſtrum & meum, ab eodem domino Apoſtolico excommunicatum, ſicut ex ejus litteris agnovimus, pro quo obſecro magni-* IX.

PAGIUS recitat. Poeta Anonymus in Carmine panegyrico *de laudibus Berengarii Aug.* lib. 3. in eumdem errorem incidit, narratiſque obſidione Bergomi, quod *Pergamum* appellat, ejuſque expugnatione, ait Arnulphum & Berengarium Reges cum exercitu Romam veniſſe, eiſque portas Urbis Leonianæ tandem patefactas, & ambos Reges in B. Petri Baſilicam introductos. Verum, certum ac indubitatum, tam Luitprandum quam Poetam in eo quod aiunt, *Arnulphum* hoc anno Romam veniſſe, hallucinatos fuiſſe, cum tam Annaliſta Metenſis, & Regino, quam Continuator, Freherianus Annaliſtæ Fuldenſis teſtentur, eum anno tantum DCCCXCVI. Romam profectum eſſe, Urbeque capta, a *Formoſo* Papa coronatum. [1] In præfata Annaliſtæ Fuldenſis continuatione deeſt pars hujus anni, parſque ſequentis. Ac præterea narrationi anni DCCCXCVI. male præfigitur annus DCCCXCV. [2] In parte quæ ſupereſt hujus anni, legitur tantum narratio obſidionis Bergomenſis, eaque mutila, & ibi, uti a Poeta, *Bergomum* appellatur *Pergamum*, ſicuti *Berengarius* ab eodem Continuatore dicitur *Perengarius*. Sed quod deeſt in iſto Continuatore, diſerte his verbis hoc anno ab Annaliſta Metenſi refertur:

*Eodem anno VVido, qui Italiam regebat, & Im-* II.

NOTÆ [1] AN Romam hoc anno Arnulphus cum Berengario venerint affirmare non auſim; dubius tamen hæreo. Neque eam profectionem perſpicue fictitiam pronuncio, tum propter authoritatem Anonymi de laudibus Berengarii, cui Luitprandus apud Pagium hic ſuffragatur; cum pariter quod ex Diplomate quodam apud Prucellium in Monum. Baſil. Ambroſia. pag. 266. conſtat Arnulphum hunc annum primum Regni ſui Italici numeraſſe; quod forte inivit ex aliqua coronatione in Regem, & hæc facile peragi Romæ potuit. Diploma ita conſignatur. *Datum quinto Idus Martii anno Domini 894. Indictione duodecima, anno ſeptimo Regni Arnolphi in Francia, & in Italia primo. Actum Placentiæ.* MANSI

[2] PAucis abhinc annis factum eſt, ut lacuna in excuſa continuatione Annalium Fuldenſium beneficio Cl. Muratorii ex Codice Windobonenſi a Gentilotto deſcripto impleretur, Rer. Ital. tom. 2. par. 2. fol. 118. atque hic demum apparuit veram eſſe Pagii conjecturam, primo in aſſignando obitu Widonis anno 894. Dein vere mendum irrepſiſſe in excuſos Annales illos, ubi ea quæ ad annum 896. pertinent, ſub anno 895. notantur; cum re ipſa in eodem Codice præfixa ſit nota anni 896. Denique omnia quæ hic a Pagio narrantur de ſupplicio Ambroſii, & de terrore ejus necis per Italiam ſparſo, ibi pariter recurrunt. Additurque, ejus rei cauſa, Mediolanum Papiamque ſponte ſe Regi ſubjeciſſe, ſicut & fidem illi ſuam obſtrinxiſſe Bonifacium, & Adalbertum, quamvis dein fuga dilapſos iterum rebellaſſe. Nihil tandem ibi de profectione Romana Widonis, quæ proinde merito a Pagio rejicitur. MANSI



*gnitudinem veſtram, ut eum deprecemini, quatenus illi locum pœnitendi, & quod admiſit emendandi non deneget, nec eum perpetuo anathemate innodatum irrecuperabiliter perire ſinat; ſed quæ illi placet, pœnitentiam & ſatisfactionis menſuram ipſi injungat. Nobis etiam & univerſis Italiæ vel Galliæ Epiſcopis, quibus de ejus damnatione ſcripſit, viciſſim de ſua miſericordia, quid illum agere, & qualiter eſſe conveniat, reſcribi jubeat.* Quæ autem inſuper Fulco ſcripſerit adverſus Nicolaitarum repullulantem hæreſim, idem Frodoardus mox ſubiicit iſta, ſic dicens:

X. *Albrado Regi tranſmarino amicabiles litteras mittens grates refert, quia tam bonum virum & devotum, Eccleſiaſticiſque regulis congruentem deſtinavit Epiſcopum in civitatem Cantaburgnomine: au-*

PAGIUS *Arnulphus hoc anno Romam non venit.* *Imperatoris tenebat nomen, moritur. Lambertus filius ejus regnum obtinuit, & Romam veniens diadema imperii a Præſule ſedis Apoſtolica ſibi imponi fecit.* Idem ſine dubio ſcriptum fuit in laudata Continuatione Annalium Fuldenſium; cum anno DCCCXCVI. idem Continuator appellet *Ageldrudem* viduam Widonis, cujus ideo hoc anno mortem recitarat. Ad hæc nec Poeta, nec Luitprandus loquuntur de coronatione *Arnulphi* Romæ a *Formoſo* Papa facta, quæ tamen in dubium revocari non poteſt. Error itaque Luitprandi & Poetæ Anonymi priorem profectionem Arnulphi cum ſecunda confundentium, eamque in annum DCCCXCVI. differentium, manifeſtus eſt, ex eoque colligo, incertum eſſe, an Poeta iſte *Berengario* Aug. coævus fuerit, quod tamen exiſtimat Hadrianus Valeſius, cui Carmen ejus debemus. Licet enim Auctores coætanei non raro decipiantur, hic tamen error gravior eſt, quam ut ab Auctore æquali admitti potuiſſe videatur.

III. *Moritur Vvido Imp.* Cæterum *VVidonem* hoc anno demortuum, docet idem Poeta, qui inquit, *Lambertum* tres annos, quos ab anno DCCCXCVI. repetit, feliciter in Italia poſt patris obitum regnaſſe, Principatumque ejus fertilitate terræ, & pace memorabilem ac fortunatum fuiſſe:

*Tertia mox tamen hunc Latio produxerat æſtus*
*Ubere telluris potientem pace ſequeſtra.*

Lambertum autem uſque ad an. DCCCXCVIII. vitam produxiſſe infra monſtrabo. His adde Hermannum Contractum juxta editionem Caniſianam ſcribere: *Anno DCCCXCIV. VVidone Italiæ tyranno mortuo, Angiltruda vidua ejus cum filio Lamperto tyrannidem invaſit.* De anno emortuali Widonis anno DCCCXCX. verba facit Baronius, ut ibidem videbimus. Verum hunc annum ei fatalem fuiſſe eruo etiam ex Leone Oſtienſi lib. 1. cap. 64. *Guido cum annos ferme ſex regnum obtinuiſſet: cruoris vomitu extinctus, Lamberto filio tradidit regnum.* Hæc itaque lis dirempta.

IV. *Mors Vvidonis Imp. multorum motuum cauſa.* Quid poſt Widonis Imp. mortem & Arnulphi Regis ex Italia diſceſſum contigerit, refert his verbis Luitprandus lib. I. cap. 10. *Cujus obitum Berengarius, ut audivit, venit feſtinus Papiam, Regnumque potenter obtinuit. Fideles vero fautoreſque Vvidonis veriti, ne ab eis illatam Berengarius ulciſceretur injuriam, & quia ſemper Italienſes geminis uti Dominis volunt, quatenus alterum alterius terrore coerceant: Vvidonis Regis defuncti filium nomine Lanthbertum, elegantem juvenem, adhuc ephebum, minuſque bellicoſum Regem conſtituunt. Cœpit denique hunc populus adire, Berengarium deſerere. Cumque Berengarius Lanthberto cum exercitu magno Papiam tendenti copiarum paucitate occurrere non auderet, Veronam petiit, iſtic que ſecurus degit.* Verum magno errore ibi aſſerit Luitprandus Italienſes Lambertum tunc ſibi Regem conſtituiſſe. Conſtat enim ex dictis hunc anno DCCCXCII. in ſocietatem Imperii a Widone patre adſcitum fuiſſe. Quare jam Rex & Imperator erat *Lambertus*, ſed cum veniente Arnulpho Rege a facie ejus fugiſſet, poſt patris mortem ab Italienſibus vocatus Papiam rediit, indeque *Berengarium* expulit.

V. *Refellitur error Luitprandi.* Papebrocius in Diſſert. de Succeſſione & Chronol. Regum Italic. num. 3. ait Luitprandi verba ſic intelligenda, *ut qui vivente patre nudum geſſerat titulum, eo mortuo rem ipſam habere cœperit.* At Luitprandus, quem ſequitur Papebrocius, imperii Lamberti antea non meminerat, huncque hoc tantum anno regnare cœpiſſe exiſtimabat; cui errori alium addidit, quod ſcilicet crediderit, *Lanthbertum* poſt biennium interemptum. In utroque errore verſatur etiam Regino in Chronico, qui hoc anno ait: *Eodem anno Guido, qui Italiam regebat & Imperatoris tenebat nomen moritur. Lampertus filius ejus regnum obtinuit, & Romam veniens diadema imperii a Præſule ſedis Apoſtolica ei imponi fecit.* Tum an. DCCCXCVI. *Eodem anno Lampertus filius Guidonis, de quo ſuperius paulo mentionem fecimus, vita decedit;* cum tamen certum ſit, eum imperaſſe uſque ad annum DCCCXCVIII. Vides Luitprandum & Reginonem eodem errore teneri, & Lamberti Imperium a præſenti anno exordiri. Porro cætera ex Luitprando mox recitata vere explicant, qua in rerum converſione ac perturbatione fuerint Italienſes poſt *Vvidonis* mortem; cum ejus dictis certam fidem adſtruat ſubſcriptio in medium adducta a Fiorentinio in Comment. de Rebus Comitiſſæ Mathildis lib. 3. pag. 27. qui ait, Lucæ inſtrumentum publicum hoc modo notatum fuiſſe: *Anno ab incarnationis octingenteſimo nonageſimo quarto, poſt ovito* (ideſt ab obitu) *domini noſtri Guidoni Imperatoris anno primo, tertio Kal. Januarii, indictione decima tertia*, Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoata. Quare *Vvidonem* Imp. præſenti anno e vivis exceſſiſſe, & poſt ejus obitum magnos tumultus in Italia excitatos fuiſſe, hæc ſubſcriptio nos non patitur dubitare. Quod porro mox de Luitprando & Reginone, dicendum, etiam de Poeta Anonymo Berengarii Imp. Encomiaſte; is enim ad eumdem lapidem offendit.

VI. *Plegmundus Arch. Cantuariæ laudatur.* Ad num. X. Flodoardus lib. 4. cap. 5. de Fulcone Archiepiſcopo Remenſi narrat: *Albrado Regi tranſmarino amicabiles literas mittens, grates refert, quia tam bonum virum, & devotum, Eccleſiaſticiſque regulis congruentem, deſtinaverit Epiſcopum in civitate Cantaburg nomine*, &c. Baronius num. IX. exiſtimat, perverſiſſimam Sectam, de qua in ea Epiſtola verba faciebat Fulco, fuiſſe Nicolaitarum repullulantem hæreſim. Sed nihil de *Albrado* Rege, neque de Epiſcopo Cantaburg. determinat. Verum Alfordus anno DCCCLXXXIX. num.

*audierat enim, quod perverſiſſimam ſectam paganicis erroribus exortam, & in illa gente tunc uſque relictam verbi mucrone ſatageret amputare, quæ ſecta ſuggerere videbatur Epiſcopis & presbyteris ſubintroductas habere mulieres, ad propinquas quoque generis ſui quiſquis vellet accedere. Inſuper & ſacras Deo feminas inceſtare, uxorem habens, concubinam ſimiliter habere. Quæ omnia, quam ſanæ Fidei ſint adverſa, documentis manifeſtat evidentiſſimis ex ſacrorum Patrum prolatis auctoritatibus.* Hactenus Frodoardus.

XI. Quo pariter anno Formoſus Papa pro Eccleſia Anglicana ſolicitus, quæ Danorum incurſionibus ac bellis diuturnioribus, pene deſtituta erat Epiſcopis (plurimæ namque Eccleſiæ viduatæ paſtoribus manſerant) ſuis litteris tum Regem, tum Epiſc. excitavit, ut omnibus Eccleſiis ſui ordinarentur Epiſcopi. Horum meminit antiquus hiſtoricus (a) Wilelmus Malmesburienſis, ſed puto vitio ſcriptoris quod factum eſt hoc anno octingenteſimo nonageſimo quarto, ſcriptum legi anno nongenteſimoquarto, ad quod tempus certum eſt non potuiſſe pervenire Formoſum, ſed longe ante eſſe defunctum: ait enim:

(a) *Vvil. de geſt. Reg. Angl. l. 2.*

*An-*

PAGIUS num. VI. & ſeqq. recte cenſet, *Fulconem* non ad alium Regem tranſmarinum ſcripſiſſe, quam ad *Alfredum* Angliæ Regem, nec de alio Antiſtite locutum, quam de *Plegmundo* Cantuariæ Archiepiſcopo, nec aliam hæreſim inſequi, quam Clericorum quorumdam ſacrilegia. *Alfredi* enim nomen, non uno modo ab Auctoribus ſcriptum, iſque communiter *Alvredus* dicebatur, non quadroſyllabus, ſed V. facta conſonante triſyllabus Alvredus. Quo poſito in *Albradum* facilis eſt deflexio. Cumque Epiſcopi ſedes *Cantaburg* appelletur, certum eſt, primam Angliæ Sedem intelligi, quæ modo Dorovernia, modo *Cantuaria* dicitur.

VII. *Inceſtuoſæ luxuriæ fomenta exſtirpat.* Quod vero *Plegmundum* Fulco intellexerit, & ſacrorum hominum inceſtum imprimis perſecutus ſit, patet ex aliis literis, quas idem Fulco ad *Pleonicum* Archiepiſcopum tranſmarinum ſcripſiſſe perhibetur, de quibus ibidem Flodoardus cap. 6. agit, ubi Fulco tranſmarino Archiepiſcopo gratulatur, quod opem operamque potuiſſet, in extirpando vitio, cujus in *Albradi* literis meminerat. Quale autem illud fuerit, clare ſignificat Epiſtolæ argumentum a Flodoardo recitatum: *Pleonico Archiepiſcopo tranſmarino, congratulans bonis ejus ſtudiis, quibus eum laborare compererat, pro abſcindendis, & extirpandis inceſtuoſis luxuriæ fomentis, ſupra in his literis, quæ Albrado Regi ſcripſerat, commemoratis: quæ in ea gente videbantur inoluiſſe.* Concurrit itaque tranſmarini Regis, & tranſmarini Archiep. mentio in *Cantaburg*, & utrobique laudatur pium conamen, vitia, quæ inoleverant, perſequendi. Concurrit & vitium concubinatus nempe Sacerdotum. Nam præter ſingularia, & frequentia Epiſcoporum monita, prolata Pontificum decreta, habitæ ſunt ſæpe his temporibus in Anglia Synodi; latæ ab Epiſcopis leges adverſus *ſubintroductas mulieres* quarum diſerte meminit ibidem Fulco, & pluribus oſtendit Alfordus citatus. *Plegmundus* vero anno DCCCLXXXIX. Cantuarienſis Archiepiſcopus dictus eſt, ut Analiſta Mailroſenſis, aliique Hiſtorici Anglici tradunt. Quod cum *Fulco* Remenſis Archiepiſcopus accepiſſet, ſcripſit ad *Alfredum* Regem laudavitque factum; nimirum quod eum in primam Sedem nominaſſet; qui enatum nuper errorem & poſſet & vellet, docta medicaque manu tollere. Utraſque literas initio Præſulatus *Plegmundi* datas eſſe idem Alfordus ſcite arbitratur.

VIII. *Synodum congregat.* Ad num. XI. & ſeq. Malmesburienſis lib. 2. de geſt. Reg. cap. 5. ubi de Edvvardo Rege Angliæ filio Alfredi loquitur, ait: *Anno quo a nativitate domini tranſacti ſunt anni nongentiquatuor, miſit Papa Formoſus in Angliam Epiſtolas, quibus dabat excommunicationem & maledictionem Regi Edvvardo, & omnibus ſubjectis ejus, &c. nam per ſeptem annos plenos deſtituta fuerat Epiſcopis omnis regio Geviſorum, ideſt, Vveſt-Saxonum.* Addit Malmesburienſis, hoc audito congregaſſe *Edvvardum* Synodum Senatorum gentis Anglorum, cui præſidebat *Pleimundus* Archiep. Cantuarienſis, ac Regem & Epiſcopos conſtituiſſe ſingulos Epiſcopos ſingulis provinciis Geviſorum, actoque Concilio Archiepiſcopum Romam profectum, & poſt ejus ſuum reditum, uno die conſtituiſſe *ſeptem provinciis*, quos nominat, ut videre eſt apud Baronium, qui locum integrum Malmesburienſis refert. Sed cum anno CMIV. Formoſus Papa non ſederet, exiſtimat Baronius, loco CMIV. legendum eſſe DCCCXCIV. At Formoſus hoc anno ad Edvvardum Regem ſcribere non potuit, cum is ante annum CM. Rex Angliæ non fuerit. Loco itaque *Formoſi* reponendus, non *Leo V.* ut putavit Spelmannus, neque *Joannes IX.* ut Alfordus hoc anno num. X. ac poſt eum Coſſartius Tom. IX. Concil. pag. 431. & Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Elogio Plegmundi pag. 38. ſed *Chriſtophorus*, vel *Sergius* III. qui an. DCCCCIV. Eccleſiam Romanam ſucceſſive rexere. Hujus Concilii Acta Malmesburienſis non viderat; cum loco laudato dicat: *Verbis eiſdem quibus inveni ſcripta, interſeram*, nempe quæ pertinent ad renovationem Epiſcopatuum. Cum autem lib. 2. de Geſt. Pontif. pag. 211. recitet literas a *Formoſo* Papa ad Epiſcopos Angliæ datas, de quibus mox, arbitratus eſt, vel forte is a quo ipſe narrationem illam accepit, juſſiſſe *Formoſum*, ut Eccleſiis Epiſcopis deſtitutis novi Præſules præficerentur, & priorem profectionem Romam *Plegmundi* initio Pontificatus Formoſi ſuſceptam, cum ea quam poſt inſtitutos ſeptem Epiſcopos iniit, conflavit. *Plegmundus* enim an. DCCCLXXXIX. aut inſequenti Archipræſul creatus, ut habent Hiſtorici Anglici, qui addunt, eum poſtea ad petendum Pallium a *Formoſo Papa* Romam perrexiſſe. Cujus tamen profectionis Malmesburienſis non meminit, quia eam ab ea, quam poſt Concilium Anglicanum fecit, diverſam non putavit. Sic in Serie Epiſcoporum Schireburnenſium lib. 2. de Pontif. duos Aſſeros in unum, duoſque pariter Werſtanos in unicum confudit. De utroque Aſſero jam an. DCCCLXXXIV. oſtenſum, & mox magis videbitur. *VVerſtanus* vero, cujus ſolius meminit Malmesburienſis, in præfato Concilio Epiſcopatum Schireburnenſem conſecutus eſt, & poſt eum alii, qui-

bus



XII. *Anno, quo a Nativitate Domini tranſacti ſunt anni * nongentiquatuor, miſit Papa Formoſus in Angliam epiſtolas, quibus dabat excommunicationem & maledictionem Regi Eduvardo, & omnibus ſubjectis ejus, pro benedictione, quam dederat beatus Gregorius genti Anglorum a Sede S. Petri. Nam per ſeptem annos plenos deſtituta fuerat Epiſcopis omnis regio Geviſorum, ideſt Vveſtſaxonum. Quo audito, congregavit Rex Eduardus Synodum Senatorum gentis Anglorum, cui præſidebat Pleimundus Archiep. Cantuarienſis, interpretans diſtricte verba Apoſtolicæ legationis. Tunc Rex & Epiſcopi elegere ſibi ſuiſque ſalubre Concilium: & juxta vocem Dominicam (Meſſis quidem multa, operarii autem pauci) elegerunt & conſtituerunt ſingulos Epiſcopos ſingulis provinciis Geviſorum, & quod*

* DCCCXCIV.

*olim*

PAGIUS bus ſucceſſit *S. Odo* poſtea Cantuarienſis Archiep. ut infra dicetur. Et tamen Ingulphus pag. 45. novæ edit. chartam refert datam *anno Dominica Incarnat. DCCCCLXVI. apud London* cum hac ſubſcriptione: *Ego VVeſtanus Epiſcopus Shyreburnenſis annui.* Non diſſimili errore Malmesburienſis ex duabus profectionibus Romanis *Plegmundi* unam fecit, indeque Formoſum Papam loco Chriſtophori vel Sergii III. nobis obtruſit.

IX. *Et quidem regnante Edvardo Seniore.* Wartonus part. I. Angliæ Sacræ pag. 554. & ſeq. in Epiſcopis Barthonienſibus & Wellenſibus agit de hac Synodo, aitque ſe incidiſſe in Excerpta quædam Hiſtoriæ a Monacho quopiam Abendonienſi ante exitum ſæculi X. conſcriptæ, in quibus habetur: *Anno DCCCCIV. quia per annos plene VII. tota Veſtſaxonia vacaſſet Epiſcopis, Auſtralium etiam Saxonum provincia, & Auſtralium Merciorum; Rex cum Archiepiſcopo Plegmundo ſingulis provinciis Gewiſſorum ſingulos Epiſcopos ordinari conſtituit, in quinque ſc. parochias ſedem diſtribuens, quod antea duo poſſederant. Ordinati ſunt ergo ſeptem una die. Fribeſtanus ad VVintonienſem, Æthelſtanus ad Cornubienſem primus, VVerſtanus ad Schireburnenſem, Æthebelmus ad Fontanenſem primus, Eadulfus ad Cridiatunenſem primus, Suthſaxonibus quoque Beornocus, & Suthmerciis Cenulfus apud Dorcaceſtram noſtram.* Nullum hujus Synodi antiquius documentum ſupereſt; cum Malmesburienſis ad medium circiter ſæculum XII. pervenerit, & hæc exeunte ſæculo X. a Monacho illo literis mandata fuerint. Regnum Saxonum Occidentalium ampliſſime patebat, ideoque viſum fuit *Eduardo* Regi ac *Plegmundo* Archiep. illud in quinque Epiſcoporum Sedes diſtinguere, & quia Auſtralibus quoque Saxonum Sedes tunc vacabat, & in Merciorum Regno pauciores erant, qui curæ animarum incumberent, Auſtralibus & Merciis novi quoque Antiſtites aſſignati, & ſic uno die Epiſcopi ſeptem a *Plegmundo* Roma reduce conſecrati, & quidem regnante *Eduardo* Ælfredi Regis filio, ut antiqui rerum Britannicarum Hiſtorici tradunt, & inter alios Simeon Dunelmenſis in Hiſt. de Geſt. Reg. Angl. ad annum MCVII. ubi ſermonem habens de Epiſcopis eo anno a S. Anſelmo conſecratis ſcribit: *Nullus fuit tunc temporis, qui meminiſſet retroactis temporibus tot ſimul Paſtores electos & ordinatos in Anglia, niſi Regis Edvardi Senioris tempore, quando Plegmundus Archiep. VII. Epiſcopos VII. Eccleſiis in una die ordinavit.*

X. *Hujus Concilii epocha.* Verum magna controverſia eſt de epocha hujus Concilii. Opinio quidem Baronii hoc anno Synodum illam conſignantis ab omnibus reiicitur, ſe alii eam cum anno DCCCCIV. alii, ut Alfordus in Annal. Britann. & Coſſartius laudatus cum anno DCCCCV. Wartonus vero etiam citatus adhærens Radulpho de Diceto pag. 453. cum anno nongenteſimo nono connectunt. Apud me tamen pene certum, Concilium anno DCCCCIV. congregatum, annoque DCCCCV. Epiſcopos illos VII. juxta Decretum ejuſdem Concilii a Plegmundo Cantuariæ conſecratos fuiſſe. Hæc diverſis annis contigiſſe Alfordus recte vidit; ſed Ordinationem illam male in annum DCCCCVI. diſtulit. At, inquit Coſſartius, Malmesburienſis annum diſerte indicavit, cum ſcripſit: *Anno quo a Nativitate tranſacti ſunt anni DCCCCIV.* quem annum *quis neget eſſe DCCCCV?* Verum jam alibi tanquam certam Chronologiæ regulam ſtatui, Hiſtoricos annum currentem, vel tantum inceptum, ſæpe appellare annum tranſactum, & apud eoſdem idem ſæpius eſſe *poſt annum quartum*, ac *anno quarto*, & ſic de aliis. Innititur etiam Vir doctiſſimus narratione quadam hujus Synodi ex tabulario Cantuarienſis Eccleſiæ deſumta, quæ his verbis inchoatur: *Anno Dominica Incarnat. CMV. Formoſus Papa miſit in terram Anglorum ad Regem Edwardum*, &c. At Anonymus ille reſpicit ad ordinationem ſeptem Epiſcoporum, quam refert poſtea factam eſſe, poſtquam *acto illo Concilio* Plegmundus Roma rediit, & *rediens*, ait, *ad patriam in urbe Dorobernia ſeptem Epiſc. ſeptem Eccleſiis in uno die ordinavit.* Certe Malmesburienſis, quem ſequitur, ſatis indicat ordinationem illam anno DCCCCV. contigiſſe, ut legenti patet.

XI. *Ejuſdem exiſtentiæ male in dubium revocatæ.* Wartonus tam loco citato, quam pag. 209. & ſeq. ait ſe arbitrari, non ſolum *Formoſi* Epiſtolam, ſed & integram de conſecratione ſeptem Epiſcoporum a *Plegmundo* facta, & de ſeptennali vacatione Epiſcopatuum, quam Malmesburienſis & Florilegus narrent, hiſtoriam commentitiam eſſe. Verum non tantum Malmesburienſis & Wigornienſis, ſed etiam Ingulphus, Gervaſius Dorobernenſis, Weſtmonaſterienſis, & potiores Angliæ Hiſtorici eam referunt; neque nimirum ſi in aliqua circumſtantia peccarint, cum hoc eis non ſolum hoc in capite & diverſis aliis; ſed etiam oculatiſſimis Hiſtoricis non raro acciderit. Primum ſuppoſitionis argumentum Vir pereruditus deducit ab *Aſſero* Schireburnenſi Epiſcopo, quem dicit ab *Ælfredo* Rege Epiſcopum Schireburnenſem renunciatum, anno DCCCCIII. adhuc ſediſſe, & vitam produxiſſe uſque ad annum DCCCCIX. Sed ex iis, quæ an. DCCCLXXXIV. in medium attulimus, ac ex mox dicendis conſtat, *Aſſerum* illum qui ad *Ælfredo* Rege Epiſcopus Schireburnenſis conſtitutus eſt, obiiſſe anno DCCCLXXXIII. & plane diverſum fuiſſe ab *Aſſero* Vitæ hujus Regis Scriptore, quem Edwardus Rex Epiſcopum Schireburnenſem dixit poſt *VVerſtani*, qui anno tantum DCCCCIV. Epiſcopatum illum adeptus eſt, mortem, ideoque tam *VVerſtanum*, quam *Aſſerum* II. brevi tempore Eccleſiam illam rexiſſe. Confirmantur hæc ex Weſtmonaſterienſi ad annum DCCCXCIX. ubi loquens de Ethelwaldo Aſſeri I. & Sighelmi ſucceſſore ait: *Eodem anno*

*de-*

*olium duo habuerunt, in quinque diviſerunt. Acto Concilio, Archiepiſcopus Romam cum honorificis muneribus adiit, Papam cum magna humilitate placavit, decretum Regis recitavit, quod Apoſtolico maxime placuit. Rediens in patriam, in urbe Cantuariæ uno die ſeptem Epiſcopos ſeptem Eccleſiis ordinavit, Fridestanum ad Eccleſiam Vvintonienſem, Adelſtanum ad Cornubienſem, Vverſtanum ad Schireburnenſem, Athelmum ad Vvellenſ. Eidulphum ad Cridienſem in Dævonia. Sed & aliis provinciis conſtituit duos Epiſcopos, Auſtralibus Saxonibus virum idoneum Bernegum, & Merciis Cenulphum ad civitatem Dorceſtriæ in pago Oxoniæ. Hoc etiam totum Papa firmavit, ut damnaretur in perpetum, qui hoc infirmaret decretum.* Hæc ipſe.



PAGIUS *defuncto Ethelvvaldo Schireburnenſi Epiſcopo, remanſit provincia Occidentalium Saxonum, ſine Epiſcopis & cura paſtorali, vi hoſtilitatis, ſeptem annis*, Danis tam mari quam terra provinciam illam affligentibus. Magno ergo errore duo Aſſeri Epiſcopi Schireburnenſes in unum conflati a Wartono, aliiſque. Obiter hic notandum, Weſtmonaſterienſem annos ſeptem vacationis Sedis Schireburnenſis utrimque in completos numerare.

XII. *Sicuti & ſeptennalis Epiſcopatum vacatio.* Ait ſecundo Wartonus, *Denulphum* Epiſcopum Vintonienſem creatum juxta aliquos rerum Britannicarum Hiſtoricos anno DCCCLXXIX. & vita functum anno DCCCCIX. indeque infert ante annum DCCCIV. vel annum DCCCCV. Sedem Vintonienſem per annos ſeptem non vacaſſe, ideoque Concilium Anglicanum, de quo agitur, vel commentitium, vel alio anno congregatum eſſe. Reſpondeo primo negari non poſſe, quin *Denulphi* Epiſcopi Vintonienſis obitus in utraque Chronologia Saxonica cum anno DCCCCIX. connectatur, ſed inde tantum conſequens, utriuſque Auctorem in eo conſignando erraſſe, ſicuti & quando Fritheſtani ejus ſucceſſoris ordinationem in annum DCCCCX. conferunt. Errarunt itaque uterque Chronologus tam in anno emortuali *Denulphi*, quam in anno conſecrationis Sancti *Fritheſtani*; cum Scriptores utroque illo Chronologo longe vetuſtiores, & multo plures ac potiores fidem faciant, *Fritheſtanum* electum fuiſſe Epiſcopum Vitonienſem cum ſex aliis Epiſcopis ad alias Eccleſias promotis, poſtquam per ſeptennium Eccleſia Vintonienſis, aliæque vacaſſent: *Fritheſtanus*, inquit Malmesburienſis lib. de Geſt. Pontif. pag. 242. *fuit unus ex ſeptem Epiſcopis, quos Pleimundus Archiepiſcopus tempore Regis Edvardi filii Ælfredi uno die conſecravit Cantuariæ*, anno DCCCV. quod jam non ſemel inculcavimus, & ex variis Auctoribus probavimus.

XIII. *Sedes Vintonienſis & Schireburnenſis ſeptem annis ſine Epiſcopo fuere.* Ait tertio Vvartonus, Sedem Vintonienſem plenam fuiſſe anno DCCCC. & ſeqq. & *Deneulphum* rebus gerendis toto illo ſeptennio interfuiſſe, quod probat, chartis eo tempore datis pro novo Monaſterio Vintonienſi, & in Regiſtro Hidenſi, ut vocant, recitatis. Illas non exhibet Vvartonus, ſed extant apud Alfordum qui anno CMI. num. XI. & ſeqq. refert donationem Edvardi Regis factam novo Monaſterio Vintoniæ, cui inter alios Epiſcopos ſubſcribunt *Aſſer Epiſcopus, & Denulf Epiſcopus.* Sed recte reſpondet Alfordus, cum omnis Vveſtſaxonia Epiſcopo caruerit, e ſubſcribentium, hoc anno, Epiſcoporum ſerie, obliterandos eſſe *Aſſerum & Denulphum*. Neque dubitari poteſt, quin ſubſcriptiones illæ additítiæ ſint, & forſan tota charta commentitia; cum *Aſſerus* primus Schireburniæ Epiſcopus, imo & *Sigelmus* ſucceſſor ejus eo anno jam mortui fuerint, & *Aſſerus* II. ſucceſſerit *Vverſtano*, anno tantum CMIV. Epiſcopo Schireburnenſi dicto.

Laudat etiam Vvartonus donationem Regis *Edvardi* eidem Monaſterio factam an. CMIV. cui inter alios ſubſcribunt, *Deneulf Epiſcopus & Aſſer Epiſcopus*. Eam integram refert Alfordus eo anno num. VI. & ſeq. ac ſcite reſpondet imperite admodum fingi *Deneulphum* Vintonienſem & *Aſſerum* Schireburnenſem (hujus ſcilicet nominis primum, quem ſolum agnoſcit) ſuperſtites eſſe, & anno DCCCCIV. Diplomati ſubſcripſiſſe.

XIV. *Sicuti & Sedes Dorcetrenſis ac Seolceienſis.* Sed non ſolum *Schireburniam & Vintoniam* ante annum CMIV. Paſtoribus viduatas fuiſſe conſtat; verum etiam *Dorceſtriam*, cui eo anno *Canulphus* Epiſc. præfectus eſt; in utraque enim Chronologia Saxonica an. DCCCXCVII. dicitur, *Ealhardum* Epiſcopum Dorceſtrenſem obiiſſe; quare *Canulphus* ſeu *Kenulphus* nonniſi poſt ſeptennalem vacationem ad *Dorceſtriæ* Præſulatum evectus fuit. Reſtat quarta Sedes, quæ ante Concilium iſtud per annos ſeptem vacavit; aliæ enim tres ex Vintonienſi & ex Schireburnenſi evulſæ. Ea eſt Seolſeienſis, vulgo *Selſey*, qui locus peninſula tunc erat, nunc marinis fluctibus hauſta, ſedeſque ſub annum MLXX. *Ciceſtriam* tranſlata. Auſtralium Saxonum, apud quos *Selſeya* poſita, *Bernegus*, ſeu, *Beornocus* anno CMIV. Epiſcopus deſignatus; ſed cum Seolſeienſium, ſeu, ut nunc loquimur, Ciceſtrenſium Epiſcoporum per hæc tempora ſucceſſio in obſcuro ſit, ex tempore quo aliæ tres ſedes ſine Epiſcopis fuere, facile eſt intelligere Seolſeienſem ante annum CMIV. ſine Epiſcopo etiam fuiſſe, ideoque & Concilium hoc Anglicanum ab eo Chriſti anno removeri non poſſe. Animadvertens Vvartonus traditionem ſeptennalis vacationis Epiſcopatuum præfatorum ab Hiſtoricis Anglicis conſtanter affirmari, concludit ſe ei fidem temere abrogare nolle, ſed ſeptem illorum Epiſcoporum ordinationem uno die a *Plegmundo* factam ad annum CMIX. uti jam monui, rejecit. At hoc pacto ipſemet tit. quod jam adſtruxerat, cum antea aſſeruerit *Deneulphum* Vintonienſem, & *Aſſerum* Schireburnenſem (primum ſc. hujus nominis quem ſolum, uti Alfordus, aliique agnoſcit) uſque ad annum CMIX. ſuperſtites fuiſſe, quo caſu Sedes Vintonienſis & Schireburnenſis ante an. CMIX. per ſeptennium non vacaſſent. Certum itaque manere debet, *Plegmundum* in Concilio an. CMIV. celebrato ſeptem uno die Epiſcopos conſtituiſſe poſtquam ſeptem ante annos in regno Vveſtſaxonum nulli Epiſcopi fuiſſent.

XV. *Epiſcopi aliquando dati Urbibus nondum ſubactis.* Nec aliquem movere debet quod ait Wardonus, annum nempe CMV. novorum Epiſcopatuum fundationi & Parochiarum diſtributioni minus fuiſſe accomodum; quod *Dani* Northumbriam & Eaſtangliam tunc inſederint; *Mercii* ad *Edvardi* Regis nutum adhuc non ſpectarint; utroſque Edvardus frequentibus præliis illo ipſo anno debellarit, ſequentique pace facta in ditionem acceperit. *Eduardus* enim,





XIII. Quod autem eo argumento plures ſcriptas fuiſſe epiſtolas ab eodem Papa Formoſo, idem auctor affirmet, accipe unam ex iis ab ipſo ad Epiſcopos Angliæ ſcriptam, recitatam ab eodem auctore in commentario de rebus geſtis Pontificum Angliæ; ſic enim ſe habet: (a)

(a) Vvilel. de geſt. Pontif. Anglia l. 1.

*Fratribus & filiis in Chriſto omnibus Epiſcopis Angliæ Formoſus.*

XIV. *Audito, nefandos ritus paganorum partibus in veſtris repullulaſſe, & vos tenuiſſe ſilentium, ut canes non valentes latrare: gladio ſeparationis a corpore Dei Eccleſiæ vos ferire deliberavimus. Sed quia, ut nobis dilectus frater noſter Pleimundus intimavit, tandem, evigilaſtis, & ſemina verbi Dei olim venerabiliter jacta in terra Anglorum cœpiſtis renovare: mucronem devorationis retrahentes, Dei omnipotentis & B. Petri Apoſtolorum principis benedictionem vobis mittimus, orantes, ut in bene cœptis perſeverantiam habeatis. Vos enim eſtis, fratres de quibus loquens Dominus inter alia inquit: (b) Vos eſtis ſal terræ, & ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur; & iterum: vos eſtis lux mundi; ſignificare volens per verbi ſapientiam condiri mentes hominum a vobis debere; & in moribus & in vita veſtra bonæ actionis ſtudium quaſi lumen apparere Fidei, per quod gradientes ad vitam, quomodo caute ambulent, videant, ut ad promiſſionem æternæ beatitudinis ſine offenſa curentes, valeant pervenire.*

(b) Matt. 5.

*Nunc accingimini ergo, & vigilate contra leonem, qui (c) circuit quærens quem devoret, & non patiamini ulterius in regione veſtra, penuria paſtorum Chriſtianam Fidem violari, gregem Dei vagari, diſpergi, diſſipari. Sed cum unus obierit, alter, qui idoneus fuerit, canonice protinus ſubrogetur. Nam ſecundum legem, plures (d) facti ſunt ſacerdotes, eo quod morte prohiberentur permanere. Quod David conſiderans, & in ſpiritu, Chriſti Eccleſiam fore permanſuram ad finem ſæculi proſpiciens, ait: (e) Pro patribus tuis naſcentur tibi filii, conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Nulla itaque mora ſit ſubrogandi alium, cum quilibet ſacerdotum ex hac vita migraverit; ſed mox ut illi, qui primæ ſedis principatum gerens inter vos, cæteris Epiſcopis præeſſe dignoſcitur, fratris obitus fuerit denuntiatus, facta electione canonica, alter conſecratus ſuccedat. Quis autem inter vos principatum tenere debeat, quæve ſedes Epiſcopalis cæteris præpolleat, habeatque primatum: ab olitanis temporibus notiſſimum eſt. Nam, ut ex ſcriptis beati Gregorii, ejuſque ſucceſſorum tenemus, id Dorobverniæ civitate Metropolim, ſedemque primam Epiſcopalem conſtat eſſe Regni Anglorum, cui venerabilis frater noſter Pleimundus nunc præeſſe dignoſcitur, cujus honorem dignitatis nos nullo pacto imminui permittimus, ſed ei vices Apoſtolicas per omnia gerere mandamus. Et ſi-*

(c) 1. Pet. 5.

(d) Heb. 7.

(e) Pſal. 44.



PAGIUS qui omnes illas ditiones ſibi ſubiicere decreverat, Epiſcopos in anteceſſum inſtituere voluit, eo fere modo, quo *Gelaſius II.* anno MCXVIII. *Cæſarauguſtæ* adhuc in Saracenorum poteſtate exiſtenti Epiſcopum dedit, ut ibidem videbimus, cujus rei alia non deſunt exempla. Hujus Concilii epocha tot controverſiis implicata, nunc tandem indubitata eſſe debet, ſolutis quæcumque adverſus eam adduci poſſunt rationibus.

XVI. *Formoſus PP. ad Epiſcopos Angliæ ſcribit.* Ad num. XIII. & ſeq. Coſſartius loco laudato pag. 429. & ſeqq. uno tenore refert Synodum laudatam, & Epiſtolam Formoſi Papæ ad Epiſcopos Angliæ, quæ eſt de Eccleſia Anglicana bene ordinanda, quaſi hæc illius Concilii pars fuerit. Eam Epiſtolam recitat Baronius ex Malbesburienſi lib. 1. de Geſt. Pont. pag. 211. Verum ea revera a Formoſo Papa data, ideoque a currenti anno non removenda; cum annus, quo ſcripta fuerit, ignoretur. In illa Formoſus ait: *Audito nefandos ritus Paganorum, partibus in veſtris repullulaſſe, & vos tenuiſſe ſilentium, ut canes non valentes latrare: gladio ſeparationis, a corpore Dei Eccleſiæ, vos ſeparare deliberavimus. Sed quia, ut nobis dilectus frater noſter Pleimundus intimavit, tandem evagilaſtis*, &c. *Dei omnipotentis & B. Petri Apoſtolorum Principis benedictionem vobis mittimus: orantes ut in bene cœptis perſeverantiam habeatis.* Quare hæc Epiſtola a *Formoſo* Papa data poſt annum DCCCXCI. quo hic Pontifex Romanus ordinatus eſt, & poſtquam *Fulco* Archiepiſcopus Remenſis duas mox memoratas literas, quarum meminit Flodoardus ad *Alfredum* Regem, & ad *Plegmundum* Archiep. Cantuarienſem ſcripſiſſet; cum in iis verba faciat de *perverſiſſima ſecta Paganicis erroribus exorta*, memoretque *inceſtuoſa luxuriæ fomenta*, uti ab Alfordo citato num. XI. obſervatum, qui addit Eadmerum Monachum Cantuarienſem Auctorem accuratum & Malmesburienſi antiquiorem Formoſi nomen his litteris præfixiſſe in lib. 5. Novorum. Hinc non male ſcripſit Parkerus Vir e ſecta Proteſtantium in Antiquit. Brit. dum de Plegmundo loquitur: *Tempus effeminatum hoc fuiſſe, Vvarnerus in faſciculo temporum pronunciat: fides inquit, tum valde deficere cœpit, & Clerici maleficiis erant dediti, conſurgentibus ſectis.* Sacerdotes enim aliqui feminarum commercio uſi, & abuſi ſunt; quod ab Epiſcopis moniti obſtinate defendere perrexerunt. Porro hæc ad Anglicanos Epiſcopos Epiſtola, non in libris Regum a Malbesburienſi recitata, uti laudata Synodus, ſed lib. 1. de Geſtis Pontif. pag. 211. dum de Primatu Archiepiſcopi Cantuarienſis diſſerit, ideoque *Formoſi* Papæ tempore dari potuit, ſed inter eam ac Synodum Anglicanam nulla eſt connexio; poſt mortem enim Formoſi, bellis in Anglia omnia turbantibus, Regnum Weſtſaxonum per annos VII. ſine Epiſcopo fuit, & poſt illud ſeptennium Concilium Anglicanum coactum.

*Circa hæc tempora*, inquit Annaliſta Metenſis ad hunc Chriſti annum, *Zventibolch Rex Marahenſium Sclavorum vir inter ſuos prudentiſſimus* XVII.

*cut beatus Gregorium Papa primo veſtræ gentis Epiſcopo Auguſtino omnes Anglorum Epiſcopos eſſe ſubjectos conſtituit; ſic nos prænominato fratri Dorobern iæ ſive Cantorberiæ Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus legitimis eamdem dignitatem confirmamus. Mandantes, & auctoritate Dei & beati Petri Apoſtolorum principis præcipientes, ut ejus canonicis diſpoſitionibus omnes obediant; & nullus eorum, quæ ei, ſuiſque ſucceſſoribus Apoſtolica auctoritate conceſſa ſunt, violator exiſtat. Si autem quivis hominum contra hæc aliquando niti, ac imminuere iſta tentaverit: ſciat ſe proculdubio mulctandum fore gravi anathemate, & a corpore S. Eccleſiæ, quam inquietare molitur, perpetuo, niſi reſipuerit, ſeparandum.* Hucuſque Formoſus Papa.

Se-

PAGIUS. *Moritur Zventibaldus Moraviæ Rex.* *ſimus, & ingenio callidiſſimus, diem clauſit extremum. Cujus regnum filii ejus pauco tempore infeliciter tenuerunt, Ungaris omnia uſque ad ſolum depopulantibus.* Idem habet de verbo ad verbum Regino. Tum Bohemia, Polonia & Sleſia, ſuum quæque Provincia Ducem conſtituit, libere vivens: tributa tamen ſuperioritatis agnitione vel modica pendebant Romano imperio, inquit Krantzius lib. 2. Wandaliæ cap. 26. poſtquam retulit victoriam anno ſuperiori ab *Arnulpho* Germaniæ Rege, quem Imperatorem appellat, de *Zventibaldo* Hungarorum opera reportatam. Idem ac Annaliſta Metenſis habet Porphyrogenneta lib. de Adminiſtrando Imperio cap. XLI. anno tamen mortis Zventibaldi, quem *Sphendoplochum* appellat, non expreſſo: *Moraviæ Princeps Sphendoplochus, fortis terribiliſque populis finitimis fuit. Poſt Sphendoploci autem mortem, anno uno in pace exacto, orto diſſidio, & bello civili, invadentes Turcæ* (ita Hungaros appellat) *planiſſime eos extirparunt, terramque tenuerunt, quam etiam nunc incolunt, quaque ſupererat multitudo, diſſipata, confugit ad finitimos Bulgaros, Turcas, Chrobatos & reliquas gentes.* Scribebat autem Porphyrogenneta poſt annum CMXLVIII. & in hac narratione a Krantzio non diſcrepat. Porphyrogenneta enim reſpicit ad bella quæ ſtatim poſt *Zventibaldi* Regis mortem per aliquot annos inter ejus filios geſta, de quibus Continuator Annaliſtæ Fuldenſis; Krantzius vero ad Principatus, qui poſt illa erecti ſunt. Porro *Zventibaldus* dicitur etiam *Spentopulcrus* aut *Sventopulcus*, ut ut ſuo loco oſtendimus.

XVIII. *Converſio Bohemorum ad fidem Chriſtianam.* Hoc anno ſecundum patrias Boemorum traditiones *Bohemia* fidem Chriſtianam amplexa eſt. Coſmas enim Pragenſis Decanus, qui anno MLXXXVI. Hiſtoriam Bohemiæ ſcripſit, ait: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXCIV. Borivoy baptizatus eſt primus dux* (ſc. Bohemiæ) *Sanctæ Fidei Catholicus. Eodem anno Zvodoplick Rex Moraviæ (ſicut vulgo dicitur) in medio exercitu ſuorum delituit, & nuſquam comparuit,* ubi Zvotoplick idem eſt ac Zventibaldus, Eumdem annum ſignant Aeneas Silvius, & Joannes Dubravius Epiſcopus Olomucenſis, uterque in ſua Hiſtoria Bohemorum. In poſteriori Vita SS. Cyrilli & Methodii in Actis Bollandianis ad diem IX. Martii relata, hanc in rem legitur: *Accidit, ut Rex Svvadopluk* (ſeu Zventibaldus Moraviæ Rex) *in quodam convivio Ducem Bohemiæ nomine VVorſivvoi, ſub menſa ſuæ in deteſtationem ſuæ perfidiæ locaret, incongruum aſſerens debere cum Chriſticolis gentilem hominem edere. Quem ſanctus Præſul Methudius convertit ad fidem Catholicam, prædicens ei ore prophetico, ſi baptizaretur, quod ipſe & ejus ſucceſſores, potentiores omnibus Principibus & Regibus fierent. Cujus verbis dux Vvorſivvoi conſentiens, ſe petiit cum triginta ſuis numero baptizari. Quo baptizato, Sacerdotibus ſecum receptis, Bohemiam revertitur, & uxorem ſuam Sanctam Ludmillam, cum multitudine gentis Bohemiæ, curavit baptizari: qui in Chriſti fide viventes, poſt multa tempora animas Chriſto reddiderunt, ſancti exempla poſt ſe relinquentes poſteris uſque in hodiernum diem, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.* Quibus verbis auctor ille Anonymus poſterioris Vitæ Cyrilli & Methodii eidem finem imponit, incertumque quo Chriſti anno S. *Methodius* Slavorum Apoſtolus ſpiritum Deo reddiderit. *Borſivvoius* ſeu *Vvorſivvoius* pater fuit *Uratiſlai*, qui ex *Drahomira* impiiſſima coniuge *S. Vvenceſlaum* filium ſuſcepit, de cujus Martyrio ſequenti ſæculo verba faciemus. Papebrocius in Paralipomenis ad Conatum Chronico-Hiſtoricum pag. 70. indicat ſe habere Vitam S. Ludmillæ aviæ S. Vvenceſlai Bohemiæ Regis, a Chriſtiano Monacho, S. *Adalberti* Epiſcopi Pragenſis & Martyris avunculo ſcriptam & nepoti dicatam, paulo poſt annum ordinationis ejus primum, qui Chriſti fuit CMLXXXIII. Ex ea Vita Bohemorum Converſio magis forſan illuſtrari poterit. Porro quæ Auctor Vitæ S. Methodii laudatus de *Vvorſivoio* narrat, anno ſaltem ſuperiori contigere; cum *Zventibaldus* poſtquam ab *Arnulpho* Germaniæ Rege devictus fuit, vix potuerit cum Vvorſivoio de hujus ad fidem Chriſtianam converſione agere.



I. *Concilium Triburienſe.* SEquitur annus Redemptoris octingenteſimus nonageſimuſquintus, Indictione decimatertia, quo opera Attonis Archiepiſcopi Moguntini, præſente Arnulpho Rege celebrata eſt Synodus Triburienſis in Germania menſe Majo. Miſeratus ſanctus præſul cladem & deformitatem ejus Eccleſiæ, quos valuit collegit Epiſcopos tempore iſto tumultuoſo & ærumnoſo, celebravitque dictam Synodum hoc anno, ut ejus præfatio docet, & Regino æque teſtatur; in qua Epiſcopi ad reſtituendam collapſam Eccleſiaſticam diſciplinam quinquagintaocto Canones ſtatuerunt: extant ipſi omnes, quibus ante omnia actum de Eccleſiaſtica immunitate inviolata conſervanda.

II. Atque primum (a) illud, ut excommunicati ab Epiſcopis, ſi contemnant, nec ad pœnitentiam revocentur, tamquam rebelles capiantur, & ad Regem ducantur. Statutum (b) etiam, ne quis bannum ab Epiſcopis impoſitum contemnat, nec tranſgrediatur, ſed ipſi obediant omnes. Sed & illud etiam Rex voluit definitum, ut ſi concurrat ad populum facta juſſio Epiſcopi, vel comitis loci præſidis, ſemper populus præferre debeat Epiſcopi juſſionem. Sunt hæc verba (c) Canonis:

(a) Con. Tribur. c. 3. (b) Ibid. c. 8. (c) Ibid. c. 9.

III. *Epiſcopo potius, quam Comiti obediatur.* *Cum autem Epiſcopus Eccleſiam a Domino Deo ſibi commiſſam regens, Epiſcopatum circumeundo perrexerit, & placitum canonice conſtitutum decreverit, populumque ſibi creditum illo invitaverit. Atque Comes eadem die ſciens placitum ab Epiſcopo condictum, vel neſciens, placitum cum populo ſuo condixerit, & per bannum illuc venire præceperit: placitum Comitis omnes poſtponant, & Comes ipſe idemque populus poſt Epiſcopum feſtine pergant, &c.* Et illud: (d) *Si quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum aliquam habet quærimoniæ controverſiam, Epiſcopo * regente, ſine perſonarum acceptione finiatur, &c.* Hæcque ſecundum antiqua Eccleſiaſtica jura, de quibus ſuis ſæpe locis ſuperius dictum eſt. Unde erubeſcant & confundantur Eccleſiæ Dei hoſtes, Politici dicti, diſcipuli Novatorum.

(d) Ibid. c. 21. * al. præcipiente.

IV. Præter Canones cauſæ quædam & lites verſantes inter Epiſcopos in eadem Synodo cognitæ ſunt, ut inter alias cauſa Bremenſis Eccleſiæ, inter Aldegarium Bremenſem ſive Hamburgenſem Epiſcopum, & Herimannum Archiepiſcopum Colonienſem, ſatagentem ſubjacere ſibi eamdem Bremenſem Eccleſiam; cauſa autem diutius ventilata, adjudicata eſt tamdem, aſſentiente Formoſo Pontifice, Archie-



PAGIUS SÆC. IX.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6388.

☉ 8. E. ☽ 3. P. 20. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 895.

FORMOSI PAPÆ 5.

LAMBERTI IMP. 4. & 2.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 10.

Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXXXIII. Anno Hegiræ CCLXXXII. inchoato die 2. Martii fer. 1. A. C. 895.

I. *Concilium Triburienſe.* AD num. I. & ſeqq. Hoc anno apud *Triburiam* villam Regiam ad Rhenum, non longe a Moguntia, Synodus congregata ad corrigenda Clericorum vitia, & ad Eccleſiaſticæ Diſciplinæ reſtaurationem. Ad eam Epiſcopi viginti duo convenere, qui quinquaginta & octo Canones ediderunt, *in hoc ſancto Concilio præſidente & adjuvante pio Principe Arnulfo glorioſiſſimo Rege*, inquiunt Patres in ejuſdem Concilii calce. In Canone XV. dicitur; *Reſtat propter inſtantem, quæ tunc maxima occurrit, neceſſitatem, ubicumque facultas rerum & opportunitas temporum ſuppetat, ſepulturam morientium apud Eccleſiam, ubi ſedes eſt Epiſcopi, celebrari. Si autem hoc propter itineris longinquitatem, aut adjacentem alicujus inopportunitatis difficultatem, impoſſibile videatur, expectet, eum terra ſepulturæ ſuæ, quo Canonicorum aut Monachorum, ſive Sanctimonialium congregatio communiter, degat, &c. Quod ſi & hoc ineptum & difficile æſtimetur: ubi decimam perſolvebat vivus, ſepeliatur mortuus.* Quare ſecundum Eccleſiæ Germanicæ diſciplinam, mortui in Parochialibus Eccleſiis non ſepeliebantur, niſi cum in Cathedralibus, aut Canonicorum, Monachorum, aut Sanctimonialium Eccleſiis ſepeliri non poterant. Alios hujus Concilii Canones explicat Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. I. Porro Concilium iſtud ante diem XIV. menſis Auguſti congregatum, ut ſtatim oſtendam. [1]

II. *Diſſidium, inter Archiep. Coloniеſem & Hamburgenſem de Epiſcopatu Bremenſi.* Baronius num. IV. ad hanc Synodum refert cauſam *Bremenſis* Eccleſiæ, inter Bremenſem ſeu Hamburgenſem Epiſcopum, & *Herimannum* Archiepiſcopum Colonienſem, ſatagentem ſubjacere ſibi eamdem Bremenſem Eccleſiam. Verum Henſchenius in Commentario prævio ad Vitam Sancti Anſcharii Archiep. Hamburgenſis §. 2. & §. 20. ubi recitat Epiſtolam Formoſi Papæ ad Adalgarium Archiep. Hamburgenſem, oſtendit aliam ante hoc tempus *Francofurti* pro hac lite collectam fuiſſe Epiſcoporum

NOTÆ [1] IN eodem ſupplemento Annalium Fuldenſium, de quo in Nota ad A. 894. I. ad annum 895. legitur coacta hoc anno Triburienſis Synodus, in quam Epiſcopos non quidem XXII. ut in editis ejuſdem Concilii legitur, ſed XXVII. conveniſſe. MANSI

(a) Adam. hiſtor. lib. 1. c. 41.

chiepiſcopo Colonienſi. Rem geſtam narrat (a) Adam in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica.

Quod autem in his tumultibus bellicis pleroſque mentitis uti Apoſtolicis litteris cognitum eſt: viſum eſt iiſdem Patribus adverſus ejuſmodi temerarium auſum legem ſtatuere dignam plane tanto conſeſſu, quæ ſic ſe habet: (b)

(b) Conc. Tribur. c. 30.

V. *In memoriam beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam & Apoſtolicam Sedem, ut quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat magiſtra Eccleſiaſticæ rationis. Quare ſervanda eſt cum manſuetudine humilitas: ut licet vix ferendum ab illa ſancta Sede imponatur jugum, conferamus, & pia devotione toleremus. Si vero (quod non decet) quilibet ſive ſit presbyter, ſive diaconus, aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando redarguatur falſam ab Apoſtolico detuliſſe epiſtolam, vel aliud quid, quod inde non convenerit: ſalva fide & integra circa*

De cultu erga Rom. Eccleſiam.

ca

PAGIUS

rum Colonienſi Archiepiſcopo ſubjectorum Synodum, in qua nec per ſe, nec per Vicarium comparuit *Adalgarius*, ut dicitur in ea Formoſi Papæ Epiſtola, quam non videntur legiſſe Adamus & Albertus, quos ſecutus eſt Baronius, qui omnia quaſi eodem loco & tempore geſta eſſent, inter ſe conjunxere. Mortuo *Leuderico* tertio Bremenſi Epiſcopo anno DCCCXLIX. ei ſucceſſit *Sanctus Anſcharius*, & utraque ſedes unita fuit, & non duæ, ſed una Eccleſia hac unione facta. *Gunthariur* Colonienſis Archiep. de iſta unione primum litem movit anno DCCCLVII. ut colligitur ex Annalibus Fuldenſibus ad eum Chriſti annum. *Anſcharius*, ejuſque Succeſſor *Rembertus* modum aliquem ſubjectionis Colonienſi Antiſtiti detulerunt; verum *Adalgarius* qui Remberto ſubrogatus fuit, eum neglexit. Indeque urgente *Herimanno* ſeu *Hermanno* Colonienſi Archiep. major recruduit difficultas, quam explicat, exaggeratque miſſa ea de re ad Adalgarium Epiſtola laudata Formoſi Pontificis. Is ea diſpenſative cenſet, Bremenſem Eccleſiam ad ſubſidium Archiepiſcopi Hamburgenſis, cum aliquo tamen ſubjectionis reſpectu, permanere poſſet, dum fundatis novis Epiſcopatibus Hamburgenſi Antiſtiti ſubiiciendis, Bremenſem Eccleſiam recipiat Sedes Colonienſis: *diſpenſative cenſuimus*, inquit Formoſus, *quatenus quoad uſque divina ſuffragante gratia, prælibata Hammaburgenſis Eccleſia intantum dilatetur, ut Epiſcopiam inſtituere valeat, jam memoratam Bremenſem Eccleſiam ad ſubſidium habeat... Dilatata autem Hammaburgenſi Eccleſia, largitore omnium bonorum amminiculante, & fundatis Epiſcopiis, ſæpe memorata Coloniæ ſedes Bremenſem Eccleſiam recipiat.* Hæc Formoſi Epiſtola, quæ in Tom. IX. Conciliorum deſideratur duabus aliis ejuſdem Pontificis in futura Conciliorum editione adicii debet.

III. Reliquiæ SS. VVandregiſili & Ansberti Carnutum delata.

Monachus Fontanellenſis Anonymus in Libello de Miraculis Sancti Wandregiſili Abbatis Fontanellenſis, a Mabillonio ſæc. II. Benedict. recitato refert, tempore, quo Nortmannorum pyratarum lues littora Gallica infeſta haberet, Sanctorum *VVandregiſili* & *Ansberti* Archiepiſcopi Rotomagenſis oſſa ad varia loca tranſlata fuiſſe, & hoc anno e Quentovico, quo anno DCCCLVIII. deportata fuerant, Carnutum devecta: *Anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo nonageſimo quinto, indictione IV.* (legendum indictione XIV. a Kalend. Septemb. inchoata) *ſub die XII. Kalendarum decembrium venerunt corpora SS. VVandregiſili & Ansberti Confeſſorum ad Carnotenam urbem, & jubente Domino ſuſcepta ſunt a venerabili Haimone Epiſcopo præfatæ urbis, & domno Haimerico Abbate monaſterii S. Carauni Martyris, & collocata in Eccleſia, in qua iſdem Martyr requieſcit. Ubi non minimam humanitatem Monachis ſancti VVandregiſili, qui metu Gentilium hæc attulerant, exhibuit, & hoſpitalitatem condignam tribuit, ibique uſque XIV. Kal. Martii pacifice manſimus* (hinc patet hunc Anonymum hoc tempore vixiſſe) *videlicet per menſes tres, exceptis tribus diebus. Deinde XIV. Kal. Martii metu Gentilium ſuadente & cooperante præfato Haimerico venerabili, aliiſque Sanctorum veneratoribus, annuente etiam ejuſdem urbis venerabili Clero & plebe Deo devota, cum laudibus & bonore prædictorum corpora Sanctorum intra muros præfatæ urbis venerabiliter ſuſcepta ſunt: atque in capellam, quam olim venerandus præſul Giſlebertus infra domum ſuum conſtruxerat, digne collocata ſunt. In qua omnipotens Deus Sanctos ſuos, ut voluit, mirabiliter mirificavit, & miraculorum atteſtationibus multiformiter honoravit.* Ita ille cap. 29. qui cap. ultimo indicat, ſancta corpora ex civitate Carnutenſi Bononiam a *Quentovico* parum diſſitam revecta, ibi ſervata fuiſſe, uſque ad annum Chriſti CMXLIV. quo rurſus de illis ſermo erit. [1]

IV. Arnulphus Rex Romam cum exercitu proficiſcitur.

Formoſus Papa, cum Romæ vexaretur, *Arnulphum* Germaniæ Regem in Italiam evocavit, atque ad Lamberti tyrannidem compeſcendam impulit: *Iterum Rex* (nempe Arnulphus, quem ideo Pontifex anno DCCCXCIV. evocaverat) *a Formoſo Apoſtolico per Epiſtolas & Miſſos Romam venire invitatus eſt. Rex vero cum conſilio Epiſcoporum ſuorum petitionibus ſuis ſatisfacere decreverit, menſe Semptembri de Franciæ & Alamannia Italia* (legendum Italiam) *promovit exercitum. Venientes quippe ultra Padum; ibi diviſo exercitu Alamannos per Boloniam ad Florentinam urbem ire permiſit, ipſe cum Francis per ſuperiores partes Alpium curtem, quæ dicitur Turris, ſic uſque civitatem Lunam progreditur. Ibi Natale Domini celebravit*, inquit Continuator Freherianus Annal. Fuldenſium, ubi anno DCCCXCIV. refertur

pars

NOTÆ [1] MEndoſum Mabillonii textum ſequens hic Pagius, toto decennio tranſlationem Carnutenſem corporum SS. Wandregiſili & Ansberti poſtponit. Indictio utique tertia cum anno 895. non congruit, adeoque textus perſpicue mendoſus eſt, & correctione indiget. Recte ergo in Codice Valcellenſi PP. Bollandiſtæ legerunt: *Anno &c. octingenteſimo octogeſimo quinto, indictione tertia*, qui temporum characteres optime inter ſe cohærentes tranſlationem illam anno 885. aſſignant. MANSI



*ca Apoſtolicum humilitate, penes Epiſcopum, ſit poteſtas, utrum eum in carcerem, aut in aliam detrudat cuſtodiam, uſquequo per epiſtolam, aut per idoneos ſuæ partis Legatos Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, ut potiſſimum ſua ſancta legatione dignetur decernere, quid de talibus juſto ordine lex Romana ſtatuat definire, ut is corrigatur, & cæteris modus imponatur.* Hactenus ſancta Synodus. Hæcque ſatis ad inſtitutum.

An-

PAGIUS

pars eorum quæ eo anno & pars eorum quæ currenti geſta ſunt; quia cum folium avulſum eſſet a Manuſcripto, credidere Editores utramque illam partem ad unum eumdemque annum pertinere, in quo ſine dubio decepti ſunt; cum quæ mox narravimus ad præcedentem ſpectare non poſſint, ut ex dicendis anno inſequenti magis conſtabit.

V. Zuentibaldum filium Regem Lotharingiæ dicit.

Quid egerit *Arnulphus* Rex ante ſuum e Germania diſceſſum, ita narrat Annaliſta Metenſis, poſtquam ſermonem habuit de Concilio Triburienſi, cui idem Arnulphus interfuit; *poſt hæc Arnulphus Vvormaciam venit; ibique Optimatibus ex omnibus regnis ſuæ ditioni ſubditis ſibi occurrentibus, atque collaudantibus, Zventibloch filium regno Lotharii* (ita Lotharingia vocabatur) *præfecit.* Erat hic filius ejus nothus, vir bellicoſus, ut ex expeditionibus ab eo ſuſceptis liquet. Mabillonius lib. V. de Re Diplomatica cap. 35. hujus *Zventibloch* ſeu *Zventeboldi* Diploma æri inciſum, ex autographo recitat, ubi in inſcriptione dicitur *Zventebolchus*, ſicut & in ſubſcriptione, ac in data: in ſigillo vero *Zventeboldus*. Refert ibidem Mabillonius in Archivo Cœnobii Sancti Michaelis ad Moſam extare aliud *Zventeboldi* Diploma, in cujus fine legitur: *data XIX. Kal. Septemb. anno domini DCCCXCV. indict. XIII. regnante Domno Rege Zventiboldo anno primo.* Ex quo liquet primo, vera eſſe quæ anno DCCCXC. num. I. & ſeq. de nomine Zventibaldi in medium adduximus. Secundo, Concilium *Tiburienſe* ante diem decimum quartum menſis Auguſti celebratum fuiſſe; cum *Arnulphus* Rex eo celebrato Triburiis Wormaciam venerit, quæ inde parum diſtabat, & *Zventibold.* filium nothum Regem renunciarit, qui poſt adeptam Regiam dignitatem laudatum Diploma emiſit. [1]

VI. Variæ Synodi in VVallia celebratæ.

Hoc & ſequentibus annis Hiſtorici Anglici *Normannorum* ſeu *Danorum* turbas narrant, quibus fortiter obſtitere *Alfredus* Rex & antiqui Britanni *Vvallenſes* dicti, qui ejus partes ſequebantur, licet inter ſe variis diſtincti Provinciis, minorum gentium Reges haberent. Interim *Britannorum* Epiſcopi per hæc tempora varias Synodos celebrarunt, a Spelmanno collectas, quæque nunc extant Tom. IX. Concil. editionis Labbei pag. 390. & ſeqq. Habitæ eæ *Landaviæ* ſub diverſis Britannorum Regulis; ſed cum incertum ſit, quibus annis illi regnarint, incertæ pariter earum Epochæ. Quoad Epiſcopos, qui illis interfuere, ſpectatæ virtutis fuiſſe videntur, inquit Alfordus hoc anno num. III. qui nec Principum peccata diſſimulantes, Canonicis cenſuris eos a flagitiis, ad pœnitentis animi certiſſima argumenta pellexerunt. Sic a *Gurvano* qui decimus Landaviæ Epiſcopus dicitur, *Theudur* Rex *Brechemaniæ*, ob homicidium, & periurium, a fidelium communione removetur. Præterea in his Synodis anathema dicitur in illum, qui graviter in Deum, hominemque peccaverat; a fidelium ſocietate proſcribitur rebellis & impius; & quo ſcirent omnes nullum ei aut e Paſſione Chriſti, aut Sanctorum communione commercium: denudantur altaria, Crux Paſſionis Chriſti nobiliſſimum hieroglyphicum, & Sanctorum Reliquiæ inferne ponuntur, everſis aliquando cymbalis. Ex iis Conciliis Alfordus laudatus refellit Proteſtantes, qui Crucis & cymbalorum uſum in Eccleſiis Catholicorum damnant.

Moritur S. *Antonius Caulea* Patriarcha Conſtantinopo. ex dictis anno DCCCXC.

NOTÆ [1] IN ampliſſima collectione veterum Monumentorum, Martenii tom. I. col. 241. extat aliud ejuſdem Zuentiboldi (ita ſcribitur) diploma datum *Nonas Junii anno Incarnationis Domini DCCCXCV. Indict. XIII. anno I. Domini Zuentipoldi Regis. Actum apud Monaſterium S. Goaris.* Ex quo diſcere licet Zuentipoldum ante eam diem Regnum obtinuiſſe; adeoque & Concilium Triburienſe non ſolum ante Auguſtum menſem, ſed & ante Junium, celebratum. Sed & ex duplici alio Diplomate ejuſdem Regis dato 3. *Idus Maii A. D. 898. Indictione prima, Regni ejus IV.* eruitur vel ante diem illam Maii Principem illum regnum capeſſiviſſe. Vide Diplomata illa in Hiſtoria de geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum Vet. Monument. tom. IV. col. 147. 148. MANSI

I. *Arnulphus creatus Imp.*

ANnus Redemptoris octingenteſimus nonageſimus ſextus, decimaquarta Indictione inchoatus ſequitur, *quo* ( inquit Regino ) *Arnulphus ſecundo Italiam ingreſſus, Romam venit, & Urbem Romam cum conſenſu ſummi Pontificis armis cepit.* Et paulo poſt: *Arnulphus civitatem ingreſſus, a Formoſo Apoſtolicæ Sedis Præſule, magno honore ſuſceptus, ante Confeſſionem S. Petri coronatus, Imperator creatus eſt.* Hæc ipſe, qui in eo quod ſubdit, quod mater Lamberti Imperatoris, quæ illic a filio in præſidium relicta fuerat, cum ſuis latenter aufugit, putavit ante annum vita functum Widonem Imp. Cæterum tum ex ejus diplomate, tum ex Luitprando adhuc plures vixiſſe annos apparet. Verum Romana Synodus ſub Joanne Nono Papa hanc ipſam Arnulphi unctionem, per ſurreptionem ( ut ait ) factam, ut nullam reiicit atque condemnat, confirmans eam, quæ Lamberto unctio legitime collata eſt, ut ſuo loco ſub eodem Joanne Papa dicturi ſumus. Sane quidem, qui unxerat Widonem at-

que

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCC-XXXIV. Anno Hegiræ CC-LXXXIII inchato die 19. Febr. fer 5. A.C. 896.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6389.

☉ 9. D C. ☽ 4. P. 4. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 896.

STEPHANI VI. PAPÆ 1.

LAMBERTI IMP. 5. & 3.

ARNULPHI IMP. 1.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 11.

I. *Arnulphus Rex proſequitur ſuum iter Romanum.*

AD num. I. & ſeq. *Arnulphus* Germaniæ Rex anno ſuperiori a Formoſo Papa in Italiam vocatus, currenti illuc pervenit. Quæ ibi egerit, refert Continuator Freherianus Annal. Fuldenſium, cujus narrationem Editores cum anno præcedenti perperam conjunxere: *propter nimiam intempeſtatem aeris & immoderatam effuſionem imbrium, & ultramodum inundationibus aquarum, omnis exercitus* ( ſc. Arnulphi Regis ) *per devexa montium cacumina impedita ſunt, paſſim errando laborioſe pervagatus. Unde etiam maxima peſtilentia equorum, & plus ſolito propter difficultatem itineris aggravando excrevit: ita vero ut totus pene exercitus ſuppellectile ſuum inconſueto more per ſellatos more equitum boves trahebant. Ad hæc interim malus rumor Regem nec non exercitum commovit, Perngarium* ( id eſt, Berengarium Italiæ Regem ) *ſcilicet nepotem ejus a fidelitate ſua defeciſſe, & in Italiam jam pro hoc recurſum eſſe* ( nempe Arnulphum ): *Adalpertum* ( ideſt Adalbertum ) *videlicet Marchenſem Tuſciæ mutuis colloquiis Perngarii, ne aliquo modo ad Regis fidelitatem intenderet.*

II. *Romam capit.*

*His & talibus auditis Rex gravi moleſtia, totuſque exercitus maxima anxietate & penuria præoccupatus tandem urbem Romam advenerunt. Super hæc omnia novum genus anxietatis exercitui occurrit. Nam adventantibus illis Ageldrudis vidua VVidonis portas in circuitu murorum omnes ferrando præoccupavit, ut omnibus pariter ad domum Sancti Petri introitus denegaretur. Quod Rex moleſte accipiens in commune conſilium cum omni exercitu ad Eccleſiam B Pancratii convenit. Poſt ſolemnitate Miſſarum celebrata Rex exercitum unanimiter interrogavit, quid facto opus ſit. Conveniunt omnes cum lacrymis fidem promittentes confeſſionem coram Sacerdotibus publice agentes, indicto unius dei jejunio, bello Urbem expugnare in commune acclamatum eſt. Cunctantibus ergo cunctis redire in Caſtra Rex murum proſpiciendo circumibat, Dei nutu ſubito inter obſeſſos & obſidentes inſperate contentio exoritur, concurſus ex omni parte plebis, omnes vociferantes Urbem bello expugnare, omnibus inpugna par voluntas. Nec Mora advenerunt murum, lapidibus defenſores murorum depellunt, multitudo virorum portis ſe conſtipat, alii ſecuribus, & ſpadis portam & vectes ferratos incidunt, alii murum perfodiunt, alii per ſcalam muros aſcendunt. Sicque Dei providentia firmiſſima & nobiliſſima urbs, nullo ex parte Regis de tanto exercitu ſuccumbente, jam veſperaſcente die, nobiliter cum triumpho expugnata eſt, Apoſtolico* ( nempe Formoſo ) *& Urbe de inimicis liberato.*

III. *A Formoſo PP. Auguſtus renunciatur.*

*Omnis namque Senatus Romanorum, nec non Græcorum Schola cum vexillis & crucibus ad pontem Milvium venientes, Regem honorifice cum hymnis & laudibus ſuſcipientes ad urbem perduxerunt. Jam Apoſtolicus paterno amore diligendo Regem ante paradiſum, loco qui dicitur Gradibus S. Petri, ſuſcipiens & honeſte ad Baſilicam beatorum Principum Apoſtolorum lætificando introduxit, & ſecundum morem anteceſſorum ſuorum Imperialem conſecrationem capiti ſibi imponens, Cæſarem Auguſtum appellavit: diſpoſitis ibi multimodis rebus, omnis Romanorum populus ad Sanctum Paulum cum juramento Imperatori fidem promittentes. Juramentum vero illud, ne quem lateat, hic inſerere propoſuimus.* Juro per hæc „ omnia Dei myſteria, quod ſalvo honore & „ lege mea, atque fidelitate Domini Formoſi „ Papæ fidelis ſum & ero, omnibus diebus „ vitæ meæ Arnolfo Imperatori, & nunquam „ me ad illius infidelitatem cum aliquo homine „ ſociabo, & Lamberto filio Agildrudæ & „ ipſi matri ſuæ ad ſæcularem honorem nunquam „ adjutorium præbebo, & hanc Civitatem „ Romam ipſi Lamberto & matri ejus „ Agildrudæ, & eorum hominibus per aliquod ingenium aut argumentum non tradam. *Poſt hæc autem Conſtantinus & Stephanus, qui majores inter Senatum erant, rei Majeſtatis eſſe accuſati ſunt, quia cum Agildruda prius Urbem capiendam conſpiravere: quos Rex ſine mora comprehendi, & ſecum in Bajoariam transferri præcepit. Urbem vero ad ſuas manus cuſtodiendam Faroldo cuidam vaſſallo conceſſit. Ipſe XV. tandem die poſtquam venerat ab Urbe degreſſus eſt.*

IV. *Ante initium menſis Martii*

Contigere hæc omnia ante diem quartum menſis Aprilis *Formoſi* Papæ emortualem, imo ante diem primum menſis Martii, ut nos docet Pri-



que ejus filium Lambertum Imperatores Formoſus, nonniſi per ſurreptionem adduci potuit, ut ungeret ( ut Synodus declaravit ) Arnulphum. Sic igitur nonniſi ex præſcripto ſacrorum Canonum, & auctoritate Apoſtolicæ Sedis, omiſſo Arnulpho, in ſerie Imperatorum Occidentalium Lambertum poſuimus, & proſequemur annos Imperii numerare uſque ad ejus obitum; & ſic corrigatur error Chronographorum, poſt Carolum Craſſum Arnulphum Imperatorem ponentium, nulla penitus de Widone & Lamberto habita ratione; quod privata ſcriptorum Germanorum affectio, non veritas perſuaſit.

II. Quanta autem a Romanis civibus Formoſus ſit paſſus, in eos illata vindicta ab Arnulpho declarat. Sic enim Luitprandus ait: (a) *Hoc in tempore Formoſus Papa religioſus a Romanis vehementer afflictabatur, cujus & hortatu Rex Arnulphus Romam advenerat. In cujus ingreſſu, ulciſcendo Papæ injuriam, multos Romanorum Principes obviam ſibi properantes decollari præcepit.* Quæ omnia Formoſo ſummum cum invidia odium pepererunt. Ex his habes atque etiam ex Reginone, hoc anno Formoſum fuiſſe ſuperſtitem; quibus redarguas omnes, qui ponunt eum defunctum anno octingenteſimo nonageſimoquinto, ſediſſeque tantum annos quatuor & ſemis, cum non ex Reginone tantum, ſed ex Adamo quoque monacho antiquo chronographo conſtet, ad finem uſque præſen-

(a) Luitp. l. 1. c. 8.

PAGIUS Privilegium ab Ughello Tom. III. Italiæ Sacræ pag. 30. recitatum, quod *Aretiatino* prope Cluſium Monaſterio dedit *Arnulfus, divina favente clementia, Imperator Auguſtus .... Kalendas Martii, anno Incarnationis Domini DCCCXCVI. indictionis XIV. anno Regni in Francia nono, in Italia tertio*, ubi dies ante Kalendas Martii deletus eſt. Sed cum ſe ſe in eo Diplomate Arnulphus Imperatorem appellet, dubium eſſe non debet, quin ante diem primum menſis Martii a *Formoſo* Papa corona Imperiali exornatus fuerit, & anno DCCCXCIV. ante ejuſdem menſis initium Italiæ ſeu Longobardiæ Regnum adeptus ſit; cum hoc anno jam tertium ejuſdem Regni annum numerarit. Papebrocius in fine Tomi VII. SS. menſis Maii in Paralipomenis ad Conatum Chronico-Hiſtoricum pag. 76. „ eamdem ſubſcriptionem re- „ fert, aitque: quod non addat, *Imperii Romani primo*, ſignum mihi eſt, Imperatoris „ nomen ab eo uſurpatum, priuſquam a *Formoſo* „ coronam ſuſcepiſſet, & Privilegium iſtud „ datum cum Romam tenderet expulſurus inde „ viduam *Guidonis*, quæ Urbem pro filio *Lamberto* tenebat. Verum cum *Arnulphus* a Formoſo Papa in Italiam ab eo coronandus vocaretur, ante coronationem Imperatorium nomen aſſumere auſus non eſſet. Nec mirum ſi Imperii annum prætermiſerit; cum in variis *Ludovici* III. vulgo *Orbi* dicti, Chartis annus Regni ejus omiſſo Imperii anno, legatur: quod & in Diplomate Ottonis M. in Bibl. Sebuſiana Guichenonis pag. 403. aliiſque videre eſt.

V. *VVido Imp. ante biennium e vivis exceſſit*

Baronius *VVidonis* Imp. Principatum uſque ad annum DCCCXCIX. producit, ſed cum Regino, Annaliſta Metenſis, & Continuator Annalium Fuldenſium citatus doceant, tempore obſidionis Romanæ hoc anno factæ *Agildrudam* Widonis Imp. conjugem, *viduam* fuiſſe, & hi tres Auctores hoc tempore vixerint, *VVidonem* ante hunc annum demortuum fuiſſe, in dubium revocari non poteſt. At, inquit Baronius, ex *VVidonis* Diplomate conſtat, eum adhuc plures vixiſſe annos. Verum Diploma illud a nemine in medium adductum, & exemplar a Baronio viſum non potuit in numeris mendoſe deſcriptum non fuiſſe, ut ſæpius alias accidit. Dicit ſecundo Baronius, Luitprandum lib. 1. cap. 8. teſtari *VVidonem* Imp. tempore obſidionis Romanæ hoc anno peractæ in vivis fuiſſe, & cap. 9. eum, dum caſtrum vocabulo *Firmum* obſidione cingeretur, *in incertis* latuiſſe *locis*. At Luitprandus, qui imperante Othone hujus nominis I. floruit, tam male de iis, quæ hoc tempore geſta ſunt, edoctus fuit, ut *Sergium* Formoſo ſucceſſiſſe ſcripſerit, aliaque in literas miſerit, quæ manifeſtiſſime falſa ſunt. *VVidonem* vero anno DCCCXCIV. naturæ debitum ſolviſſe, & Luitprandum expeditionem Romanam ab Arnulpho Germaniæ Rege tunc ſuſceptam cum ea, de qua loquimur, confudiſſe, eumque in hoc errore Poetam Anonymum Carmine *de Laudibus Berengarii Aug.* ſecutum eſſe, eo anno demonſtravimus. Dicit denique Baronius, erraſſe Chronographos poſt Carolum Craſſum Arnulphum Imperatorem ponentes, & hujus unctionem a Joanne IX. Papa in Concilio Romano reſciſſam fuiſſe. At ſi hoc contigit, de quo infra, Arnulphus uſque ad illius Decreti promulgationem Imperator fuit. Verum, Chronographos illud recte ſcripſiſſe, infra demonſtrabimus. Unanimis igitur Chronographorum hac in re conſenſus, qui tot certis Monumentis innititur, reiici non debet.

VI. *Arnulphus Rex in Germaniam redit.*

Continuator Freherianus poſt laudata verba ſtatim ſubdit: *Comperta Agildruda in civitate Spoletana morare, quam ad expugnandum mox iter arripuit* ( ſcilicet Arnulphus ): *Sed antequam ad locum deſtinatum perveniſſet, gravi infirmitate capitis detentus, imperfectum reliquit, & cum omni feſtinatione parvulo filio ſuo, nomine Ratold, qui ei de concubina erat, ad fidem Italicæ gentis Mediolanum dimiſſo, per vallem Tridentinam menſe Majo in Bojoariam reverſus eſt. Sed non multo poſt etiam filius ejus, quem in Italia dereliquit, per lacum Cumenſem ad eum reverſus eſt. Poſt mortem etenim VValtefredi Foro-Julii Marchenſis* ( ideſt Marchionis, ) *qui multum fideliter ad Imperatorem Veronam contendendo retinuit, illico Perngarius regnum Italicum invaſit, & uſque ad flumen Adduam, quaſi hæreditario jure contra Lantbertum in participationem recepit. Maginfredus Comes Mediolanenſis ab Lantberto filio VVidonis* ca-

ſentis anni perveniſſe: nam ipſe Adam ſupervixiſſe Formoſum anno ſecundo a Concilio Triburienſi (a) teſtatur: annus enim & menſes ſeptem intercedunt a Con-

(b) Adam. l. 1.

PAGIUS. *capitali ſententia interfectus eſt: filius ejus atque gener oculorum lumine orbati ſunt* [1]. Luitprandus lib. 1. cap. 10. ait, Maginfredum Mediolanenſium Comitem *quinquennio Lamberto rebellem extitiſſe*, ob idque juſſu ejus capite truncatum; quod quidem verum eſt, ſed inde manifeſtum fit, *Maginfredum* an. DCCCXCII. quo *Lambertus* in conſortium Imperii a patre adſci-

NOTÆ [1] IN Cod. Vaticano n. 5751. pag. 62. habetur hymnus, ſeu ſacra deprecatio pro *Adelardo* Epiſcopo *Veronenſi*, ubi de *Vualfredi* obitu, deque ipſius *Adelardi* Epiſcopi laudibus, inſcribitur autem hoc pacto . . . . *Carmen Adelardo Epiſc.* Haud alienum putamus carmen illud hic ſubiicere, & raptim illuſtrare.

Siderum factor Dominuſque cæli,
Qui regis mundum pietate vera,
Culmen æterni ſolii gubernans
Jure perenni.
Tu maris leges moderans & arvi,
Tu poli lumen ſpeciali fulgens
Tuque datis nobis anhelare corde
Myſtica dona.
Quis noſtris Deus, ut ſerenum
Jubar infundas lacrimaſque tergas,
Pacis ut pignus capiamus almæ
Mentibus omnes.
Ecce nam mundus populuſque mundi
Flet *Hludovvici Karolique* morte
Imperatorum populos tuentum
Enſe potenti.
Plangit & cælum populuſque cæli
Præſulem ſummum Dominumque *Papam*
*Romæ Johannem* rabie repulſum
Dæmonis atra.
Nec minus plorat ſolitudo ſacra
Cum ſuo cœtu monachiſque cunctis
. . . . quod diu lacerentur ipſi
Nempe Leonis.
Fletque *Vvalfredum Comitem Verona*
Cum ſuburbanis viculiſque cunctis
Quod lupis ſævis pateant & ipſi
Enſe repulſo.
Paſtor at noſter *Adelardus* almus
Plebis afflictæ lacrimas repellit,
Sancta præcepta tribuendo nobis
Ore ſalubri.
Fluctibus ponti quatiatur etſi
Raptus e portu Aquilonis arte
Fraude quæ natos hominis veterni
Sternere quærit.
Ille ſed diris ſtimulis reſiſtit
Galea, ſcuto fideique, ſpei,
Caritatiſque dominuſque noſter
Contulit orbi.
Iſque lorica gladioque verbi,
Spiritus ſancti, crucis ac triumpho
Invocans patrem Dominumque tenet
Territat hoſtes.
Hoſtias ſacras tibimet frequentans,
Pauperum tegmen, cibus atque potus
Extat, edoctus Domino magiſtro
Paſcere fratres.
Divitum ſenſus juvenumque doctor,
Is ſenum fortis baculus, gubernans
Jura languentum puerumque virgo
Roborat omnes.
Abſit ut tanto placeant patrono
Aureus fulgor, lapidumque vigor,
Purpuræ pallor variuſque color
Ludificantis.
Fulgeant illi lapides ſuperni
Straverat de quis Deus verbum,

Quo



Formoſi Papæ obitus.

a Concilio Triburienſi uſque ad obitum ejus, qui ex hac vita migravit decimo-



no-

PAGIUS adſcitus, adverſus Lambertum rebellaſſe, & currenti, qui ab illo quintus eſt, decollatum eſſe; quod non ſolum Continuator laudatus; ſed etiam Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam diſerte produnt. Neque uterque de Widone ſilet, cum quo Lambertus per biennium corregnavit, niſi quia *VVido* jam a biennio anno ſc. CCCCXCIV. obierat.

VII. *Berengarius & Lambertus Regnum Italiæ inter ſe partiuntur.*

Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam, de hac Arnulphi profectione Romana aliqua ſingularia habet, hic non prætermittenda: *magna*, inquit, *pluviarum inundatione exercitu* (ſc. Arnulphi) *fatigato, & plurimis equis inde amiſſis Peringario etiam a fidelitate ejus deficiente, & ad Lampertum ſe conferente, Arnolfus Rex tandem Romam venit, eamque Angildruta Vvidonis vidua cum filio Lamperto machinante, obſeratam inveniens mandato Formoſi Papæ intus incluſi, celebratis apud Sanctum Pandrasium* (legendum Pancracium) *Litaniis, eam oppugnat, expugnataque citius Urbe ingreſſus, a domino Papa honorifice ſuſceptus, Imperatorque coronatus eſt, & diſpoſitis ibi rebus Primoribuſque Sacramento ſubactis, Angildrudam perſequi ſtatuens, infirmari cœpit, metuenſque morbum graviorem de Italia ſtatim redire acceleravit. Quo reverſo Peringarius ac Lampertus diviſo inter ſe regno Italiæ tyrannidem exercuere. Lampertus Megenfredum Comitem decollare juſſit.* Poeta tamen in carmine de Laudibus Berengarii Angl. lib. 3. fatetur quidem *Berengarium* ab Arnulpho diſceſſiſſe, ſed id factum aſſerit poſt Urbis Romanæ expugnationem; *Arnulpho* vero ex Italia digreſſo Berengarium & Lambertum Italiæ Regnum inter ſe partitos eſſe.

Præfatis narratis Continuator ſubiungit: *At Romæ Formoſus Papa defunctus die Sancto Paſcha, in cujus locum conſecratur Bonifacius, qui* VIII.

NOTÆ

Quo pia cælo retinet Clatra
Condita juſtis.
Grata ſunt illi tegumenta ſacra,
Vita & victus placidum lyeum,
Ejus ut corpus ſalubri colatur
Ordine ſemper.
Unde te plebes rogitent devotæ,
Iſte ne nobis pater ſubtrahatur
Hujus ad vitæ tribuenda lucra
Tempore multæ.
Ejus & præſta ſolii tutator
Ejus & lumen oculis refulgens
Perfice greſſus famuli ſacrati,
Atque miniſtri.
Vita, & virtus, via, ſpes, ſaluſque
Chriſte juſtorum, probitaſque paxque,
Hoc Deo carmen canimus amore
Præſulis hujus.
Sint patri laudes ſine fine ſacræ,
Sit honor ſemper tibi nate patris,
Spiritus compar ſociatus æque
Glorificetur. Amen.

Conditum eſt hoc carmen poſt *Vualfredi* Comitis obitum, qui a Continuatore Freheriano apud Pagium collocatur an. 896. *Vualfredus* iſte memoratus in Panegyrico de laudibus Berengarii lib. 2. his verbis:

*Nec mora Vualfredus ter mille reſumit amicos.*

Hadriano Valeſio in notis pag. 118. 119. is omnino eſſe dicitur, qui in Palatio Ticinenſi A. D. 877. electioni *Caroli Calvi* ab Epiſcopis, & cæteris regni Italici Optimatibus confirmatæ poſt *Boſonem Ducem, & Richardum Comitem* ſubſcripſit, hoc pacto: *Signum Vualfridi Comitis.* Eundem *Forojulienſem Marchionem* fuiſſe ſcribit ibidem Valeſius, ac Veronam in poteſtate *Arnulfi* regis retinuiſſe, poſt cujus *Vualfredi* obitum, *Berengarius* Italiæ regnum, quaſi hæreditario jure invaſit, ut habent Annales Fuldenſes. De *Vualfredo* iterum Panegyriſta Berengarianus eodem lib. 2.

*Interea Vvidonem adit Vvalfredus ovantem Cadibus.*

Paulo poſt *Vvalfredus*, *heros Ateſinus* appellatur. At Valeſius in notis pag. 132. quanquam non abnuit, de *Vvalfredo* Berengariano id accipi poſſe, *herois Ateſini* nomine *Berengarium* deſignari mallet; qua de re aliorum eſto judicium. De *Adelardo* Veronenſi Epiſcopo non ſemel *Johannes* VIII. in epiſtolis, ſcilicet epiſt. X. XLVII. XLVIII. XLIX. Idem Pontifex eumdem *Adelardum* anathemate feriit, quod Nonantulanum monaſterium ſuis uſibus uſurpaſſet. Eum tamen poſtea communioni reſtituit, ut ex ejus Epiſt. ejuſdem Pont. CCLXVI. patet. De eodem *Adelardo* Epiſcopo *Veronenſi* qui adhuc vivebat A. D. 906. vide cl. Muratorium in Antiquit. Ital. medii ævi tom. 2. pag. 254. 255. Quid ob Lamberti ſævitiam *Johannes* VIII. perpeſſus fuerit, qua de cauſa in Gallias fugere coactus eſt, idem Pontifex epiſt. LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX. GEORGIUS

nono Kalendas Januarii: vir ſane a ſcriptoribus hujus temporis plurimum commen-

PAGIUS

*Moritur Formoſus PP.*

*qui podagrico morbo correptus vix XV. dies ſupervixiſſe reperitur. In cujus Sedem ſucceſſit Apoſtolicus nomine Stephanus, vir fama infamandus, qui anteceſſorem ſuum Formoſum inaudito more de ſepulcro ejectum, & per advocatum ſuæ reſponſionis depoſitum foras extra ſolitum ſepulturæ Apoſt. locum ſepeliri præcepit.* [1] Quare formoſus Papa non pervenit uſque ad diem XIV. menſis Decembris, ut ex Onuphrio Baronius perperam ſcribit; ſed die Paſchatis, qui hoc anno in diem quartum Aprilis incidit, e vivis exceſſit, uti non ſolum citatus Continuator, ſed etiam Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam tradidere [2]. Catalogi ei annos quatuor & menſes ſeptem attribuunt, ſed quoad dies, quibus ſupra annos illos & menſes Eccleſiam Romanam *rexit* inter *ſe* non conveniunt. [3] At quidquid de diebus illis ſit, ex annis & menſibus apparet initium Anteceſſorum Formoſi & Deceſſorum Joannis VIII. accurate a nobis conſignatum fuiſſe, licet dies quibus ordinati fuere, detegi non poſſint.

IX. *Ei ſuccedit Bonifacius VI. & huic Stephanus VI.*

*Bonifacium* VI. Formoſi Succeſſorem dies tantum XV. ſediſſe canit Flodoardus in Fragm. de Pontif. Rom.

*Ter quinos hic in arce dies explevit honoris*

Idem habet Martinus Polonus in Chron. [4] Eum die incerto excepit *Stephanus* hujus nominis *Sextus*, non vero *Septimus*, uti Baronius eum appellat, anno ſequenti num. I. in quem utriuſque Pontificatum differt. Sed *Stephanum* VI. menſe Auguſto Eccleſiam Romanam gubernaſſe, extra omnem controverſiam ponit ejus reſcriptum in Archivis Eccleſiæ Narbonenſis aſſervatum, & in favorem Arnuſti Archiepiſcopi datum, quod Catellus pag. 773. Comment. Linguadocii recitat: *Stephanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Reverentiſſimo & Sanctiſſimo confratri noſtro Arnuſto Epiſcopo*, &c. *Scriptum per manum Nicolai Scrinarii S. R. E. in menſe Auguſto indict. XIV. Bene valete. Datum XIII. Kal. Septembris, per manum Stephani Epiſcopi Sanctæ Eccleſiæ Nepeſinæ, Arcarii Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, imperante domino piiſſimo Auguſto Arnulfo, a Deo coronato Magno Imperatore, anno primo.* Quamobrem non ſolum *Formoſus* non pervenit ad menſem Decembrem, uti Baronius deceptus ab Adamo Bremenſi, qui ſub finem ſæculi undecimi vixit, arbitratus eſt; ſed etiam die XX. menſis Auguſti hujus anni jam *Bonifacius* mortuus erat, & *Stephanus* ſedebat. Hic Pontificatus ſui initio *Arnulphum* Imperatorem agnovit, uti laudata clauſula demonſtrat. Verum non multo poſt eumdem deſeruit, & *Lamberti* partes ſecutus eſt, ut manifeſtum facit Privilegium in favorem Monaſterii Vezeliacenſis a Dacherio Tom. III. Spicilegii relatum, in quo habetur: *Scriptum per manus Samuel Notarii*

NOTÆ [1] DIem emortualem Formoſi a Pagio conſtitutam dubiam reddit privilegium Arnulphi apud Campium Hiſt. Eccleſ. Placentiæ tom. I. in appendice. Datum eſt enim *Kalendis Maii, anno Incarnationis Domini* 896. *Indict.* 14. *anno Imperii ejus primo. Actum Romæ.* In eo vero narrat Imperator privilegium hoc conceſſiſſe ſe hortamentis, & monitis ſummi Pontificis *ſpiritualiſque Patris ſui Domni Formoſi Papæ.* Quibus verbis deſignare videtur Formoſum ad eam diem nondum e vivis exceſſiſſe; quod profecto cohærere non poteſt cum morte ejus die Paſchæ. Inſuper erudimur Arnulphum ſerius aliquanto coronatum fuiſſe Imperatorem quam Pagius cenſeat, cum Romæ hoc anno non adfuerit Imperator niſi ſpatio dierum 15. quo tempore Imperiali corona inſignitus fuit, ſi quæ fides ſit Continuatori Freheriano, quem tamen in hac Hiſtoria non ſemel lapſum ſuſpicor. Apud Ughellium quidem extat privilegium Arnulphi, quo ſe *Imperatorem* appellat & datum legitur, non quidem die incerta Kalendarum Martii, ut a Pagio memoriæ lapſu exhibetur; ſed 4. *Kal. Martii.* At forte privilegii hujus autographum male lectum eſt, & pro 4. *Kal. Maii* ex vocis ſimilitudine fucus amanuenſi factus ut ſcriberet 4. *Kal. martii.* Ita enim Chartæ omnes cohærent & ſua fides ſaltem in nonnullis continuatori Freheriano conſtat. Nam apud Campium loco ſupra laudato extat privilegium aliud ejuſdem Arnulphi, datum Romæ hoc anno, Ind. XIV. die VII. Kal. Maii, quæ ſane poſterior Charta priorem confirmat, ſuadetque ut in privilegio Ughelliano loco 4. *Kal. Martii* legatur *Maii.* Alioqui ſi purus ſit textus Ughellii Arnulphus toto bimeſtri Romæ ſubſtitiſſe dicendus eſſet, nempe uſque ad Kalendas Maii, qua die Placentinum Privilegium Romæ ſignavit. Continuator autem Freherianus aſſerit, illum non ultra 15. dies in Urbe permanſiſſe. Igitur Arnulphus Imperium cœpit ante diem VII. Kal. Maii, & Formoſus intra dies Paſchales quidem, ſed integro fere menſe poſt Paſcha obiit. MANSI

[2] COncilium Romanum contra Formoſum cum anno ſequenti recte illigatum fuiſſe ex dictis de obitu Formoſi ſequitur. Nam ſi poſt menſes octo ab ejus obitu cadaver Formoſi effoſſum, & fæde habitum fuit, cum Formoſum obiiſſe poſt Kalendas Majas demonſtraverimus, ſequitur hinc Concilium, in quo hæc commiſſa ſunt, ad ſequentem annum pertinere. Idque potiſſimum ex eo confirmatur, quod ludibrium iſtud cadaveri Pontificis non octavo ſed nono ab obitu menſe illatum in Concilio fuiſſe ex fragmento Invectivæ in Romam pro Formoſo, a Cl. Blanchinio in Prolegom. ad tom. IV. Anaſtaſii vulgato, diſcimus: *Poſt novem menſes de ſepulcro extraxiſti.* MANSI

[3] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Formoſus ſedit annos* IIII. *& menſes* VI. GEORGIUS

[4] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Boneſacius ſedit dies XV.* GEORGIUS



mendatus, ut quæ de ipſo ſuperius diverſis locis ſunt dicta, declarant.



PAGIUS

*tarii & Scrinarii S. R. E. imperante Domino noſtro Landberto, piiſſimo Auguſto, a Deo coronato magno Imperatore, indictione XV.* ideoque hoc anno, quo Kalend. Septemb. indictio XV. Romæ auſpicata fuit, aut inſequenti, quo eadem indictio uſque ad finem menſis Auguſti obtinuit, Privilegium illud emiſſum. Denique Synodus Romana a Stephano VI. adverſus *Formoſum* indicta ad præſentem annum pertinet. Hermannus enim Contractus juxta editionem Caniſii ad annum DCCCXCVI. de iſto Pontifice ſcribit, *qui tyrannis favens & Arnolfum odiens, Formoſum Papam octavo poſt obitum menſe effoſſum & in ſella poſitum, loquente pro eo Diacono, criminatum & quaſi convictum degradavit*, &c. Quare tam apud Baronium an. DCCCXCVII. num. II. quam Tom. IX. Concil. male in annum ſequentem reiicitur.

X. *Celebris Bulgarorum de Hungaris victoria.*

Præfatus Continuator Annalium Fuldenſium hæc etiam narrat: *Pacem Græci eodem anno cum Avaris (qui dicuntur Ungari) facientes: quod eorum concives Pulgari* (ideſt Bulgari) *in pravum vertentes, hoſtili expeditione contra eos inſurgunt, & omnem regionem illorum uſque portam Cpolitanam devaſtando inſequuntur. Quod ad ulciſcendum Græci aſtutia ſua naves illorum contra Avaros mittunt, ac eos in regnum Bulgarorum ultra Danuvium tranſponunt. Illi tranſpoſitum manu cum valida gentem Bulgarorum ingreſſi, maximam partem cadendo neci tradiderunt. Hoc audientes poſiti in expeditione Bulgari, cum omni feſtinatione primum deliberare ab infeſto hoſte recurrunt, conſertoque illico prælio victi ſunt: iterum pari tenore recuperare nitentes, ſecundo caruere victoria. Tandem miſeri inſcii quam conſolationis cauſam & remedii potuiſſent invenire, currunt omnes ad veſtigia vetuli illorum Regis Michaelis: qui eos primum ad Chriſtianæ religionis veritatem convertit, inquirentes quid eis ab imminenti periculo evadendum conſuleret. Qui indicto triduano jejunio, pœnitentiam de inlata Chriſtianis injuria, dein auxilium a Deo quærendum eſſe præmonuit. Quo peracto, durum imminere certamen pugnantibus vero ambabus acerrime partibus, ad ultimum miſericordia Dei victoria, quamvis cruenta, Chriſtianis conceſſa eſt. Quis enim gentilium Avarorum ſtrages tantis congreſſionibus enumerando poſſit exponere; quoniam Bulgarorum, ad quos victoria conceſſit, numero XX. millia equitum cæſa inveniuntur.* De hac Bulgarorum victoria etiam verba facit Hermannus Contractus ex editione Caniſiana, ad hunc Chriſti annum.

XI. *Pax Græcos inter & Bulgaros ſancita.*

Anno DCCCLXVIII. oſtendimus, *Michaelem* Bulgarorum Regem, ordinato in locum ſuum majori filio in Regem, Monachum induiſſe; & cum accepiſſet eumdem filium populum ad Gentilitatis ritum revocare conatum eſſe; militiæ cingulum reſumſiſſe, eidemque filio a ſe capto oculos effodiſſe; filium juniorem Regem conſtituiſſe; & poſtea ad Monaſterium rediiſſe. Uterque filius hoc tempore mortuus erat, & in Bulgaria regnabat *Symeon* Uladimiri Regis olim Bulgariæ filius, ut habet Porphyrogenneta lib. de Adminiſtr. Imp. cap. 32. & *Michael* in monaſterio vivebat, qui conſultus a *Bulgaris*, Dei opem implorandam præmonuit. Adepta de *Avaribus* ſeu Hungaris victoria *Symeon* elatus, ut ſcribit Leo Sapiens in Tactica cap. 18. § 45. non aliter pacem admiſſurum ab Imperatore oblatam profitetur, niſi receptis Bulgaris captivis. Hanc conditionem Leo Sapiens tandem admiſit, eoſque omnes domum dimiſit. De bello Græcos inter & Bulgaros ante hanc pacem geſto ſupra locuti ſumus.

XII. *Hungari modo Avares, modo Turci appellati.*

Continuator iſte *Hungaros* ſeu *Ungaros Avares* appellat, quod mirum videri non debet; cum Avares, Turci, & Hungari Hunnicæ nationes eſſent, & eaſdem quas ante Avares ad Danubium ſedes ocuparant, Hungari incoluerint. Nicetas in lib. 2. modo *Ungros*, modo βασιλεῖς, ſeu *Pannonios* a ſedibus, quas habitarant, *Hungaroi* dicit: interdum *Hunnos*, ut Suidas communi Gentis nomine vocat. Hepidannus in Annal. ad annum DCCCLXXXIX. Ungaros Agarenos nuncupat, aitque: *In cujus* (nempe Arnolfi Germaniæ Regis) *temporibus Agareni in iſtas regiones primitus venerunt.* Sed non tantum *Avarum* poſtquam Pannoniam ſibi ſubdidere, ſed etiam *Turcorum* appellatione Hungari ab Hiſtoricis deſignantur. Porphyrogennetus enim *Turcos* Patzinacitis & Roſſiis confines facit, & in cap. 12. Libri de Adminiſtrando Imperio dicit, *Turcos* habere ab Occidente Franciam, a Septentrione Patzinacitas, ſeu Tranſilvanos, a Meridie magnam Moraviam quam ſubegerint: Chrobatos (hodie Croatos) etiam ad montes verſus finitimos eſſe. Conſtat autem hodieque *Hungariam* Tranſilvania, Croatia, Moravia, Ruſſia, terminari; Savo flumine a Croatia dividi. Et in capp. 27. ac 30. ſcribit, Langobardos & Avares coluiſſe *Pannoniam* circa Danubium, ubi jam tunc habitent. Luitprandus cap. 2. & 8. eoſdem nunc *Hungaros*, nunc *Turcos* appellat. Zonaras in Leone Sapiente meminit *Turcorum* ad Iſtrum, qui & *Ungri* dicuntur: & in Conſtantino filio Leonis Sapientis, ab eodem Bologudes & Gyla *Turcorum vel Hungrorum Principes* vocantur; & denique in Nicephoro Phoca Turci, qui & Ungri, Thraciam vaſtaſſe dicuntur. Ex quibus Hadrianus Valeſius in Notis ad librum 2. Carminis panegyrici *de Laudibus Berengarii Aug.* recte deducit, ſæpe unam eamdemque Gentem pluribus nominibus cum communibus, tum propriis, & nonnumquam impropriis plures gentes una appellatione deſignari. Quod qui non animadvertere, ſepe opiniones valde abſurdas Hiſtoricis attribuere, & Hiſtoriam tam ſacram, quam profanam ſuſdeque verterunt.

I. Bonifacius invaſor ſedis a Stephano pellitur.

SEquitur annus Redemptoris octingenteſimus nonageſimusſeptimus, Indictione decimaquinta, quo Bonifacius invadens Sedem tenuit dies quindecim, non numerandus inter Pontifices, utpote qui damnatus fuit in Romana Synodo ſub Joanne Papa Nono, ut ſuo loco dicetur, homo nefarius, jam antea bis gradu depoſitus a diaconatu primum, inde a presbyteratu. Sed adverſus eum Stephanus Septimus dictus Sextus ſubrogatur, pulſo Bonifacio intruſo pariter ab intruſo. Iſta omnia per vim & metum extorta, maximam irrogarunt ignominiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Quod autem intruſorum Pontificum alii ut Pontifices poſtea recepti inveniantur, alii vero penitus abrogati, ut iſte de quo agimus Bonifacio, inde evenit, quod illi quantumlibet tyrannice adepti fuerint Sedem, tamen accedente conſenſu Cleri, ſatius eſſe exiſtimantis eos qualeſcumque tolerandos, quam Eccleſiam ſchiſmate conſcindendam, ut legitimi Pontifices novis comitiis, conſuetis ritibus ſint electi. Hæc ut dicamus, illud plane neceſſario cogit, quod univerſa Eccleſia Catholica eos ut legitimos Pontifices coluit, iiſque obedivit, atque ut Chriſti vicarios, Petrique ſucceſſores cognovit, ac cultu, germano Pontifice digno, eoſdem frequentavit: quod nequaquam factum fuiſſet, niſi de facta poſtea electione legitima conſtitiſſet.

II. (a) Luitp. l. 1. c. 8. Nefandum ſacrilegium in Formoſi cadaver.

Hoc anno contigere illa nefanda, quæ (a) Luitprandus & alii recenſent, ſed male tribuunt Sergio, quæ Stephano huic Septimo ſynodalia adſcribunt Acta, quibus fides major jure ſit adhibenda. Lapſum vero memoria Luitprandum horum auctorem oportuit, ut adſcripſerit Sergio Papæ, quod factum per Stephanum liquet. Sed audiamus quæ narrat ipſe Luitprandus: *Formoſo*, inquit, *defuncto, atque Arnulpho in propria reverſo; is, qui poſt mortem Formoſi Papa conſtitutus eſt, expellitur, Sergiuſque Papa per Adelbertum conſtituitur. Quo conſtituto, ut impius, doctrinarumque ſanctarum inſcius, Formoſum e ſepulcro extrahere atque in Sedem Romani Pontificatus, ſacerdotalibus indumentis indutum collocare præcepit. Cui & ait: Cum Portuenſis eſſes Epiſcopus, cur ambitionis ſpiritu Romanam univerſalem Sedem uſurpaſti? His expletis, ſacratis mox exutum veſtimentis, digitiſque tribus abſciſſis; quibus benedicere moris eſt, in Tyberim jactare præcepit; cunctoſque, quos ipſe ordinaverat, gradu proprio depoſitos iterum ordinavit*. Ita furore percitus homo non quod jure liceret, ſed quod exæſtuans rabies ſuaſit implevit: non enim fuit error in fide, ſed violenta tyrannis in facto. Pergit ille deteſtans facinus, reclamantibus (ut Sigebertus ait) qui aderant, perpetratum;

III. *Quod quam male egerit, pater ſanctiſſime, in hoc etiam animadvertere poteris, quoniam & hi, qui a Juda Domini noſtri JESU Chriſti proditore ante proditionem ſalutem, ſeu benedictionem Apoſtolicam perceperant, ea poſt proditionem propriique corporis ſuſpenſionem minime ſunt privati; niſi quos improba forte fœdarunt flagitia. Benedictio ſiquidem, quæ miniſtris impenditur, non per eum qui videtur, ſed qui non videtur, ſacerdotem infunditur. (b) Neque enim qui rigat eſt aliquid, neque qui plantat, ſed incrementum dat, Deus. Quantæ autem auctoritatis quantæque fuerit religionis Papa Formoſus, hinc colligere poſ-*

(b) 1. Cor. 2.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hiſp. DCCCCXXXV. Anno Hegiræ CCLXXXIV inchoato die 8. Feb. fer. 3. A.C. 897.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6390.

☉ 10. B. ☽ 5. P. 27. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 897.

ROMANI PAPÆ 1.

LAMBERTI IMP. 6. & 4.

ARNULPHI IMP. 2.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 12.

I. *Stephanus VI. in Formoſum demortuum ſævit.*

ANum. I. ad VIII. *Bonifacius* VI. an. ſuperiori vita deceſſit, & *Stephanus* VI. vulgo dictus VII. die XX. menſis Auguſti ejuſdem anni Eccleſiam Romanam adminiſtrabat, ut ibidem demonſtratum. Is in *Formoſum* Papam Synodum anno ſuperiori, ut ibidem oſtendi celebravit, non vero currenti, dicens promotionem ejus in Sedem Romanam non fuiſſe canonicam & ordinationes ab eo tum factas validas non eſſe habendas. Non defuere tamen, inquit Mabillonius Tom. IV. Analect. pag. 624. qui *Formoſi* patrocinium tunc ſuſceperint, quos inter *Auxilius* quidam Francus quod nomen verum ſit an fictum incertum. Is in Italia degens, & a *Formoſo* ordinatus duos in ejus defenſionem libros ſcripſit. Prior capita XL. poſterior XXXII. complectitur, cum Epiſtola prævia ad *Leonem Nolanum Epiſcopum*, cujus rogatu iſtud opus ſuſceperat. Hanc epiſtolam cum indice triginta capitulorum prioris libri Baronius Appendici Tomi XII. inſeruit, ſed utrumque librum integrum edidit Morinus in parte II. *de Sacris Ordinationibus* pag. 348. & ſeqq. Mabillonius vero publicavit libellum ex MS. Codice Fiſcamnenſi erutum *ſuper cauſa & negotio Formoſi Pa-*



Sacræ imagines ſalutarunt Formoſum Papam.

*ſumus: Quoniam dum a piſcatoribus poſtmodum eſſet inventus, atque ad B. Petri Apoſtolorum principis Eccleſiam deportatus; ſanctorum quoque imagines hunc in loculo poſitum venerabiliter ſalutarunt: hoc namque a religioſiſſimis Romanæ Urbis viris perſæpe audivi*. Hucuſque Luitprandus, Sergio factum ſacrilegum adſcribens: quod ipſe fuerit ad illud perpetrandum anteſignanus & auctor. Cæterum graviorem culpam Stephani Papæ fuiſſe liquet: qui nefarium ſcelus, impium, & deteſtandum Synodo collecta probavit, quæ reſciſſa poſtea, ignique tradita fuit a Joanne IX. ut ſuo loco dicemus, cum iſta omnia per Stephanum Papam ſynodice acta, Joannes poſtea convocato ad hæc Concilio (ut teſtantur ipſa Acta ejuſdem Romani Concilii penitus abolevit; ex quibus erroris arguantur, qui iſta de Formoſo negant & conficta putant. ☞ Extant vetuſtiſſima Acta, quibus tum iſta ſacrilega a Stephano perpetrata, tum etiam objectiones triginta, & defenſiones totidem continentur: cum addidit ad ſcelus eam adhuc impietatem, ut factas per Formoſum ordinationes nullas eſſe ſtatuerit. Cum enim ordinati ab ipſo reclamaverint, & inter alios Leo Nolanus Epiſcopus; ad eum tunc iſta Auxilius ſcripſit:

*R. domino Leoni ſanctæ Nolanæ Eccleſiæ Præſuli Auxilius in Domino ſalutem. Miſſa legatione aſſeris te violentius pati oppreſſionem, ut Epiſcopale ſacerdotium, quod alim a PP.* Formoſo *ſuſcepiſti, quaſi nihil ſit; irritum facias. Qua ex cauſa fateris te miræ ſolertiæ Francos, nec non Beneventanæ civitatis peritos conſuluiſſe viros, eorumque conſulta apud te ſcripta retinere, quæ te hujuſmodi tranſgreſſionem committere, manifeſta ratione prohibeant. Nihilominus autem cogis me objectionibus, quas adverſus eumdem Formoſum Papam, ejuſque ordinationes quidam obiiciunt, dialogico ſchemate breviter reſpondere. Miſi quod jam in opuſculo ejuſmodi altercationis cauſatus ſum. Attamen quia de una auri materia diverſæ conficiuntur ſpecies, quæ diverſis hominum voluntatibus placeant: orationibus tuis fultus faciam quod hortaris; ita dumtaxat, ut in unaquaque objectione prænotetur inſenſor. & reſponſione defenſor. Non hic ſyllogiſmorum quæratur arcta concluſio, non perihermeniaca ſubtilitas, utpote qui diſcipuli ſumus Piſcatoris, hoc eſt, Apoſtoli Petri. Et quamquam in ejus navicula ſedeamus tempeſtatem patimur, invocantes dominatorem omnium ut imperet ventis mari, & fiat tranquillitas magna*. Fuerunt Capitula: Formoſi Papæ ejuſque ordinationum defenſio.

1. *Quod ordinatio, quam Papa Formoſus fecit, rata & legitima eſſe probabi-*

PAGIUS *Papa*, per modum Dialogi ſcriptum, quem ab eodem *Auxilio* editum non dubitat. In eo dialogo, qui Formoſum defendit, inter alia hæc de eo habet: *Is eſt profecto ille, qui in omni vita vita ſua tanta gravitatis forma extitit, ut vinum non biberet, carnis guſtum neſciret; fœminea copula expers, octogenarius virgineum ſuum corpus hominem exuens terra commendaret. Iſte etiam gentes Vulgarorum vitam ſanctitatis prædicatione confirmans, ut vetus Apoſtolicus ad fidem adduxit. Et cum tanta probitate prædicatus toto mundo ut alter Lucifer illuxiſſet, vim paſſus in ſepulcro, buſta diruta, oſſa fracta |uti quoddam memphiticum ejectus eſt extra publicum: cui tanto viro examinato ut aurum, nil juvare potuere Scholæ clamantes: O parcite ſepulto! eſt nullum cum mortuis certamen; ſed fuit in eo licitum, quod libitum. Neque enim ipſis Apoſtolis datum eſt de mortuis præjudicare*. [1]

II. *Luitprandi error corrigitur.*

Luitprandus lib. 1. cap. 8. magno errore *Sergio* Papæ III. adſcribit quæ Synodalia Acta Stephano VI. attribuunt, ut oſtendit Baronius ex ipſemet Actis. Ex quibus & intelligimus, Luitprandum, qui tam turpiter ea in re hallucinatus eſt, non eſſe audiendum in iis, quæ habet de Imperio Widonis & Lamberti ejus filii præſertim cum alios Scriptores contrarios habeat.

NOTÆ [1] AUxilius qui Librum digeſſit pro defenſione ordinationum Formoſi ſcribebat poſt 20. annos ab ordinatione eiuſdem Pontificis ut patet ex cap. 18. *Ecce jam circiter viginti annos abſque Chriſtiana Religione vixiße Italiæ regiones garriunt*. Addit autem ibidem ordinationem Formoſi probatam jam fuiſſe ab Eccleſia Synodico aſſenſu. Et in cap. 29. prioris Libri Concilium illud Ravennatenſe appellatur. Mirari autem ſubit cur Concilii Romani ne meminerit quidem; forte tamen ideo non meminit, quod Ravennatenſe illud plenius fuerit, & prioris illius veluti complementum. Addit Author ejuſdem libri cap. 21. de Suffredo Placentino, quem merito reprobatum fuiſſe aſſerit, additque; *Nicolaus Papa* (in Synodo Romana) *una nobiſcum reconciliavit*. Hinc colligas Auxilium hunc Epiſcopum fuiſſe. Cum vero innuit ordinatum ſe a Formoſo, non loquitur tunc ſuo nomine, ſed Clericorum omnium ab eodem Formoſo Ordinatorum, quorum cauſam tuetur. Denique advertas motus hoſce nec ipſa Concilii definitione quieviſſe, cum poſt Concilium ſcribens Auxilius turbis adhuc agitari Eccleſiam doceat, præſertim in Epiſtola ad Leonem Nolanum, qui a Formoſo ordinatus Sacerdotium ſuum infectum cenſebat. Hic habes Leonis hujus (quem III. fuiſſe credo) ab Ughellio ignoratam ætatem. An tandem Auxilius iſte Francus ſive Italus fuerit ignorare me fateor. Francum illum aſſerit poſt Mabillonium Pagius, ſed unde id hauſerint, ignoro; quin & præſentia ejus Concilio Romano ſub Nicolao Italum potius, quam Francum indicare poſſet. MANSI

*biliter oſtendatur, etiam ſi ipſe Formoſus, ut ajunt, non recte fuerit ordinatus.*

2. *Teſtimonia, quæ Papa Anaſtaſius contulit in defenſionem ordinationum, quas hæreticus fecit Acacius.*

3. *Quod Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiat fictum, miniſterium tamen ejus non deſerat.*

4. *Quod Neophyti Conſtantini ordinatio contra ſtatuta ſanctorum Patrum depoſita ſit.*

5. *Quod ejuſdem prævaricationis ſit iterata conſecratio, cujus prævaricationis eſt iteratum baptiſma.*

6. *Quod ejuſdem prævaricationis ſit iterata conſecratio, cujus ſunt prævaricationis hæretici, qui catholicos rebaptizare audent.*

7. *Quod minor culpa, quam iterata conſecratio, infra hæreſeon denotationes inveniatur admixta.*

8. *Adverſus eos, qui ſe excuſant dicentes: inviti denuo conſecrati ſumus.*

9. *Adverſus eos, qui dicunt: non perdet Deus multitudinem prævaricatorum.*

10. *Ut qui ſemel & iterum in eodem gradu conſecratus eſt, a ſacro miniſterio ſit excludendus.*

11. *Ut juramentum, quod ad ſcelus perducit, non ſit obſervandum.*

12. *Ut ad Synodum, quæ manifeſte contra Catholicam rectitudinem agit, non ſit occurrendum.*

13. *Ut Præpoſitorum culpæ nec omnes legendæ ſint, nec omnibus denudandæ.*

14. *Ut excommunicatio, quæ ad facinus committendum pertinet, non ſit obſervanda.*

15. *De eo quod ſcriptum eſt, ſive juſte ſive injuſte obliget paſtor, gregi tamen timendum eſt.*

16. *De eo quod dictum eſt: Omnia quæ dixerint vobis, ſervate & facite.*

17. *Quod ad peccandum nullius poteſtati ſit obtemperandum.*

18. *Quod aliud ſint pontificales ſedes, aliud præſidentes: quia ſi præſidentes deviarint per devia, ſequendi non ſunt.*

19. *De eo quod ſcriptum eſt: Quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata in cœlis.*

20. *Qualiter Formoſus poſt depoſitionem ſuam Apoſtolica auctoritate fuerit reconciliatus. Nempe quod quamvis juraſſet ſe numquam Romam iturum, tactis ſacroſanctis Evangeliis; tale tamen juſjurandum ſervandum non fuerit, quod vidit dominus Apoſtolicus, qui eum reconciliavit.*

21. *Quod plurimi ſacerdotes depoſiti fuerint, & poſtea reconciliati.*

22. *Ut id quod incertum eſt, ſolius Dei judicio relinquendum ſit; & de Epiſcopis, qui ad aliam ſedem tranſlati ſunt.*

23. *Quod Oſius non Catholice dixerit, nec laicam in fine communionem recipiat.*

24. *De eo qui ſemel in qualibet Eccleſia lector extiterit.*

25. *Ut abſque neceſſitate vel certis cauſis exiſtentibus, Epiſcopus de ſede ad ſedem tranſire non debeat.*

26. *Quod Formoſus, quando inthronizatus eſt, non id, quod Epiſcopus erat, iterum accepit; ſed augmentum Apoſtolicæ dignitatis, quod non habebat, ſuſceperit.*

27. *Ut qui ſimultates & lites inter ſe habeant, alter eorum adverſus alterum teſtimonium non poſſit proferre.*

28. *Quod humanum judicium quatuor perſonis juſtiſſime compleatur.*

29. *De Concilio, quod in Urbe Ravennate pro Formoſo, ejuſque ordinatione factum eſt.*

30. *De ſcelere, quod in cadavere Papæ Formoſi perpetratum eſt, &c.*

Hæc ex actis Formoſi Pontificis, ſub titulo, De ordinationibus ab eo factis, quare non ſint irritæ, accepta a Papirio Maſſono, quæ Synopſis eſſe noſcitur prolixioris diſputationis. Nam accipe quæ ibidem ſcripta leguntur ad Capitulum XXIX. ſpectantia atque trigeſimum.

### Interrogatio.

*Verum in Ravennate urbe congregata Synodo ſancitum eſt, ut tam Formoſus, quam ejus ordinatio in ſuo vigore ſtabiliter permaneret.*

### Defenſio.

*Ut opinor, tibi contigit, quod ait Pſalmus (a): Foderunt ante faciem meam* (a) *Pſal.* 36.
*foveam, inquam inciderunt. Nam quod delatis muneribus tale quid in illa Synodo conſtitutum fuerit, probare minime poteris: nos autem & plurimi nobiſcum compertum habemus, quod non ſolum Romuleæ civitatis, ſed pene omnes Italiæ Præſules memorato interfuere Concilio. Quapropter ſi favente Deo regalis poteſtas univerſale * fecerit Concilium: quid de vobis cenſendum erit, qui tot Epiſcoporum ſanctiones irritas facere non veriti eſtis.*

* corruptum eſſe textum ſequens illatio docet.

### Quæ ad ipſum Capitulum trigeſimum ſpectant.

### Interrogatio.

*Stephanus, qui tertius a Formoſo extitit Papa, eumdem Formoſum adeo reprobum eſſe judicavit, ut cadaver ejus de tumulo extrahi, & in Concilium pertrahi fecerit, ibique eum priſtinis veſtibus denudantes, laico amictu velaverunt, & ferro duobus digitis amputatis, in quodam peregrinorum tumulo ſepelierunt, nec multo poſt in Tyberinum fluvium præcipitatur.*



### Defenſio.

*Sicuti belluæ humanitatis immemores quomodo intellexerunt, ita operati ſunt. Miſerrimi, ubi hoc didicerunt? præſertim cum Dominus non dixerit, quæcumque ligaveris ſub terra, vel ſub flumine; ſed ait, quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in Cœlo. De talibus enim ait Apoſtolus: Quidam habent zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam. Proh ſcelus! ſaltem poeticam attendere debuerunt ſententiam: Parce pias ſcelerate manus, jam parce ſepulto. Verumtamen ſi ejuſmodi de Sede ad Sedem translatio quodammodo illicita fuiſſet; nonne Eccleſiaſtica pietate tolerare, & non inauditis crudelitatibus exaggerare debuerant, & ſic demum advocata univerſali Synodo generaliter cenſere, ut deinceps Romana civitas tale quid non committeret?*

IV. En illa infeliciſſima Eccleſiæ Romanæ tempora, atque omnium luctuoſiſſima, quibus ipſam contigit domeſtico bello exagitari, atque perſecutione vexari quæ nunc cœpta, multo tempore maximo damno eamdem Eccleſiam affecerunt; illata ipſa per Adelbertos Marchiones potentiſſimos Tuſciæ (ita nominat eos Luitprandus, non autem Comites, ut alii, Tuſculanos, illi enim poſtea licet ex eadem radice provenerint) Principes audaciſſimos. De iſto enim, qui Stephanum intruſit, hæc idem auctor:
(a) Luitp. l. c. 10. (a) *Tantæ quippe Adelbertus erat potentiæ, ut inter omnes Italiæ Principes ſolus ipſe cognomento diceretur, Dives: huic erat uxor nomine Berta, &c.* Iſtos
Eccleſiæ perſecutio omnium moleſtiſſima. quidem, quo viciniores, eo infeſtiores Romana Eccleſia ſenſit: etenim (ut ſuo loco patebit) munitione ſancti Angeli ad ripam Tyberis, olim mole Hadriani dicta potiti, quæ non ſunt auſi in Romanam Eccleſiam? Ut abſque ulla controverſia dici poſſit: nullam unquam ſive a Gentilibus, ſive ab hæreticis, ſive a ſchiſmaticis, aliiſve perduellibus, qui ferro, qui ſcriptis, qui dictis, aliiſve quibuſlibet modis eam exaggitarint, duriorem, diuturniorem, atque moleſtiorem paſſam eſſe perſecutionem illa, quam pertulit ab iſtiuſmodi Adelbertis Tuſciæ Marchionibus. Etenim cum Gentiles Imperatores eam perſecuti ſunt gladio, tunc clariores celebrioreſque, utpote laurea martyrii decorati effulſere Romani Pontifices; cum vero hæretici multiplicis generis in eam inſurrexere, iidem eminentiores auctoritate, & ſapientiores pietate, atque doctrina illuſtriores enituere; & cum ſchiſmatici eam ſcindere quam ſæpiſſime laborarunt, capiteque germano truncare: eo magis compage unitatis & charitatis ipſum viſibile caput conjunctum uni corpori, cujus caput ſit inviſibile Chriſtus, decus & ornamentum Eccleſiæ eſt demonſtratum, pulchreque laudatum. Cum vero hos Romana Eccleſia paſſa eſt tyrannos Tuſciæ Principes, dominantes ſive pecuniis ſive armis populo Cleroque Romano, per quos intruſi in cathedram Petri, ſolium Chriſti, ſunt homines monſtruoſi, vita turpiſſimi, moribus perditiſſimi, uſquequaque fœdiſſimi: veſtimentis exuta gloriæ atque lætitiæ, mœrens, dolens, & lugens, ſedit in triſtitia (b) (b) *Thren.* 1.
domina Gentium:

V. Cur Deus permittat in Eccleſia Romana malos aliquando præeſſe Paſtores.

Cæterum etſi interdum deforme valde turpeque contigerit apponi Eccleſiæ caput: tolerandum tamen fuit ipſi, quod non penitus amens ſit inventum, ſed Fide Catholica ſibi conſtans, Dei vero permiſſione ſupra cætera corporis membra provectum non ſine cauſa vel ratione, ſed magno ſui judicii libramento: etenim (c) *pondus, & ſtatera judicia Domini ſunt.* (c) *Prov.* 16.
Quæ etſi inſcrutabilia prædicentur, per tranſennam tamen mortalibus intuentibus fiant aliqua ſaltem ex parte perſpicua. Ut enim Deus ſignificaret, eamdem ſuam Eccleſiam nequaquam humanum eſſe figmentum, ſed plane divinum inventum: oportuit oſtendiſſe, eam nequaquam pravorum Antiſtitum opera perdi poſſe, & ad nihilum penitus redigi, ſicut de aliis diverſarum gentium Regnis, & bene ſtatutis Rebuſpublicis factum conſtat: quæ tamdiu conſtitiſſe leguntur, quamdiu fuere per viros prudentes & virtute præditos adminiſtratæ; periiſſe vero penitus, ubi viris ſceleſtibus tradita ſunt earum gubernacula moderanda. Ita quidem illæ, quæ ut humanæ, ab hominibus ſive bonis, ſive malis accepiſſe noſcuntur, ſive emolumentum, vel detrimentum, ſtatum, vel caſum. At non ſic divina; quæ nullo poſſunt labefactari hominum vitio, nec mutari, perdique peccato, ſed permaneant opus ſit in eternum. Sedes igitur Apoſtolica, Romana ipſa Eccleſia, cum Sedes ſit Petri, eadem ut manifeſtetur hominibus eſſe Chriſti, quæ dicta ſunt prophetice de ipſius Sede, in iſta voluit adimpleri, ut eadem ſemper maneat, ſoli aſſimilata vel lunæ; cum dicitur: (d) *Sedes ejus ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum.* (d) *Pſalm.* 88.
Utpote quod licet ſol ſemper ſit idem, eademque luna ſemper exiſtat, interdum tamen obice nubium eadem

ſy-

ſidera minus luceant, & eclipſibus intercurrentibus reddantur obſcura. Noli igitur nimis rigide in Apoſtolica Sede majora requirere, quam quæ in ſymbolicis ſignis fuerint divinitus demonſtrata. Sed & recogites velim tu adeo auſterus exactor, quod cum Chriſtus non dedignatus ſit adeo ſceleſtos, atque adeo impios in ſua genealogia habere prædeceſſores: quid adeo mirandum & indecens, ipſum etiam habere paſſum eſſe ſucceſſores hujuſmodi homines peccatores, licet numquam impios ſicut illos?

VI. *Inauditum Stephani ſacrilegium.* Sed redeamus ad Stephanum, quem non auderem inter Romanos Pontifices numerare, niſi id factum a majoribus inveniſſem, utpote tanto indignum nomine, qui primus & ſolus nefando & inaudito ſacrilegio Petri Sedem adeo deturpavit. Iſte ſiquidem (ut habent Acta Concilii ſub Joanne Papa IX. ſuo loco inferius recitanda) vi ſumma collecto conventiculo Epiſcoporum, ſimulque presbyterorum Cardinalium ſibi ſimilium, Sergio, Benedicto, atque Martino, diaconis etiam Joanne, Paſchali alteroque Joanne, hominibus perditiſſimis, violatoribus Pontificiæ ſepulturæ, Formoſi venerandum cadaver effoſſum, e ſepulcro extractum tamquam viventem hominem ad judicium adductum judicari voluit, atque damnari, & in pœnam tribus digitis amputatis in Tyberim demergi. Intentatum hactenus ſcelus, quod non Chriſtianorum tantum aures exhorreant, ſed & avertat quoque inhumanos & feros barbaros ab auditu, a fide revocet, & præ ſui immanitate fiat omnibus incredibile. Adiecit perfidus, ut omnes ab eodem Formoſo Pontifice ſacris ordinibus initiatos exauctoraret. Execrati autem, proh nefas! & lapides tale portentum, ſua tunc voce, & mutua colliſione, clamarunt ſpontaneam libentius pati ruinam, quam Romana Eccleſia ſcandalo tanto depreſſa, ſubſiſtere.

VII. *Ruina portentoſa Lateranenſis Eccleſiæ.* Accidit enim tunc, ut ſacroſancta baſilica Lateranenſis, primaria Pontificis ſedes, impulſore angelo malo, ab altari uſque ad portas penitus ſolo proſtrata corruerit. Quomodo poſſent ſtare Parietes, tanti facinoris terræmotu primaria concuſſa cardinis petra? Viſum eſt enim veluti certis characteribus myſtice deſignatum, in tanta Eccleſiæ Romanæ ruina Sanctuarium tantummodo relictum integrum, in quo Sedes illius exiſteret; adverſus quam nec ipſæ portæ inferi prævalerent. Facta ſunt iſta in baſilica, in cujus Patriarchio Stephanus habitaret. In baſilica vero Principis Apoſtolorum, ubi Formoſi erant ſacra pignora collocata, ipſæ parietum ſacræ imagines (ut audiſti ex Luitprando) Formoſum ſint veneratæ, ut plane acciderit ſecundum illud Sapientiæ: (*a*) *Condemnat juſtus mortuus vivos impios.* Sed ad res Francorum.

(*a*) *Sap.* 4.

VIII. Cum delatum eſſet in Gallias, defuncto Formoſo Pontifice, ſubrogatum illi fuiſſe Stephanum, quem tot tantaque nefaria crimina infamarent: nullus tamen fuit principalium ſedium Epiſcoporum, qui ob id ſe ſubtraheret a cultu, reverentia, atque obedientia, quæ impertiri ſoleret Romanæ Eccleſiæ Pontificibus, probe ſcientes quique eſſent doctiſſimi atque ſanctiſſimi, primæ Sedis Pontificem minorum ſedium non ſubiacere judicio. Quamobrem eum ex more omnes frequentant litteris, & conſuetis venerantur obſequiis, cumulantque officiis recens creatis Pontificibus exiberi ſolitis, non ignorantes etiam in ſucceſſoribus indignis eos venerari Petrum, atque in Petro Chriſtum, atque eos ſpernentes, ſpernere Petrum non ſine Chriſti contemptu. Inter alios autem qui Stephanum hunc ſuis litteris Pontificem ſalutarunt, fuiſſe reperitur Fulco Rhemenſis Archiepiſcopus; nam de ipſo Frodoardus (*b*) teſtatur, hoc exordio Sedis Stephani intercurriſſe litteras inter eumdem Fulconem Rhemenſem Epiſcopum, atque

(*b*) *Frod.* *l.* 4. *c.* 4.

PAGIUS III. *Pontificatus Stephani VI. a Flodoardo deſcriptus.* Ad num. VIII. & ſeqq. Quæ refert Baronius ex Flodoardo lib. 4. cap. 4. & 6. lucem accipiunt ex iis, quæ ipſemet Flodoardus in fragmento de Pontificibus Romanis, quod Baronii tempore non extabat, dicit:

*Tum ſextus Stephanus ſacra regmina culmine carpit*
*Durus qui noſtris, propriis at durior inſtat.*
*Sæva quidem legat vivis, truciora ſepultis.*
*Folconemque minis, Formoſum concutit actis.*
*Concilium gregat infauſtum, cui præſidet atrox:*
*Prædeceſſorem abiiciens ponenſque Patronum.*
*Viſus abhinc meritis dignam incurriſſe ruinam,*
*Carptus & ipſe ſacraque abjectus æde, tenebris*
*Carceris iniicitur, vincliſque innectitur atris;*
*Et ſuffocatum crudo premit ultio læto.*

IV. *Decretum Stephani VI. de Ordinatione Pontificis Rom.* Pontificatus ſui initio *Arnulphum*, ſed paulo poſt *Lambertum* ejus æmulum pro vero Imperatore agnovit, ut anno ſuperiori oſtendimus. *Lambertus* autem conſiderans quantum ſua referret Pontificem ſuis partibus addictum habere, & poſt Hadrianum III. qui decreto ſanxerat, ut mortuo Pontifice novus conſecraretur ſine Legatorum Imperialium præſentia, Comitia Pontificia Romanorum factionibus non parum turbata fuiſſe, obtinuit a *Stephano Papa VI.* ut novum conderet, quo Eugenianum confirmaretur, & Hadrianeum reſcinderetur. Refert illud Gratianus Diſt. 33. cap. 28. & ex eo Baronius, anno DCCCXVI. numero CI. Baronius, aliique tam Catho-



que ipſum Stephanum aſſertum Papam, quarum cujus argumenti ſingulæ fuerint, docet his verbis:

IX. *Stephano quoque hujus Formoſi ſucceſſori ſcribens idem dominus Fulco, devotionem quam erga Romanam Sedem gerebat, conabatur oſtendere, & quod Limina creberrime cupiverat Apoſtolorum adire, ſed diverſis obſtantibus diſcriminum cauſis hæc vota nequiverit adimplere. Ubi ſignificat Odonem & Carolum Reges in pacis tamdem concordia ſe ſtudente connexos. Cui remittens hic Papa litteras ſuas a ſe ſuſcepiſſe fatetur, ipſius non admittens, ſed reprebendens excuſationem, eo quod alii homines eadem adirent, & ipſe fateretur fas adeundi non fuiſſe conceſſum. Denuntiat ergo, Synodum ſe per menſem Septembrem imminentis Indictionis decimæquintæ certiſſime celebrare ſtatuiſſe, ad quam cenſendo vocans hunc Archiepiſcopum monet expreſſe, quatenus, omni mora repulſa, omnique excuſatione remota, eodem tempore ſuam ſpecialem præſentiam eidem, Synodoque omnino exhibere maturet. Quod ſi prætermiſerit, canonicam in eum ferre ſententiam minime retractabit.*

X. *Fulconis apud Stephanum Papam excuſatio.* *Reſcribens autem hic venerabilis præſul eidem, quam ſemper habuerit devotionem circa glorioſam Principis Apoſtolorum Sedem, ejuſque ſanctos Præſules pandere nititur, aſſerens ſe tunc variis oppreſſionibus præſentia corporali eamdem adire Sedem non valuiſſe. Dilectos autem filios hujus Eccleſiæ illuc deſtinaſſe, ad itineris ſui enarrandum incommoditates viva voce, quemdam quoque conſacerdotem ſuum ad id exequendum ſe direxiſſe. Plura ſe ſcribere non præſumpſiſſe, quia ſenſerit in epiſtola ſibi ab ipſo directa dura ſe ſatis invectione mulctatum, & hoc ſibi non modicum incuſſiſſe miraculum, quod ita tunc primæ ipſius litteræ graviter eum perculerunt, cum hactenus ab ipſa Sede nil aliud niſi mellitum ac dulce, prædeceſſoribus ſibi ſcribentibus, venire conſueverat: quod peccatis tamen ſuis imputans, ut de malo ſuo ſe merito contriſtari, ſic de correptione ipſius, ſe fatetur lætificari, revolvens fieri potuiſſe, ſeu * quidam deſignat ad ſe perlato rumore, ut a quibuſdam vicinis charitate repletus aliter de ſe audiſſet, quam veritas ſe haberet. Unde petit, ne facile hujuſmodi perſonis aurem accomodet, donec, ut ſcriptum eſt, rem, quam neſcit, diligentiſſime inveſtiget. Annectens ſimpliciter, ut ab ipſis pene cunabulis educatus canonicis fuerit diſciplinis, donec a glorioſo Rege Carolo Imperatoris Ludovici filio, in palatinis ac domeſticis ejus ſit aſſumptus obſequiis, ſicque in aula palatii perſeverans uſque ad tempora Carolomanni Regis Ludovici minoris filii nepotis ejuſdem Caroli, quando a ſanctis provinciæ Rhemenſis Epiſcopis, necnon a Clero & plebe hujus urbis electus & ordinatus ſit Epiſcopus. Ubi qualiter hanc Eccleſiam paganorum infeſtatione laborantem repererit, & ut pro pace ipſius ad poſſe deſudaverit: a Legatis ſuis, vel aliorum hæc ſcientium petit explorari narratione, aſſeverans præmiſſa ſe non arrogantia explicare; ſed ut noverit conîiciens, quia qui ſic enutritus & taliter fuerit ante Epiſcopatum converſatus, hoc ſibi potius onus, quam honorem, non elationis inſtrumentum, ſed humilitatis eſſe ſervitium.*

XI. *Subnectit autem, quod ſi aliqua Regno quies conceſſa fuerit, & ab Odone Rege licentiam impetrare valuerit,* ad



PAGIUS lici, quam Proteſtantes Decretum illud adſcribunt *Stephano IV.* vulgo V. Verum præterquamquod Gratianus quotus ordine fuerit Stephanus Decreti illius conditor, non exprimit, ex ejus lectione apparet, illud fœtum eſſe Stephani hoc tempore Romanæ Eccleſiæ Præſidentis. Quod, ut evidenter pateat, illud hic integrum recitare juvabit: *Quia ſancta Romana Eccleſia, cui auctore Deo præſidemus, a pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte: quæ ob hoc inferuntur, quia abſque Imperiali notitia Pontificis fit conſecratio; nec canonico ritu & conſuetudine ab Imperatore directi interſunt nuncii, qui ſcandala fieri vetent; volumus ut cum inſtituendus eſt Pontifex, convenientibus Epiſcopis & univerſo Clero eligatur præſente Senatu & populo, qui ordinandus eſt. Et ſic ab omnibus electus, præſentibus Legatis Imperialibus conſecretur. Nulluſque ſine periculo ſui, juramenta vel promiſſiones aliquas, nova adinventione, audeat extorquere, niſi quæ antiqua exigit conſuetudo, ne Eccleſia ſcandalizetur, & Imperialis honorificentia minuatur.*

V. *Stephano IV. errore vulgari attributum.* Decretum iſtud a Stephano IV. latum eſſe non poteſt; cum ante Pontificatum ejus numquam fuerit conſuetudo, ut Legati Imperiales Pontificis Romani conſecrationi intereſſent, quod tamen Auctor iſtius Decreti diſerte aſſerit. Secundo, poſt mortem *Stephani* IV. Pontificatum geſſere Paſchalis & Eugenius II. & tamen in eorum ordinatione aliud ſervatum non eſt, quam quod uſus antiquus ferebat, ut nempe Pontifex ordinatus Legatos ad Imperatorem mitteret ad confirmanda pacta, quæ poſt Caroli Martelli tempora cum Regibus Francorum ac Carolo M. Imperatore ſancita fuerant. Contra vero ante Stephanum VI. diu mos ille obtinuerat, & non niſi a morte Hadriani III. deſierat. Tertio, hæc verba, *nulluſque ſine periculo ſui juramenta vel promiſſiones aliquas*; &c. nonniſi præſenti tempori convenire poſſunt, ut intruſio quorumdam Pontificum, & ſcandala in Eccleſia exorta oſtendunt. Quarto, ante *Stephanum* IV. ordinationes factæ abſentibus Legatis Imperialibus non poterant non eſſe canonicæ, cum nullus eſſet Canon ſeu Regula Eccleſiaſti-

*ad ipſius beatitudinis veſtigia tamdem aliquando properare ſtudebit, dum ſibi viæ patuerint, quæ tunc ab Rendeboldo Arnulphi Regis filio erant oſtructæ,*

Cultus Romanorum Pontificum.

*qui Eccleſiam quoque Rhemenſem affligebat injuriis, res ejuſdem ſuis impertiens ſubditis, cujus tyrannidem Apoſtolica petit auctoritate reprimi, dicens: quia in tam periculoſo, & neceſſitudinibus pleno tempore ſuam Eccleſiam noxium ſit deſerere.* Hucuſque Frodoardus, quibus vides miram obſervantiam Orthodoxorum Antiſtitum, atque Principum erga Apoſtolicam Sedem, etiam cum in ea ſedere viderint homines ſceleſtiſſimos; atque tantum abfuit, ut eos ſpernerent, contemnerent, vel non obedirent, ut etiam ſummopere colerent, atque frequentarent obſequiis, ipſorumque gratiam per interceſſores ſummo ſtudio venarentur, ut feciſſe noſcitur idem Fulco, tantus vir, primarius Galliarum Antiſtes, qui per Joannem Epiſcopum unum ex ſuffraganeis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ eumdem Stephanum Papam ſibi conciliare magnopere laboravit; nam de litteris ad eum eo argumento conſcriptis hæc inferius idem (*a*) Frodoardus:

(*a*) Frod. hiſt. Rhem l. 4. c. 6.

XIII.

*Joanni cuidam Romano præſuli ſuffraganeo ſcripſit, commemorans affectionem dilectionis, quam habebat erga eum, ita ut diceret, nullum ſe inveniſſe recordari, cum quo ſic concorditer ſuo conjungeretur charitatis affectu, rememorans magna ſe quondam benevolentia ſuſceptum ab eo fuiſſe, liberaliſſimaque humanitate tractatum, magniſque beneficiorum impendiis accumulatum. Aſſeritque ſe quantocyus, pace reddita, dignis ſervitiis oſtenſurum tam erga eum, quam erga dominum Papam Stephanum gratam animi devotionem; precaturque, ut eum ſuo favore tueatur apud ipſius*



PAGIUS

ſtica, quibus eæ prohiberentur; contra vero poſtquam *Eugenius II.* ordinationes Pontificum Rom. coram Legatis Cæſareis fieri præcepit, quando id non ſervabatur, in eam Regulam Eccleſiaſticam peccatum eſſe dici poterat. Denique Decreti Stephani Papæ confirmatio in Concilio Romano a Joanne IX. Papa præſente *Lamberto* Imperatore facta rem extra omnem controverſiam ponit. In eo enim Concilio anno ſequenti celebrato Decretum laudatum *Stephani* Papæ de verbo ad verbum recitatum fuit, & ab omnibus approbatum. Ex quo & liquet quantum decepti fuerint tot Viri doctiſſimi, qui illud ſuſpectum habent, ac figmentum ſchiſmaticorum eſſe ſuſpicantur, quod eis eo minus in mentem venire debuit, quod non multo poſt mortem Stephani IV. ordinatio Gregorii IV. & ſubſequentium Pontificum præſentibus Legatis Imperialibus peracta fuerit, ut in manifeſtam lucem eduxi.

VI. *Stephano VI. ſuccedit Romanus.*

Ex Catalogis Pontificum Rom. alii adſcribunt *Stephano* Papæ annum unum & menſes tres, ficuti & Martinus Polonus in Chron. alii annum, menſem unum & dies XXVIII. Hermannus Contractus annum I. menſem I. dies XIX. indeque quo menſe *Stephanus* Pontificatum abſolverit, incompertum. Eum tamen ante annum nongenteſimum, cui mortem ejus Baronius affixit, ut eo anno num. VI. videre eſt, immo ante menſem Octobrem currentis anni tamquam invaſorem habitum fuiſſe, & ſucceſſorem accepiſſe *Romanum* invicte docent duæ ejuſdem *Romani* Epiſtolæ a Baluzio in Appendice ad Marcam Hiſpanicam num. LVIII. & ſeq. recitatæ. Prior Riculfo Epiſcopo Helenenſi ſeu Roſſilioni, qui ad beatorum Apoſtolorum limina Romam acceſſerat, hoc anno a *Romano* Papa conceſſa, non vero anno CM. ut perperam ibidem in margine legitur. Hæc enim ejus ſubſcriptio: *Scriptum per manum Gregorii Scrinarii S.R.E. in menſe Octobrio, indictione prima* (a Septemb. hoc anno cœpta) *idibus Octobris per manum Stephani nomine Calatoris ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, imperatore D. N. piiſſimo PP. Aug. Lamberto a Deo coronato magno imperante* (legendum Imperatore) *anno VI. & Pontificatus* (legendum Conſulatus, quem ideo anno DCCCXCII. collega imperii paterni dictus fuit, ceperat) *anno VI. Indictione prima.* Eodem tempore *Servus Dei* Epiſcopus Gerundenſis Romæ fuit, & Privilegium obtinuit, *ſcriptum per manum Sergii Scrinarii S. R. E. in menſe Octobrio indictione prima.* Utraque Epiſtola his verbis inchoata, *Romanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Reverentiſſimo*, &c. quare *Romanus* ante diem XV. menſis Octob. hujus anni Eccleſiæ Romanæ præerat. [1] Porro annus ille ſextus Lamberti cum Idibus Octobris hujus anni conjunctus evertit opinionem Baronii, ejus Imperii initium uſque ad annum DCCCXCIII. differentis.

VII. *Epitaphium Stephani VI.*

Baronius loco mox laudato *Stephani* Papæ VI. Epitaphium ex Manlio exhibet, ex quo Cardinalis doctiſſimus intelligere poterat, eum fuiſſe inter Pontifices ejuſdem nominis ordine *ſextum*.

*Hoc Stephani Papæ clauduntur membra locello:*
*Sextus dictus erat ordine quippe patrum.*
*Hic primum repulit Formoſi ſpurca ſuperbi*
*Culmina, qui invaſit Sedis Apoſtolicæ.*
*Concilium inſtituit, præſedit Paſtor & ipſi*



NOTÆ

[1] EX Chartis Ravennatenſibus a Rubeo Hiſt. Raven. lib. 5. ad A. 897. indicatis, diſcimus Romanum iſto quidem anno Pontificatum iniiſſe, ſed menſe integro citius quam Pagius deſignarit. Tabulæ enim illæ Romanum pontificem exhibent, & Nonis Septembris anni hujus 897. datæ ſunt. Quin & in vetuſto regeſtro chartarum monaſterii Sublacenſis vulgato a Muratorio Antiquit. Ital. tom. V. col. 772. extat charta nomine Romani papæ ſignata, quæ diem XX. auguſti indictionem XV. ideſt annum hunc 897. præfert; quo documento conſtat Romanum ante diem illam cœpiſſe. MANSI



*excellentiam Papæ, & in quibus neceſſarium viderit, et (ſicut optime in ipſo confidit) aſſiſtat.* Hucuſque Frodoardus ex Fulconis litteris.

XII.

Obtinuit autem idem Rhemenſis Archiepiſcopus ab eodem Stephano Papa, ut quoniam vocatus ad Synodum, ob bellorum fragores præſens adeſſe minime poſſet, id per Legatos expleret. De his enim hæc ex ipſius epiſtolis (*a*) Frodoardus. *Item pro juſſione Stephani Papæ, qua mandaverat domino Fulconi, data ei licentia interim, ut petierat, remorandi, quatenus tunc, Honoratum Catalaunenſem, & Rodulphum Laudunenſem Ravennam mitteret ad Synodum ibidem celebrandam; unde monet, ut ſicut Papa jubet, ejus petitioni obtemperent.* Hæc de his ipſe. Porro de iſta Synodo celebranda a Stephano Papa Ravennæ mentio nuſquam.

(*a*) Ibid.



PAGIUS

*Leges ſatis feſſis jura dedit famulis.*
*Cumque pater multum certaret dogmate ſancto,*
*Captus & a Sede pulſus ad ima fuit.*
*Carceris interea vinclis conſtrictus, & uno*
*Strangulatus nerbo, exuit & hominem.*
*Poſt decimumque regens ſedem cum tranſtulit annum*
*Sergius huc Papa, funera ſacra colens.*

Sed loco, *& uno ſtrangulatus nerbo*, legendum *in imo ſtrangulatus nervo*, & virgula poſt vocem *immo*, apponenda, ut partim Baronius, partim Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico legere. „ Is addit: Romanus „ legerat *diem regnanti*, Manlius a Baro„ nio, forſan ex ſola conjectura, correctus, *poſt decimumque regens Sedem cum tranſtulit annum.* Ipſe vero Papebrocius legit, *poſt decimumque Deo regnantis tranſtulit anum.* Sed exiſtimo lectionem Baronianam non eſſe ſolicitandam & *Sergium* III. eam tranſlationem anno Chriſti CMVII. qui a currenti decimus, peregiſſe. Porro Epitaphium iſtud congruit cum Flodoardi verſibus mox a nobis in medium adductis. Cum vero Annales Eccleſiaſtici per hæc tempora valde depravati ſint, eorum ordinem in plerisque ſervare non potuimus, ad confuſionem vitandam. Prætermittebam monere, Baronium anno CM. num. IX. in morte Stephani VI. uſque ad annum illum differenda fundari in Privilegio Monaſterio Sancti Vincentii ad Fontes Vulturni conceſſo, quod datum dicitur, *menſe Septemb. indict. IV. per manum Stephani Primicerii anno Pontificatus domini Stephani ſexti quinto.* Verum Ducheſnius, qui Tom. III. varia excerpta Chronici ejuſdem Monaſterii publicavit, pag. 691. in margine recte monuit, Chronographum illum Anonymum, ibi & alibi, in annorum computis ſæpius erraſſe, quod ejus lectio paſſim declarat. Certe hæc ſubſcriptio ipſammet Baronii opinionem evertit; cum aſſerat, *Formoſum* die XIV. menſis Decembris anni DCCCXCVI. vita functum eſſe, & *Bonifacium* ineunte anno inſequenti dictum Pontificem Rom. quo pacto *Stephanus* VI. menſe Septembri anni CM. quartum tantum Pontificatus annum numeraſſet, & nunquam quintum attigiſſet. Ea itaque ſubſcriptio tam in indictione, quam in anno *Stephani* VI. ſine dubio mendoſa.

I. Carolus contra Odonem rurſum agit.

ANnus Redemptoris octingenteſimus nonageſimusoctavus, Indictione prima inchoatur, quo in Galliis pace fracta paulo ante compoſita inter Odonem & Carolum, de qua ex litteris Fulconis Rhemenſis Archiepiſc. ad Stephanum Papam ſuperiori anno audiſti: Carolus diffiſus ſuis viribus haud adeo potentibus, quibus adverſus tantum adverſarium vincere poſſet, cum Northmannis inire fœdus, & eorum auxiliis bellum gerere in conſilio habuit. Quod ſtatim ut audivit idem Fulco Rhemenſis Archiepiſcopus vir præſtantiſſimus, ſacerdotali conſtantia reſtitit, atque ipſum ab inſtituto revocavit, graviſſimam ad eum ſcribens epiſtolam, ex qua iſta recitat (a) Frodoardus, ſic de Fulcone dicens:

(a) Frod. hiſt. Rhem. l. 4. c. 5.

*Carolo Regi ſuo ſcribens indignatur valde ſibi perlatum, quod pravis quorumdam conſiliis vellet idem Rex ſe ſociare Northmannis, ut illorum auxilio ad Regni decus obtinendum juvari poſſet, ſic ſcribens:*

II. Fulconis ad Carolum epiſt. digna S. Pontifice

*Quis enim, inquit, qui vobis ſicut oportet fidelis eſt, non expaveſcat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, & in cladem ac ruinam nominis Chriſtiani pagana arma & fœdera deteſtanda ſuſcipere? Nihil enim diſtat utrum quis ſe paganis ſociet, an abnegato Deo idola adoret. Nam ſi, ut ait Apoſtolus, bonos mores colloquia mala corrumpunt: quanto magis corrumpitur caſtitas animæ Chriſtianæ inimicorum ex conſiliis & ſocietate? Neque enim poterit non imitari quod aſſidue viderit; quin potius aſſu-*

PAGIUS

SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXXXVI. Anno Hegiræ CCLXXXV. inchoato die 28. Januarii fer. 7. A.C. 898.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6391.

☉ 11. A. ☽ 6. P. 16. April. Indct. 1.

JESU CHRISTI 898.

JOANNIS IX. PAPÆ 1.

LAMBERTI IMP. 7. & 5.

ARNULPHI IMP. 3.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 13.

I. *Moritur Odo Rex Franciæ.*

AD num. I. & ſeqq. paulo ante mortem *Odonis*, qui diſtracta Monarchia Gallica Neuſtriæ Regnum, Aquitaniam & Burgundiæ partem rexit, *Carolus* Rex cognomento *Simplex* fœdus cum Normannis inire ſtatuit, ut eorum ope totum Regnum ſibi aſſereret, pulſo Odone, quem ut uſurpatorem habebat. Verum a fœdere illo ſanciendo gravibus literis deterritus eſt a Fulcone Remenſi Archiepiſcopo, uti narrat Baronius ex Flodoardo lib. 4. cap. 5 Tandem *Odo* tertio die menſis Januarii præſentis anni diem clauſit extremum, uti Regino ex Annaliſta Metenſi habet. Filius erat *Roberti* Comitis cognomento *Fortis*, qui in prælio contra Normannos commiſſo fortiter dimicans occubuit. Cæterum neque *Robertus*, neque *Odo* Saxones ſeu Germani fuere, uti ante noſtra tempora communis opinio fuit, quod Aimoinus Abbas Floriacenſis lib. 1. de Mirac. Sancti Benedicti Robertum appellet *Saxonici generis* virum. Abbo enim San-Germanenſis Monachus Odoni coætaneus apud Ducheſnium Tom. II. pag. 520. in ſuo Poemate, ait; *Francia lætatur*, Francia nempe Germanica, ob Odonis ſc. coronationem, *quamvis iis Neuſtrius eſſet*. Abbo hoc ipſo tempore vivebat. Qua autem ratione Robertus *Saxo* dici potuerit, Blondellus in Pleniori Aſſertione Genealogiæ Francicæ cap. IX. ſolide oſtendit. *Odo* filium reliquit *Hugonem magnum* Comitem Pariſienſem, ex quo ortus *Hugo Capetus*, qui Regnum recuperavit, quod Odo & Robertus adminiſtrarant. [1] Hinc patet quam ob rem Fulco laudatus ad Arnulphum Germaniæ Regem ſcribens dicat apud Flodoardum lib. 4. cap. 5. de Odone loquens: *Ab ſtirpe Regia exiſtens alienus;* quippe qui e Saxonica gente non vero ex Francia & Gallicana originem duceret. Exactis Normannis, Rexque renunciatus Lutetiam regni Sedem fecit, ejuſque Succeſſores *Robertus* frater primum Comes Pariſienſis, tum Rex appellatus, & *Hugo Magnus* ejus filius, qui Patris honoribus Regia dignitate excepta, ſucceſſit, magnam operam præſtitere reſtituendis literis, quæ inter diſſidia tum domeſtica tum externa Barbarorum bella non parum neglecta fuerant.

II. *Obitus Romani PP.*

Obiit hoc anno *Romanus* Papa, cujus tamen mortem Baronius differt in annum CM. ut ibidem num. VIII. videre eſt. De Romano Flodoardus in Fragment. de Pontif. Romanis narrata Stephani VI. morte hæc habet:

*Poſt hunc luce brevi Romanî regmina ſurgunt.*

*Qua-*

NOTÆ [1] HUgo Magnus Capeti pater, non quidem ex Odone, ſed ex Roberto natus fuit, uti ex teſtimonio Dudonis e S. Quintino & Hugonis Floriacenſis certum hodie, & indubitatum eſt. His etiam teſtimoniis adde authoritatem Annaliſtæ Saxonis ab Eccardo nuper vulgati, anno 937. col. 262. Totam igitur hanc Hugonis Capeti genealogiam ita reformes. Robertus fortis genuit Hugonem Magnum primo quidem Comitem Pariſienſem, dein Francorum Regem. Ex Hugone nati Hugo Capetus (qui matrem habuit Havvidem uxorem Hugonis Magni, & Ottonis Magni Imperatoris ſororem) Otto, Henricus & Odo clericus. Lege Chron. Turonen. ad annum Othonis Regis XXV. Veter. Monum. to. V. col. 990. MANSI



*aſſueſcet paulatim & quaſi vinculo malæ conſuetudinis trahetur ad facinus. Certo progenitores veſtri Reges depoſito Gentilitio errore, divino cultui ſe humiliter ſubdiderunt, & a Deo ſemper auxilium expetierunt, propter quod & feliciter regnaverunt, & Regni hæreditatem ad ſuos poſteros tranſmiſerunt. Vos e contra nunc Deum relinquitis, (dicam certe licet nolens, quia Deum relinquitis, cum vos ejus hoſtibus ſociatis) unde & merito prophetica illa vox ad vos dirigitur quæ quondam ad Regem Iſrael ſimilia facientem directa eſt: (a) Quia impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Deum, amicitia jungeris. Et certe cum deberetis malis præteritis terminum ponere, & rapinis & deprædationibus*

(a) 2. Par. 19.

PAGIUS

*Quattuor haud plenos tractans is culmina menſes,*
*Æthere ſuſcipitur, meritos ſortitus honores.*

menſes etiam tres & dies XXII. cum Martino Polono vel XXII. ei aliqui Catalogi adſcribunt. Qui vero ſupra menſes quatuor ei plures dies aſſignant, hac in parte mendoſi ſunt. Ejus mors circa finem Januarii contigiſſe videtur.

III. *Joannes IX. PP. ſuccedit Theodoro II.*

Huic ſucceſſit *Theodorus* hujus nominis II. de quo idem Flodoardus ſcribit;

*Qua rapto breviore ſubit faſtigia forte*
*Dilectus Clero Theodorus, pacis amicus.*
*Biſſenos Romana dies qui jura gubernans,*
*Sobrius & caſtus, patria bonitate refertus,*
*Vixit pauperibus diffuſus amator & altor.*
*Hic populum docuit connectere vincula pacis.*
*Atque Sacerdotes concordi ubi junxit honore,*
*Dum propriis revocat diſſectos ſedibus, ipſe*
*Complacitus rapitur decreta ſede locandus.*

Sed loco *biſſenos*, Mabillonius, qui fragmentum illud publicavit, dubitat legendum eſſe *bis denos*, ſed illud extra dubium eſſe debet: Hermannus enim Contractus, Honorius Auguſtodunenſis, Martinus Polonus, & plerique Catalogi dies ei viginti tribuunt. Videtur demortuus circa medium menſis Martii, & *Joannes nonus* ejus ſucceſſor circa medium menſem Julium ordinatus fuit, quia non pauci dies effluxere tam poſt mortem *Romani*, quam poſt mortem *Theodori* II. ob abſentiam Imperatoris Lamberti, coram cujus Legatis Theodori II. & Joannis IX. ordinationes factæ ſunt. Hoc ex dicendis tam in morte Joannis quam in exordio Pontificatus Sergi III. ita evidens fiet, ut nullum dubium relinquetur. Baronius creationem Theodori II. & Joannis IX. confert in annum CMI. ubi de utroque agit n. I. [1] Verum *Benedictum* IV. Joannis IX. Succeſſorem menſe Sebtembri anni CM. jam Eccleſiæ Romanæ præfuiſſe, infra certo conſtabit. *De Joanne* hæc habet Flodoardus citatus:

*Joannes ſubit hinc, qui fulſit in ordine nonus,*

*Pellitur electus patria quo Sergius Urbe,*
*Romulidumque gregum quidam traduntur abacti.*
*Conciliis tamen is ternis docuiſſe refertur*
*Dogma ſalutiferum, novitaſque aboleta malorum,*
*Et firmata fides doctrinis tradita Patrum.*

*Theodoro* itaque demortuo, ut diſerte legitur in Epitaphio Sergii III. infra referendo, non *Joannes* IX. ſed ipſemet *Sergius* III. electus fuit, qui tamen poſt ſuam electionem Urbe pulſus eſt, & *Joannes* IX. Pontifex creatus & ordinatus. Inter hos tumultus, de quibus *Lambertus* Aug. monendus fuit, ejuſque Legati, qui conſecrationi Joannis aſſiſterent, expectandi, multum temporis effluxit, ideoque ea nonniſi ſerius, ut mox indicavit peracta. Ex his, quæ certa ſunt, detegitur error. *Luitprandi* lib. 1. cap. 8. ubi ait, *Stephano ſexto* defuncto, *Sergium* Romanæ Eccleſiæ Diaconum a Romanorum parte Pontifice electum, & *Formoſum* ab altera parte quæ *Sergium* ab Altari expulit, cum Papa ordinandus eſſet. Formoſo vero defuncto eum qui Papa conſtitutus eſt expulſum fuiſſe & Sergium ordinatum, qui Formoſum e ſepulcro extrahi præceperit. Quæ ex dictis falſa eſſe conſtat.

IV. *Concilia Romanum & Ravennenſe non confundenda.*

Ex tribus Conciliis, quæ Flodoardus laudatus a *Joanne* IX. congregata fuiſſe affirmat, duo tantum ſuperſunt, *Romanum* nempe & *Ravennatenſe*, quæ tam Baronius, quam Collectores Concil. cum anno nongenteſimo quarto male copularunt, ut videre eſt eo anno apud Baronium & Tom. IX. Concil. Emendabo hic Annales Eccleſiaſt. ut in futura Collectione Concil. Romanum & Ravennatenſe, aliaque non pauca ſuis annis reſtitui poſſint. Sigonius lib. 6. de Regn. Ital. & Rubeus lib. 5. Hiſt. Concilium *Ravennatenſe* recte huic anno affixere, ſed illud cum Romano confudere, & ex duobus unum fecere, quia revera in Codice MS. Mutinenſi, quo uſus eſt Sigonius, uno tenore deſcripta ſunt, tanquam Acta unius ejuſdemque Concilii. Vincentius Bellovacenſis in Speculo Hiſtoriali lib. 24. cap. 58. ſolius Concilii *Ravennenſis* meminit, & Goldaſtus Tom. I. Conſtitut. Imperial. pag. 297. Decretum de electione Romani Pontificis in Concilio Romano editum *Ravennenſi* attribuit, quia uterque exemplar, in quo utrumque Concilium tanquam unicum exaratum erat, ſine dubio nactus eſt. In exemplari tamen, quod ab Antonio Auguſtino accepit Baronius, recitatur primum Concilium Romanum, & poſtea Ravennatenſe. Quod utrumque hoc anno, initioque Pontificatus Joannis IX. congrega-

tum

NOTÆ [1] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Theodorus ſedit dies XX.* Sequitur: *Johannes ſedit annos II.* GEORGIUS

*bus pauperum renuntiare, ac pro his omnibus pœnitentiam agere: nunc ad majorem iram Dei provocandam his, qui Deum ignorant, & in ſua feritate confidunt, vos conjungitis. Credite mihi, quia numquam ſic agendo ad Regnum pervenietis, immo velociter diſperdet vos Deus, quem irritatis. Hactenus quidem de vobis meliora ſperabam: nunc vos video cum omnibus conſentaneis veſtris perituros, ſi tamen hoc vultis vere agere & talibus conſiliis acquieſcere. Revera qui tale vobis dant conſilium, non fideles, ſed per omnia infideles eſſe comprobantur, quos ſi audire volueritis, terrenum ſimul & cœleſte Regnum amittetis.*

III. Perutilis admonitio Regi facta.

*Deprecor itaque vos per Deum, ut tale deſeratis conſilium, neque velitis vos in æternum præcipitare interitum, & mihi cæteriſque, qui ſecundum Deum vobis fideles ſunt, æterni doloris afferre diſpendium. Melius enim fuerat vos non naſci, quam diaboli patrocinio velle regnare, & illos juvare, quos deberetis per omnia impugnare. Sciatis enim quia ſi hoc feceritis, & talibus conſiliis acquieveritis, numquam me fidelem habebitis; ſed & quos utcumque potuero a veſtra fidelitate revocabo, & cum omnibus Coepiſcopis meis vos & omnes veſtros excommunicans æterno anathemate condemnabo. Pro fidelitate, quam vobis ſervo, hæc gemebundus ſcribo, quoniam cupio vos ſecundum Deum & ſecundum ſæculum ſemper eſſe honoratum, & non ſatanæ, ſed Chriſti adjutorio ad debitum vobis conſcendere Regni faſtigium. Regnum enim, quod Deus dat, firmum habet fundamentum; quod vero per*

PAGIUS tum fuiſſe non dubitandum; cum *Joannes* Diro, quo laborabat Eccleſia, mederi morbo cuperet, metu Sergianorum, qui ob repulſam Sergii in armis erant, & *Lambertus* Imperator vellet ſuam unctionem confirmari, atque Imperialem *Arnulphi* conſecrationem ut metu extortam reſcindi.

V. *Geſta in Concilio Roman.* Conventus itaque *Romæ* a Pontifice, Imperatore præſente, inſtitutus, ac de cauſa *Formoſi*, & cæteris rebus, quæ egere correctione in Eccleſia videbantur, relatum Acta Pſeudo-Synodi Romanæ a Stephano VI. habitæ *Joannes* IX. infirmavit; *Arnulphi* Regis unctionem abrogavit; *Sergium* & ſocios damnatos reſtitui vetuit; violatores ſepulcri, cadaveriſque *Formoſi* damnavit & Formoſum, ut qui propter neceſſitatem ex aliena Eccleſia ad Romanæ adminiſtrationem veniſſet, Pontificem confirmavit, ſtatuitque, *ne quis id in exemplum trahat, ſacris legibus prohibentibus*. Epiſcopi a *Stephano* VI. exaugurati ad gradus priſtinos redacti, *Lamberti* Imperatoris unctio confirmata; decretumque, ne Pontifices Romanos, qui deſignati eſſent, jus eſſet conſecrari, niſi in conſpectu Legatorum Regiorum. Quo pacto Decretum *Hadriani* III. abrogatum, ad vitanda, quæ in Comitiis Pontificiis oriebantur, cum maxima Eccleſiæ offenſione diſſidia.

VI. *Decretum Stephani VI. circa ordinationem Pontif. Rom. confirmatur.* Cum porro Decretum Concilii *Romani*, quo ſtatuitur ut Pontifex Romanus electus non conſecretur niſi præſentibus Legatis Imperialibus, iiſdem penitus verbis concipiatur, ac Decretum Stephano Papæ IV. vulgo V. attributum, nec plura aut pauciora complectatur, manifeſtum eſt, illud non a Stephano IV. ſed a Stephano VI. curante Lamberto Auguſto, conditum fuiſſe; cum ejuſdem opera in hoc Concilio ratum habitum fuerit, ſicuti & ejuſdem Imperatoris coronatio. Baronius, qui anno DCCCXVI. num. CI. illud tamquam ſuppoſitum Stephano IV. retulit, anno CMIV. num. XIII. non advertit, totidem verbis in Concilio Romano contineri, ideoque nec figmentum ſchiſmaticorum credi poſſe. De hujus itaque Decreti veritate & conditore amplius non eſt ambigendum.

VII. Baronius eodem anno CMIV. num. IX. & Labbeus Tom. IX. Concil. Decretum pro unctione Lamberti editum, quod ordine ſextum eſt, his verbis exprimunt: *Unctionem ſacri chriſmatis in ſpiritualem filium noſtrum Dominum videlicet Lambertum excellentiſſimum Imperatorem actam, perpetua ſtabilitate, dignitatibus decoratam, firmam & in æternum ſtabilitam eſſe, Sancto ſuffragante Spiritu, decernimus. Illam vero barbaricam Berengarii, qua per ſurreptionem extorta eſt, omnimodis abdicamus.* Verum vox *Berengarii* in illum textum intruſa, ea enim non extat in Codice, quo Sigonius laudatus uſus eſt, ſed tantum in eo habetur, *illam vero barbaricam, qua per ſurreptionem extorta eſt, omnino abrogamus*; quæ verba nonniſi de unctione Imperiali Arnulphi a Formoſo Papa peracta intelligi poſſunt, ut jam viderunt Sigonius & Rubeus citati. Neque Berengarius ab aliquo Pontifice Romano unctus & coronatus fuerat, ſicut *Arnulphus*, qui cum exercitu Romam venit, eaque expugnata Imperialem coronam a *Formoſo* Papa accepit. Adhæc an. DCCCXCVI. poſtquam Arnulphus Italia digreſſus eſt, *Lambertus* unum e ſuis ad Regem *Berengarium* miſit, pacem amicitiamque petiturum: quo benigne excepto ac dimiſſo, *Berengarius* & *Lambertus* in Urbe Regia Ticino collocuti, pacem inter ſe fecere, quæ uſque ad Lamberti mortem duravit, qui ideo in diverſis Italiæ partibus tunc regnarunt. Hæc nos docuit Poeta Anonymus ab Hadriano Valeſio publicatus, in Carmine Panegyrico *de Laudibus Berengarii Aug.* qui lib. 4. poſt narratam Romanæ Urbis obſidionem & Arnulphi ex Italia diſceſſum, ait, *Unctio Imperialis Arnulphi reſcinditur.*

*Tandem Rex optimus atque*
*Lambertus properant, ubi fertilis unda Ticini*
*Alluit egregiam fluvii cognomine dictam*
*Urbem, in qua ſoliti Regem ſpectare Latini.*
*Mutua verba ferunt, poſtquam promittit uterque*
*Manſurum fœdus, roſeis dum vecta quadrigis*
*Fluctibus Oceani perfunditur orbita Phœbi.*

Eam pacem uſque ad *Lamberti* mortem, quæ hoc anno contigit, perduraſſe, mox videbimus. Quare vox illa *Berengarii* in laudatum Canonem ſine dubio intruſa fuit. Quod cum non animadvertiſſet Labbeus in Appendice ad Tomum IX. Conc. Rubeum arguit, quod Con-



*per injuſtitiam & rapinas acquiritur, caducum eſt, & cito deciduum, nec diu poterit permanere.* Hucuſque ex litteris Fulconis recitat Frodoardus, dignis illis quidem ſanctiſſimo ſacerdote, & libero ab humano affectu pontificis pectore, qui vera, atque ſalubria ingerat Chriſtianiſſimo Regi. Procul longe abeſt, ut eidem Regi ſuaſiſſent iſta Politici Novatores, eos inquam hæreticos noſtri temporis, qui regnandi jure proſternunt omnia, fidem, juſtitiam, ipſamque etiam religionem, ita peſſime de Regnis & Regibus conſulentes. Quam enim præſtet; quamque proficuum ſit in regnandi jure religionis in primis præ cunctis rationem habere, eamque cæteris humanis, & quas ſuadet prudentia carnis, rationibus, præferre, cuſtodire, illibatamque ſervare: præter innumera annis ſuperioribus recenſita, doceat præſens exemplum. Etenim cum Carolus ſalutaribus monitis ſanctiſſimi ſacerdotis, juſta, digna, honeſta & utilia ſuadentis in omnibus acquieviſſet, protinus auxiliator aſtitit Deus ipſi, qui auxilia rejecit infidelium: ſuſtulit ſiquidem adverſarium quam citiſſime, quem nec copiæ Northmannorum umquam vel multo tempore debellaſſent: *Etenim, teſte etiam Reginone, anni præſentis exordio,* nempe tertia Januarii, Salutis anno octin-

PAGIUS Concilium Ravennatenſe cum hoc anno alligarit, ſcripſeritque, in eo Arnulphi Regis conſecrationem abrogatam; cum tamen laude dignus ſit Rubeus, quod Concilium illud ſuo anno reddiderit & Decretum præfatum recte explicarit; quod non *Romano* ſed *Ravennenſi* Synodo adſcribit, quia ut jam diximus, in aliquibus codicibus utraque Synodus tanquam unica proponitur: Mabillonius Tom. I. Muſei Italici part. II. pag. 86. refert egregium fragmentum Concilii Romani ex pervetuſto Codice MS. & ex alio Vallicellano MS. exhibet caput confirmans ſtatuta in Capitularibus Caroli M. Ludovici, Lotharii, & Ludovici ejus filii, de Eccleſiaſticis Decimis, quæ obſervari jubentur. Verum caput iſtud primum eſt Concilii Ravennenſis, ut videre eſt apud Baronium num. XVI.

VIII. *Synodus Ravennenſis.* Paulo poſt Concilium *Romanum*, *Ravennenſe* ab eodem Joanne IX. coactum, ubi ipſe *Lambertus* Imperator, & LXXIV. Epiſcopi interfuere. Hujus Concilii meminere non tantum Sigebertus in Chronico; ſed etiam Vincentius Bellovacenſis in Speculo Hiſtoriali. Ejus Acta legenda apud Baronium anno CMIV. num. XVI. & ſeqq. qui recte ait, Acta Synodi Romanæ in Ravennenſi recitata fuiſſe. Porro Decretum Concilii Ravennenſis: *Si quis Sanctorum Patrum regulas contempſerit*, &c. a Baronio num. XVIII. recitatum Edicto ſuo confirmavit Lambertus Imp. Baluzius enim in Præfatione ad Tomum I. Capitularium Reg. Franc. num. XVIII. ait, ſe inveniſſe ſcriptum in veteri Codice MS. Bibliothecæ Thuaneæ: *Item ex Legibus Romani a Domno Lamberto Imperatore promulgatis capitul. XI. Si quis Sanctorum Patrum regulas contempſerit*, & reliqua verba ejuſdem Decreti a Baronio loco laudato recitati. Præterea Baronius num. XXVI. duodecim Capitula ex Codice MS. Antonii Auguſtini edidit, quæ poſtea Binius & Labbeus attexuere Concilio Romano hoc anno habito, putaruntque eſſe Canonem Concilii Anonymi, ſive ignoti. Sed Baluzius laudatus obſervavit in eodem Codice Thuaneo extare conſtitutionem ejuſdem Lamberti, *ut omnis decimatio Epiſcopo, vel ei qui ab eo ſubſtitutus eſt, præbeatur*, indeque recte intulit, Capitula illa XII. ex Codice Antonii Auguſtini edita, eſſe Lamberti Imperatoris, cum conſtitutio hæc ſit nonum Capitulum inter illa duodecim, ut videre eſt apud Baronium num. XXVII. quod magis patebit ei, qui conferet Synodi Ravennatenſis conſtitutionem cum ſanctione Imperiali. Denique Goldaſtus Tom. I. Conſtitut. Imperial. pag. 299. refert *Berengarii I. Imperatoris Auguſti Capitulare ſtatutum in Conventu Epiſcoporum ac Optimatum in civitate Ticina, anno Domini DCCCCIII.* Ita habet titulus, cui poſtea ſubiicit duodecim illa Capitula a Baronio ex Antonio Auguſtino publicata. Sed ea in re Goldaſtus valde fallitur, cum *Berengarius* ante annum CMXVI. Auguſtus renunciatus non fuerit, & duodecim illa Capitula *Lambertum* Imp. Auctorem habeant, ut mox dixi. Debebat Goldaſtus, Lectorem monere arbitrari ſe illa XII. Capitula in aliquo Conventu Ticinenſi condita eſſe, non vero Conventum Ticinenſem a Berengario Imp. habitum comminiſci.

IX. *Lambertus Imp. occiditur.* *Lambertus* a Concilio Ravennenſi reverſus, dum in luco Marinco venatur, uno comite nimirum *Hugone* filio Maginfredi Mediolanenſium Comitis a ſternaci effrenique equo excuſſus *cecidit, ſibimet implicitus collum ſub pectore*, inquit laudatus Poeta Anonymus, id eſt, implicito collo ſub pectore, gutturque colliſit. Quod & ſcribit Luitprandus lib. 1. cap. ult. dicens: *Ajunt hunc Regem, dum apros effreni conſectaretur equo cecidiſſe, collumque fregiſſe.* Addit tamen is Auctor, ab Hugone iſto mortem patris ſui ulciſcente, ligno non modico collum *Lamberto* dormienti fractum eſſe. Tradit idem Poeta *Lambertum* ſæpe fraudibus ac dolis pacem cum *Berengario* factam turbare ac rumpere tentaſſe, niſi Berengarius artibus ac dolis juvenis occurriſſet:

*Sæpe datas voluit pacis reſcindere dextras*
*Fraudibus inventis. Sed enim ratione ſagaci*
*Deprendis, Pater alme dolos, ac murmura temnis.*
*Tertia mox tamen hunc Latio produxerat æſtas*
*Ubere telluris potientem pace ſequeſtra.*

Tres annos illos, quibus eum feliciter in Italia regnaſſe, quoſve fertilitate terræ, & pace memorabiles ac fortunatos fuiſſe tradit Poeta, deducit ab anno octingenteſimo nonageſimo ſexto, & ex duabus Arnulphi expeditionibus Langobardicis, unam facit, ac magno errore *VVidonis* mortem biennio ſerius quam acciderit, contigiſſe affirmat; cum tamen *VVido* in priori expeditione Italica Arnulphi anno DCCCXCIV. ſuſcepta obierit, & a tempore Lamberti ſolius imperantis tres illi anni

ctingenteſimo nonageſimooctavo, *idem Odo, quem vocat Ottonem, diem clauſit extremum*; cum (ut ſubdit) *Principes in unum congregati pari conſilio & voluntate Carolum ſuper ſe conſtituunt Regem*. Qui tenuit poſt hæc pacificum Regnum uſque ad annum Redemptoris nongenteſimum vigeſimumtertium; atque diutius poſſediſſet, niſi ipſe ſibi in primis detrimento fuiſſet.

Se-

PAGIUS

ni deſumendi ſint. Hadrianus Valeſius in Præfatione ad Carmen ejuſdem Poetæ cap. VI. hunc ejus errorem obſervavit, ſed paulo poſt, ac etiam in Notis ad librum III. ejuſdem Poetæ, aſſerit, *Lambertum* an. DCCCXCVII. per inſidias ſuorum interiiſſe tertio poſt VVidonem parentem anno, quem conſtat, inquit, anno DCCCXCIV. expiraſſe. Verum Poeta tres annos illos ab anno DCCCXCVI. quo *VVidonem* defunctum ſcribit, deducit, ideoque non in *Lamberti*, ſed in *VVidonis* morte conſignanda fallitur, docetque *Lamberti* mortem ad præſentem annum pertinere, qui tertius eſt ab anno DCCCXCVI. cum quo *VVidonis* obitum copulavit. Quare in Chronico Monaſterii Caſinenſis lib. 1. cap. 44. ubi habetur mortuum Lambertum *poſt annos ſex*, Chronographus intelligit, currente anno VII. Imperii; imperare enim cœpit circa initium Martii anni DCCCXCII. Sigonius lib. VI. de Regn. Ital. ubi Lamberti mortem huic anno accurate affligit, ait extare Mutinæ Diploma *pridie Kalendas Octobris anno octingenteſimo nonageſimo octavo a Lamberto Imperatore, anno ſui ſeptimo ex Marinco datum*, quo patris ſui VVidonis Privilegium Mutinenſi Eccleſiæ confirmavit. Reſpondet Hadrianus Valeſius Diploma illud falſum eſſe; ſed ſine dubio hallucinatur. Contra vero Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico, ubi in Chriſtophoro Papa expreſſe differit de *Succeſſione & Chronologia Regum & Imperatorum Italicorum*, arbitratur *Lambertum* anno ſequenti non valde provecto ſublatum e vivis fuiſſe, evidenter probare reſcriptum Benedicti IV. in cauſa Argrini Lingonenſis Epiſcopi, quod dicitur datum *II. Kal. Septembris, indictione III. & anno II. poſt obitum Landberti Imperatoris Auguſti*, ideoque anno Chriſti CM. At annus ille ſecundus poſt obitum Lamberti, a præſenti proficiſcitur, & anno CM. exeunte Auguſto, adhuc in curſu erat; indeque tantum ſequitur, *Ludovicum* III. eo Chriſti anno poſt diem ultimum Auguſti Romæ Imperatorem coronatum fuiſſe.

X. *Ludovicus Rex Provincia in Italiam invitatur.*

Regino enim poſtquam hoc anno ſermonem habuit de rebus in Francia peractis, ſubdit: *Dum hac in Francia geruntur, inter Ludovicum & Berengarium in Italia plurima congreſſiones fiunt: multa certaminum diſcrimina viciſſim ſibi ſuccedunt. Noviſſime Ludovicus Berengarium fugat, Romam ingreditur, ubi a ſummo Pontifice coronatus, Imperator appellatur*, anno nempe CM. Regino enim quæ hoc anno & proximis inter Berengarium Italiæ Regem, & Ludovicum, qui in Provincia regnabat, accidere, una ſerie refert. Niſi forte in errorem lapſus ſit, uti an. DCCCXCVI. quo ſcribit: *Lampertus filius Guidonis vita decedit, & Ludovicus filius Boſonis a Longobardis invitatus, a Provincia egreſſus Italiam intrat*; quod utrumque conſtat eſſe falſum. Berengarius *ſeptimo Idus Deſembris* Bononiæ cum eſſet, anno Regni ſui undecimo ſuperiorum Regum Privilegia Mutinenſi conceſſa Eccleſiæ comprobavit, ut teſtatur Sigonius laudatus. Verum qui a Berengario averſi erant, ne Lamberti quidem morte cum eo in gratiam redierunt, ſed *Ludovicum* Provinciæ Regem in Italiam invitarunt, atque obſequium ei ſuum, ſi *Berengarium* pelleret, obtulerunt. Hac Legatione accepta *Ludovicus* quaſi hæreditariam Ditionem repeteret, quam avus ſuus ingenti cum gloria poſſediſſet, exercitum in eam expeditionem, quam primum potuit, comparavit, annoque ſequenti cum magno exercitu illuc profectus eſt, ut ibidem videbimus. Baronius anno CMX. numer. II. & ſeq. *Lamberti* obitum recitat, quod Liutprandus lib. 1. cap. 10. tradat, quinquennio illi adverſatum fuiſſe *Raginfredum* Mediolanenſem Comitem, cum antea idem Imperator aliquantiſper pulſo *Berengario* imperaſſet. Verum quinquennium illud per quod *Maginfredus*, non vero Raginfredus, Lamberto Imperatori rebellis fuit, proficiſcitur ab anno DCCCXCII. annoque DCCCXCVI. quo idem *Magenfredus* Lamberti juſſu occiſus eſt, deſinit, ut eo Chriſti anno demonſtravimus.

XI. *Matrimonia Sacerdotum in Gallia primum audiri cœpta.*

Hoc circiter tempore Sacerdotum conjugia primum in Galliis audiri cœpta; Mabillonius enim Tom. III. Analect. pag. 438. refert Epiſtolam *Mantionis Epiſcopi* Catalaunenſis ad Fulconem Archiepiſcopum Remenſem, ejuſque Suffraganeos, ac cunctum eorum Clerum datam, in qua ſignificat, *Presbyterum* quemdam nomine *Angelricum* veniſſe ad Synodum Catalaunenſem a ſe habitam, qui *convictus proprio eſt ore confeſſus, qualiter cum parœchianis ſuis deſponderit, vel deſponſaverit quamdam feminam, nomine Grimmam, conſentientibus propinquis ejus, quam cum ducere cum illis pergeret, reſpectu clementia Dei reſtiterunt nequiſſimo conatui ejus boni & pii, fideleſque homines alii*. Addit ſe & Clerum ſuum deliberaſſe nihil in hoc negotio agere, quin prius per eumdem Presbyterum ad ſe ſcriberet *& qualiter hac præſumptio ab Eccleſia pellatur*, ſollicite ipſe Fulco perpenderet. Quare cum *Fulco* anno DCCCC. nefarie occiſus fuerit, ſicuti eo anno videbimus, & Epiſcopatus *Mantionis* initium ignoretur, ut in Gallia Chriſtiana videre eſt, oportet indignum illud matrimonium circa hæc tempora contractum fuiſſe; nec dubitandum quin *Fulco*, quem Regino inter Martyres qui pro libertate Eccleſiaſtica fortiter occubuerunt, numerat, & cujus Martyrologium Romanum ad diem XVII. menſis Junii meminit, adverſus illud matrimonium fortiter invectus ſit. Poſtquam tamen Normanni, qui hoc tempore Diœceſim Remenſem & vicinas vaſtabant, fidem Chriſtianam amplexi ſunt, ſacrilega hujuſmodi matrimonia frequentia fuere, ut infra videbimus.



I. Arnulphi obitus.

SEquitur annus Redemptoris octingenteſimus nonageſimusnonus, Indictione ſecunda, quo moritur Arnulphus Imperator, ut habet Chronicon Reginonis, conſentitque Luitprandus & alii. Regino enim ait: *Eodem anno Arnulphus Imperator tertio Kalendas Decembris migravit e ſæculo*. De cujus exitu, ſeu potius exitio (*a*) Luitprandus agens, hæc ait: *Profectuſque in propria, turpiſſima valetudine expiravit: minutis quippe vermibus, quos pediculos ajunt, vehementer afflictus, ſpiritum reddidit. Fertur autem quod præfati vermes adeo ſcaturirent, ut nullis medicorum curis minui poſſent. Utrum vero pro tam immenſo ſcelere, Hungarorum ſcilicet immiſſione ſecundum* (*b*) *Prophetam, duplici ſit contritione contritus, an ut ex præſenti ſupplicio conſequeretur veniam in futuro: ſolius Dei ſcientiæ dimittamus: quod & Apoſtolus dicit:* (*c*) *Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo*. Hæc Luitprandus, qui & paulo ante, eumdem Arnulphum reum fuiſſe graviſſimorum criminum tradit, cum agit de mentis deliquio, quod eſt paſſus per ſoporiferam potionem, quam uxor Widonis Imp. eidem propinandam curavit; ait enim: *Credo autem Arnulphum Regem juſta ſeveri Judicis cenſura hujuſmodi peſtem incurriſſe. Secundæ enim res dum Imperium hujus ubicumque magnificarent, virtuti ſuæ cuncta tribuit, non debitum omnipotenti Deo reddidit, Sacerdotes Dei vincti trahebantur, ſacræ virgines vi opprimebantur, conjugatæ violabantur. Neque enim Eccleſia confugientibus poterat eſſe aſylum. In his*

(a) Luitp. l.1.c.9.

(b) Jerem. 17.

(c) 1.Cor. 4.



nam-

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6392.

☉ 12. G. ☽ 7. P. 1. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 899.

JOANNIS IX. PAPÆ 2.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 14.

SÆC. IX. Anno Eræ Hiſpan. DCCCCXXXVII An. Hegiræ CCLXXXVI inchoato die 17. Januar. fer. 4. A.C. 899.

I. *Moritur Arnulphus Imp.*

AD num. I. Arnulphus, qui a Formoſo Papa Imperator coronatus fuerit, a familiaribus veneno appetitus eſt, & hoc anno *III. Kalendas Decembris* migravit a ſæculo, inquit Regino, qui addit, eum *in Odingis* honorifice ſepultum fuiſſe. Annaliſtæ tamen Fuldenſis Continuator Freherianus, qui mortem ejus in annum ſequentem perperam differt, ſcribit eum Ratiſponæ diem ultimum clauſiſſe, & *in domo Emmerammi Martyris Chriſti* a ſuis ſepultum; quod verius exiſtimo; quia Mabillonius in Itinere Germanico pagin. 56. refert in Sancti Emmerammi Eccleſia jacere *Arnulphum Imp.* ad latus Epiſtolæ, & Arnulphus Comes lib. 5. de Sancto Emmerammo cap. 5. prodit, ejus funus divi Emmerammi monaſterio illatum eſſe, cujus ſe meritis & eximio patrocinio ſemper commendavit, atque in rebus dubiis præſentem opem ſenſit. Ejus pietatem & inſignem liberalitatem plures Germaniæ Eccleſiæ ab ipſo locupletatæ teſtantur. Si quid in ſacrum Ordinem ſecus miſſum, aut Templa in profanos uſus verſa; quod Liutprandus, cujus verba Baronius recitat, aſſerit vitio temporum, continuis Italiæ tumultibus & militari licentiæ imputandum videtur. Arnulpho *Ludovicus* filius ante ſeptennium natus ſucceſſit, quem Proceres anno ſequenti coactis Comitiis Regem Germaniæ ſalutarunt, & Reipublicæ gubernandæ ſummos viros admovere, ut videre eſt apud Reginonem, Hermannum Contractum & Ottonem Friſingenſem lib. 6. cap. 14. Aliqui ſcribunt, *Arnulphum* tam Regnum Germaniæ, quam Romanum Imperium in filium Ludovicum tranſmiſiſſe, ſed ea in re audiendi non ſunt, ut ex dictis ſequitur. [1]

II. *Miſer ſtatus Germania poſt ejus obitum.*

Poſt Arnulphi Imp. obitum & ſucceſſoris ejus ætate multæ toto Imperio enatæ turbæ, clades, & miſeriæ, maximæ poſtquam Hungari Italiam factionibus, & inteſtinis diſſidiis diviſam impune populati, Bavariam quoque victores aggreſſi, inaudita crudelitate, cæde, ferro, flamma, cuncta permiſcuere, interfectorum ſanguinem ſibi invicem propinantes. Has diſſenſiones, & bella regnique Germanici orbitatem & corruptelam morum eleganti Epiſtola ad Dadonem Epiſcopum deplorat Salomon Epiſcopus Conſtantienſis hujus nominis III.

*Non mirere, Pater, ſi conflictamur acerbis*
*Litibus, & pugnis, ſi motus ferveat Orbis;*
*Sed mage mira putes quod non ſint funditus omnes*
*Et tribus, & populi funeſto marte perempti.*

Ah,

NOTÆ [1] ARnulphum diem clauſiſſe, non quidem III. Kal. Decembris, ſed VI. Idus Decembris perſpicue docet tabella plumbea ſub ejus capite in Sarcophago reperta in Templo S. Emmerani ut Sazius ex Cæleſtino Abbate in Mauſoleo S. Emmerani docet, in Notis ad Sigonium novæ edit. tom. II. col. 376. Succeſſor vero ejuſdem Arnulphi in Regno Germaniæ Ludovicus anno ſequenti ineunte Rex ſalutatus fuit, cum anno 903. die XIV. Februarii annum regni quartum jam ageret, ut perſpicue demonſtrat diploma ejus apud Lunigium in Spicileg. Eccleſ. in Ratiſponenſ. num. XV. Datum eſt enim die *XVI. Kal. Mart. anno domini DCCCCII.* (ſtilo veteri, novo vero 903.) *Indictione VI. anno vero Ludovici IV.* MANSI

*namque ſymbola faciebant, geſtus turpes, cantus ludicros & debacchationes, ſed & mulieres eodem publice proſtituebantur.* Hæc ipſe, quibus plane conveniens finis ſucceſſit, quem audiſti.

II. *Vvidonis Imp. obitus tempus.* Eodem quoque anno defunctum eſſe Widonem Imperatorem dum inſequeretur Arnulphum, idem (*a*) Luitprandus affirmat, dum ait: *Sicut enim præfati ſumus, dum redeuntem Arnulphum Vvido e veſtigio ſequeretur, juxta fluvium Tarum defunctus eſt.* Hæc ipſe. Ex quibus redarguas Reginonem, dum hoc ponens anno Arnulphi obitum, Widonis refert ante annos quinque, nempe anno Salutis octingenteſimo nonageſimo-quarto, tempore primi adventus Arnulphi in Italiam: nam liquet poſt ſecundum adventum adverſus ipſum Widonem pugnaſſe, & eum cum inſequeretur (ut audiſti) defunctum eſſe.

(a) *Luitp. lib. 1. c. 10.*

III. At hic finis ſæculi hujus, multis ex cauſis univerſæ Eccleſiæ ærumnoſi, Romanæ vero potiſſimum laborioſi ob diverſas tam adverſus Occidentales, quam Orientales Principes perdifficiles contentiones: in primis vero ob dirum ſchiſma Græcorum, auctore Photio partum; ſed ob inteſtina, eademque implacabilia bella in ipſo ſinu ejuſdem Romanæ Eccleſiæ agitari cœpta, cæteris lugubrius eſt redditum atque funeſtius, cum videlicet ſtertentibus omnibus, quibus ad regimen fuerat vigilandum, immo iiſdem ipſis, ut Apoſtolica navis fluctibus obruta penitus mergeretur, operam dantibus: non niſi divinum debeat exiſtimari miraculum, ſi ipſa tot tantiſque jactata procellis, contuſa fluctibus, ventis impulſa, atque illiſa ſæpe obviis quibuſque ſcopulis, detruſaque crebro violenter in ſyrtes, potuerit aliquo modo tot malis eſſe ſuperſtes. Ut plane quam apertiſſimo fuerit demonſtratum experimento, non humano tantum eam gubernari regimine, ſed certe divinis regi præſidiis, fulciri ſubſidiis, ſupernaque omnino incolumen conſervari potentia. Ut iis, qui ipſa inter tanta diſcrimina vecti, cum ſeipſos incolumes ad portum inſperatum pertigiſſe cognoverint, ſit illud pro dulci celeuſmate canendum:

Ni-

PAGIUS

*Ah, cum non habeant, qui Fac, vel Deſine dicat.*

Poſtea

*Pluræ quid his dicam? Deſunt ubicumque regentes:*
*Diſciplina cadit: huic & contraria ſurgit;*
*Abſque timore quidem nihil eſſe loquuntur honorem.*

Mox de Ludovici pueritia ad reſiſtendum impare, animoque hoſtibus adaucto.

*Infantilis adhuc perfugens nomine Regis*
*Ætas, nec pugnæ eſt habilis, nec legibus apta,*
*Cui Deus indulget regnis, ſceptroque potiri,*
*Sed tenerum corpus, feraque ad fortia vires*
*Deſpectum propriis generant, atque hoſtibus aurum.*

Poſtremo ſe ipſe quoque conſolatur petitis ex Sacra Hiſtoria exemplis, & poſſe etiam Rempublicam conſtare, Rege adoleſcente, ſi faveat ſupremum numen, Joſiam pro argumento ponit; adiungit Samuelem, & Danielem. Ita Salomon Epiſcopus illuſtri virtute & eruditionis laude præcellens, ſe ipſum & alios ad ſpes meliores exſuſcitans. Extant varia ejus Poemata apud Caniſium Antiq. Lect. Tom. I. & in Biblioth. Patrum Tom. XVI.

III. *Vvido Imp. ante ſexcennium demortuus.* Ad num. II. Baronius *Vvidonis* Imperatoris mortem in hunc annum diſtulit, ſed eum anno DCCCXCIV. vivere deſiiſſe, ibidem demonſtravimus, quod etiam mors *Lamberti* Imp. ejus filii ac ſucceſſoris, quæ anno ſuperiori contigit, extra omnem controverſiam ponit. Laudat Baronius Liutprandum lib. I. cap. 10. ſed præterquamquod *Liutprandus* utramque Italicam expeditionem Arnulphi in unam confundit perperam etiam mortem ejus in annum quo poſterior accidit, Chriſti ſc. DCCCXCVI. confert, de iis, quæ ſub hujus ſæculi finem geſta ſunt, male edoctus.

IV. *Prima profectio Italica Ludovici Provinciæ Regis.* Hoc anno uti narrat Sigonius lib. VI. de Regn. Italiæ, *Ludovico* Provinciæ Rege in Italiam cum magno exercitu tranſgreſſo, *Berengarius* cum multo majore occurrit atque illum ita circumvenit, ut copiam evadendi omnem ademerit. Qua difficultate oppreſſus *Ludovicus*, miſſis Nunciis, *Berengarium* Italiæ Regem, ut ſe incolumen redire permitteret, obſecravit, ſeque, ſi id faceret, nullis unquam impoſterum conditionibus Italiam repetiturum eſſe, jure jurando aſſeruit. Quo accepto *Berengarius* mitis ſincerique ingenii vir ipſum haud gravate dimiſit. Fuſius eum narrat Liutprandus lib. 2. cap. 10. qui addit, *Ludovicum* hortatu præcipue Adelberti Eporegiæ civitatis Marchionis, cui & idem Berengarius filiam ſuam coniugio copulaverat, in Italiam veniſſe. Verum ſubiungit Liutprandus, *fecerat ſibi Berengarius plurimis collatis muneribus Adelbertum Tuſcorum præpotentiſſimum Marchionem valde fidelem, atque ideo Ludovicus tam facile eſt expulſus.*

V. *Hoc anno ſuſcepta.* Hæc autem præſenti anno peracta eſſe, teſtatur Poeta Anonymus in Carmine Panegyrico *de laudibus Berengariii Aug.* qui poſtquam lib. 3. ſcripſit, Lambertum tertia æſtate in venatione interfectum eſſe, librum quartum his verſibus exorditur:

*Quarta igitur Latio vix dum deferbuit æſtas,*
*Hac ratione iterum ſolito ſublata veneno*
*Bellua, Tyrrhenis fundens fera ſibila ab oris*
*Sollicitat Rhodani gentem*, &c.
*Hic dudum Auſonium cupidus regnaſſe per arvum:*
*Sed vetuit fortuna*, &c.

An-



(*a*) Niſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael; niſi quia Dominus erat in nobis, & quæ ſequuntur, ex Davidis canticis uſurpatum; cum videlicet tamdem ſenſerint, Chriſtum ipſum navis gubernaculum tenuiſſe, Petrum aſtitiſſe, inſtitiſſeque Apoſtolos cæteros remis, ipſoſque Angelos naviter miniſtraſſe. Tu igitur, qui in eadem es navi, iſta ſedulo meditare; & mirabiles (*b*) elationes maris videns, pariter intellige mirabilem in altis Dominum. Sed jam ad ſequentis ſæculi enavigandas ſyrtes, auſpice Chriſto, vela ſolvamus.

(a) *Pſalm.* 123.

(b) *Pſ.* 92.

*Ann. Eccl. Tom. XV.*

 Se-

PAGIUS Anno poſt *Lamberti* Aug. mortem nondum expleto, *vix dum deferveſcente quarta æſtate*, tertia nempe, qua abſoluta *Lambertus* mortuus eſt, *Ludovicus* vocatus ab Adelberto Marchione Tuſcorum, qui a Græcis *Tyrrheni* vocabantur, in Italiam venit cum accolis fluminis Rhodani ſeu Provincialibus. Porro ſicut Poeta utramque *Arnulphi* profectionem Italicam; ita & utramque Ludovici Provinciæ Regis in unam confundit, & nonniſi de poſteriori, de qua nos anno ſequenti, quo ea ſuſcepta, verba facit, ut legenti manifeſtum fiet. Quare eum *Arnulpho* & *Ludovico*, quod Hadrianus Valeſius putavit, coætaneum fuiſſe vix mihi perſuadere poſſum, cum ita graviter lapſus ſit.

VI. *Argrinus in Epiſcopatum Lingonenſem a Joanne IX. reſtitutus.* Clerus & populus Lingonenſis Eccleſiæ queſti ſunt apud *Joannem* IX. Eccleſiam ſuam omni Paſtorali ſolatio deſtitutam eſſe, *ex quo Argrinus venerabilis Epiſcopus, ab ipſa per ſubreptionem quorundam receſſit Eccleſia*, licet omnes eum concorditer elegiſſent, nullumque poſt ipſum alium ſponte recepiſſent Epiſcopum. Quare Joannes IX. literis *in menſe Maio, Indict.* II. datis, & Tom. IX. Concil. recitatis, Argrinum eis canonice reſtituit, *non ſententiam*, inquit, *prædeceſſoris noſtri Stephani Papæ reprehendentes, ſed utilitatis ac neceſſitatis cauſa, canonice in melius commutantes*. Aliis literis *V. Id. Maii Ind. II.* datis & ibidem relatis idem Pontifex Carolum Simplicem Francorum Regem hortatur, ut *Argrini* Lingonenſis Epiſcopi reſtitutioni faveat. In Chronico S. Benigni valde laudatur *Argrinus*, diciturque plurima contuliſſe in Monaſterium S. Benigni & relicto Epiſcopatus honore biennio ante mortem ſuam in eodem Monachum induiſſe. Depoſitio ejus in Cathedrali Lingonenſi agitur IX. Kal. Junii.

I. Auctoris de ſequenti ſæculo admonitio.

EN incipit annus Redemptoris nongenteſimus, tertia Indictione notatus, quo & novum inchoatur ſæculum, quod ſui aſperitate, ac boni ſterilitate ferreum, malique exundantis deformitate plumbeum, atque inopia ſcriptorum appellari conſuevit obſcurum. In cujus limine conſtituti, ob ea, quæ pro foribus adeo flagitioſa nuper contigit aſpexiſſe, antequam progrediamur ulterius, hic Lectorem monendo, præfari aliquid neceſſarium duximus, ne quid ſcandali puſillus animo patiatur, ſi quando videre contigerit (*a*) abominationes deſolationis in templo, ſed magis miretur, & cognoſcat in ejus cuſtodia divinam invigilare potentiam, cum non ut olim, abominationem tantam ſecuta mox fuerit deſolatio templi; intelligatque ſolidioribus illo niti hoc fundamentis, nempe promiſſionibus Chriſti firmioribus terra cœloque, ut ipſe teſtatus eſt, dicens: (*b*) *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non prætoribunt*. Opus namque Dei cum ſit, idipſum verbo ſuo, quo firmati ſunt cœli, tunc ſtatuit eſſe perpetuum, cum collocans fundamentum ſuper ſeipſum firmam petram, petræ petram inſolubili compagine jungens dixit: (*c*) *Tu es Petrus & ſuper petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*. Ut ſicut primam, hanc ſuperpoſitam eſſe contingat immobilem, atque deſuper ſtructam Eccleſiam eſſe perennem, nec poſſe deſtrui, ut opus Salomonis peccatis hominum, ædificium Dei: (*d*) ecce enim, ut ait, plus, quam Salomon hic.

(*a*) *Dan.* 9. (*b*) *Matt.* 24. (*c*) *Idem* 16. (*d*) *Matt.* 12.

II. Quam diverſus ſtatus Eccl. a ſæcularibus principatibus.

Procul autem & longius abeſt, ut ſicut hominum, ſint opera Dei (quod ſuperius attigimus:) Siquidem illa quantumlibet ortu pulchra, progreſſu florida, ſimulque fortia videantur: ubi autem culpa illis infelix inhæſerit, contingat ipſa ut ariete firmiſſimo quati, diſſolvi, in terramque proſterni, ut numquam fuerit adeo bene ſtabilitum Imp. firmatum regnum, atque optimis legibus inſtituta Reſpublica, quæ non corruerint, ubi in illis ſuperabundavit iniquitas. Cujus rei certum ex divinis oraculis exhibetur exemplum in typico ſimulacro (*e*) Nabuchodonoſor Regi per viſum oſtenſo, quod aureo capite fulgens, in metalla viliora declinans, ubi tamdem poſtrema deſierunt in lutum, lapidis percuſſione fuit Deo ultore confractum. Quod autem eſt opus Dei, ipſum myſticum corpus Eccleſiæ, ſub uno capite Deo coagmentatum, & connexum compaginatione Fidelium, ita verbo Domini, virtute Spiritus ſancti conſolidatum exiſtit, ut non poſſit culpis hominum deſtrui, etiam ſi aliqua cohærentia ipſi membra reddita terrea, exundantia peccatorum in lutum reſoluta, defluxerint, ſed eadem permaneat ſemper integra, vivens ſemper Eccleſia, uti altera Arca Noe (*f*) ſuper fluctus omnes illæſa. Id quidem cum ſæpe ſuperius multis exemplis demonſtrari contigerit, hoc tamen ſæculo frequentioribus, ſicut & evidentioribus declaratur ex-

(*e*) *Dan.* 2. (*f*) *Gen* 78.

PAGIUS SÆC. IX.

Anno Eræ Hiſpan. CMXXXVIII. An. Hegiræ CCLXXXVII inchoato die 7. Jan. fer. 2. An. Hegiræ CCLXXXVIII. inchoato die 26. Decemb. fer. 6.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6393.

☉ 13. FE. ☽ 8. P. 20. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 900.

BENEDICTI IV. PAPÆ 1.

LUDOVICI III. IMP. 1.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 15.

A.C. 900. I. *Sæculum decimum variis vitiis infectum fuit.*

ANum. I. ad VI. Decimum Eccleſiæ ſæculum infelix dicitur, quod magna ejus barbaries fuerit, quodque bona Eccleſiaſtica, Epiſcopatus, cæteraque Beneficia paſſim invaderentur, ac a Laicis & uxoratis ſæpe poſſiderentur. Præterea, ut docet Hugo Autiſiodorenſis in Chronico Roberto Autiſiodorenſi ejus Continuatori perperam attributo, *valde hoc tempore Monaſticæ Religionis fervor in pleriſque Galliarum locis tepuerat, & rarus in aliquo Monaſtico habitu induto mundi contemptus inveniebatur. Abbatiæ ſiquidem antiquiores, quæ in urbibus Franciæ ſeu caſtris nobilioribus fuerant editæ, a religioſioris propoſiti tramite adeo exorbitaverant, ut pene omnes qui in eis divinis videbantur mancipati obſequiis, curis carnis ac ſuæ voluntatis ſtudio & intentioni addicti eſſent. Unde non immerito rariores hoc tempore ſpiritales viri fuerunt, ut vix vel unus magnæ famæ, aut ſanctitatis immenſæ his diebus extitiſſe, referatur qui poni poſſet in lucem Gentium, ut ſalus eſſet his qui in extremis vitiorum finibus morabantur. Nam præter Domnum Odonem religioſiſſimum Abbatem, qui hoc tempore floruit, cujuſque ſanctitas & religio non mediocris fuiſſe certiſſime comprobatur, vix aliquis enituit, qui fraternæ correptionis ardore repleretur*. In Cathedra S. Petri ſederunt aliqui Pontifices corruptiſſimis moribus imbuti, qui a virtute Majorum omnino defecerant; & denique Baronius tam hic, quam anno CMXII. num. VIII. & ſeqq. narrat, quæ tunc facies eſſet Sanctæ Eccleſiæ Romanæ ac quam fœdiſſima cum Romæ dominarentur potentiſſimæ æque ac ſordidiſſimæ meretrices, quarum arbitrio mutabantur ſedes & dabantur Epiſcopatus; & Bellarminus lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 12. nullum ſæculo decimo *indoctius* aut *infelicius* extitiſſe literis mandavit.

No-



perimentis, cum in immenſum ſcelerum excreſcente diluvio, eo penitus obrui videri potuiſſet, omni pene deſtituta remigio navicula Petri, quæ univerſæ typum gerit Eccleſiæ, niſi cuſtodita fuiſſet ſumma potentia promiſſionis Chriſti, qua dixit: (*a*) *Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*.

(*a*) *Matt.* 16.

III.

Certe quidem in nullo umquam graviori viſa eſt verſari diſcrimine, nec manifeſtiori pereundi penitus conſtituta periculo, quam cum ingruentibus ſæculo iſto eſt jactata procellis: nam cuncta, quæ olim paſſa eſt ſub Gentilibus Imperatoribus, vel quæ ab hæreticis ſive ſchiſmaticis, aliiſve quibuſcumque perſecutoribus horum comparatione ſunt æſtimanda luſus quodammodo puerorum, immo referenda in lucrum, & computanda in certum emolumentum, cum ex illis ipſa Eccleſia effecta ſit pulchrior, aucta amplior, atque reddita glorioſior, dum egregium ſemper revexerit de impietate proſtrata triumphum. At quænam mala iſta, dices, & unde tanta omnium acerbiſſima tempeſtas exorta? Eſt plane, ut vix aliquis credat, immo, nec vix quidem ſit crediturus, niſi ſuis inſpiciat ipſe oculis, manibuſque contrectet, quam indigna, quamque turpia atque deformia, execranda inſuper & abominanda ſit coacta pati ſacroſancta Apoſtolica Sedes, in cujus cardine univerſa Eccleſia Catholica vertitur, cum Principes ſæculi hujus quantumlibet Chriſtiani, hac tamen ex parte dicendi tyranni ſæviſſimi, arrogaverunt ſibi tyrannice electionem Romanorum Pontificum. Quot tunc ab eis, proh pudor! proh dolor! in eamdem Sedem, Angelis reverendam, viſu horrenda intruſa ſunt monſtra? Quot ex eis oborta ſunt mala, conſummatæ tragœdiæ? Quibus tunc ipſam ſine macula & ſine ruga contigit aſpergi ſordibus, putoribus infici, inquinari ſpurcitiis, ex hiſque perpetua infamia denigrari?

Peſſimum omnium malorum ſi ſæculares dominentur Eccleſiæ.

IV. Deteſtatio eorum qui principibus nimis favent.

Quæ cuncta conſiderans quiſque ſapiens plane horreſcens, in hanc prorſus ſententiam mecum ibit: Nihil penitus Eccleſiæ Romanæ contingere poſſe funeſtius, tetrius nihil atque lugubrius, quam ſi Principes ſæculares in Romanorum Pontificum electionem manus immittant. Atque jure exiſtimabit horum peſſimos ſuaſores hoſtes eſſe ejuſdem Romanæ Eccleſiæ infenſiſſimos; procos inquam illos impudentiſſimos & procaciſſimos (quos numquam Deus eſſe permittat, nec fieri voti compotes) nefarios dico illos ſummæ dignitatis ſicut avidiſſimos, ita & audaciſſimos competitores, qui turpis aſſentationis lenocinio, ut ad Petri cathedram ſibi parent acceſſum, ad ſubiiciendam ipſam iiſdem Principibus ſæcularibus dantes manus iiſdem, ut ſervi dominis famulantur, atque indigne nimis & turpiter aſſentantur.

V. Bene conſulitur Rom. Eccleſiæ libertati.

Qui vero eidem ſanctæ Sedi bene cupiunt, atque conſultum volunt impertitæ ipſi per Petrum a Chriſto divinitus libertati, & zelo exæſtuant paternarum legum: cum quid hujuſmodi fieri viderint (quod numquam videri contingat) magno animi vigore & fortitudine ſemper ex adverſo conſurgant, omnique conatu reſiſtere, obſiſtereque ſacerdotali conſtantia non formident: robuſtoque & obfirmato pectore obiiciant ſe pro muro domui (*b*) Iſrael, atque etiam, ſi o-

(*b*) *Ezech.* 13.

PAGIUS II. *Novatores male ex iis inferunt prava in eo dogmata exorta eſſe.*

Noſtri temporis Novatores eorumdem Romanorum Pontificum exemplis abutuntur ad impugnandam Eccleſiæ incorruptam veritatem & unitatem. At, ut ait Mabillonius in Præfatione ad Sæculum V. Benedictinum §. I. n. IX. qualeſcumque fuerint Pontifices illi, *quibus obiiciunt, pro ſua diſſenſione quod volunt* (verba ſunt Auguſtini lib. de unico Bapt. cap. 16.) *nihil præjudicat Eccleſiæ Catholicæ toto terrarum Orbe diffuſæ. Nullo modo eorum innocentia coronamur: nullo modo eorum iniquitate damnamur*. Ita nobis loqui licet in cauſa Novatorum, ſicut ille in cauſa Donatiſtarum loquebatur. Manet ſemper eadem Eccleſiæ veritas, manet ſemper eadem unitas. *Quiſquis ab hac unitate vento ſuperbiæ, tamquam ſola palea, ſeparatur; areæ dominicæ propter commixtam paleam quid calumniatur?* Subiicit Auguſtinus. Paucos quidem Scriptores hoc ſæculum habuit, ſed ſubſequentibus doctrina non ceſſit, cum literæ etiam ab Imperatoribus & Regibus cultæ fuerint. Neque ſæculum inſcitiæ aut ignorantiæ vocari poteſt, niſi ob Scriptorum paucitatem, ſi ejus cum præcedentibus aut ſubſequentibus comparatio fiat; complures enim in eo floruiſſe, longe hodie notius, quam Bellarmini ætate, ut Catalogos Scriptorum Eccleſiaſticorum percurrentibus planum fit. Claruere etiam inſigni ſanctitate multi Epiſcopi & Abbates, Monachi & Sanctimoniales, ac viri & mulieres cujuſcumque generis ac conditionis, ut ex iis quæ paſſim referemus, perſpicuum erit. Hic fons erroris Novatorum.

III. *Refelluntur.*

Hiſtorici vitia magis generalia, quibuſve plerique infecti, iis loquendi formulis exprimunt, quæ neminem excludere videantur, ut vel ex Malmeſburienſi lib. 4. de Reg. cap. 2. intelligitur. Ibi enim loquens de Claromontano Concilio ſub finem ſæculi undecimi celebrato, ut ſignificet magnam illius ſæculi corruptionem, ait: *Symonicus*, legendum, Simoniacus) *anguis ita lubricum caput erexerat, ita venenato fotu mortiferi germinis ova vaporaverat, ut totus Orbis lethali ſibilo infectus Eccleſiaſticos honores corrumperet. Tunc enim non dicam Epiſcopi ad Eccleſias, ſed nec quilibet ad quoſcumque Ordines, niſi per pecunias aſpirabat*. Et tamen ſæculum illud in finem vergens exornarunt viri Zelo Apoſtolico præſtantes, Summi Pontifices, Epiſcopi, Clerici, Abbates & Monachi, imo & laici,

ſi opus ſit, lucroſo vitæ diſpendio veloces occurrant, ne caſtiſſima atque ſanctiſſima Mater noſtra princeps omnium Eccleſiarum, ipſa Romana Eccleſia proſtituatur Principibus ſæcularibus pro ipſorum arbitrio abutenda; ſed Chriſti ſanguine partam, defenſamque ſanguine, ſanguine pariter ſibi ſtatuant conſervandam ſemper illæſam auream ejuſdem Eccleſiæ libertatem. Hæc licet obiter dicta, perpetuo tamen maneant uti in ærea fuſum columna de incolumitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ adverſus infeſtiores hoſtes jugiter conſervanda, ſemper loquens, immo clamans indelebile monumentum poſteris profuturum. Jam vero his occaſione ſæculi calamitoſi monitionibus opportune præmiſſis, quæ nobis occurrunt in agro ſterili, ſpicas tenues colligamus.

VI. Stephani Papæ interitus infamis. Hoc anno Stephanus Apoſtolicæ Sedis invaſor & ipſe pulſus, detruditur in carcerem, ubi pariter ſtrangulatur. Iſta quidem ex ejus ſepulcri epitaphio nota fiunt, quæ tempors obſcuritate a nullo ſcriptore invenimus enarrata. Petrus Mallius, qui ſub Alexandro Tertio vixit, collegit S. Vaticanæ baſilicæ vetera monumenta in libellum unum, quem imperitia ſcriptorum admodum depravatum, plurium exemplarium adhibita diligenti collatione, quantum licuit, emendavimus: in eo autem inter alia invenimus ejuſmodi epitaphium a Sergio Chriſtophori ſucceſſore, ipſoque pariter Sedis Apoſtolicæ invaſore, poſt annos decem ita deſcriptum:

Epitaphium Stephani Papæ.

*Hoc Stephani Papæ clauduntur membra locello:*
* al. VII. ** Sextus dictus erat ordine quippe Patrum.*
*Hic primum repulit Formoſi ſpurca ſuperbi*
*Culmina, qui invaſit Sedis Apoſtolicæ.*
*Concilium inſtituit, præſedit Paſtor & ipſi*
*Leges ſatis feſſis * jure dedit famulis.*
*Cumque pater multum certaret dogmate ſancto,*
*Captus, & a Sede pulſus, ad ima fuit.*
*Carceris interea vinclis conſtrictus, & uno*
*Strangulatus * nerbo, exuit & hominem.* * f. nervo
*Poſt decimumque regens Sedem eum tranſtulit annum*
*Sergius huc Papa, funera ſacra colens.*

Ita quidem paſſus facinoroſus homo, quique ut fur & latro ingreſſus eſt in ovile ovium, laqueo vitam adeo infami exitu, vindice Deo, clauſit.

VII. Status infelix Romanæ Eccleſiæ. Ita quidem omnia Romæ tam ſacra, quam profana factionibus, miſcebantur, ut penes illam partem eſſet promotio ad Apoſtolicam Sedem Romani Pontificis, quæ potentior appareret, ut modo Romanorum proceres, modo Etruriæ Princeps intruderet ſæculari potentia quem vellet, & deiiceret quem poſſet Romanum Pontificem a contraria factione promotum. Quæ toto hoc ferme ſæculo ſunt actitata, quouſque Germaniæ Imperatores Ottones medii interceſſere utrique parti contrarii, arrogantes licet & ipſi ſibi pariter Papæ electionem atque electi dejectionem.

VIII. Inter hæc autem prævalente in Urbe Romanorum factione adverſus Adelbertum Tuſciæ Marchionem, ſublato de medio (ut audiſtis) Stephano dicto Papa Sexto, creaverunt quemdam nomine Romanum, patria Galaſianum, natum patre Conſtantino; quem tradunt vixiſſe tantum menſes quatuor & dies viginti, quonam menſe vel die ex antiquis haud facile poteſt accipi monumentis.

IX. Quod autem ad tempus Sedis Stephani, uſque ad poſtrema tempora anni hujus perveniſſe, ex diplomate privilegii conceſſi monaſterio S. Vincentii ad fontes Vulturni poſſumus intelligere, quod datum habetur menſe Septembri jam inchoata Indictione quarta; hæc enim in ejus fine leguntur: *Scriptum per manum Andreæ Scriniarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ menſe Septembri, Indictione quarta. Datum per manum Stephani Pri-* [catchword: mi-]

PAGIUS ci, ut expeditio Jeroſolymitana tunc ſuſcepta indubitatum teſtimonium præbet. Mera itaque impoſtura eſt, quod Heterodoxi fingunt, inimicum ſc. hoſtem ſæculo decimo dum vitiorum ſomno Eccleſiæ Paſtores oppreſſi eſſent, & omnia tenebris plena, zizania ſuperſeminaſſe, quæ puram ac genuinam fidei ſementem ſuffocarint, ac Tranſubſtantiationis & realis Chriſti in Euchariſtia præſentiæ dogma, aliaque quædam, in locum antiquæ & primigeniæ fidei Chriſtianæ puritatis induxerint, lateque propagarint; cum e contra in illo ſæculo tam pauca circa fidem errata exorta fuerint; & tot populi ad Chriſti fidem converſi, ut illud feliciſſimum fuiſſe dici poſſit. Normanni, Moſcovitæ, Suevi, Poloni, Sclavi ac Hungari Chriſtiani effecti, varii Epiſcopatus erecti, plura monaſteria condita, pluresque Eccleſiæ large dotatæ; quæ omnia ex infra dicendis manifeſte conſtabunt.

IV. *Obitus Stephani PP. VI.* A num. VI. ad X. Initium & finem Pontificatus *Stephani* VI. vulgo VII. & *Romani* ejus ſucceſſoris ſuis annis reddidimus, & Baronii rationibus ſatisfecimus, ideoque legenda, quæ de utroque Pontifice an. DCCCXCVI. & ſeq. in medium attulimus.

[catchword: A num.]



*micerii anno Pontificatus domini Stephani * Sexti, quinto.* * al. VII.

X. Balduinus quid in Fulconem Epiſcop. Eodem anno laudatiſſimus ille, de quo ſæpe ſuperius, Archiepiſcopus Rhemenſis Eccleſiæ Fulco, columen Francorum Eccleſiæ juſſu impii Balduini Flandriæ Comitis interficitur; quod ipſum invadentem res Eccleſiarum privatis litteris atque ſynodalibus monuerat, atque arguerat ſacerdotali libertate pariter & charitate, cujus rei cauſa potiſſimum ſibi eum reddidit perinfenſum. Hic ille eſt Balduinus, qui Caroli Calvi Regis filiam Judith viduam ſibi rapuit in uxorem, de quo plura ſuperius ſub Nicolao Romano Pontifice. Propinquior autem illatæ necis illa cauſa præceſſit, quod Abbatia ſancti Vedaſti, quam invaſerat & poſſidebat, per Regem ab ipſo vendicata fuerat; cujus rei gratia ſub pacis involucro hoſtilem occultans animum, idem Balduinus ipſum crudeliter per ſuos ſatellites necandum curavit. Quomodo autem hoc ſe habuerit, a Frodoardo ſic accipe: (a)

(a) Frod. l. 3. c. 9.

XI. *Cujus*, inquit, *anxietatis, Abbatiæ cauſa ſublatæ, dolore ſuccenſus tam Balduinus, quam omnes cives Comitatus, dum quærunt qualiter ſe ulciſci poſſint, amicitiam cum* eodem præſule ſancire ſe fingunt, quærentes ultionis locum, explorantesque quando e metatu ſuo ad Regis Collegium, ſtipatoribus vallatus proficiſci ſoleret. Quadam die dum paucis admodum comitatus Regis peteret alloquium: *Fulco Epiſcop. occiditur.* eum in via Duce quodam Winſmaro aggredientes intercipiunt: & primum quidem quaſi de amicitia, & recuperatione Balduini affantur; demum vero improviſum lanceis impetunt, proſternunt, & perimunt. Quidam vero ſuorum ſeſe ob nimium ejus amorem ſuper ipſum proſternentes, pariter cum eo transfixi & interempti ſunt. Cæteri, qui ſuperfuere, iis qui ad hoſpitalia remanſerant, hoc maximi doloris ſui nuntium portant. Qui rei novitate perculſi, armiſque muniti, percuſſores Epiſcopi conantur ultione adoriri. Quibus minime repertis, exanimes immenſis ejulantes plangoribus corpus levant, & ſecum ingenti ſuorum omnium luctu, Rhemenſem ad urbem deferunt. Ubi tamen lotum corpus ejus & dignis exequiis honoratum, decenti eſt ſepulturæ mandatum; cujus Antiſtitis hoc habetur epitaphium.

## S. FULCONIS.

XII. Epitaphium S. Fulconis Epiſcop. Rhem.

*Hoc tumulo magni Fulconis membra teguntur*
*Rhemorum ſedis præſulis egregii.*
*Germine nobilium quem Francia protulit ortum,*
*Aulaque de ſcholis ſumpſit & excoluit.*
*Huc Deus aſſumptum ſtatuit virtute probatum*
*Eccleſiæ ſpeculum, pontificemque pium.*
*Septenos, denoſque ſimul cui præfuit annos*
*Tres menſes, denos inſuper atque dies.*
*Auxit Epiſcopium ſuperaddens plurima rerum,*
*Urbis & iſtius mœnia reſtituit.*
*Orbis honor, patriæ tutor, pietatis amator,*
*Pro ſtudio pacis confoditur jaculis.*
*Septenum denumque diem jam menſis agebat*

[catchword: Ju-]

PAGIUS V. *Fulco Archiep. occiditur.* A num. X. ad XIV. Mortem *Fulconis* Remenſis Archipræſulis, Viri per hæc tempora celeberrimi, refert Baronius ex Flodoardo lib. 3. cap. 9. Ducheſnius vero Tom. II. pag. 585. Excommunicationem *hominum Balduini Comitis Flandriæ, propter occiſionem Fulconis Remenſis Archiepiſcopi ab illis perpetratam*, quam ex veteri MS. Codice eruit, ex qua tempus mortis Joannis Papæ IX. magnis huc uſque tenebris ſepultum certo mox eruam. *Anno C. M. Dominicæ Incarnationis pridie Nonas Jul.* (qui dies hoc anno in Dominicam incidit) *primo ſcilicet die quando ordinatus eſt Heriveus in Archiepiſcopatu Remenſi Epiſcopus, lecta eſt excommunicatio hæc, quæ ſequitur in Eccleſia Sanctæ Mariæ Remis, præſentibus Epiſcopis infraſcriptis. Heriveus nomine non merito Remorum Archiepiſcopus, ac plebis Dei famulus: VVido Rotomagenſium Archiepiſcopus*, &c. *Notum ſit omnibus ubique ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus tam Clericis quam Laicis, quod nos & commiſſa nobis omnis Eccleſia nimia perturbatur triſtitia, pro inaudita re poſt perſecutionem temporis Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum; de occiſione nimirum Patris & Paſtoris noſtri Folconis ab impiis perpetrata, qui pro regni utilitate, & totius ſanctæ Eccleſiæ ſtatu, pro viribus die noctuque deſudans, ac ſe ipſum in defenſione omnium Eccleſiarum in hoc regno conſiſtentium muro protectionis opponens. Res enim earum a Balduino Comite filio Balduini ac Judith contra omnem legem & divinam & humanam pervadebantur: ideo ab ipſius Balduini hominibus VVineemaro, Evverardo & Ratfrido, cæteriſque eorum complicibus interfectus crudeliſſime occubuit. De ejus morte totius Eccleſiæ ordo atque profeſſio merito contriſtatur & lamenta compaſſionis ex intimis cordium ſuſpiriis emittit. Quia igitur tale ſcelus noſtris temporibus perpetrare non timuerunt, quod antea, niſi forte a Paganis, in Eccleſia non auditum, quia non eſt actum, in nomine domini, & in virtute Sancti Spiritus, nec non auctoritate Epiſcopis per B. Petrum Principem Apoſtolorum divinitus conlata, ipſos a ſanctæ matris Eccleſiæ gremio ſegregamus, ac perpetuæ maledictionis anathemate eos condemnamus*, &c.

VI. Baronius num. X. ait, *Balduinum* Flandriæ Comitem, cujus juſſu Fulco peremptus, eſſe Balduinum illum qui Caroli Calvi Re- [catchword: gis]

*Junius, & dira morte peremptus obit.*
*Cui Matris Domini pariter quoque præſulis almi*
*Remigii pietas obtineat requiem. Amen.*

XIII. S. Fulconis digna opera.

At quæ dira ſecuta ſit ultio viri ſanctiſſimi interfectorem ipſum Ducem, idem qui ſupra Frodoardus ita mox ſubiicit. *Denique Vuinſmarus ejus interemptor ab Epiſcopis, Regni Francorum, eſt cum ſuis complicibus excommunicatus & anathematizatus; inſuper inſanabili a Deo percuſſus ulcere: ita ut putreſcentibus carnibus, & exundante ſanie, vivus devoraretur a vermibus. Et dum propter immenſitatem fœtoris nullus ad eum accedere poſſet, miſerrimam vitam miſerabili deceſſu finivit.* Hæc de ultione divina in ſacrilegum Ducem Frodoardus, qui ubi & epiſtolas ab ipſo ad diverſos ſcriptas enumeravit, earumdemque argumenta perſtrinxit, quibus res ab eo præclare geſtæ facile innoteſcunt; ſubiicit ejuſmodi narrationem de Eccleſia Rhemenſi ab ipſo mirifice illuſtrata, & inter alia de reductione corporis S. Remigii: *Venerabile quoque beatiſſimi Remigii corpus ab Orbacenſi monaſterio ad urbem Rhemenſem revocavit. In qua relatione multa & magna ſunt oſtenſa miracula, ſuperius a nobis partim declarata. Eo tempore Northmannis Francorum terras infeſtantibus, & diverſa loca depopulantibus, hic Pontifex plures tam ſacerdotes, quam cæteros clericos & monachos ad ſe undecumque confluentes benigne ſuſcepit, & paterne fovit: Inter quos etiam monachos ſancti Dionyſii cum ipſius martyris pretioſo corpore, aliorumque Sanctorum pignoribus recepit & aluit: corpus etiam beati Calliſti, conceſſa ſibi vel Eccleſiæ Rhemenſi Abbatia ejuſdem Sancti, Rhemos deduci fecit, & poſt altare ſanctæ Mariæ venerabiliter collocavit. Juxta illud pignora beati Nicaſii & ſanctæ ſororis ejus Eutropiæ ab Eccleſia tituli ſancti Agricolæ honorifice delata conſtituit, &c.* Subiicit de aliis Sanctorum corporibus in eamdem Rhemenſem Eccleſiam per eum tranſlatis. De ſcholis vero ab eo inſtitutis ſubiicit iſta: *Vocato Remigio Antiſiodorenſi magiſtro, liberalium artium ſtudiis adoleſcentes clericos exerceri fecit: ipſeque cum eis lectioni ac meditationi ſapientiæ operam dedit: ſed & Hucbaldum ſancti Amandi monachum, virumque diſciplinis ſophicis nobiliter eruditum accerſivit, Eccleſiamque Rhemenſem præclaris illuſtravit doctrinis.* Huic autem tanto paſtori, idem auctor tradit ſubrogatum hoc eodem anno Heriveum, ſive Herveum dictum, virum pariter ab eodem ſatis laudatum, de quo inferius ſuis locis dicendum erit.

XIV. Encænia Compoſtellana.

Hoc item anno Eccleſiæ Compoſtellanæ ab Adefonſo Magno erectæ Encænia ſunt

PAGIUS

*Balduinus II. Flandriæ Comes a Balduino I. diſtinguendus.*

gis filiam Judith ſibi rapuit in uxorem. Verum ex præfata excommunicatione conſtat, eum filium ejus extitiſſe, & *ſecundum* ejuſdem nominis Flandriæ Comitem; quod & teſtatur Meyerus in Annalibus Flandriæ, qui lib. 2. Balduini hujus nominis primi mortem cum anno DCCCLXXIX. coniungit, eique ſucceſſorem aſſignat *Balduinum Calvum*, tracto cognomine a Carolo Calvo Imp. materno avo. Vixit Balduinus II. uſque ad IV. Nonas Januarias anni CMXVIII. poſt cujus deceſſum filii Principatum ejus partiti ſunt. *Minor natu Adolphus Bononicam, Tarvannicamque ditionem cum Bertiniano adiit cœnobio, reliqua omnia Arnulpho cognomine Magno ceſſere*, inquit Meyerus.

VII. *Fulco Archiep. Remenſis Lamberto Imp. propinquus.*

Flodoardus in Fragmento de Pontif. Rom. de Formoſo Papa verba faciens, *Fulconem* Archiepiſcopum Remenſem magnis laudibus exornat, aitque eum Lamberto Imperatori carne propinquum fuiſſe.

*Lambertum Auguſtum, Folconis carne propinquum,*
*Ut proprium ſe tutari ſolamine natum*
*Significans, noſtri gratiſſima Præſulis effert*
*Vota quibus Petri veneratur honore Cathedram.*

Idem Flodoardus lib. 4. Hiſt. cap. 1. refert, Fulconem ſcripſiſſe ad Stephanum Papam V. vulgo VI. *pro Vuidone affine ſuo, quem idem Papa in filium adoptaverat*, quod & de Lamberto alibi dicit ex ejuſdem Fulconis literis. Ex quibus Hadrianus Valeſius in Notis ad librum 3. Carminis Poetæ Anonymi *de laudibus Berengarii Aug.* oſtendit, *Vuidonem Imp.* qui Fulconis Remorum Archiepiſcopi, nobiliſſimi viri Franci, & Palatinis officiis ſub tribus Francorum Regibus aſſueti *affinis*, Caroli quoque Francorum Regis cognomine Simplicis materno genere *propinquus* fuerit; & Lambertum Aug. Widonis filium, qui *conſanguinitatis neceſſitudine vel propinquitate* Fulconi *devinctus* extiterit, ambos haud dubie natione Francos fuiſſe, ob idque Regnum Francorum affectaſſe. Quamobrem *Gallos*, ideſt, Francos Gallicanos præſertim Araris, Rhodani & Lemani lacus accolas, miſſu forte Rodulphi Magni Burgundiæ Regis contra Berengarium ſemper auxiliares habuit Wido; & *patrias oras, patriamque tellurem* vocat Poeta ille Anonymus Galliam in Panegyrico Berengarii: ipſe *Gallicus heros; Dux Gallicus & Gallus* ideſt, Dux Francicus e Gallia, & *Rhodanicus ductor* in eodem Panegyrico appellatur.

VIII. *Epocha Concilii Compoſtellani.*

Ad num. XIV. Concilii *Compoſtellani* epocha denſis tenebris circumfuſa; illud tamen anno nongenteſimo ſeptuageſimo primo congregatum fuiſſe, nobis hic demonſtrandum. Eo Chriſti anno *Borrellus* Barcinonenſis Comes ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli profectus eſt cum *Hattone* Epiſcopo Auſonenſi & *Gerberto* Monacho Auriliacenſi, obtinuitque a Joanne Papa hujus ſc. nominis XIII. ut



ſunt celebrata, quæ licet in aliud tempus facta referant alii; ex diplomate tamen hoc anno contigiſſe, exploratum reddit (a) Ambroſius Morales, cujus nota temporis ita in fine deſcripta habetur: *Facta donationis charta, anno trigeſimoquarto Regni religioſi Principis Adefonſi præſentibus Epiſcopis & Comitibus in medio Eccleſiæ Dei, die Dedicationis templi xi. Nonas Maii, Æra novieſcentena trigeſimaoctava.* Eſt hic ipſe annus Redemptoris nongenteſimus. Porro

(a) *Ambr. Mor. Chron. Hiſpan. l. 15. c. 20.*



PAGIUS

ut Tarraconenſis provinciæ Metropoliticum jus transferretur ad Auſonenſem, & utraque Eccleſia uniretur. Illud diſcimus ex literis ejuſdem Pontificis a Didaco lib. 2. Hiſtor. Comitum Barcinonenſium cap. 19. recitatis, inſcriptiſque *Archiepiſcopis atque Epiſcopis* in Galliarum partibus conſtitutis. In iis enim Joannes XIII. de Borrello Comite ait: *Queſtus es nobis quemadmodum Tarraconenſem Archiepiſcopatum, qui olim caput in illis partibus fuerat, Auſonenſi Eccleſiæ ſubderemus eo quod ipſa jam dicta civitas Tarraconenſis a Sarracenis capta, & Paſtore deſtituta nullum recuperandi locum aut inhabitandi uſque hactenus reperiri valeat*, propter quam cauſam Prædeceſſorum ſecutus auctoritatem amodo & uſque in perpetuum roborat & confirmat, ut Auſonenſis Eccleſia poteſtatem & Primatum Tarraconenſis Eccleſiæ habeat, *& ut omnes Epiſcopi ſuffraganei ejuſdem Sanctæ Tarraconenſis Eccleſiæ ad Auſonenſem Eccleſiam confugiant*, & quando aliquis ex illis ab hac luce migraverit, ſucceſſor illius ab Auſonenſi Archiepiſcopo, qui a Sede Apoſtolica confirmatus eſt, *conſecretur*, &c. *Scriptum per manum Georgii Notarii & Secretarii & Serviciarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in menſe Januario, indictione quarta decima* ideoque anno nongenteſimo ſeptuageſimo primo. Antonius quidem Auguſtinus in Archiepiſcopis Tarraconenſibus has literas ad an. CMLXXXVI. quo Joannes XV. Eccleſiam Romanam regebat, & indictio XIV. in curſu etiam erat, revocavit; ſed Didacus laudatus ejus hac in re errorem certo argumento confutavit.

IX. *In eo Cæſarius Abbas creatus Archiep. Tarragonenſis.*

Quia vero hæc innovatio facta fuit inaudito Archiepiſcopo Narbonenſi, cujus *Hatto* ſuffraganeus erat, ea effectum non habuit, neque *Hatto*, neque *Fruianus* ejus ſucceſſor ſe ſe unquam Archiepiſcopos appellarunt. Veroſimile eſt, *Hattonem* dignitati ſibi conceſſæ renunciaſſe, ne Narbonenſis Metropolitani & aliorum Epiſcoporum odium in ſe concitaret. Sed quidquid ſit de hac conjectura, ex laudatis Joannis XIII. literis intelligimus, Concilium *Compoſtellanum* poſt menſem Januarium anni nongenteſimi ſeptuageſimi primi coactum fuiſſe. Legitur enim in chartulario Eccleſiæ Auſonenſis, vulgo *Viquenſis*, Epiſtola *Cæſarii* Abbatis S. Cæciliæ in Monte ſerrato ad Joannem Papam data in qua narrat, ſe ordinatum fuiſſe Archiepiſcopum provinciæ Tarraconenſis in Synodo Compoſtellana, ſed cum poſtea in provinciam profectus eſſet, gravem contradictionem ſe paſſum a *Petro* Barcinonenſi, *Arnulfo* Gerundenſi, *Hattone* Auſonenſi, *Vuiſano* Urgellitano, & *Emerico* Metropolitano ſedis Narbonenſis, & Papam deprecatur ut ſibi adverſus contumaces auxilium præſtet. Neque mirum Antiſtites hos *Cæſarium* non ſuſcepiſſe; cum jam antea eodem ſe modo erga *Hattonem* geſſiſſent. Porro conſtat, Joannem Papam XIII. uſque ad menſem Septembrem anni CMLXXII. in vivis fuiſſe, eodemque Chriſti anno Hattoni in Eccleſiam Auſonenſem ſucceſſiſſe *Fugiferum* ſeu *Fruianum*.

Baluzius enim in Appendice Marcæ Hiſpanicæ pag. 896. & ſeqq. recitat Acta conſecrationis Eccleſiæ Monaſterii Sancti Benedicti de Bagiis, in quorum fine habetur: *Acta ſunt hæc ſub era Chriſti poſt milleſima anno trabeationis dominicæ CMLXXII. indictione XV. die nonarum tertium Decembrium, Luna XXIII. anno bis novenis regnante Leuthario*, ſeu anno XVIII. Lotharii Regis, qui anno CMLIV. regnare cœperat. Sed loco, *die nonarum tertium Decembrium*, legendum, *die Nonarum tertium Novembrium* in quem Luna XXIII. juxta veterem Cyclum IV. incidit. Huic conſecrationi præſentes fuere *Petrus* Barcinonenſis, & *Vuiſanus* Urgellitanus Epiſcopi, & conſecratio a *Frugifero* Epiſcopo Auſonenſi facta. Quare Antonius Auguſtinus loco citato litteras a Joanne Papa in gratiam Hattonis datas de Joanne XV. male interpretatus eſt; cum antequam hic Papa renunciaretur, *Hatto* ſupremum diem obiiſſet.

X. *Concilium Compoſtellanum anno CMLXXI. coactum.*

Nunc itaque certo epocha Concilii Compoſtellani nobis innoteſcit; in eo enim *Cæſarius* Archiepiſcopus Tarraconenſis dictus, poſtquam *Hatto* juri ſuo ceſſit, & tamen cum aliis Catalaniæ Epiſcopis interceſſione ſua prohibuit, ne *Cæſarius* ejuſdem Archiepiſcopatus poſſeſſionem iniret. Cumque idem *Hatto* ante menſem Novembrem anni CMLXXII. e vivis exceſſerit, perſpicuum eſt, Concilium illud, vel anno CMLXXI. vel inſequenti habitum. At illud ad priorem annum pertinere demonſtrant ipſæmet literæ, quibus Coſſartius Tom. IX. Concil. aliique Viri docti innixi Synodum *Compoſtellanam* anno nongenteſimo affixere; eæ quippe literæ aliæ non ſunt, quam literæ Cæſarii memoratæ ad Joannem Papam datæ, quarum quidem numeri depravati, ſed qui ex mox dictis certo emendari poſſunt. In iis dicitur Cæſarii ordinationem peractam *era DCCCCXXXVIII. III. Kal. Decembris*, ideſt, anno Chriſti DCCCC. quo forſan Cæſarius nondum in lucem prodierat. Is itaque CMLXXI. die viceſima nona menſis Novembris in Concilio Compoſtellano conſecratus fuit Archiepiſcopus Tarraconenſis, & librarius loco, *era MIX.* perperam poſuit, *era* DCCCCXXXVIII. nec juvat dicere, eo Chriſti anno diem XXIX. menſis Novembris in feriam quartam cadere, quia in Catalania & paſſim per iſta tempora neque Epiſcoporum ordinationes, neque Eccleſiarum conſecrationes diebus dominicis ſemper fiebant, ut de Concilio Ovetenſi loquentes jam diximus anno ſc. DCCCLXXXII. Harum literarum a *Cæſario* ſcriptarum exemplar ab imperito librario facile in numeris depravari potuit; cum Hiſpani diu cifras a deceſſoribus ſuis uſurpatas ignorarint, eæque noſtra tantum ætate, e tenebris erutæ fuerint, obliti, inquam, erant, hanc cifram Xv denotare XL. & T pro mille ab illis adhibitam, qui ideo multarum literarum ſubſcriptiones, in quibus eæ reperiebantur, depravarunt. In autographo literarum *Cæſarii* ſcriptum fuit, *era T VIIII.* ideſt era MVIIII. & librarius interpretatus eſt,

ro rei geſtæ hiſtoria deſcribitur a Sampyro antiquo Chronographo, qui inter alia cum & altaria conſecrata ab Epiſcopis narrat, eos non eſſe auſos tangere altare, quo venerandæ reliquiæ ſancti Jacobi continebantur, quod conſecratum jam antiquitus eſſe putarent, affirmat. Quomodo autem poſt hæc, undecim elapſis menſibus, ex conceſſione ejuſdem Joannis Octavi, ut ſuperius dictum eſt, congregatum eſt Concilium Ovetenſe: ſuo loco anno ſequenti dicetur.

XV. Eodem anno, de Imperio in Italia acer-

PAGIUS

eſt, *era CMXXXVIII.* Sed undecumque procedat error, jam is manifeſte apparet. Joanne XIII. menſe Septembri anni CMLXXII. demortuo lis illa *Hattonem* inter & *Cæſarium* exorta, non deciſa relicta eſt, conatuſque Cæſarii fruſtra fuit, qui tamen ſemetipſum Tarraconenſem Archiepiſcopum profiteri continuavit, ut diſcimus ex literis Berengarii Comitis Barcinonenſis anno MXXIII. datis in quibus ait, proavum ſuum Suniarium confirmaſſe Abbatiam S. Cæciliæ in Monte ſerrato, *per ſcripturam*, inquit, *donationis ſuæ in poteſtate jam dicti cœnobii, in qua etiam permanſit uſque ad tempus Cæſarii, qui profitebatur ſe Archiepiſcopum Tarraconenſem eſſe*. Has literas referunt Didacus citatus cap. 13. & Baluzius in Append. Marcæ Hiſp. pag. 1035.

XI. *Benedicti Papæ reſcriptum opinioni noſtræ non officit.*

Hanc difficultatem examinavit idem Baluzius lib. 2. Marcæ Hiſp. pag. 404. aitque: ,, difficile videtur conſtituere tempus, quo iſta acta ſunt. Nam in Epiſtola Cæſarii, quam oportet aut falſam eſſe aut interpolatam, ordinatio ejus peracta dicitur era DCCCCXXXVIII. III. Kalend. Decembr. quod manifeſte falſum eſt. Nondum enim erat *Archiepiſcopi* nomine inſignitus anno DCCCCLXXII. exeunte, quo Benedictus VI. Papa Privilegium ei tum Abbati tantum ſanctæ Cæciliæ conceſſit. Neceſſario autem oportet id contigiſſe anno ſequenti, cum eo anno conſtet Epiſcopum Auſonenſem fuiſſe *Fruianum* Hattonis illius ſucceſſorem, qui cum aliis Epiſcopis repulerat eumdem *Cæſarium* ab adminiſtratione provinciæ. Ita Vir eruditiſſimus, qui poſtea in Appendice recitat Epiſtolam Benedicti Papæ *Cæſario Abbati venerabilis cœnobii Sanctæ Cæciliæ Montis ſerrati* inſcriptam, datamque *in menſe Decembrio die XVI. indictione XV.* ſeu anno Chriſti DCCCCLXXI. At eo anno *Benedictus* VI. ut ex dictis liquet, nondum Pontificatum gerebat. Secundo, literæ Cæſarii ad Joannem XIII. quas germanas & genuinas eſſe, in dubium revocari non debet; cum alioquin *Cæſarius* ſe ſe Tarraconenſem Epiſcopum appellare auſus non fuiſſet, teſtantur, hunc *III. Kal. Decemb.* Archiepiſcopum ordinatum quod nonniſi de anno CMLXXI. intelligi poteſt; cum in iis *Hattonis* adhuc viventis mentio ſit, qui tamen anno CMLXXII. ante diem illum vitam cum morte commutarat. Tertio, non bene Vir doctiſſimus literas Joannis XIII. ad *Hattonem*, quem *Archiepiſcopum Tarraconenſem* ſe ſe renunciaſſe ſignificat, cum anno CMLXX. connectit; cum ex earum ſubſcriptione pateat, eas anno ſubſequenti ſcriptas, ut mox oſtendimus. In literis itaque Cæſarii ad Joannem XIII. annus tantum eræ Hiſpanicæ corruptus, eæque certo *Concilium Compoſtellanum* anno CMLXXI. indictum fuiſſe demonſtrant.

XII. *Illud de falſitate ſuſpectum.*

Quoad literas *Benedicti* Papæ, incertum, an ex *Benedicto VI.* vel *Benedicto VII.* adſcribendæ ſint; certum tamen errorem in indictionem irrepſiſſe, cum nullus utriuſque Pontificis annus in indictionem XV. inciderit. Quod ſi indictio illa mendoſe, quod non raro contigit, deſcripta fuerit, mirum videri non debet, *Benedictum* VI. vel VII. *Cæſarium* Archiepiſcopum Tarraconenſem non appellaſſe, quia vanus ille titulus a Pontifice datus Cataluniæ Epiſcopos non turbare non potuiſſet. Verum eæ literæ de falſitate ſuſpectæ videntur, eoque tantum fine confictæ, ut monaſterii Rivipollenſis Abbates, magis ac magis, in poſſeſſione Monaſterii S. Cæciliæ confirmarentur Nam præter ſubſcriptionis falſitatem reſcripti ſtylus ab eo diſſonat, quo temporum illorum Pontifices Romani utebantur; Pontifices quippe Romani neque ſucceſſoribus poteſtatem res prout ſibi melius viſum fuerit, ſtatuendi, auferre poſſunt, neque eoſdem excommunicant; & tamen in iiſdem literis legitur: *Statuentes Apoſtolica cenſura ſub divini judicii obteſtatione & anathematis interdictione, ut nullus unquam noſtrorum ſucceſſorum Pontificum præſumat aliquam vim aut invaſionem in rebus ipſius monaſterii facere*. Tum de Abbate monaſterii S. Cæciliæ ſcribit, *vel a noſtra matre Eccleſia Romana, vel a quocumque voluerit Epiſcopo per noſtram auctoritatem libere ordinetur*. Non memini autem me legiſſe aliquem Pontificem Eccleſiam Romanam *Matrem ſuam* appellaſſe, ſed tantum *Matrem veſtram*. Denique anno MXXIII. quo *Berengarius* Comes Barcinonenſis partibus auditis Abbatiam S. Cæciliæ monaſterio Rivipullenſi adjudicavit, ut videre eſt in ejuſdem Berengari literis mox memoratis, monaſterii S. Cæciliæ Monachi nulla privilegia exhibuere adverſus Rivipullenſes, ſed in ſola poſſeſſione, in quam per vim immiſſi fuerant, totum ſuum jus fundarunt. Quod ſi paucos ante annos *Benedictus* VI. vel VII. aliquid in favorem monaſterii S. Cæciliæ ſtatuiſſet, hac in cauſa tacitum non fuiſſet. Quiſque tamen judicio ſuo hac in re fruatur, dummodo certum maneat, *Concilium Compoſtellanum* anno CMLXXI. coactum fuiſſe. Baronius ejus non meminit, ſed hic tantum de Dedicatione Eccleſiæ Compoſtel. hoc anno facta verba facit. Verum illud nobis prætermittendum non fuit, nec brevius tractari potuit.

XIII. *Ludovicus Provinciæ Rex in Italiam redit.*

Ad num. XV. Luitprandus lib. 2. cap. 10. poſtquam narravit, *Ludovicum* Provinciæ Regem ex Italia receſſiſſe, quod anno ſuperiori accidiſſe diximus, ſubdit: *Modica temporis tranſcurſa intercapedine, Rex Berengarius nominato Adelberto* (Tuſcorum Marchioni) *gravis eſt viſus. Cui rei Bertha conjux ſua, Hugonis Regis, qui noſtro poſt tempore in Italia regnavit, mater non modico fomitem miniſtravit. Unde factum, ut conſulto eodem Adelberto Marchione, ceteri Italienſes Principes propter eumdem Ludovicum, ut adveniret, tranſmitterent. Qui cupiditate regnandi, oblitus jusjurandi venit concitus in Italiam*, ſcilicet hoc anno. Sigonius enim lib. VI. de Regn. Ital. dicit extare Berengarii & Ludovici Diplom. hoc anno conceſſa: Berengarii



*Ludovicus IV. Imp.*

acerrime certatum eſt: defunctis enim anno ſuperiori duobus Imperatoribus Arnulpho atque Widone ſibi invicem adverſantibus, rurſum eadem ex cauſa ruunt in arma Berengarius Dux Forojulienſis, atque Ludovicus Boſonis filius.



De

PAGIUS

rii quidem *quarto Idus Martias*, & *XIII. Kal. Novemb. Veronæ:* Ludovici vero *pridie Idus Octobris Olonnæ*, & *pridie Kalend. Novembris Placentiæ;* quæ Diplomata ab Epiſcopis Mutinenſi & Regienſi obtenta. Baronius ait ex Luitprando lib. 1. cap. 10. *Berengarium*, ut audivit obitum Widonis, veniſſe feſtinum Papiam. Verum id contigit an. DCCCXCIV. qui Widonis emortualis fuit, non vero præſenti. Ait ſecundo Baronius, *Ludovicum* Berengario fugato Romam ingreſſum eſſe, ibique a Summo Pontifice Imperatorem appellatum, teſtari eumdem Luitprandum, cujus locum non laudat. Sed non Luitprandus, verum Regino ad annum DCCCXCVIII. bellum iſtud uno tenore recitans, id aſſerit. Ludovicus tamen a Pontifice coronatus fuit, ut Regino nos docuit, ut ex ejus Diplomatis deducitur; cum Ludovicus ſe ſe Imperatorem in iis non appellaſſet, niſi Romæ inunctus fuiſſet.

XIV. *Coronatur Imperator a Benedicto IV.*

Goldaſtus Tom. 1. Conſtitut. Imperial. pag. 299. hujus Ludov. Aug. Diplo. refert, quo ait, omnia Privilegia a ſuperioribus Regibus conceſſa, *auctoritate noſtra Imperiali rata eſſe omnia jubemus. Dat. Papiæ Kalendis Juliis anno Chriſti nongenteſimo primo, anno Imperii primo*. Quod ſi die prima menſis Julii inſequentis Chriſti anni, imperii ejus annus primus adhuc in curſu erat, currenti poſt eumdem diem Romæ coronatus fuit. Denique hanc inaugurationem ad hunc annum pertinere docet Chronicon Caſaurienſe Tom. V. Spicilegii Dacheriani in quo, dicitur *tertius Ludovicus regni & imperii coronam accepiſſe DCCCC. Dominicæ Incarnationis anno currente*. Quibus etiam verbis liquet, Baronium & *Ludovici* imperium ab anno ſuperiori perperam auſpicari, ut ibidem num. XV. videre eſt, & in fronte cujuſlibet anni eum *Ludovicum IV.* non bene appellare, quia ſcilicet arbitratus eſt, *Ludovicum Balbum* Francorum Regem, tertium hujus nominis inter Imperatores connumerandum eſſe, qui error ejus tempore vulgaris erat; cum tamen *Ludovicus Balbus* corona Regia, non vero Imperiali coronatus fuerit, uti jam expoſuimus. Porphyrogennetus in libr. de Adminiſtr. Imp. cap. XXVI. ait, *Ludovicum non coronatum tenuiſſe Ticinum*, ac poſtea cum *Veronam* veniſſet, oculis privatum eſſe; ſed ea in re manifeſtiſſime erravit, ut ex mox dictis ſequitur. Denique *Ludovicum* poſt ultimum menſis Auguſti diem Romæ corona Imperiali exornatum fuiſſe, ideoque *Benedicto* IV. non vero a *Joanne* IX. ejus Deceſſore ut multi in literas miſere, liquet ex dictis anno DCCCXCVIII. num. IX. [1]

XV. *Poſt menſem Auguſtum currentis anni.*

Verum non prætermittendum hic egregium Ludovici Imp. hujus nominis III. Diploma a Fiorentinio in Comment. de *Rebus ad Mathildem Comitiſſam ſpectantibus*, lib, 3. pag. 114. recitatam, ſcriptumque Lingua Barbara a Thoma Notario ejuſdem Imp. *Anno Imperii Domni Ludovici primo, menſe Februario, indict. quarta*, anno ſcilicet ſequenti. Hoc ejus initium: *Dum Domnus Ludovicus ſereniſſ. Imp. Aug. a Regale dignitate Romam ad ſummum Imperialis Culminis Apicem per Sanctiſſ. ac ter Beatiſſ. Summi Pontificis, & Univerſalis PP. D. Benedicti dexteram adveniſſet, atque cum eo Reverentiſſ. Patre cum Sanctiſſ. Romanis ſeu Italicis Epiſcopis adque Regni ſui Ducibus, & Comitibus, cæteriſque Principibus & Judicibus, eorum nomina, &c. Et reliqui plures in Palacio, quod eſt fundatum juxta Baſilica Beatiſſ. Petri Principis Apoſtolorum, in Laubia magiore ipſius Palacii pariter cum eodem Summo Pontifice in Judicio reſidiſſet*. Refertur poſtea judicium in deciſione cujuſdam cauſæ habitum. Quo ex Diplomate liquet primo, Ludovicum Imper. non ab alio Pontifice Rom. quam a Benedicto IV. Imperatorem dictum. Secundo, deceptos eſſe, qui ſecundam profectionem Italicam Ludovici ante annum currentem contigiſſe volunt; cum *Benedictus* IV. anno DCCCC. ineunte circiter menſe Auguſto, Pontificatum adeptus fuerit, ideoque poſt menſem illum *Ludovicus* ab eo Imperator dictus ſit. Denique *Ludovicum* cæterorum Imperatorum more Romæ ſupremum dominium obtinuiſſe, & juſtitiam per ſe aut ſuos Miſſos adminiſtraſſe.

XVI. *Refellitur opinio contraria.*

Adverſus hanc noſtram de anno coronationis *Ludovici* III. in Imperatorem, ſententiam obiici poteſt Charta ab hoc Imperatore data, qua *Hugo Marchio* Villamnovam a ſe Eccleſiæ Valentinæ ereptam reſtituit Remegario Valentino Epiſcopo, & quam Jacobus Petitus in Appendice ad Pœnitentiale Theodori Archiep. Cantuarienſis pag. 577. & Chorerius lib. 10. Hiſt. Delphinatus Sect. 13. recitant; hæc enim ejus ſubſcriptio: *Signum Iſaac humilis Gratianopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopi. Sign. Theodulphi S. Ebredunenſis Eccleſiæ conſecrati. Sign. Hugoni inclyti Ducis & Marchionis. Sign. Boſonis Comitis. Sig. Adelelmi Comitis. Sig. Boſonis filii ejus. Sig. Goſelmi. Teudo Notarius hanc ſcripturam fecit jubente Alexandro Viennenſi Archiep. anno incarnat. Dominicæ DCCCCXII. indict. XV. anno XI. regnan-*

NOTÆ

[1] PAgii opinio de anno coronati in Imperatorem Ludovici, quamvis tot aſſerta argumentis, adhuc tamen ex indubitata plurium Diplomatum fide convellitur apud Saxium in notis ad Sigonium t. II. col. 377. Nov. edit. Producit ille diploma duplex Ludovici, alterum quidem datum anno 900. pridie Kal. Novembris Indict. IV. alterum in gratiam Eccleſiæ Cumanæ anno 901. XV. Kal. Feb. Ind. IV. in utraque autem Regem ſe tantummodo, non Imperatorem Ludovicus appellat, duo demum titulo inſignitur in Diplomate pro Eccleſia Bergomenſi expedito die X. Kal. Junii anni 901. ſicut & in altero lato anno 901. exeunte Februario; adeoque coronatus Imperator fuit intermedio tempore a medio Januario ad exitum Februarii anni 901. Neque contrarium evincunt Chartæ illæ, quas producturum ſe ad A. 902. Pagius hic num. 16. ſpondet; in illis enim annus quidem Ludovici ſecundus, cum anno 902. illigatur ſed omnes poſt Februarium illius anni datæ ſunt; quo menſe annus Ludovici ſecundus jam cœperat. MANSI

De his agens Luitprandus, hæc in primis habet de Berengarii conatu: *Vvidonis obitum Berengarius ut audivit, venit feſtinus Papiam, Regnumque potenter obtinuit*. Et alibi: *Inter Ludovicum & Berengarium in Italia plurimæ*

PAGIUS *gnante domno noſtro Ludovico Imperatore. Actum Vienna feliciter in Dei nomine*. Si enim eo Chriſti anno Ludovicus Imp. undecimum tantum Imperii ſui annum numerabat, illud ante annum CMI. non ſuſceperat. Verum eum anno anteriori coronatum fuiſſe ex Chartis an. CMII memorandis certo deducitur, & ex mox dictis omnino ſequitur. Loco itaque *anno XI. regnante domno noſtro Ludovico Imp.* legendum *anno XII. regnante domno noſtro Ludovico Imp.* obiter obſervabis, *Theodulphum* prætermiſſum fuiſſe a San-Marthanis in Catalogo Archiep. Ebredunenſium. Secundo, *Hugonem* iſtum Ducem & Marchionem alium non eſſe, quam Hugonem, qui poſtea Italiæ Rex fuit, & vocari Marchionem ac Ducem, quia tunc erat Comes Provinciæ, ideoque Comites Provinciæ primæ ſtirpis ab hoc Hugone inchoandos eſſe, non vero ab aliis Comitibus vel fictitiis, vel qui poſt eum Comitatui Provinciæ præfuere, ut magis infra declarabitur. Ad errorem Chronologicum, qui in prædicta Charta cubat, neque Chorerius, neque Petitus, animum advertere, quia horum Imperatorum Italicorum Chronotaxis hactenus valde obſcura fuit.

XVII. *Hungari in Italiam & Bajoariam irrumpunt.* Continuator Freherianus Annaliſtæ Fuldenſis Opus ſuum his verbis hoc anno abſolvit: *Bajoarii per Boemanniam ipſis ſecum aſſumtis, regnum Marahavorum cuncti per tres hebdomadas devaſtantes irruperunt. Tandem cum omni proſperitate domum reverſi ſunt. Interim vero Avari, qui dicuntur Ungari* (vides Hungaros ejuſdem fuiſſe originis ac Avares) *tota devaſtata Italia, ita ut occiſis Epiſcopis quamplurimis Italici contra eos depellere molientes, in uno prælio una die ceciderint XX. millia. Ipſi namque eadem via, qua intraverunt Pannoniam, & maxima parte devaſtantes, regreſſi ſunt. Miſſos illorum ſub dolo ad Bajoarios pacem optando, regionem videlicet ad explorandum tranſmiſerunt. Quod, proh dolor! primum malum, & cunctis retro tranſactis diebus inviſum damnum Bajouvarici regni contulit. Igitur ex improviſo cum manu valida, maximo exercitu, ultra Anſeum fluvium, regnum Bajouvaricum hoſtiliter invaſerunt, ita ut per quinquaginta milliaria in longum & in tranſverſum igne, & gladio cuncta cædendo & devaſtando jam una die proſtraverint. Quod comperientes ulteriores Bajouvarii dolore compulſi, e contra feſtinare diſponunt. Sed hoc Ungari præcognoſcentes, cum his quæ deprædaverunt, redierunt, unde venerunt ad ſua in Pannoniam.*

XVIII. *Victoria Chriſtianorum de Hungaris.* *Interim vero quædam pars de exercitu illorum de Aquilonari parte Danubii fluminis partem illam devaſtando prorupere. Quod ut Luitpoldo Comiti compertum foret, moleſte hoc patiendum ferens, contra exiſſe cum quibuſdam Primoribus Bajovvariorum uno tantum Euchario Patavienſis ſedis Epiſcopo comitante, ultra Danubium eos inſequendum ſe tranſpoſuit. Conſertoque illico cum illis prælio nobiliter dimicatum eſt, ſed nobilius triumphatum. Nam ut prima congreſſione belli tanta Dei gratia Chriſtianis occurrit, ut MCC. gentilium inter occiſos, & qui ſe in Danubio merſerunt, perempti inveniantur. Vix tantum unum de Chriſtianis occiſum in apparatu belli inveniunt, in Cœlo inde Deo gratias clamantes ferebant: qui non in multitudine hominum, ſed miſericordiarum ſuarum pietate, bene ſperantes in ſe ſervaſſet.* Cætera deſiderantur. Liutprandus lib. 2. cap. 2. narrat Hungarorum de Ludovico Germaniæ Rege Arnulphi filio victoriam & capp. 4. & duobus ſequentibus, quæ geſta fuerint in Italia, quando eam Hungari invaſere. Baronius hoc bellum Italicum in annum CMII. differt ut ibidem num. XVI. videre eſt. Regino vero illud in annum CMI. reiicit. Verum Hermannus Contractus juxta editionem Piſtorianam cladem Hungaricam huic anno recte affigit, & in editione Caniſiana tam bellum Italicum, quam Bajoaricum cum hoc anno accurate copulat.

Sed utramque cladem hoc anno Chriſtianis illatam, extra omne dubium ponit Epiſtola *Theotmari* Salisburgenſis Archiepiſcopi & aliorum Epiſcoporum Bajoariæ ad Joannem IX. Papam data, quæ a quibuſdam Joanni VIII. perperam inſcribitur. Legitur Tom. IX. Concil. pag. 498. ex eaque quo in ſtatu res hoc anno in Italia & Bajoaria fuerint, clare perſpicitur. Continuator Freherianus laudatus ad annum DCCCXLVIII. ait: *Engilmarus Patavienſis Epiſcopus obiit, in cujus locum VVihingus quidam Alamannus contra inſtituta patrum prius Marahunenſis ab Apoſtolico* (ideſt, Joanne VIII. anno DCCCLXXX. Nitrienſis Epiſcopus creatus, ut eo anno diximus) *deſtinatus Epiſcopus, Rege concedente ſucceſſit. Sed non multo poſt a Deolmaro Archiepiſcopo* (nempe Salisburgienſi) *ceteriſque ſuffraganeis ſuis, contra voluntatem Regis canonicali judicio abjectus, ac Richardus ad eamdem ſedem Epiſcopus in id ipſum tempus ordinatus eſt.* Verum loco *Richardi*, & numero præcedenti loco *Eucharii* ſubſtituendus *Richarius*, ut appellatur in literis Theotmari, de quibus agimus, & in aliis quarum mentionem facit Aventinus in Annal. Bojorum lib. 4. XIX. *Bajoarii conqueruntur de novis Epiſcopatibus apud ſe erectis.* Conquerebantur itaque Bajoarii, quod Joannes IX. *VVibingum* ſeu *VVichinum* Epiſcopum Moravorum Nitriæ reſidentem in Epiſcopatum Patavienſem tranſtuliſſet, & ex uno Epiſcopatu Patavienſi quinque feciſſet, & hac occaſione de ſtatu Bajoariæ & Italiæ verba faciunt. *Venerunt*, inquiunt, *ut ipſi promulgaverunt, de latere veſtro tres Epiſcopi, videlicet Joannes Archiepiſcopus, Benedictus & Daniel Epiſcopi in terram Schlavorum, qui Maraci* (ideſt Moravi) *dicuntur, quæ Regibus noſtris, & populo noſtro, nobis quoque cum habitatoribus ſuis ſubacta fuerat, tam in cultu Chriſtianæ religionis, quam in tributo ſubſtantiæ ſæcularis, quia exinde primum imbuti.* Paulo poſt: *Intrantes prædicti Epiſcopi in nomine veſtro, ut ipſi dixerunt, ordinaverunt in uno eodemque Epiſcopatu unum Archiep.* (*ſi tamen in alterius Epiſcopium eſſe poteſt*) *& tres ſuffraganeos ejus Epiſcopos, abſque ſcientia Archiepiſcopi, & conſenſu Epiſcopi, in cujus fuerunt diœceſi.* Porro hanc irruptionem hoc anno contigiſſe accurate notavit Hermannus Contractus in fuſiori Chronico.

Paucis interpoſitis: *Anteceſſor veſter* (nempe Joannes VIII.) *Zventibaldo Duce impetrante* XX.

(qui



*mæ congreſſiones fiunt. Noviſſime Ludovicus Berengarium fugat, Romam ingreditur, ubi a ſummo Pontifice coronatus, Imperator appellatur.* Hæc ipſe de

PAGIUS (qui in lietris ejuſdem Joannis VIII. a nobis ſuo loco memoratis *Sfentapulcrus* dicitur, quod invicte confirmat, Zventibaldum & Sfentopulcrum unius ejuſdemque Principis nomen fuiſſe) *VVichingum conſecravit Epiſcopum, & nequaquam in illum Patavienſem Epiſcopatum eum tranſmiſit, ſed in quandam neophytam gentem, quam ipſe dux domuit bello, & ex Paganis Chriſtianos eſſe patravit.* *Verba faciunt de irruptione Hungarorum in Italiam.* Poſt aliqua alia ſubjungunt: *quod nos præfati Schlavi* (nempe Moravi) *criminabantur, eum Ungaris fidem Catholicam violaſſe, & per canem ſeu lupum, aliaſque nefandiſſimas & ethnicas res, ſacramenta, & pacem egiſſe, atque ut in Italiam tranſirent, pecuniam dediſſe: ſi vobis coram poſito, ratio inter nos agitaretur ante Deum, qui cuncta novit antequam fiant, & coram vobis, qui vicem ejus Apoſtolicam tenetis: eorum falſitas manifeſtaretur, & innocentia noſtra probaretur. Quia enim Chriſtianis noſtris longe a nobis poſitis ſemper imminebant, & perſecutione nimia affligebant, donavimus illi nullius pretioſæ pecuniam ſubſtantiæ, ſed tantum noſtra linea veſtimenta, quatenus aliquatenus eorum feritatem molliremus, & ab eorum perſecutione quieſceremus.*

XXI. *Facta ea Joanne IX. adhuc vivente.* Denique poſt aliqua alia adverſus Moravos dicta, ſcribunt: *Quando vero Ungaros Italiam intraſſe comperimus, pacificare cum eiſdem Schlavis, teſte Deo, multum deſideravimus, promittentes ei propter Deum Omnipotentem, ad perfectum indulgere omnia mala contra nos, noſtroſque acta, & omnia reddere, quæ de ſuis noſtros conſtaret habere, quatenus ex illis ſecuros nos redderent, quamdiu Longobardiam nobis intrare, & res Sancti Petri defendere, populumque Chriſtianum divino adjutorio redimere liceret.* Dein concludunt, rogantque Pontificem, ut ex uno Epiſcopatu quinque non fiant, neve Moravis fidem aliquam adhibeat. Ex quibus liquet, Hungarorum in Italiam & Bajoariam irruptionem hujus anni initio factam, & *Joannem* IX. Papam menſibus ſaltem Maii & Junii adhuc in vivis fuiſſe. In eodem Tomo IV. Concil. pag. 496. refertur Epiſtola *Hattonis* Moguntini Archiepiſcopi, ejuſque ſuffraganeorum ad Joannem IX. Papam, qua ei mortem Arnulphi, quæ exeunte anno ſuperiori contigit, & elevationem in Regium ſolium *Ludovici* ejus filii communi omnium conſenſu in Comitiis Regni, quæ initio hujus anni habita ſunt, peractam ſignificant, dolentque *Maravenſes* ſe ſe jactare ſeorſum Metropolitanum ab illo obtinuiſſe. Sed in illa Epiſtola de invaſione Hungarorum mentionem non facit *Hatto*, ideoque ex ea tantum probari poteſt, *Joannem IX.* prioribus hujus anni menſibus adhuc ſuperſtitem fuiſſe.

XXII. *Joannes IX. PP. moritur.* Verum eum ſaltem ad initium menſis Auguſti vitam prorogaſſe, certo oſtendit ejus ad Heriveum Remorum Archiep. Epiſtola ibidem pag. 483. recitata, in qua *Joannes* IX. reſpondet ad ejus conſulta de *Nortmannis* nuper ad fidem converſis, quorum alii baptizati fuerant & rebaptizati, & poſt baptiſmum *gentiliter* vixerant; qualiter illis conſulendum ſit. Meminit hujus Epiſtolæ Flodoardus, eamque Baronius anno CMV. num. III. & ſeqq. integram recitat. Quare cum *Heriveus* die ſexta menſis Julii præſentis anni, ut num. V. videre eſt, Remenſis Archipræſul conſecratus fuerit, *Joannes* IX. ante initium menſis Auguſti ad ejus Epiſtolam reſpondere vix potuit. [1]

XXIII. *Ei ſuccedit Benedictus IV.* Cum itaque Joannes IX. *annos duos & dies quindecim* ſederit, ut in variis Catalogis legitur, mors ejus ab initio menſis Auguſti currentis anni, ſicut Pontificatus illius initium a medio circiter Julio anni DCCCXCVIII. removeri non poſſunt, ut exordium Pontificatus Sergii III. de quo infra, evidenter oſtendit. *Joanni* IX. poſt paucos dies ſucceſſit *Benedictus IV.* quia cum Imperium Occidentale vacaret, Legati Cæſarei, qui ordinationi aſſiſterent, expectandi non fuere. Imo uſque ad Leonem VIII. Papam decretum Stephani VI. a Lamberto Aug. procuratum effectum non habuit, ut infra viſuri ſumus. Baronius mortem *Joannis* IX. anno CMV. conſignat, eique annos tres & dies quindecim attribuit, ut ibidem num. I. legere eſt. Verum poſterius Hermannum Contractum, Marianum Scotum, omneſque Catalogos contrarios habet, prius vero demonſtrationes certiſſimas.

*Benedictum* vero IV. die triceſima menſis XXIV.

Au-

NOTÆ [1] QUamvis ex geminis literis Benedicti IV. a Pagio hic §. 24. laudatis optime evincimus Joannem IX. anni hujus Auguſtum menſem non exceſſiſſe. Adhuc tamen adverſus ſinceritatem utriuſque hujus Epiſtolæ ad chronicos characteres quod attinet, monumentum proferre licet, quod maximi futurum ponderis in re præſenti arbitror. Cl. Creſcimbeni in Commentario Baſilicæ S. Mariæ in Coſmedi lib. 2. cap. X. pag. 81. erutum non ante multos annos vetuſtum marmor in ruinis proximæ ædis S. Valentini Mart. profert, in cujus fine hæc leguntur: *Tempore Pontificis Noni Sumiq. Joh. eſt ſacrata die ſupremo hec Aula Novembris, du quita elabente Indictio curreret annum.* Indictionem quintam pro quarta appoſitam hic eſſe vix dubito cum anno 901. die illa Novembris Indictione quinta ſignato non Joannes, ſed eo defuncto Benedictus ſacris præeſſet ut Diploma Lucenſe a Pagio hic §. 15. productum demonſtrat. Inſuper Eccleſiarum conſecrationes ætate illa Dominica die agebantur, ut non uno loco notat Pagius. Dies vero ſuprema Novembris anno Chriſti 900. indictione quarta ſignato non vero anno 901. indictionem quintam præferente in Dominicam recidit. Sive ergo lapis reipſa *Quatæ* præferebat; uno crure majuſculæ literæ *A* vetuſtate eraſo ſpeciem literæ *I* legentibus præbuit; ſive ſculptoris oſcitantia *Quita* pro *Quata* irrepſit; quartam omnino indictionem legendam hic eſſe omnibus perſuaſum eſſe arbitror. His vero aſtantibus, inſcriptio literarum Benedicti IV. ferens Benedictum exeunte Auguſto hujus anni Pontificem jam egiſſe, plane mendoſa eſt; cum ejus deceſſor Joannes IX. Novembri exeunte adhuc in vivis egiſſet. MANSI

de Imperio Ludovici, qui eo potitus eſt ( ut ait ) uſque ad annum Domini nongentesimumquartum, quo ab eodem Berengario Imperio captus, oculiſque privatus eſt, ſuo loco dicetur. An-

PAGIUS

*Ante menſem Septembrem.*

Auguſti præſentis anni Eccleſiam Romanam rexiſſe, teſtantur duæ ejus Epiſtolæ ad Galliarum Epiſcopos ac Principes, & ad Clerum & populum Lingonenſem datæ, quæ extant Tom. IX. Concil. pag. 511. priori *Argrinum* Lingonenſem Epiſcopum in Eccleſiæ ſuæ jura omnia reſtituit, & quod ſtatutum fuerat a Joanne IX. ejus deceſſore in ejuſdem Argrini gratiam confirmat. In fine legitur: *Scriptum per manum Sergii, S. R. E. Scrinarii menſe Auguſto, Indictione III. data II. Kal. Septembris, per manum Leonis Dei pietate Primicerii Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, anno domini Benedicti Papæ primo. Anno II. poſt obitum Landeberti Imperatoris Auguſti, Indictione III.* quæ hoc anno uſque ad Kalendas Septembr. obtinuit. Qua ex ſubſcriptione liquet primo, *Lambertum* Imperat. anno DCCCXCVIII. poſt diem XXX. menſis Auguſti peremptum eſſe, quod & ibidem jam notavimus. Secundo, Imperium Occidentale hoc anno eo die adhuc vacaſſe. Tertio, *Benedictum* IV. ante diem XXX. Auguſti Pontificatum adeptum eſſe, quod confirmat alia ejus Epiſtola ad Clerum & populum Lingonenſem, quæ dicitur *data II. Kal. Septembris per manum Sergii Scrinarii S. R. E. indictione tertia.* Quarto poſt eundem diem Ludovicum III. Imperatorem dictum eſſe.

XXV. *Bojoaria ab Hungaris penitus devaſtata.*

Quoad Archiepiſcopatum & tres Epiſcopatus in Parochia ſeu, ut nunc loquimur, Diœceſi Patavienſi a *Joanne* IX. inſtitutos, ii neque ab eodem Joanne, neque a Benedicto IV. ſuppreſſi fuere, ſed invaſione *Hungarorum* hoc anno facta non ſolum Epiſcopatus illi, ſed fere in partibus Bojoariæ remotioribus omnes Eccleſiæ extinctæ, ut teſtatur Aventinus lib. 4. pag.
„ 286. qui legerat literas *Benedicti* VII. Pa-
„ pæ, quæ ad nos non pervenere. De Hun-
„ garorum enim Rege loquens ait: ſuperato
„ Iſtro de improviſo ſuperfudit, Boioſque
„ ulteriores ob fœdus factum, nihil mali ſuſ-
„ picantes, proinde imparatos aggreditur,
„ fundit, trucidat, ducenta quinquaginta
„ amplius millia paſſuum, longe lateque uno
„ die *Bojoariam* infra Anaſſum depopulatur:
„ omnia ædificia incendit, vulgus inermeque
„ cædit, nobilitatem, viros ac feminas in
„ ſervitutem redigit, captivos abducit, Mo-
„ nachos, Sacerdotes cum Templis comburit:
„ adeo ut in Bojoaria Orientali, & Panno-
„ nia, maxima Bojorum provincia ( ubi ha-
„ ctenus quatuor fuerint Pontifices, qua-
„ tuorque Eccleſiaſticæ juriſdictiones, quas
„ tunc Parochias, nunc Diœceſes vocant,
„ quæ Archimyſtæ Bojorum Laureacenſi, E-
„ piſcopo Bathavenſi paruerant ) ne una
„ quidem ædes ſacrata relicta fuerit, eaque
„ regni Bojoariæ pars, quæ ad Eurum ver-
„ gens, inde Auſtria dicta, ita deſerta, ac
„ in ſolitudinem redacta ſit, ut nullum uſque
„ ad Ottonem Magnum, cultorem Chriſtia-
„ num habuerit. Verbis utor Benedicti VII.
„ Pont. Maxim. quæ ad Henricum ſecundum
„ Regulum Bojorum ſcripſit. Paulo poſt ſubdit
„ Aventinus. Servantur in Bibliothecis Bo-
„ jorum publicis; *Hattonis* Archiepiſcopi Mo-
„ guntini, *Theodomori* Archimyſtæ Salisburgen-
„ ſis, *Richarii* Batavenſis, *Valdonis* Fruxi-
„ nenſis, *Erkemvaldi* Aichſtatenſis, *Zachariæ*
„ Sabonenſis ( qui jam eſt Brixinenſis ) Epi-
„ ſcopi Epiſtolæ datæ ad Joannem IX. Pont.
„ Max. in quibus quæ ſcripſi, quæ ipſi præ-
„ ſentes ſenſerunt, quorum maxima pars fue-
„ runt, plus quam tragico more complorant. Ita
„ Aventinus Epiſtola illa ab *Hattone* ad Jo-
„ annem IX. ſcripta nunquam lucem vidit;
„ ea enim, de qua ſupra, data ab eo prio-
„ ribus hujus anni menſibus, nullaque in ea
„ de Hungarorum invaſione mentio. Epiſtola vero *Theotmari* & Suffraganeorum extat, Tom. IX. Concil. & de ea mox egimus.

XXVI. *Moritur Ælfredus Angliæ Rex.*

*Anno domini*: inquit Aſserus in Vita Alfredi Angliæ Regis, *nongenteſimo, Ælfredus veridicus, vir in bello per omnia ſtrenuiſſimus, Rex Occidentalium Saxonum nobiliſſimus: prudens vero & religioſus, atque ſapientiſſimus: hoc anno poſtquam regnaſſet viginti novem annis, & dimidium ſuper totam Angliam, præter illas partes quæ ſubditæ erant Dacis* ( ideſt, Danis ): *cum magno ſuorum dolore, viam univerſitatis adiit die VII. Kalendarum Novembrium, anno regni ſui viceſimo nono, & dimidio: anno vero ætatis ſuæ quinquageſimo primo, indictione quarta.* Ethelvverdus lib. 4. cap. 3. qui Ethelredo Regi, Alfredi fratri, e filio nepos fuit, ait eum de hoc mundo tranſiiſſe *ſeptima die ante ſolemnia Sanctorum omnium*: uterque vero Chronographus Saxo, *ſex noctes ante feſtum omnium Sanctorum*, quod die prima Novemb. celebratur, qua in enumeratione alter diem emortualem includit, alter excludit. Alfordus eum V. Kalendas Novemb. cum Vigornienſi demortuum putat. Verum Aſſerus & Ethelvverdus hoc tempore viventes hac in re falli non potuere, ideoque ſupremum diem obiit Ælfredus *VIII. Kal. Novemb.* ideſt, die XXV. menſis Octobris, qui ſeptimus eſt ante Feſtum omnium Sanctorum, & *VII. Kal. Novemb.* ſeu die XXVI. Octobris ſepulturæ mandatus. Is non pacis ſolum laudibus, ſed belli etiam gloria floruit. Danorum copias continuo in Britanniam influentes, virtute bellica repreſſit, & in maximis occupationum fluctibus, non ſolum liberalium diſciplinarum ſtudia non intermiſit; ſed etiam omnes conatus ad literas in Anglia reſtituendas convertit. Plures libros e lingua Latina in Saxonicam vertit, inter quos Hiſtoriam Bedæ de gente Anglorum, quæ noſtro ſæculo Cantabrigiæ, non parvo Hiſtoriæ Anglicæ bono, edita fuit. Ipſemet Ælfredus in Præfatione ad Paſtorale Sancti Gregorii M. loquens de ignorantia quæ ſuorum ſubditorum animos obnubilarat, ait: *Adeo funditus concidit apud Gentem Anglicanam* ( nempe ſapientia & doctrina ), *ut pauciſſimi fuerint eis Humbrum qui vel preces ſuas communes in ſermone Anglico intelligere potuerant, vel ſcriptum aliquod e Latino in Anglicum transferre. Tam ſane pauci fuerunt, ut ne unum quidem recordari poſſint ex auſtrali parte Thameſis, tum cum ego regnare occœperam. Gratiæ Deo Omnipotenti ſint, quod nunc tandem aliqui in Sede ſint, qui docere queunt.* Ælfredo ſucceſſit Edoardus filius, *litterarum ſcientia multum inferior patre, ſed regni poteſtate incomparabiliter glorioſior*, inquit Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 5. quia vero plures poſt eum ejuſdem nominis Reges in Anglia fuere, Edoardus Ælfredi filius *Edoardus ſenior* communiter appellatur; eoque cognomine ab Edo-



PAGIUS

Edoardo martyre, & ab Edoardo Confeſſore, ſanctiſſimis Regibus, diſtingui ſolet. Porro Ælfredum dictum etiam fuiſſe Alfredum ſupra indicavimus, & ex titulo legum Edoardi ejus filii anno CMIV. recitando, liquet eum *Magni* cognomine exornatum fuiſſe.

I. Theodorus Papa.

ANnus Redemptoris nongenteſimus primus, Indictione quarta incipit, quo defuncto Romano Pontifice, ſubrogatus eſt Theodorus Secundus ejus nominis, patria Romanus, ex patre Photio, qui ſedit tantum diebus viginti. Quonam autem die obierit, antiquorum nemo prodit, recentiorum fides ex divinatione comparata vacillat. Theodoro autem ſubrogatur Joannes Nonus, patria Tiburtinus, patre Rampoaldo, profeſſione monachus, ordine diaconus, de quo ſuo loco plura dicturi ſumus.

Joannes IX. Papa.

II. Nicolaus Myſticus eiicitur.

Eodem anno Nicolaus cognomento Myſticus, ita ex præfectura antea nominatus, Conſtantinopolitanus Epiſcopus cum ſediſſet annos undecim, e throno deponitur juſſu Leonis Imperatoris. Ita habet Græce ſcripta ſeries Conſtantinopolitanorum Epiſcoporum. Quænam autem cauſa præceſſerit ejus dejectionis, narrat Curopalates in ipſo Leonis Imp. *nimirum quod cum Imperator, tertia uxore defuncta, quartam ſuperinduceret, Zoen nomine, eas nuptias Nicolaus Patriarcha benedicere recuſavit, ſed & Thomam presbyterum, qui benedixit, presbyteri honore privavit. Quin inſuper ab ingreſſu Eccleſiæ Imperatorem probibuit: qui licet rogatus, cum recipere in Eccleſiam eum nollet, perſuaſione Samonæ patricii Imperator eum a ſolio exturbatum exulare juſſit; relegarique in monaſterium ab ipſo conditum dictum Galacrenorum. Facta ſunt hæc initio menſis Januarii: Cum nec multo interlapſo tempore, ſubſtitutus eſt in locum ejus Euthymius, vir pius & ſumma virtute præditus, quem ajunt, ſacerdotium renuentem divino fuiſſe oraculo impulſum, ut illud ſuſciperet.* Hæc Curopalates. Fuit iſte Euthymius genere Iſauricus, profeſſione monachus, qui in monte Olympo diu monaſticam vitam exercuit, inde tranſlatus ad monaſterium ad Sinum Aſtatonum poſitum; cumque veniſſet Conſtantinopolim, ab Imperatore cognitus, Patriarchæ Syncellum conſtituit, quo ejecto, ſuffragio totius Eccleſiæ deligitur Patriarcha. Hæc omnia de ipſo habet Areta Cæſarienſis Archiepiſcopus in oratione funebri in ejus tranſlatione habita. Subiicit autem his iſta Curopalates:

Euthymius Patriarcha Conſtantinopolitan.

III.

*Cogitabat Imperator ſibi multis viris ad id operam navantibus, legem ferre, qua liceret homini eidem tres vel quatuor uxores ducere: verum hoc omnibus viribus probibuit fieri Patriarcha.* Hæc cum audis, ne putes introducere ſua lege voluiſſe Imperatorem, ut vir tres vel quatuor uxores ſimul habere poſſet; minime gentium, ſed ſucceſſive, una defuncta, acciperet aliam uſque ad dictum numerum quaternarium. Porro jam antea promulgata ab eodem Imperatore conſtitutio fuerat, quæ prohibuit tertium matrimonium, ut illud contrahentes pœna per ſacros Canones ſtatuta plecterentur; ſic enim ipſa ſe (*a*) habet:

(*a*) *Leo Imper. Conſt.* 90.

IV. Leonis Imper. lex de trigamia.

*Oportebat nos*, & infra. *Multorum brutorum animantium genera, conjuge mortuo, perpetuam viduitatem amplectuntur, alteriſque nuptiis priores velut congeſta terra obtegere nolunt. Verum quoniam hanc imbecillitatem turpem non eſſe, quamquam turpiſſima ſit, exiſtimans natura primo ſuo matrimonio contenta non eſt, ſed nullo pudore tacta,*

*ad*

PAGIUS SÆC.X. Anno Eræ Hiſpan. CMXXXIX. An. Hegiræ CCLXXXIX. inchoato die 15. Decemb. fer. 4. A.C. 901.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6394.

☉ 14. D. ☽ 9. P. 12. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 901.

BENEDICTI IV. PAPÆ 2.

LUDOVICI III. IMP. 2.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 16.

I. *Chronologia Pontificia corrigitur.*

AD num I. *Romanus* & *Theodorus* II. Pontifices Romani anno DCCCXCVIII. e vivis exceſſere, & *Joannes IX.* Pontifex Romanus conſecratus eſt, ut eo anno demonſtravimus.

II.

A num. II. ad IX. *Sancti Nicolai Myſtici* Patriarchæ Conſtantinop. exilium, de quo Baronius hoc anno, poſtulat, ut de quatuor Leonis Imp. uxoribus hic agamus. Leo patre adhuc ſuperſtite *Theophanonem* duxit, ut Leo Grammaticus pag. 473. teſtatur, quod Symeon Logotheta anno XVI. Imperii Baſilii contigiſſe aſſerit. Deinde idem Symeon ad annum ſeptimum Imperii Leonis, ait: *Hoc anno Theophano Auguſta diem obit, cum imperaſſet annos duodecim. Hanc Deus poſt non multos dies miraculorum effectricem reddidit; idcirco nimirum quod zelotypiæ vitio nihil laborans* (Imperator enim Zoem Zautzæ filiam in amoribus habebat) *nec injuriarum quicquam memor, eleemoſynis & orationibus Deo aſſidue vacaret.* Leo Grammaticus pag. 478. affirmat etiam eam annos duodecim cum Leone Sapiente vixiſſe, ideoque ea an. DCCCXCII. animam Deo reddidit; a Græcis Sanctorum catalogo adſcripta ad diem XVI. Decembr. colitur. Sed & *Theophanonis* memoriæ ædem ſacram poſtmodum erexit idem Imperator, ut ſcribit Curopalates pag. 549. Ejus panegyricum conſcripſit *Nicephorus Gregoras*, quod Lambecius lib. IV. Biblioth. Cæſ. pag. 61. tradit aſſervari inter MSS. ejuſdem Bibliothecæ.

*S. Theophano prior uxor Leonis Imp.*

Mor-



*ad ſecundum etiam procedit. Quin cum illam hic ſaltem ſiſtere deberet: non tamen id facit. Et quamquam per ſacram legem non liceat, a ſecundo matrimonio ad tertium prorumpit, haud dubie conſtitutam in tertium matrimonium pœnam, quod non exerceatur contemptui habens, idque eo magis quod civilis lex, qua neſcio de cauſa Spiritus pœnam conſtituentis decreto non conſentiat, ſed hos a reprehenſione porro liberat, qui poſt alterum matrimoniale conſortium a matrimoniis abſtinere nolint. Idcirco quæ Spiritui placent, ſequentes, ſtatuimus, ut qui ad tertium matrimonium pervenerit, pœnæ, quam in ipſos ſacer Canon* (*a*) *promulgavit, obnoxii ſint.* Hactenus Leonis conſtitutio. Verum qui hæc ſanxit, tertia defuncta, adhuc quartam uxorem accepit: cujus rei cauſa a Nicolao Patriarcha ab Eccleſia ejectus eſt, omneſque turbæ illæ ſunt ſubſecutæ in ejus ejectione & Euthymii ſubrogatione, cum ſchiſmate diviſa Eccleſia illa, Nicolao alii, alii vero Euthymio inhærerent.

(*a*) *Conc. Neocæſ. c.* 3. 7. *Baſil. ad Amphil. cap.* 4. 32. *q.* 1. *de his qui.*

At quomodo ſe habuerit quadrigamia iſta Leonis Imp. in conjugum ſucceſſione, ſic accipe ex præambulis Conſtantini in Porphyrogeniti ad edictum unionis.

*Juris Orientis l.* 2. *Novel.*

V. De quatuor Leonis uxoribus.

*Imperator ille doctiſſimus Leo primam quidem uxorem habuit ſanctam Theophanonem, ex qua filiam procreavit. Sed ea cito rebus humanis exceſſit. Itaque cum hæc ſancta mulier migraſſet ad Dominum, Zoæ Styliani Tzautzæ, qui ex proceribus & amicis Imperatoris erat, filiæ jungitur. Illa quoque brevi temporis ſpacio ſine liberis extincta, tertiam duxit uxorem Eudociam ex Opſicii provincia oriundam*, olim dicta Mœonia *formæ nomine ſelectam: quæ in puerperii doloribus una cum infante moritur. Imperator autem ineffabili dolore correptus, quod nullos ſuſtuliſſet liberos, eorum gignendorum deſiderio quartam quoque duxit uxorem Zoan Carbonopſinæ filiam, quæ ei Conſtantinum parit. Verum Patriarcha Nicolaus & Metropolitani Imperatorem ab Eccleſia ſegregant, eamque ſegregationem nonnulli pontificum brevi ſpacio definiendam, non in longum tempus extendendam ajebant, illis in hoc non aſſentientibus. Itaque diſſidia inter eos erant, magnaque ſeditio, atque Imperatorem magnopere deprecantem & orantem alii recipiebant, alii contumaciter reiiciebant.*

VI. Ejecto Nicolao ſubrogatur Euthym.

*Cum autem Princeps ipſe prudens eſſet, atque unde diſcordia pontificum orta eſſet haud ignoraret: loco Patriarcham Nicolaum movet, Eccleſiæque finibus expellit, ut mendacem, & qui multoties quidem jurejurando confirmaſſet, ac promiſiſſet, ſe Imperatori gratiam pœnæ facturum, at totidem vicibus animum mutaſſet, remque data opera extraheret. Ejus loco Patriarcham conſtituit patrem ſuum ſpiritualem Euthymium, virum multis annis exercitatione ſolitaria nobilitatum, denique prophetici ſpiritus participem. Is Imperatorem a pœna facit immunem, atque a vinculo diuturno liberat, & ad communionem admittit. Sed erant adhuc multi ponti-*



PAGIUS III. *Quartæ nuptiæ Leonis Imp. a S. Nicolao Epiſ. Conſtantinop. improbatæ.*

Mortua Theophanone *Zoem* feminam viduam ſibi ſociavit. Erat ea *Styliani* filia, cui Imperator iſtius affinitatis gratia varias dignitates contulit, tandemque honorem *Patris Imperatoris*. Cum Zoe, priori uxore vivente, ſtupri conſuetudinem Imperator exercuerat, vixitque Auguſta annum unum & menſes octo, ut habet Leo Grammaticus, ſeu, ut Curopalates, annum unum & dimidium. Ea vita functa tertiam ſibi *Leo* conjugem adjunxit, nempe *Eudociam*, inſignis formæ feminam, quam & perinde *Auguſtam* declaravit, ut prodit idem Leo Grammaticus. Tandem ea demortua quartam duxit uxorem, *Zoem*, ſcilicet *Carbonopſinam* appellatam, quod Symeon Logotheta *anno decimo ſeptimo* ejuſdem Imperatoris accidiſſe dicit, ideoque anno Chriſti inſequenti. Zonaras de quarto Leonis matrimonio hæc ſcribit: *quartam etiam uxorem ducit Carbonopſinam Zoem, quam non ſtatim honore Imperatorio eſt dignatus, ſed diu ſine diademate habuit, donec filiolum peperiſſet, qui a Patriarcha Nicolao ſacro baptiſmate eſt initiatus*, feſto nempe Luminum, inquit Leo Grammaticus pag. 483. die ſc. Epiphaniæ. Addit Leo Grammaticus: *Eamdem vero Zoem declaravit Auguſtam Imperator, quem ea propter Eccleſiæ liminibus Patriarcha prohibuit*, &c. *Vocatum ad ſe Nicolaum Patriarcham die primo Februarii, precibus inſtabant, ut in Eccleſiam reciperentur.* Subdit idem Leo Grammaticus, cum Imperator Nicolaum flectere non poſſet, eum lintri impoſitum in Hieriam trajeciſſe ad quoddam monaſterium ab eodem Patriarcha conditum, ac in ejus locum *Euthymium* Syncellum ſubrogaſſe.

IV. *Exilium Nicolao anno CMVI. irrogatum.*

Nunc annus, quo hæc accidere, in manifeſtam lucem educendus. Zonaras ait Sanctum *Nicolaum* in monaſterium a ſe extructum tranſlatum, *cum annos undecim Eccleſiæ præfuiſſet.* Quare cum anno DCCCXCV. Patriarcha Conſtantinop. renunciatus fuerit, anno CMVI. in exilium miſſus eſt. Nam Conſtantinus anno CMXI. quo Alexander patruus Imperium iniit, ſeptennis erat, ut teſtantur Leo Grammaticus & Curopalates. Adhæc Symeon Logotheta fidem facit, eum anno XX. Leonis patris in Sancto Theophaniorum die baptizatum fuiſſe, indicatque eum anno antecedenti natum, anno ſc. CMVI. Denique Continuator Anonymus Theophanis in Vita Leonis Imp. de Conſtantino ait: *In cujus ortu Cometes apparuit, radios verſus Orientem ejaculans, dieſque quadraginta ac noctes luxit.* In Chronico vero Floriacenſi a Ducheſnio Tom. III. pag. 355. edito legitur: *DCCCCV. Hoc anno mediante Majo V. feria apparuit ſtella circa ipſum Septentrionem a parte Circii emittens ra-*

*tifices, qui diſpenſationi Patriarchæ non aſſentiebantur: præſertim ii, qui ab expulſi Nicolai partibus ſtabant.* Hæc de his ibi, quibus apertam habes cauſam ſciſſionis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, ita diutius permanentis. ☞ At ex epiſtola ejuſdem Nicolai ad Romanum Pontificem ſcripta, cum ab exilio eſt revocatus in ſuam ſedem, quæ una cum aliis ejuſdem Patriarchæ epiſtolis ad nos ab Aloyſio Lolino Epiſcopo Bellunenſi miſſa ex ſua bibliotheca Græcis libris opulenta, multa narrantur, quæ in recitatis deſuper monimentis deſiderantur; nimirum, antea a Zoe genitum filium, quam de matrimonio cum ea contrahendo, ea fuerint actitata. Inſuper quod cum mirum in modum iiſdem nuptiis idem Patriarcha fuerit refragatus, ab eodem Imperatore fuiſſe legationem miſſam ad Romanum Pontificem, qui ſuper ejuſmodi matrimonium diſpenſaret; inventumque tunc ſedere Sergium, qui miſſa ea de cauſa Legatione Conſtantinopolim, per eam idem quartum Imperatoris contractum cum Zoe matrimonium ratum haberi voluit; curavitque, ut eidem contradicens idem Patriarcha Nicolaus in exilium mitteretur; quod & factum eſt ſtatim. Leges iſta locupletius ſcripta in dicta ejuſdem Nicolai Patriarchæ epiſtola ad Romanum Pontificem data, deſcribenda inferius ſuo loco, eo tempore, quo ipſa reperitur fuiſſe conſcripta, anno videlicet Redemptoris nongenteſimo duodecimo. ☜

VII.

Quod vero ad Theophaniam ſeu Theophanonem primam Leonis conjugem Auguſtam ſpectat, magnæ ſanctitatis femina habita eſt, adeo ut edidiſſe quoque miracula feratur; quorum gratia ubi defuncta eſt, inter Sanctos a Græcis annumerata eſt die decimaſexta Decembris, hoc elogio:

*Beatæ Theophaniæ Leonis ſapientiſſimi Principis ſponſæ memoria.*

VIII. Theophania Auguſta ſancta.

*Beata Theophania Conſtantinopoleos fœtus & Regina, Conſtantini filia fuit illuſtris, trium Imperatorum conſanguinea; cujus mater Anna ſimiliter erat ſterilis, ut illa prior Anna Samuelis prophetæ genitrix, ſed cum viro frequenter orans ſanctam Dominam noſtram Dei Genitricem, quæ præſertim ad Baſſi colebatur, ſanctam concepit Theophaniam, & natam virtutibus inſtruxit, litteras quoque docens. Cum vero Baſilius illuſtris Imperator filio Leoni ſapientiſſimo vellet uxorem conjungere, nec hac meliorem inveniret, ipſam illi deſponſavit. Coronata vero & Imperatrix effecta, pauperum tamen non obliviſcebatur, ſed ſolitam retinens virtutem & eleemoſynam, Deo, qui ſibi cœlorum quoque donavit Regnum, pie famulabatur.* Hæc ibi. Porro Glicas de ejus miraculis meminit. Addit Curopalates, eumdem Imperatorem Leonem in honorem Theophaniæ defunctæ conjugis erexiſſe templum pulcherrimum proximum Eccleſiæ ſanctorum Apoſtolorum.

IX. Leo Imp. in capite percutitur

*Poſt hæc autem in magnum vitæ diſcrimen adductus eſt hoc eodem anno idem Leo*

PAGIUS

*radium magnum verſus Euro-Auſtrum quaſi longiſſimam haſtam inter Leonem & Geminos trans Zodiacum, & viſa eſt ita fere XXIII. diebus.* Ubi tamen in numeros error irrepſit, niſi ipſemet Auctor Anonymus erraverit. Hunc enim Cometem eum eſſe, de quo Continuator Theophanis loquitur, Ducangius in Familiis Byzantinis, dum de Leonis Sapientis familia ſermonem habet, jam animadvertit. Quare Conſtantinus anno Imperii patris XIX. quo Logotheta affirmat Cometem illum apparuiſſe, natus eſt, & in ſequenti Nicolaus Patriarchatu dejectus & in Hieram in monaſterium a ſe conditum relegatus. Sed de anno exilii S. Nicolai rurſus anno CMVI. verba faciemus.

V. *Conjuratio adverſus Leonem Imp.*

Ad num. IX. Simeon Logotheta ad annum XVI. Leonis Imp. narrat, eo ad *S. Mocii* Eccleſiam introeunte, *in Sancta Pentecoſtes proceſſu*, egreſſum quemdam ex ambone craſſum fuſtem in ejus caput impegiſſe, apprehenſumque qui ictum dederat, cum nullum conjurationis auctorem ſociumve detegeret, manibus pedibuſque exciſis combuſtum eſſe. *Ex tunc ergo*, ſubdit Symeon, *iſtiuſmodi proceſſus abrogatus eſt. Aliquanto autem poſt tempore aſcendit ſapientiſſimus ejus Eccleſiæ Oeconomus Marcus, is qui Magnæ Hebdomadæ* ideſt Magni Sabbati) *Tetraodium* (Canonem ſc. quatuor Stropharum) *domni Coſmæ abſolvit, ad Imperatorem; exceptuſque convivio, rogabat ne eam feſtivitatem pompamque abrogatum iret. Abnuente autem Imperatore, ait Marcus, ſic nempe a Davide prædictum erat. Ait enim,* Quanta malignatus eſt inimicus in Sancto tuo? & gloriati ſunt qui oderunt te, in medio ſolemnitatis tuæ? *Eſtque neceſſe, Domine, ut abhinc annos decem imperium teneas. Quod & contigit.* Idem referunt Continuator Theophanis, aliique. Quare cum decennium illud anno CMXI. terminetur, eoque Chriſti anno Imperator obierit, hæc conjuratio huic anno a Baronio recte affixa.

VI. *Duo proceſſionum genera in Aula Conſtantinop.*

Proceſſum illum, qui a Græcis πρόκευσις vocatur magna pompa faciebat Imperator, quando oraturus ad Eccleſiam procedebat, cumque Imperatoris inſignibus, comitantibus Aulicis propriis cuique officio veſtibus ornatis, populo gratulante, & obviam procedente agebat. Hinc Cedrenus, dum de Irene Imperatrice loquitur, ait: *Poſtridie S. Paſchatis, Irene in proceſſione, quæ Eccleſiaſticis inſtitutis celebratur, in Templum Apoſtolorum profecta eſt; atque ſub veſperam in publicum aureo curru quatuor equis vecta eſt, tenentibus currum Patriciis, & donarium in populum miſit*, ſeu hypatiam dedit, Conſulum more miſſilia ſpargens, ῥίψασα ὑπατείαν ἐν τῇ μέσῃ πολλῶν. Proceſſus tamen iſte nihil commune habet cum proceſſu Conſulari, niſi pe-



*Leo Imperator, dum procedens ſolemni pompa ad Eccleſiam ſancti Mocii martyris ex antiqua Imperatorum conſuetudine, ab inſano percutitur vecte in capite, cui prædicitur a Marco Abbate fore, ut non moreretur, ſed ad decennium vitam propagaret; quod & factum eſt. Porro ſolemnis illa proceſſio ab eodem Imperatore ſublata eſt.* Hæc Curopalates & alii pluribus. At de rebus Orientalibus hactenus, ad Occidentales revocatur oratio.

X. Ovetenſe Concilium.

Eodem anno, Menſe Martii, undecim elapſis menſibus poſt Encænia Compoſtella, de quibus ſuperius dictum, celebratum eſt in Gallæcia Ovetenſe Concilium, ut jam a tempore Joannis Papæ Octavi fuerat ordinatum, ſed propter ingruentia bella dilatum. In quo inter alia ex ejuſdem Pontificis conceſſione ipſa Ovetenſis Eccleſia, cum Adefonſus Magnus illic regiam ſedem collocaſſet, Metropolitana aucta eſt dignitate. Interfuit inter alios huic Concilio Theodulphus Epiſcopus Legatus miſſus a Rege Francorum. Reliqui autem, qui ex propinquis Eccleſiis convenere, numerati ſunt decem & ſeptem Epiſcopi. Primum igitur omnium (quod dictum eſt) conſtituta ſede Metropolitana Eccleſia Ovetenſi, Ermenegildus ejus Antiſtes Archiepiſcopus eſt appellatus, ſicque ea dignitas, quæ antea inhærebat Eccleſiæ Lucenſi illi proximæ, in Ovetenſem eſt tunc tranſlata. Actum eſt etiam, ut invigilarent Epiſcopi atque miniſtri ejus Eccleſiaſticæ diſciplinæ; cujus rei perficiendæ cauſa, bis in anno (ut antiqui Canones docent) Synodum cogerent, in qua ea, quæ eſſent emendanda, corrigerent. Additum præterea, ut Epiſcopi illarum Eccleſiarum, quæ fuerant a Sarracenis deſtructæ, Ovetum ſe conferentes, in ea Eccleſia militantes, ſtipem conſequerentur, curantes alias circumpoſitas ſub eadem diœceſi conſtitutas Eccleſias. Accidit autem, ut ex multitudine Epiſcoporum ſedibus carentium, & Ovetum confluentium, dicta reperiatur ab antiquis Ovetum Civitas Epiſcoporum. His conſtitutis, appoſitum eſt anathema ea non ſervantibus. Ab ipſoque Rege hortatorio ad Epiſcopos ſermone dicto, atque ab Ermenegildo jam Archiepiſcopo ejuſdem generis oratione habita, Epiſcopis ex more acclamantibus, laudarunt Regem, qui ingentia latifundia eidem Eccleſiæ Ovetenſi tribuit, & conceſſa a prædeceſſoribus eidem privilegia cofirmavit. His autem & aliis ad politicum totius Regni ſtatum pertinentibus conſtitutis, abſoluta eſt Synodus die decimaquarta menſis Junii, Æra nongenteſima trigeſimanona, præſenti ſcilicet anno Redemptoris nongenteſimo primo. Porro ipſa integra ejuſdem Concilii Acta ab eodem, quem diximus, Sampyro exacte deſcripta leguntur; cujus ad majorem veritatis elucidationem tu legas, quæ ab Ambroſio Morale ſunt declarata, & nomina Epiſcoporum poſita, a quo & quæ ſingulis Epiſcopis ſede carentibus datæ ſunt Eccleſiæ in eadem diæceſi Ovetenſi, ex antiquis pariter monumentis proditur in lucem.

XI. Eduardi Regis dignum facinus.

Eodem anno Eduvardus Rex Angliæ filius Aelfredi Regis in Regem coronatus, ob ſanctimonialis virginis raptum paravit exercitum adverſus raptorem Aethelvaldum Clitonem ſuum propinquum, qui tantum ſacrilegium perpetrarat, adegitque eum licet potentem in fu-



PAGIUS

pecuniarum largitionem. Goarus in Notis ad Codinum de Officiis Conſtantinop. cap. XV. alia hanc in rem exempla in medium adducit, recteque cenſet eum differre ab alio proceſſu, qui a Græcis vocatur πρόκενσος, de quo Cedrenus in Juſtino II. αὖθις βασιλέως ἐπὶ πρόκενσον, ideſt, *rurſum Imperatore proceſſum agente*. Priorem enim proceſſum non reperies, niſi pietatis vel ob accepta beneficia tripudiantis, vel ad depellenda mala deprecantis, gratia ſuſceptum, poſteriorem vero nonnunquam ad ſolam pompam & faſtum, imo quandoque ad luxum, ut liquet ex Leone Grammatico in Leone Sapiente: *proceſſit Leo ad Damiani Palatia*, Λέων πρόκενσον ἐποίησεν *&c. Comitabatur autem Zautzas Regiæ poteſtatis ſocius & collega, & Zoe ejus filia* (Leonis primum pellex & poſtea uxor *Theophano vero ejus uxor ibi non aderat, ſed in Blachernis ad ſacrum conclave longas orationes ducebat.* Sequitur, *cum ibi morari ſtatuiſſet Imperator.* Certe in ſolita Eccleſiæ proceſſione non fuiſſet moratus Imperator, nec ſecum pellicem duxiſſet, aut interim ejus uxor in oratione diutius perſeveraret. Quare non mirum ſi Marcus Oeconomus Monaſterii Sancti Mocii Martyris, quod celeberrimum erat, Imperatorem rogaret, ut proceſſionem quot annis die feſto Pentecoſtes ab Imperatore ad hanc Eccleſiam fieri ſolitam non abrogaret.

VII. *Concilium Ovetenſe II. fictitium.*

Ad num. X. & ſeq. In Hiſtoria Sampiri Aſturicenſis Epiſcopi, a Sandovallio Epiſcopo Pompeiopolitano edita cum aliis quatuor Hiſpanicis Scriptoribus, unici *Concilii Ovetenſis*, in quo *Hermegildus* Archiepiſcopus conſecratus, ejuſque Eccleſia Metropolitana declarata, mentio eſt. Verum Baronius, qui hanc editionem non viderat, prorſus excuſatione dignus, ſed non illi, qui impoſterum ex unico Ovetenſi Concilio duo lectoribus obtrudent. Nihil enim hic Baronius, nec ex eo Collectores Conciliorum habent, quod de verbo ad verbum non legatur, in Concilio Ovetenſi, quod Joanne VIII. Eccleſiam Romanam regente congregatum fatentur. Quare in altera Conciliorum editione expungendum erit, quod de ſecundo Concilio Ovetenſi hactenus in aliis dictum fuit.

VIII.

*Fulco* Remenſis Archiepiſcopus primo præſulatus ſui anno Remorum urbem novo circum-

fugam, ſanctimonialemque illam in ſuum monaſterium, quod ſancta Cuthburga Inæ Regis germana conſtruxerat, revocavit. Hæc pluribus ex antiquioribus monumentis Matthæus Weſtmonaſterienſis hoc anno.

Re-

PAGIUS *Tranſlatio S. Remigii Archiep. Remenſis.*

cumdedit muro, ut Normannis reſiſtere poſſet, & corpus *Sancti Remigii* ex Orbacenſi monaſterio a S. Reolo Archiep. Remenſi olim condito, in quod e Sparnaco, villa Diœceſis Remenſis tranſlatum fuerat, Remos, magna pompa retulit; hoc vero anno, Normanni quieſcentibus, *Heriveus* Fulconis ſucceſſor ſacras Reliquias e matrice Eccleſia, ad locum ſepulturæ revehendas voluit, ut liquet ex hac inſcriptione exarata in Cruce lapidea literis Gothicis, in loco ubi tunc claudus quidam ſalutis donum recepit: *Nongento primo anno incarnati domini, ſub quarto Kalend. Januarii, ſecundaque ſabbati, glorioſo ab hac urbe delato corpore, domini noſtri, ac Patroni beati Remigii, cum honore dignitatis utriuſque ordinis concurrebat plebs devote Heriveo Præſuli, Carolo Rege ſubſequente, cum Richardo Principe* (Duce ſc. Burgundiæ) *Chriſto laudes una mente jubilando conſone. Cum fuiſſet huc perlatum pignus Sanctiſſimum, cœlitus virtute lapſa, illico proſiliit* (*miro dictu*) *quidam claudus directis poplitibus, novo greſſu abhinc ſuum proſequens Remedium, cujus ope adjuvemur hic, & in perpetuum.* Ita legitur apud Marlotum lib. 4. Metrop. Remenſis cap. 6.



I. Redemptoris annus nongenteſimus ſecundus ſequitur, Indictione quinta, quo (ut colligitur ex Curopalate atque Cedreno) contigit expeditio Himerii a ſecretis Imp. Leonis primarii adverſus Sarracenos, quando revelari contigerunt res admirandæ Theoctiſtes Lesbiæ in eremo Paros inſulæ vitam degentis. Elegans eſt hiſtoria, & omni fide ſcripta a Legato ejuſdem Imperatoris tunc miſſo in Cretam inſulam ad Arabes ibi degentes. Sic enim ſe habet:

II. *Expeditio Himeri in Sarracenos.*

*Cum eſſem aliquando in* (a) *Paro inſula: fui autem. Navigabam enim in Cretam, a beato & pio Imperatore miſſus, qui fuit re vera felix, & civitatem Romanorum ſimul cum ſuo ſepulchro ſepelıit. Mittebar autem, partim quidem ſimul militans cum clariſſimo illo Himerio, viro ducendi exercitus peritiſſimo, qui univerſæ claſſi imperabat, &* (*ut verius dicam*) *ipſis etiam animi perturbationibus. Ne vero ſi de eo quod eſt laudibus dignum, de imperatoria, inquam, ejus virtute leviter, & per tranſitum dixero, ejus parvam faciens mentionem, eum afficiam dedecore, ut qui taceam præclara ejus facinora, quæ non poteſt conſequi oratio: accedo ad præſens argumentum illius mentionem opportune facturus. Mittebar ergo cum illo militaturus, & deducendus ad actiones artis Imperatoriæ, non ſecus ac pullus ad matrem, ad præclariſſima ejus ſtratagemata exiliens. Is autem erat ſcopus & propoſitum beati mei Imperatoris; partim autem legatione functurus ad Arabes, qui tunc tenebant Cretam.*

(a) *Apud Metaph. die 10. Novemb. & Sur. t. 6.*

III. *Parium templum Dei Genitricis ex Pario lapide.*

*Cum autem fuiſſemus in Jo inſula, & ne ulterius pregrederemur, ventus adverſus probibuiſſet, navigavimus in Parum in tranſitu viſuri ſitum inſulæ, & contemplaturi quod illic eſſet templum Dominæ noſtræ Dei parentis. Cum autem delati eſſemus in portum, qui ſpectat ad Naxum* (*is vero ſenſim & paulatim fit profundus, apteque & eleganter ſecedit a fluctu, perinde ac ſi eſſet ad hoc conſtructus, & montis concavitate incluſus, ut facile hiemarent & æſtivarent navigia*) *deſcendimus, & cum Parum proceſſiſſemus, ad templum venimus. Cum autem thurificaſſemus, & de more precati eſſemus, admirantes id circumibamus. Erat vero id aſpectu digniſſimum, & ſervans adhuc reliquias veteris pulchritudinis. Erat enim juſta undique conſtructum ſymmetria, & frequentibus erat fultum columnis ex lapide baſilico; & ſecto lapide veſtita erant ejus parietes non ſecus ac columnis. Lapidem vero adeo tenuem & ſubtilem fecerat artifex, ut viderentur parietes induti eſſe textis byſſinis. Marmoreus vero nitor tantum oſtendebat candorem & ſplendorem, ut vel margaritarum ſuperaret*

PAGIUS SÆC.X. Anno Eræ Hiſp. CMXL. An. Hegiræ CCXC. inchoato die 5. Decemb. fer. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6395.

☉ 15. C. ☽ 10. P. 28. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 902.

BENEDICTI IV. PAPÆ 3.

LUDOVICI IMP. 3.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 17.

A.C. 901. I. *Simeon Metaphraſte Legatus Leonis Aug. ad Arabas Cretenſes.*

Anum. I. ad XVI. Surius ad diem X. menſis Novembris recitat Vitam *Sanctæ Theoctiſtes* Lesbiæ, quam Allatius Diatriba de Pſellis, alteraque Diatriba de Simeonum Scriptis pag. 48. & ſeqq. oſtendit, verum fœtum, eſſe Simeonis Metaphraſtes, non vero alicujus Auctoris Anonymi. Partem hujus Vitæ refert Baronius, qui num. XV. eam ſcriptam eſſe a Legato Leonis Imp. tunc in Cretam inſulam miſſo aſſerit. Jam Baronius anno „ DCCCLIX. loquens de *Leone Philoſopho*, „ quo Bardas Cæſar ad literas Conſtantino„ poli reſtituendas uſus, num. LIII. dixerat: „ Ex his pariter habes, Lector, quo tem„ pore vixerit Pſellus, qui fuit magiſter Leo„ nis Philoſophi. Ex quo pariter addiſces „ quo tempore vixerit Metaphraſtes, in cu„ jus laudem Pſellus ipſe orationem habuit, „ qua oſtendit haud pridem eſſe defunctum, „ dum ait, de ejus obitu audiſse eos, qui „ viderunt ejus ad Deum tranſitum. Ita Ba„ ronius. Verum *Pſellus* magiſter Leonis Phi„ loſophi diverſus eſt a Pſello, cujus Ora„ tio Panegyrica de Simeone Metaphraſte extat apud Surium ad diem XXVII. Novembris, quique ſæculo ſequenti floruit, ut ſuo loco demonſtrabimus. *Pſellus* itaque *Junior* Metaphraſtes encomiaſtes diſtinguendus a Pſello Seniori Leonis Philoſophi, qui ſuperiori ſæculo vixit, magiſtro; & Legatus ille, qui *Hiemirum* comitabatur, alius non eſt a Simeone Metaphraſte.

II. *Ætas Metaphraſtes ante paucos annos cognita.*

Ante Allatium & Bollandum in Præfatione ad Vitas Sanctorum Tom. I. Januarii præfixa cap. 1. §. 3. Metaphraſtis ætas parum cognita fuit, ut Allatius in præfata Diatriba de Simeonum Scriptis fuſe oſtendit, ubi varias tam Catholicorum, quam Proteſtantium de eo opiniones refellit. Sed nec de ea Allatium inter & Bollandum ſatis convenit, quia neuter ſciebat Metaphraſtem anno nongenteſimo ſeptuageſimo quinto adhuc in vivis fuiſſe, uti poſt utriuſque mortem legi in Hiſtoria Leonis Diaconi ab obitu Conſtantini Imp. ad mortem uſque Joannis Imp. cognomento Tzimiſcis, quæ extat MS. in Bibliotheca Regia, & ex qua excerpſi quæ ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſupplendam conferre poſſunt.

Va-

*vet fulgorem. Tam egregius erat lapis, vel potius ſtudium artificis, qui etiam contendit naturæ tribuere ſimilitudinem. Cum autem venerandæ & divinæ menſæ, quod eſt ſupra impoſitum tegumentum, intra portam vidimus, ſtupuimus elegantiam: ita erat ornatum, ut non videretur habere naturam lapidis, neque ferro & arte & manibus eſſe exciſum, ſed ſimile erat cuidam ſucco lacte commixto, cujus ſuffuſio fabrefacta erat ad tecti figuram. Tali ergo lapide vidi aliquando lunam currum agentem tauris.* At hic obiter in mentem venit quod dicebat Cicero lepide ſatis admiranti muros civitatis inſulæ Pari ex candidiſſimo Pario ſtructos lapide: magis fuiſſe mirandum, ſi ex Tiburtino lapide ædificati fuiſſent; quod ſcilicet, haud admiratione dignum videretur in Paro inſula Pario lapide conſtrui ædificia. Pergit auctor: *Atque jacebat illud quidem confractum. Nos autem cucurrimus, & prope ſtetimus execrantes, & maledictis omnino inſectantes eum, qui contriverat. Erat omne id donarium domo Dei plane dignum.*

IV.

*Cum ergo aſtaremus & admiraremur, & in eum, qui confregerat, exclamaremus: videmus repente monachum profectum e ſolitudine & progredientem nemore & ad nos venientem vultu pallidum, genis macilentis, nudis pedibus, totum ſqualidum, tunica e pilis contexta, ſuperhumerali & capitis tegumento tunicæ ſimilibus. Zona pellicea cintum circa lumbos, perinde ac feram hirſutum, tamquam Angelum propitium: neque enim erat ſimilis viro, qui cibo veſcitur, ſed carnis propemodum experti & exangui, & ut ſemel dicam, virtutum vel ipſius potius Dei habitaculum. Accedens ergo nos ſalutavit; & nos eum viciſſim. Et rogavimus ut diceret, quiſnam eſſet, patriamque & genus, & an ſolus hic viveret. Patriam quidem (inquit) & genus & alia, quibus gloriantur ii, qui habitant civitates, non poſſum dicere: neque enim eſt mihi curæ aliquid ex iis, quæ ſunt in terra, neque delector iis quæ fluunt. Pater mihi & Dominus eſt Deus, cui ſoli vitam ago, propter quem ſolus per hanc errans ſolitudinem pluſ-*

Symeon ſanctus Anachoreta.

*quam*

PAGIUS III. *Expeditio Himerii, & Metaphraſtes Legatio anno CMIV. ſuſcepta.*

Varias *Himerius* Leone Sapiente imperante expeditiones ſuſcepit adverſus Saracenos. Sed ea quam hic memorat Baronius ex Metaphraſte, ipſomet Metaphraſte teſte in Annalibus eidem attributis, & nomine Simeonis Magiſtri & Logothetæ a Combefiſio editis, anno CMIV. ſuſcepta eſt. Idem enim Logotheta ſcribit: *Anno decimo octavo* (nempe Leonis Imp.) *aſcendit navalis Agarenorum exercitus cum Tripolita adverſus Byzantium, &c. Miſſus itaque ab Imperatore in ejus occurſum Euſtathius navalium copiarum Drungarius cum claſſe, & militia armata, quanta in promptu fuit cumque jungendi aciem facultas negata eſſet, re infecta reverſi ſunt. Agareni Abydum appulſi, ex ductoribus ſciſcitantur*, num hac rurſus via reverſuri eſſent, vel alia tenenda quoad patriam redirent. *Auditoque* Hac revertendum eſſe; *via anguſtias veriti (quæ Dei judicia ſunt?) confeſtim verſa puppi revertuntur. Capta direptaque Theſſalonica; multaque civium ſtrage data, plures etiam captivos abducunt. Cumque animus eſſet ut & ipſam urbem everterent, occurrit Simeon eorum primus, qui ſunt a Secretis* (is poſtea Magiſter & Logotheta fuit, vulgoque Metaphraſtes cognominatus). *Is accepta a Rhodophilio auri ſumma centum libras, quam in ciſtella ad Francos deferebat, eaque cum ipſa ciſtella Agarenis data, ejus pretio urbem ac mœnia ab illorum furore exitioque redemit.* Quare cum Annaliſtæ Byzantini annos Imperatorum a Kalendis Septembr. cum anno civili exordiantur, Leo annum Imperii XVIII. Kalendis Septembr. ſequentis Chriſti anni inchoavit; anno CMIV. aperiente ſe vere *Himerium* cum claſſe adverſus Agarenos miſit; hique die viceſima nona menſis Julii illius anni, ut tunc demonſtrabimus, *Theſſalonicam* diripuerunt, & niſi Simeon Logotheta Imperatoris pecunia bene uſus impediſſet; eam evertiſſent. Idem ac Simeon Logotheta narrant alii Hiſtorici Byzantini licet annum non exprimant, immo & Joannes Cameniata teſtis oculatus in libello de *Excidio Theſſalonicenſi*, ubi Simeonem magnis laudibus exornat. Porro mirum videri non debet, quod Simeon Logotheta in tertia perſona de ſe ipſo loquatur; cum hoc olim familiare Hiſtoricis fuerit, ut non ſemel monuimus. Illud mirum quod Simeon, qui in Vita S. Theoctiſtæ virginis de ſe ipſo in prima perſona loquitur, & quæ paulo ante captam Theſſalonicam egerit, refert, hic ea omnia ſilentio premat, & tam parce de *Himerio* celeberrimo Duce verba faciat. Quare non parva mihi ſuſpicio eſt Annales illos ab eo ſcriptos non fuiſſe. Adhæc loco, *eorum primus, qui ſunt a ſecretis*, legendum, *eorum unus qui ſunt a ſecretiis*, ut infra demonſtrabo.

IV. *Allatius Metaphraſtem tunc ætate grandiorem fuiſſe cenſet.*

Hæc ejuſdem Simeonis verba in Vita S. Theoctiſtæ, quæ recitantur a Baronio num. I. & quæ hic ad majorem dicendorum intelligentiam prætermittere non poſſumus: *Cum aliquando in Paro eſſem inſula: fui autem, nam in Cretam navigabam a Leone beatæ memoriæ eo miſſus, Leone, inquam, illo vere fortunato Imperatore, qui ipſam Romanorum felicitatem ſecum videtur in ſepulcrum intuliſſe. Mittebar autem una militans cum clariſſimo illo Himerio utpote ducendi exercitus peritiſſimo, Dromi Præfecto, qui & univerſæ claſſi imperabat, aut, ut verius dicam, ipſis animi perturbationibus; ſed nec multis efferendam laudibus illius pueritiam belli adminiſtrandi obiter attingens, levi ejus facta mentione, dedecus ei potius videar inuſſiſſe, ad propoſitam interea narrationem redeo, de eo opportune dicturus alias. Mittebar igitur partim cum eo militans, & ad Imperatoriæ artis documentum aliquod promovendus, ut equuleus* (ſeu equi pullus) *matri ad præclara ejus ſtratagemata aſſiliens: id enim præcipue Auguſtus ſpectabat; partim ut ad Arabas Cretam obtinentes legatione fungerer.* Allatius loco citato

pag.



*quam triginta annis perſevero. Eſt autem mihi nomen Symeon, dignitas autem, humilis monachus & ſacerdos, & miniſter & myſta vivi & incruenti ſacrificii. Nos autem viri virtutem reveriti tam ex verbis, quam ex aſpectu & indumentis. Præterea vero ex exercitatione, & maxime quod erat Dei ſacerdos, ad pedes ejus procidentes, preces poſtulavimus & veniam, quod eum dignoverimus. Ille autem eſt precatus, & porrexit verba exhortationis, & juſſit, ut nos ipſos attenderemus, & non eſſemus triſti & anxio animo. Eſt enim, inquit, Deus miſericors & patiens, & eos, qui ad ipſum convertuntur, ulnis excipit ſicut filium prodigum. Cum has & hujuſmodi alias dediſſet exhortationes, ſiluit.*

V. *Ego autem cum eſſem curioſior, & ſatis pulchre viri mores intelligerem: rogavi magnum, & ſupplex ab eo petii, ut nos doceret aliquid ex iis, quæ ſunt nobis arcana: neque enim mihi videbatur eſſe expers divinæ conſuetudinis. Ille vero: De his quidem, inquit ſatis: nondum enim ſum dignatus talibus. Huc enim veni, ut mea lugerem, non ut quæ ſunt ſupra me quærerem. Hæc autem dicebat, an fingens, an vera dicens. Cum me autem dextera apprehendiſſet, & demulſiſſet, tamquam jam familiaris; etenim ſic eum affecit ſimplicitas: animæ enim magnorum virorum cum ſint participes ejus, quod eſt præſtantius, ad ipſum contendunt accedere, & ipſius primi boni participatione fiunt omni ex parte boni, ſinceri, ſimplices, ſeparati ab his omnibus, quæ ſunt in nobis, quomodo etiam hic magnus, cum eſſet jucundus & bonus, videbatur, deinceps, eo quod eſſet alienus a ſimulatione, eſſe unus ex nobis. Deinde juſſit nos ſedere in*

*ſe-*

PAGIUS

pag. 50. ex his Simeonis verbis deducit, eum Himerii expeditionis tempore natu fuiſſe grandiorem, & mediam hominis ætatem attigiſſe. „ Quis enim, inquit, adoleſcentem cum tanto Duce ſimul militantem? „ Quis imberbem Oratorem ad Reges, & potiſſimum Barbarum miſerit, qui veneranda, barbataque, ut ita dicam forma; in qua credunt ſapientiam, prudentiam, fidemque ineſſe magis flectuntur, quam imberbi ac depile facie, cujus in peragendis negotiis nullam rationem habent.

V. *Secundum Bollandum, non erat tunc ætate provectus.*

„ Bollandus vero ita ratiocinatur: Non erat tunc admodum natu provectus Metaphraſtes, ut qui Imperatoriæ virtutis tyrocinium ponere ſub veterano Duce juberetur. Fuerit tunc XX. aut XXII. annorum; potuit igitur ad ann. Chriſti CMLVII. aut CMLX. vitam deinde producere, atque ita ſub Conſtantino Porpyrogenito Leonis filio tum Theoctiſtes eam Vitam, tum alia Divorum Acta eum elucubraſſe certum videtur; non, ut Allatius ſcribit, ſub Leone & Conſtantino: nam in hac Vita Leonem diſerte τὸν μακαρίτην *felicis memoriæ*, appellat, qua ratione loqui de mortuis ſolemus. Hæc Bollandus. Verum Allatius, qui primus omnium vidit, ipſummet Metaphraſtem ætatem ſuam indicare in Vita ſanctæ Theoctiſtæ, & fundamento adeo ſolido jacto Scriptorum, qui eum anteceſſerant, opiniones evertit, in quibuſdam circumſtantiis peccavit, quas poſtea Bollandus feliciter explicavit. Michael Pſellus Junior, qui orationem in laudem Metaphraſte, ac officium in Eccleſia concinendum compoſuit, in Canonis Ode V. refert illum conſilio atque monitu Simeonis Parii Anachoretæ munus aggreſſum ſcribendi, primum omnium colloquium illud ſcripſiſſe, & Theoctiſtæ Vitam graphyce admodum celebraſſe: *prima tua commentatio ex divina providentia, & colloquio facta eſt ſacri ſenis & Anachoretæ Simeon admirabilis, quem in Paro inſula conſpexiſti.* Adhæc, *pro dignitate laudaſti Lesbiæ illuſtria, & divina certamina, vere Theoctiſtæ, a Deo fabricatæ, quæ Angelicam, & tantum non incorpoream abſolvit ſapienter vitæ rationem.* Cum itaque certum ſit, hanc Theoctiſtæ Vitam a Metaphraſte elucubratam fuiſſe, & quæcumque de ſe Auctor, vel de Himerio contra Arabes anno CMIV. miſſo narrat, eveniſſe tempore Leonis Sapientis, recte concluſit Allatius Metaphraſtem Leone Sapiente imperante floruiſſe, & muneribus ac dignitatibus auctum eſſe. Verum quod ſubdit, ſub eodem ſcriptionem exorſum eſſe, & ſub Conſtantino Leonis filio, & nepote Romano, ætate etiam provectiore abſolviſſe, ſtare non poteſt, & appoſite animadvertit Bollandus, nonniſi poſt Leonis Sapientis mortem Metaphraſtem Vitæ Theoctiſtæ ſcribendæ manum admoviſſe, in eo tamen hallucinatus, quod mortem Metaphraſtis annis pluribus anticiparit; nec animadverterit Luithprandum in ſua ad Nicephorum Auguſtum Legatione anno CMLXVIII. obita, de *Symeone* tanquam tunc vivente verba facere, ut eo anno videbimus.

VI. *Noſtra de hoc diſſidio ſententia.*

Cum itaque *Metaphraſtem* anno nongenteſimo ſeptuageſimo quinto menſe Auguſto adhuc in vivis fuiſſe certum ſit, ut eo anno oſtendam, in lucem prodierat circa annum octingenteſimum octogeſimum primum; anno hujus ſæculi quarto miſſus eſt cum *Himerio* adverſus Agarenos, & uti Legatus ad Cretam inſulam, cum jam annum ætatis XXIV. attigiſſet; tandemque anno CMLXXVI. aut inſequenti, nonagenario major vivere deſiit. Hujus vero expeditionis tempore Metaphraſtem ad annum ætatis circiter XXIV. perveniſſe indicat Pſellus in ejus Encomio cap. 5. ubi teſtatur, eum primum negotiis publicis adhibitum ſplendidam in aula Cpolitana provinciam ſuſtinuiſſe, & Imperatoris Secretorum fuiſſe conſcium: *Neque civiles cauſas fingens & refingens, neque inaniter fungens munere Rhetoris, generis quidem decore utebatur omnino ad benefaciendum; virtutem autem quam ſibi paraverat e diſciplinis, habuit protinus occaſionem ſplendoris & magnificentiæ. Nam cum Imperatoribus evaſiſſet amabilis, ejus fidei committuntur, quæ ſunt omnium maxime honorabilia; ut qui prope tribunal quidem ſtaret propter ſapientiam: Reip. autem adminiſtrationem propter ingenii ſolertiam & rerum curam acceperit. Et primo quidem præfuit rebus arcanis & ſecretorum conſiliorum fuit particeps, cum Imperatoribus; adeo ut Impe-*

*rato-*

*ſedibus arte non elaboratis, ſed quæ ſe forte obtulerunt. Erant autem lapides & columnæ, ex eo, quod corruerat, & herba denſa & viridis, & fons, ex quo ſcatebat aqua dulcis ad bibendum, & totus locus erat plenus quiete, & ſilentio, & divinis dignus narrationibus. Cum ergo ſediſſet ſuper herbam, & me juxta ſedere feciſſet, videbatur lætari quod in nos incidiſſet. Fixis autem ego eum intuens oculis: tempus eſt tibi, inquam, o pater, narrandi ſi quid hic vidiſti pulcrum & dignum, quod referatur. Sed jam loqui incipe, & refer: quiſnam confregit menſæ divinæ operculum; quænam eſt ea fera & agreſtis anima, & quæ auſa eſt tale opus confringere? etenim cogitabam eum paulatim inducere ad perfectiora. Ille vero dicere cœpit.*

VI. Nyſiris Dux Arabum tegumenti altaris fractor. *Audiſti de illo Nyſiri, qui imperavit Cretæ copiis navalibus. Is cum hic fuiſſet, & admiratus eſſet ejus elegantiam, in animo habuit id in Cretam tranſmittere. Poſtquam autem portas eſt dimenſus, & deinde hoc ſacrum & divinum tectum, & pulcre viſum eſt ſe habere: dejecit humi, & ad portas traxit, ut duceret. Id vero repente factum eſt majus, & majus, idque ſæpe, donec tamdem ceſſit Arabs. Cum autem fruſtra laboraſſet, & ſcopum non potuiſſet attingere) nolebat enim, ut videtur, res divina*

PAGIUS *ratori renunciaret ea, quæ afferebant exteri, & rurſus exteris ea, quæ jubebat Imperator: & erat velut quoddam accuratum vinculum adminiſtrationis. Atque orbis quidem ſolaris pars quædam eſt alibi, pars vero eſt apud nos; ille vero ipſe totus erat apud Imperatorem & in ipſis negotiis.*

VII. *Metaphraſte anno ætatis circiter XXIV. Legationem obiit.* Metaphraſte non modo civilem in exequendis rebus, ſed etiam militarem in propulſandis hoſtibus, ſubigendiſque populis operam Imperatori navabat: *quomodo enim*, ſubdit Pſellus cap. 5. *ſuperius ſignificavit oratio, verſatile, & ad omnia accommodatum habuit ingenium, adeo ut & prius conſultaret, & exequeretur ea, quæ conſultata fuerunt, & Barbaros procul propulſaret a finibus Romanorum, alios autem ſuperaret, aut copiis aut artibus, & gentes in ſuam redigeret poteſtatem, temporibus & rebus dexterrime uti poſſet.* Ad hæc Joannes Cameniata in libello de Excidio Theſſalonicenſi, narrata hujus urbis, in qua ipſemet tunc erat, expugnatione, quam jam anno CMIV. accidiſſe diximus, num. LXII. loquitur de Simeone, cujus opera liberati fuere captivi, aitque: *venientibus nonnullis poſt urbis excidium, qui ejus utcumque ruinam caſumque evaſerant, ſuoſque captivos redimentibus, una cum eis advenerat vir, cui Symeoni nomen erat, adulta prudentia & multarum rerum experientia celebris. Ille paulo ante ab Imperatore, negotii cujuſdam neceſſarii cauſa miſſus fuerat* (ad Cretam nempe inſulam) *de quo nihil impræſentiarum dicere intereſt.* Paulo poſt refert, Symeonem obtinuiſſe a Leone Tripolita Agarenorum Præfecto, ut fieret captivorum permutatio: *Unus ego*, inquit Symeon ad Tripolitam, *hanc in me ſponſionem recipio, ut qui clementiſſimi Imperatoris in omnibus humanitatem explorate compertam habeam: fore nimirum ut citra omnem dubitationem jurgiumque tanto numero vinctos Agarenos contribuat, quanto ſunt quos hic in ſpoliis habetis captivos: quos ego ipſe Tarſum adducam, ut in me rurſus fidejuſſio diſſolvatur, nihilque in me proferre poſſis, poſtquam debitum exſolvero, &c. His nequiſſimus ille auditis, ſuaſoque Symeone, ut pacta illa ſcripto conſignata jurejurando firmaret, omnes illos, qui ex nobis juſtum numerum excedebant, dimitti mandavit.* Quæ omnia Metaphraſtem annum ætatis XX. aut XXII. tunc egreſſum eſſe manifeſte inſinuant.

VIII. Neque miſſus eſt cum *Himerio*, ut militiæ tyrocinium poneret, ſed ut ad artem ſtrategeticam, ideſt Imperatoriam quamprimum promoveri, poſſet, uti Allatius pag. 57. ex verbis ipſiuſmet Symeonis deducit: τȣ̃τε μὲν ἐκείνῳ συςατρεϐόμενος, καὶ προϐιϐαζόμενος εἰς πεῖραν ςρατηγικὴν, οἷα πῶλος μετρὶ πρὸς τὰ γενναιότατα τῶν ςρατηγημάτων συσκαίρων. *Ad dignitates militares promovendus erat.* *Partim cum eo militans ad Imperatoriæ artis documenta promovendus, ut equuleus matri ſolet ad præclariſſima ſtratagemata aſſiliens.* Stratagetica enim eſt, ut Leo Imperator, & Onoſander tradunt, ςατρηγῶν ἀγαθῶν ἄσκησις, *ſtrenuorum Ducum exercitatio.* Eoque potiſſimum, quod aſſerat Metaphraſte, non ad πεῖραν ςρατηγικὴν *exercitationem ſtrategeticam*; ſed ad τὰ γενναιότατα τῶν στρατηγημάτων, *ad præclariſſima ſtratagemata.*

IX. *Uxorem habebat & liberos.* Denique Metaphraſte in Vita Sanctæ Theoctiſtes rogatur a *Simeone Anachoreta*, ne ſcribendi onus detrectet, cauſaſque prætendat, quibus ſe a ſuſcipiendo ſcribendi munere ſubtrahat. Cauſas quas poterat afferre Metaphraſtes præcipuæ eſſe poterant dicendi inopiam, ſervitiorum frequentiam (δȣλείας), uxoris, & filiorum moleſtiam, & domus proprias curas. Non dubium, inquit ibidem Allatius, quin ſervitiorum nomine intelligat publica ſibi ab Imperatore in variis negotiis Reipublicæ demandata, ideoque quin non tum primum Legati munere functus fuerit, ſed ſimilibus aſſuetus, atque exercitus, ut ſine mendacio aliquid ſibi imponendi ad excutiendum laborem, denegandumque quod petebatur, ſatis eſſent. Denique altera cauſa eſt, uxor & filii: *Tu quidem fortaſſe ad te excuſandum de non ſuſcipiendo eo, de quo ſum tuam rogaturus charitatem, in medium adduces ſermonum inopiam, aut ſervitiorum occaſiones, aut uxoris, & liberorum, & domus curam: aut aliquas alias cauſas recuſans id, de quo nos te rogamus. Ego autem tibi rerum proſperitatem, fertilitatem, & abundantiam rerum omnium polliceor, & fore ut magnum tibi ſuppetat otium.* Quare qui majora in Republica opera ſuſtinere, & poterat, & ſolebat, quique uxori adjunctus liberos ex illa procreaverat, viginti quatuor ad minus annorum erat, ſed non quadragenarius, aut annos triginta quinque minimum natus, ut credidit Allatius: alioquin centenario major obiiſſet.

X *Fuit Protoſecretarius & Patricius.* Et primum quidem præfuit rebus magis arcanis & Secretarius Imperatoris fuit; quo munere fungebatur tempore Legationis ſuæ Cretenſis, ut teſtantur Leo Grammaticus, Continuator Anonymus Theophanis, Georgius Monachus, & Cedrenus, ideoque in Annalibus Simeonis Logothetæ errore amanuenſium ipſemet Simeon dicitur *eorum primus, qui ſunt a ſecretis*, ſeu ut Græci loquuntur, Πρωτοασηκρῆτις. Idem error irrepſit in Leonem Grammaticum, ubi legitur pag. 482. *Porro Simeon Secretariorum Princeps; qui deinde Patricius & una a Secretis primus extitit.* Nam in laudato Continuatore Theophanis recte legitur: *Simeon a ſecretis illac tranſiens*, &c. *Hic poſtea Patricius ac eorum qui a ſecretis, primus factus eſt.* Idem habet Georgius Monachus, quorum alter alterius verba exſcripſit. In quo ſitum eſſet officium primi Secretarii, docent Goarus in cap. 2. Codini de Officiis Conſtantinopolitanis & Ducangius in Gloſſario mediæ Græcitatis. Ex eo autem quod tam Leo Grammaticus, quam Georgius Monachus, Continuator citatus Theophanis ſcribant, *Simeonem* ſuæ Legationis tempore fuiſſe Imperatori a Secretis & poſtea factum fuiſſe Protoſecretarium ac Patricium, eruo hos Auctores Hiſtorias ſuas publicaſſe, antequam Simeon Magiſter & Logotheta declaratus eſſet, alioquin munera quæ geſſit enumerantes, duo illa adeo inſignia non prætermiſiſſent. Quare magna fides iis Scriptoribus adhibenda, quando ea narrant, quæ hoc ſæculo geſta ſunt; cum in morte *Romani* Imp. Hiſtorias ſuas abſolvant, anno ſc. CMLXIII. & Auctores coætanei fuerint.



*na inquinari & execrandis ſervire ſacrificiis: ſtudebat enim, ut dicitur, id deponere in ſynagoga donariorum. Agar) furore correptus, cogitabat id confringere. Hæc cum audiſſem, maledictis inſectabar ſceleratum illum & execrandum. Ille autem dicit: Ne cures. Dedit autem is haud multo poſt pœnas inſolentiæ, ut qui navem fregit in Eubœæ promontorio, quod vocatur Xylophagus, & fuerit in eo ſubmerſus.*

VII. *Rogavi autem divinum illum virum, ut cibum ſumeret, & ut conſolaretur animi noſtri ægritudinem, ſuſceptam propterea, quod non ulterius procederet navigatio. Videbamur anni tempus terere, adverſis ventis nobis ſpirantibus. Ille vero cibum ſumpſit, & nihil celans, mihi dixit: Navigabis quidem Naxum, & cum illic in portu navem tenueris uno die, ſecundo die poſt navigans, tertio die venies Cretam, nihil adverſi reformides; & tibi impoſitum munus obibis ut voles, & ut tibi juſſit Imperator, & reverſus pulcre accipieris ab eo, qui te miſit. Atque hæc quidem poſtea facta ſunt, ut ille dixit, & finem acceperunt. Cum autem precati eſſemus & hymnos in templo dixiſſemus, deſcendimus in navim cum magno illo ſene. Mane autem tranſmiſimus in Naxum, cum eſſet fretum ſolum decem ſtadiorum. Ipſe vero cum Deo divinum peregiſſet miniſterium, & nos divinis impertiiſſet ſacramentis, nobiſcum cibum ſumpſit.* Sumpto cibo, quæ rogavit eum ut ſcriberet ſunt iſta.

VIII. De Theoctiſte hiſtoria. *Veneratores quidam ex Cretæa inſula huc venerunt non multis ab hinc annis. Habet enim inſula magnam copiam cervorum & caprearum. Eorum unus vir pius, & qui ſuæ curam gerebat animæ, narravit narrationem valde conſentaneam Dei magnificentiæ, qui ſuo tempore facit mirabilia, & quæ ſunt præter hominum opinionem. Venit, inquit, aliquando huc venator, & cum aſcendiſſem ad divinam ædem Dei Genitricis, adoravi, & precatus ſum, ſicut mihi ſemper erat mos. Cum autem poſt preces circumſpexiſſem, vidi in ſolo parum aquæ in foſſa, & pauca grana lupinorum, quæ madefiebant. Locus enim hic alit lupinos, quomodo reliquæ inſulæ herbas diverſas: nam alia quidem producit magnam marathri multitudinem, aliæ autem ſolummodo rutam, & alia ſaturciam, & alia thymum, aut aliquid aliud. Quod vero fert inter omnia eximium inſula, hoc magis nutrit, quam alia, redditque floridius. Vidi ergo lupinos, qui reddebantur teneri, & me quædam ſubiit cogitatio, quod eſſet omnino aliquis, qui hos demiſiſſet in lacum, & quod, ut eſt veriſimile, vir aliquis divinus hanc habitet ſolitudinem. Hoc ego reputans, feſtinabam venire ad ſocios, qui jam intraverant ſilvam. Optabam autem magnam hanc prædam conſequi: ſperabam enim fore, ut magnum ali-*



PAGIUS

XI. *Magiſter & Logotheta.* Metaphraſte, cum eſſet vir prudentiſſimus, pro opportunitate rerum in Senatu Conſtantinopolitano diverſas functiones ſubiit, & optime adminiſtrata Provincia, ut tradit Pſellus in ejus Encomio, ad majora Officia ſibi aditum aperuit. In Vita Joannis Tzitmiſcis Imperatoris a Leone Diacono ſcripta, & hactenus inedita, ad annum CMLXXV. legitur, *Simeones Logotheta atque Magiſter necnon Stephanus Nicomedienſis Præſul, viri ea ætate inter Sapientes eruditione clari* Quare Simeon Metaphraſte poſtremis vitæ ſuæ annis *Magiſter & Logotheta* fuit. Illud quoad utriuſque dignitatis geſtæ tempus unus Leo Diaconus nos edocet: immo Allatius in Diatriba de Simeonum Scriptis pag. 25. & ſeqq. de muneribus, quibus potitus eſt, verba facit, & in medium adducit loca Auctorum, qui eum laudibus exornarunt, ſed nullum antiquum producit, qui eum *Magiſtrum* & ſimul *Logothetam* appellet. Μάγιστρος ſeu Magiſter nomen in Aula Imperatorum dignitatis atque officii; ejuſque inter alia præcipui tanquam qui titulos ſibi vindicaret περιφανȣ̃ς, ideſt, *illuſtriſſimi*, & περιϐλέπτȣ, ideſt, *ſpectatiſſimi*, inter Patricios locum haberet, immo ſupra eoſdem haberetur, in Conciliis ſederet, ad ſuſtinendos in baptiſmate Imperatorum filios adſciſceretur, & conſanguinitate eorumdem jungeretur. *Logothetæ* vero proprie erant qui rationes fiſcales vel publicas cognoſcebant, ſumptuſque vel introitus ita dirigebant, ut Reipublicæ potius quam privatorum jura ſuſtinerent, labente vero Imperio *Logothetæ* munus ad alia quoque munera diſtractum, & in plurimos ſurculos divulſum. Sed ante illos omnes Logothetas fuit *Magnus Logotheta*, qui non tantum auctoritate,

aliquod lucrum ab eo acciperem, & cum multum quidem venati eſſemus, tendebamus ad navem. Sed illi quidem iverunt ad navem, ego vero me converti ad preces. Ingreſſus itaque hoc templum Dominæ noſtræ, orabam. Video autem ad dexteram ſanctæ menſæ templi velut quoddam ſubtegumen, quod vento agitabatur, & rurſus viſus ſum videre telam araneæ.

IX. Eremi cultrix femina.

Poſtquam autem progreſſus volui diſcernere quod apparebat: audivi vocem dicentem. Siſte gradum, neque ultra progrediaris, o homo, neque accedas propius: Erubeſco enim, cum ſim femina, a te nuda conſpici. Hæc ergo cum audiſſem, & obſtupefactus fuiſſem re admirabili, volebam fugere: a carne enim mea pili exilerant, & erant ſpina acutiores: nam quod inaſpectatum repente apparet, deiicit ac deprimit ſpiritus, etiam ſi quis videatur eſſe audacis animi. Stabam itaque obſtupefactus, & ore aperto. Poſtquam autem ad me redii, animo confirmatus, rogavi quiſnam eſſet, & quomodo hanc habitet ſolitudinem: rurſus vox extitit, dicens. Jace mihi, rogo, tunicam, & cum tecta fuero, quantum mihi jubet divina voluntas, non dubitabo dicere. Cum me itaque ſuperiori amictu exuiſſem, eum dimiſi, & extra portam ſum egreſſus. Illa autem eum accepit, & ſe induit. Paulo poſt vero reverſus, video eam ſtantem ubi prius. Et erat figura quidem mulier: id autem, quod apparebat, erat ſupra hominem pili albi, vultus niger, oſtendens parum alboris, pellis quæ membrorum continebat compagem, cum nulla ineſſet caro, umbræ ſimilis, forma, quæ ſolum humanam ſervabat ſimilitudinem. Hæc ergo (inquit ipſe) cum vidiſſem, timebam, contremiſcebam, maledictis inceſſebam, & meam reprehendebam importunitatem, quod cum eſſem curioſus, meos ſocios reliquiſſem. Tremebundus autem & pronus humi cædens, rogabam, ut precaretur; & obſecrabam, ut ab ea benedicerer. Illa autem primum converſa ad Orientem, ut quæ forte vellet meum ſedaret animum, ne ea videretur eſſe ſpectrum, extenſis manibus precabatur, parum ſubmurmurans. Converſa autem ad me, dicit: Deus, o homo, tui miſereatur. Sed quanam de cauſa veniſti in hanc ſolitudinem? & quo opus habens veniſti ad inſulam, quæ minime habitatur? ſed quoniam divina huc te duxit voluntas, meæ, ut æxiſtimo, gratia humilitatis, de me te omnia edocebo, ut voluiſti. Cum me autem rurſus humi proſtraviſſem, ea ſic cœpit loqui.

X. Theoctiſtes Leſbiæ vita in eremo ducta.

Mihi, inquit, patria eſt Leſbos, Methymna civitas, nomen Thoctiſte, vitæ inſtitutum monachatus. Cum autem eſſem adhuc infans orbata parentibus, a cognatis tradita ſum in monaſterium virginum, & induta ſum habitu monaſtico. Nata vero decem & octo annos in diebus Paſchalibus excurri in vicum propinquum civitati ſalutatum ſororem: habitabat enim in vico cum conjuge. Noctu autem irruentes Arabes Cretenſes, quorum dux erat Nyſiris, omnes abduxerunt captivos. Mane autem cum pæana cecinissent, enavigarunt, & huic inſulæ appulerunt. Adductis autem captivis, cum quærerent pecuniam, & pretia ſtatuerent, ego, accepta occaſione, contendens in ſilvam, curſu feror in intima ſilvæ; & de cætero non deſtiti fugere, donec petris, & acutis lignis pedes perforavi & conſcidi, & ſanguine terram infeci, & tamdem defecta viribus, cecidi ſemimortua, & totam quidem noctem, non ferens dolorem vulnerum, acerbe tranſegi. Mane autem cum ſceleſtos prædones vidiſſem navigantes: liberata ſum ab omni dolore, & repleta ſum maxima animi voluptate. Et nunc iam triginta quinque annos, & paulo plus hic alor perpetuo lupinis & herbis, quæ naſcuntur in ſolitudine, vel potius Dei verbo, recordata divinorum (a) eloquiorum, quod non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit per os Dei. Nuda autem evaſi confractis mihi pannis, cum quibus adducta ſum captiva. Induor autem & tegor manu divina, quæ continet omnia. Hæc cum dixiſſet, & manus in cœlum ſuſtuliſſet, egit gratias.

(a) Matt. 4.

XI. Euchariſtiam petit ſibi afferri.

Cum autem parum intermiſiſſes, quoniam videbat me tacite terram intuentem, nec audentem quidem eam fixis aſpicere oculis, dixit rurſus incipiens: Res quidem meæ, quemadmodum ſe habeant, narravi, o homo: peto autem, ut una in re mihi gratificeris propter Dominum. Quando anno ſequenti navigaturus es in hanc inſulam venandi cauſa (ſcio enim te omnino venturum, ſi Deus ve-

PAGIUS te, ſed etiam veſtium inſignibus ſpectabilis erat. Ejus officium diſcimus ex Codino: *Magnus Logotheta diſponit miſſa mandata, & Chryſobullas, ſeu aureas literas, ad Reges Sultanos, Toparchas, & hoc munus proprium eſt Magni Logothetæ.* Ut videatur, inquiunt Gretſerus in Notis ad Codinum & Allatius laudatus, Cancellarios apud Latinos adamuſſim exprimere. *Logotheta* vero nomen ſine alia additione prolatum, Magnum nobis Logothetam ut plurimum indicat, ut docte oſtendit Goarus in Commentariis ad Georgium Codinum. Indeque Allatius Heterodoxos illos ſugillat; qui Metaphraſtem *Ludimagiſtrum* eumque *Trivialem* fuiſſe in literas miſere. De Vitis Sanctorum aliiſque libris ab eo editis, ac ſanctitate vitæ infra ſermonem habebimus. Metaphraſte enim decimum ſæculum tam doctrina quam virtute illuſtravit.



lit) ut in vaſe mundo mihi accipias unum ex intemeratis donis Corporis Domini noſtri JESU Chriſti. Ex quo enim hanc habito ſolitudinem, tali dono numquam ſum dignata. Hæc ergo cum dixiſſet, & juſſiſſet nulli quidquam de his dicere: cum precatione me dimiſit ad ſocios. Ego vero me omnia impleturum pollicitus abii lætus, quod Deus meum adimpleſſet deſiderium, quod me dignum cenſuiſſet, qui talem theſaurum conſequerer. Quomodo ergo ſancta mihi juſſerat, quando eram cum ſociis exiturus ad venandos cervos & capreas, quas hæc inſula alit multas, & aliarum maximas & viſu & narratu admirabiles: nam cervis ſunt colore ſimiles, cervis autem majores magnitudine: eſt autem eis cornu longum nempe duorum palmorum, non ut cervorum, ornatum ramis, & adnatis propaginibus, ſed totum rectum, & quod unum ſolum habeat porrectum ſtipitem.

XII. * adhuc vigebat mos ille in Oriente, ut portandi foras Euchariſtiam laico licentia eſſet, quod jam diu ante in Occidentali Eccleſia ut ſuperius dictum eſt, conſtat fuiſſe vetitum.

Cum ergo eſſem (ut dictum eſt) navigaturus ad venationem, accepta * in pyxide parte divinæ Carnis Domini, eam tuli ad Beatam. Cum autem veniſſem in inſulam, & declinaſſem in ædem Dei Matris, eam non offendi; an vero adeſſet, & lateret, quoniam mecum aſcenderant quidam ex ſociis, an vero abeſſet, neſcio: hoc autem ſcio, me non offendiſſe. Atque alii quidem profecti ſunt in ſilvam venaturi; ego autem clam reverſus ſum in templum; & protinus ſacroſancta mulier apparuit, induta tunica, quam a me prius acceperat. Cum autem me in terram projeciſſem, accurrit, & cum lacrymis dixit eminus: Nequaquam hoc facias, o homo, nequaquam hoc facias, divinum donum afferens; ne uras miſeram, divina dedecore afficiens. Me itaque tunica apprehenſum erexit. Ego autem e ſinu meo eduxi pyxidem cum Carne Domini. Cum illa autem in terram cecidiſſet, divinum donum accepit, & lamentationibus & lacrymis terram rigans, dixit: Nunc dimittis ancillam tuam Domine: quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum: quoniam remiſſionem peccatorum in manibus accepi. Nunc abibo quo me tua jubet potentia. Hæc ergo cum dixiſſet, & manus diu in cælum extendiſſet, me precibus proſequens, dimiſit ad ſocios.

XIII. Cum paucos autem dies venati eſſemus, & prædam ſatis magnam cepiſſemus, reverſi ſumus. Et illi quidem reverſi ſunt ad navem: ego autem cucurri, ut illius Beatæ preces acciperem vitæ comites. Cum autem veniſſem ad templum, & deinde circumſpicerem, ut eam viderem, vidi eam in eo loco, in quo prius videram, emigraſſe. Cum ergo procidiſſem, & beatos illius pedes eſſem amplexus, & rigaſſem lacrymis, ſtabam mutus, diu dubitans quidnam facerem. Atque videbar quidem ſapienter, & utiliter facturus, ſi cum lacrymis Deo ſupplicans, & Sanctæ motus reverentia rogarem, ut huic rei a Deo provideretur, & quomodo is oſtendiſſet, divinum juſſum exequerer. Quod ſi hoc non eſſem aſſecutus; ſecunda erat (ut dicitur) ineunda navigatio, nempe ut hanc rem ſociis communicarem, & cum eis ſepulturæ mandarem Beatæ reliquias hymnis & canticis proſequens pro viribus: ſed, ut videtur, non facile contigit ſe ſapienter gerere. Ego itaque non ſum aſſecutus id, quod erat honeſtum & decorum, ſed ruſticitate & ingenii levitate (quid enim & venator & imperitus novi excogitaſſem?) feci rem audaciorem, fide quidem ut mihi videbar, ſed minime Deo grata. Nam cum ejus manum amputaſſem, & linteo texto involviſſem, aſcendi in navem.

Cum profundo autem veſpere e terra ſolviſſemus, & vela expandiſſemus ſecundis ventis ſpirantibus, ferebamur tamquam volantes, & ſperabamus nos mane venturos in Eubœam. Cum autem dies illuxiſſet, inventi ſumus rurſus ſtantes in eodem portu, perinde ac ſi ab anchora aut aliqua remora teneretur navis. Metus ergo omnes invaſit, & nos invicem circumſpicientes, tremebundi quærebamus cauſam rei, ſciſcitantes & inquirentes, num nefarium quidpiam a nobis factum ſit, cur arceremur. Cum vero alius aliud dixiſſet, intelligens ego audax meum facinus, inſcientibus omnibus, in templum ſum reverſus, & cum poſuiſſem manum in corpore Sanctæ, deſcendi in navem. Hortatus autem ſocios cœpi iter ingredi. Cum autem multum provecti eſſemus, erat deinceps cymba volucris, velum replente vento, fuitque rectus curſus abſque impedimento. Et tunc ego narravi ſociis, & quemadmodum Beatam illam inveniſſem, & quemadmodum res ejus ſe habuiſſent, renuntiavi, & quemadmodum donum divinum attuliſſem, & ea dormiiſſet, & ejus manum habens, ingreſſus ſum veſpere, & propter eam retenti ſumus, & ſperabamus navigare: et nunc recto curſu ferimus, quia depoſui reliquias. XIV.

Hæc cum illi audiſſent, & me multum reprehendiſſent, proram protinus obverterunt, & magno ſtudio in Parum ſunt reverſi. Omneſque ſimul curſu in templum contendimus, timentes quidem & contremiſcentes, fide autem freti, tamen accedimus: & vidimus quidem locum, in quo poſita erat, ſervantem veluti figuram corporis, corpus autem evanuerat. Atque omnes quidem invaſit ad- XV.

*admiratio & ſtupor, & huc atque illuc currebamus, conſiderantes, & circumſpicientes, num alicubi cecidiſſet, aut in vitam eſſet revocata. Et totam ſilvam & ſaltus obibamus, eam inveſtigantes, & ſicubi divinus ille lateret theſaurus, miſeri, inſipientes, & craſſi homines, & ea perſequentes, quæ revera non poſſunt comprehendi, & divinorum ignari miraculorum, neque Eliſæi reveriti miraculum, qui eos, qui a Rege (a) Syrorum miſſi erant ad eum comprehendendum latuit, cum eſſet in medio eorum, & cum eos privaſſet videndi poteſtate, duxit in Samariam, & regi tradidit. Mitto enim dicere de magno Thaumaturgo, qui eos, qui ipſum inveſtigabant, ut comprehenderent, in monte orans latuit, ut arbor effectus. Cum ergo (inquit) ſic fruſtrati eſſemus venerandis illis beatis reliquiis, ad navem deſcendimus, & a terra ſolventes, domum abivimus, Deum laudantes & hymnis celebrantes, qui ſemper facit res magnas & admirabiles.* Hæc ſunt, quæ a Symeone ſene tunc accepit Legatus Imperatoris, qui & ejus petitione eadem ſcriptis mandavit. Res innotuit, atque ex nobilitate cum egregia probitate, & integritate narrantis auctoris fidem invenit, adeo ut inter Sanctos in Menologio nomen ejus adſcriberetur. Græci enim colunt eam decima die Novembris. Jam vero in his adeo jucundis diu morata, ad luctum rerum Occidentalium eſt oratio revocanda.

(a) 4. Reg. 6.

XVI. Hunni Galliam Ciſalpinam invadunt.

Hoc anno Hunni, vulgo Ungari dicti, e Pannonia egreſſi, in Italiamque progreſſi, ingenti clade afficiunt tranſpadanas nobiliſſimas civitates, Eccleſias devaſtantes, cunctaque præda atque incendio peſſumdantes; Berengariumque obvium cum immenſo exercitu præter ſpem aggreſſi vicerunt, nec receſſerunt, quouſque ingenti pecunia pacta, eademque ab eodem Berengario exacta, potiti, anno ſequenti ad propria ſunt reverſi. Poſt hæc accidit, ut idem Berengarius commiſeratus clades nobilium civitatum, eis multa ſuppeditando præſto fuerit, Eccleſiiſque bona contulerit: nam ejus in diverſas Eccleſias mu-

ni-

PAGIUS XII. *Duplex irruptio Hungarorum in Italiam diſtinguenda.*

Ad num. XVI. Regino quidem ad annum CMI. *Hungarorum* in Longobardiam ingreſſum, & Italiæ devaſtationem narrat, ſed licet ipſe hoc tempore vixerit, eum tamen hac in re & in non paucis aliis, erraſſe certum eſſe debet; indeque, quod non ſemel alibi inſinuavimus, intelligimus Scriptoribus ſynchronis in omnibus fidem adhibendam non eſſe. Baronius *Hungaros* hoc anno tam Bojoariam, quam Italiam depopulatos eſſe affirmat. Verum utramque cladem pertinere ad priores menſes anni nongenteſimi rationibus ita evidentibus eo anno demonſtravi, ut huic controverſiæ finem me impoſuiſſe exiſtimem. Luitprandus lib. 2. cap. 11. narrat aliam *Hungarorum* in Italiam irruptionem, quæ eo anno, quo Ludovicus Imper. lumine privatus fuit, contigerit, ideoque hoc Chriſti anno; Sigonius vero lib. VI. de Reg. Ital. qui priorem cladem Italicam in annum DCCCCI. confert poſteriorem hoc anno recitat, quod in cauſa fuit, cur Baronius utramque in hunc annum diſtulerit. Baronius ait, incenſum inter alia tunc fuiſſe Monaſterium *Nonantulanum*, ſed reparatum per *Petrum* Abbatem, qui illuc etiam tunc tranſtulit corpora SS. Martyrum Syneſii & Theopontii, quam in rem Sigonium lib. VI. de Reg. Ital. laudat. At Sigonius ad annum CMIII. ait, Monaſterio *Nonantulano* fœdum incendium illatum eſſe, & *Leopardum* Abbatem cum Monachis forte incolumem evaſiſſe. Ad annum vero CMXII. refert illam SS. Syneſii & Theopontii Tranſlationem, dum Petrus Abbas Nonantulanus eſſet. Imo Ughellus Tom. II. Ital. pag. 254. hæc habet ex Chronico Nonantulano, quæ ab imperito aliquo Monacho ſcripta fuere: *In ipſo anno DCCCXIX. venere Hungari in Italiam de menſe Auguſto, indict. III. VIII. Kal. Octob. Junxerunt ſe Chriſtiani cum eis in bello ad fluvium Brentam*, &c. *& venerunt uſque ad Nonantulam*, &c. *prædictus autem venerabilis Leopardus Abbas cum cunctis aliis Monachis fugere*, &c. *Poſtea vero congregati ſunt & recondidere Monaſterium & Eccleſiam: & miſit ad Sergium Papam*, cujus recitat literas, notis Chronicis deſtitutas, quibus permittit, ut Monaſterii Eccleſia conſecretur. Sed hæc narratio in pluribus peccat. Primo in anno rei geſtæ. Secundo, in Indictione III. menſe Auguſto cum anno illo conjuncta. Tertio Hungari juxta fluvium quidem Brennam, uti eum appellat Luitprandus lib. 2. cap. 4. conſedere, ſed id juxta eumdem Luitprandum contigit primæ irruptionis tempore. Quoad literas a Sergio Papa III. datas, eæ genuinæ ſunt, certumque Monaſterium Nonantulanum incendio periiſſe, ſed tota illa Hiſtoria apud illum Chronographum mire depravata.

XIII. *Ludovicus Aug. ex Italia pellitur.*

Hoc anno, dum *Ludovicus* Imperator rerum omnium in Italia potiretur, regnumque pacate adminiſtraret, *Berengarius Verona*, antea expulſus, corruptis auro cuſtodibus, clam noctu in Urbem Veronam receptus eſt, & ibi *Ludovicum* ſecurum ac inopinantem oppreſſit, uti narrant Luitprandus lib. 2. cap. 11. & Poeta Anonymus in Carmine *de Laudibus Berengarii Aug.* qui addunt, eum Berengarii juſſu lumine privatum fuiſſe. Hæc Poeta lib. 4. de Ludovici excæcatione loquens:

*Ilicet admiſſi penetrant miſerabile templum,*
*Quo Ludovicus erat: ſubito rapiuntque ligantque,*
*Et pulchros adimunt oculos. Securus in aula*
*Forte ſedebat enim, idcirco pia munera lucis,*
*Perdidit, obſeſſus tenebris quoque Solis in ortus.*

Admiſſi in urbem *Veronam* Berengariani, ſub auroram intrant Eccleſiam Sancti Petri, in ſiniſtra parte Urbis ſitam ſummo in colle, quo

Lu-



nificentia (a) diplomatibus adhuc integris permanentibus, teſtata remanſit. Incenſum inter alia tunc fuit famoſiſſimum monaſterium Nonantulanum, ſed

re-

(a) Citat. ea Sig. l. 6. de Reg. Ital.

PAGIUS

*Ludovicus* ſtrepitu hoſtium excitatus confugerat: ibique eum capiunt, vinciuntque, & luminibus orbant *in ortu Solis*, ut ait Poeta, ſeu, in ipſo auroræ crepuſculo ut Luitprandus citatus loquitur. *Provinciales* poſtquam cognovere Ludovicum, quem in Italiam ſecuti erant, & a quo ibi agros poſſeſſioneſque acceperant, quod unus Poeta nos docuit, excæcatum eſſe, paſſim aufugiunt, ac domum quiſque redeunt. *Berengarius* poſt excæcatum *Ludovicum*, expulſoſque Provinciales toto potitur Regno Longobardiæ, ſed ſe Imperatorem non dicit, ante annum CMXVI. quo a Joanne X. coronatus eſt.

XIV. *Duratio ejus imperii in Italia.*

Menſe Majo *Ludovicus* adhuc quiete regnabat. Sigonius enim lib. VI. de Reg. Ital. ait, ſe legiſſe Diploma ab eo *IV. Idus Maii Papia datum anno regni ſui in Italia ſecundo, Chriſti DCCCCII.* Sed menſe Auguſto jam excæcatus fuerat. Nam *VII. Idus Auguſti* Papiæ cum eſſet, Mutinenſem Eccleſiam, Gothifredo Epiſcopo poſtulante magnifice muneravit *Berengarius*, *anno regni ſui*, ut in Diplomate ſcriptum legit Sigonius, *quinto decimo*, currenti nempe Chriſti anno. Recitat Diploma integrum Ughellus in Epiſcopis Mutinenſibus, in quo & dicitur, illud *Indictione quinta* Papiæ datum fuiſſe. Incredibile autem Mutinenſem Epiſcopum *Ludovico* adhuc in Italia imperante, aut adhuc Italia bello turbata *Berengarium* Regem adiiſſe, ut Eccleſiæ Mutinenſis privilegia confirmaret. Sed quid recurrimus ad conjecturas, cum ex laudatis Diplomatis conſtet, Ludovicum *menſe majo* Papiæ, quæ Urbs Regia erat, Dominium obtinuiſſe, Berengarium vero *menſe Auguſto*, ideoque jam ex Italia Ludovicum pulſum fuiſſe. Denique Fiorentinius in Comment. de *Reb. ad Matildem Comitiſſam ſpectantibus*, lib. 3. pag. 33. tradit, in Actis publicis in Archivo Epiſcopali Lucenſi aſſervatis, anno DCCCCII. notari annum II. Ludovici cum titulo Imperatoris, & in iis, quæ ſcripta ſunt principio anni DCCCCIII. totoque anno DCCCCIV. annum XVI. annumque XVII. Berengarii Regis. Ex quibus recte concludit, Ludovicum Imp. anno præſenti Imperium amiſiſſe, poſtquam ſcilicet annos tres imperaſſet, utrimque ſc. incompletos. [1]

XV. *Refelluntur opiniones contrariæ.*

Accurate itaque Leo Oſtienſis in Libro I. cap. 44. Chron. Monaſterii Caſinenſis de Lamberto & Ludovico ejus ſucceſſore ſcribit: *Quo poſt annos item ſex vita functo* (totidem enim Vvidoni jam tribuerat annos) *Ludovicus Boſonis Regis Provinciæ filius regnavit annis tribus.* Qui anni tres utrimque incompleti numerandi, ut mox dixi, & recte vidit Sigebertus in Chronico, ubi tamen intolerando errore *Ludovici* Imper. an. CMXIII. ejus vero excæcationem anno CMXV. collocat. Regino, qui anno CMIII. ait, circa ea tempora *Fulconem* Remorum Archiepiſcopum interfectum eſſe, anno poſtea CMIV. Ludovici Imp. expulſionem ex Italia recitat. Sed utriuſque Scriptoris Chronica per hæc tempora valde confuſa. Regino tamen Baronium ad annum CMIV. num. I. in ſuam ſententiam pertraxit. Immo Hadrianus Valeſius in Notis ad Panegyricum *de Laudibus Berengarii Aug.* pag. 177. credidit *Ludovicum* eodem anno aut inſequenti oculis a Berengario orbatum, & Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico pag. 152. ubi ſermonem habet de Epiſtola Chriſtophori Papæ, de qua anno ſequenti agemus, idem ac Valeſius de duratione Imperii Ludovici cenſet.

XVI. *Obitus Caliphæ Babylonienſis.*

*Mutadidus Billa* Calipha Babylonienſis hoc anno vita defunctus eſt teſte Elmacino lib. 1. qui tradit, eum demortuum *anno Hegiræ CCLXXXIX. die Lunæ vigeſimo ſecundo Rabiei poſterioris* ideoque die quinta menſis Aprilis currentis Chriſti anni. Cum tamen Eutychius Patriarcha Alexandrinus Mutadido coætan. prodat, mortem ejus accidiſſe die *XXI. Rabii poſterioris, die Dominica* quæ hoc Chriſti anno in diem IV. Aprilis incidit, ejus

ſen-

NOTÆ

[1] SI vera ſcribit Annaliſta Saxo ab Eccardo vulgatus in Corpore Hiſtoric. med. qui tom. II. col. 236. hæc Regni mutatio Auguſto menſe facta eſt, & quidem menſis illius exordio, cum ex diplomatibus a Pagio laudatis conſtet Berengarium die 7. Auguſti Regnum jam obtinuiſſe. Verum non ſatis accurate ſcripſiſſe Chronographum hunc colligo ex Diplomate forte autographo a Muratorio producto in Antiquitatibus Italiæ to. I. col. 780. Diploma eſt Berengarii in regia Papienſi æde reſidentis datum *XVI. Kal. Auguſti, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCII. regni vero Domni Berengarii piiſſimi Regis XV. Indictione V.* Medio igitur Junio menſe Berengarius jam regnabat.

Si tamen res ex Chartis conficienda ſit, facile deſcenderetur in ſententiam Cl. Muratorii qui in erudito opere Antiquit. Italiæ Medii Ævi to. I. diſſert. XIV. col. 780. &c. ſuſpicatur adhuc poſt Ludovici Imperatoris excæcationem perſeveratum ab eo fuiſſe in regno Italiæ retinendo; ita tamen ut alterno Marte inter ipſum & Berengarium per ſuccedentes annos uſque ad annum 905. decertaretur. Ipſe enim Muratorius vidiſſe ſe Chartas, & quidem autographas aſſerit, alias quidem Berengarii nomine, alias vero Ludovici annis illis & iiſdem in locis ſcriptas. Unam ibidem profert datam Ticini pridie Nonas Junias *anno Incarnationis Dominicæ DCCCCV. Indict. VIII. anno V. Imperante Domno Hludovico glorioſiſſimo Imperatore in Italia*; aliam etiam non abſimilem datam eodem anno loco & menſe. Viciſſim autem Julio menſe ejuſdem anni & deinceps Regnum Italiæ tenebat Berengarius, ut probat duplex Charta apud eumdem ſignata eodem anno II. Kal. Auguſti Indict. VIII. ſicut & altera data Kal. Auguſti.

Cæterum quæ hic notat Pagius quoad menſem quo Ludovicus Auguſtus prælio victus oculiſque orbatus a Berengario exturbatus fuit, multo accuratius e Charta ab eodem Muratorio ibidem producta determinantur. Berengarius enim non Auguſto menſe tantummodo ſed & medio Julio menſe Papiæ quietus regnabat; qua die Petro Regienſi Epiſcopo adjudicavit curtem quandam dato Diplomate, quod ſignatur in *Palatio Ticinenſi, quod eſt caput Regni noſtri Anno DCCCCII. regni Berengarii XV. Indictione V.* Vide Murator. ibid. col. 780. MANSI

reparatum per Petrum Abbatem, qui illuc etiam tunc tranſtulit veneranda corpora ſanctorum martyrum Syneſii & Theoponti ex alio monaſterio prope Tamiſium ſito ab iiſdem incenſo.

Se-

PAGIUS ſententia præferenda. Eo Imperante plures in Geometricis & Aſtronomicis, ut notavit Abul-Pharaius, inter Saracenos floruere. Continuator Anonymus Theophanis in Vita Leonis Sapientis ait: *Tauromenium in Sicilia ab Afris capitur, ingenſque Romanorum clades agitur. Lemno quoque potiti Agareni, magnam captivorum multitudinem abducunt.* Simeon autem Logotheta ait, *Lemnum* inſulam anno XV. Leonis Sapientis captam, ideoque utraque clades a Mutadido Chriſtianis illata. Porphyrogenita lib. 2. de Them. Occidentis Them. X. aſſerit, *Tauromenium* inſignem fuiſſe ſuo tempore Siciliæ Urbem; & ſub Leone Imp. patre in Saracenorum poteſtatem veniſſe. Mutadido patri ſucceſſit *Muctaſis Billa*.

XVII. *Saracenorum in Calabriam irruptio.* In Chronico Lupi Protoſpatæ legitur: *Anno CMI. deſcendit Abraham Rex Sarracenorum in Calabriam, & ivit in Coſentiam civitatem, & percuſſus eſt ictu fulguris.* In antiquo tamen Chronico MS. Ducis Andriæ, quod magnæ eſt auctoritatis, idemque ac Chronicon Lupi, ſed paulo mutatum & interpolatum, id currenti anno conſignatur, diciturque *Abraham* occiſus ictu fulguris *cum perveniſſet ad Eccleſiam Sancti Pancratii*, cui Interpolatori omnino ſtandum Iſmael enim Abulfeda Hamæ in Syria Princeps teſtatur, *Ebrahimum* Africæ Regem diſenteria die veneris menſe Dhilcada anno Hegiræ CCLXXXIX. in Sicilia demortuum, ideoque hoc Chriſti anno menſe Octobri. [1] *Abrahamus* ergo ſeu Ebrahimus Saracenorum in Africa Rex fulmine percuſſus, dyſenteria poſtea extinctus eſt, poſtquam regnaſſet annos vigintiquinque, ut habet idem Abulfeda. Hic ultimus fuit Regum *Aglabidarum*, jam a ſæculo aut circiter in Africa imperantium; nam poſt ejus mortem *Almahdi*, qui ſe e Fatemida Mahometis Pſeudo-Prophetæ filia exortum dicebat, Africæ dominatus eſt, annoque CMX. ſe ſe Calipham ſeu Imperatorem appellavit, ut infra videbimus.

XVIII. *Non confundenda cum altera poſt aliquot annos facta.* Carrocciolus in Notis ſuis marginalibus ad Lupum Protoſpatam, hanc Saracenorum in Calabriam irruptionem cum ea confundit, cujus occaſione *Sancti Severini* Noricorum Apoſtoli corpus e caſtro Luccullano Neapolim inter & Puteolos extructo, tranſlatum fuit Neapolim, tanquam in locum tutiorem, eamque in rem Sumontium in Hiſt-Neapolis lib. pag. 431. laudat. Verum Sumontius hæc duo diſerte diſtinguit, annoque CMII. interitum Ebrahimi Regis, ejuſque irruptionem collocat, & poſtea de *Conſtantino Porphyrogenneta*, qui anno CMXII. imperare cœpit, verba faciens, de tertia *Sancti Severini* Tranſlatione (bis enim antea ejus Reliquiæ tranſlatæ fuerant, ut ſuo loco diximus) etiam loquitur, ſed annum, quo ea peracta, non definit, aitque tantum eo imperante Sancti Severini corpus tranſlatum. Hæc autem *tertia Tranſlatio* anno nongenteſimo viceſimo, dieque decima menſis Octobris, a *Stephano* Epiſcopo Neapolitano peracta, ut docet Joannes Diaconus Neapolitanus, qui eidem interfuit, Actaque Tranſlationis ſcripſit, tam a Sumontio, quam ab Ughello Tom. VI. pag. 122. citata, ſed tamen non recitata.

NOTÆ [1] ABulfedæ chronologia accurate recenſita, & Latine ex Arabico verſa a Marco Dobelio data eſt primo a Caruſio in Bibliotheca Sicula, dein a Muratorio Rer. Italic. tom. I. par. II. In ea vero obitus Abraham Regis Saracenorum componitur cum anno hegiræ 266. inchoato a die 21. Novembris qua ex ratione ſupputandi ab eo ſervata incidit in annum Chriſti 903. & 904. Obiiſſe vero ſtatuit *die Veneris menſis Dilchada*; hoc eſt Januario, interprete Caruſio. Ex quo intelligimus neque Lupum Protoſpatam nec ejus Interpolatorem ad ſcopum collimaſſe; obiit enim Rex ille Januario menſe anni 904. MANSI



1. SEquitur annus Redemptoris nongenteſimus tertius, ſexta Indictione inchoatus prorſus obſcurus, nulla alia rerum

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6396.

SÆC.X. ☉ 16. B. ☽ 11. P. 17. April. Indict. 6.

Anno Eræ Hiſp. CMXLI. JESU CHRISTI 903.

Anno Hegiræ CCXCI. inchoato die 24. Nov. fer. 5. A.C. 903. CHRISTOPHORI PAPÆ 1.

LUDOVICI III. IMP. 4.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 18.

I. *Moritur Benedictus IV. PP.* BAronius mortem *Benedicti IV.* Papæ in annum CMVII. differt ut ibidem num. I. videre eſt, & hic annus apud eum vacuus. Sed hunc Pontificem, qui inter alios horum temporum tanquam ſidus quoddam emicuit, hoc anno animam Deo reddidiſſe, initium Pontificatus *Sergii* III. de quo anno ſequenti, manifeſtum facit. Sedem inierat initio menſis Auguſti anni CM. & Eccleſiam Romanam rexit annos tres & menſes duos, uti legitur in Catalogis VII. & VIII. a nobis editis, imo in ſeptimo habetur, *Cœpit anno Domini DCCCC. Sedit an. III. menſes II.* ideoque initio circiter menſis Octobris vivere deſiit. In variis quidem Catalogis præter annos tres, menſes ſex & dies aliquot ei adſcribuntur, ſed exordium Pontificatus Sergii eos hac in re mendoſos eſse oſtendit. De Benedicto IV. hæc habet Flodoardus in Fragmento de Pontif. Rom.

*Tum ſacra conſurgunt Benedicti regmina quarti,*
*Pontificis magni, merito qui nomine tali*
*Enituit, cunctis ut dapſilis atque benignus.*
*Huic generis nec non pietatis ſplendor opimus*
*Ornat opus cunctum, meditatur juſſa Tonantis.*
*Prætulit hic generale bonum lucro ſpeciali.*
*Deſpectas viduas, inopes, vacuoſque patronis,*
*Aſſidua ut natos proprios bonitate fovebat:*
*Mercatuſque polum indiguis ſua cuncta refudit.*

II. *Leoni V. ſuccedit Chriſtophorus.* Benedicto IV. ſucceſſit *Leo* hujus nominis V. Poſt unum aut alterum diem. Platina tradit eum a *Chriſtophoro* ejus familiari in vincula coniectum, & Sedem Romanam ab eo invaſam. De Leone V. hæc tantum narrat Flodoardus:

*Poſt quem celſa ſubit Leo Jura, notamine quintus.*
*Emigrat ante ſuum quam Luna bis impleat orbem.*

In Catalogis ei attribuuntur dies XL. vel menſis unus & dies XXVI. aut XXVII. ideoque circa diem decimum tertium menſis Novemb. *Chriſtophorus* Pontificatum occupavit. Dacherius Tom. VI. Spicilegii pag. 415. refert, Diploma Chriſtophori Papæ, quo confirmantur Privilegia Abbatiæ Corbeienſis in Diœceſi Ambianenſi ſitæ, cujus hæc eſt ſubſcriptio: *Scriptum per manum Sergii Scrinarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe Decembri, Indictione VII. ſeptimo Kal. Januarii, Imperante domno noſtro piiſſimo Auguſto Ludovico a Deo coronato Imperatore ſanctiſſimo.* Labbeus Tom. IX. Concil. pag. 517. eam Epiſtolam ex Dacherio retulit, ſed *Indictionem* VII. in XI. mutavit. Quo pacto Diploma datum fuiſset anno CMVII. quo Indict. XI. Kal. Sept. exorſa eſt: Papebrocius vero in Conatu Chronico-Hiſtorico, ubi Benedicti & Leonis V. mortem cum anno CMIV. copulat, quemadmodum & Chriſtophori initium, exiſtimatque *Ludovicum Auguſtum* nondum eo anno oculis orbatum fuiſſe, aliam viam tenuit, & Indictionem ſeptimam in octavam mutandam eſſe monuit. At Ludovicum Aug. anno ſuperiori Imperium amiſiſſe, & indictionem illam puram eſſe apud Dacherium, ex fundamentis a nobis jactis omnino conſequens eſt, quemadmodum & *Chriſtophorum* præſenti anno Sedem Romanam invaſiſſe.

III. *Anni Ludovici Aug. poſt ejus excæcationem Romæ numerati.* *Hæc Epiſtolæ Chriſtophori* Papæ ſubſcriptio multos Viros erudititiſſimos in errorem induxit, quod perſuaſum haberent annos Ludovic. Aug. Romæ numeratos non fuiſſe poſt ejus excæcationem, & poſt pacificam *Berengarii* dominationem. Verum cum *Berengarius* per hæc tempora Rex tantum Italiæ ſeu Longobardiæ fuerit; neque in Ducatu Romano, neque in Exarchatu Ravennenſi a Regno Longobardiæ independentibus, ejus Regni ratio habita fuit, ſed ut ante expulſionem Ludovici Aug. ab Italia, anni ejus Imperii Romæ & in Exarchatu Ravennenſi uſurpati. Nam Imperium Romanorum, & Regnum Longobardorum nihil commune inter ſe habebant & utraque dignitas ſemper diſtincta permanſit. Hinc ultimis temporibus poſtquam Imperatores Aquiſgrani coronam Regni Germanici accepiſſent, Modœtiæ, quæ aliquot tantum milliaribus a Mediolano diſtat, ab Archiepiſcopo Mediolanenſi, Longobardiæ Reges, & poſtea Romæ Imperatores Romanorum a Summo Pontifice coronati ſunt. Quæ in dubium revocari minime debent.

IV. *Illud varia Chartæ demonſtrant.* Rubeus in Hiſt. Ravenn. lib. 5. pag. 253. loquens de geſtis a Joanne X. Archiep. Ravennenſi anno Chriſti CMV. ait: *Joannes* „ bona Archiepiſcopatus accurate adminiſtrans; multa hoc anno, qui in tabulis „ publicis, a nobis lectis, eo ſæculo confectis, Sergii Pontificis *ſecundus*; Hludovici Cæſaris *quartus* (legendum, quintus) „ ſcribitur; indictione octava, Idibus Julii, „ compoſuit, & ad veterem ditionem adduxit: quod & inſequentibus, nuſquam interruptis, annis feciſſe, ſimilia, Longobardo conſcripta charactere monumenta declarant. Ita Rubeus. Dixi annum quintum loco quarti reponendum, quia ſuo loco oſtendi *Ludovicum* anno CM. poſt diem triceſimum menſis Auguſti Imperatorem creatum eſſe. Obiter hic etiam corrigenda ſubſcriptio chartæ ejuſdem Imperatoris a Boucheo *in fine*

rum geſtarum ad inſtitutum ſpectante memoria illuſtratus.

An-

PAGIUS

ne Tom. I. Hiſt. Provinciæ pag. 933. relata qua Ludovicus donationem quandam facit, *Fulcherio* Eccleſiæ Avenionenſis Epiſcopo, in cujus fine habetur: *Datum II. Nonas April. Indict. XIV. an. XII. imperante Hludovico piiſſimo Imperatore*, anno ſc. Chriſti CMXI. Indictione XIV. prædito. Loco enim *an. XII.* legendum, *an. XI.* alioquin dicendum eſſet, eum anno CM. ante diem quartum menſis Aprilis renunciatum eſſe Imperatorem, quod adverſatur laudatis chartis Ravennenſibus, ex quibus ſequeretur eum anno CM. poſt diem XV. menſis Julii coronam Imperialem accepiſſe. Præfatæ itaque ſubſcriptiones omnes emendandæ, & Ludovici Aug. Imperium anno CM. poſt diem XXX. menſis Auguſti conſignandum. Ex quibus omnibus intelligimus, *Ludovicum* III. etiam poſt excæcationem, in Exarchatu Ravennenſi, quemadmodum & Romæ, Imperatorem agnitum fuiſſe.



I. Ludovicus Imp. captus a Berengario oculis, & Imperio privatur.

Annus ſalutis agitur nongenteſimus quartus, Indictione ſeptima, quo (ut auctor eſt Regino) Ludovicus Imp. captus a Berengario tyranno, oculis ſimul cum Imperio privatus eſt: perſeverante in Italia Lamberto Imperatore, quia Formoſo (ut dictum eſt) coronatus fuerat anno octingenteſimo nonageſimo tertio, cujus hic ſit annus Imperii ab eo tempore jam undecimus inchoatus, ab obitu vero Vvidonis patris quintus: porro hic primus ex quo Italiæ Principes eum Italiæ Regem nominant, deficientes a Berengario. Ipſe vero Lambertus, ſecundum initam ſuperius rationem ortus ejus, ex diplomate parentis ipſius, hoc anno fuiſſe reperitur ætatis annorum vigintiſex, & plane grandior, quam deſcribatur a Luitprando verbis iſtis: (a) *Quia ſemper Italienſes geminis uti dominis volunt, quatenus alterum alterius terrore coerceant: Vvidonis Regis defuncti filium nomine Lambertum elegantem juvenem adhuc ephœbum, minuſque bellicoſum Regem conſtituunt. Cœpit denique hunc populus adire, Berengarium deſerere. Cumque Berengarius Lamberto cum exercitu magno Papiam tendenti occurrere non auderet, Veronam petiit, iſticque ſecurus degit.* Hæc ipſe.

(a) *Luitp. l. c. 10.*

II. Berengarii tyrannis exoſa.

Antequam autem iſta fierent, contigit, ipſum Berengarium Romam armato exercitu contendiſſe, coronamque Imperii ab ipſo Joanne Pontifice violenter extorſiſſe, ſicque tyrannice Imperatoris nomen vendicaſſe. Contra vero, eo recedente, vocatum Lambertum Romam ab eodem Pontifice, hoc cupiente Imperatoria corona ſolemnibus ritibus coronatum. Cum & ipſe Pontifex Synodo Epiſcoporum Romæ collecta, in eodem conventu Patrum utriuſque Regis cauſam propoſuit, & utriuſque juribus examinatis, in eam ſententiam ab omnibus itum eſt, ut Berengarii coronatio tamquam vi extorta penitus abrogaretur, Lamberti vero, in quem libera vota Romani Pontificis conſpiraſſent, eſſe legitima judicaretur. Facta ſunt iſta Romæ hoc anno, eademque recitata poſtea in Synodo Ravennate ab eodem Romano Pontifice congregata. Quod enim haud liberum eſſet Romæ degere ipſum Joannem Papam, ſtudentibus nonnullis adverſæ parti contra Lambertum, faventibuſque Berengario: conſultius viſum eſt eidem Pontifici inde recedere, atque Epiſcopos Ravennam ad Synodum convocare, in qua complura gravioris momenti tractanda forent, nempe abrogatio rerum geſtarum per Stephanum prædeceſſorem adverſus Formoſum, quæ minus ſecure Romæ tractari poſſent.

Romanum Concilium in cauſa Imperii.

III. Concilium Ravennæ.

Meminit hujuſmodi Concilii Ravennatis Sigebertus anno ſuperiori, cum ait: *Hic etiam ad confirmandam Formoſi ordinationem, quem Stephanus Papa depoſuerat, Synodum LXXIV. Epiſcoporum, præſentibus Francorum Archiepiſcopis & Rege apud Ravennam ſtatuit. Et coram eis combuſta eſt Synodus, quam Stephanus in damnationem Formoſi fecerat.* Hæc Sigebertus. Extant apud nos tam Romanæ, quam Ravennatis Synodi Acta, ex codice Antonii Auguſtini Romam miſſo, ex quo ea hic tibi deſcribimus, Sic enim ſe habent:

Cap. I. Acta Romanæ Synodi ſub Joanne IX.

*Synodus Acta Ravennæ, tempore domni Joannis Noni Papæ & Lamberti Imperatoris.* Ita titulus de Actis Synodi Ravennatis, in qua primus quæ geſta ſunt in Romana Synodo, ſic recitantur:

*De abrogatione pſeudoſynodi habitæ a Stephano prædeceſſore.*

IV. * al. Septimi.

*Synodum tempore piæ recordationis * Sexti Stephani Papæ, deceſſoris videlicet noſtri celebratam, in quam venerabi-*



PAGIUS

SÆC. X.

Anno Eræ Hiſp. CMXLII. An. Hegiræ CCXCII. inchoato die 13. Novemb. fer. 3. A.C. 904.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6397.

☉ 17. AG. ☽ 12. P. 8. April. Indict. 7.

Jesu Christi 904.

Sergii III. Papæ 1.

Ludovici III. Imp. 5.

Leonis Sapientis Imp. 19.

I. *Mors Vvidonis Imp.*

Ad num. I. *Vvidonis* Imperatoris obitus hoc anno a Baronio recitatus pertinet ad an. DCCCXCVI. quo de eo locuti ſumus, neque impoſterum hac de re videtur ambigendum.

II. *Concilia Rom. & Ravennenſe anno ſuo reddita.*

A num. II. ad XXX. *Joannes IX.* Papa anno DCCCXCVIII. coram Legatis *Lamberti* Imperatoris Pontifex Romanus conſecratus fuit, juxta Decretum a Stephano VI. vulgo VII. ejus deceſſore latum; de quo anno DCCCXCVII. egimus, annoque inſequenti DCCCXCVIII. Concilium Romanum convocavit, in quo præfatum Decretum hoc anno a Baronio num. XIII. relatum, confirmatum fuit. In eodem Concilio confirmata etiam *Lamberti* Imperialis unctio, & *Arnulphi* coronatio, anno DCCCXCVI. Romæ a Formoſo Papa peracta, tanquam vi extorta reciſa eſt, ut habet Baronius num. IX. Verum nactus erat Cardinalis doctiſſimus codicem interpolatum, in quo legebatur, *illam vero barbaricam Berengarii, qua per ſubreptionem extorta eſt, omnimode abdicamus;* cum tamen legendum ſit, *illam vero barbaricam, qua per ſubreptio-*

*nem*

bile corpus Formoſi venerandi Papæ de ſepultura violata per terram tractum eſt; & quaſi ad judicium deductum, judicari & damnari præſumptum eſt: quod numquam deceſſorum noſtrorum temporibus factum fuiſſe traditum eſt, penitus * abdicamus. Et ne ulterius præſumatur fieri per quodlibet Spiritus ſancti judicium interdicimus: quia ad judicium vocari mortuus non poteſt, cum perſona, quæ ad judicium vocatur, ideo vocatur, ut aut fateatur obiecta, aut convincatur obiectis. Et omnibus patet, quia mortui cadaver pro ſe nec reſpondere, nec ſatisfacere poteſt. Hic conſidera, Lector, quanta ſolerent, ſucceſſores Pontifices quantumcumque reprehenſibiles prædeceſſores reverentia proſequi, ut Joannes Stephanum ſuum prædeceſſorem tum Sedis invaſione, tum etiam ſeſſione in omnibus plane execrandis facinoribus deteſtabilem, piæ tamen recordationis Stephanum appellet. Pergunt reliqua in eadem Synodo conſtituta:

* al. abrogamus.

V. Cap. II. Epiſcopi & presbyteri, & reliquus Clerus, qui eidem Synodo interfuerint, quia ipſi veniam petentes, coactos ſe terroris metu ac formidine interfuiſſe, confeſſi ſunt; prece ſanctæ Synodi eis indulſimus, ſtatuentes & decernentes, ut nullus futuris temporibus Epiſcopis vim inferre, vel eos temere lacerare præſumat, quatenus cum ad Synodum convenerint, libere eis tractare, & ſtatuere liceat, quæ ſanctorum Patrum canonica cenſura decrevit. Nulluſque eos lacerare, vel ſacris Canonibus conceptis abſque audientia, & juſta examinatione inquietare, facultatibus nudare, aut quoquo modo in cuſtodiam detrudere abſque ſtatus ſui periculo pertentet, dicente Domino: (a) Nolite tangere chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Indignum quippe eſt, ut ſacerdotium Senatus præjudicet, cum pateat populum ſequendum non eſſe, ſed docendum.

(a) Pſ. 104.

VI. Cap. III. Quia neceſſitatis cauſa de Portuenſi Eccleſia Formoſus pro vitæ merito ad Apoſtolicam Sedem provectus eſt: ſtatuimus & omnino decernimus, ut id in exemplum nullus aſſumat, præſertim cum ſacri Canones hoc penitus interdicant, & præſumentes tanta feriant ultione, ut etiam in fine laicam eis probibeant communionem. Quippe quod neceſſitate aliquoties * indultum eſt, neceſſitate ceſſante, in auctoritatem * ſummam non eſt permiſſum. Sed neque de gradu Eccleſiaſtico ſynodice ejectum, & non canonice reſtitutum ad altiora provehere ullus præſumat, prout de Bonifacio primum de Subdiaconatu, poſtmodum de Presbyteratu depoſito popularis manus agere præſumpſit. Si vero cujuſcumque ſit ordinis vel poteſtatis, contempto Deo, & calcatis ſanctorum Patrum ſtatutis, id quoquo modo tentaverit, non ſolum Apoſtolico judicio anathemate feriatur, ſed etiam Imperialem indignationem experiatur, quatenus ſanctæ Eccleſiæ ſtatus inviolabiliter perſiſtat, & iniquorum præſumptio accipiat ultionem.

* inductum * ſumi

Bonifacii electio improbatur.

VII. Cap. IV. Reſtituuntur ordinati a Formoſo. Epiſcopi igitur ſeu presbyteri atque diaconi, necnon & ſubdiaconi, cæterique alterius ordinis ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, qui ab eodem venerando Papa Formoſo canonice conſecrati, & pro quorumdam libitu temere dejecti ſunt: in proprios ordines & gradus communi ſanctæ Synodi conſultu reducimus, perpetuoque robore ac canonica cenſura ſtabilitos, Deo auctore, decernimus.

VIII. Cap. V. Reordinationes, ſeu rebaptizationes & ſedium mutationes ſancti Patres in Africano Concilio congregati omnimodis interdixerunt: quos ſecuti & nos interdicimus, ſtatuentes, ut Eccleſiæ, cui regulariter præpoſiti, perpetuo conſiſtant; nec eis ſine canonicæ auctoritatis publica cenſura ejectis, alii ordinentur, & Eccleſia diviſionem ſuſtineat: ſed ſecundum quod ſancti Patres ſtatuerunt, unuſquiſque Epiſcopus ſuæ Eccleſiæ curam habeat, & Eccleſiaſticarum rerum poteſtate potiatur, ne quoquomodo ſciſſuram ſancta patiatur Eccleſia, quia nec militibus Chriſtum crucifigentibus ejus tunicam ſcindere permiſſum eſt.

IX. Cap. VI. Probatur unctio Lamberti, Berengarii vero reiicitur. Unctionem itaque ſacri Chriſmatis in ſpiritualem filium noſtrum dominum videlicet Lambertum excellentiſſimum Imperatorem actam, perpetua ſtabilitate, dignitatibus decoratam, firmam & in æternum ſtabilitam eſſe, ſancto ſuffragante Spiritu, decernimus. Illam vero barbaricam Berengarii, quæ per ſurreptionem extorta eſt, omnimodis abdicamus.

X. Conſignationes autem ſacri Chriſmatis & olei, vel quæque pro ſtatu Eccleſiæ geſ-

PAGIUS nem extorta eſt, &c. Patres enim Concilii, qui Lamberto favebant, Arnulphi unctionem abdicarunt. Quod cum non animadvertiſſet Baronius, ex loco illo interpolato intulit, Berengarium ante Concilii Romani indictionem unctionem Imperialem a Joanne IX. extorſiſſe; huncque ad eam annullandam Concilium Romanum congregaſſe. Verum Berengarius ante annum CMXV. coronatus Imperator non fuit, ſe ſeque tantum Regem appellavit, ideoque unctio, quæ nunquam facta fuerat, reſcindi non potuit in hoc Concilio, de quo ſicuti & de Ravennenſi anno DCCCXCVIII. fuſe diſſeruimus, & mox in medium allata probavimus.



geſſit, firma & immutilata, ut omni tempore permaneant, Apoſtolica auctoritate ſancimus.

Cap. VII. Igni damnatur Conc. Rom. ſub Stephano. Eaſiquidem quæ de ipſo prænominato Concilio ſcripta eſſe noſcuntur, quoniam irrita, & contra canonicam auctoritatem præſumpta ſanxiſtis: decernimus una cum conſultu omnium veſtrum (ſi placet) igne crementur, ſicut de Latrocinali Ariminenſi Synodo & Epheſina ſecunda ſcriptum continetur: & de his, quæ contra ſanctiſſimum Papam Leonem ab hæreticis acta ſunt, & ſecundum quod tempore domni Hadriani junioris Papæ ſynodali conventu illa, quæ contra domnum Nicolaum beatiſſimum Papam Conſtantinopoli nequiter acta fuerant, igne cremata in ſancta Romana Eccleſia conſtat fuiſſe.

XI. Cap. VIII. Sacrilegi condemnati. Sergium, Benedictum, atque Marinum dudum presbyteros S. R. E. ſeu Leonem, Paſchalem & Joannem dudum diaconos ſanctæ Sedis Apoſtolicæ juſte & canonice damnatos & a gremio ſanctæ Dei Eccleſiæ ſequeſtratos, ſi aliquis homo, ſacratiſſimis auctoritatibus fractis, illos inter Eccleſiaſticos viros, nobis inconſultis, habere voluerit, aut in ipſos gradus, quibus canonica auctoritate privati ſunt, reducere quoquo modo aliquando maluerit, ſive eos ſacerdotes vocare, aut habere tentaverit, ſciat ſe fore anathemate percuſſum a Patre, Filio, ſanctoque Spiritu, tamquam qui ſanctorum Canonum violator extiterit.

XII. Cap. IX. Violatores namque ſeu corruptores ſacri tumuli ejuſdem domni Formoſi Papæ, qui ſub fœdere conſpirationis ad capiendum theſaurum corpus illius retrahentes, in fluvium Tyberim jactare non timuerunt: divina auctoritate, ſynodalique noſtro conſultu niſi reſipuerint, ſint a ſanctæ Dei Eccleſiæ liminibus ſeparati.

XIII. Cap. X. Jubentur intereſſe Legati tumultus tantum vitandi cauſa. Quia ſancta Romana Eccleſia, cui Deo auctore præſidemus, plurimas patitur violentias, Pontifice obeunte: quæ ob hoc inferuntur, quia abſque Imperatoris notitia, & ſuorum Legatorum præſentia, Pontificis fit conſecratio, nec canonico ritu & conſuetudine ab Imperatore directi interſunt Nuntii, qui violentiam & ſcandala in ejus conſecratione non permittant fieri: Volumus id ut deinceps abdicetur, & conſtituendus Pontifex, convenientibus Epiſcopis & univerſo Clero eligatur, expetente Senatu & populo qui ordinandus eſt, ſic in conſpectu omnium celeberrime electus ab omnibus, præſentibus Legatis Imperialibus conſecretur. Nulluſque ſine periculo, juramentum vel promiſſiones aliquas nova adinventione ab eo audeat extorquere, niſi quæ antiqua exigit conſuetudo, ne Eccleſia ſcandalizetur, vel Imperatoris honorificentia minuatur.

XIV. Cap. XI. De Patriarchio expilando prava conſuetudo. Quia ſceleſtiſſima etiam conſuetudo inolevit, ut obeunte ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Sedis Pontifice, ipſum Patriarchium deprædari ſoleat; & non ſolum in ipſo ſancto Patriarchio, ſed etiam per totam civitatem & ſuburbana ejus talis bacchatur præſumptio: necnon quia & id inultum hactenus neglectum eſt, adeo ut omnia Epiſcopia eadem patiantur uniuſcujuſque Eccleſiæ, obeunte Pontifice: quod ne ulterius præſumatur, omnimodis interdicimus. Quod qui facere præſumpſerit, non ſolum Eccleſiaſtica cenſura, ſed etiam Imperiali indignatione feriatur. Poſt hæc in Codice interpoſita leguntur duodecim capita alterius cujuſpiam Concilii; poſtque iſta ſequuntur, quæ ad hoc ipſum Ravennæ habitum Concilium ſpectant. Porro illa duodecim capita ponentur inferius poſt Acta Concilii ſub eodem Joanne Papa habiti.

XV. Cap. XII. Pernicioſa inolevit conſuetudo, ut judex publicus vel miniſter peccata populi, quæ ab Epiſcopis ſunt inquirenda, quibus animarum ſolicitudo commiſſa eſt, quaſi inquirenda vendant, & ea occaſione licenter ſceleſta vitia augmententur; & ſi in proprietate Eccleſiæ vel clerici feminas inveniant adulteras, infamant, comprehendunt, dilaniant, donec domini earum, vel parentes eas redimant, pro quo conſanguinei earum in non modicam deveniunt paupertatem: & eo ordine liberius poſt venditionem fornicari non metuunt, dicentes nihil pertinere ad Epiſcopum, quæ a publico examinata dignoſcitur & redempta. Quod omnino irregulariter inoleviſſe manifeſtum eſt. Habeant igitur Epiſcopi ſingularum urbium in ſua diœceſi liberam poteſtatem adulteria & ſcelera inquirere, ulciſci, & judicare, ſecundum quod Canones cenſuerunt, abſque impedimento alicujus. Et cum opus fuerit, ad comprimendos rebelles & contemptores publicum placitum convocent non ad præjudicandum, ſed potius ad ea, quæ Deo placita ſunt, & ſaluti animarum conveniunt, proſequendum. Hic finis Romanæ Synodi, quæ Ravennæ eſt recitata. At quæ ſequuntur, ad Ravennatem Synodum, quæ facta eſt coram Imperatore Lamberto, ſpectare noſcuntur, ita præloquente pontifice:

XVI. Hic incipiunt decreta Synodi Ravenn. præſente Imp. celebratæ. Quia divina inſpirante miſericordia, veſtra nobiſcum convenit fraternitas, ut nutu ſancti Spiritus, qui ſuis numquam deeſt Fidelibus, communi omnium veſtrum conſultu, fratres chariſſimi, ea, quæ neceſſaria ſanctæ Dei Eccleſiæ previdimus una cum ſpirituali filio noſtro, glorioſiſſimo videlicet Imperatore Lamberto & veſtro ſancto collegio, & quæ nocivo ſurculo pullulare conabantur in agro ſanctæ

*ctæ Eccleſiæ, canonico ſarculo eradicare ſtudeamus, quæ capitulatim annotatæ ſunt, ſi omnibus placent, in conſpectu omnium legantur, examinentur, & examinata, manibus omnium pro futura memoria roborentur, ne ulli umquam ſine ſtatus ſui periculo eadem violare liceat, ſed rata & firma in perpetuum conſiſtant, ad ſtatum & munimen ſanctæ Dei Eccleſiæ, ad ſalvationem omnium Fidelium per Dei miſericordiam.*

## RESPONSIO.

XVII. *Immenſas Deo Salvatori noſtro laudes referimus, qui talem vos ſuæ præfecit Eccleſiæ ejus opportunitatem decernere, ut omne ab ea zizanium eradicare conemini, prout in hac ſancta Synodo cunctis nationibus apertis declaratur indiciis. Capitula etiam, quæ pro generali omnium cautela ad robur & munimen ſanctæ Eccleſiæ conſcripta ſunt, ſi veſtræ placet pietati legantur, qualiter per ea omnes doceamur, quæ obſervare, vel quæ cavere debeamus, ne in aliquo a regulis ſanctorum Patrum (quod Deus avertat) deviare inveniamur.*

XVIII. Cap. I. *Si quis ſanctorum Patrum regulas contempſerit, & glorioſiſſimorum Imperatorum Caroli videlicet Magni Imperatoris, & Ludovici atque Lotharii, necnon & filii ejus Ludovici, quæ de Eccleſiaſticis decimis in eorum Capitularibus ſtatuta atque ſancita ſunt, non obſervaverit: & qui dat, & qui recipit, auctoritate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & ſanctione ſanctæ Synodi excommunicationi ſubiaceat.*

XIX. Cap. II. Imperator autem iſta ſervanda propoſuit. *Si quis Romanus cujuſcumque ſit ordinis, ſive de Clero, ſive de Senatu, ſeu de quocumque ordine gratis ad noſtram Imperialem majeſtatem venire voluerit, aut neceſſitate compulſus ad nos voluerit proclamare: nullus eis contradicere præſumat, & neque eorum res quiſpiam invadere, vel deprædari aut eorum perſonas, ineundo, vel redeundo, vel morando inquietare præſumat, donec liceat Imperatoriæ poteſtati eorum cauſas, aut perſonas, aut per Miſſos noſtros deliberare. Qui autem eos inquietare, eundo redeundo, vel morando tentaverit, vel eorum quidpiam rerum auferre: poſtquam per noſtram miſericordiam ſe proclamaverint, Imperialis ultionis indignationem incurrat.*

XX. Cap. III. *Ut privilegium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quod a priſcis temporibus per piiſſimos Imperatores ſtabilitum eſt atque firmatum, ita nunc a nobis firmetur, & diebus noſtris (ſicut condecet) immutilatum ſervetur, & ſancta Romana Eccleſia Mater noſtra exalteтur, protegatur, ac defendatur, quoad Imperii noſtri eſt.*

Pontifex his ſubiicit iſta, *Ut Synodus, quæ veſtris temporibus in baſil. B. Petri Apoſtoli pro nonnullis malis eradicandis, & maxime pro cauſa domni Formoſi ſanctiſſimi Papæ acta eſt, veſtro Imperiali conſenſu, & venerabilium Epiſcoporum & optimatum veſtrorum roboretur, ac perpetualiter ſtabilita ſervetur. Quæ non invidiæ zelo, ſed rectitudinis gratia canonice peracta.* XXI. Cap. IV. Approbatur Synodus Romana habita in cauſa Formoſi Papæ.

Cap. V. *Ut tantæ impietates, pro quibus nos ad vos veniſſemus, quas etiam per territoria noſtra vidimus in tractationibus, deprædationibus, incendiis, rapinis, & violentiis, a vobis diligentiſſime inquirantur, & prout neceſſe eſt, legaliter emendentur: quoniam tanto dolore perculſi ſumus talia contemplantes, quod magis mori cupieramus, quam talia in noſtris diebus * cerniſſemus, ne quibus, ſi emendata non fuerint, vos, & nos a ſummo Judice diſtincte quæremur. Ideo petimus, & per Chriſtum Dominum adjuramus, ut talia impunita non dimittatis.*

* al. creviſſemus

XXII. Cap. VI. *Ut pactum, quod a beatæ memoriæ veſtro genitore domino Vuidone, & a vobis, piiſſimis Imperatoribus, juxta præcedentem conſuetudinem factum eſt, nunc reintegretur, & inviolatum ſervetur.*

Cap. VII. *De locis autem atque rebus, quæ in eodem pacto continentur, præcepta nonnulla illicita facta ſunt, quæ petimus, ut in eadem Synodo terminentur, & quæ non recte facta præcepta ſunt, corrumpantur.*

Cap. VIII. *Ut patrimonia, ſeu ſuburbana, atque maſſæ & colonitiæ, necnon civitates, quæ contra rationem, quaſi per præcepta largita ſunt, petimus reddantur, ipſaque.....*

Cap. IX. *Veſtræ igitur majeſtati non manet incognitum, qualiter illicitas conjunctiones Romani & Longobardi ſimul & Franci contra Apoſt. & Imperial. voluntatem facere præſumpſere in territoriis B. Petri Apoſtolorum principis: petimus ut ſicut a veſtris anteceſſoribus Imperatoribus prohibitum eſt, ne quoquo modo fierent, ita amodo veſtro Auguſtali decreto omnimodis prohibeantur, & ſynodaliter, ne amodo ac deinceps fieri tententur, in perpetuum firmiter ſtatuatur atque firmetur.*

XXIII. Cap. X. *De hoc ſane præ omnibus condolemus, quia ad tantum Apoſtolicum culmen gratia Chriſti provecti, cum Eccleſiam Domini Salvatoris, quæ Conſtantiniana vocatur, deſtructam cerneremus: direximus pro illius aliqua reſtauratione ad trabes incidendas; ſed qui directi ſunt a nobis, quæ neceſſaria erant, ob malitioſorum hominum infeſtationem facere nullo modo valuerunt. Super quibus omnibus, chariſſime fili, videte nobiſcum, & quantum ſit indecens, quantamque violentiam ſancta Mater Romana Eccleſia ſit paſſa, medullitus conſiderate; & ut amodo & deinceps veſtro Imperiali ſtudio ad optatum vigorem perducatur, ſicut dilectiſſimus ejus filius & Imperator ſublimiſſimus, operam date. Sed hoc ſcire vos volumus, quoniam ſancta Romana Eccleſia tantum eſt ad nihilum deducta, quod & eleemoſynæ, quæ pauperibus pro ſoſpitate veſtri Imperii diſtribui ſolebant, & ſtipendia clericorum ac famulorum ejus omnimodis ſunt evacuata. Pro quibus vero ad ſtabilitatem Imperii veſtri magis vos oportet cum veſtris fidelibus prudenter tractare, ut ſicut prædiximus, alicui reſtaurationi ipſius, quæ nimium eſt afflicta, operam detis.* His lectis Papa ad Epiſcopos converſus ſic perorat:

In quem ſtatum redacta Romana Eccleſia.



XXIV. Pontificis exhortatio. *Quia veſtra omnium fraternitas concordi voce ſibi placere profitetur, quæ Chriſti Dei noſtri gratia inſpirante præfiximus: hortamur, ut ſecundum debitam ſolicitudinem commiſſæ ſibi a Deo Eccleſiæ curam unuſquiſque veſtrum agere ſtudeat, & gregem Chriſti ſanguine redemptum bonis exemplis ac ſalutaribus documentis inſtruat, habens ſemper præ oculis illum tremendum Judicem, qui ſuum ſacratiſſimum ſanguinem pro omnibus fudit, ut cum ante ipſius tribunal ſteteritis, unicuique veſtrum dicat: (a) Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui.*

(a) Matt. 25.

XXV. De peccatorum expiatione indicenda. *Cumque Deo auxiliante ad propria veneritis, jejunium indicite, litaniam celebrate, rogantes & obſecrantes pium & miſericordem Dominum, ut furorem mitiget, iram a populo avertat, pacem tribuat, ſchiſmata & ſeditiones comprimat, diſcordiam auferat, retroacta peccata tergat, & miſerando aboleat; quatenus indultis omnibus delictis, miſericordiam rogantibus largiatur, & ad protectionem & exaltationem ſanctæ Eccleſiæ ſpiritualem filium noſtrum excellentiſſimum ſcilicet Imperatorem Lambertum conſervet, & ſuperbarum gentium illi colla ſubiiciat ſub potenti dextera JESUS Chriſtus Dominus noſter, cui eſt cum Patre & Spiritu ſancto honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hic finis Synodi Ravennatis, hoc tempore coram Lamberto Imperatore habitæ a Joanne Nono Romano Pontifice. Modo vero hic ſubiicienda ſunt duodecim capita illa, quæ (ut diximus) interpoſita in dicto codice reperiuntur, quæ ſic ſe habent, digna quidem quæ ob venerandam antiquitatem edantur.

XXVI. *1. Ut Comes inter honores ſuos, rapinam exercitus legi ſubiiciat.*

*2. Ut Imperiales homines ad colloquium ſive ſervitium Imperatoris properantes, ſuis ſtipendiis ſint contenti.*

*3. Ut nullus Comitum * Arimannos in beneficia ſuis hominibus tribuat.*

* f. legendum Herimannos vox Franca; frequentata lib. 3. Capit. c. 14. 47. 55. 67. 68. & ibi a Scholiaſte pro tributo uſurpari ponitur, ſed hic pro perſona.

*4. Ut homines Comitum nullatenus in domibus Arimannorum reſideant, ſed domos Reipublicæ inſtaurent, ibique reſideant.*

*5. Ut ſcriptoribus publicis nullatenus interdicatur res Arimannorum tranſcribere, ſi quando eis fuerit opportunum. Quod ſi occaſione * vitandi exercitus, aut placitum venditæ fuerint, & ipſi eas pendere ſuperſederint, exigatur ab eis utrumque, ſicut ante tranſcriptionem.*

* al. victandi.

*6. Ut ipſi Arimanni frequentius quam in lege ſtatutum eſt, ad placitum ire non cogantur, nec a Comitibus, nec a Sculdaliſiis.*

XXVII. *7. Ut bannum Miſſi exercitus Imperialis ſolummodo exigant.*

*8. Ut paſtus Imperatoris ab Epiſcopis & Comitibus, ſecundum antiquam conſuetudinem ſolvatur. Quod ſi novo tempore Fiſcus Comitialis in jus Eccleſiaſticum converſus eſt, augeatur ſtipendium Imperiale ab Eccleſia, juxta quod reſpublicæ fuerint minoratæ.*

*9. Ut omnis decimatio ab Epiſcopis, vel his, qui ab eo ſubſtituti ſunt, præbeatur, nulluſque eam ad ſuam Capellam, niſi forte conceſſione Epiſcopi conferat. Quod ſi feciſſe contigerit, primum legibus ſubiaceat humanis, poſtea excommunicatione populi conſtrictus, ad ultimum ipſa Capella, quæ magis contentionem quam utilitatem aliquam præſtat, deſtruatur.*

*10. Ut plebes Eccleſiæ nullatenus aut Comitibus, aut Epiſcoporum vaſallis, aut ullis laicis in beneficia tribuantur.* XXVIII.

*11. Ut in domibus Eccleſiarum, neque Miſſus, neque Comes, vel Judex quaſi pro conſuetudine neque placitum neque hoſpitum vendicent, ſed in publicis vicis domos conſtituant, in quibus placitum teneant, & ſecundum antiquam conſuetudinem hoſpitentur.*

*12. Ut ſingulæ plebes Archipresbyterum habeant, propter aſſiduam erga populi Dei curam ſingulis plebibus Archipresbyteros præeſſe volumus, qui non ſolum imperiti vulgi ſolicitudinem gerant, verumetiam eorum presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumſpectione cuſtodiant, & qua unuſquiſque induſtria divinum opus exerceat, Epiſcopo ſuo renuntient, nec obtendat Epiſcopus, non egere plebem Archipresbytero. Quod ſi ipſe gubernare valeat, quia eſt valde idoneus, decet ta-* XXIX.

*tamen, ut partiatur onera ſua, & ſicut ipſe Matrici præeſt, ita presbyteri præſint plebibus, ut in nullo titubet Eccleſiaſtica ſolicitudo. Cuncta tamen ad Epiſcopum referant, nec aliquid contra ejus decretum ordinare præſumant*. Hucuſque capita illa interpoſita.

XXX. Hoc eodem anno ſanctus Grimbaldus pre-

PAGIUS

III. *Obitus S. Grimbaldi & Alſvvithæ Angliæ Reginæ.* Ad num. XXX. In utraque Chronologia Saxonica annus emortualis *Grimbaldi* his verbis exprimitur: *Anno* DCCCCIII. *obiit Grimbaldus Presbyter, octavo Idus Julii*, niſi quod dies & menſis mortis intra parentheſim clauduntur. Anno etiam ſuperiori Annaliſta Mailroſenſis *Grimbaldi* mortem collocat, quamvis Weſtmonaſterienſis eam in annum præſentem differat. De ejus virtutibus legendi Alfordus in Annal. Eccleſ. Anglic. & Mabillonius Sæc. V. Benedict. Refert etiam hoc anno Baronius mortem *Alſvvithæ* Aelfredi Regis uxoris & Edvardi ejus filii matris, de qua pauca habent Hiſtorici Angli, niſi quod Annaliſta Mailroſenſis citatus ad annum CMV. ait: *Luna obſcurata eſt horribiliter. Chriſti famula Elfvvitha Regina deceſſit, quæ monaſterium Sanctimonialium conſtruxit VVintoniæ.* At magna illa eclypſis, cujus etiam Cedrenus meminit, contigit currenti die primo Junii, ut oſtendit Calviſius in Opere Chronol. ideoque piæ hujus Reginæ obitus a præſenti anno non removendus.

IV. *Leges Eduardi Angliæ Regis.* Extant Edoardi Senioris leges, ex quibus Spelmannus Eccleſiaſticas tantum recenſuit, fœdus nempe quod Edoardum inter & Danos percuſſum fuit. Harum legum inſcriptio eſt: *leges Eccleſiaſticæ Edoardi Senioris Regis Angliæ, & Guthurni Regis Danorum in Eaſt-Anglia*; &c. *ab Alvredo Magno, & Guthurno Regibus primum conditæ, & tunc denuo ab Edoardo filio ejuſdem Alvredi & Guthurno fœdus ineuntibus confirmatæ.* Recitat eaſdem leges Alfordus citatus num. X. & ſeqq. quæ apud eum legendæ.

V. *Sergius III PP. ſuccedit Chriſtophoro.* *Chriſtophorus* Papa, qui anno ſuperiori, menſe Novembri Sedem Romanam occupavit, currenti ex ea ejectus eſt, circa diem decimum octavum menſis Maij. In fragmento enim de Pontif. Rom. Flodoardus habet:

> *Chriſtophorus mox ſortitus moderamina ſedis.*
> *Dimidio, ulteriuſque parum, diſpenſat in anno.*

In Martino Polono & in Catalogis quibuſdam ei *menſes VII.* in quibuſdam vero *menſes VI.* tribuuntur. Hunc excepit *Sergius* III. quem *Idibus Julii*, ſeu die XV. ejuſdem menſis, jam Eccleſiam Romanam adminiſtraſſe, deducitur ex variis actis publicis anno CMV. datis & a Rubeo lib. 5. Hiſt. Ravenn. pag. 253. memoratis, quibus Joannes X. Archiep. Ravennenſis bona Eccleſiæ ſuæ compoſuit, & ad veterem ditionem adduxit, quæ ſcripta ſunt *indictione octava, Idibus Julii anno Sergii Pontificis ſecundo*, qui ideo hoc anno ante eum diem jam ſedebat. Quæ cum ita ſint, manifeſtum eſt *Benedictum* IV. ſupra annos tres, menſes ſex & aliquot dies Pontificatum gerere non potuiſſe, ut in variis Catalogis legitur, & tam Joannis IX. quam Succeſſorum ejus uſque ad Sergium III. tempora exacte a nobis fuiſſe digeſta; deceptum demum Papebrocium in Conatu Chronico-Hiſtorico, qui *Sergium* die nona menſis Junii ſequentis Chriſti anni ordinatum fuiſſe Pontificem Romanum ſcribit, multo magis Baronium, alioſque Viros doctiſſimos, qui ejus Sedis initium cum anno CMVI. illigant. Verum quidem eſt, Ughellum Tom. I. in Epiſcopis Sylvæ Candidæ referre Privilegium Hildebrando Epiſcopo a Sergio III. conceſſum, in quo legitur: *Scriptum per manum Melchiſedec Protonotarii Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, in menſe Majo, indictione ſupraſcripta VIII. dat. Kal. Junii per manum Theophylacti Cancellarii S. Sedis Apoſtolicæ, anno Deo propitio, Pontificatus Domini Sergii Summi Pontificis & univerſalis Papæ, in ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli tertio, in menſe & indictione ſupradicta octava*, qua ante Septembrem annus Chriſti CMV. inſignitur. Quo pacto Sergius III. Pontificatum ſuſcepiſſet anno CMIII. ante finem menſis Maji, ideoque anno integro & duobus fere menſibus ante tempus a nobis aſſignatum, quod ut dicamus, præcedentium Pontificum duratio pati non poteſt. At loco, *anno Pontificatus tertio*, legendum, *anno Pontificatus primo*, niſi mendum in Indictione VIII. cubet. De Sergii Pontificatu hæc habet Flodoardus laudatus.

> *Sergius inde redit, dudum qui lectus ad arcem*
> *Culminis, exilio tulerat rapiente repulſam:*
> *Quo profugus latuit* SEPTEM *volventibus annis.*
> *Hinc populi remeans precibus, ſacratur honore*
> *Pri-*

NOTÆ [1] His adde, ad initium Pontificatus *Sergii* quod attinet, ejuſdem *Sergii* diploma pro monialibus Eccleſiæ B. Genitricis Virginis Mariæ in Urbe, cujus Aſceterii *Euphemia* venerabilis *diacona* & *Abbatiſſa* erat; quo diplomate *Sergius* nonnulla bona, poſita *foris porticum* B. Pauli Apoſtoli *milliario ab urbe Roma plus minus ſexto donat*, atque in perpetuum confirmat, ea lege, ut ſingulis diebus Sanctimoniales centum *Kyrie eleiſon*, & centum *Chriſte eleiſon* pro remedio animæ ipſius *Sergii* decantent. *Scriptum* eſt autem *per manum Antonii ſcriniarii S. R. E. in menſe Auguſto, indictione quinta.*

† *Bene Valete* † *Sexto decimo Kal. Auguſtas per manum Stephani Arcarii S. Sedis Apoſtolicæ in menſe, & indictione, anno Deo propitio Pontificatus Domni Sergii ſummi Pontificis & univerſalis tertii Papæ in ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli ſecundo in menſe, & indictione ſupraſcripta quinta.* Claudicat & hic *indictio*; nam A. D. 905. erat indictio *octava*. Edidit hoc diploma ex apographo, *per manum Gervaſii S. R. E. Scrinarii*, ad fidem Archetypi deſcripto, Franciſcus Maria Torrigius in Commentariolo Italico de Hiſtoria imaginis B. M. Virginis in Eccleſia monialium SS. Dominici & Siſti in urbe Roma A. D. 1641. GEORGIUS



presbyter vir magnæ ſanctitatis in Anglia ex hac vita migravit, ſimulque reli-

PAGIUS

> *Pridem adſignato, quo nomine tertius exit*
> *Antiſtes: Petri eximia quo ſede recepto*
> *Præſule gaudet ovans* ANNIS SEPTEM *amplius orbis.*
> *Ipſe favens Cleri cenſura in culmine rapto*
> *Falce ferit pervaſores.* [1]

VI. *Ante ſeptennium electus, fuerat.* Dum de initio Pontificatus *Joannis* IX. egimus, *Sergium* poſt ſuam electionem ex Urbe pulſum fuiſſe, & *Joannem* IX. in ejus locum ſubrogatum diximus. Quare exordium Sedis ejuſdem Joannis cum an. Chriſti DCCCXCVIII. accurate illigavimus; cum annus CMIV. ab illo ſeptimus ſit. *Sergium* autem per annos ſeptem in exilio fuiſſe, teſtatur etiam ejus Epitaphium infra referendum. Baronius, qui Flodoardi Carmina non viderat, & Epitaphium Sergii III. Sergio primo attribuerat, anno CMVI. num. I. ſcribit, jam tum *Sergium* III. primum ſediſſe, annoque inſequenti tradit, *Chriſtophorum* ab eo poſt menſes ſeptem Sede deturbatum eſſe, ideoque anno CMVIII. quo rurſus Pontificatum Sergii III. inchoat Baronius, qui jam dixerat anno CMVI. non *Benedictum*, ſed *Sergium* III. ſediſſe. Verum hæc ex dictis ſubſiſtere non poſſunt, & *Sergius* ſeme tantum a Sede Romana expulſus, in quam poſt annos ſeptem, currenti ſcilicet reſtitutus eſt.

VII. *Eccleſiam Lateranenſem reſtauravit.* Mabillonius in Appendice II. Ordinis Romani, quæ eſt Joannis Diaconi junioris liber de Eccleſia Lateranenſi §. 17. ſermonem habet de caſu & reparanione Baſilicæ Lateranenſis, quo tempore fuit facta a Sergio Papa III. aitque Joannes Diaconus; *Permanſit ab eodem tempore*, (nempe Conſtantini M.) *licet ſeparatio parietum, & tectorum curvatio ejus ruinam ante oſtenderent, per aliquot annos uſque ad tempus Stephani piæ memoriæ VI. Tempore autem illius ruit, & fuit in ruinis diſſipata, & comminuta uſque ad tempus quo revocatus eſt Dominus Sergius Presbyter, & electus de exilio, & conſecratus eſt Romanorum tertius Præſul*, &c. *Poſt ordinationem igitur ſuam Dominus Sergius III. Papa triſtabatur nimium ſuper deſolationem hujus nobiliſſimi templi. Non enim erat ſpes neque ſolatium mortalis de reſtauratione illius. Cumque omnibus una eſſet deſperatio de ejus deſolatione, & humanum deeſſet auxilium; ad divinæ pietatis converſus juvamen, in qua ſemper habuit fiduciam, incipiens ab antiquis laborare fundamentis, fine tenus opus hoc conſummavit, & decoravit ornamentis aureis & argenteis*, quæ ſigillatim ibi enumerantur. Quæ enumeratio his verbis clauditur: *Hæc omnia devotus tibi præparavit, & non ceſſabit, dum ſpiritus ejus rexerit artus, præparare & offerre tibi dominus Sergius Papa tertius.*

VIII. Hoc anno *Leo Tripolita* ignominioſa fidei Chriſtianæ abiuratione infamis, potens claſſe viribuſque *Theſſalonicam* ſuo acceſſu ac impetu disjectis muris inflammavit, & miſeris modis funeſtavit. Vivos præter paucos Leonis Imperatoris ære redemptos, claſſi impoſitos captivos ad Tripolitanos agros abduxit inter quos fuit *Joannes Caminiata*, Clericus & Cubucleſius Theſſalonicenſis, qui univerſam exciſæ patriæ Hiſtoriam ita proſecutus eſt, *ut eam non ſcribere, ſed pingere ponereque ante oculos videatur*, inquit Allatius in Diatraba de Simeonum Scriptis pag. 149. *Excidium Theſſalonicæ a Cameniata deſcriptum.* Combefiſius inter Scriptores qui poſt Theophanem Hiſtoriam Byzantinam continuarunt, libellum Cameniatæ de *Excidio Theſſalonicenſi* publici juris fecit, ex quo hæc de verbo ad verbum, quantum potis ſuis, ſummarie exſcripſi. *Demetrias* haud longe a Theſſalonica diſſitatum accolarum frequentia, tum rebus aliis ſupra finitimas ſupercilium tollens, haud multo ante Theſſalonicæ excidium in Barbarorum poteſtatem venit, & omnes qui in ea erant gladio cecidere. Simeon Logotheta in Annalibus dicit, id contigiſſe Imperii Leonis *anno decimo*, Chriſti ſcilicet DCCCXCVI. Sed redeo ad Cameniatam. Ubi Imperator per celerem nuncium accepit, Agarenos *impetum omnem verſus Theſſalonicam vertere, ea ſcilicet ratione quod ex pluribus jam ab eis bello captis ac ſubiugatis certo didicerint, qua parte reſpicit, mare nullis eam cingi mœnibus, exque navibus conſerta pugna facile expugnari poſſe*, Petronam Protoſpatharium ad urbem præmuniendam miſit, qui miro quodam artificio conatus eſt, littus aſperum reddere ac inacceſſum; ſed cum ſepimentum prope jam circa medium loci periculoſi per mare dictum perveniſſet, adventavit alius ab eodem Imperatore miſſus, *Leo* nomine, qui *Petronam* revocavit, & omnem in ſe civitatis curam recepit. Verum fruſtranea fuit murorum refectio per temporis anguſtias, cum jam prope hoſtium irruptio inſtaret.

IX. *Dies & annus acceſſus navium Barbaricarum.* *Quatuor ſupra quinquaginta ſimul eſſe Barbaricas naves*, nunciabatur, *quæ ſingulæ urbibus magnitudine ac reliquo apparatu exæquabantur, in quibus promiſcua veſanorum hominum ac furentium turba veheretur, tum Iſmaelitarum, qui Syriam inhabitant, tum Æthiopum Ægypto confinium, cruentorum omnium, feriniſque animis atque indole præditorum, qui cædium arte plurimum exercitati eſſent, latrociniiſque olim dediti, fuſi noxam cruoris neciſque ſtudium omne habuiſſent.* Cives magnæ hujus Urbis venientes ad ædem Martyris *Demetrii* urbis Patroni ſublato ad eum clamore rogabant, ut adverſus ingruentem Barbarorum minaci ira interitum ac cædem ſibi præſto eſſet, dum interim venit quidam, *qui Barbaricas naves jam proxime acceſſiſſe nunciet. Dominica tunc illuceſcebat IV. Kalendas Auguſti, anno ab Orbe condito VICIↃCCCCXII.* (ideoque currenti Chriſti anno). *Fama igitur ex-tem-*

NOTÆ [1] Conjecturas, immo & argumenta Pagii de anno, & menſe, quo Sergius Pontificatum iniit, non admitto tantum, ſed & confirmo perſpicuo documento Bullæ ejuſdem Sergii, quam exhibet Ughellius tom. IV. in Aſtenſibus, quæ conſignatur Nonis Maii Pontificatus Sergii anno quarto, Indict. II. Quibus temporis indiciis annus 908. exprimitur. Ex hoc autem conficitur Sergius Pontificatum iniiſſe poſt diem 7. Maii anni 904. ea enim die anno 908. Pontificatus annum quintum nondum incœperat. MANSI

ligioſiſſima femina Aſuvitha Regina mater Eduvardi Regis Anglorum. Hæc



PAGIUS

*templo per totam Urbem divulgata, turbari omnes, titubare, trepidare, alius aliud inclamare.* In his cum eſſent, viſum eſt Barbarici exercitus Duci omnem muri partem, quæ mari alluitur, circumluſtrare. Erat vero hic vir improbus ſceleſtiſſimuſque, ac qui cognominis Belluæ ad amuſſim geſtus, motuſque referens, nihil impari illi genti ferocitate effrenique impetu præditus eſſet. Cum enim ipſe aliquando Chriſtianus fuiſſet, ac ſalutari renatus baptiſmate, eoque formatus, religionis noſtræ myſteria edoctus eſſet ab iiſdem captus Barbaris, piam fidem illorum impietate commutavit, nihilque aliud gratius illis præſtare habebat, quam ut quod vocabatur, factis ipſis confirmaret; deſertoriſque ac prædonis cruenta facinora exhibens, ex eis quoque ſibi magnifice placebat ac ſuperbiebat.

X.
*Theſſalonica a Barbaris capitur.*

Hic igitur immanſuetus deſertorque *Leo*, cum murum omnem & portus fretum ferrea catena, immerſiſque navibus undique munitum animadvertiſſet, inde adoriri Urbem decrevit. Data pugnæ teſſera Barbari navibus effuſi, barbarico aſperoque ſublato clamore ac rugitu in murum proreunt: cives contra, & qui ad murum ſtabant; majori ipſi ſublato clamore ſalutarem Crucis armaturam adverſus infeſtam hoſtium claſſem invocant, & utrique jacula & ictus dabant & accipiebant, ac forti dimicatione pugnam ancipitem faciebant. Tandem cives & præſidiarii, poſtquam Urbem per aliquot dies fortiter defendiſſent, ejus propugnacula a Barbaris expugnata ſunt, qui urbem ingreſſi per vicos ac plateas diſpertiti ſunt: urbana autem multitudo huc atque illuc multis partibus diviſa, tumultuabatur & clamitabat, anguſtiiſque tenebatur, cum nulla ſalutis ratio, aut depellendæ calamitatis in promptu eſſet. Interim per omnia urbis loca diſperſi ſunt Barbari, qui, ut belluinam illam ac indomitam libidinem ſatiarent, nec mulieribus ipſo jam mali initio, neque pueris ipſis pepercerunt, ſed cunctis perinde indicta exciſio erat, quæ velut in prato herbeſcente quidquid obviam eſset, demeteret. Nec multum temporis intercesſerat, cum Barbari, ſtrictis glaciis in portas ingruentibus nemo ultra tuto, vel ſaltem foras proſpicere poterat, tantum abeſt, ut periculum poſset vitare. Ipſe *Nicetas* ab Imperatore miſsus ſocius Leonis circumjacentis regionis Prætoris atque Ducis, ipſeque *Leo* in hoſtium poteſtatem venere, ſicuti *Joannes Cameniata*, ejuſque pater, qui omnis Atthicæ Exarchus erat, *quo munere nihil minori honore præ Epiſcopis fulget.*

XI.
*Redemptæ pecuniis captorum vitæ.*

*Interim Decretum a Tyranno profertur in hanc ſententiam.* Quiſquis ex captis pecunias repoſitas haberet in medium procedens, ſalutem illis redimeret. „ Qui vero nullum „ vitæ ſuæ redemptionis pretium habere de„ prehenſus eſset hic cæſo capite, e viven„ tium albo excideret. *Id vero imperabat, cum audiſſet a Babaris, ſe cum primum in urbem ingruerent, nemini peperciſſe, niſi illis dumtaxat, qui ipſi, habere ſe pecunias abſconditas, nulli obnoxias indagini, affirmaſſent. Quotquot igitur inter captivos, eorum quæ abſcondiſſent, certo ſibi conſcii erant, ipſi ſe ſtatim prodentes, dare urgebant, ut qui rem vitæ pignus ſibi noverant: qui vero nihil tale apud ſe extare ſciebant, ſed inani ſolum modo ſpe paciſcendo, verba dederant, indubie mortem expectabant.* Protracta hæc per totos decem dies nocteſque, *cum pecuniarum multitudo continue ex urbe exportaretur, & alia neceſſaria materia ipſa ſericis indumentis emicans, vel quæ lino confecta, cum textura aranearum contenderet, ut horum cumuli montes ac colles exæquarent cum alia aliis ſuperaggeſta, ſubiectum locum conſtiparent.* Cum reliqua captivorum multitudine captus quoque fuerat quidam Imperatoris Eunuchus, unus ex Primatibus, *cui Rhodophylo nomen erat. Is paulo ante periculum in Occidentem miſſus cum neceſſariis quibuſdam ex cauſis in urbem veniſſet, pari nobis eventu incluſus*, inquit Cameniata, *malorum quæ dicta ſunt, ipſe quoque conſors efficitur. Nempe vim magnam auri portabat, quam in ſumptus & ſtipendia exercitus Siculi, continue cum Africanis Barbaris manus conſerentis, eamque ob rem multa ope egentis, ſe deferre aiebat.* Captus igitur *Rhodophylus* & ad Tyrannum adductus dixit, ſe talenta dua, quæ in Siciliam avehere juſſus fuerat, cum videret urbis periculum, miſiſſe. Quare Tyrannus juſſit, coxas & ſcapulas fuſtibus contundi & miniſtri iniquarum cædium tot eum verberibus mactarunt, ut animam afflaverit.

XII.
*Simeon Metaphraſte de captivorum commutatione agit.*

Tum Navarchis convaſare imperat, utque omnem multitudinis, maſculorum pariter ac feminarum juniorem pubem in naves inferant. Ducebatur itaque juvenum univerſa pubes, hoc ſolum onerata crimine, quod florenti ætate eſſet, aut quod eleganti ac venuſta facie. Omnes porro naves hoc modo onuſtæ erant. Nam cum eſſent quatuor & quinquaginta, adhuc tamen hominum copia redundabat, quæ nec ipſa viſa indigna, quam ad ſua inque Syriam hoſtes transferrent. Adverſus *Cameniatam*, & quid diverſis ex cauſis ferrum evaſiſſent, a Tyranno rurſus aliud promulgatur Decretum, *ut ſcilicet* ait idem Cameniata, *qui ex noſtris eſſent*, [ *iique præcipue qui navigationis incommodo ſufferre poſſe viſi ſunt*] *inter Duces diviſi, in unam quamque Barbaricarum navium quini intromitterentur, inque eis ſervarentur, ea ſcilicet ratione, ut commutationis cauſa Tarſum mitterentur: reliqui vero velut inhabiles, & nulli uſui, ſi abducerentur, quia imo oneri minime proficuo futuri viſum eſt ut urbi dimitterentur.* Sed venientibus nonnullis poſt urbis excidium, *una cum eis advenerat vir cui Simeoni nomen erat* (eſtis Simeon Metaphraſte, ) *adulta prudentia & multarum rerum experientia celebris.* Leo Tripolita impius Tyrannus conſilium ſuum illis communicavit, dixitque ſe vivos ſervaſſe ducentos, qui commutationis tempore darentur pro totidem ex ſuis. Petiit autem, ut fidei juſſione ſcripto conſignata promitterent Romanorum Imperatorem his quæ ab illis pacta eſſent, aſſenſum præbiturum. Tunc Simeon, ut qui aliis dignitate præſtaret, ad eum reſpondet: *Unus ego hanc in me ſponſionem recipio, ut qui Clementiſſimi Imperatoris in omnibus humanitatem explorate compertam habeam: fore nimirum, ut circa omnem dubitationem jurgiumque tanto numero vinctos Agarenos contribuat, quanto ſunt quos hic in ſpoliis habetis captivos: quos ego ipſe Tarſum adducam, ut in me rurſus fidei juſſio diſſolvatur.* Quibus auditis Tyrannus omnes illos





exhibent veteres Annales Anglorum, ex quibus Matthæus Weſtmonaſterienſis ſuam hiſtoriam texuit.



PAGIUS

qui juſtum numerum excedebant, dimitti mandavit.

XIII.
*Barbarorum fraus ad extorquendam pecuniam.*

Uſus eſt alia calliditate, juſſitque omnem civitatem incendi; ſciebat enim eos, qui captivos redimebant, id nunquam omnino permiſsuros. Nondum enim per mediam civitatem illata a Barbaris flamma atque diſperſa, ſed cum adhuc ædes mari vicinas comburerent, mox qui aderant, cives pro civitate pretium numerare, immobili conſilio inter ſe ſtatuunt. *Qui enim cum laudato Simeone* (nempe Metaphraſte) *Viri comitabantur, quod aliunde non ſuppetebat, unde ſummam numerarent; duo auri talenta daturos ſpopondere, quæ Eunuchus fuſtibus mactatus Strymonem dimiſerat: quibus etiam inde ubi recondita erant, per veloces curſores cito advectis, atque Barbaris numeratis, per eum modum civitatem ab incendio illæſam ſervaverunt.*

XIV.

Cum diutius illic Tyranno morandum non foret, *decimo excidii die* omnia ad diſceſsum præparari juſſit. *Cameniatæ* cum patre ſuo & tribus aliis cuidam navi Ægyptiacæ claſſis impoſitus, cum octingentis captivorum capitibus, præter Barbaros, qui ipſi ducenti erant. Inter mille incommoda, quibus captivi afflicti, fuere fames, ſitis, ipſa compreſſio, ex eaque ſugillatio; tum præterea infantulorum voces atque clamores, quibus aliud nihil quam mors immatura celerabatur. Legendus idem Cameniata de iis, quæ ipſe & alii captivi paſſi ſunt. Reparata poſtea Theſſalonicenſis civitas ipſius imprimis Leonis Imp. opera. Denique Joannes Cameniata dicitur *Cubucleſius*, ideſt, Clericus Palatinus, uti Combefiſius interpretatur.

*Diſceſſus Barbarorum ex Urbe Theſſalonica.*

XV.
*Concilium Anglicanum.*

Hoc anno *Phlegmundus* Archiep. Cantuariæ magnum Concilium celebravit, in quo e duobus Epiſcopatibus quinque conſtituit, & ſeptem Epiſcopos ordinavit, uti fuſe anno DCCCXCIV. demonſtravi.

I. Joannis IX. obitus

Redemptoris annus nongenteſimus quintus, Indictione octava ſequitur, quo Joannes Papa Nonus ubi ſediſſet annos tres & dies quindecim obiit, qui & ſepultus eſt apud ſanctum Petrum pro foribus ante portam dictam Guidoneam, in cujus ſepulcro ejuſmodi ſculptum erat epitaphium, quod inter alia a Manlio deſcriptum, ex codice emendatiore ſic accipe:

*Eccleſiæ ſpecimen, clariſſima gemma bonorum,*
*Et mundi dominus hic jacet eximius.*
*Joannes meritis, qui fulſit in ordine Nonus*
*Inter Apoſtolicos quem * vexit Altitonans.*
*Conciliis docuit ternis qui dogma ſalutis.*
** Obſervarent, Deo munera ſacra ferens.*
*Temporibus cujus novitas * abolita mali eſt,*
*Et firmata Fides, quam ſtatuere Patres.*
*Qui moriturus eris, Lector, dic: Papa Joannes*
*Cum Sanctis capiat regna beata Dei.*

* obſervaxe

II. Joannes laudatus Pontifex.

Ex hoc diſcimus non duo tantum, ſed tria ab eo fuiſſe Concilia celebrata, tribus his, quibus vixit annis, ex quibus ſummam ſibi laudem comparavit, utpote qui in his turbulentiſſimis temporibus a Deo ut alter Jeremias, ad hoc ſit miſſus, ut evelleret, deſtrueret, & diſſiparet, quæ a prædeceſſore Stephano male plantata, atque peſſime ædificata fuiſſent. Sed antequam ad eum, qui in locum ipſius ſubrogatus eſt, Benedictum deveniamus, quæ ejuſdem ſanctiſſimi Papæ Joannis reliqua ſunt monumenta hic deſcribamus. Reperimus in dicto ſcripto codice Antonii Auguſtini a nobis ſæpe citato epiſtolam ejuſdem Joannis Papæ ad Herveum Rhemenſem Archiepiſcopum Fulconis ſucceſſorem, hoc titulo notatam:

III. *Reſcriptum domni Joannis Papæ ad conſultum Hervei Rhemorum Archiepiſcopi de Northmannis nuper ad Fidem converſis, quorum alii baptizati fuerant & rebaptizati, & poſt baptiſmum gentiliter vixerant, qualiter illis conſulendum ſit: ubi demum habetur abſolutio ſui, ſuorumque.*

Joannis IX. ep. ad Arch. Rhem.

*Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimo confratri noſtro Herveo Rhemorum Archiepiſcopo.*

IV. *Veſtræ fraternitatis, veſtræque reverendæ ſanctitatis mellifluas litteras libentiſſime ſuſcipientes, ac diligentiſſime pertractantes, & triſtes admodum & vehementer extitimus exultantes. Mærentes itaque de tantis calamitatibus, tantiſque preſſuris atque anguſtiis non ſolum paganorum, verumetiam Chriſtianorum in veſtris partibus (ut tua aſſertio litterarum edocet) accidentibus, gaudentes ſiquidem de ipſa gente Northmanna, quæ ad Fidem, divina inſpirante clementia, converſa: quæ olim humano ſanguine graſſata, lætabatur; nunc vero veſtris exhortationibus, Domino cooperante, ambroſio Chriſti ſanguine ſe gaudet fore redemptam, atque potatam. Unde multipliciter, ei, a quo procedit omne, quod bonum eſt, immenſas gratiarum actiones rependimus, ſuppliciter obſecrantes, ut eos in ſoliditate vera confirmare, & æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere faciat, atque in viſionis inenarrabile gaudium introducat.*

V. De Northmannis ad fidem Chriſti converſis.

*Nam quod de his veſtro eloquio nobis innotuit fraternitas, quid agendum ſit, qui fuerint baptizati, & rebaptizati, & poſt baptiſmum gentiliter vixerint, atque paganorum more, Chri-*

*ſti-*

PAGIUS SÆC. X. An. Eræ Hiſp. CMXLIII. A. Hegiræ CCXCIII. inchoato die 2. Novemb. fer. 7.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6398.

☉ 18. F. ☽ 13. P. 31. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 905.

SERGII III. PAPÆ 2.

LUDOVICI III. IMP. 6.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 20.

A. C. 905. I. *Mors Joannis IX. PP.*

Ad num. I. & ſeq. *Joannem* IX. Papam circa initium menſis Auguſti anni nongenteſimi vivere deſiiſſe, eo anno demonſtravimus.

II. *Heriveus Archiep. Remenſ. Normannis convertendis ſtudet.*

Ad num. III. ad VII. Cum *Joannes* IX. anno CM. mortuus fuerit, Epiſtola ab eo ad *Heriveum* Remorum Archiepiſcopum, quam refert Baronius, data eſt circa finem menſis Julii, aut initium Auguſti illius anni, ut ibidem diximus. *Heriveus* Converſioni *Normannorum*, qui pedem in Gallia fixerant, ſerio incubuit, quo gentis ferocitate Chriſti jugo mitigata, rapinis & graſſationibus finem imponeret, tantumque profecit, ut plaga a *Roberto* Carnotenſi recepta, Chriſti fidem apud Rotomagum tandem receperint, uti narrat Baronius num. VII. *Joannes* autem IX. ad *Herivei* conſultationem de Normannis nuper in Gallia ad fidem converſis reſpondens, ait mitius cum eis agendum eſſe, nec contra eos ſeveritatem Canonum extendendam, ne forte inſueta onera portare recuſantes, ad priſtinam impietatem relabantur.

Ad



*ſtianos interfecerint, ſacerdotes trucidaverint, atque ſimulacris immolantes, idolothyta comederint. Equidem ſi tyrones ad Fidem non forent, canonica experirentur judicia. Unde quia ad Fidem rudes ſunt: veſtro utique libramini, veſtræque cenſuræ committimus experiendos, qui & illam gentem veſtris confiniis vicinam habentes, ſtudioſe advertere, ut illius mores, aſtuſque omnes pariter & converſationem agnoſcere præ cæteris valeatis.*

VI. *Quod enim mitius agendum ſit cum eis, quam ſacri cenſeant Canones, veſtra ſatis cognoſcit induſtria, ne forte inſueta onera portantes, importabilia illis fore (quod abſit) videantur, & ad prioris vitæ veterem, quem expoliaverant, hominem, antiquo inſidiante adverſario, relabantur. Et quidem ſi inter eos tales inventi fuerint, qui ſecundum canonica inſtituta ſe per pœnitentiam macerare, & tanta commiſſa ſcelera dignis lamentationibus expiare maluerint, eos canonice judicare non reſpuatis. Ita in omnibus erga eos pervigiles exiſtentes, ut ante tribunal æterni Judicis cum multiplici animarum fructu venientes gaudia æterna cum beato Remigio adipiſci mereamini.*

*Munus vero, quod nobis veſtra ſanctitas dirigere dignata eſt, eo dilectionis amore ſuſcepimus, quo a vobis fuit deſtinatum. Divina majeſtas, vos, vobiſque omnes ſubiectos ita concedat temporaliter vivere, ut intercedente B. Petro Apoſtolorum principe, omnium peccatorum veſtrorum vincula ſolvat, & ad cæleſtis Regni gloriam ſine ulla offenſione perducat. Optamus ſanctitatem veſtram bene valere, & ad piiſſimum Dominum pro nobis, piis ſupplicationibus intercedere.* Hucuſque Joannes ad Herveum Rhemenſem Archiepiſcopum.

VII. Commendat item Frodoardus ejuſdem Herivei Archiepiſcopi ſtudium exhibitum in converſione Northmannorum, aitque (*a*): *De Northmannorum quoque mitigatione atque converſione valde laboravit, donec tamdem poſt bellum, quod Robertus Comes contra eos Carnotenus egit, Fidem Chriſti ſuſcipere cœperunt, conceſſis ſibi maritimis quibuſdam pagis in Rothomagenſi, quam pene deleverant, urbe, & eiſdem ſubjectis ad petitionem quoque Vuictonis tunc Rothomagenſis Epiſcopi collecta ex diverſis autoritatibus ſanctorum Patrum viginti quatuor capitula, qualiter ipſi Northmanni tractari deberent, eidem Archiepiſcopo delegavit. Inſuper etiam apud Romanum Pontificem ſuper horum converſione, quæ exequenda forent, inſinuare non deſtitit.* Hæc Frodoardus plane conſentientia iis, quæ modo ſunt recitata. Iſta de Northmannis, qui Gallias invaſerunt.

(*a*) *Frod. hiſt. Rhem. l. 4. c. 12.* De Northmannis converſis ad fidem.

VIII. Apud eos vero, qui ſuas ſedes habebant in Dania, diximus prima ſemina larga manu jacta fuiſſe Fidei a ſancto Anſgario, inde vero ab ejus ſucceſſore Remberto, qui, & miraculis ſatis admirandis eamdem Eccleſiam coaleſcentem irrigavit; quæ majoribus in dies incrementis profecit. Item in Galliis ex eis plures ad Fidem eſſe converſos.

IX. Rurſum vero reperitur ejuſdem Joannis Noni epiſtola ad Stylianum Epiſcopum Neocæſariæ cognomento Mapam, cum eum ille conſuluiſſet ſuis litteris. Extat in codice (*b*) Columnenſi ſæpe citato poſt Octavam Synodum, ubi ejus temporis auctor iſta præfatur ante dictam Joannis epiſtolam: *Sciendum præterea* (inquit) *quod Mapas Metropolita Neocæſarienſis Stylianus, cum accepiſſet epiſtolam Papæ Formoſi, ut ſupra ſcriptum eſt, tranſactis novem annis, ab amicis & propinquis victus, cum rectam viam veritatis reliquiſſet, ad contrariam converſus eſt*, nempe ut communicaret cum ordinatis a Photio, &

*ſcri-*

(*b*) *Cod. Col. n. 41.*

Stylianus conſulit Sedem Apoſt.



PAGIUS III. *Conſulit VVittonem Archiep. Rotomagenſem.*

Ad num. VIII. Flodoardus lib. 4. cap. 12. meminit prolixioris Epiſtolæ ab eodem *Heriveo* ad *VVittonem* Archiepiſcopum Rotomagenſem ſcriptæ, quam dicit conſtare ex XXIV. capitulis Sanctorum Patrum, quibus inquiritur qualis pœnitentia non baptizatis Gentilibus, & baptizatis, & poſtea more Paganico Eccleſias devaſtantibus, & Chriſtianitatem delentibus injungenda ſit. Ea Baronii tempore non extabat, ſed nunc legitur inter Epiſtolas Joannis IX. Tom. IX. Concil.

IV. *Joannes IX. PP. anno DCCCXCVIII. ad Stylianum literas dedit.*

A num. IX. ad XIII. Epiſtola *Joannis* IX. Papæ ad *Stylianum* Epiſcopum Neocæſareæ anno nongenteſimo ſcripta eſſet juxta exemplar Breviarii *Synodi octavæ ad ingreſſum magnæ Eccleſiæ* perſcripti, quo uſus eſt Baronius. Verum Breviarium illud integrum recitatur Tom. VIII. Concil. pag. 1422. & ſeqq. tam Græce, quam Latine, ibique habetur: *Neque ignorandum præterea, Mapam illum Neocæſarienſem Metropolitam Stylianum, ſeptennio poſtquam Epiſtolam a Formoſo de qua ſupra ſcriptum eſt, acceperat*, ſcripſiſſe Romam, & petiviſſe facultatem communicandi cum Photianis; cum tamen apud Baronium loco, *annos ſeptem*, legantur *anni novem*. Illa *Styliani* Epiſtola ad Stephanum V. Papam, vulgo VI. data, extat Tom. VIII. Concil. pag. 1410. ac præterea ibidem refertur reſponſum Formoſi Papæ Stephani V. Succeſſoris, cui Græcus Scholiaſtes hunc titulum præfixit: *Epiſtola, qua ad præcedentem reſpondetur, data a Sanctiſſimo Papa & Succeſſore beati Stephani Formoſo ad eumdem Stylianum. Illo enim morte prævento Formoſus reſpondit.* Cum itaque Stephanus V. anno octingenteſimo nonageſimo primo e vivis exceſſerit, cumque *Formoſus* exceperit, hujus ad *Stylianum* Epiſtola eo anno ſcripta, uti recte eo anno Baronius, & ejuſdem Styliani ad Joannem IX. literæ

*ſcripſit ad Urbem Romam, petens ut ſibi concedatur facultas cum illis communicandi. Papa vero Joannes cum accepiſſet Mapæ petitionem, animadvertit quo pacto tentans hæc ille ſcripſerat, ut videret, an Romani hoc eſſent facturi. Quapropter neque illi facultatem conceſſit, neque proprium chirographum, quod petebat, emiſit. Reſcripſit autem illi in hunc modum.*

X. Ep. Joan. Pap. IX. ad Stylianum.

*Eas, quas par eſt, dilectioni tuæ gratias agimus, honorande frater, quod numquam a Matre tua ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romana declinare voluiſti. Neque enim tormenta ulla, neque exilia, neque fraudes adulterorum hominum a Matre tua te divellere potuerunt. Spero tamen tuarum precum favore duritiem cordis eorum, qui ſalvari debent, leniendam, & optatam pacem redituram, quod apertis argumentis futurum apparet, & ſchiſma quadraginta fere annorum ad priorem ſanitatem reverſurum. Quæ enim tua Mater reprobavit, tu etiam hucuſque reprobaſti, & quæ illa approbavit, etiam tu approbaſti.*

XI. Qui Patriarchæ recepti.

*Volumus igitur, ut etiam nunc ſecundum eamdem regulam decreta ſanctiſſimorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum inconcuſſa maneant. Quapropter Ignatium, & Photium, & Stephanum, & Antonium, ſicut ſanctiſſimus Papa Nicolaus, & Joannes, & Sextus Stephanus, & univerſa Romana Eccleſia hucuſque tenuit, etiam nos eodem ordine illos recipimus, & tenemus, & illis, qui ſuperſunt ex eorum ordine, eodem pacto manus præbemus: & ut ipſe eodem pacto nobiſcum manus præbeas, hortamur, & pacis, & communionis illis concedimus unitatem, dum ipſi eodem pacto regulas ſervaverint. Tuum vero chirographum, quod nobis feciſti, quamvis multum quæſierimus, invenire tamen minime potuimus.* Hucuſque epiſtola Joannis a Federico Metio Latinitati donata cum aliis, quæ ſequuntur. Nam idem ſubiicit auctor, Scholiaſtem agens:

*Perpendenda* (inquit) *ſunt hujus epiſtolæ excogitata verba. Papa enim iſte neque abſolvit, neque recepit Photium, vel ejus ordinationem, ſed confirmavit decreta prædeceſſorum ſuorum. Cum enim dixiſſet, quod neque tormenta ulla, neque exilia, neque fraudes adulterorum hominum potuerunt te divellere a Matre tua Romana Eccleſia: tyrannum, & perſecutorem adulterum aperte declaravit Photium. Ulterius vero procedens, oſtendit etian alios poſt ipſum, qui non ſunt ſalvati, neque bene ſe habent, quadraginta annis ſacerdotis nomine permanſiſſe, & præcepit inconcuſſa cuſtodiri decreta prædeceſſorum ſuorum, ſancita videlicet adverſus Gregorium Syracuſanum & Photium, & eorum ordinationes. Et cum dixiſſet: Hac definitione, & regula prædictorum illorum etiam nos recipimus, & tenemus; Ignatium quidem conſecratum aperte, reliquos vero conſecrationis expertes ſignificat. Sextus autem a Ni-* XII.

PAGIUS teræ anno octingenteſimo nonageſimo octavo, quo is ſedere cœpit datæ; cum a priori Pontificatus *Formoſi* anno ad primum Joannis IX. anni ſeptem intercurrant. Eæ ergo ad eum Chriſti annum retrahendæ.

V. *Stylianus cum Photianis ſocietatem iniit.*

*Stylianus* cognomento *Mapa*, Neocæſarienſium in Euphrateſina Provincia Metropolitanus Epiſcopus partes Divi Ignatii ſummo ardore defenderat. Ipſemet enim in priori Epiſtola quam ad Stephanum V. Papam dedit, loquens de expulſione Sancti Ignatii & de Photii intruſione, ait: *quo tempore ſimul & Antiſtites, & Lectiſſimi quique Sacerdotum, & quicumque inſignes erant in Eccleſia, in quibus & ego poſtremus eram, propter ſacrilegam hanc Photii in Eccleſiam irruptionem avulſi ſunt.* Extat iſta Styliani ad Stephanum Epiſtola Tom. VIII. Concil. pag. 1398. & ſeqq. Immo cum an. DCCCLXXXVI. Leo Sapiens Photium Patriarchatu dejeciſſet, eoque *Stephanum* fratrem ſuum exornaſset, & novum inter Epiſcopos, partim Photio, partim Stephano adhærentes diſſidium ortum eſset, *Stylianus* erat inter exules, qui Divo Ignatio faverant, eique *Leo Aug.* Stephanum fratrem commendavit. Scholiaſtes Græcus in annotatione quam Stephani V. vulgo VI. literis ad Baſilium Imp. ſcriptis ſubjunxit, ait: *Vita functo jam parente, Leo Baſilii filius eam* (Stephan. ſc. V. Epiſtolam) *accepit; qui cum vim & auctoritatem Epiſtolæ perſpexiſſet, peſſimis Photii artibus deprehenſis, &c. Stephanum germanum ſuum in Patriarchio collocavit.* Addit Scholiaſtes Leonem Imp. vocaſse *Stylianum*, cæteroſque Epiſcopos & obſecraſse, ut cum fratre ſuo ſentirent, & ſecum ad Pontificem Ramanum ſcriberent. *Scripſit igitur Imperator ad Papam, unaque Mapa Neocæſareæ Metropolita cum ſociis.* Recitat Baronius illam Annotationem anno DCCCLXXXVI. numer. XVI. cui ſubiicit Epiſtolam ab eodem Styliano & cæteris Epiſcopis ad Stephanum V. Papam ſcriptis. Tandem *Stylianus* an. DCCCXCVIII. relicto veritatis tramite, cum Photianis ſocietatem iniit, & Romanæ Eccleſiæ oblatravit. Non habuit quod illi obiiceret, præter inconſtantiam doctrinæ ſententiarumque pugnantiam. In Epiſtola enim tunc ſcripta, ſed hoc tantum anno a Baronio relata ſcribit, Stephanum V. vulgo VI. in eadem re & Epiſtola, contraria ſcripſiſse ut qui in prima Epiſtolæ parte, jure *Photium* ejectum, in poſtrema eumdem pro legitimo Antiſtite habendum, affirmet. Legenda apud Baronium quæ Scholiaſtes citatus ad hæc Styliani verba dicit.

VI. *Naſcitur Conſtantinus Porphyrogennetus.*

Incertus Continuator Theophanis in Vita Leonis Baſilii filii, num. XXIII. indicat, Conſtantinum Porphyrogennetam, qui poſtea imperavit, hoc anno in lucem prodiiſse: *Suſtulit*, inquit, *Leo ex Zoa quarta uxore Filium Conſtantinum; in cujus ortu Cometes apparuit, radios verſus orientem ejaculans, dieſque quadraginta ac noctes luxit.* Simeon ve-



*a Nicolao Stephanus numeratur; primus enim Nicolaus Photium condemnavit, & Ignatium confirmavit, deinde Hadrianus, & poſt hunc Joannes, poſt quem Marinus, & poſt Marinum Hadrianus alter, & Sextus Stephanus, deinde Formoſus, & poſt hunc alii quatuor, videlicet Bonifacius, Stephanus, Romanus, Theodorus, & poſt hos Joannes, qui hæc ſcripſit. Cum vero dixiſſet, quod ſicut univerſa Romana Eccleſia hucuſque tenuit: complexus eſt omnes Pontifices, qui ipſum præceſſerunt, & qui ſunt ſecuti, quorum decreta dixit ſe ipſum etiam tenere. Ut fieri minus poſſit, hæc duo ſimul eſſe, decreta, videlicet illum tenere, & eos, qui eorum decretis ſunt reprobati, recipere ad ſacerdotium, ſed tantum pacis & benedictionis illos obtinere communionem ut ſæculares, ſatis aperte demonſtravit.* Hactenus Græcus Scholiaſtes. Quod ſupereſt de eodem Joanne

(a) Leo Oſt. l. 1. c. 50.

Nono, Leo (*a*) Oſtienſis tradit dediſſe petitum privilegium monachis Caſſinatibus: quod & feciſſe Stephanum Papam prædeceſſorem affirmat. Atque de Joanne ſatis, poſt cujus obitum cum vacaſſet Sedes diem unum, ſucceſſit Benedictus ejus nominis Quartus, natione Romanus, ex patre Mammolo: qui magnam ſibi laudem in primis ex amore pauperum conciliavit, de quo inferius. Benedictus Papa creatus.

XIII. (b) *Amb. Moral. Chron. Hiſp. l. 15. c. 28.*

Eodem (*b*) anno (quod ad res Hiſpaniæ pertinet) qui ea, quæ Dei ſunt, ſtudio propenſiori curavit Rex Adefonſus cognomento Magnus, rebus Eccleſiaſticis optime conſulens, noviſſime vero (ut dictum eſt) Ovetenſi Concilio auctoritate Romani Pontificis celebrato, eas cum in optimum (ut licuit) ſtatum repoſuiſſet: adverſus Arabes bellum gerens, ingentem de ipſis eſt victoriam conſecutus, cadente in prœlio illorum duce primario Alcamam nominato, eodemque a ſuis uti propheta culto. Ita plane Deo prævio, ſemper de infidelibus triumphavit, qui ad Chriſtianam religionem oppreſſam ſublevandam, ac propagandam omnem ſuam ſemper adhibuit facultatem. Sed quomodo qui juſtus erat, neceſſe fuit magnis tentationibus agitari, quo apud Deum ſanctior, & apud homines clarior redderetur: ſuo loco dicendum erit.

An-

PAGIUS vero Logotheta in Vita ejuſdem Leonis Imp. num. XV. refert, Cometam illum *Imperii Leonis anno decimo nono*, Kalendis Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoato, apparuiſse. De eodem Cometa in Chronico Floriacenſi a Ducheſnio Tom. III. recitato ad annum CMV. legitur: *Hoc anno mediante Majo V. feria apparuit ſtella circa ipſum Septentrionem a parte Circii emittens radium magnum verſus Euro-Auſtrum quaſi longiſſimam haſtam inter Leonem & Geminos trans Zodiacum, & viſa eſt ita fere XXIII. diebus.* Ubi tamen error in dies irrepſiſſe videtur; cum omnes Hiſtorici Byzantini habeant dies XL. Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis non tantum ex hoc cometa; ſed etiam ex ætate Conſtantini quando imperare cœpit, annum nativitatis ejus deducit. Notat enim Leonem Grammaticum & Curopalatem tradere *Conſtantinum* ſeptennem fuiſse anno, quo *Alexander* patruus vitam cum morte commutavit, an. nempe Chriſti CMXII. Natus eſt autem menſe Septembri, ut in morte ejus dicetur.

VII. *Eruditione excelluit.*

*Conſtantino Porphyrogenitæ* plurimum literæ debent; ſcientias enim omnes decurrit, adeo ut Arithmeticam, Muſicam, Aſtronomiam, Geometriam & Philoſophiam calluerit; Medicos etiam & Hiſtoricos ſcriptores legerit, nihilque omiſerit quod ad ſingularem, quam adeptus eſt, eruditionem conferre poſſet. Cujus quidem fidem faciunt ſcripta ejus varia, maximeque Opus illud eximium, quod ex infinitis propemodum codicibus coegerat, in quo ſecundum locos communes quidquid in eis præclarum ac notatu dignum erat, digeſſit: cujus quidem operis fragmenta tantum aliquot poſteris ſervata, maxime quæ ad Legationes, Agriculturam, & moralem Philoſophiam ſpectant, quæque a viris noſtra ætate in re literaria principibus ſunt publicata. Neque literas humaniores duntaxat; ſed & artes mechanicas deceſſorum incuria neglectas inſtauravit, & Pictoriæ ita dedit operam, ut in ea excelluerit, ut auctor Luitprandus lib. 3. cap. 9. & Ducangius ibidem obſervarunt.

VIII. *Fortunius Navarræ Regnum abdicat.*

*Fortunius Garceiz* aut Garſianis Navarræ Rex, qui non videtur uxorem duxiſſe, valde pius fuit, ut patet ex publico monumento in Archivis monaſterii Legerenſis aſſervato, & a Garibaio lib. 21. cap. 6. citato, in quo Fortunius ait: *Ego Fortunius Rex, proles Regis Garſiæ,* &c. *Venio ad Legerenſe monaſterium fraternitatem accipere, ſicut vidi patrem meum facere.* Et poſt aliqua bona eidem monaſterio tradita, ibidem legitur: *facta charta in era nonageteſima triceſima nona, decimo quarto Kal. Aprilis*, ideoque anno Chriſti CMI. Poſt triennium, Era nempe CMXLIII. ut Moretus in ſuis Inveſtigationibus Navarricis pag. 410. ſolide probat, de ſæculo deſerendo cogitans, *Sanctium* Garſianis fratrem Regem renunciavit, indeque *Sanctii* initium ab hoc anno repetendum, quia inquit Moretus, Vigila Monachus Alveldenſis hujus temporis Scriptor primo Tomo Conciliorum, Belarcon Monachus Sancti Æmiliani in altero, & Annales Compoſtellani era DCCCCXLIII. eum Regnum auſpicatum docent, & ipſemet Rex in charta fundationis S. Martini Alveldenſis id confirmat, aſſerens eam factam *era CMLXII. anno feliciter XX. regni noſtri.* Extat charta illa in Archivis Eccleſiæ Collegiatæ Locrunnenſis. Eum autem ipſo menſis Januarii initio currentis Chriſti anni Regnum iniiſſe eadem charta indicat; cum Nonis Januarii Eræ CMLXII. regni annum XX. jam inchoaſſet, ut eadem charta demonſtrat: *Ego Sancius Rex ſimul cum uxore mea Tuta Regina,* &c. *Facta ſcriptura Teſtamenti Non. Januarii, eræ DCCCCLXII. anno feliciter regni noſtri XX. Sancius ſereniſſimus Rex ſua manu hunc textum roborat & confirmat. Tuta Regina confirmat.*

ANnus Redemptoris nongenteſimus ſextus Indict. nona, rerum geſtarum nulla face perſpicuus, penitus remanſit obſcurus. Sed ex poſt additis antiquis monimentis haud mediocrem lucem accepit, qua temporum offuſam caliginem, quæ

PAGIUS SÆC. X. An. Eræ Hiſp. CMXLIV Anno Hegiræ CCXCIV inchoato die 22. Octob. fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6399.

☉ 19. E. ☽ 14. P. 13. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 906.

SERGII III. PAPÆ 3.

LUDOVICI III. IMP. 7.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 21.

A. C. 906. I. *Tranſlatio S. Primi ſub Sergio II. PP. facta.*

AD num. I. Baronius anno ſuperiori *Benedicti* IV. Papæ Pontificatum exorſus refert veterem inſcriptionem ex Appendice Antiq. Inſcrip. ex qua deduci exiſtimat, eum hoc anno a Sergio III. ſede Romana expulſum fuiſſe. In ea enim dicitur, *Sergium* Papam *Juniorem* corpus *ſancti Primi* [1] Martyris conceſſiſſe Eremberto illuſtri Viro, illudque hunc cum Reliquiis S. Feliciani *anno Incarnat. Domini noſtri Jeſu Chriſti CMVI. Kalend. Auguſti, indictione IX. ordinante domno Angilberto Archiepiſcopo anno XXIII.* recondidiſſe. Verum Benedictus IV. anno CMIII. vita functus eſt, & *Sergius* III. ſemel electus Pontifex Romanus, ſemelque ejectus, ut ex dictis conſtat. Præterea, ut jam Viris doctis obſervatum de Sergii *Junioris* nomine ſemper intelligitur *Sergius* II. ſicut Gregorii Junioris nomen, non Gregorium III. ſed Gregorium II. ſemper deſignat. Quare ea Tranſlatio Sergio II. Eccleſiam Romanam regente peracta anno ſc. Chriſti DCCCXLVII. quo indictio IX. non minus quam præſenti, in curſu erat, & *Angilbertus* Archiepiſcopatum Mediolanenſem adminiſtrabat, uti inter Scriptores Mediolanenſes convenit. Amanuenſis itaque in ea inſcriptione exaranda erravit, & loco, anno DCCCXLVII. poſuit annum CMVI. In

NOTÆ [1] LItteratus lapis de tranſlatione *SS. Primi & Feliciani* in oppidum *Legiuni* apud Inſubres, qui adhuc ibidem viſitur, mendoſe ob implexas & informes litteras pridem exſcriptus a nonnullis, a quibus Baronius accepit, eundem Baronium & alios in ſcopulos, & ſyrtes egit. Ante hos annos viginti eam inſcriptionem a Baronio hoc anno allatam, ex archetypo deſcribendam curavi, quæ eſt hujuſmodi.

✝ HIC · SCI · PRIMI · MARTYRIS CORPUS
VENERANDUM IN XPO HUMATU QUIESCIT
QUOD DO DIGNUS SERGIUS PAPA IUNIOR
EREMBERTO INLUSTRI VIRO CONCESSIT
AB URBE ROMA CUM HYMNIS AC LAUDIBUS
SPALEBQ CANTICIS DUM ESSET TRANSLATUM
QUEM INTER SCOS EIUS SPS TENEAT PRIMATUM
IN MULTIS VIRTUTIBUS ET SIGNIS EST DCLARATUM
RECONDITUM EST CORPUS BEATI PRIMI MARTYRIS
CUM RELIQUIS SCI FELICIANI ANNO INCARNATIONIS
DNI NRI IHU XPI DCCCVI · KL · AUG · INDC VIIII
ORDINANTE DOM ANGILBTO ARCHIEPO ANNO
XXIII · PASSIO SCTORUM · V · ID · IUN ·

Primus hanc Inſcriptionem edidit Bonaventura Caſtillionæus in Opuſculo de Gallorum Inſubrum antiquis ſedibus, ubi habet ANNO XPI DCCCVI. Ex eo Inſubres Scriptores reliqui ſumpſerunt, & ipſe Gruterus, qui in magnum Inſcriptionum theſaurum eam retulit pagin. MCLXII. 2. At quum animadvertiſſet, *Indictionem* IX. anno Chriſti 806. non convenire, perperam a Caſtillionæo DCCCVI. pro DCCCCVI exſcriptum fuiſſe adnotavit. Idcirco Inſcriptionem hujuſmodi ad *Sergium* hujus nominis *tertium*, qui A. D. 906. creatus eſt, referendam eſſe monet, quod *Indictio* IX. ita legendum eſſe, arguat. Ex Grutero igitur ſumpſit Baronius, atque aliis chronologicis notis minime expenſis, ad *Sergii* III. Pontificatum eam pertinere putavit. Daniel vero Papebrochius in Exegeſi de Epiſcopis Mediolanenſibus, Maii tom. VII. pag. LXX. erraſſe Gruterum, & Baronium animadvertit, qui legerunt An. DCCCCVI. atque Inſcriptionem ad *Sergium* III. retulerunt; nam facile eorum ſententia refellitur, tum quia ætate *Sergii* III. nullus *Angilbertus* Mediolanenſi ſedi præfuit, tum quia *Sergius junior* intelligitur ſemper *Sergius* II. *Angilbertus*, ut idem Papebrochius oſtendit, conſecratus eſt *Mediolanenſis* Antiſtes A. D. 824. die XXVI. *Junii*, quæ fuit Dominica, quare annus Archiepiſco-



quæ irrepſerat ex antiquorum Scriptorum inopia procul expellat, & manifeſte-

PAGIUS II. *Eccleſia S. Martini a Normannis combuſta.*

In Hiſtoria dominorum Ambazienſium legitur: *Mortuo Odone Rege*, Francorum ſc. annoque Chriſti DCCCXCVIII. *qui X. annis regnavit, in VII. anno poſt ejus obitum ab Erith & Bathet Nortmannis civitas Turonis ſuccenſa eſt, Eccleſiaque beati Martini cum toto caſtro, atque cum XXVIII. Eccleſiis*, ideoque anno Chriſti CMIV. Eccleſia Sancti Martini incenſa, idque tertium. Primum enim combuſta fuerat Clotarii Regis tempore, uti ſcribit Turonenſis lib. 4. cap. 20. & lib. 10. cap. ult. Secundo, per Normannos an. DCCCLIII. ut ibidem oſtendimus. Tertio, anno CMIV. In tertia combuſtione ſanctus *Odo* ſecundus Abbas Cluniacenſis ſermonem habuit *de Combuſtione Baſilicæ B. Martini*, qui inter ejus Sermones ordine quartus eſt. Canonici S. Martini pro Baſilica illa reſarcienda confugere ad Adephonſum Legionis Regem, qui literis *anno CMVI. indict. VIIII.* datis, & a Ducheſnio in Bibliotheca Cluniacenſi in Notis ad Sermonem illum IV. ex Papyrio Maſſono recitatis, ait ſibi nuncium illud magnum dolorem creaſſe, additque: *De cetero quod rurſum inſinuaſtis, quia penes vos coronam Imperialem habetis ex auro & gemmis comptam, noſtræ Serenitati condignam, & ob id Apoſtolicam Serenitatem Siſinandi* (Archiepiſcopi ſc. Compoſtellani) *interveniſtis, ut nobis hoc inſinuare procuret, & emere peroptaret, ita ut re-*

NOTÆ ſcopatus ejus XXIII. fuit annus Chriſti 846. quo *Indictio* IX. in curſu erat, & *Sergius* II. Apoſtolicæ Sedi præerat: idcirco in lapide ſcribendum eſſe DCCCXLVI. Eadem habet in Commentario prævio de SS. Primo & Feliciano ad diem IX. *Junii*, tom. II. pag. 150. n. 4. Recte quidem Papebrochius; nam *Sergius junior*, hujus nominis *ſecundus* dicitur, non *tertius*, ut patet ex lapidea tabula ad dexteram confeſſionis Eccleſiæ SS. Silveſtri & Martini tit. Æquitii in Exquiliis, a Baronio ad A. D. 847. vulgata, deinde ab Antonio Philippino de Antiquitatibus hujus Eccleſiæ cap. XVI. pag. 77. & ex ipſiuſmet *Sergii* ſepulcrali lapide apud eundem Baronium ad an. 847. perſpicitur. Frequens tum erat, ut qui *ſecundus* ordine eſſet, *junior* diceretur. Hincmarus Remenſis Opuſculo XLVIII. §. XVI. XVII. tom. II. pag. 790. *Gregorium* Pontificem hujus nominis *ſecundum*, *Gregorium juniorem* appellat; ubi de ejuſdem Pontificis Epiſtola XIII. ad Bonifacium Moguntinum meminit: & quanquam Sirmondus in notis ad hanc epiſtolam, *Gregorio* III. eam tribuat, id tamen reſpuunt Chronologicæ notæ eidem Epiſtolæ ſubjectæ, nimirum *annus* X. *Leonis Imp.* & *Indictio* IX. quæ congruunt A. D. 726. quo *Gregorius* II. Pontifex erat. Neque ullum mendum eſſe putamus in lapide in annis Chriſti ſcalpendis, nam ex linea illis ſuperducta numerum quadrageſimum deſignari coniicimus, ut in Eræ Hiſpanicæ numeris fieri ſolebat, ubi quoties notæ numerali X. linea ſuperducitur, hoc modo X. hæc linea numerum quadragenarium deſignat, ut apparet ex monumentis hujuſmodi Era ſignatis in Monarchia Luſitana P. III. pag. 52. 180. 195. col. 2. & pag. 212. col. 2. P. IV. pag. 67. 68. Extat præterea apud Carolum a Baſilica Petri in Fragmento Hiſtoriæ Mediolanenſis pag 5. ſumma donationis ipſius *Eremberti*, qua narrat, ſe permiſſu *Sergii* II. Papæ Corpora *SS. Primi & Feliciani* Roma deduxiſſe, atque *S. Primi corpus Legiuni* collocaſſe. Litteræ hujus donationis datæ ſunt *anno* XXVII. *Lotharii*. Perperam Baſilica Petri, mendum in hos numeros irrepſiſſe cenſet, atque conjecit, hanc tranſlationem A. D. 857. peractam eſſe. Nam hæc annorum regni *Lotharii* Epocha initium capit a die XXXI. *Maii* an. 820. ut eſt apud Pagium ad an. 821. n. II. & ad an. 840. n. III. Itaque *annus* XXVII. *Lotharii* a menſe *Junio* inchoatus, cadit in A. D. 846. Suam quoque operam in illuſtrandis hujus Inſcriptionis notis Chronologicis contulit Jo. Ciampinus, qui genuinum hujus Inſcriptionis exemplar tranſcribendum curavit, & ad illius fidem edidit P. II. veter. monimentorum Cap. XVI. pag. III. In annis Chriſti ſculptoris inſcitia DCCCVI. exaratum fuiſſe ſuſpicatur, ac ſcalpendum DCCCXL. nimirum an. Chriſti 845. Ex *Indictione* notam numeralem delendam eſſe, & pro VIIII. legendum VIII. Demum ex annis epiſcopatus *Angilberti* expungendam eſſe notam numeralem X. ac pro annis XXIIII. legendum XVIII. putat. Tam crebris ictibus feriendus non eſſe mihi videtur hic lapis, immo nullis; nam ſingula recte cadunt. Pagius vero Baronii ſphalma agnovit, atque Amanuenſis vitio numerum DCCCCVI. attribuit; quum ea tranſlatio peracta fuerit an. Chriſti DCCCXLVII. *Indictione* IX. Neque Amanuenſis vitio ita exaratum fuit, neque ea tranſlatio an. 847. peracta eſt, ſed an. 846. nam *Indictio* IX. an. 846. non 847. in curſu erat.

Alter nunc eſt ſcrupulus ex hujuſmodi Inſcriptione enatus, evellendus. *S. Primi corpus* Roma *Legiunum* tranſlatum fuiſſe dicitur. *Primi* & *Feliciani* martyrum corpora ex arenario via Nomentana in Baſilicam S. Stephani in cœlio monte a *Theodoro* I. Romano Pontifice, A. D. 649. tranſlata fuere, qua de re Baronius in magnis Annalibus ad an. 649. n. I. ex libro Pontificali; & in Adnotationibus ad Romanum Martyrologium die IX. *Junii*. Papebrochius in Commentario prævio ad hanc diem pag. 150. A. D. 648. peractam fuiſſe cenſet; Tillemontius vero Hiſtor. Eccl. Tom. IV. pag. 571. A. D. 645. ſed nullis teſtibus. Viſuntur adhuc in ejuſdem Baſilicæ abſide horum martyrum ac *Theodori* Papæ vetuſtiſſimæ muſivi operis imagines, ſingulorum nomina præferentes; quæ ſane imagines præclarum de tranſlatione horum martyrum in eam Baſilicam per *Theodorum* Pontificem facta teſtimonium exhibent. Neque mireris, quum vides *S. Primi* martyris corpus *Eremberto Sergio II.* donatum fuiſſe, atque Roma *Legiunum* fuiſſe tranſlatum; id enim non de integro corpore, ſed de ipſius tantum parte eſt accipiendum. Sæpe Baronius id monuit, atque inter cætera ad an. 270. num. XI. & ſeq. & ad an. 827. n. XXXVIII. ubi ſe frequenter expertum fuiſſe narrat, quoties in Urbe elevationes, atque tranſlationes factæ ſunt, non ipſa integra Sanctorum corpora eſſe inventa, ac in nonnullis neque dimidiam partem, quod reliqua alio fuiſſent deportata. Neque dolo malo, aut fallendi animo fidelium pietas ſe Sanctorum corpora poſſidere conſuevit profiteri, cum eorum par-

Sergius Papa III.

ſtetur, jam Sergium Tertium hoc anno ſediſſe Pontificem, non autem Benedictum.

PAGIUS

reſtat, ſi noſtræ complacuerit voluntati, apicibus redditis certificare, vobis non differatur. Subjungit Adephonſus, ut dirigant ipſam coronam ad *Amalvinum* Comitem Burdelenſem, ſeque ſuos ad eumdem Comitem deſtinaturum, ut inter utroſque de pretio coronæ conveniat. Videtur tamen nihil inter eoſdem actum eſſe; cum Auctor Anonymus Hiſtoriæ Majoris Monaſterii teſtetur, Sancti Martini Eccleſiam toties concrematam, a Clericis & Civibus reædificatam eſſe, & de Adephonſo Rege nullam mentionem, faciat.

III. *Baptiſmus Conſtantini & exilium S. Nicolai Epiſc. Conſtantinop.*

Simeon Logotheta in Annal. prodit, Conſtantinum Porphyrogennetam, filium Leonis Imp. *imperii Leonis anno vigeſimo*, baptizatum fuiſſe a Nicolao patriarcha *in Sancto Theophaniorum die*. Subjungit Simeon Logotheta: *Imperii Leonis anno XXI. benedictionem nuptiali ritu conſecuti ſunt Leo & Zoe poſt feſta lucis* (ſeu Theophaniæ) *peracta ſolemnia, Thoma Presbytero adminiſtro, qui & gradu motus eſt: uxorem quoque Zoen Leo Auguſtam proclamavit. Hinc Eccleſia ingreſſu Leoni interdictum a Patriarcha*. Tum Simeon addit: *Imp. Leonis an. XXII. Imperator Samonam Accubitorem præficit, quo videlicet adjutore ac ſocio ad omnes ſcelus ac nequitiam uteretur; amboque adverſus Eccleſiam moliri incipiunt. Accerſentes enim Nicolaum Patriarcham, etiam atque etiam rogant, ut quartarum nuptiarum lex recipiatur*. Verum hæc omnia anno XX. imperii Leonis poſt feſtum Theophaniæ peracta, ut patet ex Leone Grammatico, aliiſque qui hæc uno tenore recitant, & uno eodemque anno contigiſſe innuunt, ſtatimque referunt exilium Nicolai Patriarchæ in Hieriam, ubi erat monaſterium ab eo conditum. Nicephorus Patriarcha Conſtantinop. in ſua Hiſtoria loquens de geſtis anno Chriſti DCCLXV. de Conſtantino Patriarcha, & de loco ejus exilii, ait: *In Hieriam Pontifex relegatur. Eſt hoc Imperatoris* (Conſtantini nempe Copronymi) *Palatium e regione Conſtantinopolis ad ſubſolanum poſitum*. Subdit Simeon Logotheta: *Ejus loco ordinatur in Patriarcham Euthymius Syncellus, vir religioſa modeſtia continenſque ac valde pius, quem*

ex

NOTÆ

partem tantum acceperit, propterea quod non dimidiatum, aut diminutum quidquam in operatione virtutum ſe accepiſſe ſentiant. In quam rem Gregorii Nazianzeni locum Invectiva in Julianum indigitat. Quod igitur de aliis Sanctorum martyrum tranſlationibus ex Urbe alio deportatis, id de *S. Primi* tranſlatione dicendum eſt, quod ſcilicet non integrum *S. Primi* corpus fuerit *Legiunum* tranſlatum, ſed pars ejus tantum. In cujus rei fidem plane accidit noſtris temporibus, ut horum martyrum reliquiæ in eadem Baſilica detectæ fuerint. Quum enim *Antonio Xaverio* tit. *S. Stephani in Cælio Monte* presbytero Cardinali *Gentili* innotuiſſet, *Urbano* VIII. Pontifice Maximo, A. D. 1625. horum martyrum corpora ſub ara maxima fuiſſe inventa, ſedulo inquirendum curavit, num ea ibidem detegi poſſent, atque die XVIII. *Novembris* an. 1735. ſub eodem altari marmorea urna inventa eſt, ac ipſomet Cardinale Gentili, ac pleriſque aliis adſtantibus, aperta fuit, ubi ſacra martyrum oſſa reperta ſunt, atque duæ plumbeæ laminæ, in quarum altera vetuſtis characteribus rudiorum temporum hæ litteræ inciſæ erant ex uno latere PRI. ET FEL. COR. ex alio REL. SS. PRI. ET FEL. SANCTOR. MAR. in alia vero minori tabula plumbea S. PR. ET FEL. MAR. & in alio latere S. M. COR. Magna ergo idem Cardinalis ampliſſimus religione ductus, quo magnificentius horum martyrum exuviæ collocarentur, altare maius, ſub quo eædem reliquiæ jacuerant, excitandum curavit, quo die IX. *Junii* an. 1736. per eundem conſecrato, die inſequenti nempe X. *Junii* magno apparatu ſolemnique ritu, ac ſumma omnium ordinum frequentia, nimirum XVII. S. R. E. Cardinalibus religioſo obſequio hujuſmodi reliquias comitantibus, ac deducentibus, ſub eodem altari decenter ſacræ illæ exuviæ repoſitæ fuere. Ad aræ frontem poſitum fuit hujus rei monumentum, quod habes apud Caietanum Meratum in Commentariis ad Gavantum in Rubricas Breviarii Romani ſect. VII. Cap. VIII. ad diem IX. Junii. Et nos hic iterum recudendum duximus. Eſt autem.

CORPORA SS. MM. PRIMI ET FELI
CIANI EX ARENARIO NOMENTANO A
THEODORO P. P. I. HVC TRANSLATA
ATQVE AB VRBANO VIII. ANNO MDCXXV
INVENTA ANTONIVS HVIVS ECCLESIAE
SANCTI STEPHANI IN MONTE CAELIO
PRESBYT. CARDINAL. GENTILI SVB NO
VO ALTARI A SE EXCITATO ET CONSE
CRATO SOLEMNI POMPA REPOSVIT
X. IVNII. MDCCXXXVI.

Hæc fuſius commemorare libuit, quo pietas ampliſſimi Cardinalis erga hos martyres magis teſtata eſſet, atque in magnis etiam Annalibus locum haberet, quum de hac ipſa noſtra Annalium editione idem purpuratus vir, ac de me optime meritus ſit. GEORGIUS



ctum. Vetus enim Inſcriptio ita ſe habet (a):

(a) *Antiq. Inſcript. in Append. pag. 1162. n. 2.*

HIC. SANCTI. PRIMI. MARTYRIS. CORPUS. VENERANDUM
IN CHRISTO. HUMATUM. QUIESCIT. QUOD. DEO. DIGNUS
SERGIUS. PAPA. JUNIOR. EREMBERTO. ILLUSTRI
VIRO. CONCESSIT. AB URBE. ROMA. CUM. HYMNIS. AC
LAUDIBUS. SPIRITUALIBUSQUE. CANTICIS. DUM. ESSET
TRANSLATUM. QUEM. INTER. SANCTOS, EJUS, SPIRITUS
TENEAT. PRIMATUM. IN. MULTIS. VIRTUTIBUS
ET. SIGNIS. EST. DECLARATUM.
RECONDITUM. EST. CORPUS. BEATI. PRIMI. MARTYRIS
CUM. RELIQUIIS. SANCTI. FELICIANI. ANNO
INCARNATIONIS. DOMINI. NOSTRI. JESU. CHRISTI. DCCCCVI.
KAL. AUG. INDICT. VIIII. ORDINANTE. DOM.
ANGILBERTO. ARCHIEPISCOPO. ANNO. XXIII.
PASSIO. SANCTORUM. VI. ID. JUN.

Diſcis ex his igitur, Sergium hoc anno ſediſſe.



PAGIUS

*ex divina revelatione aiunt, quartas illas nuptias ſuſcepiſſe: quippe cum Imperator hæreſim inducere vellet, ac legem edere*, licere viro tres quatuorve uxores habere; *cum multi viri eruditiſſimi in hoc illi ſuffragarentur*.

IV. *Utrumque eodem anno contigit.*

Ab aliquot annis Leo Imp. *Zoem* quartam uxorem duxerat, ſed ea *in Palatio nondum imperii corona redimita degebat*, inquit Leo Grammaticus pag. 482. neque ante Conſtantini baptiſmum Auguſta declarata eſt, indeque Sanctus Nicolaus ante coronationem eam tanquam privatam feminam habebat. At ubi Auguſta renunciata fuit, quartas has Leonis Imp. nuptias Eccleſiæ Orientalis legibus contrarias reprehendit. Audiendus ipſemet *Nicolaus* in Epiſtola, quam poſtquam in ſedem ſuam reſtitutus fuit, ſcripſit ad Pontificem Romanum, quæ extat apud Baronium anno CMXI. num. VI. *Vicit*, inquit, *ad extremum amor, quartaque jam uxor expetita eſt: puer autem obtentui aſſumtus, qui pridem ab ea genitus, ſucceſſioni imperii nullo prolis adhuc ſubſidio innixi deſtinabatur*, &c. *Nondum triduum a baptiſmo filii effluxerat, cum pueri mater in Palatium, ut Principis decet nuptam, apparatu Regifico accitur: cærimoniæ expediuntur nuptiales, nullius Sacerdotis interventu, Imperatore ipſo & ſponſi, & auſpicis munus exequente*. Subdit Nicolaus, ſe ſe in exilium miſſum, quod nuptias illas improbaret, poſtquam Legati Roma miſſi, ut connubium firmarent, adventaſſent; quos Legatos a Sergio Papa directos fuiſſe affirmat, & quid tunc geſtum fuerit, narrat. Baronius de ejectione *Nicolai* & ſubrogatione *Euthymii*, ac de quartis Leonis Imp. nuptiis anno CMI. num. II. & ſeqq. verba facit, ſed ea ad præſentem annum pertinent ad quem ideo revocanda. [1]

NOTÆ

[1] HUngarorum in Germaniam irruptio ab anno 906. cœpit teſte Annaliſta Saxone ab Eccardo vulgato, qui ad eundem Chriſti annum ſcribit. *Eodem anno Hungari fines Saxoniæ VIII. Kal. Julii depopulati ſunt &c.* Has autem excurſiones per annos ſingulos uſque ad annum 913. commemorat. Quin & ab illis mala plura Germaniæ illata anno 917. commemoratur. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 907. | BENEDICTI PAP. IV. ANNUS 3. | LAMBERTI 4. LEONIS VI. 22. IMPP.

I. *Moritur Benedictus IV.*

ANnus ſequitur Chriſti nongenteſimus ſeptimus, Indictione decima inchoatus, quo defunctus eſt Benedictus Papa ejus nominis IV. ſepultuſque eſt apud S. Petrum juxta aditum, quo itur ad S. Gregorium, ubi & ejus ſepulcrum ejuſmodi exornatum fuit epitaphio, quod olim exſcriptum a Manlio in libello rerum antiquarum baſilicæ Vaticanæ, ſic ſe habet ex emendatiori codice redditum:

*Membra Benedicti hic Quarti ſacrata quieſcunt*
*Pontificis magni, Præſulis eximii:*
*Qui merito dignus Benedictus nomine dictus;*
*Cum fuerit largus omnibus atque bonus.*
*Huic generis decus, & pietatis ſplendor opimus*
*Ornat opus cunctum juſſa Dei meditans.*
*Prætulit hic generale bonum lucro ſpeciali,*
*Mercatus cœlum, cuncta ſua tribuit.*
*Deſpectas viduas necnon inopeſque pupillos*
*Ut natos proprios aſſidue refovens.*
*Inſpector tumuli, compuncto dicito corde.*
*Cum Chriſto regnes, o Benedicte, Deo,*

II. *Leo V. creatur, quo ſublato ſedit Chriſtophorus.*

Ecce quod unicum extat tanti Pontificis monumentum. Subrogatus eſt in locum ipſius Leo ejus nominis quintus patria Ardeatinus, quem brevitas temporis, quo ſedit, reddit obſcurum: nam tantum dies quadraginta Eccleſiam gubernaſſe tradunt veteres, res Romanorum Pontificum proſequuti; pulſum vero atque detruſum in carcerem a Chriſtophoro, quem ſediſſe poſt eum, affirmant; ſed nec Chriſtophori ſedem ſtetiſſe immotam, ſed poſt menſes ſeptem deturbatam a Sergio invaſore æque confirmant, quod contigit anno ſequenti. Sunt hæc plane tempora, inopia ſcriptorum obſcura, & tyrannide Sedem Apoſtolicam invadentium tetra.

Chri-

PAGIUS SÆC.X. Anno Eræ Hiſp. CMXLV. Anno Hegiræ CCXCV. inchoato die 11. Octob. fer. 2. A.C. 907.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6400.

☉ 20. D. ☽ 15. P. 5. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 907.

SERGII III. PAPÆ 4.

LUDOVICI III. IMP. 8.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 22.

I. *Mors Benedicti IV. & Leonis V. PP.*

AD num. I. Tam *Benedicti* IV. quam *Leonis* V. Pontificum Romanorum obitus hic a Baronio narratus, retrahendus ad annum CMIII. quo de eo egimus.

II. *Germania ab Hungaris afflicta.*

Continuator Reginonis ad annum CMVII. ait; *Bavari cum Hungaris congreſſi multa cæde proſtrati ſunt.* Idem habet Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam. Tum ad annum ſequentem idem Continuator ſcribit; *Hungari iterum terminos tranſgreſſi Saxoniam & Thuringiam vaſtaverunt.* Poſtea ad annum CMIX. *Hungari Alemaniam ingreſſi ſunt.* Eadem habet Hermannus Contractus citatus. Hepidannus Monachus in brevibus ſuis Annalibus, de his Hungarorum devaſtationibus loquitur, eoſque *Agarenos* appellat, quia ſæpe Hiſtorici Barbaros inter ſe confundunt. Germania itaque ab Hungaris hoc & ſequentibus annis graviter afflicta, nemine fere eis reſiſtere auſo; ſive quod turbinis more ferrentur, & nunquam conſiſterent, ſive quod Germanicos vigor obtorpeſceret, & avitam gloriam ignobili ſocordia ſepeliret. [1]

III. *Edoardus Rex Danos ſubigit.*

*Edoardus* Anglorum Rex varios Principes gentis Danorum hoc anno proſtravit, ſubegitque Northumbriam, Wallos, Cumbros & Scotos, ut narrat Weſtmonaſterienſis: *Anno gratiæ nongenteſimo ſeptimo, Rex magnificus Edvvardus, congregato exercitu copioſo, ſubjugavit ſibi Eaſtſexiam, Eaſtangliam, Merciam, Northanhumbriam cum multis aliis provinciis, quas Dani multo tempore poſſederant: & omnes ex eorum dominio potenter extorſit. Scotorum etiam, Cumbrorum, & Galvvallenſium, omniumque Occidentalium Britonum fines, & eorum Reges, in deditionem accepit; & ſic cum gloria & honore, ad propria remeavit.* Polydorus quidem lib. 6. id de Scotis negat; verum contra antiquorum Scriptorum Britannicorum fidem. Idem enim ac Weſtmonaſterienſis habent Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 5. & Ingulphus in ſua Hiſtoria pag. 871.

NOTÆ [1] COncilium Barcinonenſe, quod hoc anno a Baluzio conſignatur, ad ſequentem transferendum eſſe, licet in ejus fronte mendoſe legatur: *Anno Verbi incarnati CMVI.* penes me certum eſt. Cum enim *ſequenti anno*, ideſt altero a Concilio Barcinonenſi anno, Concilium Agathenſe habitum fuiſſe in textu ejuſdem Barcinonenſis legatur; ſi demonſtretur Agathenſe ante annum 908. agi non potuiſſe; patebit utique Barcinonenſe, uno ſaltem anno retrahendum eſſe. Id autem ex eo liquet, quod Agathenſi ſubſcribit Guigo Gerundenſis, qui anno 908. *XII. Kal. Decembris anno XI. Caroli Indict. XI. electus fuit*, ut fert Inſtrumentum electionis ejus vulgatum a Martenio Anecdot. tom. I. col. 60. MANSI



JESU CHRISTI ANNUS 908. | CHRISTOPHORI PAP. ANNUS 1. | LAMBERTI 5. LEONIS VI. 23. IMPP.

I. Chriſtophoro ejecto Sergius ſedem invadit.

CHriſti anno nongenteſimo octavo, Indictione undecima inchoata, rurſum pravorum turbis & factionibus, invaſionibus & graſſationibus tyrannorum Romana vehementer perturbatur Eccleſia: ſiquidem Chriſtophorus violenter e Sede pellitur, vinculis ſtringitur, in carcerem truditur, atque vitam monaſticam amplecti cogitur: ubi autem mortuus eſt, ſepultus fuit in baſilica ſancti Petri, cujus ſepulcro hanc unico verſu appoſitam inſcriptionem, Manlius, qui exſcripſit, ſic recitat:

HIC PIA CHRISTOPHORI REQVIESCUNT MEMBRA SEPULTI.

II. Exurgit rurſus, hoc ejecto, Sergius ille nefandus, quem audiſti in formoſum Papam ita ſæviſſe. Potens iſte armis Marchionis Tuſciæ Adelberti, homo vitiorum omnium ſervus, facinoroſiſſimus omnium, quæ intentata reliquit? Invaſit iſte Sedem Chriſtophori, non Formoſi (ut memoria lapſus aſſeruit Luitprandus) quem quidem conſtat poſt malum ingreſſum, deterioremque progreſſum, peſſimum demum eſſe conſecutum egreſſum. De quo Sigebertus hæc, anno ſuperiori, habet in ſua Chronographia: *Sergius Romanæ Eccleſiæ centeſimus vigeſimus præſidet. Iſte eſt Sergius diaconus propter Formoſum a Papatu reprobatus, qui ab eodem Formoſo Epiſcopus factus, ad Francos tamen ſe contulit, & eorum auxilio Chriſtophorum invaſorem capiens & in carcerem trudens, latenter Romam ingreſſus, Papatum invaſit, & Romanos minis & terroribus perpulit, ut omnes ordinationes Formoſi irritas haberent, &c.* Sed hæc ſuperius, ſuo loco, ſunt dicta de ſacrilegio ab ipſo in Formoſum poſt ejus obitum perpetrato. In quibus corrigendus Sigebertus, dum ordinatum a Formoſo Epiſcopum Sergium dicit, quem Acta ſynodalia ſuperius recitata nonniſi presbyterum nominent, Luitprandus vero eum ex diacono arripuiſſe ſibi nomen Pontificis tradit. Cæterum ab omnibus non Legitimus Pontifex, ſed conclamatur invaſor, ut non



mireris (ſi quod audiſti ex Sigeberto) ordinationes Formoſi repulit, ſed parum iſtud, niſi alias ſuperinduxiſſet ordinationes.

III. Reordinationes invaſorum fuiſſe Pontificum.

Sunt hæc infeliciſſima illa tempora, cum alter alterius res geſtas, intruſus quiſque Pontifex aboleret: quæ damnans & execrans hujus temporis auctor Auxilius nomine, ſuo proſecutus eſt ſtylo, de quo hæc Sigebertus, cum agit de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, viris illuſtribus: *Auxilius* (inquit) *ſcripſit Dialogum ſub perſona Inferioris, & Defenſoris divinis & canonicis exemplis munitum, contra inteſtinam diſcordiam Romanæ Eccleſiæ, ſcilicet de ordinationibus, exordinationibus, & ſuperordinationibus Romanorum Pontificum, & ordinatorum ab eis exordinationibus & ſuperordinationibus.* Hæc de argumento, in quo Auxilius ſuo verſatus eſt commentario. Perpetrata ſunt iſta ab invaſoribus, & intruſis in Apoſtolicam Sedem, Pontificis nomen uſurpantibus, & illegitime thronum Apoſtolicum invadentibus. Verum legitime creati Romani Pontifices (ut Joannes Nonus, de quo nuper) iſta vehementer ſunt execrati.

Auxilius ſcriptor hujus temporis.

IV. Cæterum cum hujuſmodi invaſores Sedis Apoſtolicæ invaluere, quid adeo mirandum ſit, ſi inconceſſa ſacris legibus ab illis tentata fuerint & uſurpata? quid minus habet alienorum invaſor a graſſatore? At ab iſtis quis juſta, legitimaque requirat? At quod mirandum eſt, iſti licet tales fuerint, tamen eo honoris, & reverentiæ fideles omnes præſertim longe poſiti Boreales populi proſequebantur Romanam Eccleſiam, ut quemcumque in ea ſedentem, audirent nominetenus Pontificem, eundem, mirum dictu, nulla habita diſcuſſione ejus ingreſſus, ut Petrum colerent. Sic enim ab hoc eodem Sergio (a) Colonienſis Archiepiſcopus reperitur petiiſſe & accepiſſe pallium, & Hogerus ſucceſſor Adalgarii in Eccleſia Hamburgenſi hoc anno ab eodem Sergio æque accepiſſe pallium tam ipſe, quam præceſſor viri ſanctiſſimi, cui coadjutorem dederat, & privilegia renovarat. Hic igitur utcumque

(a) *Crantz. hiſt. Eccl. Sax. l. 3. c. 1. & l. 2. c. 24.*



PAGIUS SÆC.X. Anno Eræ Hiſpan. CMXLVI Anno Hegiræ CCXCVI. inchoato die Septemb. fer. 6. A.C. 908.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6401.

☉ 21. CB. ☽ 16. P. 27. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 908.

SERGII III. PAPÆ 5.

LUDOVICI III. IMP. 9.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 23.

I. *Initium Chriſtophori & Sergii PP.*

AD num. 1. & ſeq. *Chriſtophori* Papæ depoſitio e Sede Romana, & initium *Sergii* III. removeri non poſſunt ab an. CMIV. ideoque videnda quæ ibidem dicta ſunt.

que Pontificem agens Formoſi Papæ ſynodalia decreta reſcidit. Etenim qui adhuc in Formoſum odio exæſtuabat immenſo, quæcumque ſtatuta fuiſſent in Concilio Triburienſi ejuſdem auctoritate Formoſi, nimirum, ut Bremenſis Eccleſiæ ſuffraganea cenſeretur Colonienſis Eccleſiæ, iſte reſcidit, diplomataque Pontificia, quibus eximeretur a Colonienſis Epiſcopi poteſtate, ipſi conceſſit. Hæc (*a*) Adam monachus. Ab eodem quoque ita Pontificem agente obtinuiſſe privilegia monachos Caſſinates, Leo (*b*) Oſtienſis affirmat. Cum tamen eoſdem Sedis Apoſtolicæ invaſores, non Apoſtolicos, ſed apoſtaticos eſſe dicendos, Eccleſiaſtica bene diſpoſita (*c*) cenſuit diſciplina.

(*a*) *Adam l.1. c.42.*
(*b*) *Leo Oſt. l.1. c.54.*
(*c*) *Diſt. 79. c.1. & 9.*

V. *Sergius vita turpiſſimus.*

V. Cujus præter vim tyrannicam in Pontificatum invadendo ab auctoribus ejus ſæculi ſcriptis proditam, turpitudo quoque vitæ ab eiſdem tradita poſteris magna infamiæ nota eſt reddita manifeſta. (*d*) Luitprandus enim obſcæna iſta nota reliquit his verbis: *Thedora ſcortum impudens, hujus Alberici, qui nuper hominem exuit, avia (quod dictu etiam nefandiſſimum eſt) Romanæ civitatis non inviriliter monarchiam obtinebat, quæ diras habuit natas, Maroziam atque Theodoram ſibi non ſolum æquales, verum etiam Veneris exortivo promptiores. Harum una Marozia ex Papa Sergio, cujus ſupra fecimus mentionem, Joannem, qui poſt Joannis Ravennatis obitum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio, ex Alberto autem Marchione Albericum, qui noſtro poſt tempore Romanæ urbis Principatum uſurpavit, &c.* Audiſti temporis hujus deploratiſſimum ſtatum, cum Theodora ſenior nobile ſcortum monarchiam (ut ita dicam) obtineret in Urbe?

(*d*) *Luitp. l.2. c.13.*

VI. *Theodora nobile ſcortum.*

VI. Sed unde infami mulieri tanta dignitas? Erat iſta nobilis Romana femina, ſenatoria orta propagine, excellens pulchritudine, ingenio verſutiſſima conſuetudine Adelberti Tuſciæ Marchionis potentiſſimi reddita procaciſſima, ex quo etiam, quas audiſti, genuit filias, ſicque ex adulteri potentia etiam ſibi peperit monarchiam. Nam cum (ut ſuo loco inferius dicetur) munitio S. Angeli inexpugnabilis reddita ex mole olim Hadriani, Auguſtorum ſepulcro, poſſideretur ab eodem Tuſciæ Marchione, qui ea potiretur, Urbi quoque pariter dominari facile poſſet: hæc peſſima femina ea arte dominium Urbis eſt conſecuta, poſſidens arcem, illudque in poſteros propagare curavit, filias proſtituens Pontificibus Sedis Apoſtolicæ invaſoribus & Tuſciæ Marchionibus; ex quibus tantarum invaluit meretricum imperium, ut pro arbitrio legitime creatos dimoverent Pontifices, & violentos ac nefarios homines, illis pulſis, intruderent.

VII. Quis iſta conſiderans, non obſtupeſcens, ſcandalumque patiens putarit, Deum oblitum Eccleſiæ ſuæ, quam meretricum arbitrio permiſerit infamari? Sane quidem ſanctorum Patrum fuit iſta querela, cum ſuper excreſcentibus fluctibus undique pene obrutam viderent Eccleſiam, ea interdum ipſorum animos ſuggeſtione pulſante, num Deus reliquiſſet Eccleſiam ſuam. Nam audi (*e*) Magnum Baſilium ita malis obrutum ad Alexandrinos iſta ſcribentem: *Acceſſit autem ad haſce animi mei diſceptationes & iſta cogitatio: An Eccleſias ſuas prorſus reliquerit Dominus, &c. Dum videlicet* (quod ait ex noſtris (*f*) Beda) *nonnumquam Eccleſia a tantis Gentilium preſſuris non ſolum afflictata, ſed & fœdata eſt, ut (ſi fieri poſſet) Redemptor ipſius eam prorſus deſeruiſſe ad tempus videretur, &c.* Turturis lugentis Eccleſiæ lamentantis vox illa eſt: (*g*) *Ego derelicta & ſola.* Sed non ita, quia in his potius cognita eſt divina providentia erga ſuam Eccleſiam ſolicitior invigilare, atque protectione, ſolicitudine, curaque propenſiore eidem inhæreſcere. Siquidem cum tanta iſta urgerent toto hoc ſæculo mala, & ſcandala increbreſcerent: tamen non eſt inventus qui ea de cauſa ſe ab ipſa Eccleſia Romana abſcinderet ſchiſmate, vel hæreſi eamdem impugnaret; ſed omnes ubique gentium eidem fidei vinculo, & obedientiæ fœdere juncti perſiſterent. Ut ad hoc illud (*h*) Nahum aptari poſſit: *Quid cogitatis contra Dominum? Conſummationem ipſe faciet, non conſurget duplex tribulatio.* Nam cum his urgeretur malis Eccl. non permiſſa eſt ſchiſmatibus ſcindi, & proſcindi hæreſum fraudibus, ſed omnes Deus Fideles illi fecit obſequentes. Quod factum plane non eſſet, niſi Deus ejus incolumitati & integritati ſumma vigilantia proſpexiſſet; ſic ut quo longius ab eadem Eccleſia foris viſus eſt receſſiſſe, eo magis intime eidem cognitus ſit inhæſiſſe, manumque ſubieciſſe, ne pravorum hominum impulſibus agitata corrueret. Quod loco miraculi habendum quis neget? Cum major in eo Dei potentia cognoſcatur, ſi quod in igne eſt poſitum, non incendatur, quam ſi longe remotum ab eo conſervetur illæſum. Et cum ſententia Pauli (*i*) quale cujuſcumqne ſit opus probabit ignis: plane opus Dei eſſe Romanam Eccleſiam, quæ tot admotis facibus non potuerit ad interitum uſque conſumi, & ad nihilum redigi, facti evidentia declaravit. Stetit ſane, ſtabitque ſemper immobilis de Sede Petri ſententia atque promiſſio Chriſti, quod portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.

(*e*) *Baſil. ep.71.* Viſa interdum Sanctis Eccleſia pene relinqui a Deo.
(*f*) *Bed. hom. in Mar. c.6.*
(*g*) *Iſai. 49.*
(*h*) *Nahum 1.*
(*i*) *1. Cor. 3.*

Eo-



VIII. *Adefonſi magna maxima virtus.*

VIII. Eodem anno tædio longæ præfecturæ patris Regis Adefonſi Magni ejus filius primogenitus Garſias nomine, adjuvante matre & fratribus conſpirat in patrem: ſed qui Magni nomen digne eſt conſecutus ob debellatos ſæpiſſime Arabes: in hoc ipſo, cum nolens civili & domeſtico bello exhauriri Regni vi-

PAGIUS

II. *Alphonſus abdicat regnum Hiſpaniæ.*

II. Ad num. VIII. *Alphonſus Magnus* Hiſpaniarum Rex Regnum abdicavit, illudque *Garſiæ* filio tradidit, victus tot tumultuum ab eodem excitatorum tædio. Id Morales ad hunc Chriſti annum refert, & ex eo Baronius. Verum Yepius in Appendice Tom. IV. pag. 444. refert privilegium a Garſia primo Rege in gratiam monaſterii Sancti Iſidori conceſſum. & a conjuge ejus Miona datum *XV. Kalend. Martii era DCCCCXLIX. anno feliciter regni noſtri primo,* ideoque *Garſia* an. Chriſti DCCCCX. vel inſequenti quo Era DCCCXLIX. inchoata, Regnum Legionenſe iniit.

III. *Monaſterium S. Galli hoc tempore celeberrimum.*

III. Hepidannus ad annum CMVIII. hæc refert: *Adalbero Epiſcopus Auguſtenſis cum magno apparatu & multis donis venit ad monaſterium Sancti Galli.* Quam etiam in rem Ekkehardus Decanus San-Gallenſis in Vita Beati Notkeri Balbuli Monachi San-Gallenſis in Actis SS. Bollandianis ad diem VI. April. recitata, cap. 2. ſcribit: *quantum Cella S. Galli in hoc tempore virtutum auſpiciis ob merita inhabitantium, ſpiritualibuſque diſciplinis augeri cœperit, tandemque floruerit, memorari jucundum eſt. Erat enim Senatus Reipublicæ loci illius tunc quidem ſanctiſſimus, ut Adelbero Auguſtenſis Eccleſiæ Antiſtes teſtatur. Qui beatus Præſul ſigna & virtutes S. Galli a pluribus audiens, locum in die feſtivitatis ejus* (ſc. XVI. Octob.) *orandi gratia adiit, & præſens plura conſpiciens; Major eſt, inquit, gratia loci hujus, quam rumor, quem audivi. Igitur domum rediens, interrogatus inter cetera aliquando a ſuis eſſet ne nobiſcum, ut fama vulgavit, religio cum doctrina, ſeveritas cum diſciplina? Ceteri, inquit, quid ſentiant, neſcio; quod mihi, animo eſt, pronuncio: unum ego Sanctum, & hunc defunctum, quæſivi: vivos autem ut vere fratres fatear, ſanctiſſimos inveni. Doctrinam vero illorum & diſciplinam, in virtutum eorum operibus videre eſt: delectat me enim talium memorari, quos quidem ut iterum videam vix expecto. Oportet ut omnibus modis, meis me juvantibus, præparem, quatenus ad proximum Sancti Galli diem viros Dei viſitans, frater illorum conſcriptus fiam, & quantum mihi gratiæ eſt, charitatem illorum regratier. Venit autem Dei electus* (hoc ſc. anno) *ut ſponderat, & magnis donis fratres & familias exhilaravit.* Porro Adalberonem Sancti Galli fratrem conſcriptum beneficentiſſimum extitiſſe, tradit alter Ekkehardus cap. 5. probatque libellus *de Fratribus Conſcriptis* Tom. II. apud Goldaſtum pag. 181. ubi Adalbero anno CMVIII. ad Sanctum Gallum in vigilia ipſius Sancti veniſſe dicitur, *juncto ſibi mitiſſimo Sebonenſis Eccleſiæ* (ſeu Sabionenſis, nunc Brixinenſis) *Antiſtite Megimberto;* ac locum variis donis locupletaſſe.

IV. *S. VViborada incluſa ad monaſterium S. Galli.*

IV. Vivebat hoc tempore apud S. Gallum ſub hujus monaſterii Abbatum directione *Sancta VViborada* Virgo in anguſta Cella incluſa, cujus Vitam ab Hartmanno Monacho S. Galli, ejus æquali ſcriptam publicavit Henſchenius ad diem II. menſis Maii, & ex eo Mabillonius Sæc. V. Benedict. Cum enim ad aures Salomonis Conſtantienſis Epiſcopi fama virtutum ejus perveniſſet, & ad monaſterium S. Galli proficiſceretur, ea ipſum ſecuta eſt. *Deinde in Cella quadam in montibus ſita, juxta Eccleſiam Sancti Georgii, parva conſtructa manſiuncula, pene annis quatuor converſata eſt, tanta abſtinentia cibi potuſque ſe conſtringens, ut vix narranti quiſquam credere valeat,* inquit Hartmannus. Salomon poſt annos illos quatuor *iterum ad monaſterium veniens, clauſula, quam tota vita ſitiebat, jam parata,* eam benedicens, *clauſulam obſeravit.* Udalricus cauſa doctrinæ ad monaſterium venit. *In illo tempore Salomone fratre & Abbate noſtro, Epiſcopo facto,* ejus nutu Udalricum ipſam ſecretius accitum ſuadere cœperunt Monachi, quatenus monachicum habitum ſuſciperet, ut Abbas monaſterii poſt eumdem Salomonem conſtitueretur, Udalricus conſilium ſtatim a Vviborada petiit, quæ reſpondit, *Verte animum tuum aliorſum: nec monachus, nec Abbas hic fieri poteris, &c. in plaga orientali debes Epiſcopus fieri.* Quod reapſe contigiſſe infra videbimus.

V. *S. Vdalricus in monaſterio S. Galli eruditur.*

V. Cum vero Salomones duo Eccleſiæ Conſtantienſi per hæc tempora præfuerint, *Salomon* eo nomine ſecundus ab anno DCCCLXXXV. ad DCCCXCI. & *Salomon* hujus nominis III. *de cœnobio S. Galli Abbas,* Epiſcopus promotus ejus immediatus ſucceſſor, anno CMXIX. vita functus ſit, ut ſingula Hermannus Contractus ex editione Caniſiana diligenter notavit, difficultas eſſe poteſt, de quo *Salomone* Auctor Vitæ ſanctæ Wiboradæ intelligendus ſit. Henſchenius & Mabillonius laudati in Notis ad Vitam hujus Sanctæ putarunt, Hartmannum Monachum de utroque Salomone verba facere, & indicare *Salomone* II. Eccleſiam Conſtantienſem adminiſtrante S. *Udalricum* in Schola S. Galli eruditum fuiſſe, & *Vviboradam* ad Monaſterium S. Galli cum eodem Salomone II. veniſſe. Hartmannum vero Monachum de Salomone tertio verba facere, quando ait, *in illo tempore Salomone fratre & Abbate noſtro, Epiſcopo facto,* &c. Verum Hartmannum Monachum de uno eodemque Salomone, hujus nominis tertio ſermonem habere, mors Udalrici quæ accidit an. CMLXXIII. ætatis LXXXIII. ut Scriptor vitæ ejus num. 75. prodit, invicte demonſtrat. Quomodo enim *Udalricus* natus anno DCCCXC. aut inſequenti ſtudiorum cauſa ad ſancti Galli monaſterium venire potuit, ſub Salomone II. cum is anno DCCCXCI. vivere deſierit, nondum forte nato *Udalrico*; quando itaque Hartmannus ait, *Salomonem* Abbatem ſancti Galli Epiſcopum Conſtantienſem factum, non innuit id eo tempore contigiſſe, quo Monachi *Udalrico* ſuaſere, ut monachum indueret, ſed *Salomonem*, antequam Epiſcopus Conſtantienſis fieret Abbatem S. Galli fuiſſe, & Monachos cogitaſſe de Udalrico poſt Salomonis III. mortem Abbate eligendo, veriti ſcilicet, ut ſubdit Hartmannus, *ne ſicut ante eum, in poteſtatem alienam traderentur.* Denique Hartmannus ſe de uno eodemque Salomone III. loqui, evidenter oſtendit, quando ait, *venerabilis itaque Pontifex iterum ad monaſterium veniens,* &c. De Wiborada & Udalrico rurſus mentio occurret.

VI. Simeon Logotheta geſta in Oriente hoc an-

no

vires in utilitatem hoſtium Sarracenorum, ſponte filio ceſſit, ſeipſum ſuperans, non curans quæ ſua ſunt plane ut diceretur Maximus dignis fuit. Res tunc geſtas, ex Sampyro atque Tudenſi & aliis antiquis monumentis prodit (*a*) Ambroſius Morales & alii. (a) *Ambr. Moral. Chron. Hiſpan. l.* 5. *c.* 30.

An-

PAGIUS *Bella Græcos inter & Saracenos.* no his verbis narrat: *Anno vigeſimo tertio* (nempe imperii Leonis) *Saracenorum claſſis Romanam ditionem invaſit. Imperator vero Himerium Logothetam navalium omnium copiarum ducem ac caput præfecit: ſcribitque Andronico Duci, ut ſe adiungat Himerio. Porro Samonas* (qui omnia poterat apud Imperatorem) *implacabili in Andronicum odio, omnique modo ei labem inferre ſtudens auctor eſt cuidam ut occulte ad eum ſcribat*, „Cave-ſis naves ingrediaris, & ab Himerio „capiaris. *Multis itaque rogans urgenſque Andronicum, ingruentibus Agarenis ut ſecum ingrederetur, id vero impetrare non potuit. Solus ergo Himerius in S. Thomæ ſolemni die cum Agarenis congreſſus magnam victoriam reportavit. Qua re cognita Andronicus in deſperationem adductus, cum affinibus ac comitatu, in defectionem adactus eſt.* Idem tamen Himerius imperii Leonis anno XXV. *producto ad octo menſes*, navali bello a Saracenis victus, vixque incolumis evaſit. Quare Leonis Imperatoris tempore Imperium Orientale a Saracenis non parum afflictum.

VII. *Obitus Calipha Babylonienſis.* Anno Hegiræ CCXCV *Muctaſis Billa* Calipha Babylonienſis *die Solis* obiit, juxta Eutychium Patriarcham Alexandrinum; juxta vero Elmacinum lib. 2. Hiſt. Sarac. cap. 18. die decimo tertio Dulkiadæ, qui menſis undecimus eſt Arabum, & hoc anno dies ille incidebat in diem duodecimum Auguſti, cujus veſpere dies XIII. ejuſdem menſis *Dulkiada* exordiebatur. Ei ſucceſſit *Giafar Abulfaldus* ejus filius, qui inter Caliphas ordine eſt XXXIX.



I. *Concilium Sueſ. celebratum.* Annus Redemptoris nongenteſimus-nonus, Indictione duodecima ſequitur, quo in Pago Sueſſionen. in loco Troſlejo dicto, provinciale Concilium celebratum eſt ab Herveo, ſeu Heriveo Archiepiſcopo Rhemenſi, dignum quidem quod deſcriberetur hic integrum, cum tamquam fax in tanta temporum & Eccleſiaſticæ diſciplinæ obſcuritate ſplenduerit. Invenimus illud in ſcripto codice Antonii Auguſtini, acceptum (ut ibi dicitur) ex bibliotheca ſancti Remigii Rhemenſis. In cujus præfatione ſatis quidem diſerte hæc habentur de his, quæ ad temporis notam pertinent: *Unde anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimonono, Indictione duodecima, ſexto Kalendas menſis Julii convenerunt venerabiles, Patres & doctores Eccleſiæ, Herveus ſcilicet ſanctæ Metropolis Rhemorum Archiepiſcopus, totius plebis Dei famulus, & Coepiſcopi Rhemenſis diœceſis, quorum nomina ſubtus tenentur deſcripta. In Pago Sueſſionico, loco Troſleio, de ſtatu Eccleſiæ & totius Regni utilitate tractaturi, & facta ſolemniter ſalutatione, omnibuſque, ut mos eſt, ordine reſidentibus, Archiepiſcopus ſic exorſus eſt.*

II. *Quoniam per aliquot annos, partim infeſtatione paganorum, partim etiam graviſſimis Regni perturbationibus, ac quorumdam falſorum Chriſtianorum infectationibus præpediti, juxta decreta Canonum nequivimus congregari: nunc quia annuente Domino, congregandi nobis facultas, juxta decreta Canonum data eſt, cum Dei gratia convenientibus nobis in unum, &c.* In primis autem ob oculos ponitur præſentis temporis miſerrimus ſtatus, tamquam tempus ultionis Domini. Nam inter alia: *Videtis quam ſit evidens furor Domini, & manus ejus ad feriendum extenſa? Ecce enim quot anni ſunt, ex quo terram noſtram * ægre ſterilitate damnatam aſpicimus; quibus cladibus quotidie intereat populus: jam vidimus depopulatas urbes, deſtructa vel incenſa monaſteria. Agri in ſolitudinem ſunt redacti, ita ut dicere poſſimus, pervenit gladius uſque ad animam, &c.* * al. agri His pluribus deploratis, primum omnium de Epiſcoporum correctione ponitur ſaluberrima inſtitutio, quæ incipit: *Denique ne nobis parcere videamur, qui aliorum errata corrigere debemus, &c.* His prælocutis, primum omnium de honore & cultu Eccleſiarum ponitur (*a*) conſtitutio. (a) *Cod. Conc. c.* 2. Deinde ipſi Regi ut potiſſimo poſt ſacerdotes Eccleſiæ membro, præſcribitur recta ſecundum pietatem norma vivendi ex ſanctorum Patrum ſententiis concinnata: Atque ex iiſdem fontibus exhortatio ad eumdem Regem ſubiicitur, quæ ſic incipit: *Et quoniam a nobis ratio exigitur omnium & Principum & ſubditorum ab eo, qui ſine exceptione judicat perſonarum; & pro ipſis Regibus Regi Regum ſumus reddituri rationem: ſermo exhortationis ad veſtram, domine Rex, nobis habendus eſt excellentiam, &c.* Tertio vero loco regularium ponitur reformatio, & diſciplinæ collapſæ integra reſtitutio. De quibus agentes Patres, primum omnium quo miſerando ſtatu eſſent tunc monaſteria Gallicana, verbis iſtis immenſo dolore deplorant:

III. *Monaſteria & diſciplina monaſtica collapſa.* *De monaſteriorum vero non ſtatu, ſed lapſu, quid dicere vel agere debeamus, jam pene ambigimus. Dum enim mole criminum exigente, & judicium a domo Dei incipiente, quædam a paganis ſuccenſa, vel deſtructa, quædam rebus ſpoliata, & ad nihilum prope ſunt redacta: Si tamen quorumdam adhuc videntur eſſe veſtigia; nulla in eis regularis normæ ſer-*

PAGIUS SÆC.X. Anno Eræ Hiſp. CMXLVII. Ann. Hegiræ CCCXVII. inchoato die 19. Septemb. fer. 3. A.C. 909.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6402.

☉ 22. A. ☽ 17. P. 16. April. Indict. 12.

Jesu Christi 909.

Sergii III. Papæ 6.

Ludovici III. Imp. 10.

Leonis Sapientis Imp. 24.

I. *Synodus Troſleiana.* Ad num. I. & ſeqq. Gallia ultra Sequanam a bellorum turbinibus paulatim reſpirante *Heriveus* Remenſis Archiepiſcopus conventus Synodales ſæpe cum Coepiſcopis ſuæ Diœceſeos habuit, quos Flodoardus nominatim non deſignat, quod generatim in ſua Hiſtoria loquatur. Celeberrimus fuit, quem hoc anno celebravit apud *Troſleium*, qui locus fuit in pago Sueſſionico non ignobilis, nunc vicus nomen vetus retinens, ad Axonam fluvium, *Troli* vulgo appellatus. Eodem in loco duo poſtea alia Concilia congregata annis CMXXIV. & CMXXVII. In Præfatione prioris hujus Concilii Troſleiani dicitur illud habitum *anno dominicæ Incarnat. CMIX. Indict. XII. VI. Kalendas menſis Julii*, additurque: *Quoniam per aliquot annos, partim infeſtatione Paganorum, partim etiam graviſſimis regni perturbationibus, ac quorumdam etiam Chriſtianorum infeſtationibus præpediti, juxta decreta canonum nequivimus congregari*, &c. Quindecim Canones in eo conditi in quorum tertio eſt inſigne teſtimonium Epiſcoporum, qui Regum Francorum Capitularia vocant Canonum pediſſequa, hoc loquendi modo, quamvis non admodum latino, inquit

Ba-

*ſervantur inſtituta: ſive namque monachorum ſive canonicarum, ſive ſint ſanctimonialium, propriis, & ſibi jure competentibus carent rectoribus; & dum contra omnem Eccleſiæ auctoritatem prælatis utuntur extraneis, in eis degentes, partim malevolentia, maximeque inhabilium ſibi præpoſitorum facientium inconvenientia, moribus vivunt in compoſitis, &c.* Deplorant præterea quod laici eadem a Regibus in beneficia præter jus, faſque acceperant, adduntque: *Nunc autem in monaſteriis Deo dicatis, monachorum, canonicorum & ſanctimonialium Abbates laici cum ſuis uxoribus, filiis, & filiabus, cum militibus morantur & canibus, &c.* Hæc deteſtati admodum Patres, ex ſacris Canonibus Conciliorum & Francorum Regum Capitularibus corrigunt. Sed & quoniam ſicut in Urbe, ita in orbe ſacrilegii illud genus invaluit, ut defuncto Epiſcopo, ejus bona ab omnibus publice diriperentur: ne id fieret amplius, conati ſunt reprimere Patres, canonicarum obice ſanctionum. Hæc & alia emendantes quindecim ſcripſere capita, multiplicibus Canonibus & ſententiis Patrum contexta, ut quot capita, tot dixeris eſſe catecheſes ad reſtituendam collapſam Eccleſiaſticam diſciplinam, & evellendos qui irrepſerant in omnes hominum ordines pravos mores.

Inter alia autem in fine decimiquarti capitis, quam accepiſſent ab Apoſtolica Sede admonitionem de perverſa Orientalium doctrina auctore Photio, his ſignificant verbis: (*a*)

(*a*) *Cod. Conc. c. 14.*

IV. Photii damnatus error de Spiritu Sancto.

*Sane quia innotuit nobis ſancta Sedes Apoſtolica, adhuc errores & blaſphemias cujuſdam vigere Photii in partibus Orientis in Spiritum ſanctum, quod non a Filio, niſi tantum a Patre procedat blaſphemantis: hortamur veſtram fraternitatem, ut una mecum, ſecundum admonitionem domini Romanæ Sedis Præſulis, ſinguli noſtrum, perſpectis Patrum Catholicorum ſententiis de divinæ Scripturæ pharetris acutas proferamus ſagittas potentes ad conficiendum bellum monſtri renaſcentis, & ad terebrandum caput nequiſſimi ſerpentis.* Hæc ſanctiſſimi Patres illi. Quibus in primis declaratur perſeveraſſe eos, qui quomodocumque præſidebant Romanæ Eccleſiæ, in Photii deteſtatione, & anathemate, ut qui nullo addito titulo Patriarchali, nominetur ut laicus. Sed & ex iiſdem commendatur modeſtia & reverentia Gallicanorum Epiſcoporum erga Romanam Eccleſiam, dum minime merita iſta ſcribentis Sergii attendentes, ea tantum, quæ ab eo dicerentur conſiderantes, ipſius obediunt juſſionibus, ſecundum quod fuerant olim admoniti a (*b*) Chriſto diſcipuli de ſedentibus ſuper cathedram Moyſi Scribis & Phariſæis, ut facerent quæ illi dicerent, & non quæ facerent:

(*b*) *Matt. 23.*

V. Quæ autem iſtis ſubjecerunt iidem ſanctiſſimi Patres exordio capitis decimiquinti, hic ſunt totidem reddenda verbis, quibus agunt de conſervata illibata quam accepiſſent a Petro & ejus ſucceſſoribus Fide Catholica; cui ut ſuperædificent bona opera, cum hortantur, compendio quodam quæcumque debeat facere quilibet Chriſtianus, admonent toto capite illo, in cujus exordio habentur iſta:

VI. Omnes Eccleſiæ Occidentales fundatæ a Petro ejus ſucceſ.

*His ita prælibatis, nos omnes generaliter alloquamur: qui juſte & pie volunt vivere in communione ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, quæ eſt unum corpus Chriſti, cujus unus eſt Dominus, una Fides, unum Baptiſma. Quæ cum generaliter ab uno capite Chriſto ſuper petram, ideſt ſuper Confeſſionem Petri ſit ædificata: manifeſtum tamen eſt, per omnem Italiam, Gallias & Hiſpaniam, nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Petrus, aut ejus ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes. Et quoniam Eccleſia in noſtris quoque partibus (ut dictum eſt) ſuper hanc petræ ſoliditatem non tantum fundata, ſed ab eo ejuſque ſucceſſoribus etiam eſt edocta: cum Dei gratia, ipſius beati Petri ſuffragantibus meruit, firmitatem Fidei, quam primo percepit, hactenus inconcuſſam ſervare ſtuduit, nullaque perfidorum conſortia recepit. At vero quia multi fide tantum Chriſtiani ſunt, opere vero a Chriſtiana doctrina diſſentiunt, atteſtante* (*a*) *Jacobo Apoſtolo, dicimus, fidem non ſolum ocioſam, ſed etiam eſſe mortuam ſine operibus. &c.*

(*a*) *Jac. 2.*

VII. Ad finem ante nomina ſubſcribentium Epiſcoporum ponuntur iſta: *Herveus Rhemorum Archiepiſcopus .... Rothomagenſis Archiepiſcopus, Rodulphus Laudunenſis Epiſcopus, Erluinus Bellovacenſis Epiſcopus, Rambertus Noviomagorum Epiſcopus, Letholdus Catalunen-*





*ſis Epiſcopus. Abbo Sveſſionenſis Epiſcopus, Stephanus Cameracenſis Epiſcopus, Hucbertus Meldenſis Epiſcopus, Stephanus * Maurmorum Epiſcopus, Oſcarius Ambianenſis Epiſcopus.* Hæc de his, quæ ſpectant ad Synodum, ex multis pauca. Porro non ſemel a viro digniſſimo Synodus celebrata legitur, ſed plane multoties, teſtante id (*b*) Frodoardo, qui ait: *Conventus denique ſynodales ſæpe cum Epiſcopis diœceſeos habuit, in quibus de pace & religione ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſtatuque Regni Francorum ſalubriter, competenterque tractavit, &c.*

(*b*) *Frod. hiſt. Rhem. l. 4. c. 13.*



PAGIUS Baluzius in Præfat. ad Tom. I. Capit. Reg. Franc. num. XVIII. ſignificantes ea ſecundum poſt Canones locum habere in Eccleſia, & pari cum Canonibus auctoritate vigere: *Itemque & canonum præcipiunt inſtituta*, inquiunt, *ſimulque eorum pediſequa Regum Capitularia, ſicut in libro primo Capitulorum Imperialium continetur Capitulo XXVIII. Ut Clerici & Monachi, ſi inter ſe negotium aliquod haberent, a ſuo Epiſcopo judicentur, & non a Sæcularibus.* Sane Eccleſia probavit Capitula Imperialia tamquam regularia, ut Hincmarus in Formulis Promot. Epiſcopal. Tit. XVIII. cap. VI. docet, ideſt, tamquam conſentanea Regulis Eccleſiaſticis & Canonibus, quibus Eccleſia regitur, & ſecundum illa voluit, ut publica diſciplina conſtaret. Eam ob cauſam *Heraldi* Archiepiſcopi Turonenſis Capitula, quæ liquet eſſe accepta & abbreviata ex libris Capitularium, *excerpta* fuiſſe dicuntur *ex corpore ſanctorum Canonum*: & Capitula Iſaac Epiſcopi Lingonenſis, quæ ſimiliter excerpta ſunt ex tribus poſtremis Capitularium libris a Benedicto Levita collectis, *canones Iſaac* vocantur in Chronico S. Benigni Divionenſis: *Compoſuit*, inquit Auctor ejuſdem Chronici, *& librum qui dicitur Canones Iſaac, eo quod ex libris canonum utiliora quæque eligendo in unum volumen coarctaverit.*

II. Duravit uſus Capitularium Regalium, inquit idem Baluzius num. XXXV. per aliquot ſæcula, nimirum uſque ad Gratiani tempora; immo etiam, ut videtur, uſque ad Regnum *Philippi IV.* cognomento *Pulchri* Francorum Regis. Neque in Regno tantum Francorum valebant, ſed in Germania quoque & in Italia. Ac de Germanis quidem fidem faciunt plurima veteris ævi monumenta, præcipue vero decretum *Ottonis Magni* Germaniæ Regis datum apud Franconofurt anno DCCCCLIII. in quo *Capitularium præcedentium Regum inſtitutis coram poſitis* ſtatutum eſt, ne oppreſſio virginum aut viduarum vel raptus ab ullis hominibus fiat, ut videre eſt in prima Appendice Religionis c. 53. Apud Italos diutius obſervata fuiſſe, quam apud Germanos multa probant, ſed imprimis Collectio canonum ac decretorum a *Gratiano* compoſita, in qua perſæpe referuntur Conſtitutiones ex Capitularibus Regum Francorum deſcriptæ. Marca lib. 5. Hiſtor. Bearn. cap. 2. §. 7. obſervavit Capitularium uſum ad Francos interruptum fuiſſe ſub initia tertiæ Regum familiæ; quoniam mutatio rerum publicarum, & Regiæ auctoritatis imminutio, quæ tunc evenere neceſſario poſt ſe traxerunt legum receptarum abrogationem, quæ non aliis fundamentis niti poſſunt, quam columnis, quibus Regia dignitas ſuſtinetur. Bellorum enim Normannicorum & civilium occaſione factum eſt, ut ducum, Comitum, & Marchionum Præfecturæ, quæ in arbitrio Regis antea erant propriæ cujuſque fierent & hæreditariæ. Hinc introducta varia jura municipalia, ne quid ex veteri ſupereſſet, quod novis poſſeſſoribus officere poſſet. De Capitularibus Reg. Franc. plura in doctiſſima Præfatione laudata habet Baluzius.

*In ea illuſtre teſtimonium Capitularium Reg. Franc.*

I. Ticinenſis Eccl. ad modum illuſtrata. ANnus Redemptoris nongenteſimus decimus, Indictione decima tertia inchoatus ſequitur, quo defunctus eſt Sergius Papa: quem haud diutius ſupervixiſſe, quæ dicenda erunt de Joanne decimo, manifeſte demonſtrant. Sicque ipſum Sergium non ſeptennio (ut produnt nonnulli, ſed triennio dumtaxat invaſam Sedem occupaſſe, apparet. Defuncto igitur Sergio in locum ejus Anaſtaſius ſubrogatur, patria Romanus, Luciani filius, qui ſediſſe ponitur annos duos & totidem menſes. De Anaſtaſio aſſeritur, quod expoſcente Berengario, Ticinenſem Eccleſiam plurimis iiſdemque magnificis decoravit (*a*) ornamentis, concedens nimirum umbellæ uſum, equoque vehi albo, crucem præviam in itinere habere, & in Conciliis a læva Pontificis aſſidendi.

(*a*) *Sigon. de Reg. Ital. l. 6. in Anaſ.*

II. Ad hæc etiam tempora propagatum eſſe Lamberti Imperium, ex (*b*) Luitprando poſſumus intelligere, cum ait, quinquennio illi adverſatum fuiſſe Raginfredum Mediolanenſem Comitem, cum antea idem Imp. aliquantiſper pulſo Berengario imperaſſet. Hunc ab Ugone Comite Mediolanenſi in venatione occulte necatum, ipſe (*c*) Luitprandus magnopere deploravit, de cujus indole iſta recenſet: *Inerat namque illi honeſta morum probitas, ſancta & formidoloſa ſeveritas, & quem juventus ornaverat in corpore ſplendida, mentis canicies decorabat ſancta. Plane plus ille Reipublicæ, quam Reſpublica decoris ei contulerat. Quod ſi non cita mors hunc raperet, is eſſet, qui poſt Romanam potentiam totum ſibi orbem viriliter ſubjugaret.* Hæc ipſe, dum citam (ut ait) ejus mortem deplorat; erat enim hoc anno ipſe ſuæ ætatis annorum trigintaduorum, ut ex patris diplomate reddita ſuperius diligenti ſupputatione annorum ejus, anno nongenteſimo quarto eſt demonſtratum. Ex quibus corrigas errores aſſerentium longe ante natum, Imperatoremque creatum atque defunctum.

(*b*) *Luitp. l. 1. c. 10.* Lamberti Imp. obitus.

(*c*) *l. 1. in fine.*

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMXLVIII. Ann. Hegiræ CCXCVIII. inchoato die 9. Septemb. fer. 1. A. C. 910.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6403.

☉ 23. G. ☽ 18. P. 1. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 910.

SERGII III. PAPÆ 7.

LUDOVICI III. IMP. 11.

LEONIS SAPIENTIS IMP. 25.

NUnc ordinem Annalium Eccleſiaſt. a quo propter perturbatam tam Pontificum Romanorum quam Imperatorum Italicorum Chronotaxim receſſeram, repeto, quia lectoris commodo magis conſulitur, ſi Notæ noſtræ Baronii narrationi reſpondeant.

I. *Moritur Sergius III. PP.* Ad n. I. *Sergius III.* anno inſequenti adhuc in vivis fuit; cum Rubeus lib. 5. Hiſt. Ravenn. pag. 253. teſtetur in Archiviis Ravennenſibus extare varia monumenta Longobardo conſcripta charactere, & inter ea unum, quo *Heldeberus* & *Bertha* coniuges Joanni Archiepiſc. Ravennenſi & Eccleſiæ Ravennati multa clargiti ſunt pro oblatione & illuminatione, anno octavo Sergii Pontificis, indictione quarta decima, ideoque anno CMXI Pontificatum iniit anno CMIV. circa diem XVIII. Maii, ut eo anno oſtendimus, ſeditque *annos ſeptem, & menſes tres*, uti in Chronicis Hermanni Contracti, ac Martini Poloni & in pleriſque Catalogis legitur, qui tamen quoad dies inter ſe non conſentiunt. [1] Hermannus habet dies XXIII. uti varii Catalogi, in quibuſdam vero ſicuti & in Martino Polono habentur tantum dies XVI. quos præferendos initium Leonis VII. demonſtrat. Quare *Sergius* mortuus eſt anno CMXI. circa diem vigeſimum tertium menſis Auguſti. Baronius anno DCCI. num. VIII. hos verſus ex Manlio in Monumentis Baſilicæ Vaticanæ recitat tanquam Sergii Primi epitaphium, ſed eorum lectio ac mentio *Theodori* ejus deceſſoris, aliaque indicia ad Sergium III. pertinere certo oſtendunt. [2]

*Limina quiſquis adis Papæ metuenda Beati.*
*Cerne Pii Sergi excubiaſque Petri:*
*Culmen Apoſtolicæ Sedis is, jure paterno*
*Electus, tenuit, ut Theodorus obit.*
*Pellitur Urbe pater, pervadit ſacra Joannes,*
*Romuleoſque greges diſſipat ipſe lupus,*
*Exul erat patria ſeptem volventibus annis,*
*Poſt populi multis Urbe redit precibus.*
*Suſcipitur; Papa ſacratur; Sede recepta*
*Gaudet: amat Paſtor agmina cuncta ſimul.*
*Hic invaſores, Sanctorum falce, ſubegit,*
*Romanæ Eccleſiæ, judiciiſque Patrum.*

Perperam itaque Baronius *Sergii III.* mortem hoc anno collocavit, & Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico, qui laudatos verſus ei recte adſcribit, male eam in annum CMXII. differt. *Sergio III.* ſucceſſit *Anaſtaſius III.* poſt unum aut alterum vacationis Sedis diem.

II. Ad num. II. & ſeq. *Lambertus* Imperator anno octingenteſimo nonageſimo octavo in venatione periit, uti eo anno demonſtravimus, & Baronii coniecturis ſatisfecimus.

NOTÆ [1] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Sergius natione Romanus ex Patre Benedicto ſedit annos VII. menſes III. dies XVI.* GEORGIUS

[2] HUc etiam faciunt chronologicæ notæ in Regeſto Sublacenſi pag. 170. ubi habetur: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Sergii ſummi Pontif. III. PP. in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli VII. menſe Januar. die XXV. Indict. XIV. Adrianus clariſſimus comes, & alius Adrianus, & Georgius, & Saro, & Petronacius, & Talla, & Sergius, & cuncti Judices in Tiburtina civitate* judicatum faciunt de terris Romani presbyteri civitatis Tiburtinæ. Ex his quoque patet, *Sergium III.* in vivis fuiſſe *menſe Januario* anni 911. quo adhuc annus Pontificatus *ſeptimus* decurrebat. GEORGIUS





III. At hunc quantumlibet probatum moribus, ſpectataque virtute clarum, qui ſum-



PAGIUS *Mors Lamberti Imp.*

III. *Moritur Adalbero Epiſc. Auguſtenſis.* Hermannus Contractus mox laudatus ad hunc Chriſti annum ait: *Adalbero venerabilis & famoſus Auguſtæ Vindelicæ Epiſcopus obiit: poſt quem Hiltine annis XIII. præfuit.* In Fragm. Chron. Laureshamenſis monaſterii Tom. III. Ducheſnii pag. 502. ſummopere laudatur Adelbero, diciturque cum curam ejuſdem Monaſterii ultro reſignaſſe, ut Eccleſiæ Auguſtenſi totus vacaret. De eo jam locuti ſumus anno CMVIII. Adalberonis mortem Auctor brevis Chronici S. Galli & Hepidannus in Annal. in hunc etiam annum referunt; & ab Hugone Mainardo ac Bucelino ad diem XII. Junii inter Sanctos adſcriptus. Ejus jam meminimus anno CMVIII. & in Vita S. Udalrici Epiſcopi Auguſtenſis a Gerardo Presbytero, ejus familiari ſcripta, & a Mabillonio Sæc. V. Benedict. ac ab Henſchenio ad diem ſecundam Maii recitata legitur, Udalricum a parentibus ductum fuiſſe ad *S. Galli monaſterium, quia ibi nobilium Dei ſervorum multitudo & religioſitas diſcendi docendique ſtudium tunc temporis habebatur.* Paulo poſt: *Sapienti capto conſilio eum Præſulis Auguſtenſis Eccleſiæ Adælberonis dominio ſubdiderunt, quem multa tunc temporis ſapientia repletum muſicaque arte præ cæteris præditum, gubernaculaque regni pene omnia cum Rege* (Ludovico Arnulphi Germaniæ Regis filio) *diſponentem agnoverunt.*

IV. *S. Udalricus limina SS. Apoſtolorum viſitat.* Paucis interpoſitis: *Interim vero libuit eum* (nempe Udalricum) *limina viſitare beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli. Cumque illuc perveniſſet, a venerando Papa Marino bene ſuſceptus eſt, & ab eo interrogatus, de qua provincia vel civitate eſſet nativus. Qui reſpondens dixit: De Provinc. Alaman. & de Civitate Aug. oriundus ſum, verſorque in ſervitio Adalberonis ejuſdem civitatis Epiſcopi. Ne turberis, inquit, animo, o frater: ille de quo mihi dixiſti, ſenior tuus Adalbero migravit a ſeculo, & Deo jubente te ejuſdem matriculæ decet eſſe Paſtorem. Eo quidem renuente infit: cur recuſas deſtinationem Dei? Si nunc inconcuſſam & indeſolatam accipere, & gubernare refragaris in tranquillitate, in antea vero deſtructam & deprædatam in perturbatione accipies, & cum labore gubernabis & reædificabis. Altera vero die ſine licentia Papæ, propter triſtitiam defuncti Domini ſui, & ne ab eo plus verbis conſtringeretur, exivit e Roma, Auguſtamque reviſitavit: & invenit ita ſicut præfatus Papa prædixit. Tunc Hiltine ſucceſſor Adalberonis effectus eſt: qui tamen tantæ non fuit celſitudinis, ut ſuo ſe vellet applicare ſervitio.*

V. *Non Marino ſed Sergio III. ſedente.* Mabillonius in Notis ad locum illum, cum videret, nullum *Marinum* hoc tempore Romanam Eccleſiam rexiſſe, ait: An *Marinus* per ea tempora improborum Pontificum, quaſi Vicarius Papæ, res adminiſtrabat, atque ob id Papa appellatus? & in Itinere Germanico pag. 78. de Faucenſi Bajoariæ monaſterio loquens affirmat, ſe in folio cujuſdam codicis MS. ejuſdem monaſterii inveniſſe inſtrumentum donationis *Azilæ* matronæ, quæ eidem quamdam Eccleſiam largitur *anno Incarnat. Domini DCCCCXVIIII. ſub Papa* Marino, *ſub Rege Heinrico, qui tertius poſt Luudeuvicum fuit, ſub duce Alamannorum Burchardo, ſub Antiſtite Auguſtenſe Hiltino, ſub Abbate Giſelono.* Fatetur autem vir doctiſſimus ſe ad *Marini* nomen hærere. Sed cum certum ſit, nullum *Marinum* hoc ſæculo ante an. CMXLII. ſedem Romanam occupaſſe, quia Flodoardus, qui hoc tempore vivebat, & *Udalrico* Eccleſiam Auguſtenſem adminiſtrante mortuus eſt, in ſuo de Pontificibus Romanis Carmine nullum omittit, nullumque adiicit, nullum mihi dubium eſt, quin *Gerardus Presbyter*, licet *Udalrico* æqualis hac in re memoria lapſus ſit, & loco *Sergii* III. *Marinum*, quo ſedente Uldaricus Epiſcopus fuit, nobis obtruſerit. Auctores enim coætaneos in errorem quandoque labi, varia exempla oſtendunt. Veroſimile eſt, Gerardum Presbyterum, cum ſciret *Uldaricum* literarum commercium cum *Marino* II. habuiſſe, putaſſe eum fuiſſe Pontificem, a quo Romæ honorifice ſuſceptus fuerat. Quoad donationem a Mabillonio memoratam, ea procul dubio ſuppoſititia; cum *Joannem* hujus nominis decimum an. CMXIX. Romanæ Sedi præfuiſſe tam certum ſit, quam quod in Hiſtoria & Chronotaxi Pontificia decimi ſæculi certiſſimum. Neque hujus donationis artifex nomen *Marini* cum Henrici Regno & Principatu Buchardi conjuncti aliunde deſumere potuit, quam ex Sancti Uldarici Vita; cum nullus Scriptor, qui de rebus per hæc tempora geſtis ſermonem habuit, *Marini* Pontificis mentionem fecerit. Velſerus, quem Baronius anno CMXXIV. num. VII. laudat & ſequitur, putavit Auctorem Vitæ Sancti Udalrici *Marinum* per anticipationem poſuiſſe, quod ſcilicet poſtea Romanus Pontifex fuerit. Verum Auctor ille diſerte loquitur de eo qui tunc Romanam Eccleſiam regebat Pontifice, nec ejus verba ſimilem interpretationem patiuntur.

VI. *Marini nomen in tribus S. Udalrici Vitis legitur.* Cum hanc difficultatem diſcutere cœpi, in mentem venit, nonnunquam amanuenſes ac ſciolos nomina propria adieciſſe, ubi nomina dignitatum tantum reperiebantur, ideoque hujus farinæ quempiam, cum apud Gerardum legiſſet, *Udalricum* a venerando Pontifice Romæ bene ſuſceptum fuiſſe, de ſuo addidiſſe *Marini* nomen. Hujuſmodi enim interpolationum aliqua exempla ſuis locis indicavi. Verum id in caſu, de quo agitur, dici non poteſt, quia Velſerus tres *Sancti Udalrici* Vitas recitat, eaſque antiquiſſimas & in ſingulis *Marini* nomen legitur. Prior a Gerardo paucis poſt Udalrici obitum annis elucubrata. Secunda a *Gebehardo* quarto Udalrici ſucceſſore anno milleſimo ſecundo demortuo, & tertia a *Bernone* monaſterii ſanctæ Afræ apud Auguſtam Abbate, qui anno MXLVIII. obiit, poſtquam Abbatiæ Augienſi annos XL. præfuiſſet, teſte Hermanno Contracto ex editione Caniſiana. Quare cum hi duo poſtremi

ſummam de ſe expectationem concitaſſet, ſuſtulit de medio Deus, ne malitia mutaret cor ejus. Sed & quod vindicans Deus peccata parentum in filios uſque in tertiam & quartam generationem, noluit eum in Romano Imperio propagari, cujus progenitores (ut vidiſti) toties Romanam Eccleſiam invadentes, deprædati ſunt. Sublato de medio Lamberto, Berengarius (ut idem Luitprandus

PAGIUS mi Scriptores novo tantum orationis genere priorem Vitam expolierint, & *Marini* nomen retinuerint, non videtur dubitandum, quin is error Gerardo attribuendus ſit. Ei poſt annos circiter ſeptuaginta, quam Romæ fuerat Udalricus, ſcribenti pronum fuit, unius Pontificis nomen alterius loco ponere. Sic Sancto *Odoni* Abbati Cluniacenſi an. XLII. hujus ſæculi demortuo ſcribenti Hiſtoriam Tranſlationis Sancti Martini Epiſcopi Turonenſis anno DCCCLXXXVII. peractæ ſimilis oblivio obrepſit. Ait enim *Rollonem* Ducem fuiſſe expeditionis a Nortmannis anno DCCCLII. ſuſceptæ, & auctorem everſionis Majoris Monaſterii apud Turonas tunc factæ, licet is ante annum DCCCLXXVI. in Galliam non venerit, tuncque *Haſtingus* Normannis præfuerit. Odo poſtea errorem errori adjiciens ait, *Rollonem* fidei Chriſtianæ reſtitutum fuiſſe anno DCCCLXXXVII. quo corpus Sancti Martini e Burgundia Turonos relatum fuit; cum tamen *Rollo* nonniſi anno CMXII. religionem Chriſtianam amplexus ſit; quem utrumque errorem an. DCCCLIII. num. X. indicavimus, & correximus. Mitto ſimilia exempla, quibus perſpicuum ſit, Auctores coævos in errorem quandoque lapſos fuiſſe. *Udalricus* itaque non *Marino*, ſed Sergio III. Eccleſiæ Romanæ præſidente Romam venit, eique *Sergius* III. Epiſcopatum prædixit.

VII. *Franci ab Hungaris victi.*

Continuator Reginonis hoc anno ſcribit: *Franci in confinio Bavariæ, & Franciæ Hungaris congreſſi, miſerabiliter aut victi aut fugati ſunt.* Idem habet Hermannus Contractus ex editione Caniſii: *Hungari Franciam petentes commiſſa pugna ſuperiores fuere.* Ubi Franciæ nomine Franciam Orientalem intelligit, cui Ludovicus Germaniæ Rex præerat.

VIII. *Porphyrogenneta fit Auguſtus.*

Simeon Logotheta prodit, Conſtantinum Porphyrogennetam hoc anno a patre Imperatorem renunciatum eſſe: *Imperii Leonis anno vigeſimo quinto, die Sancto Pentecoſtes coronat Leo Imperator Conſtantinum filium ſuum in Porphyra natum.* Ibi enim loco, *anno XXV.* legendum, *anno XXIV.* niſi ipſemet Logotheta erraverit. Cæteri Hiſtorici Byzantini tradunt, *Leonem* ſub finem vitæ Conſtantinum filium die Pentecoſtes in conſortium imperii adſciviſſe, anno tamen rei geſtæ non memorato. Sed cum anno ſequenti ante diem Pentecoſtes vivendi finem fecerit, de alio quam de præſenti interpretari non debent. Cedrenus quidem, Zonaras & alii quidam ſcribunt, *Conſtantinum* annos XIII. cum Leone patre, Alexandro patruo, & matre imperaſſe, & imperium ejus ab anno quo natus eſt, exordiuntur, cum præter annos illos XIII. aſſerant, eum cum *Ramano Lacapeno* annos XXVI. & ſolum annos XV. imperaſſe. Quo pacto annos LIV. imperium moderatus eſſet. Verum non dubito, quin hallucinentur, cum tam ipſi, quam cæteri Byzantini Hiſtorici *Leonem* patrem ſub finem vitæ filium coronaſſe indicent.

IX. *Unde Porphyrogenita dictus.*

Conſtantinopoli inter tot Magni Palatii, ut illud ab amplitudine Conſtantinopolitani appellabant, *Triclinia* eximium illud fuit, quod *Porphyra* vocabatur, in quo ſcilicet Imperatrices liberos ſuos edebant, unde hi *Porphyrogeniti* nuncupabantur. Luitprandus lib.1. cap.2. hoc Triclinium a Conſtantino M. ædificatum ait; *Conſtantinus Imp. ex cujus nomine Conſtantinopolis eſt ſortita vocabulum civitas, domum ædificari juſſit, cui Porphyra nomen impoſuit, voluitque ſucceſſuram nobilitatis ſuæ ſobolem iſtic in lucem prodire, quatenus qui ex ſuo ſtemmate naſcerentur, luculenta hac appellatione Porphyrogeniti appellarentur.* Continuator Theophanis lib.3. numer.44. ubi de Theophili Imp. in Palatio conditis Tricliniis, de Porphyra ſcribit: *quæ quidem ita appellatur, quod illic more olim recepto Auguſtæ nobiles matronas, ſeu Senatorum uxores, ſub brumalium tempus, coccino purpuraque donaret.* Hac de re plura Ducangius lib.2. Cpolis Chriſt. cap.4. num.7.

X. *Secundus Calipha qui in Africa reſedit, inſtitutus.*

Per annos centum triginta Saraceni unico Caliphæ paruere, penes quem tam temporalia, quam ſpiritualia erant. Anno poſtea Chriſti DCCLVI. creatus eſt Rex ſeu Amera in Hiſpaniis, tandemque alius Calipha hoc anno in Africa exortus. Elmacinus enim lib.2. Hiſt. Sarac. cap.19. ſcribit, an. Hegiræ CCXCVIII. cœpiſſe florere *Fatimidas* qui ſe prognatos dicebant a Fatima Mahometis Pſeudo-prophetæ filia, & eorum primum Calipham fuiſſe *Muhammedem Mahadim*, qui eo Hegiræ anno ſalutatus eſt *Caliphas Segilmeſſæ*, quæ Urbs erat in regione Cairoani, in Regno hodierno Tunetano poſita. Eodem quoque anno ædificavit *Mahadiam*, ubi habitavit, imperavitque Africæ, Siciliæ & provinciis Occidentis. Tum anno Chriſti nongenteſimo ſexageſimo octavo *Muazzi Lidinilla, qui dominus erat Cairoani, cum exercitu in Aegyptum* venit, eamque ſuo ſubdidit imperio; ita ut preces publicæ impoſterum pro Calipha Bagadenſi factæ non fuerint, quod uſque ad Saladinum Principem ſæculo XII. victoriis clarum perduravit. Is enim Caliphatum Aegypti abrogavit & Abbaſidas in priorem ſtatum reſtituit, teſte Elmacino pag.227. loco laudato. Tum anno Chriſti CMXIII. Abderramen Caliphæ nomen in Hiſpania uſurpavit, ut eo Chriſti anno oſtendemus. Hæc Calipharum multiplicatio, ad intelligenda quæ Scriptores Eccleſiaſtici de Saracenis habent, ſcitu neceſſaria.

XI. *Trium Calipharum inſtitutio certa.*

Blondellus Tom. II. Genealogiæ Francicæ pag. 18. ſummopere deceptus eſt, cum de
„ nomine *Caliphæ* verba faciens ſcripſit: Nec
„ ulli Hiſpanicorum Saracenorum Principi
„ (quos ſoli *Sultani* ſeu *Calipharum Vicarii*
„ aut *Locotenentes* regere ſolebant) convenit
„ unquam; cum unicum ſemper Damaſci pri-
„ mum deinde Bagdadi ſedentem Calipham
„ univerſa Saracenorum gens coluerit, Hiſpa-
„ nia nullum vel proprium habuerit, vel ad
momentum viderit. Hæc enim omnes Arabum libri refellunt, ipſeque Conſtantinus Porphyrogennetus, qui hoc ſæculo imperavit, & librum ſuum *de adminiſtrando Imperio* elucubravit, cap. 25. teſtatur, ſua ætate Arabum imperium in tres Amerumnias, ideſt Caliphatus aut ſupremas Præfecturas fuiſſe diviſum, Syriæ, Africæ, & Hiſpaniæ quod fuiſ-



dus teſtatur) ſumma rerum potitus eſt, & Adelbertus Tuſciæ Marchio ad ſuum priſtinum reverſus eſt principatum.

An-

PAGIUS ſe ibidem declarat. Porro *Mahadim* anno ſuperiori in Siciliam venit, ubi cum a Saracenis honorifice exceptus fuiſſet, hæc provincia poſtea ei & ſucceſſoribus ſubdita remanſit, uti oſtendit Auguſtinus Inveges Tom. II. Annalium Panormitanorum, qui hanc in rem laudat antiquum Chronicon MS. rerum Sicularum lingua Latina editum.

I. Leonis Imp. obitus. ANnus Redemptoris undecimus ſupra nongenteſimum decimaquarta Indictione incipit, quo Leo Imperator (ut auctor eſt Curopalates) undecima menſis * Junii ventris profluvio ægrotans ex hac vita deceſſit, ad vigeſimumquintum annum ejus Imperium perveniſſe & menſes tres teſtatur Zonaras, Conſtantinus Manaſſes, & Glicas; ſicque inchoaſſe ipſum annum vigeſimumſextum affirmant. Scriptores rerum ab ipſo geſtarum cum plures ſint, omnes tamen e Curopalate accepiſſe noſcuntur: qui cum confuſa nec ſingula ſingulis reddant annis, nec nos id in omnibus præſtare potuimus. Extant ejuſdem Leonis centum & tredecim Novellæ conſtitutiones diverſorum argumentorum ad res vel perſonas etiam Eccleſiaſticas pertinentes: voluit enim imitari Juſtinianum, ut pro arbitrio ſicut de profanis, ita de ſacris æque decerneret, ſibi ſumens quod ſummorum Pontificum eſt: quam autem iſta præſumentes delirent Imperatores, dictum eſt ſuperius in Juſtiniano.

* Maii.

II. Extat præterea adhuc ejuſdem Leonis Imperatoris epiſtola ad Regem Sarracenorum de Chriſtianæ Fidei veritate, & Sarracenorum impietate, cujus hic eſt titulus: *Leonis cognomento Philoſophi Imperatoris Conſtantinopolitani ad Omarum Sarracenorum Regem de Fidei Chriſtianæ veritate & myſteriis, & de variis Sarracenorum hæreſibus & blaſphemiis, Symphoriano Caperio Lugdunenſi ex Chaldaica in linguam Latinam interprete, ante annos (a) nonaginta. In qua (ut prætermittamus cætera) illud obſervandum, quod dum Imperator probe doctus de ſanctiſſima Trinitate doctrinam ingerit, Spiritum ſanctum a Patre Filioque procedentem abſque dubitatione, vel hæſitatione aliqua profitetur ſic dicens: Ego ſum Dominus Deus tuus, Creator tuus, Lumen de lumine, Verbum de Patre, ex quibus Spiritus ſanctus procedit*. Unde intelligas eam Orthodoxam de Spiritu ſancto doctrinam hujus temporis viros diſertos recepiſſe; exclamaſſe tamen, quod ſine Oecumenici Concilii auctoritate in Symbolo poſita eſſet.

(a) Extat tom. 3. bibl. Marg. 1058.

III. Scripta Leonis Imp. Sed quæ ejuſdem Leonis Imp. cognomine Sapientis extent adhuc ſcriptorum monumenta in Vaticana Bibliotheca, licet admodum depravata, enumerare non erit otioſum, numero ſignando codices, in quibus ſparſa leguntur.

Codice 106. Leonis Imperatoris variæ Orationes. Num. 204. Itemque præcepta moralia una cum interpretatione, ſed an ipſius, vel alterius incertum.

Numero 254. Ejuſdem Imperat. de inſtruendis aciebus.

Numero 566. Conſtitutiones Leonis & Baſilii.

Numero 803. Ejuſdem Imp. Orationes trigintatres, videlicet.

In admirabilem &glorioſam Aſcenſionem Domini.

In adventum Spiritus ſancti in ſpecie ignis.

In Spiritum ſanctum, quod propria auctoritate adoptionem filiorum Dei hominibus largitus eſt.

In omnes Sanctos.

In magnum Apoſtolum orbis Paulum.

In glorioſum prophetam Eliam.

In glorioſam Domini transfigurationem, Orationes tres.

In tranſitum beatæ Virginis.

In

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMXLIX. Anno Hegiræ CCXCIX. inchoato die 29. Auguſti fer. 5. A. C. 911.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6404.

☉ 24. F. ☽ 19. P. 21. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 911.

ANASTASII III. PAPÆ 2.

LUDOVICI III. IMP. 12.

ALEXANDRI IMP. 1.

I. Moritur Leo Imp. ANum. I. ad XVII. Incertus Continuator Theophanis in Leone cognomento *Sapiente* & *Philoſopho* num. XXXII. ejus mortem his verbis narrat: *Maii undecima, die tertia* (ab incendio nempe de quo ante locutus eſt) *indictione XV.* (legendum, XIV.) *diem obiit Leo Imperator, tradito fratri ſuo Alexandro imperio: quem ad ſe venientem cum vidiſſet, „ dixiſſe ferunt*, En malus temporis articulus „ poſt tredecim menſes. *Etiam vero atque etiam illum rogavit ac obteſtatus eſt, ut filium ſuum Conſtantinum ſervaret*. Eum obiiſſe die XI. Maii habent etiam Cedrenus, Leo Grammaticus, & Simeon Logotheta. Georgius Monachus ait tantum eum mortuum eſſe menſe Maio. Quare cum Baſilio patri an. DCCCLXXXVI. die prima Martii ſucceſſerit, imperavit annos XXV. menſes duos, & dies decem, ideoque errarunt Leo Grammaticus, incertus Theophanis Continuator, & Simeon Logotheta, qui ſupra annos XXV. ei attribuunt menſes octo, & Georgius Monachus, qui habet menſes novem. Zonaras, qui ſcribit *menſes tres*, loquitur numero rotundo. Plura habet Baronius de ejus Operibus, & Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. loca indicat in quibus typis mandata ſunt. Opus Baſilicorum in ſeptem Tomos in folio diſtributum, Pariſiiſque typis Regis impreſſum præcipuus ejus labor fuit. Varia etiam compoſuit in laudem myſteriorum beatiſſimæ Virginis, aliaque Opuſcula.



In Decollationem Præcurſoris.

In Nativitatem beatæ Virginis.

In exaltationem ſanctæ Crucis.

In admirabilem & glorioſum Domini diſcipulum Thomam, duæ Orationes.

In glorioſum & a Deo coronatum Demetrium, Orationes duæ.

Quando domus Imperatoris fuit conſecrata.

In ſanctum Joannem Chryſoſtomum.

Quando ingreſſa eſt beatiſſima Virgo in ſancta.

In fulgentiſſimum Eccleſiæ lumen Nicolaum.

In nativitatem Domini ſecundum carnem.

In ſanctum Stephanum.

In ſancta lumina.

In ſanctum Clementem Ancyranum.

In glorioſum martyrem Tryphonem.

In occurſum Domini.

In capite ſacratiſſimi jejunii, tres orationes.

Epiſtola Catholica hortatoria.

In feſtum Palmarum.

In Sabbatum Sanctum.

Numero 831. Leonis ænigmata.

IV. At vero ne in tot paratis ſpiritualibus ferculis permaneas omnino jejunus, hic ſaltem apponendam pro jentaculo putavimus epiſtolam ſeu orationem circularem, qua tamquam ubique præſens omnes ſibi ſubditos ad vitam bene inſtituendam hortatus eſt, imitatus in his Epiſcopos, qui hujuſcemodi encyclicis litteris paſtoralibus populum ſibi ſubditum admonere conſueverunt: accipe ipſam a noſtro Federico Metio Latinitate donatam, licet ex codice admodum depravato:

*Leonis Imperatoris in Chriſto ſempiterno Rege & Imperatore, Oratio trigeſima, vel epiſtola parenetica Catholica ad quoſcumque videlicet Chriſti fideles ſcripta hortatoria ad bene ſancteque vivendum.*

V. Oratio Imp. Encyclica. *Benedictus Deus Pater, qui per dilectum Filium ſuum Dominum noſtrum JESUM Chriſtum liberavit nos a diaboli ſervitute, & in portione Sanctorum ſuorum nos collocavit, cum filios & hæredes inviſibilis gloriæ ſuæ nos conſtituerit, & a turpitudine paſſionum nos ſegregaverit, & integram nobis eam pulchritudinem inſtauraverit, in qua initio creati fuimus, vel potius ea longe meliorem nobis largitus nunc fuerit. Non enim quemadmodum tunc temporis, malus ille dæmon, qui terram comedit, ita nunc libere poteſt ad nos accedere, præſertim cum non valeat fixis oculis intueri eorum faciem, qui cælum ipſum pro ſua patria ſunt aſſecuti. Benedictus inquam etiam Deus, Filius, qui noviſſimis diebus in ſimilitudinem hominum factus ex muliere, & in tempore, cum apparuerit ille, qui una cum Patre creavit ſæcula, ut cacodæmonem ipſum deſtructorem vaſis fictilis, naturæ ſcilicet humanæ, in ſimili figura apparens, contereret, & hominem jam perditum in novum hominem & incorruptibilem reformaret, & per mortem ſuam, perpetuam illam mortis incurſionem, & imperium ſiſteret, ac in ſanguine teſtamenti ſui firmatam pacem ſcriberet, & concordiam in cælo, & in terra firmaret, aſſumpta videlicet noſtra humana natura in ſortem Regni ſui, quo tum ſibi carnis tabernaculum formavit, nos ex corruptibili tabernaculo ad incorruptibilem manſionem in cælis transformavit, & in divino lumine fiduciam illam nobis reſtituit, quam perdidimus illius livore, qui in lumine permanere noluit, principis tenebrarum; in quo etiam nos dum eſſemus mortificati in erroris corruptela, nunc ad vitam ſumus iterum revocati, abſorpta illa mortalitate per ipſius luminis efficaciam, & virtutem, majorem ſcilicet participationem & communionem prioris illius largiti nobis luminis adepti, in gloria magnitudinis ejus. Benedictus etiam Deus, Spiritus videlicet Dei, qui replet omnia, & in quo cæleſti gratia digni facti ſumus, & delictorum noſtrorum remiſſionem ſumus conſecuti, ſoluta in die condemnationis, & deſtructa peccati ipſius damnatione.*

VI. *Liberi itaque a ſervitutis jugo, quo tenebamur, in libertate ambulemus, nec iterum priori ſervituti nos ſubiiciamus. Si enim, qui temporalem adepti ſunt libertatem, ferre nullo pacto poſſunt, ut libertate neglecta, iterum ad ſervitutis jugum revertantur; quanto magis nos, qui ſempiternam ſumus aſſecuti libertatem ipſius libertatis gloriam conſervare debemus, nec iterum ſervitutis ignominia affici? quique non vanum libertatis quoddam nomen adepti ſumus, quæ in hac vita tantum nos liberos faceret, ſed quæ ſempiterno tempore mortem una cum ſervitute conculcaret. Hoc enim erat noſtræ ſervitutis obſonium, & hac de cauſa eo magis noſtram libertatem tueri debemus, ea in memoriam revocantes, quæ dum ſervi eſſemus, paſſi ſumus, illud præcipue meditantes, quidnam ſit, quod pro nobis datum eſt pretium; non aurum videlicet, non argentum, ſed dilecti Filii Dei pretioſus ſanguis, quem Pater ipſe Deus pro nobis tradidit morti, nec illi pepercit propter magnam charitatem, qua nos dilexit. Ne itaque tanti doni immenſitatem, quod nobis largitus eſt Deus, contemnamus, nos iterum ſervos ſtatuentes: Non enim amplius libertatem hujuſmodi iterum aſſequemur, cum ſemel dilectus Dei Filius proprium ſanguinem fuderit, ut nos a peccatis liberi juſtitia repleamur.* Re-

VII. Repleti igitur ſanctitate illius, qui omnia replet, theſaurum noſtrum nobis largitum integrum cuſtodiamus nec illum nobis a quoquam ſurripi permittamus, non enim amplius erit excuſationis locus. Tunc etenim, licet abſque ulla utilitate, fuit tamen relicta aliqua excuſatio: nunc vero, quænam eſſe poterit, cum nulla ſit dæmoni facultas ad nos accedendi? ſed potius ille nos fugiat, ut a conſpectu ignis, & ſi illi obviam ſteterimus, fugiet nos proculdubio: ſin autem acceſſerit, eveniet, ut conculcetur ſub pedibus noſtris, tamquam is, qui rapinam eſt operatus. Confidentes hac de cauſa, non nobis ipſis, immo illi potius, qui ipſum nobis conculcandum reddidit potentia magnitudinis ſuæ, ſecuri vivamus, non iterum ſtulte appetentes cibum cognitionis boni & mali, ſed Angelorum cibo contenti ſimus, quem qui deguſtant, numquam illos pœnitere contingit. Quiſnam vero cibum nactus ad fruitionem vitæ, & ſuavitatis idoneum, amaritudinis & mortis cibum guſtare umquam voluerit? Præterea ſi in cibis corruptibilibus nullus coinquinari cupit; quonam pacto fieri poterit, ut nos, qui ſempiterna fruimur ſuavitate, cibis amaritudinis cupiditatum carnis coinquinari permittamus? Nullus ſeipſum (quæſo vos) ſeducat: Omnis quidem concupiſcentia carnis eſca eſt, & incentivum quoddam, modicam afferens ſuavitatem: deinde vero ad mortem nos præcipites ducit.

VIII. Cum igitur cibum habeamus æternæ vitæ, caveamus ne diaboli eſcarum delectatione allecti, ad mortem prolabamur; ſed ſanctitatis illius, qui nos ab omnibus inquinamentis noſtris purgavit, participes facti ſancti efficiamur: Hac enim de cauſa factus eſt pro nobis ipſe (a) peccatum, ne amplius in nobis regnet peccatum: mortuus etiam eſt ipſe, ne peccati opera amplius vivant, dum in nobis juſtitiæ vixerint opera. Miſericordiam fratres, & humanitatem diligamus. Hæc enim eſt vitæ cœleſtis aggregatio, & eos, qui ipſam diligunt, licet ſint in carne, cæleſtes efficit: quandoquidem etiam ipſum cœleſtem Deum in carne fieri ipſa effecit, & ea, quæ inter ſe immenſo diſtant ſpacio, in unum conjunxit. Volutemus animo quantum interſit inter luti maſſam, & figulum. Quid igitur figulus, ut faciat vas utile ad aliquod miniſterium, ſuſcipit luti maſſam, & lutum ipſum non ſuſcipiet ſeipſum? & ſeipſum abnegabit? At quomodo fieri ſecus poterit vas congruum ad aliquod miniſterium, niſi per manus figuli accipiat benedictionem? tunc enim, ut ex eo aliquid formetur, utile eſt lutum, quando eſt bene diſpoſitum ad figuli voluntatem. Efficiamur itaque etiam nos bene diſpoſiti, exacta videlicet, & perfecta cum figulo unione, & ex bono ſemine bonum fructum afferamus, miſericordiam videlicet & clementiam; nec a bono ſemine malus fructus oriatur, & vitis ad lætitiam plantata in amaritudinem convertatur, cum recte noverimus, quod fructus ille, qui non eſt proprii ſeminis germanus, benedictionem non obtinet, ſed maledictionem, & laborem agricolæ inutilem reddit, & ſpem lætitiæ in mœſtitiam illi convertit. Ex bono igitur ſemine fructum diverſum & alienum non afferamus, ne mæſtitiam agricolæ præbeamus, & maledictionis ſententiam incurramus. Sed bonum operemur, bonum agricolam præ oculis habentes, neque malum in bono admiſceamus. Non enim eſt credendum, dum Rex quieſcit, latronem arma depoſiturum. Hac igitur de cauſa ad nobilem Regis domum, quæ nos ipſi ſumus, arma homicidæ cacodæmonis irrumpere ne permittamus. Dicit enim Deus, inhabitabo inter ipſos, & deambulabo: malus vero dæmon & homicida ab initio hominem odio habuit, cum ſuperbus ſit, & ſupplantator, & per eum invidia ortum habuit, & per invidiam mors regnavit in nobis. Chriſtus autem cum veniſſet, tyrannum ejecit, quo ejecto, nihil eorum amplius operatur, quæ antea in ipſo operabantur.

(a) 2. Cor. 5.

IX. Quomodo igitur operabuntur aliquid quæcumque poteſtatem habebant, antequam tyrannus eiiceretur? ſi videlicet Domini victoriam irritam reddamus, & tyrannum ejectum, quaſi adhuc regnantem colamus, & veneremur. Cuique autem ſatis patet, quam ſit hoc damnabile. Convertamus igitur adverſus eum arma, quæ ipſe male in malitia ſua ſibi paravit, eum videlicet odio proſequentes, & invidiam contra ipſum aſſumentes, quandocumque ipſe jam morti deſtinatus, ſuarum virium periculum facere contra nos voluerit, ac ſi adhuc viveret. Bonum vero charitatis vinculum inter nos adinvicem ſine querela conſervemus, illum imitantes, qui nos dilexit, Dominum, & non eum, qui nos eſt odio proſecutus, dæmonem; & ſicut Chriſtus Dominus iniquitates noſtras ipſe portavit, & dum dilexit nos, indignos licet aliquo honore, ſummam ſibi gloriam comparavit; ita etiam nos æquo ferentes animo adinvicem opprobria, & contumelias, gloriam nobis comparemus, ſalutem conſecuti. Typum enim & exemplar ſeipſum nobis ille tradidit, quomodo oporteat opem ferre, & ſuſcipere imbecillos, qui ad infima noſtræ imbecillitatis cum deſcendiſſet, qui eſt ſupra omnes cœlorum virtutes, nihili pendit omnia incommoda, cum nullo pacto aliter nos infirmos ſanari licuiſſet. Illa ſectemur





Domini veſtigia, per longanimitatem, nos ipſos humiles reddentes, & aliorum defectus in charitatis victoria æquo ferentes animo; non iraſcentes, ſed potius pro illis orantes: quandoquidem etiam Chriſtus pro illis orabat, qui eum in Cruce pro ſua fragilitate afficiebant injuria; non enim cognoſcebant, neque quid facerent intelligebant & hac de cauſa eum concuſſerunt, qui terræ fundamenta cuncutere ſolet. Id etiam nobis declaravit, non ſolum ea longanimitate, qua perferebat injurias, verum etiam ex noſtra in carne, quam aſſumpſit, humilitate.

X. Quid enim vilius corruptione, quam caro ipſa hæreditatis loco obtinet? nihilominus nullus iraſcitur imbecilli parti corporis, ſed compatitur potius illi, fovet illam, & ei fert opem. Si igitur in rebus, quæ ſunt obnoxiæ corruptioni, ita fieri ſolet; quanto magis in his rebus, quæ corruptione carent? ne propter iniquitatem iniqui ſiamus, ſed vincamus in miſericordia, ut Deo facti boni, etiam nos ab eo diligamur. Neque propter aliorum infirmitatem etiam nos infirmi reddamur, ſed potius, ſi fieri poteſt, ex noſtra firma valetudine aliquid infirmis largiamur, ut illi ſanentur, nec amplius claudicet, qui claudus eſt, & feſtuca ab ejus oculis removeatur, & videat frater noſter, quæ bona ſunt & recta. Quemadmodum enim pes ſanus non claudicat, ita oculus non hallucinatus videbit recta, iræ etiam omnis exacerbatio oritur ex infirmitate. Si vero corporis membra non percutiamus, ſed potius fovebimus, cur eum qui ſecundum ſpiritum infirmus eſt, non miſerebimur? ſed vulnera potius infligemus, noſtram conſcientiam pariter vulnerantes? Sed talia facere non eſt illum imitari, qui per vulnera devicit fortem humani generis hoſtem, & qui debilia confirmavit. Sumus invicem membra: cuſtodiamus propterea myſtici corporis integritatem, ne perdamus noſmetipſos; nullus enim ſuamet perdit membra. Si vero aliquid amittit, hoc quidem defectu potius evenire ſolet, non autem exceſſu.

XI. Quomodo igitur nos virtutem adepti, qua excedere poſſimus, propter illius exceſſum virtutis, qui nos divites reddidit, iterum in defectu ambulemus, non agnoſcentes divitias virtutis noſtræ? Perficiamus ad invicem, quæ nobis deſunt in miſerationibus: cuſtodiamus harmoniam illam, in qua nos Spiritus ſanctus Dei conſtituit: ſinguli ad invicem communicantes quam ab ipſo conſecuti ſumus virtutem, & quam apud nos licet habeamus, illa tamen ipſi egemus, ut per omnia glorificetur caput omnium Chriſtus; ne ſingulis ſibimet ipſis ſatis eſſe putemus. Nullus enim ſibi ipſi ſufficiens eſt, ſed ſufficientia noſtra ex Deo ad omnia præbetur abunde per largitionem beneplaciti ſui, qua replet omnia. Nos etiam aperiamus viſcera noſtra, & compatientia noſtræ fratrum noſtrorum flammas extinguamus, ut ita noſtrum etiam extinguatur incendium. Eleemoſynis enim remittitur peccatum, & in miſerationibus pauperum diſſipantur divitiæ male partæ, per eum, qui in paupertate ad cœleſtes divitias ſuas nos vocavit. Ambulemus in ſimplicitate, & non in dolo & iniquitate aliis invidentes, quod fuit omnium malorum radix, & origo; neque iter teneamus illud, per quod malum omne in orbem introivit. Si enim peccatum non deliquiſſet, nullo pacto mala cognoſcerentur. Hac de cauſa dolum & iniquitatem omittamus, quoniam ſimplices & recti jungentur Deo. Et quis umquam poterit illum pervertere, qui omnem ſuperat rectitudinem? Tranſeamus etiam in ſpiritus ſimplicitate dæmonis laqueos, nec in illos impingamus: ne quo pacto ad propriam necem ſervemur. Si quis enim proximo ſuo machinatur mala, ſeipſum alit ad diem interitus, & carbones congervat ad ſeipſum conburendum, & ſibimet, ſpinas ſeminat ut in illis ſuffocetur; ne itaque ſpinas nobis ipſis ſeramus, ea videlicet facientes aliis, quæ nobis fieri nolumus.

XII. Quid autem ſi tu alium conſpicias in terra ſua bona, ſemina ſerentem mala, propter eum terram etiam tuam ipſe perdes? nullus in fructibus iſtis, qui corrumpuntur, malum agricolam imitatur in iis quæ deteriora ſunt; ſed potius diligenter incumbit, ut Deo fructuum largitori in lætitia pro acceptis fructibus, gratiam referat: omnis fructus, pro quo non referuntur gratiæ, non eſt ab ipſo Agricola Deo, nec ortum habet a ſeminatione in divino lumine facta, ſed potius ab occulta noctis tempore zizaniorum ſuperſeminatione, & hac de cauſa tempore meſſis fructus ille comburendus traditur. Quis inquam ſibimet ignem accendit? qui opus ſuum ad dolorem ſibi parat, & non ad tranquillitatem? vel quis, dum Rex aliquis ipſum ad quietem, & Imperium invitat, miſeriæ opera quæret? Fugiamus miſeriam, quæ eſt in hoc noſtro mortali corpore, dum ſpiritus, qui regnat, nos invitat ad Regnum.

XIII. Si vero etiam moleſtias patimur, hoc erit propterea, ut regnemus, non ut univerſam vitam agamus in dolore, ſed ut per tranſitoriam anguſtiam, ad eam, quæ numquam deficit, tranquillitatem tranſeamus, & per penuriam divites efficiamur, & in labore quieſcamus: quemadmodum Lazarus (a) ille Evangelicus per labores quietem adeptus eſt, & per ul-

(a) Luc. 16.

*cera in ſinu Abrahæ foveri meruit. Si quis vero nunc quidem infeliciter agit, futuram ſuam lætitiam iniquitate aliqua non maculet; inveniet enim ita pro brevi labore & calamitate ſempiternum gaudium & lætitiam. Igne namque purgatur aurum, & anima miſeriarum flamma ſuum ſplendorem adipiſcitur. Cum gratiarum actione ſperemus in eum, qui ſibi complacuit, ut per combuſtionem in carne largiretur nobis probationem. Non tardabit diu ſpes iſta, & adveniet expectationis tempus & tunc manifeſtabitur eorum beatitudo, qui in patientia tamquam igne ſunt probati; nec erit amplius labor neque dolor, vel fames, vel frigus, ſed lætitia, & cibus cæleſtis, & ſuavitas ſempiterna.*

XIV. *Quicumque vero cum temporali aliqua delectatione meliorem vitam nacti ſumus, quam ut igne probemur: non propterea ab ipſa delectatione nos vinci ſinamus, & quæ nobis data ſunt ad ſalutem, faciamus, ut miſeriæ ſint nobis occaſio ſempiternæ; ſed quaſi fideles præpoſiti domus, villicationis noſtræ rationem inculpabilem reddere nos paremus illi, qui eam nobis commendavit, nec comeſſationibus & ebrietatibus & immunditiis voluptatum nos ipſos reddamus obnoxios; ſed potius præſenti felicitate utamur ad gratiarum actionem illius, qui nos diſcrevit in altitudine divitiarum ſuarum, & cum eſſemus ex eadem luti maſſa, nos præ aliis honoravit, fratres noſtros vobis ſubiiciendo, ita tamen ut & nos ſubiiciamur in ſancta humilitate & ſubiectione, non imperioſe regnantes in animi elatione, & arrogantia, ſed cum miſericordia in viſceribus ſpiritualibus aliis tamquam filiis imperantes, & imbecillioribus tamquam potentes, & omnes cum omnibus miſericordiam exercentes, ut hoc pacto nos ipſos lucremur, nec illum propter mundum amittamus, qui vicit mundum; & beneficii loco digni odio habeamur, ſed diligamur potius, & cum ille venerit, qui nos dilexit, lucremur prætera pro his noſtris rebus, quæ nihil ſunt, mercedem in gloria Dei, cui laus & honor in ſæcula ſæculorum. Amen. Valete in Spiritu ſancto, corruptionis imbecillitatem patientia ſuperantes, virtute incorruptibilitatis confirmati, & roborati.* Hactenus epiſtola circularis Leonis Imp.

Ita plane cum vel philoſophi Chriſtiani regnant, vel Reges philoſophantur. Porro ſuæ pariter veſtigia pietatis impreſſa reliquit etiam in (*a*) commentario, quo res bellicas pertractavit, ubi inter alia, ut pridie ejus diei quo prælium & certamen ſit ineundum, curare debeat dux exercitus per ſacerdotem univerſum exercitum expiari aqua luſtrali, vel benedicta (quod Græci dicere ſolent ἁγιάζειν, ideſt aqua ſancta aſpergere, ἁγίασμα. Sic apud Græcos Eccleſiaſtico more dici ſolet aqua benedicta:) Præterea habetur ibidem, ut quotidie mane & veſpere univerſus exercitus dicere debeat Triſhagium hymnum. XV.

(*a*) *De bellic. ap. par. 13.*

Ne quid de Leone Imper. prætermittamus, ſcribit de eo Curopalates ædificaſſe templum, in illudque intuliſſe corpus ſancti Lazari & corpus ſanctæ Mariæ Magdalenæ ſororis ejus. Verum Galli Narbonenſes hæc ſe poſſidere conſtantius profitentur. Sed de his alias. XVI.

*Leone autem vita functo* (inquit Curopalates) *Alexander frater ejus juvenis,* XVII.

PAGIUS II. *Succedit Alexander cum Conſtantino nepote.* Ad num. XVII. & ſeqq. *Alexander* Leonis frater, qui jam cum eo imperabat, cum Conſtantino nepote regnavit. Curopalates a Baronio citatus, & quidam alii Hiſtorici Byzantini *Alexandrum* annos viginti natum fuiſſe aſſerunt, ſed errorem in numeros irrepſiſſe certum eſſe debet; cum circa annum DCCCLXX. in vitam ingreſſus ſit, ut ſuo loco vidimus. Error autem ille valde antiquus; cum Cedrenus, qui Curopalatem exſcribit, illum ſuo compendio inſeruerit. Alexander, uti ſcribit Leo Grammaticus, *venatibus continuis & per varia Palatia diſcurſibus vacabat uſquequaque, nihil Imperatore dignum meditatus aut executus, ſed ſemper deliciis, luxuriæ, & ebrietatibus indulgens, totum ſe hujuſmodi tradiderat.* Paulò poſt: *Conſtantinum etiam Leonis filium Eunuchum reddere conſuluit, & frequenter id aggreſſus ab iis, quos Leo beneficiis affecerat, modo infantilem ætatem, modo infirmitatem prætendentibus præpeditus fuit.*

III. Ipſo Imperii initio *Nicolaum* in Patriarchatum Conſtantinopolitanum reſtituit, in hoc tamen culpandus, quod *Euthymium* Patriarchatu detruſum male haberi permiſerit, uti narrat Baronius. *Quæ ſanctus ille vir omnia placide perpeſſus & in Agathi relegatus, pauloque poſt vita defunctus eſt*, inquit Cedrenus. Legenda oratio Aretæ Cæſarienſis Presbyteri *in Tranſlatione Euthymii Patriarchæ Conſtantinopolitani quæ* a Lipomano in lucem edita. Idem Aretas ſcripſit *explanationem in Apocalypſim*, quæ Græce & Latine extat ad calcem Operum Oecumenii. Aretas ait, Nicolaum *ſacri ſui honoris repudii libellum Eccleſiæ* dediſſe, & Euthymium in locum ejus ſuffectum fuiſſe. Ipſemet tamen *Nicolaus* in Epiſtola ad Pontificem Romanum hoc vel ſequenti anno poſt ſuam in Patriarchatum reſtitutionem data, & a Baronio anno ſequenti num. VI. recitata, contrarium ſcribit; poſtquam enim aſſeruit, Leonem Imp. juſſiſſe ſe in Regiam accerſiri ad convivium, ſubdit: *Accedo imperterrita comite fretus conſcientia ſolemni cœtui interſum, epulis accumbo: inter ſacra menſæ denique abripior, atque navigio impoſitus in exilium agor immitiſſimum.*

*Nicolaus in Patriarchatum Conſtantinop. reſtituitur.*

IV. Præterea *Nicolaus* in eadem Epiſtola refragari videtur Scriptoribus Byzantinis, qui tradunt eum poſt Leonis Imp. mortem ab Alexandro ejus fratre ac ſucceſſore in Patriarchatum reſtitutum eſſe. Ipſemet enim Nicolaus hæc in ea ſcribit de eodem Leone & Sergio Papa: *Ambo hac vita exceſſere pridem, ſupremi omnium Judicis tribunal adituri: ille vero etiam antequam hinc emigraret, agnovit flebiliter errorem ſuum (in quartis nempe nuptiis* contrahendis commiſſum), *veniamque a Deo petiit, me inter primos hortatore ac deprecatore (aderam enim tunc forte ab exilio reverſus, ab eoque Eccleſiæ gubernationi reſtitutus)* &c. Sed Auctores iſti cum Nicolao conciliari poſſunt, licet fatendum ſit, eos ſubobſcurius locutos. Georgius enim Monachus in Leone num. XLIV. refert, hunc Imperatorem cœliaco morbo ægrotantem, *Alexandrum fratrem ſuum imperii clavo* præfeciſſe. Quare vivente adhuc Leone Alexandri opera Nicolaus ex exilio revocatus eſt, & gubernationi Eccleſiæ Conſtantinop. reſtitutus. Georgius Monachus in Alexandro num. I. de hoc Imperatore ſcribit: *Mittens vero adduxit Nicolaum ex Galacrenis, dejecto Euthymio Patriarcha; eumdemque Nicolaum in Patriarchalem ſedem denuo reſtituit. Habitoque in Manaura Concilio, adductoque Eutymio ex Steno, Agatique monaſterio, ſedens ipſe Alexander cum Nicolao Patriarcha depoſitionem ipſius pergere.* Narratiſque injuriis tunc Euthymio illatis, ſubdit: *Rurſuſque ad Agathi relegatus eſt*, καὶ πάλιν εἰς τὰ Ἀγαθοῦ Ex his verbis apparet, *Euthymium* bis in exilium actum. Primo vivente Leone, quod Georgius manifeſte ſupponit, cum ait, mortuo Leone adductum eſſe Euthymium ex *Steno*, Agathique monaſterio, & relata ſolemni ejus depoſitione ſubjungit, *rurſuſque ad Agathi relegatus eſt*. Quod ſcribunt Auctores Byzantini *Euthymium* male habitum, eſſe refertur ad ſolemnem ejus relegationem, de qua ſola verba faciunt. [1] Porro *Agathi* monaſterium erat extra Urbem, alias excitatum a Sancto Nicephoro Patriarcha Conſtantinop. qui in illud a Leone Armenio in exilium miſſus fuit, uti ſuo loco diximus. Sedit *Euthymius* annos quinque & paucos menſes, non vero menſes ſex, ut in lib. 4. Juris Græco Romani pag. 301. in Serie Græca Epiſcoporum Byzantinorum dicitur.



*Alexander & Conſtantinus Impp.*

*qui vigeſimum ætatis annum tranſegiſſet, habenas Imperii ſuſcepit, ſimul regnante Conſtantino Leonis filio puero.* Verum in numerum annorum ætatis Alexandri errorem irrepſiſſe non dubium eſt, cum idem auctor in Baſilio dicat, tertio anno ejus Imperii tertium filium nomine Alexandrum Cæſarem ab eodem Baſilio creatum eſſe, qua ratione dicendum eſt, Alexandrum hoc tempore exceſſiſſe annum ætatis quadrageſimum, ex quo a patre Cæſar creatus eſt. Verum non ſcribentis error, ſed obliviſcentis auctoris fuiſſe apparet ex eo, quod Cedrenus ex Curopalate cuncta depromens, eadem totidem verbis de ætate vicenaria Alexandri conſcribit. Erratum quoque in ætate Conſtantini Imperatoris Leonis filii, dicturi ſumus inferius:

XVIII. *Alexander igitur ſimulatque ad Imperium pervenit* (*inquit Curopalates*) *acceſitum mittit Nicolaum Patriarcham jam antea ejectum, e Galacrenis, ubi degebat exul, & de ſede Euthymio ejecto, Nicolaum iterum reduxit. Et cum eo ſedens in Magnaura, facto ſilentio, Euthymium Patriarcham abdicavit, quem addicti Nicolao clerici ſimulatque abdicatus eſt, veluti agreſtes in eum invadentes feræ, percutere, pugnos infligere, colaphis cædere, ſacram barbam evellere, in cervicem impellere, aliaſque intolerabiles pœnas ipſi infligere, equitem vocantes, & adulterum, ut qui ad alienam uxorem ingreſſus eſſet, nempe Nicolai Eccleſiam accepiſſet. At religioſus ille vir clementer & æquo animo hæc perferebat.* Ita ſe habent res Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Imperatoribus omnia præter fas juſque ſibi vendicantibus, pro arbitrio deponentibus, & intru-

*Eiicitur Euthymius, revocatur Nicolaus.*



V. *Obitus Ludovici Germaniæ Regis.* Ludovicus Germaniæ Rex hoc anno e vivis abiit, ut ſequenti in quem Baronius perperam mortem ejus diſtulit, probabimus.

VI. *Ludovicus III. Aug. erga Eccleſiam munificus.* *Ludovicus* Aug. filius Boſonis Burgundiæ Regis, quem in Italia Berengarii Italiæ Regis juſſu excæcatum fuiſſe diximus, varias Eccleſias & monaſteria piis donationibus locupletavit, & hoc ipſo anno villam *Bitorritæ* in Comitatu Avenionenſi ſitam *Remigio* Epiſcopo Avenionenſi conceſſit ad poſtulationem Hugonis Comitis *propinqui ſui* & Theutberti. Refert illam donationem Noguierus in Hiſtoria Eccleſiæ Avenionenſis, in cujus fine legitur: *Datum XVII. Kalend. Junii indictione XIV. anno IX. regni domini Hludovici piiſſimi Imperatoris. Actum Vienna feliciter. Amen.* Verum hic Auctor perperam illam Ludovico Pio attribuit, cum ſit Ludovici Orbi, uti poſt excæcationem ab Hiſtoricis vocatur. *Hugonem* enim Comitem atque *Theutbertum* ſynchronos fuiſſe Ludovico Orbo, multæ Chartæ produnt. Columbus in Epiſcopis Valentinis lib. 1. unam refert, in qua Ludovicus *propinquum ſuum* Hugonem appellat, & Boucheus lib. 6. Hiſt. Provinciæ Sect. 1. aliam exhibet; datam *anno Incarnat. DCCCXCVI. Indict. XIV. anno VI. regnante Ludovico glorioſo Rege*, in qua diſerta mentio Theutberti Comitis. Hunc Noguieri errorem vidit idem Boucheus, & poſt eum Cointius an. DCCCXXI. num.

NOTÆ [1] IN explicando Textu Gregorii Monachi egregie Pagium falli notat Cl. Bandurius Imp. Orient. tom. 2. pag. 632. edit. Venetæ. Nam Gregorius diſerte tradit imperantem Alexandrum miſiſſe & *adduxiſſe Nicolaum ex Galacrenis, dejecto Euthicio Patriarcha; tum ſubdit. Habitoque in Manaura Concilio, adductoque Euthymio ex Steno Agatique Monaſterio depoſitione ipſius pergere &c. Rurſumque ad Agathi relegatus eſt.* Euthimius. Utramque igitur relegationem ab Alexandro quidem, non a Leone factam & quidem poſt Leonis mortem; nam conſtat ibi ea quæ Alexander poſt anteceſſoris obitum egit Gregorius recenſet. MANSI

trudentibus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Patriarchis. Quænam vindicta divinitus conſecuta ſit ſacrilegum clericum illum Nicolai participem, qui Euthymii barbam evulſit, idem Curopalates ſic ſubdit: *Clericus vero, qui illius canos evulſerat, eadem hora domum ſuam reverſus, eamdem igne conſumptam reperit, & filiam male affectam & diſſolutam, quæ multos deinde annos ita vixit, ut mendicare cogeretur, & tolerandæ vitæ rationes inquirere.* De Euthymio vero Patriarcha iſta: *Euthymius in exilium ad Agathi loca miſſus, paulo poſt exceſſit e vita. Et in urbem introductus in ſuo monaſterio ſepelitur.*

XIX. Deplorat Aretas Archiepiſcopus Cæſarienſis, quod cum iſta adeo inhumana, & prorſus feralia in venerandum ſenem a ſceleratis pſeudoclericis illis committerentur, adeſſent Legati Sarracenorum ſpectatores. Ubi enim recenſuit acerbiſſimi clericorum illorum odii in Euthymium cauſam, nimirum quod eos palam ſimoniæ intentos coercuiſſet: *Hinc* (ſubdit ipſe) *præter cæteros in hunc quoque virum ſanctitate pleniſſimum ſuperbæ, contumelioſæque ſilentio prætereundæ illæ nunc a nobis injuriæ: nefas namque mihi arbitror eſſe, ſi recenſenda denuo earum turpitudine linguam inquinem meam, cum eas etiam barbarorum merito quique averſari, abhorrereque debuiſſent; quandoquidem aderant etiam legationis cauſa Sarraceni, & totius illius majoris quam ſcenicæ aut tragicæ ullius fœditatis participes fuere, actorum ſimiles ſpectatores, quando nefas erat alioqui, ut hæc impiorum theatro ſpectarentur, quæ tam ſcelerata ab impiis agebantur. Hujuſmodi porro præclara initio munera illa mox etiam ſe-*

qu-e

PAGIUS num. V. ſed neuter obſervavit, in ſubſcriptionem ejuſdem chartæ errorem in numeros irrepſiſſe, & loco, *anno IX. regni domini Hludovici piiſſimi Imperatoris*, legendum eſſe, *anno XI. regni domini Hludovici piiſſimi Imperatoris*. Cum enim is anno nongenteſimo poſt diem trigeſimam menſis Auguſti Imperator ſalutatus fuerit, ut ſuo loco diximus, annus ejus Imperii IX. cum Indict. XIV. & XVII. Kalendas Junii nullo modo copulari poteſt. Cointius mendoſa illa ſubſcriptione in varios errores abreptus fuit. Ait enim *Ludovicum* anno DCCCXCVIII. renunciatum fuiſſe Imperatorem, anno inſequenti chartam illam ab eo datam, & *Remigium* Epiſcopum Avenionenſem a San-Marthanis omiſſum tunc ſediſſe. Verum nec *Ludovicus* ante an. CM. Imperator dictus, nec indictio XIV. anno DCCCXCIX. in curſu fuit, ſed indictio ſecunda, nec Remigii ſedes a currenti anno removeri poteſt. Superſunt aliæ Ludovici chartæ, ex quibus liquet, hujus Regis & Imperatoris Regnum diuturnum fuiſſe. In Regiſtro Peireskiano continente chartas ad Eccleſiam Arelatenſem pertinentes pag. 228. refertur charta conventionis inter Manaſſem Archiep. Arelatenſem & quemdam particularem, in cujus fine legitur; *Facta eſt convenientia iſta in Arelate civitate publice menſe Junii anno XXXIII. regnante Ludoico Rege & Imperatore filio Boſonis Regis.* Quare cum Ludovicus anno DCCCXC. Regnum inierit, charta illa ad an. DCCCCXXII. aut inſequentem pertinet, quo ideo *Ludovicus* adhuc in vivis erat, incerto poſtea anno demortuus.

VII. *Carnotum a Normannorum furore divinitus liberatum.* In Chronico Beſuenſi, quod Tom. I. Spicilegii Dacheriani extat, liberatio urbis Carnotenſis a Normannorum furore anno ſuo redditur; *Anno DCCCCXI. Incarn. Verbi XII. Kal. Aug. in Sabbatho* (ſed loco, *XII. Kal.* Aug. legendum *XIII. Kal.* Aug. qui dies hoc anno in Sabbathum cadebat) *cum obſiderent Nortmanni Carnotinam urbem, & jam eſſet penitus capienda, ſupervenientes Richardus, & Robertus cum ſuis, Dei auxilio, & beatæ Mariæ patrocinio roborati, fecerunt ſtragem maximam Paganorum, a paucis qui remanſerunt, obſides capientes. Habuit idem Richardus filium nomine Rodulphum, qui fuit Rex Francorum.* In Chronico Sancti Benigni pag. 420. anno non expreſſo legitur: *Apud Carnotum, ſocio Roberto Duce, Odonis Regis fratre, Richardus cum Nortmannis dimicavit, & eorum innumeram multitudinem occidit. Habuit iſdem Richardus filium, nomine Rodulphum, qui fuit Rex Francorum.* Hanc de Normannis victoriam hoc anno ac die Sabbati reportatam. Chronica Malleacenſe Tom. II. Biblioth. Labbeanæ & Andegavenſe Tom. I. ejuſdem Biblioth. pag. 285. teſtantur, ubi iiſdem verbis dicitur, per *Richardum* atque *Robertum* Duces, peremptos eſſe fortiſſimos Paganorum ſexcies mille octingintos. His adde, quæ habentur in Fragmento Chronici Hugonis Monachi Floriacenſis, *a Carolo Simplice uſque ad Hugonem Capetum* apud Ducheſnium Tom. III. pag. 347. *Eo tempore Pagani obſederunt Carnotinam civitatem. Collecto igitur exercitu, Richardus Dux Burgundiæ & Robertus Princeps irruerunt in eos, peremptis ex Paganis VIM. DCCCC. & a paucis, qui remanſerunt, obſides capientes XIII. Kal. Auguſti in Sabbato, auxiliante illis ſuperna clementia, per interceſſionem Sanctæ Dei genitricis Mariæ.* Eumdem diem, menſem, ac feriam notavit etiam Continuator Aimoini lib. 5. cap. 41. ideoque hæc epocha nunc anno ſuo reddita. Glaber lib. 1. cap. 5. licet initi prælii annum non memoret, manifeſte tamen indicat illud in cauſa fuiſſe cur Normanni pacem cum Gallis pepigerint; nam *tanta cæde eoſdem proſtravit* (nempe Richardus Burgundiæ Dux) *ut perpauci ex eis fuga lapſi, ad propria vix remearent.* *Robertus* frater fuit Odonis Francorum Regis, Richardus vero *Juſtitiarius* appellatus Dux erat Burgundiæ ac pater Rodulphi poſtea Burgundiæ Ducis ac Francorum Regis, qui in eadem dignitate præfato Roberto ſucceſſit, & tam *Richardus* Juſtitiarius, quam idem *Robertus* his temporibus celeberrimi fuere. Gemmeticenſis Monachus lib. 2. Hiſtor. Normann. cap. 15. & Dudo lib. 2. de Moribus & Actis Normann. pag. 80. fuſius Carnotenſis Urbis obſidionem & prælium tunc habitum narrant, aiuntque *Antelmum* Civitatis Epiſc. ex ea cum armis inopinate proſiliiſſe infulatum, bajulantemque Crucem atque tunicam Sanctæ Mariæ Virginis. Addunt Francos



*quebantur, mulcta exilii, notorum ab eo omnium propter imminentes formidines in rebus aſperis fuga &c.* Hæc de rebus geſtis in Euthymium Aretas.

Se-

PAGIUS tot calamitatibus oppreſſos, querulis clamoribus Regem appetiiſſe, huncque pacem cum *Rollone* pepigiſſe. Quæ cum anno inſequenti conſtituta fuerit, obſidio Carnotenſis in Chronicis Remenſi & Rotomagenſi cum anno DCCCXCVIII. male illigatur, ſicuti & in Orderico lib. 1. pag. 368. Carnuti obſidionem in annum DCCCC. conferente.

I. SEquitur Chriſti annus nongenteſimus duodecimus, indictione decimaquinta, quo moritur Anaſtaſius Papa, qui & ſepultus eſt in baſilica ſancti Petri, in cujus ſepulcro ejuſmodi inſculptum fuiſſe epitaphium, teſtatur Manlius, qui exſcripſit; ſicque ſe habet ex emendatiori codice depromptum:

*Vatis Anaſtaſii requieſcunt membra ſepulchro:*
*Sed numquam meritum parvula claudit humus,*
*Rexit Apoſtolicam blando moderamine Sedem*
*Tertius exiſtens ordine Pontificum.*
*Ad Chriſtum pergens, peccati vincula ſperat*
*Omnia clementer ſolvere poſſe ſibi.*
*Undique currentes hujus ad Limina templi,*
*Ut præſtet requiem, poſcite corde Deum.*

In locum autem ipſius ſubrogatus eſt Lando, patria Sabinus, Trani filius, de quo dicendum eſt inferius: modo autem novum portentum orationem avocat Conſtantinopolim.

Hoc enim anno ſexta die menſis Junii II.

PAGIUS SÆC.X. Anno Æræ Hiſp. CML. Anno Hegiræ CCC. inchoato die 17. Auguſti fer.2. A.C.912.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6405.

☉ 25. ED. ☽ 1. P. 12. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 912.

ANASTASII III. PAPÆ 2.

LUDOVICI III. IMP. 13.

CONSTANTINI VIII. IMP. 1.

I. *Anaſtaſio III. PP. ſuccedit Lando.*

AD num. I. *Anaſtaſius III.* Pontifex Romanus anno tantum ſequenti e vivis exceſſit; cum juxta Marianum Scotum, Hermannum Contractum ex editione Caniſiana, Martinum Polonum & omnes fere Catalogos, annos duos & menſes duos ſederit, niſi quod in quibuſdam Catalogis loco menſium II. legantur menſis I. & dies viginti duo, vel XXI. Quare cum anno ſuperiori circa diem vigeſimum quintum Auguſti Pontificatum inierit, ſequenti Chriſti anno mortuus eſt circa medium menſis Octobris. Flodoardus in Carmine de Pontif. Rom. poſtquam de Sergio ſermonem inſtituit, ait.

*Quo rebus ademto*
*Humanis in Anaſtaſium ſacra concinit aula,*
*Tertius hoc Præſul renitet, qui nomine Romæ,*
*Sedis Apoſtolicæ blando moderamine rector,*
*Sentiat ut Chriſtum veniæ ſibi munere blandum.*
*Quando dein ſummam Petri ſubit ordine ſedem,*
*Menſibus hanc coluit ſex, ut deniſque diebus.*
*Emeritus Patrum ſequitur quoque fata priorum.*

Sed loco, *quando dein*, legendum, *Lando dein*. Flodoardus enim loquitur poſtea de Joanne X. Landonis ſucceſſore. Sedit *Lando* menſes VI. & dies X. ut infra videbimus. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico exiſtimavit, *Anaſtaſium III.* die XXV. Novembris anni CMXIV. ſupremum diem obiiſſe, & *Landonem* die quarta Decembris ejuſdem anni Pontificem conſecratum eſſe. [1] Verum præterquamquod dies emortuales ac ordinationum Pontificum Romanorum a veteribus non notatos potis non eſt per hæc tempora detegere, *Landonem* die quinta menſis Februarii anni nongenteſimi decimi quarti jam Pontificatum geſſiſſe, manifeſtum facit Rubeus lib. 5. Hiſt. Ravenn. pag. 253. ubi ait, Landonis mentionem haberi *in tabulis ab Joanne Ravennatum Archiepiſcopo, indictione ſecunda ſcriptis, Nonis Februarii.* Recte tamen citata verba Flodoardi a librario corrupta Papebrocius etiam correxit. [2] [3]

A num. II. ad VII. Incertus Continuator Theophanis in Vita Alexandri Imp. ait; *Hemerium Logothetam ab Agarenica clade reverſum* II.

NOTÆ [1] IN Regeſto Sublacenſi pag. 139. col. 2. habetur charta venditionis, cujus initium eſt: *Anno ſecundo Pontificatus Domni Anaſtaſii ſummi Pontifici & univerſali III.* PP. *Indict. VII. menſe Januar. die XVIII. Domnina nobilis femina relicta quondam Adriani Dux* vendit *Johanni Eminentiſſimo Conſuli & Duci quiſque hæredibus ceſinas duas ſemenaricias poſitas foris portam ad pontem ſalarium.* Jurat *per ſalutem viri beatiſſimi & Apoſtolici Domni noſtri Anaſtaſii ſummi Pontificis* &c. Hic mendum cubat in numeris Indictionis, nam an. 912. *erat Indictio XV.* In fine habetur.

*Benedictus in Dei nomine Conſul & Dux*
*Johannes Eminentiſſimus Conſul & Dux*
*Romanus Conſul & Dux*
*Leo Conſul & Dux*
*Johannes Conſul & Dux*
*Benedictus ſcriniarius & Tabellio.* GEORGIUS

[2] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Anaſtaſius ſedit annos II. menſes II.* Sequitur: *Lando ſedit menſes V. Et ceſſavit Epiſcopatus dies XXXVI.* GEORGIUS

[3] SI vera mihi fatenda ſint ſuſpicor Papebrochii chronologiam cum veritate magis congruere, quam quæ hic a Pagio ſtatuitur. Hujus ſuſpicionis meæ fundamentum exhibet Charta quam e Tabulario Sublacenſi Muratorius eruit vulgavitque *Antiquit.* Ital. to. III. col. 328. Annus enim quo data eſt ita ſtatuitur: *Anno quarto Pontificatus domni Johanni ſummi Pont.*



*Obitus Alexandri Imp.*

nii (ut tradit Curopalates) Alexander Imperator moritur infami exitu. Ait enim: *Alexander autem ſexta Junii menſis, lotus & pranſus, vinoque ebrius, poſt meridiem pila luſurus deſcendit, exortoque labore quodam in ipſius inteſtinis, præ cibis, quibus ſe ingurgitaverat, atque ebrietate, reverſus in palatium, multo e naribus ac pudendis effuſo ſanguine, poſtridie mortuus eſt.* Sed ipſum ita confectum ira Dei, ob contemptum divinitatis, Aretas (*a*) Cæſarienſis Archiepiſcopus teſtatur in hæc verba, dum agit de pravorum hominum conſuetudine, quam delegerat: *Cætera quidem videor mihi miſſa facturus quæcumque contumelioſus ille in ſanctos viros effecit: eaque commemorabo tantummodo, unde pulcherrime exiſtimo, me morum ejus perverſitatem declaraturum. Mos erat Regibus Chriſtianorum, qui idem illis communis eſt cum omnibus Chriſtianis, ut quotieſcumque Dei baſilicas ingrediuntur, aperto eas capite ingrediantur: quem quidem (b) Paulus ipſe Apoſtolus primus induxit, atque omnibus in Chriſtiana Republica obſervandum mandavit. Hunc morem cum ſapientiſſimi videlicet illi familiares Alexandri atque optimi viri ſuſtuliſſent: perſuaſerunt homini, Alexandro ſcilicet, craſſæ cutis ac de ſuillo genere tantum non grunnienti (cui enim quæſo æquius comparari ille poterat quam ſui Bæoticæ) ut cooperto capite in loca ſacroſancta ingrederetur. Quam quidem diſciplinam ille cum admiſiſſet, atque ad majora etiamnum perdiſcenda facinora ſe paratum præberet, nimirum pulchre ille quoque conſecutus eſt caſus.*

(*a*) Extat apud Lip. tom. 3.

(*b*) 1. Cor. 11.

*Etenim ubi hominem ſic perſuaſum illum introduxere, & violacei coloris amictum tectum ſacra menſa dimoveret, magno cum ſuo, tum illius futuro dedecore (quando ut opinor, pœna hæc illatæ viro ſancto necis erat futura) confeſtim ille poſt facinus iſtud tam audax, mente captus eſt, nec ex ea die in poteſtate ſua amplius fuit. Nam & audaciſſimum, non tamen omni ex parte reprehendendum facinus majori mox ac pernicioſiori alio cumulavit. Cum enim ſtatutis iis, quæ in Hippodromo ſunt, ſolitum Baccho ſacrificium fieri feciſſet: ſane meritam ejus rei mercedem illico reportavit. Siquidem iis nondum peractis ſacrilegiis, miſerabiliter ſublimis intra cubiculum ſuum eſt aſportatus. Caſu nihilo mitiore, quam fuit ille Herodis (c), qui cum Jacobum Zebedæi filium in gratiam eorum, qui Chriſtum occiderant, interemiſſet, ac Petrum ipſum Apoſtolorum principem ſimili modo fuiſſet adortus, meritum ipſe quoque facinoris ſui præmium eſt conſecutus, quippe qui in maxima, quæ ad diem ſolemnem hominum frequentia convenerat, regio ſatellitum comitatu ſubnixus, ſummo cruciatu, ſcatentibus undique ex ejus corpore vermibus, deceſſit e vita.* Hæc de miſerando & prodigioſo

III. Quæ paſſus impius Imp.

(*c*) Act. 12.

Vox impia pœna velox.

PAGIUS *Himerius Ab Alexandro Imp. male habitus.*

ſum (de qua anno CMVIII. egimus), *in Palatii monaſterium Campa dictum relegavit, ei minitatus, ut qui Leone ejus fratre Impetore, iniquior ipſi hoſtiſque extitiſſet. Qua ille per menſes ſex ſequeſtratione, nimio mœrore ex caſus atrocitate confectus, extinctus eſt.* Fuerat Himerius Præfectus exercituum navalium Leonis Imp. quem Metaphraſte, ſeu Simeon Logotheta valde laudat in Vita S. Theoctiſtæ Virginis, apud Baronium anno CMII. n. II.

III. *Cauſa belli Græcos inter & Bulgaros.*

Pergit idem Continuator: *Symeon Bulgariæ Princeps, miſſis ad Alexandrum legatis de pace ſignificat; Illi ſe ſtudere, ut & ſe ille demereatur ac colat, velut Leone Imperatore. Alexander dementia ac inſipientia actus Legatos contumelioſe dimittit, miniſque adhibitis, quibus incuſſurum ſe Symeoni terrorem exiſtimaverit. Solutæ ergo pace, Symeon arma movere adverſus Chriſtianos ſatagebat.*

IV. *Moritur Alexander Imp.*

*Cæterum Alexander large pranſus, vinoque ingurgitatus ſub Caniculæ ardoribus, cum ad pila ludendum deſcendiſſet, Deo ultore percuſſus, multoque per nares & veretrum cruore fuſo, poſt biduum vivis exceſſit, menſis Junii VI. die dominica, indictione prima tutoribus relictis Nicolao Patriarcha & Stephano Magiſtro, Joanneque Magiſtro Elada & Joanne Rectore, & Euthymio & Baſilitze & Gabrilopulo, tranſlato in Conſtantinum Leonis filium imperio.* Idem habent alii Scriptores Byzantini, niſi quod diem & menſem ac indictionem prætermittunt, præterquam Cedrenus & Curopalates, qui ſcribunt, eum mortuum eſſe *die ſexta Junii*. Certum eſt autem *Alexan-*

NOTÆ *Pontifici* (ſic) *& univerſali X. Papæ, indictione VII. menſe Aprilis die XXV.* Signatur his annus 919. quo juxta Papebrochii chronologiam Joannes X. annum quartum nondum expleverat. Nec eſt cur Muratorius chartam hanc ſub Joanne XI. ſignatam cenſeat, quanquam numeralis nota *decimus* amanuenſis forte oſcitantia exprimitur. Non eſt inquam, cur vitium amanuenſis comminiſcamur, cum nota *decimi* ter in eadem charta repetatur. At enim Rubeus chartam aliam refert anni 914. die Nonar. Februarii in qua de Landone Pontifice mentio inducitur. Id vero cum exordio Joannis X. die XXX. Aprilis anni 915. congruere non poteſt. Forte hæc vera ſint; neque enim certi quidquam ſtatui poteſt, cum charta non producatur; ſed tunc, ut chartæ utrique veritas concilietur, ſtatuendum eſt longum aliquod interpontificium inter Landonem & Joannem, ut Lando quidem ſaltem Februario menſe anni 914. cœperit, ſed poſt Sacerdotium 6. menſium & dierum aliquot, illo obeunte Joannes tandem poſt longum ſeptem vel octo menſium interpontificium Aprilis die XXX. anni 915. cœperit. MANSI

ſo impii hominis obitu Aretas.

IV. Apud Erempertum in rebus geſtis Longobardorum hujus temporis narratur, quod idem Alexander intuitus ſtatuas illas deorum Roma Conſtantinopolim olim delatas, blaſphemam eam emiſit vocem: *Heu quando iſtas colebant Romani, potentiſſimi, & invicti perſeverarunt! juſſitque eas ſerico operiri: tunc ſequenti nocte per quietem vir aſpectu lucidus ei apparens, ſevere admodum eum arguens, & percutiens, dixit: Ego ſum Romanorum princeps Petrus; & ſtatim evigilans timore vehementi correptus, ſanguinem ore vomens exitiali morbo correptus, extinctus eſt*. Sed quæ de funere ipſius idem qui ſupra Aretas ſubiiciat, accipe:

V. *Noſtis profecto quemadmodum miſerrime ille fuit elatus, quantaque in ejus funere faciendo adhibita feſtinatio: ſella regia, qua ejus corpus portabatur, confracta, perinde quaſi ægre tuliſſet ſceleratiſſima illa ſarcina preſſam fuiſſe. Meminiſſe præterea poteſtis, quam graviter, fœdeque infelix illud corpus fœteret, quantuſque & quam teter eſſet odor ille, quem occurrentium ſibi naribus afflaret, ejuſmodi videlicet, qui aromatum, quæ incenderentur omnium odorem confunderet. Intumuerat præterea mirandum in modum. Atque hæc quidem divinæ providentiæ etiam nunc in rebus humanis vitæ hujus indicia fuere. Nam & colliqueſcente jam in putorem corpore ejus adhuc ſpirantis, tabidas carnes ex inferioribus ajunt partibus effluxiſſe. Quo quidem factum eſt, ut vix ad deſtinatum ſepulcrum delatum turpiter fuerit, ignominioſeque projectum*. Et paulo poſt: *Ad ea, quæ diximus, & illud acceſſit, quod neque ſolita quidem viris piis poſt mortem ad-*

Funus infauſtum Alex. Imp.

PAGIUS *xandrum* hoc anno e vivis exceſſiſſe, non vero anno ſequenti, quo dies dominica incidit in diem VI. Junii, & indictio prima in curſu fuit. Iſte itaque Anonymus ſibimet adverſatur, cum tradat, *Alexandrum* imperaſſe annum unum & dies XXIX. quod idem etiam habent Leo Grammaticus, Simeon Logotheta, & Georgius Monachus, qui tamen dies duos plus numerant. Incluſis enim diebus emortualibus tam Leonis, quam Alexandri, ab hujus initio ad finem intercurrunt tantum dies XXVII. ſupra annum integrum.

V. Poſt *Alexandri* interitum ii, quibus pupilli Principis tutela mandata fuerat, una cum *Zoe* matre, quam Palatio ejecerat Alexander ab exilio revocata aliquandiu imperium adminiſtrarunt: quod variis Procerum Imperatoriæ dignitati inhiantium factionibus, ſub illius initia conflictatum eſt, Conſtantino Duce, Leone Phoca, & Romano Lacapeno de eo digladiantibus. Tandem *Lacapenus* claſſis Drungarius, occupato Palatio, Cuſtos fit Imperatoris; aliis ſubinde dignitatibus donatus; cujus mox filiam *Helenam* deſpondit, & in uxorem ſibi adſcivit *Conſtantinus*. Actis Aprili menſe quinta Jejuniorum hebdomada ſponſalibus, tertia poſt Paſcha feria uterque nuptialibus corollis redimitur a *Nicolao* Patriarcha & Lacapenus *Pater Imperatoris* appellatus eſt, ut videre eſt apud Leonem Grammaticum pag. 495. Joannem Curopalatem pag. 617. & Luitprandum lib. 3. cap. 8. Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis familia XIX. characteres illos de anno CMXII. interpretatur. Verum illi annum nongenteſimum decimum quartum indicant, quo dies primus Jejuniorum ſecundum Græcos cœpit die viceſima octava menſis Februarii, & hebdomada quinta Jejuniorum die viceſima octava menſis Martii, juxta ea quæ anno DCCCXLII. de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum diximus. Nec multo poſt *Lacapenus* a Conſtantino imperii particeps & Imperator dictus coronatuſque eſt die XXVII. ſeu, ut aliis placet, die XXIV. Decembris eodem anno. Exinde rerum publicarum omni cura in Romanum tranſlata, quam toto ille imperii tempore, quod XXVI. annorum fuit, in ſe ſuſcepit, dum Conſtantinus receſſui literario vacaret, & librorum lectioni operam daret. [1]

*A quibus Imperium poſt Alexandri obitum adminiſtratum.*

VI. Recitat Baronius literas *S. Nicolai* Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Pontificem Romanum de quartis nuptiis a Romanis receptis, exiſtimatque Pontificem illum Romanum fuiſſe *Landonem*, cujus initium & finem cum præſenti anno illigat. Verum, ut ſupra diximus, *Anaſtaſius III.* hoc tempore Eccleſiæ Romanæ præſidebat.

*Nicolaus Patriarcha Conſtantinop. ſcribit ad Anaſtaſium PP.*

NOTÆ [1] CONſtantinus non quidem hoc ſed anno ſequenti 913. Imperio gubernando admotus fuit, ut probat inter cætera Charta Joannis V. Epiſcopi Beneventani, quam in Chronico Monaſterii S. Sophiæ vulgavit Ughellius, & emendata ad fidem Codicis Vaticani a Sarnello, iterum prodiit in nova Ughellii editione tom. ult. col. 506. Has temporis notas exhibet: *Anno quintodecimo Imperii Dominorum noſtrorum Romani, Conſtantini filii ejuſdem & Chriſtophori magnorum Imperatorum, & XII. anno Domini Landolphi Antipatri Patritii & Principis, & Domini Athenolphi eximii Principis menſe Februario, prima Indictione*. Denotat Indictio annum 928. quo revera cum Romano Coſtantinus & Chriſtophorus, ejus filii imperabant. Annus autem 15. ex anno 913. aperte proficiſcitur. Cum autem Romani nomen hic primo appareat, ſuſpicio ingeri poſſet Epocham hanc annos Romani deſignare, quod ſi admittatur ejuſdem imperiales nuptiæ ab anno 919. quo a Pagio collocantur, ad annum 913. revocandæ ſunt. Si vero quod multo veroſimilius arbitror, Conſtantini anni ex hac epocha proficiſcuntur, erravit Pagius qui eam uno anno anticipat. Hinc etiam ſequeretur Alexandrum, Conſtantini deceſſorem, nonniſi anno 913. obiiſſe, adeoque & Continuatorem Theophanis indictionem primam recte ſignaſſe, mendumque in numerum dierum menſis Junii apud illum irrepſiſſe. MANSI



*adhiberi exequiarum juſta ei perſoluta fuere; neque regia exhibita a magiſtratibus pompa, præter pauciſſimos quoſdam, eoſdemque contemptiſſimos, qui cuilibet etiam de vulgo ſolitum officium præſtaturi fuiſſent*. Et paulo inferius etiam de ejus ſectatoribus iſta: *Quid vero ejus conſilii primarii auctores, maximeque illa circumcirca nefarium caput palpitans cauda? Aliorum nimirum jam exitum vidimus, quorum memoria cum ſonitu periit. Aliis etiam ex propinquo jam imminere videmus: neque enim gemitus pauperem peribit in finem. Canetque chorus juvencularum, noſtri inquam ſæculi Eccleſiarum, victoriæ carmen, novo & importuno Pharaone una cum curribus, vectoribuſque demerſo. Siquidem hujuſmodi exitum expectabat morum aſperitas, durities, implacabilitaſque*. Hæc Aretas cum agit de tranſlatione Euthymii Patriarchæ, de qua ſuo loco dicendum.

VI. Defuncto itaque Alexandro, ſolus imperat Conſtantinus puer Leonis filius ſub tutoribus, quem tunc ſeptennem fuiſſe dicunt Curopalates & alii. Inter tutores autem Imperatoris, idem reſtitutus Nicolaus Patriarcha eſt annumeratus. ☞ Qui tunc quidem non ſede tantum potens, in quam anno ſuperiori (ut vidimus) fuerat revocatus, ſed adhuc etiam adminiſtratione pollens Imperii ipſe tutor Imperatoris, memor injuriarum antiquarum, quas paſſus fuerat ſub Leone, a quo, ſuadentibus Sedis Apoſtolicæ Legatis, e throno depoſitus, & in exilium miſſus fuerat: querelis plenam ad Romanum Pontificem ſcripſit epiſtolam, qua cum exacte admodum rei tunc geſtæ hiſtoriam narret, pluribus differit adverſus quadrigamiam admittentes Romanos Pontifices; cujus cauſa, quod ipſe eam non probaret, ſolum vertere coactus fuiſſet. Nacti nos ipſam ab Aloyſio Lolino Epiſcopo Bellunenſi, rerum noſtrarum ſtudioſiſſimo una cum aliis memoria dignis ejuſdem Patriarchæ epiſtolis, hic deſcribendam curavimus; Sic ſe habet:

Conſtantinus VIII. Imp. ſolus.

*Sanctiſſimo Papæ veteris Romæ, Nicolaus Patriarcha CP. de Tetragramia a Romanis recepta.*

Nicolai Patriarchæ Conſtantinop. ad Rom. Pont. epiſtola de Tetragamia.

*Inde Principium ſcribendi ſumam, beatiſſime Pater, unde nobis tot mala promanarunt. Poſt tertiæ uxoris obitum ſubiit optimi atque dilecti nobis Imperatoris animum, quartum quoque connubium experiri velle: quod nemo ante nedum privatus, verum etiam amplioris gradus ſub ditione Romana auſus fuerat. Quæ enim tam effuſe petulans libido refragantibus ſanctorum canonum ſancitis non cohiberetur, niſi ſummo imperio ſuffulta, licere ſibi cenſeret, quidquid concupiſſet? Vicit ergo ad extremum amor, quartaque jam uxor expetita eſt: puer autem obtentui aſſumptus, qui pridem ab ea genitus, ſucceſſioni Imperii nullo prolis adhuc ſubſidio innixi deſtinabatur. Quod quidem fieri minime debuerat: neque enim quartus ſubſecutus illegitimam conjunctionem ratam effecit: alioquin obvium unicuique & in promptu foret legibus illudere. Hunc Imperatoris conatum Eccleſia Orientalis, pro eo ac gravitas rei poſtulabat, tam moleſte tulit, ut conſpiranti Antiſtitum conſenſu ſolemnem illam pompam Auguſtorum filiis exhiberi ſolitam, (id enim pater flagrantiſſime cupierat) in baptizando puero vetuerit: niſi prius a ſe mulieris miſſionem juraret Imperator: quod ore præſtitit promptiſſime, quamvis aliud animo occulte volveret. Nondum enim triduum a baptiſmo filii effluxerat, cum pueri mater in palatium, ut Principis decet nuptam, apparatu regifico accitur, cærimoniæ expediuntur nuptiales, nullius ſacerdotis interventu, Imperatore ipſo, & ſponſi, & auſpicis munus exequente. Quod quidem non aliter ac ſi fundamenta totius fidei convellerentur, non Præſules modo, clericoſque cujuſcumque ordinis commovit, verum etiam totam ſimul civitatem perculit. Me autem quid aliud tunc agere oportuit, quam quod amico, Antiſtiti, excubitori, de eccleſiæ dignitate, Principiſque ſalute dies nocteſque cogitanti agere par erat? Primum quidem ad genua ipſius, immo ad pedes uſque provolutus & monebam eum ut errantem, & ut Imperatorem obſecrabam: vereretur faſtigium dignitatis Auguſtæ, in qua non ſecus ac in facie vel tantillum quidem maculæ occuli vix poteſt: agnoſceret longe ſe ſublimiorem Regem tam inauditum facinus cœlitus ulturum; non ideo principes legibus exolvi, ut vitam per omne ſcelus impunes ac infrænes agant, ſed ut ſibi leges ipſi ſint, virtutis præſcripto mores componentes. Poſtremum conditionem afferebam lacrymis obortis, ut ſaltem ſecubaret a muliere tantiſper, donec accitis Romæ veteris cæterarumque Patriarchalium ſedium Legati nobiſcum, quid facto opus eſſet, diſceptarent.*

*His ego tunc verbis nihil profuturis (obſtruxerat enim ejus aures amor) Regem fatigabam; cum interim Roma adveniunt Legati, quos ille (ſic enim publice ſermonibus divulgabatur) connubio firmando evocarat. Res ſane, ſi quæris, hominibus noſtris indigniſſima eſt viſa, ſummoque cum dedecore conjuncta: quippe qua procurationem mihi debitam aliis deferret, provincias Patriarchales, jam pridem inter ſe Patrum ſanctionibus diſcretas, turpiter confunderet: nefarium ſcelus olim ab Eccleſia dira execratio-*

*tione vetitum, in jus denuo nullo ſervato jure revocaret. Non ignoro a calumniatoribus jactatum, me per ſuperbiam, Legatorum conſpectum atque colloquium ſpreviſſe; quaſi vero mihi integrum fuerit, aut palam adire viros ſumma paſſim invidia flagrantes ob rumorem, quem plerique ſparſerant, adeſſe reprobatarum a nobis nuptiarum aſſertores: aut ipſe Imperatori non ſuaſerim, ſecretum nobis in palatio cum Legatis congrediendi locum daret, ubi remotis arbitris de quæſtione iſta nuptiali diſceptaremus. Quod ille facere neglexit, in meam unius perniciem animo intentus, quam quidem ita conſutis dolis eſt aggreſſus. Primum omnium nonnullos noſtrorum Præſulum partim donis, partim pollicitationibus illectos, quaſi ſuas peculiares adverſus me copias conſcripſit: deinde me juſſit in Regiam accerſiri ad convivium, quod illi inſtruere quotannis in beati Tryphonis feſto moris erat.*

*Accedo imperterrita comite fretus conſcientia, ſolemni cætui interſum, epulis accumbo: inter ſacra menſæ denique abripior, atque navigio impoſitus in exilium agor immitiſſimum, non amico, non famulo, non libro denique, cujus lectione me ſolari poſſem, fugam comitante: ubi non tam hiemis rigore, rerumque omnium egeſtate preſſus, quam cuſtodum violentia pene enectus diu manſi. Pari inclementia in reliquos ſanioris conſilii ſævitum eſt, carcere, relegatione, vinculis afflicti omnes, deliquiſſe pœna tantummodo creduntur. Acceſſit ne quid plane nobis deeſſet mali, aut ſupereſſet præſidii, Legatorum aſperitas, qui non ſecus ac ſi Roma ad indicendum nobis bellum huc delati eſſent, nos indigniſſimis modis oppugnarunt, tantum miſerorum odium, tantus contemptus ordinis homines inceſſerat. Et quidem decebat primatum eccleſiaſticum ſibi vendicantes, rem totam ſerio inquirere, atque ad ſummum Pontificem referre, non autem per ſummam injuriam atque ludibrium eorum damnationi aſſentiri, qui nullius affines culpæ, Principis indignationem incurrerunt ob id ſolum, quia fornicationis labem ſunt abominati. Verum eſto, duos aut tres viros delatorum hinc calumniis, inde potentiorum prece, ſeu pretio expugnatos, humani aliquid, cum homines ſint, pati potuiſſe: Occidentales Præſules meris inimicorum mendaciis inductos innocentium exilium ſuo confirmaſſe ſuffragio, quis ferat? præſertim cum indicta cauſa aliquem damnare ne barbari quidem, nedum Romani moris uſquam fuerit.*

*At facto diſpenſationis nomen, ut audio, prætenditur; quaſi vero per ullam diſpenſationem liceat fidei dignitatem, Eccleſiæ diſciplinam imminuere, effractiſque canonum repagulis fornicationem introducere in ſancta; aut non inter naſcentis Evangelii initia hujuſmodi crimen Apoſtolorum ſanctionibus una cum immolaticis, & ſuffocato vetitum non fuerit. Diſpenſatio, ni fallor, cum ſibi imitandam proponat Dei miſerationem, quæ delictum aufert, non fovet, ſalutaris quædam condeſcenſio cenſenda eſt, peccatori quidem manum, ut ſe humo attollat, porrigens, non autem jacere permittens lapſo. Non exſcribo, quæ in hanc ſententiam retulit Vas electionis, cum ſint nota omnibus: miror magis, cur nos eo potiſſimum relegamur nomine, quod veſtigiis inhærentes Patrum, damnata ab illis non permittimus: Eccleſiæ decreta, animarumque nobis a Deo creditarum ſalutem, Principis gratia, ſeu indignatione potiora ducimus.*

*Non deerunt fortaſſe, qui obiicient, errori ſuo latebram quærentes, hoc de quo lis eſt, matrimonium eſſe merum, non autem fornicationem. Itane vero matrimonium vocatur immunda cum quarta muliere conjunctio? & quid aliud eſt vim inferre verbis ſi dira laſcivientis animi libido tam honeſto nomine prætenditur? Honorabile connubium Paulus (a) appellat, & genialem thorum impollutum. Cur igitur eos, qui hujuſcemodi culpæ ſuccubuere, ſacri canones ab Eccleſia eiiciunt? cur brutalem hanc luxuriam & fines humanos ſupergreſſam vocant? At Romanis id in more poſitum (non enim deſunt, qui id dicant, laudine id vobis, an vitio vertentes, non ſat ſcio) nam apud vos, ſi famæ credimus, non modo quarta uxor, verum quinta, & ſexta, & ſuper hanc alia, atque alia permittitur, uſque ad orci fauces inexhauſta illa diſpenſatione omnes proſequente, illudque ſubinde Apoſtoli verbum (b) ingerente: Satius eſſe nubere, quam uri. Quaſi vero ille intemperantiæ patronus induci debeat, qui ne omnibus quidem ſecundas nuptias ſuaſit, dum ait (c) Dico autem innuptis, & viduis, bonum eſſe illis ſic permanere; quod ſi continere nequeunt, nubant: viduis quidem mulieribus permittens ſecundum connubium ob ſexus imbecillitatem: viris autem non item, niſi his tantum, qui matrimonii jugum nondum ſunt experti; his enim nubere ſatius, quam uri. Alioquin ſi cum quarta muliere concubitus conjugium eſt, cur illud Clemens tam aperte damnat? * Clemens inquam ille alumnus atque auditor Petri? Sic enim apud eum legitur: Monogamia quidem naturæ, atque legi conſentanea eſt: Digamia vero poſt promiſſionem illegitima non ob conjunctionem, verum propter mendacium: Trigamia intemperantiæ indicium: quæ autem Trigamiæ additur, aperta fornicatio eſt, & indubia incontinentia.*

(a) Hebr. 13.
(b) 1. Cor. 7.
(c) Ibidem
* Ex apocrypho Græci decepti in his aberraunt.

*At non unus e plebe, ſed Imperator eſt, qui id aggreditur, cujus voluntati refragari nefas. Præclare ſane: an quia omnes illi dignitate ſupereminet, ideo nobis enitendum, ut inquinatior quoque reliquis appareat? eadem ratione pedum, ne luto reſpergantur, ſummam curam adhibebimus, capitis prorſus nullam? Apage, nonne vides ad Principis vitam, tamquam ad exemplum populorum conformari mores? pronumque magis eſſe prava imitari, naturali quadam ad deteriora humani ingenii inclinatione? Quod ſi principibus viris, quia poteſtas a Deo major eis attribuitur, ideo nequam agere plus licet: quid inter eos, & jumenta differet, quæ copia reddit efferaciora, contumelioſioraque? potentes potenter examinabuntur, monet (a) ille. Quinimmo ſi in idem crimen tribunus, & miles gregarius impegerit, magis hoc illum diſciplina puniet caſtrenſis: adeo dignitas non mitigat, ſed incendit pænam. Neque vero a me in eum ſenſum hæc dicuntur, ut velim diris a vobis impeti Imperatorem, tale nefas auſum, ipſumque Sergium Pontificem prædeceſſorem veſtrum. Non ea mens animo, nec tantus vindictæ amor Dei ſervos decet. Ambo hac vita exceſſere pridem, ſupremi omnium Judicis tribunal adituri: ille vero etiam antequam hinc emigraret, agnovit flebiliter errorem ſuum, veniamque a Deo petiit, me inter primos hortatore, ac deprecatore (aderam enim tunc forte ab exilio reverſus ab eoque Eccleſiæ gubernationi reſtitutus.) In eos animadvertendum, beatiſſime Pater, qui ſuperſunt, qui tot in me, tantaſque turbas criminationibus falſis excitarunt. Hæ tuæ erunt partes, id a te dignitas primum tua, Romanæque Sedis decus exigit: id qui nunc rerum potitur Imperator, miſſo ad te palatii magiſtro, noſque omnes obnixe petimus atque obſecramus. Deus Sanctitatem tuam incolumem ſervet.* Hactenus Nicolai Patriarchæ epiſtola: aliam vero de ineunda plena concordia idem ſcripſit, quam inferius ſuo loco ſubiiciemus. ☞

(a) Sap. 6.

VII. Quod ad res pertinet Occidentales, ipſamque Romanam Eccleſiam, hoc anno (quod Luitprandus (b) enarrat) Theodora potentiſſimo ſcorto ac impudentiſſimo agente, Lando Papa Joannem quem illa turpiſſime deperibat ex Ravennate presbytero creatum Epiſcopum Bononienſem, defuncto tunc Petro Epiſcopo Ravennate, in ejus Eccleſiæ Archiepiſcopatum tranſtulit. Quo facto eumdem Landonem, modico interlapſo tempore, ex hac vita migraſſe teſtatur. Porro Theodora non quievit, donec eumdem Joannem ex Archiepiſcopo Ravennate in cathedram Petri violenter intruſit. Duplici cauſa tanta aucta eſt meretrix poteſtate, tum quod ejus filia Marozia (ut dictum eſt ex eodem auctore) fuiſſet Sergio pſeudopapæ proſtituta; tum etiam quod altera filia Theodora Adelberto Marchioni Tuſciæ juncta adulterio eſſet, ex qua Albericus eſt natus, qui patris potentia Urbi dominabatur. Hic ſtatus infelix ſanctæ Romanæ tunc temporis Eccleſiæ, ut arbitrio potentiſſimæ meretricis Theodoræ matris omnia moverentur. Acceſſit vero ad potentiam ejus, quod defuncto Adelberto Marchione Tuſciæ loco ipſius regnans filius ejus ex Berta conjuge Vvido nomine, Maroziam ſcortum Sergii in uxorem acceperit. Hæc omnia (c) Luitprandus, ejus temporis ſcriptor: Quanta autem eſſet potentia Tuſciæ Marchionum, ex eodem auctore probe intelligere potes, dum de ipſo hæc ait (d): *Hic Rex potius quam Marchio poterat appellari, in nullo quippe mihi eſt inferior, niſi ſolummodo nomine.*

(b) Luitp. l. 2. c. 13.
Landon. Pap. obitus.
(c) Idem l. 3. c. 4. in fine
(d) Idem. l. 2. c. 10. in fin.

VIII. Quæ tunc facies ſanctæ Eccleſiæ Romanæ? quam fœdiſſima, cum Romæ dominarentur potentiſſimæ æque ac ſordidiſſimæ meretrices? quarum arbitrio mutarentur ſedes, darentur Epiſcopi, & quod auditu horrendum & infandum eſt, intruderentur in Sedem Petri earum amaſii pſeudopontifices, qui non ſint niſi ad conſignanda tanta tempora in catalogo Romanorum Pontificum ſcripti. Quis enim a ſcortis hujuſmodi intruſos ſine lege legitimos dicere poſſet Romanos fuiſſe Pontifices? Nuſquam Cleri eligentis, vel poſtea conſentiens aliqua mentio, Canones omnes preſſi ſilentio, decreta Pontificum ſuffocata, proſcriptæ antiquæ traditiones, vetereſque in eligendo ſummo Pontifice conſuetudines, ſacrique ritus, & priſtinus uſus prorſus extincti. Sic vendicaverat omnia ſibi libido, ſæculari potentia freta, inſaniens œſtro percita dominandi. Dormiebat (e) tunc plane alto (ut apparet) ſopore Chriſtus in navi, cum hiſce flantibus validis ventis, navis ipſa fluctibus ope-

Facies lurida Romanæ Eccleſiæ.
(e) Mat. 8.



PAGIUS VII. Landonis PP. ſuccedit Joannes X.

A num. VII. ad XV. Baronius non definit tempus Sedis *Landonis* Pontificis Romani, ſed n. VII. ait tantum Pontificatum ejus fuiſſe breviſſimum, eumque hoc anno e vivis migraſſe. Verum Flodoardus, cujus verſus ſupra recitavimus, diſerte aſſerit eum ſediſſe menſibus ſex & diebus decem, qui cum hoc tempore vixerit, ex eo Catalogi veterum Pontificum corrigendi, quorum alii in menſibus, alii in diebus errarunt. Cum itaque circa diem decimum ſextum Octobris anni nongenteſimi decimi tertii Pontifex Roma-

operiretur. Dormiebat, inquam, qui iſta non videre diſſimulans, ſineret ſic fieri, dum non exurgeret vindex. Et quod deterius videbatur, deerant qui Dominum ſic dormientem clamoribus excitarent diſcipuli, ſtertentibus omnibus. Qualeſnam reris delectos ab hiſce monſtris presbyteros & diaconos Cardinales fuiſſe putandum: cum nihil tam naturæ inſitum ſit, quam unumquemque ſibi

PAGIUS manus renunciatus fuerit, ut ex dictis liquet mortuus eſt circa diem vigeſimum ſextum menſis Aprilis anni nongenteſimi decimi quarti. Poſt unum aut alterum Interpontificii diem *Joannes X.* Archiepiſcopus Ravennenſis ad Pontificatum Romanum evectus eſt. [1] Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico *Landonis* mortem cum die XXV. menſis Aprilis anni CMXV. & Joannis X. exordium cum die triceſima ejuſdem menſis coniungit; ſed ex dictis neutrum ſubſiſtere poteſt, & certis Antiquitatis documentis adverſatur. Ideo autem Baronius initium Joannis X. in præſentem annum contulit, quia Leo Oſtienſis lib. I. Chronici Caſinenſis refert inſignem victoriam Chriſtianos de *Saracenis* retuliſſe *anno CMXV. indictione tertia, invaſionis vero Joannis anno tertio.* Verum Leo non raro in Chronologiam peccat, & aliquando numeri in ejus Chronico mendoſe deſcripti; quod alterutrum hic neceſſario aſſerendum propter rationes a nobis in medium adductas.

VIII. *Saraceni a Gareliano monte Romanos infeſtant*

Cæterum, ut inquit Sigonius lib. VI. Hiſt. de Regn. Ital. *Joannes* non iiſdem artibus, quibus cepit Pontificatum, etiam geſſit, ſed Eccleſiæ atque Italiæ mire utilis fuit. Cauſam bene gerendæ rei dedere Sarraceni. Hoc enim Pontifice conſtituto auctus eorum, qui *Garilianum* inſederant numerus acrem Pontificem in ſui perniciem incitavit. *Garilianus*

ſeu

NOTÆ [1] ANte initium menſis *Aprilis* an. 914. *Johannes X.* in Romanum Pontificem electus eſt, nam in Regeſto Sublacenſi pag. 169. col. 2. habetur charta, qua *Romanus humilis presbiter civitatis Tiburtinæ donat Monaſterio Sublacenſi unam turrim poſitam ſuper Baſilica Salvatoris intra muros civitatis Tiburtinæ.* Incipit: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Johannis X. P. in ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli XI. menſe Januario die XXV. Indict. XII.* Hæc *Indictio* annum Chriſti 924. denotat. Si ergo anno 924. menſe *Januario* annus *undecimus* Pontificatus *Johannis X.* decurrebat, ejus electio figenda eſt initio anni 914. In eodem Regeſto pag. 97. col. 2. habetur alia chartula, cujus initium eſt: *Anno Deo propitius Pontificatus Domni Johannis ſummi Pontificis & univerſalis Decimi PP. in ſacratiſſima ſede beati Petri Apoſtoli XIV. Indict. prima menſe Septembris die VII. Theodora*, ſeu *Anaſtaſia*, & *Lea* germanæ ſorores filiæ quondam *Leonis Prioris ſcholæ Confeſſionis Baſilicæ B. Pauli Apoſtoli*, ſeu *Pretioſa jugalibus* conſenſu *Benedicti*, & *Johannis* ſuorum virorum concedunt nonnullis *filium Salinæ in Burdunaria.* Jurant per ſalutem *Johannis PP. decimi.*

Subſcriptiones.

† Signum manu ſupraſcripta Theodora, ſeu Anaſtaſia, & Lea honeſtæ feminæ germanæ ſorores conſentiente ſibi Benedicto & Johanne viri noſtri.

† Theophilactus Conſul & Dux in hanc chartam conſenſi & manu propria ſubſcripſi, & teſtes qui ſubſcriberent rogavi.

† Petrus teſtis † Fauſtus teſtis.

† Paulus Conſul & Dux teſtis.

† Gratianus Conſul & Dux teſtis.

Ego Leone in Dei nomine Conſul & tabellio urbis Romæ complevi & abſolvi.

Indictio *prima* hic inchoata eſt *menſe* Septembris, quæ reſpicit annum Chriſti 927. Ex quo fit, ut menſe *Septembris* anni 927. adhuc in curſu eſſet annus XIV. Pontificatus *Johannis X.* In eodem Regeſto pag. 137. alia chartula incipit: *Anno quarto Domni Johanni ſummi Pontifici & univerſali X.* PP. *Indict. VII. menſe Aprilis die XXV. Johannes Subdiaconus* S. R. E. & *Primicerius ſcholæ cantorum, quæ appellatur Orphanotrophion, conſentiente ſchola cantorum, jubente Domno Johanne X. Papa* locat *Merconi archipresbytero*, & *Petroniæ honeſtæ feminæ, atque Andreæ amabili viro*, & *Stephaniæ* ejus uxori terram ſementariciam *extra portam majorem.* Jurant *per ſalutem Johannis X.* Papæ ſubſcribit.

† Johannes ſubdiaconus & Primicerius ſcholæ cantorum manu ſua roboravit, & teſtes qui ſubſcriberent rogavit.

Inter teſtes habentur: *Johannes conſul. Rodulfus conſul. Annus quartus* Pontificatus *Johannis X. menſ. Aprilis* incidit in A. D. 917. at male exarata eſt *Indictio VII.* quæ congruit A. D. 919. Mendoſe igitur a Librario tranſcripta eſt, & in Regeſtum illata. Ibid. pag. 15. col. 2. legitur diploma ejuſdem *Johannis X. Leoni* Abbati Sublacenſi, quo diploma *Nicolai piæ memoriæ Papæ* pro eodem monaſterio confirmat. Prope finem præcipitur: *Et hoc ſtatuimus, ut cuncta Congregatione Servorum Dei ejuſdem venerabili monaſterio poſt expleto matutino pro redemptione animæ noſtræ omni in tempore centum* Kyrie eleiſon, & *centum* Chriſte eleiſon *perſolvant. Scriptum per manus Adriani notarii regionarii & ſcrinarii S. R. E. in menſe Januario Indict. XIV. Benevalete.*

*Data XV. Kal. Febr. per manum Demetrii Dei providentia Arcarius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ. Anno Deo propitius Pontificatus Domni Johanni ſummi Pontificis & univerſali Decimi Papæ in ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli XII. in menſe & Indictione ſupraſcripta XIV.* Hæ notæ anno Chriſti 926. accommodantur, quo, die XVIII. *Januarii*, adhuc in curſu erat annus *duodecimus* Pontificatus, brevi *decimus tertius* inchoandus. Nam in eodem Regeſto pag. 169. col. 2. ut vidimus, A. D. 924. die XXV. *Januarii*, annus Pontificatus XI. jam incœptus erat.

GEORGIUS



ſibi ſimilem generare? quos in omnibus iis, a quibus delecti fuerint, conſenſiſſe dubitare quis poterit? imitatoſque eſſe ipſos, ſectatoſque eorum veſtigia quis non facile credet? & optaſſe hos omnes, Dominum dormiſſe ſemper, & numquam in judicium ſurrecturum, evigilaturum numquam ad ipſorum cognoſcenda & punienda facinora, quis non intelligat?

IX. Quod ſemper in Eccleſ. Chriſtus.

Sed una illa reliqua conſolatio piis: quia etſi Dominus dormivit, in eadem tamen navi dormivit, in eadem navi, quæ Typum Eccleſiæ gerit, conſtitit, nec ab ipſa receſſit, ſemperque in Eccleſia manſit, in qua (ut ita dixerim) tenetur ſuis promiſſionibus vinctus, & ſuis verbis arctius alligatus, cum dixit (*a*): *Vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* Obligatuſque ſponſionibus ſuis, ita Petro navis, hujus archinautæ clavum tenenti pollicitus (*b*): *Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat Fides tua.* Et: (*c*) *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Qui ergo dormit ad tempus Dominus, tamdem (*d*) vigilat, ut perficiat verbum ſuum. Ut hac ex parte dici poſſit: *Ecce non (e) dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael.* Juſtus igitur, qui ex fide vivit, iſta conſiderans, ſecuritate Domini promiſſionum & certitudine fidei ſecurus cum Domino dormit, vigilans precibus ad interpellandum ipſum, ut juſtificetur in ſermonibus ſuis: ut quæ promiſit adimpleat.

(*a*) Matt. 28.
(*b*) Luc. 22.
(*c*) Matt. 16.
(*d*) Jerem. 1.
(*e*) Pſalm. 130.

X. Scandalum vero ille tantum patitur in hac horrida tempeſtate, qui fidei expers ad fluctus obruentes navim intentus oculis, Domini in eadem commorantis navi penitus obliviſcitur, atque ineſſe non putat, illud impium mente volvens: (*f*) *Quomodo ſcit Deus & ſi eſt ſcientia in excelſo.* Sicut impii Novatores Evangelicæ Fidei quam profitentur exortes talibus obrui fluctibus videntes Petri naviculam, non eſſe in ea Chriſtum, impie blaſphemantes, poſſeque eam mergi, immo demerſam contra Chriſti promiſſiones obganniunt; plane cæci, atque cæcorum duces cum Chriſtum in navi dormientem non vident, nec ſentiunt Dei præſentiam ex grandi miraculo. Quodnam hoc dices? Evidens plane illud, quod cum navicula ſic eſſet operta fluctibus, merſa non eſt, onuſta tanto pondere peccatorum. Cur non merſa? cur non vortice maris abſorpta? quia Chriſtus ſemper eſt inventus in ea: alioqui plane perire neceſſe erat, ſi cura tantum hominum regeretur. Sed quia Chriſtus in ea, & ipſa in Chriſto Romana Eccleſia ſemper fuit, hactenus incolumis perſeverat. Non merſa igitur operta hiſce fluctibus navis, quia in ipſa licet dormiens, Chriſtus erat. Quod velis, nolis, neceſſe eſt fatearis, infidelis & impie; qui hujuſcemodi impietate tua majores quam venti iſti immittis fluctus in navim, Deo magis odibilis impietate, quam illi libidine.

(*f*) Pſalm. 31.
Chriſtus licet dormiens ſemper eſt in navi.

XI. Hinc eſt illud, quod excitatus a diſcipulis Dominus, antequam increparet ventum (ſecundum (*g*) Matthæum & Lucam) ſuos diſcipulos primo arguit infidelitatis; inde vero ventum redarguendo compeſcuit, mareque ſedavit, quibus videlicet ſymbolicis ſignis edoceremur, majoribus fluctibus concuti Eccleſiam Dei, ſi fides infirma vacillet, quam omni genere perſecutionum extrinſecus affligetur. Quod ſi redarguendi fuerunt illi modicæ fidei: quanto iſti ex infidelitate & impietate, quibus tamquam vehementioribus fluctibus naviculam hanc, qua vehitur Chriſtus, quatiunt, ab ipſo ut corripiantur, ſunt digni? Blaſphemant iſti ut impii, filii autem Eccleſiæ Deo grati, Deum benedicunt & laudant, quod tamdem & ab his etiam ſicut ab aliis fluctibus Petri naviculam liberaverit, atque cum illis miraculi magnitudinem admirati pariter dicunt; (*h*) *Quis putas hic eſt, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei?* Ipſe eſt Deus noſter, verax in ſermonibus ſuis, & ſanctus in operibus ſuis, qui ab ejuſmodi cœnoſis fluctibus, quibus obrui videbatur (ſuo tempore, cum viſum eſt ipſi) ſanctam Romanam Eccleſiam liberavit: modo vero his tentari paſſus eſt eam, cum tam deformia patientem nec prohibens quaſi dormiens, diſſimulaverit ſe videre, cum adhuc fluctus eminentiores immiſerit in naviculam ventus,

dum

(*g*) Mat. 8.
(*h*) Luc. 8.

PAGIUS ſeu *Garilianus* mons eſt in Latio, Romæ vicinus cum munitione cognomine ad Gareliani fluminis ſeu Liris oſtium, & ad mare Tyrrenum non longe a ruinis Minturnarum. Aberant Minturnæ ab Urbe via Appia circiter CIII. millia paſſuum. Porro *Saraceni* (Africani ſcilicet) *in monte Gareliano munitionem conſtituerant, in qua uxores, captivos, parvulos, omnemque ſupellectilem ſatis tuto ſervabant. Nemo etiam ab Occaſu ſive ab Arcturo orationis gratia ad beatiſſimorum limina Apoſtolorum tranſire poterat, qui ab his aut non caperetur, aut immodico pretio dato dimitteretur*, inquit Luitprandus libro 2. cap. 12. qui addit, *Africanos Romam verſus aciem gyraviſſe, montem que Gareliano maxima pro tuitione ſibi* vindicaſſe: *multaſque munitiſſimas civitate debellantes* vi cepiſſe. Tum cap. 14. *Garelianum flumen* ac *Gareliani montis ſummitatem, anguſtaſque vias* memorat. Saraceni autem ex eo monte dejecti, & a militia Joannis X. & exercitu Græcorum an. CMXVI. devicti, ut docebimus an. CMXV.

dum Landone illo defuncto, Sedem Petri ita invaſit Joannes Ravennas Archiepiſcopus potentia Theodoræ.

(a) *Leo Oſt. l.* 1. *c.* 55. Joannes X. pſeudopapa.

XII. De hoc dicturi, in primis quod ad tempus pertinet, hoc anno eum ſedere cœpiſſe, ex Chronico (*a*) Caſſinate certum colligitur argumentum, quod cum ingentem victoriam de Sarracenis contigiſſe dicat anno Redemptoris nongenteſimo decimoquinto, Indictione tertia, invaſionis vero Joannis anno tertio, utique hoc ipſo anno ſe in Sedem Apoſtolicam intruſiſſe, opus eſt affirmare. Hæc de tempore. De invaſione autem idem (*b*) auctor iterum fidem facit; ut plane nonniſi pſeudopontificem, & Antipapam eum opus ſit appellare, cujus exordia turpitudinis Luitprandus (*c*) eſt proſecutus in vita Theodoræ nobilis ſcorti, quam citat, eo enim pervenere hujus temporis infortunia, ut etiam famoſiſſimæ meretricis vita ſcriberetur. Ait enim exordiens hiſtoriam matris & filiarum impudentiſſimarum feminarum his verbis alia occaſione ſuperius recitatam:

(b) *Ibid. & c.* 57. *in fin.*

XIII. *Quo tempore venerandæ Romanæ Sedis Joannes Ravennas ſummum Pontificatum tenebat. (Hic autem tam nefando ſcelere contra jus faſque Pontificii culmen obtinuit). Theodora ſcortum impudens hujus Alberici, qui nuper hominem exuit, avia (quod dictu etiam fœdiſſimum eſt) Romanæ, civitatis non inviriliter monarchiam obtinebat. Quæ duas habuit natas Maroziam, atque Theodoram, ſibi non ſolum coæquales, verumetiam Veneris exortivo promptiores. Harum una Marozia, ex Papa Sergio, cujus fecimus mentionem, Joannem, qui poſt Joannis Ravennatis obitum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio; ex Adelberto autem Marchione Albericum, qui noſtro poſt tempore Romanæ Urbis principatum uſurpavit.* Hæc ſummatim de omnibus illis impudiciſſimis feminis, deque eorum ſobole tanta aucta potentia: Pergit vero originem pſeudopapæ hujus, & progreſſum recenſere.

XIV. De Joannis pſeudopap. primordiis.

*Per idem tempus Ravennatis ſedis, qui ſecundus poſt Romanum Archierium Archipræſulatus habebatur, Petrus pontificatum tenebat. Qui dum ſubjectionis officio debitæ nominatum Joannem Papam, qui ſuæ miniſter Eccleſiæ tunc temporis habebatur, Romam ſæpius & iterum domino dirigeret Papæ: Theodora (ut teſtatur vita ejus) meretrix impudentiſſima, Veneris calore ſuccenſa, in hujus ſpeciei decorem vehementer exarſit, ſecumque hunc ſcortari non ſolum voluit, verumetiam atque etiam poſt compulit. Hæc dum impudenter aguntur, Bononienſis Epiſcopus moritur, & Joannes iſte loco ejus eligitur. Paulo poſt, ante hujus diem conſecrationis, nominatus Ravennæ Archiepiſcopus diem obiit, locumque ejus Joannes, Theodoræ inſtinctu, priore Bononienſi Eccleſia deſerta, ambitionis ſpiritu inflatus, contra ſanctorum Patrum inſtituta ſibi uſurpavit. Romam quippe adveniens, mox Ravennatis Eccleſiæ ordinatur Epiſcopus. Modica vero temporis intercapedine, Deo vocante, qui eum injuſte ordinaverat Papa, defunctus eſt. Theodora autem Glycerii mens perverſa, ne amaſii ducentorum milliarium interpoſitione, quibus Ravenna ſequeſtratur a Roma, rariſſimo concubitu potiretur: Ravennatis hunc Eccleſiæ Archiepiſcopatum coegit deſerere, Romanumque, proh nefas! pontificium uſurpare.* Hucuſque de ingreſſu pſeudopapæ, nefario invaſore, meretricis viribus Romæ pollente. Reliqua inferius ſuis locis.

Hoc anno habita eſt Synodus Confluentana in Gallia, de qua iſta apud Jvonem: (*c*) *Anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo duodecimo apud Confluentiam juſſu venerabilium Principum, Caroli videlicet & Henrici Regum reverendiſſimorum congregati ſunt Epiſcopi numero octo, Herimannus Agrippinenſis Archiepiſcopus, Theido Vvirzeburgenſis Epiſcopus, Luitharius* * *Mundanenſis Epiſcopus, Dodo Oſnaburgenſis Epiſcopus, Rihgnovunno Vvormatienſis Epiſcopus, Rithuvius Strazburgenſis Epiſcopus, Unuvanus Paderburnenſis Epiſcopus, cum Abbatibus, aliiſque ſacri ordinis viris quamplurimis. Qui ipſo cooperante, & ſententias eorum confirmante Domino Chriſto, in ſynodali reſidentes conventu, multa utilia ac ſanctæ Dei Eccleſiæ profutura ſaluberrimo tractantes conſilio, inter cœtera, quæ ſtatuerunt, hoc maxime neceſſarium, & inſtanti (proh dolor!) tempore per abuſionem frequentiſſimum cognationis inceſtum, ſumma cautela vitandum firmaverunt: hoc eſt, ne ullus Chriſtianus infra ſeptimam generationem nuptias copulare præſumat.* Hæc apud Jvonem. Præter hæc de ipſa nihil. Sed ad res Hiſpaniarum. XV.

(c) *Jvon. p.* 9. *c.* 66.

* Mindenſis.

In hunc uſque annum ſuperſtitem fuiſſe Regem Adefonſum Magnum, cum regnaſſet annis quadraginta ſex, ultra quatuor illos annos, quibus ceſſerat Garſiæ filio, ex veteribus monumentis, iiſdemque fide dignis, Ambroſius in ſupputatione temporum reliquis præferendus rerum Hiſpaniarum hiſtoricis, tradit, deque ejus ſepultura pluribus agit. Paulo enim ante obitum non ut Rex, ſed ut dux exercitus militans ſub Rege filio ingens modeſtiæ & animi ſubmiſſionis ſpecimen edens, in- XVI.

Obitus Adefonſi Magni.



genti victoria de Mauris potitus, dignus a Deo eſt habitus, qui triumphare deberet in cœlo. In quo uno potiſſimum Deus oſtendit, quantum poſſint arma Fidelium adverſus infideles, ſemper prævia pietate. Tenuit haud diu Regnum poſt patris obitum Garſias filius, infelix hæres parentis optimi: nam qui non expectata morte patris Regnum invaſit a Deo ultore poſt triennium ex hac vita ſubtrahitur, ut evenerit illi ſecundum ſacram parœmiam (*a*): *Hæreditas ad quam in principio feſtinatur, in fine benedictione carebit.*

(a) *Prov.* 20.

XVII. Cluniac. Ord. inſtitut.

Hoc eodem anno Berno Abbas ordinis S. Benedicti Gigniacenſis, Cluniacenſis cœnobii & inſtituti fundator moritur, in cujus locum Odonem hoc pariter anno fuiſſe ſubſtitutum, Sigebertus ponit in Chronicis. Inter ſanctos autem Abbates Cluniacenſes, Odonem, primo loco ejuſque ſucceſſores, Majolum Odilonem, Hugonem numerat ſanctus (*b*) Bernardus. Cæterum nec primus Odo, nec tantummodo recenſiti egregia ſanctitate floruiſſe narrantur, ſed ante Odonem, primus numeratur atque laudatur Berno Abbas, cui ſucceſſit Odo, & hujus ſucceſſor, qui ponitur Ademarus, & plurimum commendatur Hildeprandus, qui bis incitatus ut fieret Abbas, recuſavit ſemper, magis appetens obedire, quam præeſſe, ut teſtatur (*c*) Odilo cum ſancti Majoli prædeceſſoris vitam breviter ſcripſit, originemque Cluniacenſem repetens, iſta habet, deplorans monaſticum inſtitutum in Gallia remiſſum & dimiſſum; cum Deus, qui illud reviviſcere facerent, viros ſanctiſſimos excitavit, aitque: *Salutaris igitur propoſiti pernicioſa remiſſio, atque prolapſio ad illud uſque tempus latenter irrepſerat, quo favente Guilelmo Chriſtianiſſimo Aquitanorum Principe, beatæ memoriæ Abbas Berno in Burgundiæ regione, Maricenſi ceſpite, pagum, quem Cluniacum vocant monaſterium cœpit extruere, atque in ea ſtructura quantum potuit, operæ & ſtudii poſuit, tandemque piæ devotionis affectu, & multo labore ad laudabilem perduxit exitum. Ejus enim & merito & exemplo complures invitati, tranquillum vitæ monaſticæ portum expetunt, & ad Deum, contempto ſæculo, convertuntur, e quibus unum nobis commemorandum ſuſcepimus, quem multorum ſaluti deſtinatum fuiſſe, compertum eſt, Odo ille dictus eſt, vir ſane per omnia valde dignus, beatiſſimo Martino Turonenſi Epiſcopo devotiſſimus, & Turonenſis Eccleſiæ clericus atque canonicus.* De quo ita Sigebertus de illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus (*d*): *Odo muſicus ex archicantore Turonenſe monachus, & primus Abbas Cluniacenſis, in homiliis ſcribendis, & declarandis, & maxime componendis in honorem Sanctorum cantibus elegans ingenium habuit.* Hæc ipſe. Sed quod primum Abbatem Cluniacenſem ipſum appellat, eidem ſupra Odiloni repugnat, qui primum Abbatem

(b) *Bern. ad Gulielmum Abb. Clun.*

(c) *Extat apud Sur. die* 11. *Maii.*

De Bernone & Odone primis Abb. Cluniac.

(d) *Sigeb. eod. l. c.* 125.

PAGIUS IX. *Fundatio Abbatiæ Cluniacenſis.*

A num. XVII. ad XXII. Monaſterium *Cluniacenſe* a *VVillelmo* Comite in fundo proprio in Burgundia ſito anno nongenteſimo decimo conſtructum, ut legitur in Chronicis Ademari Malleacenſi, & quibuſdam aliis, & manifeſtum fecit ejuſdem Willelmi Charta, ſeu, ut vocant, teſtamentum apud Mabillonium Sæc. V. Benedict. In ejus fine legitur: *data tertio Idus Decembris, anno undecimo regnante Karolo Rege, indictione XIII.* Verum quidem eſt, annum XI. Caroli Simplicis non convenire cum indictione XIII. Kalendis Januariis anni CMX. inchoata; ſed, ut notat idem Mabillonius, ex multis Chartis liquet, annum illum Caroli Simplicis retinendum eſſe, & primum Caroli Simplicis annum ibidem deſumendum ab eo tempore, quo Regni Aquitanici quietus poſſeſſor factus eſt. Beatus *Berno* primus ejus Abbas variis jam præerat Abbatiis ſeu Cellis, Balmenſi apud Sequanos, Gigniacenſi in territorio Lugdunenſi poſitæ, aliiſque, quibus addidit Cluniacum, de quibus Monaſteriis legendus Mabillonius citatus. Sed corrigendus error, qui cubat in literis Formoſi Papæ Bernoni Abbati Gigniacenſi conceſſis, quibus quæ ei a Regibus data confirmat, *hac præſenti*, inquit, *tertia decima indictione*. In fine Epiſtolæ legitur: *Scriptum per manum Sergii Scrinarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in menſe Novembrio, indictione ſupraſcripta per manum Stephani Cancellarii Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, imperante Domino piiſſimo Auguſto Arnulfo a Deo coronato.* Cum enim Arnulphus an. DCCCXCVI indictione XIV. ante Septembrem notato prioribus ejuſdem anni menſibus a Formoſo Papa Imperator coronatus fuerit, iſque eodem anno in die Paſchatis e vivis exceſſerit, evidens eſt, loco, *indictione XIII.* legendum eſſe, *indictione XIV.* & loco, *in menſe Novembrio*, reponendum eſſe *in menſe Februario*. Primus omnium eas literas publicavit Baluzius Tom. II. Miſcell. ſed cum utroque mendo; ex quo & colligimus, Librarios olim non minus in menſibus, quam in numeris peccaſſe.

*VVillelmus* autem Comes cognomento *Pius*, cui primam originem Cœnobium Cluniacenſe debet, ut patet etiam ex teſtimoniis Sancti Odilonis in Vita Sancti Majoli, Glabri Rodulfi, & cæterorum, in ſuo teſtamento ſe *Comitem* ac *Ducem* abſolute dicit, ab aliis non paucis *Comes*, item & *Dux Aquitanorum* appellatur, quod eſſet ſuperioris Aquitaniæ, ideſt, Arvernorum Dux, & Arverni Aquitani dicerentur. Uxorem duxerat Willelmus *Ingelbergam* filiam Boſonis Burgundiæ Regis & ſororem Ludovici Orbi ejus filii, ut demonſtrat ejuſdem Willelmi charta a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. II. pag. 254. relata, qua donat *Sancto Launomaro* & Monachis de Magenciaco apud Arvernos bona quædam ibi expreſſa pro remedio animæ ſuæ, *ſed & Ludovici Imperatoris, & ſororis ejus dilectæ conjugis meæ Ingelbergæ* inquit Willelmus. In fine legitur: *Actum* X.

X. *Ejus Conditor fuit VVillelmus Arvernenſis Comes.*

tem loci illius Bernonem appellat, atque ejus ſucceſſorem Odonem fuiſſe, de quo ſic pergit: *Iſte igitur vir honeſtus, & valde utilis in regulari exercitatione probe inſtitutus, poſt ſupradicti patris Bernonis obitum ad monaſterii regimen multorum Fidelium electione ſucceſſit. Ut vero idem ipſe ad virtutum faſtigia conſcenderit, ſtudiis ejus id palam teſtantibus, Romanus orbis cognovit, &c.* Hæc de his Odilo, de ejus poſt hæc ſucceſſoribus ſubiiciens narrationem.

XVIII. Sic igitur non Odo, ſed Berno fuit primus inſtitutor & fundator Cluniacenſis monaſterii, qui cum eſſet (ut dictum eſt) Abbas Gigniacenſis Cœnobii, in cella ejuſdem Cœnobii fundavit Cluniacenſe Cœnobium ex bonis aviæ ſuæ Comitiſſæ, & ipſe ex Comite monachus, ut idem (*a*) Sigebertus teſtatur. Alio namque claruit tempore alius Berno Augiæ Abbas, vir doctrina inſignis, numeratus inter claros ſcriptores Eccleſiaſticos (*b*) Reperitur fuiſſe iſte Berno Hincmari Rhemenſis Eccleſiæ Epiſcopi diſcipulus, cujus meminit idem Hincmarus in epiſtola ad Æneam Pariſienſem Epiſcopum, quam unicam in bibliotheca Vaticana repertam, hic tibi edendam putavimus, perbrevem illam his verbis:

(*a*) *Idem an. 895.*

(*b*) *Idem de clar. ſcript. Eccleſ. c. 157.*

De Bern. Abb. Augienſe. XIX.

*Hincmarus nomine, non merito Rhemorum Epiſcopus ac plebis Dei famulus, dilecto fratri ac venerabili Epiſcopo Æneæ ſalutem.*

*Noſtri fratres de monaſterio S. Dionyſii per licentiam domni Abbatis Hludovici ad educandum atque erudiendum commiſerunt mihi quemdam adoleſcentem nomine Bernonem, quem veſtra fraternitas Acoluthum ordinavit. Propterea quoniam ſine veſtra licentia eum nolumus in noſtra Eccleſia diutino tempore immorari, petimus dilectionem veſtram, ut de illo nobis litteras canonicas faciatis, quatenus eum in noſtra Eccleſia poſſimus regulariter ordinare.* Ad illum vero ſic Æneas:

*Ve-*

PAGIUS *Actum anno Incarnat. Dominicæ DCCCCXII. indict. I. menſe Majo;* ſed loco, *anno DCCCCXII.* legendum, *anno DCCCCXIII.* quo menſe Majo indictio prima obtinebat. Miſit piiſſimus Comes ad Joannem Pontificem Romanum, qui confirmavit donum quod ille fecerat Monachis Sancti Launomari, in cujus literis Willelmus dicitur *Arvernorum Præſes*, & Ingelberga ejus uxor vocatur. Mabillonius has Joanni VIII. Papæ attribuit. Sed cum is ſæculo præcedenti in finem vergente vixerit, & anno CMXIV. Joannes X. Pontificatum inierit, anno nempe ab illa donatione proximo, non dubium, quin ad illum referendæ ſint. Ex quibus evidens eſt, hallucinatum eſſe Boucheum in Hiſtoria Provinciæ lib. 8. Sect. I. & alibi, qui credidit, Ludovici Orbi ſororem, cujus nomen ignorari ait, uxorem fuiſſe *Rothbaldi* primi Comitis Arelatenſis, ſive univerſæ Provinciæ Orientalis & Occidentalis, & ab illis Comitis Provinciales primæ ſtirpis originem duxiſſe. Hoc enim ex dictis falſum eſſe conſtat, præſertim cum in brevi Chronico Maſſiacenſi a Labbeo edito Tom. II. Bibl. pag. 733. ad an. DCCCCXIX. legatur: *Guillelmus famoſus, Dux Aquitanorum, & conjux ejus Ingelberga finem vivendi fecit.* Boucheus in Additionibus ad Tom. I. ait, *Ingelbergam* utrique ſucceſſive nubere potuiſſe; ſed id factum fuiſſe illi probandum incumbebat.

XI. *Primus ejus Abbas B. Berno.* Ritus Cluniacenſes a Bernone habuiſſe initium certum eſſe debet, tum ex dictis, tum ex Joanne in Vita Sancti Odonis Cluniacenſis Abbatis. Quare mirari ſubit, inquit Mabillonius in Elogio Hiſtorico B. Bernonis §. 7. cur Cluniacenſes tam parum illi hactenus tribuerint, adeo ut inter *ſui ordinis Principes & præceptores* non numerarint, teſte Sancto Bernardo, imo nec inter Cluniaceſes Abbates, recentiores non pauci. *Sic Sancti Odo, Maiolus, Odilo, Hugo*, inquit idem Bernardus in Apologia ad Guillelmum Abbatem, *quos ſe ſui utique ordinis Principes & præceptores habere gloriantur, aut tenuerunt, aut teneri conſuerunt.* Apud Petrum Venerabilem in lib. 6. Epiſt. 15. *Odo primus Cluniacenſis Ordinis Pater* laudatur. „ Et merito quidem „ iſte honos Odoni tribuitur, ſi plurimorum „ Monaſteriorum regimen & inchoatam ſo„ cietatem ſpectes: ſi ritus ipſos ac vigorem „ diſciplinæ regularis, non minus *Berno* quam „ *Odo* ejus rei auctor. Ceterum *Cluniacum* „ perfecit quidem auxitque *Odo*, *Berno* felici„ ter incœpit, eique per annos XI. præfuit. „ Porro in Bernonis gloriam cedere debet, „ quidquid *Odo* ejus diſcipulus egit, ſive „ ejus hortatu atque imperio, quales ſunt „ libri tres Collationum, flagitante *Turpio*„ *ne* Epiſcopo de mandato Bernonis Abbatis „ ab Odone ſcripti: ſive ex ejus inſtitutio„ ne: ſed nimirum *Odoni* id contigit adver„ ſus *Bernonem*, quod Sancto Bernardo Ab„ bati Claræyallenſi in Robertum & Stepha„ num primos Ciſtercienſes Abbates, quo„ rum *Bernardus* gloriam ſplendore ſuo ob„ ſcuravit. Hæc Mabillonius. Cæterum perperam Baronius num. XVIII. Bernonem Ordinis Cluniacenſis fundatorem confundit cum alio Bernone Hincmari Remenſis Epiſcopi diſcipulo; cum Berno Cluniaci fundator Burgundus fuerit, alter vero Eccleſiæ Pariſienſis Clericus, ut liquet ex Epiſtola Æneæ Pariſienſis Epiſcopi ad eumdem Hincmarum data, & a Baronio relata. Male etiam aliqui *Bernonem* noſtrum a Bernone Augienſi Abbate non diſtinguunt; cum tamen Berno Augienſis Abbas & Scriptor librorum *de Officio Miſſæ* Seculo ſequenti floruerit, annoque MXLV. mortuus ſit, ut videre eſt apud Labbeum in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. de morte Sancti Bernonis, cujus non meminit Baronius, ſuo loco agetur.

XII. *S. Geraldus Monaſterium Aureliacenſe condit.* Baronius num. XXI. meminit Monaſterii Aureliaci a *S. Giraldo* fundati & Monaſterii Dolenſis conditi ab *Ebbone* Principe qui maximam partem territorii Bituricenſis ſub ditione ſua tenebat, inquit Scriptor Patriarchii Bituricenſis Tom. II. Biblioth. Labb. cap. 52. Quoad *Geraldum* Comitem Aureliacenſem Sanctus *Odo* Cluniacenſis Abbas Vitam ejus quatuor libris elucubravit. Eſt autem *Aureliacus* oppidum, ſeu, ut loquitur Odo, caſtrum

apud



*Venerabili in Chriſto patri Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo Æneas ſanctæ Pariſienſis Eccleſiæ Epiſcopus in Domino ſalutem.*

XX. *Canonica atque Eccleſiaſtica ſancit auctoritas, ut nemo Epiſcoporum alterius Eccleſiæ ordinatum, ſine conſenſu vel litteris dimiſſoriis illius Epiſcopi, cujus ordinatus fuerat, in propria parochia retinere, aut ordinare præſumat. Hanc denique inſtitutionem ſanctorum Patrum pleniſſime retinentes, rogaſtis nobis quemdam Eccleſiæ noſtræ filium, & a nobis nuper Acoluthum ordinatum nomine Bernonem, qui cauſa diſcendi atque educandi veſtris in partibus quondam miſſus.* .... Hucuſque tantum in ſcripto codice Antonii Auguſtini, reliqua deſunt.

XXI. Quod ſpectat rurſus ad Cluniacenſe cœnobium erectum, in fragmentis Floriacenſis Chronici hæc leguntur: *His temporibus Guilelmus Comes Arvernorum & Dux Aquitaniæ Cluniacum fundavit cœnobium S. Giraldus Aureliacum fundavit monaſterium. Ebbo quidam Princeps partium Bituricenſium Dolenſe cœnobium ædificavit.* Hæc ibi, ut plane dicendum fuerit poſt duras hiemes: Flores apparuerunt in terra noſtra.

XXII. Conradus Rex in Saxonia primus poſt Caroligenas. Eodem quoque anno, defuncto Ludovico Rege Germaniæ, Conradus Dux in Regem elevatur, regnavitque annis ſeptem. In Ludovico autem finem accepit progenies Caroli in Regibus Germanorum. Ita veteres chronographi Adam & alii. Ludovico enim Arnulphi filio Caroli in Gallia regnantis fratrueli nullus fuit filius, adeo ut opus eſſet ex alia familia Regem quærere; & licet in Othonem Henrici patrem Ducem Saxoniæ vota omnium convenirent, ipſe ætate gravior recuſavit accipere & Conradum præpoſuit, quem elegerunt.

Hoc pariter anno Rollonem Ducem Nor- XXIII.



PAGIUS apud Arvernos ſitum, ubi celebre a Geraldo erectum eſt ejuſdem nominis Cœnobium, nunc ad S. Flori Diœceſim pertinens. Ejus originem Ægidius Laccarius revocat ad annum DCCCXCIV. in Singulari ſua de die & anno obitus & nativitatis ejuſdem Geraldi Diſſertatione. Geraldi amicitiam, immo & affinitatem ambiere clariſſimi quique Principes & inter eos *Guillelmus Dux Aquitanorum*, ut narrat Ademarus in Chronico ad an. CMX. *cum non haberet prolem, & ſororem ſuam in matrimonium deſideraret S. Geraldo conjungere, nullatenus quivit. Quippe cœlibem vitam Geraldus ducens, cum ſemper ad copulam ſuaderetur amore filiorum, reſpondit: Utile eſt ſine filiis mori, quam relinquere malos hæredes.* Plura ſuppeditabit Mabillonius de Sancto Geraldo Sæc. V. Benedict. pag. 6. & ſeqq. qui mortem ejus cum anno CMX. illigat. Colitur per totam Aquitaniam die XIII. menſis Octobris.

XIII. *Ebbo Dux Bituricenſis Monaſterium Dolenſe fundat.* In citato Patriarchio Bituricenſi dicitur, *Sanctum Daocium* Abbatem Reuviſii Monaſterii in Britannia Minori perſecutionis Normannicæ tempore SS. Gildaſii & aliorum Reliquias in Bituricenſe territorium detuliſſe, ubi *Ebbo Princeps* in ſuo Dolenſi caſtro magnificum Monaſterium ædificarat. Is *Daocii* poſtulatis annuens, in nemuſculo quod e regione caſtri Dolenſis ſitum erat, Monaſterium conſtrui juſſit, quod a Radulfo filio ejus poſtea ad perfectionem perductum, ibique corpus Sancti Gildaſii, aliorumque Reliquiæ repoſitæ. Locum hunc Willelmus & uxor ejus Ingelberga ex propriis rebus auxerunt, ut videre eſt apud Mabillonium Sæculo V. Benedict. pag. 83. & ſeqq. ubi de Monaſteriis hoc circiter tempore ædificatis verba facit.

XIV. Ad num. XXII. *Ludovici* Germaniæ Regis Arnulphi Imperatoris filii obitus anno ſuperiori contigit, ad quem Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam ſcribit: *Ludovicus Rex adoleſcens moritur & Ratiſpona* (ubi hodie ejus ſepulchrum in Eccleſia Sancti Emmerammi viſitur) *ſepelitur. Poſt quem deficiente noſtris in partibus ſtemmate Regia, Conradus filius Conradi Rex electus & unctus regnavit annis VII.* Ad annum etiam CMXI. mortem ejus referunt Marianus Scotus, Continuator Reginonis, Chronographus Monaſterii Sancti Galli, Hepidannus ejuſdem monaſterii Monachus, aliique. [1] Illo ſine prole defuncto, Caroli Magni poſteritas in Germania regnare deſiit, & ex Germaniæ Proceribus quærendus fuit, cujus humeris tanta moles imponeretur. Electus itaque *Conradus*, qui oneri Reipublicæ pares vires attulit. Goldaſtus Tom. III. Conſtit. Imperial. *Ludovicum* iſtum quartum hujus nominis Imperatorem appellat, qua in re aliquos ſectatores habuit. Sed certum eſſe debet, nullum appellatum fuiſſe Imperatorem Romanorum, qui a Pontifice Romano coronam Imperialem non acceperit. Edictum de Ritu manumiſſionis quod ipſemet pag. 300. in medium profert, ejus opinionem jugulat; in eo enim Ludovicus ait: *Hludouvicus divina favente gratia Rex*, &c. In fine: *data II. Kal. Jun. anno Incarnat. Domini DCCCCVI. indict. IX. Anno regni Domini Hludouv ci VII. Actum in Rotvvila feliciter.* Porro cum Willelmus Heda in Hiſt. Epiſc. Ultrajectenſ. pag. 73. referat chartam Conradi Regis, quæ dicitur *data VII. Idus Julii, anno Incarnat. Dom. CMXIV. indict. II. anno regni Conradi glorioſiſſimi Regis tertio*, apparet eum anno CMXI. poſt diem IX. menſis Julii in ſolium Regium evectum eſſe.

*Moritur Ludovicus Germaniæ Rex.*

XV. *Rollo Dux Normannorum baptizatur.* Ad num. XXIII. Franci a Normannis oppreſſi querulis clamoribus Carolum Regem cognomento Simplicem appetiere, qui eorum que-

NOTÆ [1] Diem & menſem Ludovici hujus emortualem ſupplet Albericus Monachus Trium fontium ſuo Chronico, in quo ad annum 912. notat: *Ludovicus Rex Germaniæ moritur, XII. Kal. Julii, qui propter tyrannorum in Italia inſolentiam & multam malorum ingruentiam non meruit Imperialem benedictionem.* MANSI

*Rollonis ad fidem converſio.*

Northmannorum Galliarum invaſorem, Chriſtianam religionem amplexatum, ſacro Baptiſmate initiatum, veteres Annales docent quos collegit Matthæus Veſtmonaſterienſis, qui rem geſtam pluribus narrat.

An-

PAGIUS

querimoniis permotus *Franconem* Archiepiſcopum Rotomagenſem ad Rollonem Normannorum Ducem miſit, promiſitque *terram maritimam ab Epta flumine, uſque ad Britannicos limites, cum ſua filia, nomine Giſla*, inquit Gemmeticenſis lib. 2. cap. 17. qui ait id factum, modo Rollo Chriſtianus efficeretur, additque: *quibus nobiliter expletis, Rex lætus ad ſua regreditur: & Rollo cum Roberto Duce ad Rothomagenſis urbis mœnia proficiſcitur. Anno igitur Incarnat. Dominicæ nongenteſimo duodecimo; benedicto fonte in nomine Sanctæ Trinitatis, Rollo a Francone Archiepiſcopo baptizatur. Quem Robertus Dux a fonte excipiens ei nomen ſuum impoſuit. Rollo autem, poſtquam baptizatus eſt, per ſeptem dies, quibus in albis manſit, Deum & ſanctam Eccleſiam devote datis muneribus honoravit. Nam primo die dedit terram præmaximam Sanctæ Mariæ Rotomagenſis Eccleſiæ. Secundo Sanctæ Mariæ Bajocenſis Eccleſiæ, &c. Octavo die expiationis ejus veſtimentis chriſmatibus exutus verbis cœpit adquiſitam terram metiri. Comitibuſque ſuis & cæteris fidelibus ſuis largiri. Videntes autem Pagani Ducem ſuum Chriſtianum eſſe relictis idolis, Chriſti nomen ſuſcipiunt, ac unanimes ad baptiſmum convolant.* Normanniam hoc anno a Corona Gallica divulſam Philippus IV. Francorum Rex poſtea recuperavit. Venerat in Franciam *Rollo* anno DCCCLXXVI. eamque per annos XXVI. devaſtarat. Baronius anno DCCCL. num. V. ait, Carolum Calvum Neuſtriam ſeu Normanniam eo anno Nomannis tradidiſſe. Verum *Rollo* tunc nondum in Franciam irruperat, & aliqua tantum oppida Normannis in regno Lotharingiæ eo anno conceſſa, ut ſuis locis oſtenſum.

XVI. *Mala Eccleſiæ Gallicanæ a Normannis illata.*

Quem in ſtatum Normanni, dum ſacra & profana igni ferroque vaſtabant, monaſteria redegiſſent, docent Patres Concilii Trosleiani anno CMIX. coacti dum cap. IX. aiunt: *de monaſteriorum non ſtatu, ſed lapſu, quid dicere vel agere debeamus, jam pene ambigimus. Dum enim mole criminum exigente & judicium a domo domini incipiente, quædam a Paganis* (nempe Normannis) *ſuccenſa vel deſtructa, quædam rebus ſpoliata, & ad nihilum prope ſint redacta, ſi tamen quorundam adhuc videntur ſupereſſe veſtigia, nulla in eis regularis forma ſervantur inſtituta. Sive namque Monachorum, ſeu Canonicorum ſeu ſint Sanctimonialium, propriis & ſibi jure competentibus carent Rectoribus, & dum contra omnem Eccleſiæ auctoritatem Prælatis utuntur extraneis, in eis degentes, partim indigentia, partim malevelentia, maximeque inhabilium ſibi Præpoſitorum faciente inconvenientia, moribus vivunt incompoſitis; & qui ſanctitati religionique cœleſti intenti eſſe, debuerant, ſui velut propoſiti immemores terrenis negotiis vacant: quidam etiam neceſſitate cogente monaſteriorum ſepta derelinquunt, & volentes nolenteſque ſecularibus juncti, ſecularia exercent, cum e contra dicat Apoſtolus:* Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus (2. Tim. 2. Paulo poſt: *Nunc in monaſteriis Deo dicatis, Monachorum, Canonicorum, & Sanctimonialium Abbates Laici, cum ſuis uxoribus, filiis & filiabus, cum militibus morantur & canibus.* Quare Normannorum converſio in magnum Eccleſiæ emolumentum ceſſit, ut ex iis quæ ſuis locis dicemus magis apparebit.

XVII. *Moritur Rodulphus Rex Burgundiæ Transjuranæ.*

Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam, ad annum CMXII. ſcribit: *Ungarii Bajoariam petentes, congregatis Bajoariorum & Alamannorum copiis, juxta fluvium Ine congreſſi magna ſtrage profligantur. Cometæ hoc anno viſi. Rudolphus Rex Burgundiæ obiit, & Rudolphus filius ejus regni illius jura diſpoſuit anno XXV.* ſed legendum, *annos XXV.* Transjuranæ Burgundiæ Regnum primus tenuit Rodolphus, & per annos viginti quatuor cum laude rexit, & ad poſteros tranſtulit. Ei *Rodulphus* filius hujus nominis II. ſucceſſit.

XVIII. *Obitus B. Nocheri Balbuli.*

Addit Hermannus Contractus: *Apud Sanctum Gallum Notkerus magiſter doctus obiit.* Is receptus admodum puer in monaſterium S. Galli in Helvetia poſitum primum *Yſonis*, deinde *Marcelli* Hiberni diſciplinæ commiſſus, huic in magiſterio ſcholæ clauſtralis ſucceſſit; ſicut ſocius ejus individuus *Ratpertus* in regimine Canonicæ, ideſt Clericalis juventutis extra clauſtra, ſucceſſerat *Yſoni*, quia in manaſterio ſancti Galli ſeptem liberalium artium ſtudium vigebat. *Habebat vir beatus defectum a pueritia, eo quod tardioris & impeditioris linguæ eſſet, ſed velociſſimus erat facundia ſpiritus*, inquit Ekkehardus Decanus San-Gallenſis in ejus Vita, in Actis SS. Bollandianis ad diem VI. Aprilis recitata. *Notkerus* varias compoſuit Sequentias, ideſt, rythmicas preces quales ad Miſſam ante Evangelium in Feſtis ſolemnioribus cantari ſolent. Sed præcipuum ejus Opus *Martyrologium* a Caniſio Tom. VI. editum, de quo alibi egimus. Mabillonius Sæc V. Benedict. ejus Elogium exhibet.



I. Annus Redemptoris nongenteſimus decimuſtertius, Indictione prima notatur, quo habetur conſignatum diploma illud memoria dignum Ragneri Ducis Lotharingiæ pœnitentis. Hic enim cum prius Eccleſiaſtica bona, nullo Dei timore coercitus, ſæpius invaſiſſet, ac deprædatus eſſet: tamdem pœnitens, in ſe reverſus, donatione ampliſſimi latifundii ſatisfaciens, ſuæ donationis diploma confecit, quo ſeipſum redarguens, & accuſans, vere pœnitentis poſteris reliquit exemplum: quod acceptum ex monaſterio ſancti Matthiæ Trevirenſis Eccleſiæ cuſum habetur inter monumenta antiquitatum commentarii Stemmatum Lotharingiæ iſtis verbis:

II. *Diploma de pœnitentia Ragneri Ducis.*

*In nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. Ragnerus omnibus Matris Eccleſiæ filiis, & eam filiali amore complectentibus ſalutem ab eo, qui medio terræ ſalutem humani generis operatus eſt eamdem ſalutem, in eodem loco, & etiam in pluribus aliis locis necdum deſinit operari.*

III. *Quia Deus corda multorum dura, & inflexibilia per infuſionem Spiritus ſancti in medio ventris ſui facit eſſe liquentia, ſicut & ea, medicamento charitatis appoſito, ad modum ceræ ante faciem ignis liqueſcens dimolleſcit. Noverit igitur diverſitas omnium præſentes litteras inſpectura ut rebus Deo dicatis fidem debitam reddat, ac deinde ab Eccleſiarum turbatione, audita noſtra fortuna, caveat: quod habita ſuper me terribili examinatione divina propter Eccleſias Dei a me injuſte & ſine cauſa oppreſſas ac vaſtatas, quare juſte mortem æternam merueram, ſed per ſuam miſericordiam, ipſe, qui non deſiderat mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur, & vivat; & qui eſt Deus non unius miſericordiæ, ſed Deus miſericordiarum ac totius conſolationis, me ſanans, tempus pœnitendi, & ſatisfaciendi locum dedit ſaluti meæ.*

IV. † *conſuetum apponi Regnum ſucceſſiones in diplomatibus: ab ipſo Ragnero, & aliis ejuſdem familiæ Ducibus, alia teſtantur ipſorum diplomata recitata ſingula in eodem commentario Stemmatum Lotharingiæ Ducum.*

*Ego, qui perſecutor Domini ac ſponſæ ſuæ Eccleſiæ fui, videlicet Ragnerus, qui non ſum dignus vocari Dux, ſed prædo, juſti ac boni Sadigeri filii Ferrici, filii Loberi, filii Lamperti, ex beato ſanctoque genere beatorum Martini, Clodulphi, Arnulphi filii * Arnoaldi, filii juſti Ducis Ansberti clari Romanorum Senatoris, filii Vamberti ſenis, filii Alberici, filii Clodii criniti, filii Pharamundi, filii Marcomiri, filii Clodii, filii Dagoberti, ex præclara Trojanorum familia orti Francorum Orienta-*

*Ann. Eccl. Tom. XV.* Dddd 2

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6406.

SÆC. X. Ann. Eræ Hiſpan. CMLI. Anno Hegiræ CCCI. inchoato die 7. Auguſti fer. 7.

☉ 26. C. ☽ 2. P. 28. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 913.

ANASTASII PAPÆ 3.

LUDOVICI III. IMP. 14.

CONSTANTINI VIII. IMP. 2.

A. C. 913. I. *Diploma Ragnero affictum.*

Ad num. I. & ſeqq. Nihil aliud Baronius hoc anno refert, quam Diploma *Ragneri* Lotharingorum Ducis, qui pœnitens quod bona Eccleſiaſtica ſæpius invaſiſſet, quandam donationem facit, in qua vere pœnitentis poſteris relinquit exemplum. Verum charta illa, ſicuti & plures aliæ quæ habentur in libro, cui titulus eſt, *Stemmatum Lotharingiæ ac Barri Ducum Tomi ſeptem*, mere ſuppoſititiæ ſunt, nec ullus ex eruditis hac de re hodie dubitare poteſt. Baronio itaque Scriptori oculatiſſimo fucum fecit impoſtor. Ragnerus enim Dux Lotharingiæ non fuit, nec *Ermengarda* Franciæ Regina uxor ejus extitit, ut in ea donatione fingit Roſierus a Baronio in margine indicatus. Blondellus in Opere, cui titulus, *Barrum Campano Francicum*, pag. 14. refert, hunc Auctorem anno MDLXXXIII. die XXVI. Aprilis, ore proprio crimen confeſſum, veniam ab *Henrico III.* Galliarum Rege petiiſſe, quod in ea Hiſtoria a ſe edita, contra Majeſtatis ſuæ ejuſque Deceſſorum honorem, ac Hiſtoriæ veritatem plura ſcripſiſſet, paratumque ſe exhibuiſſe ad eam, quam ejus Majeſtas vellet, pœnam ſubeundam. Beſlius vero in Tractatu de *Vera Origine Hugonis Italiæ Regis*, poſtquam locutus eſt de capitali ſententia, quam paſſus eſt, ſcribit eum ſummorum Regum & Imperatorum dolo malo Teſtamenta deleviſſe, interleviſſe, iis addidiſſe, detraxiſſe, teſtimonia falſa dixiſſe, & ſigna adulterina feciſſe. Quare Hiſtoriæ tot fabulis totque mendaciis oneratæ nulla fides habenda, quod & pluribus inculcat Spondanus anno MDLXXXIII. num. XII.

II. *Moritur Abdalla Hiſpaniarum Ameræ.*

Hoc anno vel ſub præcedentis exitum vivendi finem fecit *Abdalla* XXVIII. Amera Hiſpaniarum, cujus mortem Elmacinus lib. 2. Hiſt. Sarac. cap. 19. & Rodericus cum anno Hegiræ trecenteſimo copulant. Licet plures filios reliquerit, nullus tamen ei in Regnum ſucceſſit, ſed novo exemplo *Abderamen* filius Mahomet, ut inquit idem Rodericus Tolet. in Hiſt. Arabum cap. 30. qui ſubdit: *Quinquaginta annis regnavit, & fecit mutato nomine ſe vocari* Almunacer Ledinellæ, *quod interpretatur defenſor legis* Dei, *& fecit ſe communi nomine appellari* Amiramomeni *quod* Rex credentium *interpretatur. Hic fuit Rex potens, & honoratus, & gentes ſuas juſtitia, & judicio gubernavit*, &c. *Et per viginti annorum ſpatium, a bellis, & exercitibus non ceſſavit.* Fatetur etiam Elmacinus laudatus *Abderramen* primum fuiſſe in Hiſpania, qui Imperatoris ſeu Caliphæ nomen ſibi ad-

*talium & Occidentalium Regum & Ducum filius, providere cupiens, bonoſque paternos ac pios mores, quos impie deſideria effrænatæ libidinis ſequi volens, dereliqueram, iterum reſumens, ad iram Dei debite placandam, quam certe in me veniſſe fateor ob delicta mea, & faciliorem peccatorum meorum remiſſionem habendam, ac de bonis Eccleſiarum a me male & injuſte ablatis reſtitutionem juſtam ac bonam faciendam, conſilium Domini a longe pro poſſe faciens, dicentis (a): Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula: de bonis meis, non meis meritis mihi reſtitutis, ſed ſua ſola miſericordia, quæ dicit (b): Quacumque hora ingemuerit peccator, iniquitatum non recordabor. Et: Si fuerint peccata ejus ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, velut lana alba erunt. * Propterea (c): Petite ſcilicet juxte, & accipietis, quærite pie, & invenietis, pulſate reverenter, & aperietur vobis: aliquid in gazophylacio Domini cum Zachæo principe publicanorum ponere decrevi.*

(a) Luc. 16.
(b) Iſai. 1.
* præterea.
(c) Matt. 7.

*Igitur noverint omnes tam præſentes, quam futuri, quod ego ſupradictus Ragnerus prædo Lotharingiæ ſuperioris Moſellanicæ inferioris, Arduanæ, Moſelant, ſeu Hasbaniæ, Buillon, Alſatiæ, Metentium, Verdunenſiumque Princeps dominus & Dux immeritus per præſentes litteras, ob amorem acerbiſſimæ Paſſionis Domini noſtri JESU Chriſti, cujus ſanguine redemptus ſum, ac beatæ Mariæ Virginis Matris ejuſdem Domini, & reverentiam SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac glorioſi Matthiæ Apoſtoli martyris, necnon ſanctorum Epiſcoporum, & Confeſſorum Eucharii, Valerii, & Materni, libere, pure, ſine fictione & contradictione, cum magna cordis contritione reſtituere cupiens quæ injuſte rapueram: do reverendo patri ac domino Abbati & fratribus monaſterii S. Eucarii (quod modo dicitur monaſterium S. Matthiæ) extra muros urbis Creviricæ conſtructi, ac juxta flumen Moſſellæ ædificati, villam noſtram Bedeosdorf, cum omnibus appenditiis & allodiis. Item & curtes in Conehan ſuper Moſellam, quatenus ipſi, qui ſine intermiſſione coram Domino aſtant, jugiter offerentes ſacrificium laudis, &*

*die*

PAGIUS

adſcripſerit, & Anonymus Andaluſianus varia panegyricorum fragmenta refert, in quibus appellatur *Imperator fidelium, Magnus Calipha e domo Ommia, ſolus Calipha, ſolus Pontifex, qui longe ſuperat Almanſores, Rachides,* &c. Muhammedes Mahadis Africæ Amera Caliphæ nomen primus ſibi attribuere auſus, ut ante triennium diximus, ejuſque exemplo *Abderramen* in Hiſpania, idque uterque adverſus Calipham e familia Abaſidum Bagdadi reſidentem de celebri victoria a Chriſtianis de Abderramano reportata ſuo loco ſermo erit.

III. *Metaphraſtes Vitas SS. ſcribit.*

Hoc circiter anno *Simeon Metaphraſte* Vitas Sanctorum ſcribere cœpit, initio ducto a Vita S. *Theoctiſtes* virginis Lesbiæ, quæ vitam monaſticam in *Paro*, Græcorum inſula, coluit. Eam autem vitam ab eo poſt mortem Leonis Sapientis elucubratam, ipſemet in eadem evidenter inſinuat, cum ait: *In Cretam navigabam a Leone beatæ memoriæ eo miſſus, Leone, inquam illo vere fortunato Imperatore, qui ipſam Romanorum felicitatem ſecum videtur in ſepulcrum intuliſſe.* Ante illam vitam nihil adhuc Metaphraſte in literas miſerat. Michael enim Pſellus in ejus Officio, Ode VI. *Prima tua commentatio ex divina providentia, & colloquio facta eſt ſacri Senis & anachoretæ, Simeon admirabilis, quem in Paro inſula conſpexiſti*, τὸ πρῶτον σου σύγγραμμα ideſt, prima tua ſcriptio, primus liber vel primum Opus. Quare Allatius in Diatriba de Simeonum Scriptis pag. 57. perperam ſcribit Metaphraſtem ante vitam illam, quam inter alias ab eo editas primum locum tenere fatetur, alia ſcripſiſſe.

IV. *Vitas SS. Metaphraſes appellavit.*

Allatius tamen multa de Metaphraſte nos edocuit, quorum præcipua hic in ſummam contraham, & magis declarabo. Scriptiones ejus ſive ab ipſo ſive ab aliis vocatæ ſunt *Metaphraſes*. Pſellus in Acroſtichide canonis in eumdem: *Cano te, qui Metaphraſes ſcripſiſti.* Ode IV. *Scripturis incumbebas divinis confeſſor, & Sanctorum Vitas veſtigans, horum paſſiones, & certamina laudabas ſapientibus tuis Metaphraſibus*, ſic dictis, quod ex una phraſi, dicendique modo in alium delatæ ſunt. Hinc ipſe poſtea ſub *Metaphraſtæ* nomine poſteris innotuit. Maxime fallitur Lipomanus, qui tradit eum Vitas Sanctorum ex diverſis Auctorum libris in unum volumen redegiſſe; quæ alicujus Viri titulo erant inſcriptæ, eas ſub ſuo titulo reliquiſſe: rudi & inculto ſtylo deſcriptas multis laboribus & ſudoribus exornaſſe, & eruditione ſua expoliiſſe, quæ a nemine ſcriptæ fuerant, ſed quaſi per manum & traditionem a patribus acceptæ & pro veris habitæ; has ipſum eleganti ſtylo deſcripſiſſe, & legendas Eccleſiæ propoſuiſſe. Nam *Symeon* laborem omnem ad ſe aſſumſit, & ſive Vitæ illæ Auctorem præferrent, ſive rudi ſtylo congeſtæ Lectorem deterrerent, eas re ſemper immota manente ſuo ſtylo circumveſtivit, ut eodem omnes decore unoque genio fideles ad ſui lectionem allicerent. *Symeonis Stylitæ* Vitam ſcripſerat rudi ſermone *Antonius* illius diſcipulus *Theodoretus* elegantiſſimo; non contentus tamen Metaphraſte, ſuis eam luminibus de novo adornatam in publicum ire juſſit. *Stephanus Byzantinus* juſſu Epiphanii Vitam S. Stephani Junioris, qui ſub Copronymo vixit, collegit, & edidit, & Metaphraſte illius conſcribendæ denuo laborem ſuſcepit, & ſic de multis aliis. Rudiori ſtylo elucubratas non correxit, neque in aliquibus mutato ſtylo perpolivit, ſed omnes ex integro, ut de aliis fecerat, ſuo ipſe modo digeſſit. Multas etiam ex traditione acceptas, & quæ ſola memoria hominum fluctuarent, in ſeriem & ordinem redegiſſe, non eſt a veroſimili alienum.

Qua



*die, noctuque interpellare dignentur miſericordiam Dei pro me maximo peccatore, pro mea uxore domina Ermingarda Franciæ Regina jam ab humanis exempta, pro filiis ac filiabus meis tam vivis, quam defunctis, videlicet Giſilberto, Rigimiro, ſeu Recuino, Theodorico, Othone Comite, Pirardo Epiſcopo, Ermingarda, Bertha, Vigeberto, Hidelberto, Eva, Beatrice, Adella, Stephano, necnon pro toto populo a Domino ſua gratia mihi tradito, ac etiam pro redemptione animarum parentum meorum, prædeceſſorumque Ducum ac toto populo Chriſtiano. Et ut hæc meæ donationis ac teſtamenti mei auctoritas firmiter, ſine contradictione, ſeu hæſitatione a ſucceſſoribus meis obſervetur, in filiorum meorum vivorum, ac magnatum, totiuſque populi præſentia ſubter eam ſignavi, & ſigilli mei impreſſione ac appenſione juſſi roborari Data Treviris, nona die menſis Maii, anno ab Incarnatione Domini nongenteſimo decimotertio.* Subſcriptio autem ſic:

*Ragnerus Lotharingorum Dux & prædo, quia Eccleſiam Dei perſecutus ſum.* Hactenus ibi.

An-

PAGIUS

V. *Qua de cauſa Opus illud ſuſceperit.*

Qua de cauſa herculeum illum laborem in ſe ſuſceperit Metaphraſte, Pſellus laudatus in ejus Encomio his verbis aperit: *Qui autem ante hunc beatum virum res geſtas illorum ſcripſerant, non erant illorum aſſecuti magnificentiam; ſed partim quidem de iis erant mentiti, partim autem cum non poſſent rebus eorum reſpondentem afferre orationem, bonum illi conſcripſerunt, quod nec eſſet ulla de gratia ornatum, nec laude proſequendum, ut qui nec pulchram tribuerint ſententiam, nec cum verbis maxime decentibus, neque accurate deſcripſerint, neque ſævitiam & atrocitatem eorum, qui punierunt, neque Martyrum in dandis reſponſis prudentiam; quin etiam Monachorum adulterarunt exercitationem, ſimplicius, & quaſi temere, & ut accidit, referentes, quæ ſtudioſe ab illis facta ſunt. Hinc factum eſt, ut nonnulli ne legere quidem ſuſtinerent ea, quæ erant literarum mandata monumentis: aliis autem ea quæ dicebantur, præberent ridendi materiam: & compoſitionis inelegantia ſententiæ abſurdæ & nulla conſequentia, & dictio vilis & abjecta, erant, iis, qui audiebant, inſuavia, & odio habebantur potius, quam admittebantur, & propter, eos qui conſcripſerant, nobis, ludibrio habebantur admirabilia Chriſtianorum certamina atque trophæa: & omnes quidem aperte ſemper inſectabatur maledictis, eorum autem loco afferre meliora, aliis quidem propter eorum ſocordiam aliis autem, ut quod eſt opus perfectiſſimum & maximi ſtudii, & cui nec tota quidem viri vita ſuffecerit; nec vires aderant volentibus, nec iis qui poterant, voluntas: ſed non etiam admirabilis Simeon eodem modo, quo iis fuit affectus; ſed cum eis procedens ad reprehenſionem, deinde proceſſit ulterius & juvenile aggrediens facinus, vel felicem potius actionem, quam nullus omnium geſſit feliciter, per quam ille evaſit clarior omnibus qui erant ubique eruditis, & Deo conſecravit ea, quæ ſunt omnium pulcherrima; Martyrum certamina & curſus, & Monachorum abſtinentiam, & patientiam ornavit & decoravit: & eamdem quam illi adhibens benevolentiam, etiam gratias viciſſim accepit ab omnibus.*

VI. *Ejus in eo ſcribendo diligentia & prudentia.*

Non ita tamen adeo ſevere ſe geſſit; ut omnes omnium *Sanctorum* Vitas & laudes ante ſe ab aliis probatiſſimis Auctoribus ſcriptas rejecerit, & factis, decretiſque jugulaverit; ſed falſas, aut nequiter compoſitas, veluti indignas, quæ a piis legerentur voluntaria oblivione contrivit; ab aliis errata aliorum Codicum vel Scriptorum fide correxit, ſuoque ſtylo exornatas edidit; aliorum rem integram, nihil de ſententia immutans ſuo ſermone exornatas digeſſit: quæ tandem erant optime ſcriptæ, nec ſua ope indigebant, ita eas inter ſuas elucere, veluti ſydera, lapideſque pretioſos reliquit, quibus & ſuæ celebriores fierent, & piis hominibus, populoque acceptiores. Hinc frequenter inter ejus volumina occurrunt Orationes & Encomia in varias feſtivitates aliorum, uti Athanaſii Patriarchæ Alexandrini, Baſilii Magni, Gregorii Nazianzeni, & cæterorum. Scripſit porro Vitas Sanctorum Metaphraſte non vero collegit, & quas ipſe ſcripſit, eodem ſemper ſervato ordine cudit, ut aſſerit Baronius; iis etiam aliquando annexis cum primi Scriptoris nomine, quas ipſe comprobaſſet, nec immutaſſet. Et hinc plane videtur Vitas ita a Metaphraſte digeſtas fere ſemper eumdem modum in codicibus ſervare. Quare male dicitur, cum quis nobis in manus Codex pervenit, & in eo habentur Vitæ *Sanctorum*, nullo præfixo Scriptoris nomine illas Vitas haberi apud Metaphraſtem; cum variæ Collectiones illarum Vitarum Metaphraſtis non ſint, & conſequenter illas Metaphraſtem etſi non ſcripſerit, approbaſſe, vel ſaltem dignas exiſtimaſſe, quæ per manus hominum volitarent.

VII. *Multæ Vitæ SS. ei male adſcriptæ.*

Sed quaſnam *Metaphraſte* Vitas Sanctorum elucubravit? Hoc vero difficillimum eſſe diſcernere fatetur Allatius, qui ſimiles Vitas ad examen revocarat, & orationem & lumina in dicendo *Simeonis* optime callebat. Vindicavit ipſe multas huic Scriptori & genuinos ejus fœtus eſſe oſtendit; plures etiam enumeravit, quæ nonniſi per errorem ipſi adſcriptas fuiſſe demonſtrat. Aloyſius Lipomanus Epiſcopus Veronenſis, quas ſub ejus nomine reperit Græcas Sanctorum vitas, Latine verti curavit, ex quibus multas in ſuum Opus tranſtulit Laurentius Surius, qui tamen perperam tam in illis, quam in aliis Sanctorum Vitis non pauca immutavit, ut gratiores Lectoribus eſſent; hoc enim ab omnibus Viris eruditis improbatum. De Vitis Sanctorum a Metaphraſte ſcriptis recte etiam diſſerit Bollandus in Præfatione ad Tomum I. SS. menſis Januarii cap. 1. §. 3. de aliis Simeonis Operibus in ejus morte verba faciemus.

| JESU CHRISTI ANNUS 914. | JOANNIS X. PAP. ANNUS 3. | CONST. VIII. SOLIUS IMP. ANNUS 3. |
|---|---|---|

I. *Bulgaricum bellum per Symeonem Regem geſtum.*

ANnus Redemptoris nongenteſimus decimus quartus, Indictione ſecunda notatur, quo adverſus Conſtantinum Imperatorem Bulgaricum exoritur bellum obſidente Symeone eorum Rege Conſtantinopolim, cum repulſus ille, & in Hebdomum reverſus a Patriarcha Conſtantinopolitano tutore Imperatoris convenitur, & ad pacem componendam ſuadetur; eique annuens Symeon, ab eo benedictionem accipit, ipſique impoſito capitio pro corona: & convivio ab Imperatore acceptus, pace ſtabilita, donatus muneribus ad propria rediit. Hæc pluribus Curopalates, & alii ex ipſo eadem enarrantes. Verum pax haud diu conſtans fuit, Bulgaris Thraciam rurſus infeſtantibus; & Hadrianopolim invadentibus. Poſt hæc autem Patriarcha ipſe tutor Imperatoris per Zoen Auguſtam matrem Imperatoris e palatio eiicitur.

II. Eodem anno Joannes Apoſtolica auctoritate, quam uſurparat, Joannem Archidiaconum Eccleſiæ Capuanæ conſecrat Abbatem monachis Caſſinenſibus, defuncto Leone, tenuitque annis decem & novem ac menſes ſeptem, primum non ex gremio, ſed ex clerico redditum monachum, conſtitutum Abbatem. Cujus res geſtas Leo Oſtienſis ſtylo proſecutus eſt. (a) *Leo Oſt. l. 1. c. 56.*

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMLII. Anno Hegiræ CCCII. inchoato die 27. Julii fer. 4. A.C. 914.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6407.

☉ 27. B. ☽ 3. P. 17. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 914.

JOANNIS X. PAPÆ 1.

LUDOVICI III. IMP. 15.

CONSTANTINI VIII. IMP. 3.

I. *Bulgari Conſtantinopolim uſque excurrunt.*

AD num. I. Simeon Logotheta in Annal. in Vita Conſtantini Prophyrogenneti n. V. ait: *Auguſto menſe Symeon Bulgarus cum numeroſo fortique exercitu, Byzantium petit, ductoque vallo a mari ad mare, fore ut urbis potiretur plurimum confidebat. Innumera autem civium multitudine armorumque vi, ac munitionum præſidio, ſpe dejectus, pacis fœdera rogans, ad Hebdomum reverſus eſt. Tutoribuſque in rem pacis lubentiſſime annuentibus, Symeon liberique donis innumeris maximiſque liberaliter accepti, in regionem ſuam redierunt.* Quod ex Curopalate Baronius narrat. Verum geſta hæc anno CMXII. cum Symeon moriente Alexandro Imp. in armis fuerit.

II. *Græci Adrianopolim ab illis captam pretio redimunt.*

Tum num. VII. & ſeqq. Symeon Logotheta ſubdit: *Symeone Bulgaro Thraciam populante, rogavit Joannes Bogas, ut Patricii auctus dignitate, Patzinacas* (ita Dacos ſeu Tranſylvanos hodiernos ſuo tempore vocatos fuiſſe teſtatur Suidas) *in illum auxilio cogeret. Ad quos cum muneribus profectus, duxit in Urbem obſidens: pollicitis nimirum Patzinacibus ſe traiecturos, factaque impreſſione Symeonem debellaturos.* Paulo poſt: *Menſe vero Septembri, indictione tertia, Pancutraces Armenius Adrianopolim Symeoni prodidit. Haud diu poſt miſſus Baſilius Patricius cum multis muneribus, eam recepit.* Hæc ad præſentem annum pertinent, quo indictio tertia Kalendis Septembris exorditur. Luitprandus lib. 3. cap. 8. de Simeone Bulgarorum Rege hæc ſcribit: *Tunc Symeonem ἡμιάργον, ideſt, ſemigræcum eſſe ajebant, eo quod a pueritia Byzantii Demoſthenis Rhetoricam, Ariſtoteliſque Syllogiſmos didicerit. Poſt hæc autem relictis artium ſtudiis, ut ajunt, converſationis ſanctæ habitum ſumſit. Verum paulo poſt regnandi cupiditate deceptus, ex placida monaſterii quiete ad ſæculi procellam tranſiit, elegitque potius apoſtatam Julianum, quam beatiſſimum Petrum cœleſtis regni clavigerum imitari.*

III. *Principes literis hoc ſæculo dediti.*

Mirum autem hoc ſæculo literas adeo a Principibus cultas fuiſſe. Malmesburienſis enim lib. 2. de Reg. cap. 5. de Edoardo Anglorum Rege verba faciens hæc habet: *Edoardus filias ſuas ita inſtituerat, ut literis omnes ab infantia maxime vacarent; mox etiam colum & acum exercere conſueſcerent, ut his artibus pudice impubem virginitatem tranſigerent. Filios ita, ut primum eruditio plena literarum, in eos conflueret; & deinde quaſi Philoſophi, ad gubernandam Rempublicam, non jam rudes procederent:* & ſucceſſit e voto, nam præter *Ethelſtanum*, qui parenti ſucceſſit, & nobiliter regnavit, Edoardus alios duos *Eadmundum* & *Edredum*, e tertia conjuge, filios habuit, qui Angliam ſumma cum laude adminiſtrarunt, terrorem hoſtibus, civibus pacem, Eccleſiæ ſplendorem afferentes.

Hoc anno *Lando* Papa ſupremum diem obiit, eique circa finem menſis Aprilis Joannes X. ſucceſſit, ut legere eſt anno CMXII.



| JESU CHRISTI ANNUS 915. | JOANNIS PAP. X. ANNUS 4. | BERENGARII 1. CONST. VIII. SOLIUS 4. IMPP. |
|---|---|---|

I. *Sarraceni in Campania penitus extincti.*

ANnus Redemptoris nongenteſimus decimuſquintus, Indictione tertia ſequitur, quo Sarraceni, qui in Campania apud Garilianum diu multumque ſedes tenuerant maximo Chriſtianorum damno, debellati penitus profligantur, & in nihilum rediguntur. Quod primum ad tempus ſpectat, hoc anno id accidiſſe, conſignatum habetur in antiquo Chronico Caſſinate apud Leonem Oſtienſem verbis iſtis, re geſta jam narrata: *Hoc modo auxilio & miſericordia Dei, Sarraceni ab his partibus eliminati ſunt anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo decimoquinto, Indict. iii. menſe Auguſti.* Anno tertio abſoluto, & quarto inchoato (ut ſuperius habet) ex quo Joannes pſeudopapa Romanam Sedem (ut ait) invaſerat. Hæc de his, quæ ad tempus ſpectant, cujus in primis ratio habenda eſt, ut veritas firma conſiſtat, quæ temporum inconſtantia nutat.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMLIII. Ann. Hegiræ CCCIII. inchoato die 17. Julii fer. 2. A.C. 915.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6408.

☉ 28. A. ☽ 4. P. 9. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 915.

JOANNIS X. PAPÆ 2.

LUDOVICI III. IMP. 16.

CONSTANTINI VIII. IMP. 4.

I. *Saraceni poſt annos XL. ex arce Gariliani dejecti.*

AD num. I. & ſeq. Anno octingenteſimo ſeptuageſimo nono oſtendimus. Saracenos *Garilianum* incolere cœpiſſe anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, & inde per annos quadraginta Romam variis modis afflixiſſe. Anno vero ſequenti qui ultimus eſt illorum quadraginta, Saraceni ex illa munitione deturbati, ut mox oſtendam. Quomodo ſe res habuerit narrat Luitprandus lib. 2. cap. 14. aitque Joannem X. Papam conſuluiſſe *Landulfum* Beneventanorum & Capuanorum Principem, qui reſpondit, mittendum eſſe ad Græcorum Imperatorem, cujus Ditiones Saraceni etiam depopulabantur; & Camerinos atque Spoletanos ad auxilium invitandos, ac Imperatorem copias abſque mora claſſibus advehendas direxiſſe; *Cumque per Garelianum flumen conſcenderent, adfuit & Papa Joannes cum Landolfo pariter Beneventanorum Principe potentiſſimo* [1] *Camerinis etiam atque Spoletinis. Horrida denique inter eos pugna exoritur. Verum dum Chriſtianorum partem Pœni* (ideſt Saraceni Africæ) *prævalere conſpicerent, in Gareliani montis ſummitatem confugiunt, anguſtaſque tantum vias defendere moliuntur. Ex parte vero illa, qua difficilior erat aſcenſus, Pœniſque ad fugiendum aptior, Græci caſtrum die illa conſtituunt, in quo reſidentes Pœnos ne fugerent, obſervabant, quotidieque oppugnantes non mediocriter trucidabant. Græcis igitur Latiniſque quotidie confligentibus, Deo miſerante Pœnorum ne unas quidem ſuperfuit, qui non aut gladio trucidaretur, aut vivus continuo caperetur,* &c.

II. *Sed anno tantum ſequenti.*

Hadrianus Valeſius in Notis ad lib. 4. Carminis Panegyrici *de Laudibus Berengarii Aug.* contendit, Sarracenos non annis XL. ut ait Leo Oſtienſis, ſed LXX. Garilianum montem obtinuiſſe, quod in Annalibus Bertinianis dicantur *Saraceni, Maurique anno DCCCXLVI. quemdam montem centum ab urbe millibus munitiſſimum* (ideſt Garelianum) *occupaſſe*, & Lupus Protoſpatha in Chronico ſcribat, *anno DCCCCXVI. exiſſe Agarenos de Gariliano indict. IV.* cum tamen Leo Oſtienſis lib. 5. tradat, Saracenos ex Campania eliminatos eſſe *anno Dominicæ Incarnat. nongenteſimo decimo quinto, indict. III. menſe Auguſto.* Verum in uno tantum capite Leo Oſtienſis peccavit, in eo nempe quod Saracenos ab arce montis Gariliani hoc anno a Chriſtianis deturbatos fuiſſe ſcribat; cum, ut ſtatim videbimus, inſignis hæc victoria anno tantum ſequenti ab illis reportata fuerit. Ipſemet Leo errorem ſuum indicat, quando ait, id accidiſſe anno tertio Joannis X. Papæ, qui menſe tantum Auguſto ſequentis Chriſti anni inchoatur. Retinendus itaque menſis, cæterique characteres reiiciendi. Quoad numerum annorum quadraginta, quibus Saracenos arcem illam occupaſſe prodit, id in dubium revocari non poteſt juxta ea, quæ anno DCCCLXXIX. in medium attulimus; fruſtra enim Valeſius loco ex Annaliſta Bertiniano deducto innititur; cum anno DCCCXLVI. Principatus Capuanus nondum inſtitutus eſſet, & montem illum Saraceni a *Docibili*, qui Caietæ poſt *Pandenulphum* præerat, acceperint. Annaliſta itaque Bertinianus loquitur de aliqua alia Saracenorum in Garilianum montem irruptione,

NOTÆ [1] LAndolfus, qui cum *Atenulfo* ſeniore ab anno Chriſti 900. imperabat, demortuo A. D. 910. *Atanulfo*, Atenulfum ejuſdem *Atenulfi* filium conſortem ditionis fecit. Patet ex eorumdem privilegiis monaſterio *Caſinenſi* conceſſis quæ leguntur in Acceſſionibus ad Hiſtoriam Caſinenſem Eraſmi Gattulæ P. I. pag. 46. Alterum enim *Datum* legitur, *ſeptimo Idus Septembris, anno ſeptimo decimo Principatus Domni noſtri Landolfi glorioſi Principis, & Antipati Patricii. Nec non & ſeptimo anno Domni Atenolfi Principis & Patricii, indictione ſexta. Actum in Civitate Capua.* Eſt hic annus Chriſti 917. quo *Indictio ſexta* a Kal. Septembris decurrere cœpit; quare primus annus Landolfi exordium ſumit ab A. D. 900. & primus Atenulfi junioris ab A. D. 910. Aliud eorumdem privilegium pro eodem monaſterio: *Datum eſt ſeptimo Kal. Maias, anno vigeſimo octavo Principatus Domni noſtri Landolfi excellentiſſimi Principis, & anno octavo decimo Principatus Domni noſtri Atenolfi glorioſi Principis, indictione prima. Actum in civitate Capuana.* Indictio prima congruit cum A. D. 928. GEORGIUS

II. Porro quæ hoc anno ſunt finem conſequuta, plures ante annos ſunt pertractata. Quod enim iidem Sarraceni fœdere juncti eſſent cum Neapolitanis, Cajetanis, & aliis populis finitimis exceptis Capuanis, formidoloſi & invincibiles videbantur. Quamobrem in eo primum laborandum fuit, ut Chriſtiani Principes ab eorum ſocietate divellerentur omnino. Laboraſſe in his vidimus magnopere Joannem Papam Octavum, nec tamen penitus conſecutum quod voluit. Cumque res in deterius quotidie laberentur, id aggreſſus eſt facere Atenulphus Princeps Capuanus, qui ad Leonem Imp. tunc adhuc viventem filium ſuum Landulphum Legatum miſit: a quo perſuaſus Imperator miſit: Nicolaum Patricium in Italiam cum copiis, atque muneribus ad Principes Chriſtianos, nempe Patriciatus dignitatem ad Gregorium Neapolis Ducem, necnon ad Joannem Ducem Cajetæ, quos hac arte divulſit a Sarracenis. Contra vero curatum eſt, ut ſancto fœdere ſimul jungeret una cum iſtis Principem Salernitanum Gaimarium ſimulque Appulos atque Calabros. His autem acceſſerunt copiæ Joannis Papæ, qui cum Alberico filio Adelberti Marchionis Tuſciæ fœderatis ſe jungens, cum eodem venit in prælium. Quorum omnium ingenti numero Sarraceni vallati tribus menſibus ab iis obſeſſi, fame cogente erumpentes fugerunt in proximos montes, & ſilvas, quos Chriſtiani inſecuti, vix paucis elapſis, omnes interemerunt, dicto anno atque menſe. Iſta omnia in Chronico Caſſinate Leo Oſtienſis. Diſcrepat in his (a) Luitprandus, dum legationem ad Græcorum Imperatorem non a Principe Capuano, ſed ipſo ſuadente, a Joanne qui agebat, Pontificem miſſam tradit, additque hæc ad poſtremum: *Græcis igitur, Latinique quotidie confligentibus, Deo miſerante, Pœnorum ne unus quidem ſuperfuit (ita vocati Sarraceni, qui ex Africa venerunt) qui non aut gladio trucidaretur, aut vivus continuo caperetur. Viſi ſunt autem a religioſis Fidelibus in eodem bello ſanctiſſimi Apoſtoli Petrus & Paulus, quorum precibus Chriſtianos credimus meruiſſe, quatenus Pœnos fugarent; & ipſi victoriam obtinerent.* Hæc ipſe.

Chriſtiani Principes uniti adverſus Sarracenos.

(a) Luitp. l. 2. c. 14.

III. Quod ad Joannem Papam nuncupatum

PAGIUS

ne, ex quo non multo poſt a Chriſtianis dejecti fuerint. [1]

III. *Anno etiam ſequenti Berengarius Imperator dictus.*

Ad num. III. Baronii ætate quatuor Italicorum, ut vulgo vocant, Imperatorum tempora valde obſcura erant, indeque non mirum, ſi in iis digerendis paſſim offenderit. Anno CMIV. num. II. ait, *Berengarium* coronam imperii a Joanne IX. Pontifice Rom. violenter extorſiſſe, hoc anno iterum a Joanne X. inunctum fuiſſe Imperatorem, & quidem menſe Septembri, illudque ob auxilium ab eodem Berengario adverſus Saracenos huic Pontifici præſtitum. At hæc omnia veritati hiſtoricæ contraria. Neque enim *Berengarius* bis coronatus eſt Imperator, ſed ſemel tantum, ut jam anno CMIV. oſtendimus, & mox magis confirmabimus. Secundo, *Berengarius* anno tantum ſequenti eo honore a Joanne X. Papa affectus, ut non ſolum Lupus Protoſpatha, cujus verba num. præcedenti retulimus, evidenter indicat; ſed etiam tria ejus diplomata manifeſtum faciunt. Lupus quidem ad annum CMXVI. ait, ſolum *Saracenos* ex monte *Gariliano* dejectos eſſe; ſed nullus negaverit id contigiſſe ipſo anno, quo *Berengarius* Auguſtus renunciatus eſt. Tomo II. Bullarii Caſinenſis pag. 40. recitatur conſtitutio ejuſdem Berengarii, qua facultatem concedit monaſterio ſanctæ Juliæ Brixienſis ædificandi caſtellum in portu Ticini, quæ his verbis clauditur: *Data VIII. Kal. Junii anno Dominicæ Incarnat.* DCCCCXVI. *domini vero Berengarii ſereniſſimi Regis XXIX. imperii autem ſui primo, indictione IV.* Quamobrem cum non menſe Septembri, ut hactenus creditum fuit, ſed die Paſchatis Berengarius Romæ inunctus fuerit Imperator, ſi hoc præſenti anno contigiſſet, ſequenti VIII. Kalendas Junii non annum primum, ſed annum ſecundum numeraſſet.

IV. *Hæc epocha magis confirmatur.*

Adhæc Sigonius lib. VI. Hiſt. de Reg. Ital refert, *Berengarium* Papiæ cum eſſet *Kalendis Septembris* Eccleſiam Cremonenſem multis ab Hungaris detrimentis afflictam ac pene attritam nonnullis vectigalibus liberaſſe, & *Berengarium* ſcribere id a ſe factum, *regni ſui viceſimo nono, imperii vero adhuc primo.* Berengarius autem anno CMXVI. ante diem quartum menſis Martii annum regni XXIX. inchoarat, ut ſuo loco diximus, ideoque eo Chriſti anno die Paſchatis Imperator dictus fuerat, & menſe Septembri primus ejuſdem imperii annus in curſu erat. Anno CMXVII. tertii Diplomatis Berengarii ſubſcriptionem referemus, ex quo liquebit, eum alio anno Imperatorem inauguratum non eſſe, quam anno CMXVI. Turbat tamen ſubſcriptio Diplomatis ejuſdem Imperatoris Modætiæ dati *anno regni ſui triceſimo primo, Imperii vero quarto VII. Kalend. Januarias, indictione VII.* ut refert Sigonius loco laudato. Verum loco, *imperii quarto*, legendum, *imperii tertio*, iſque error librarjis attribuendus, cum ex quatuor ejuſdem Imperatoris, quæ ſuperſunt Chartis, iſtius in anno Imperii error detegatur.

NOTÆ [1] HOc anno celebratum fuit Concilium quoddam Cabilonenſe præſide Anſerio Lugdunenſi Archiepiſcopo, in quo lites quædam inter Eccleſiaſticos diremptæ ſunt. Hujus Synodi prior omnium meminit Petrus de la Lande in ſupplemento Conciliorum Galliæ; ſed plus aliquid de illo vulgarunt PP. Martene, & Durand Anecdot Tom. IV. col. 71. Actum eſt autem ut ibidem legitur, anno 915. Indict. III. MANSI



tum ſpectat, potuit contigiſſe, ut qui invaſor, fur, & latro ingreſſus erat, accedente Cleri conſenſu, haberi cœperit legitimus Romanus Pontifex; cujus quidem rei argumento ſunt legationes ex diverſis orbis partibus ad eum miſſæ, magis vero cultus fuit, cum ejus opera Sarraceni, ita ut audiſti, ſunt extincti. His quam feliciſſime prœliis confectis, eodem anno Berengarius ab eodem Joanne agente Pontificem Imperator inungitur menſe Septembri; quod ejus plura (a) diplomata atteſtantur: quod factum ab eodem Pontifice putatur, ad

Berengarius Imp.

(a) *Sigon. eadem citat de Regno Ital. l. 6. hoc anno.*



PAGIUS

V. *Berengarius die Paſchatis coronatus.*

*Berengarium* vero a Joanne Papa IX. Imperialem coronam non extorſiſſe, neque in præmium eam illi a Joanne X. quod Saracenos viciſſet, collatam, nec denique id menſe Septembri factum eſſe, ſed die Reſurrectionis Domini, docet nos Poeta Anonimus ab aliquot annis ab Hadriano Valeſio publicatus, & Notis illuſtratus, in Carmine Panegirico *de Laudibus Berengarii Aug.* Poeta enim lib. 4. de Berengario ait:

*Qui licet effuſos toto egerit Orbe triumphos,*
*Cluſerat imperii nec dum diademate vultum,*
*Romana ſteterat rutilus nec veſtibus Aula,*
*Induperatorum ſolito de more parentum.*
*Cur? Niſi quod viciſſe dolos virtute decebat,*
*Ad ſummum tranſire gradum, niſi ſæpe vocatum?*
*Summus erat Paſtor tunc temporis Urbe Joannes,*
*Officio affatim clarus, ſophiaque repletus,*
*Atque diu talem merito ſervatus ad uſum.*
*Quatenus huic prohibebat opes vicina Charybdis,*
*Purpura quas dederat majorum ſponte Beato,*
*Limina qui reſerat caſtis rutilantia Petro.*
*Dona duci mitti ſacris advecta miniſtris,*
*Quo memor extremi tribuat ſua jura diei*
*Romanis, fovet Auſonias quo numine terras,*
*Imperii ſumpturus eo pro munere ſertum,*
*Solus & occiduo Cæſar vocitandus in Orbe.*
*Talibus evictus precibus, jubet agmina Regni*
*Quis cum bella tulit, quiſcum ſacra munera pacis.*
*Affore, qua tanti greſſum comitentur honoris.*

VI. *Hucuſque fuerat tantum Rex Italiæ.*

*Berengarius* itaque poſt excæcatum *Ludovicum*, ac tot tantaſque de hoſtibus relatas victorias, nondum tamen factus erat Imperator: nondum coronam deſuper clauſam acceperat Romæ ab Epiſcopo Urbis, coronam nempe Imperialem ἐπανώκλειστον, Anaſtaſio Biblioth. dictam, quæ a Regia differebat, & quam idem Anaſtaſius in Conſtantini Copronymi Imperii anno XXVIII. a ſimilitudine *galeam* appellavit. Undique enim clauſa erat & ſolida, ac totum caput ambiebat, tegebatque caſſidis modo, variis gemmis & multiplici ſerie magaritarum ornata quales coronas in capitibus cum aliorum Imperatorum Romanorum recentiorum, tum maxime *Theodori Laſcaris* poſterioris, *Michaelis Palæologi*, & *Andronici Palæologi* ejus filii, obſervare eſt ut Hadrianus Valeſius in Notis ad librum illum IV Poetæ, animadvertit. *Berengarium*, inquit Poeta, niſi victis vi hoſtibus, & niſi prius a Romanis vocatum ſæpe ac rogatum, pervenire non decebat. Rogatus eſt a Joanne X, quia *Charybdis* Romæ propinqua, mons nempe *Garelianus*, a Saracenis occupatus eum privabat opibus, rebuſque, quas majores *Berengarii*, Reges Francorum, Imperatoreſque Romanorum beato Petro ſeu Eccleſiæ Romanæ donarant, *Joannes X.* dona miſit *Duci*, ſeu Berengario, per Preſbyteros aut Diaconos Eccleſiæ Romanæ, eumque precatus eſt, ut memor diei Judicii Eccleſiæ Romanæ res ſuas a *Saracenis* direptas reſtitueret, pro tanto beneficio Imperium Romanum conſecuturus, & *ſolus in Occidente Cæſar* futurus, quia *Ludovicus* Boſonis filius Regno Italico inhabilis erat, aut forte Imperatorium nomen ei fuerat ablatum. Victus precibus & muneribus *Joannis Papæ* Berengarius Rex copias omnes ſuas adeſſe jubet, qui ipſum Romam iturum ac diadema nomenque Imperatorium recepturum comitentur.

VII. *Pompa & dies ejus inaugurationis.*

Deſcribit poſtea Poeta quanta pompa *Berengarius* Romæ exceptus fuerit, Franci Langobardi, Saxones, Anglique in ſcholas turmaſque diviſi patria quiſque lingua laudes ei dixere, & *Petrus* Papæ frater ac *Theophylacti* Conſulis Romanorum filius illum ad Joannem Pontificem deduxere; in gradibus Baſilicæ B. Petri Apoſtoli, vel in atrio ſuper gradus ejus Baſilicæ ſedentem. Poſtquam gradus omnes ejuſdem Baſilicæ conſcendit Berengarius, *Joannes* X. qui in ſella aurea conſidebat, aſſurrexit Regi demum, eumque oſculatus eſt. Poſt Baſilicæ ingreſſum & factam a *Berengario* Profeſſionem, fuſaſque ad ſepulcrum B. Petri preces, *Joannes Papa* ei in Palatio ſuo cænam exquiſitiſſimam dedit, tandemque die Dominicæ Reſurrectionis, ſeu Paſchatis, quo die Chriſtus, Deus & homo, e ſepulcro ſuo ſurrexit, cum corona Imperiali exornavit, & *Berengarius* litteras dedit, quibus omnium ſuperiorum Principum donationes confirmabantur, & quicumque pagi ſeu regiones, ac urbes Baſilicæ Sancti Petri datæ olim fuerant a Pippino. & a Carolo Magno, a Berengario Auguſto eidem Baſilicæ ac Joanni Papæ concedebantur, & nominatim exprimebantur. Quæ pluribus Poeta canit, ex quo hos tantum Verſus referam:

*Templa petit Ductor poſt hæc, ubi fercula dono*
*Paſtoris digeſta nitent. Setina propinant,*
*Ac (decet ut Regem) variant tuceta miniſtri.*
*Mox croceis mundum lampas phœbea quadrigis*
*Luce Deus qua factus homo proceſſit ab antro*
*Tumbali, perflat. Populus concurrit ab Urbe,*
*Cernere veſtitum trabea imperiique corona*
*Auguſtum*, &c. & paulo poſt:
*Lectitat Auguſti conceſſos munere pagos*
*Præſulis obſequio gradibus ſtans Lector in altis,*
*Cæſare quo norint omnes data munera, prædo*
*Ulterius paveat ſacras ſibi ſumere terras.*

*Berengarius* itaque ſacra Paſchatis die, qua Chriſtus ex tumba ſeu ſepulcro ſurrexit, anno ſequenti die XXIV. Martii celebrata, a *Joanne X.* Imperatoriis inſignibus donatus, quibus nun-

referendam gratiam ob auxilium impetratum in bello adverſus Sarraçenos ſuſceptum, atque feliciter confectum.

IV. *Ordonius Rex Legionenſis.* Quo etiam anno Ordonius filius Adefonſi Magni, defuncto fratre Garſia, regnare cœpit, qui & primus tranſtulit Regni ſedem Oveto Legionem, & appellatus eſt Rex Legionenſis, non amplius Aſturicenſis. Idemque convocata Synodo duodecim Epiſcoporum, ibidem ſolemni ritu ſacram unctionem, qua ungi conſuevere Reges, accepit, pietate inſignis, dum Regiam in baſilicam cathedralem convertit, hæcque ſecundo vel tertio ſui Regni anno facta eſſe, Ambroſius Morales exiſtimat, quem conſulas. Porro ſub eodem Rege (ut ex recta temporum ratione Ambroſius ipſe colligit) duo inſignes ſanctitate Epiſcopi ex hac vita migrarunt, nempe Attilanus Epiſcopus Zamorenſis, & Gennadius Epiſcopus Aſturicenſis. Attilanus autem ab Urbano II. reperitur inter Sanctos eſſe relatus.

V. Quo item anno S. Hogerus Archiepiſcopus Hamburgenſis, cum ſediſſet annos ſeptem, ex hac vita migravit ſanctitate celebris, cum Eccleſia Saxoniæ eo tempore ab irruentibus undique hoſtibus magnopere vaſtaretur. De his enim hæc Adam antiquus chronographus: (a) *In diebus illis immaniſſima perſecutio Saxoniam oppreſſit, cum hinc Dani, & Slavi, hinc Bohemi, & Ungari laniarent Eccleſias. Tunc parochia Hamburgenſis a Slavis, & Bremenſis Ungarorum impetu demolita eſt. Interea Confeſſor Dei Hogerus obiit, & ſepultus eſt in Eccleſia S. Michaelis cum deceſſore ſuo, anno Domini nongenteſimo decimoquinto; decimotertio Kalend. Januarii ejus depoſitio habetur. Hujus corpus Epiſcopi cum poſt annos centumviginti, diruta ſenio cappellula quæreretur, præter Cruces pallii & cervical Epiſcopi nihil potuit inveniri. Et credimus reſurrectionem hujus impletam eſſe, quod alias traditur in Davide & Joanne Evangeliſta contigiſſe veraciter.* Hæc ipſe, a nobis relata ad ſignificandam potius ejus ſanctitatem, ut talis de eo opinio haberi potuerit, quam ut ejus ea de re ſententiam certam probemus. De ejus ſucceſſore agendum anno ſequenti; deque iis quæ tunc adverſus Eccleſiarum incenſores divinitus contigere.

(a) *Adam l. 1. c. 45.*

*Saxonum Eccleſia dira perſecutione vexatur.*

Re-

PAGIUS nunquam antea ornatus fuerat, non ob Saracenos adjutorio ejus monte *Gareliano* depulſos, ſed ut Barbaros inde deiiceret, Eccleſiamque Romanam eorum vexatione, incurſionibuſque liberaret, tanto beneficio in anteceſſum eſt obligatus. Fiorentinius in Comment. de Rebus ad Mathildem Comitiſſam ſpectantibus, lib. 3. pag. 33. chartam refert in archivio Epiſcopali Lucenſi aſſervatam, in qua legitur: *Dum domnus Berengarius ſereniſſimus Rex pro timore Dei, & ſtatum omniumque ſanctarum Dei Eccleſiarum electorum populi hic Italicis adjuvantibus animæque ſuæ mercedem juſtitiam adimplendam partibus Romam ire,* & reliqua eadem barbarie ſcripta. Hæc cauſa profectionis a Berengario Rege ſuſceptæ. Addit Fiorentinius, cum in Actis publicis uſque ad menſem Martium anno CMXVI. Regem appellari, & poſtea in iiſdem legi, *anno Berengarii Imperatoris primo.* Quare Berengarium die Paſchatis ſequentis Chriſti anni coronam Imperialem accepiſſe, certum impoſterum eſſe debet.

VIII. *Obitus Garſiæ Regis Hiſp.* Ad num. IV. *Garſias* Aſturiarum Rex, cujus mortem Baronius ex Ambroſio Morale in præſentem annum confert, jam e vivis exceſſerat anno nongenteſimo duodecimo. Yepius enim in Appendice Tom. IV pag. 435. recitat Privilegium ab Ordonio II. Rege ac fratre in gratiam monaſterii Sancti Martini Compoſtellani datum & a *Gelviræ* Regina hujus uxore confirmatum, *die quinta Kalend. Julii, currente era CML.* anno ſcilicet Chriſti CMXII. quare eo Chriſti anno *Ordonius* II. regnare cœperat.

IX. *Floret S. Gennadius Epiſc. Aſturicenſis.* *Ordonio* II. regnante inter alios Sanctos Epiſcopos floruit *Sanctus Gennadius* Aſturicenſis Epiſcopus, qui antea Abbas fuerat Monaſterii Montani ſancti Petri, ut hodie appellatur, quique poſtea quamplurima monaſteria condidit, ex quibus præſtantiſſimi Viri prodiere, qui temporum ac barbaricæ impreſſionis jacturas ſarciere. Yepezius Tom. II Chronici memorat quadraginta circiter Cœnobia in Epiſcopatu Aſturicenſi ſita, quorum maximam partem *Gennadio*, primiſque ejus diſcipulis acceptam tribuit. Aliquot ante mortem annis Epiſcopatum dimiſit, *& in ſecretum montem Silentii* ſeceſſit, ut Monachorum & Eremitarum, qui montem illum occupaverant, ſocietati jungeretur, ut ipſemet aſſerit in Charta data *primo Octobris, æra DCCCCLVIII*, anno ſc. Chriſti DCCCCXX. Ejus teſtamentum dicitur factum & confirmatum *æra DCCCCLIII.* anno nempe Chriſti DCCCCXV. Ex eo diſcimus, *Saracenorum* incurſionibus peſſundata monaſteria, *Gennadii* ſtudio & exemplo pluribus in locis excitata fuiſſe. Plura de eo habent Mabillonius Sæc. V Benedict. & Papebrocius ad diem XXV. menſis Maii. Annus ejus emortualis incertus; certum tamen eum perveniſſe ad annum nongenteſimum viceſimum, poſt quem diu ſuperſtes non fuit.

Ad num. V. *Sancto Rimberto* magni Anſcharii ſucceſſori in Metropolim Bremenſem ſuffectus eſt *Adelgarius*, qui in Chronico Magdeburgenſi dicitur mortuus *anno DCCCCIX.* Huic datus eſt Adjutor *Hogerus*. Teſtatur Adamus Bremenſis cap. 42. Adalgario adverſatum eſſe *Hermannum* Colonienſem Archiep. quo agente *Brema* jampridem Metropolis, *Coloniæ*, *ſuffraganea facta eſt*, perſeveravitque ſub Hogero, *conſentientibus iniquis decretis Formoſo Papa & Arnulfo Rege*. Poſtea tamen Sergius Papa *calumnias*, ideſt querelas, *Adalgarii miſeratus Privilegia Eccleſiæ Bremenſis renovavit. Migravit anno Domini CMIX. VII. Idus Maii*, Adalgarius ſcilicet, *Hogirus* vero anno Domini CMXV. ut habet idem Adamus. X. *Moritur Hogerus Archiep. Bremenſis.*



I. Redemptoris annus nongenteſimus decimusſextus, Indictione quarta incipit, quo Ungaris ſive Unnis Saxonum Eccleſiam devaſtantibus inter alias Bremenſem comburentibus, divina ſunt oſtenſa adverſus incenſores prodigia, cum Hogero ſucceſſiſſet Reginuardus, cujus tempore hæc contigiſſe, Adam ſic enarrat: (a) *In diebus illis grande miraculum fertur a poſteris Bremæ contigiſſe. Ungarios ſcilicet incenſis Eccleſiis, ſacerdotes ante altaria trucidaſſe, Clerum vulgo mixtum aut impune occiſos, aut doctos in captivitatem. Tunc etiam Cruces a paganis truncatæ ludibrio habitæ, cujus ſigna furoris uſque ad noſtram ætatem duraverunt. Sed Deus zelotes, cujus paſſio ibi deriſa eſt, incredulos abire non paſſus eſt inultos. Nam ſubito & mirabilis orta tempeſtas a ſemicremis Eccleſiarum tectis ſcindulas elevavit, quas in facies atque ora paganorum rotans, dum fugæ præſidium quærunt, aut in fluvium præcipitari compulit, aut in manus civium concludi.* Hæc ipſe adeo deteſtatus paganos Cruces frangentes, atque ludibrio afficientes. Quid ſi iſta tempora prævidiſſet, cum non a paganis, vel exteris hoſtibus, ſed ab ipſis Saxonibus Chriſtianis proh pudor! Hæc & his deteriora adverſus ſanctiſſimas Cruces & ſanctas Eccleſias fieri contigerunt: plane paganis ſceleſtiores ſuos Saxones deploraſſet, & conclamaſſet. Sed ſpes eſt, ut priſtinæ fidei memores, majori accenſi ardore reſipiſcentes, iſta condemnent, atque cum fœnore emendent. Potuit ad tempus Fides Catholica apud Chriſtianiſſimos Saxones pravorum hominum opera jacturam pati: ſed extingui penitus (quod Deus avertat) numquam crediderim. Quem vero ſucceſſorem habuerit Reginuardus, qui vix annum ſedit, dicetur ſuo loco anno ſequenti. Hac pariter Hunnorum incurſione Auguſtanam Eccleſiam incenſam penitus ac devaſtatam fuiſſe ſub Hiltino ejus Epiſcopo, in vita S. Udalrici ejus ſucceſſoris, qui incenſas Eccleſias reſtauravit, deſcribitur.

(b) *Adam l. 2. c. 46.*

*Bremenſis Eccleſia quæ paſſa ab Hunnis & quid ipſi a Deo.*

II. ☞ Quod ad res pertinet Orientis, hoc anno, qui numeratur decimus quintus ab exilio Nicolai Conſtantinopolitani Patriarchæ, idem ipſe una cum Imperatore Legatos miſit ad Joannem Papam pro ineunda perfecta concordia cum Romana Eccleſia: deditque eis epiſtolam ad eumdem Pontificem, quam acceptam una cum aliis ab Aloyſio Lolino Epiſcopo Bellunenſi amico noſtro, hic deſcribimus.

*Joanni beatiſſimo Papæ &c.*

*Quot quantiſque ærumnarum fluctibus per XV. annos jactati ſimus (tot enim plus minus effluxere, ex quo primum ſcandala Eccleſiam* * *CP. pervagata, omnia turbarunt) & meminiſſe mihi permoleſtum eſt, beatiſſime Pater, & memorari ſcienti tibi ſupervacuum. Læta potius amicis, & coexcubitoribus impartiri*

* *Conſtantinopolitan.*



PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMLIV. Anno Hegiræ CCCIV. inchoato die 5. Julii fer. 6. A.C. 916.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6409.

☉ 1. GF. ☽ 5. P. 24. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 916.

JOANNIS X. PAPÆ 3.

BERENGARII IMP. 1.

CONSTANTINI VIII. IMP. 5.

I. *Magna diſſidia ex quartis nuptiis Leonis Imp. orta.* Ad num. II. *Sanctus Nicolaus* Patriarcha Conſtantinop. non hoc anno, ſed anno nongenteſimo viceſimo una cum Imperatore Legatos miſit ad *Joannem X.* Papam pro perfecta concordia inter Clerum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ conſtituenda. In Epiſtola enim ad eum data, & a Baronio recitata ait: *Quot quantiſque ærumnarum fluctibus per XV. annos jactati ſimus (tot enim plus minus effluxere, ex quo primum ſcandala Eccleſiam Conſtantinop. pervagata, omnia turbarunt) & meminiſſe mihi permoleſtum eſt beatiſſime Pater, & memorare ſcienti tibi ſupervacuum.* Illi autem anni XV. deſumuntur a Nicolao ab anno CMVI. quo Leo Sapiens quartas nuptias in facie Eccleſiæ celebravit, & Zoem Auguſtam dixit. Subdit enim Nicolaus animorum conjunctionem coalituram, *eum judicatum fuerit concorditer quartum connubium quod diſſenſiones & ſcandala in Eccleſiam invexit.* Baronius autem qui nuptias Zoes & Leonis Sapientis cum anno CMII. illigavit, ex conſequenti has literas ad præſentem annum retulit, qui tamen anno CMXX. de redintegrata inter utramque Eccleſiam concordia accurate egit.

II. *Floret S. VViborada Recluſa.* Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam ad annum CMXVI. ſcribit: *Ungarii item egreſſi inter alia mala totam pene Alamanniam igne & gladio miſerabiliter vaſtant. Ipſo anno apud Altheim Synodus, habita. Apud S. Gallum B. Virgo VViborada arctius incluſa.* *VViboradam* hoc anno recluſam fuiſſe teſtatur etiam Hepidannus Monachus Sancti Galli in brevibus Annalibus ad hunc Chriſti annum, ubi more Teutonico *VViberat* appellatur. Recte autem ait Hermannus Wiboradam *arctius* nunc incluſam fuiſſe, quia, uti ſupra oſtendimus, jam ante annum CMVIII. illud vitæ genus ibidem ducebat. Celebre quondam apud Benedictinos fuit *Recluſorum* inſtitutum, ut notat Mabillonius in Sæc. V. Benedict. quos inter *Hoſpitius* Niciæ illuſtris extitit, & ante eum *Philumenus*, cui Nilus Senior lib. 2. Epi-

tiri juvat, Eccleſiæ nempe pacem ſubſecutam, conſpirantemque omnium ordinum in his, quæ ſunt fidei, conſenſum. Cum enim in eo eſſet res, ut nulla amplius ſpes humanis experimentis noſtra metientibus ſupereſſe videretur: affulſit ſubito illa captum omnis intellectus ſupergreſſa pax, Dominus ſcilicet Deus noſter JESUS Chriſtus, qui ſævam illam hiemem atque tempeſtatem communis hoſtis opera coortam, in ipſa Halcyonia mutavit: adeo ut nullum penitus diſſenſionis veſtigium remanſerit, nulla odii cicatrix: omnes velut ex condicto veterum obliti idem plane ſentiunt; omnes ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ eos obviis ulnis diu expectarat, optatiſſimum eunt in amplexum. Et noſtræ quidem ita ſe res habent. Verum quia & veſtram fraternam dilectionem, cujus erga nos officia temporum difficultatibus intermiſſa ſunt, expetimus, & conſuetam Eccleſiis unionem exoptamus: ideo has ad vos dare litteras decrevimus, ut omnis offenſionis memoria depoſita S. V. * ad ſinceram amicitiam, atque conjunctionem animorum, paſtoribus populorum debitam provocaremus; quæ tum demum miſſis hinc inde Legatis coaleſcet, cum judicatum fuerit concorditer, quartum connubium, quod diſſenſiones, & ſcandala in Eccleſiam invexit, non rei ipſius, ſed perſonæ cauſa permiſſum eſſe; ſuadente tunc occaſſione lenitatem atque affectum erga Principem indulgentiorem, ne repulſa ipſius animus offenſus, deteriora moliretur. Sic enim, & Sanctitatis tuæ nomen ex ſacro Eccleſiæ CP. * albo, ut

* Sanctitatem Veſtram.

* Conſtantinopolitanæ

PAGIUS Epiſtolam XCVI. inſcripſit. Recluſionis modum in Regula ſua exponit *Grimlaicus* Presbyter in cap. 15. Neque vero ſolum viri ad Cœnobia virorum; ſed etiam mulieres & virgines includebantur, ex quibus una ex primis Recluſis fuit Wiborada.

III. *Concilium Altheimenſe.* Quoad Concilium apud *Altheim* ſeu *Althaim* habitum, de quo Hermannus laudatus, memoratur illud ab Aventino lib. 4. Annal. Bojorum, ubi ait: *Anno ab Orbe ſervato CMXVI. indictione quarta, duodecimo Kalendas Octob. Regni Conradi piiſſimi & Chriſtianiſſimi Regis quinto Concilium ſacerdotum frequens apud Althaim in pago Rhætiæ cogitur ab Ottonenſi Epiſcopo, Legato Joannis X. Pontif. Max.* Sed loco, *Ottonenſi*, legendum, *Ortanenſi*, quæ Urbs eſt in ora maris Adriatici in Aprutio citeriori poſita, etiam hodie *Ortona* appellata. Hujus Concilii, cujus nulla mentio Tom. IX. Concil. editionis Labeanæ, ſuperſunt varia capitula a Burchardo & Ivone relata. Ejus exemplar MS. viderat Serarius, qui lib. 4. Rer. Mogunt. in Herigero Archiepiſcopo ait, cum Concilium indixiſſe Alteneihmii, eique adfuiſſe Pontificium Legatum Petrum Ortenſem Epiſcopum anno CMVI. XII. Kalend. Octob. Conradi Imp. anno V. Sed cum neque *Conradus* eo anno Rex aut Imperator, neque *Herigerus* Archiepiſcopus eſſet, recte aſſeruit, in temporis notatione mendum aliquod ineſſe. Varios canones in eo conditos collegi ex variis titulis Burchardi & Ivonis, iiſdem ſervatis numeris, qui apud utrumque reperiuntur. Verba Burchardi, utpote antiquioris, propono. Hæc Concilii Præfatio. [1]

IV. *De Epiſcopis qui apud Romanam Sedem accuſati fuerant.* *Regni Conradi piiſſimi & Chriſtianiſſimi Regis quinta, congregata eſt ſancta generalis Synodus apud Altheim in pago Rathia, præſente videlicet Domini Joannis Papæ Apocriſario ſanctæ Ortenſis Eccleſiæ* (apud Ivonem perperam legitur ſanctæ Oſtienſis Eccleſiæ) *venerabili Epiſcopo. Hoc quatenus* (Ivo perperam habet aliquo modo) *diabolica ſemina in noſtris partibus exorta extirpare, & nefandiſſimas machinationes quorumdam perverſorum hominum ſedare & eliminando purgare deberet. Tranſacto igitur triduano jejunio, & ſacris Litaniis more debito celebratis, convenimus in Eccleſia Sancti Joannis Baptiſtæ, & mœſti conſedimus. Tum demum præfatus S. Petri, & domini Joannis Papæ Miſſus, proferens chartam Apoſtolicis literis inſcriptam, qua monebamur* (Ivo male habet, commovebamur) *arguebamur, & inſtruebamur, de omnibus ad veram Religionem Chriſtia-*

NOTÆ [1] ALtheimenſe Concilium non quidem hoc anno, ſed potius anno 918. die illa XII. Kal. Octobris ſeu XX. Septembris celebratum fuiſſe non dubito. Ac primo quidem conſtat indici non potuiſſe anno 916. nam Synodi hujus decretum vulgatum a P. Mabillonio in Annalibus tom. IV. in append. num. XLVIII. ſubſcriptos habet Hildepertum Moguntinum, Ruobertum Trevirenſem, Unni Hamaburgenſem Adalvvaldum Sardienſem. Conſtat autem Unni Hamburgenſem Archiepiſcopatum anno 818. primitus iniviſſe; ſicut & eumdem annum Trevirenſis Archiepiſcopatus ſui primum Rudbertus numerabat, ut Mabillonius in iiſdem Annalibus lib. 43. num. 69. adnotavit. Anno ergo illo Synodus apud Althein coacta fuit, quod præſertim ſuadet dies 20. Septembris, qua cœpiſſe Synodus illa legitur. Anno enim. 918. dies illa in Dominicam incidit. Porro inter canones Concilii hujus a Pagio collectos, recenſenda ſunt duo illa decreta, quæ Mabillonius e Farfenſi codice vulgavit, quibus jus aſſeritur Monachis in Epiſcopos aſſumtis adeundi relictas ſibi hæreditates, cum poteſtate de illa quoad vivunt diſponendi, morientium vero bona illa ad eam, quam rexerunt Eccleſiam devolvuntur. Geminos illos canones omiſit noviſſimus Conciliorum Collector Venetus. Fateor equidem Burchardum in exhibendo canone X. hujus concilii nomen Herigeri Archiepiſcopi in eo expreſſiſſe; ſed forte in canone illo prima tantum litera nominis. *H.* ab amanuenſi expreſſa fuit, quæ cum *Hildepertus* legenda eſſet, Burchardus per errorem legit *Herigerus*.

Sapienter vero notat Cl. Fontaninus in Tractatu de Antiq. Hortæ lib. II. cap. VII. Petrum illum, qui hic apud Pagium Ortonenſis Epiſcopus legitur, non Ortonenſem quidem ad oram maris Adriatici, ſed Hortanam in Tuſcia Eccleſiam rexiſſe. Tunc enim, ut vir doctiſſimus animadvertit, Ortonenſis epiſcopatus extinctus jacebat. MANSI



ut mos olim erat, una cum noſtro rurſus celebrabitur; & nos omni ex parte gaudio repleti, jucunditate pacis perfruemur. Enimvero ut huic curæ ſedulo incumbas, te iterum atque iterum rogat Deo dilectus Imperator, oratore Romam ad Sanctitatem tuam deſtinato CL. V. Baſilio Protoſpathario, & aurei triclinii præfecto, cui nos comitem itineris, curarumque conſcium adjunximus Eulogium honorabilem presbyterum. Hos tu beatiſſime Pater, & excipies (uti ſpero) fronte hilari, & nos mutuis legationis officiis remunerabis; Joanni venerabili Epiſcopo, cujus apud nos jam experta virtus, id munus, ſi expedire vide-

PAGIUS ſtianæ fidei pertinentibus. Quæ omnia (ut juſtum & dignum erat) humiliter accepimus, diligenter tractavimus, & devoto affectu omnimodo amplectebamur. Ergo Evangelicam præceptionem & inſtitutionem ſaluberrimam lachrymabili voce protulimus, qua arguebantur Phariſæi & Scribæ: mundate, inquit, prius quæ intus ſunt. Et item: Eiice primum trabem de oculo tuo, ac Propheticum illud, Ruina populi, Sacerdotes mali. Perpendentes & diſcutiendo noſmetipſos inſpicientes, & in medium pœnitentiæ ſanctæ digno fructu ad terram nos proiicientes, deflevimus negligentias innumerabiles, & peccata noſtra graviſſima. Deinde hortatu Domini Petri contra noſmetipſos & vitia irati, adjuvante primo Sancto Spiritu & miſerante, capitula infra notata ad correptionem tam noſtram, quam Chriſtiani populi ſtatuendo collegimus. Burchard. lib. XI. cap. LXVIII. & Ivo part. XIV. cap. CXVI. uterque ex Concil. apud Altheim.

*De eo ſi quis cum uxore alterius vivente eo fornicatus fuerit.*

V. *Capitulum V.* *Illud vero communi decreto ſecundum canonum inſtituta definimus, & præjudicamus, ut ſi quis cum uxore alterius, vivente eo fornicatus fuerit, moriente marito Synodali judicio aditus ei claudatur illicitus; ne ulterius ei conjungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Nolumus enim, nec Chriſtianæ Religioni convenit, ut ullus ducat in conjugium, quam prius polluit per adulterium.* Burchardus lib. IX. cap. LXXIV. & Ivo part. VIII. cap. CCXI. uterque ex cap. V. Concilii apud Altheim.

*De Epiſcopis, qui ſibi ſubjectos ſeducunt communicantes cum excommunicatis:*

VI. *Capitulum VI.* *Scimus ſacra auctoritate ſcriptum, qui excommunicato communicaverit, excommunicetur. In hoc nos fatemur Epiſcopi, & presbyteri & clerici pœnaliter peccaſſe: quod impoſterum Deo auxiliante, & emendare, & evitare cupimus & præcipimus.* Burchardus lib. XI. c. LXIX. & Ivo part. XIV. cap. CXVII. uterque ex cap. VI. Concilii apud Altheim.

*De eadem re.*

VII. *Capitulum VII.* *Placuit ſanctæ Synodo, hunc errorem quaſi impium ab Eccleſia amovere: quia animarum curam a Domino accepimus, non pecuniarum, Inde & reddituri ſumus domino rationem, & accepturi propter ſuam miſericordiam æternam retributionem, vel juſtam damnationem.* Burchardus ibidem cap. LXX. & Ivo ibidem cap. CXVIII. uterque ex cap. VII. ejuſdem Concilii.

*De Epiſcopis, ut non ſint malum exemplum populo.*

VIII. *Capitulum VIII.* *Bonum exemplum populis, ſe ipſos Epiſcopi vel Sacerdotes debent præbere, & oſtendere non ſolum dictis, verum & factis. Propter hoc enim ſtatuimus, minime umquam impoſterum contra ſacra ſtatuta aliquo modo communicemus excommunicatis, & diiudicemus* (in Ivone perperam legitur, diiudicamus) *noſmetipſos, quatenus in futuro non judicemur a Domino. Sequi cupimus dicta & ſtatuta ſancti Gregorii Papæ, & pœnitentiam dignam agere volumus ſecrete in monaſterio, quia publice nequimus* (non nequivimus, ut male apud Ivonem): *in futuroque prædicta omnibus modis Deo propitio vitare volumus. Eamdemque legem ſtatuentes, Presbyteris, Diaconibus, & omni Clero, ſi de gradu deponi noluerint, ut fideliter obſervent, & aliis ſervare prædicent.* Burchardus ibidem capit. LXXI. & Ivo ibidem capit. CXIX. uterque ex cap. VIII. ejuſdem Concilii.

*De correctione Epiſcoporum, qui cum excommunicatis communicaverunt.*

IX. *Capitulum IX.* *Auctoritate Apoſtolica firmamus dicta, & præcepta ſanctorum canonum, & interdicimus, quandiu quis excommunicatus ſit, ut nullus noſtrorum Epiſcoporum, ei audeat communicare, vel cum eo in Eccleſia orare. Et laici qui ſecuti ſunt nos, ut dicunt, errando & ſequendo nos modo, nos aut noſmetipſos* (Ivo habet nos autem noſmetipſos) *per pœnitentiam macerantes corrigendo, & viam eis vitæ prædicantes & aperientes: ut reſipiſcant a diaboli laqueis, a quibus per noſtra mala exempla capti tenentur, & ad veram matrem Eccleſiam per pœnitentiam revertantur.* Burchardus ibidem cap. LXXII. & Ivo ibidem cap. CXX. uterque ex cap. IX. ejuſdem Concil.

*De Epiſcopo inculpato, qui ad Synodum vocatus venire contempſerat.*

X. *Capitulum X.* *Richuvinum Epiſcopum, qui contra ſanctorum canonum ſanctiones Strazburgenſem Eccleſiam invaſit, quem ad ſanctam Synodum per literas noſtras invitavimus. & venire contemnens, nec Vicarium ſuum miſit, auctoritate ſancti Petri ego Joannes Vicarius Apoſtolici, ex præcepto ſanctæ præſentis Synodi injungendo vocamus iterum, & præcipimus quatenus ad Concilium, ideſt Mai Moguntiæ indictum a Metropolitano Epiſcopo ſuo ad præſentiam venerabilis Herigeri Archiepiſcopi & confratrum ſuorum veniat, ſuæ inobedientiæ & perverſitatis ibidem juſtam rationem redditurus. Sin autem negligenter & hoc agere parvi penderit, abſtineat ſe a proprio gradu, donec Romam veniens, coram Domino Papa, & ſancta Eccleſia reddat rationem.* Burchardus lib. I. cap. CLXII. ex cap. X. hujus Synodi.

*De Epiſcopis ad Synodum vocatis, & venire, & Miſſos ſuos mittere dedignantibus.*

XI. *Capitulum XI.* *Placuit Sanctæ Synodo Epiſcopos, qui vocati de Saxonia ad ſanctum Concilium, non venerunt, nec ſecundum Canones ſacros Miſſos ſuos vel Vicarios direxerunt, gravi increpatione objurgare, & pro culpa inobedientiæ increpare. Unde iterum eos fraterna charitate ad condictum Concilium invitamus & vocamus. Quod & ſi hoc, quod non optamus, pro nihilo duxerint, & venire noluerint, juſtamque rationem inobedientiæ ſuæ reddere detractaverint, Apoſtolica auctoritate interdicit eis Petrus ſancti Petri & Papæ Miſſus, una cum ſancta Synodo,*

*debitur, injungens, aut alicui alii moribus illi non abſimili, qui, ſi qua ſunt adhuc correctionis indiga, doctrina, atque conſilio emendare valeat nobiſcum, juxta Eccleſiaſticas conſtitutiones. Vale in Domino beatiſſime Pater.* Hactenus Nicolaus Patriarcha de Pace Orientalis Eccleſiæ cum Apoſtolica Sede. ☞ Non-

PAGIUS *do, Miſſas celebrare quouſque Romam veniant, & coram Papa, & ſancta Eccleſia dignam reddiderint rationem.* Burchardus lib. I. cap. III. ex cap. X. ejuſdem Synodi, ſed loco *cap. X.* videtur legendum, *cap. XI.* Aventinus enim utriuſque Capituli meminit, ideoque utrumque in hoc Concilio conditum.

*De Clericis, qui fugerint Eccleſias ſuas, & de ſervis qui dominos proprios fugerint.*

XII. *Capitulum XXVII.* *Sanctus Gregorius dicit: Clericum fugientem ab Eccleſia ſua, vel ſervum fugientem dominum proprium & nolentem reverti, judicamus communione privari, quoaduſque ad propriam Eccleſiam, vel ad dominum ſuum redeat. Et item: Clericum fugitivum ſuo Epiſcopo vel domino ſuo decernimus Apoſtolica ſententia reſtitui, vel excommunicari una cum illis, qui ei communicaverint.* Burchardus lib. XI. cap. LXXVIII. ex cap. XXVII. ejuſdem Concilii.

*De Clericis, qui a Dominis ſuis liberi facti ſunt.*

XIII. *Capitulum XXVIII.* *Nullus Clericus ad gradum Presbyterii promoveatur, niſi ut ſcriptum in canonibus habetur. Si enim propter Dei dilectionem quis de ſervis ſuis quemquam elegerit, & docuerit literas, & libertati condonaverit, & per interceſſionem erga Epiſcopum Presbyterum effecerit, & ſecundum Apoſtolos victum & veſtitum ei donaverit: ille autem poſtea in ſuperbiam elatus Miſſam dominis ſuis & canonicas horas obſervare & pſallere renuerit, & eis juſte obedire, dicens ſe liberum eſſe, noluerit, & quaſi libere cujus vult homo fiat, hoc Sancta Synodus anathematizat, & illum a ſancta communione arceri judicat, donec reſipiſcat, & domino ſuo obediat ſecundum canonica præcepta. Sin autem obſtinato animo & hoc contempſerit, accuſetur apud Epiſcopum, qui eum ordinavit, & degradetur: & fiat ſervus illius idem domini ſui ſicut natus fuerat. Quiſquis vero talem ſecum habuerit, poſtea quam rem prædictam illius audierit, & domino ſuo non reddiderit, vel a ſe projecerit, ſive Epiſcopus, ſive Comes, ſive Clericus ſive Laicus, anathematis illius ſocietate nodatus, pœnam excommunicationis luet.* Burchardus lib. II. cap. CCXXXIV. ex cap. XXXVIII. Concilii apud Altheim habiti, cui interfuiſſe Conradum Regem dicit, quod & in locis ſupra citatis etiam iterat.

XIV. *Alia Capitula in eo Concilio condita.* Aventinus citatus addit, in hoc Concilio decretum fuiſſe, ut quiſquis Regi fidem non ſervarit, aut rebellare conatus fuerit, excommunicetur. Adhæc *Erchingerum*, quandoquidem cum ſociis vitæ Regis, Domini ſui, inſidiatus fuerit, a claſſibus Reipublicæ armorumque exortem factum eſſe, utque in monaſterio ſcelus expiaret. Denique *Erchingerum, Berchtoldum, Burckardum, Arnulphum*, quod decreto Synodi non ſtetiſſent, in numero impiorum haberentur, omneſque eorum ſermonem defugerent. *Erchingerus*, ſeu *Erchanger* an. CMXI. Alamanniæ Ducatum invaſit, annoque CMXVII. cum fratre *Berchtoldo* Regi Conrado rebellavit, eique tandem ad deditionem ſpe pactionis venientes, ipſo jubente apud Villam *Adingam* decollati ſunt *XII. Kalend. Febr.* & *Burchardus* Dux Alamanniæ factus tyrannidem invaſit anno CMXVIII. quæ omnia Hermannus Contractus in Chronico juxta editionem Caniſianam notavit. Porro Rhætia Paſſavium uſque extenditur, ideoque Concilium illud in confiniis Rhætiæ, & Noricæ congregatum. In Geographia enim Synodica a Nicolao Sanſone edita *Altheimum* inter Salisburgum & Dingolvingam locatur, eſtque in inferiori Bavaria.



I. *Unni Epiſc. accipit pallium a Joan. aſſerto Pontifice.* NOngenteſimus decimusſeptimus annus Chriſti, Inſtictione quinta inchoatur, quo vir ſanctiſſimus, humilis ſpiritu Unni nomine in Saxonia egregia ſanctitate clarens, ſucceſſit Reginuardo, palliumque petiit, & accepit a Joanne Pontifice Rom. nominato. De iſto enim hæc Adam: (a) *Unni Archiepiſcopus ſedit annos decem & octo. Annos ejus obitumque ut ſupra cognovi memoriæ traditum eſt a fratribus, cum Reginuardus tranſiſſet, Leudradum Bremenſis chori præpoſitum a Clero & populo electum. Qui hoc Unni pro cappellano utens, ad curiam venit. Rex autem Conradus, divino (ut creditur) Spiritu afflatus contempta Leudradi ſpecie, parvulo Unni, quem retro ſtare conſpexerat, virgam obtulit. Cui etiam Papa Joannes Decimus (ut privilegium indicat) pallium dedit. Erat autem vir, ſicut in electione & tranſitu ejus videri poteſt, ſanctiſſimus, pro qua ſanctitate Conrado & Hemiro Regibus familiaris & reverendus fuit.*

(a) *Adam l. 1. c. 47.*

II. Audiſti, Lector, virum Apoſtolicum ab eo, qui in Sede Apoſtolica utcumque ſedebat, pallium accepiſſe, non merita in cathedra Petri ſedentis animo diſquirentem, vel ejus ab eo factam Sedis invaſionem examinantem, utpote qui probe ſciret vir ſanctus, non carere myſterio, etiam umbræ Petri, quæ non eſt ipſe Petrus, magnam Deum contuliſſe virtutem in miraculis, ut Acta (b) teſtantur, edendis:

(b) *Act. 5.*

III. Subdit vero Adam: *In diebus ſuis, hujus ſcilicet Archiepiſcopi Unni, Ungari non ſolum noſtram Saxoniam, verum circa Rhenum, aliaſque trans Rhenum provincias, Lotharingiam & Franciam demoliti ſunt: Dani quoque Slavos auxilio habentes primo Tranſalbianos Saxones, deinde circa Albim devaſtarunt, magno per Saxoniam terrore graſſantes. Apud Danos eo tempore filius Ardevich Gorm regnavit, crudeliſſimus, inquam, vermis & Chriſtianorum populis non mediocriter infeſtus. Ille Chriſtianitatem, quæ in Dania fuit, prorſus delere molitus, ſacerdotes Dei a finibus ejus depulit, plurimos per tormenta necavit.* Hæc ipſe de perſecutione Danorum Eccleſiæ, quæ numeratur prima a Ragnerio, ſecunda ab Ericio, tetia a Gorm Regibus excitata. Quomodo autem factum per Unni Archiepiſcopum Hamburgenſem hoc anno creatum, ut collapſa ibidem in Dania Chriſtianitas iterum ſit reparata, inferius dicturi ſumus ſub Henrico Rege, quando ea fieri contigerunt. *Danorum Eccl. perſecutionem paſſa iterum.*

IV. *Bulgaricum bellum repetitum.* Eodem anno, Indictione quinta, ſexta menſis Auguſti bello conflato in Oriente inter Romanos & Bulgaros, victoria potiti Romani, mox verſa alea, improviſa fuga iidem victos Bulgaros fecere victores. Rem geſtam pluribus deſcribit Curopalates, ex quo alii accepere. Præerat tunc Bulgaris regia poteſtate Symeon, qui cæſis Romanis, Conſtantinopolim obſeſſurus a civibus in fugam vertitur ipſe cum ſuis. ☞ At quæ iſta præceſſerunt, utique magna conſideratione, atque admiratione pariter digna, quippe quod Legatos a Joanne Romano Pontifice miſſos pacis firmiter ineundæ cauſa non audierit, contem- pſe-

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMLV. Anno Hegiræ CCCV. inchoato die 24. Junii fer. 3.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6410.

☉ 2. E. ☽ 6. P. 13. April. Indict. 5.

Jesu Christi 917.

Joannis X. Papæ 4.

Berengarii Imp. 2.

Constantini VIII. Imp. 6.

A.C. 917. I. *Hungarorum graſſationes.* ANum. I ad IV. Refert Baronius ex Adamo Bremenſi tempore *Unni* Saxoniæ Epiſcopi [1] *Hungaros* non ſolum Saxoniam; verum etiam circa Rhenum, aliaſque trans Rhenum provincias, Lotharingiam & Franciam demolitos eſſe; quod confirmat Hermannus Contractus ex editione Caniſiana, qui ad hunc Chriſti annum ait: *Ungari pervaſa, ut cœperant, Alamannia, Baſileam Urbem deſtruunt, indeque Alſatia vaſtata, Lotharii regnum, multa mala facientes invadunt.*

II. *Infelix pugna Græcorum adverſus Bulgaros.* Ad num. IV. Cum tutores *Conſtantini Auguſti Bulgaros* omnino exſcindere ſtatuiſſent pace cum Saracenis compoſita, *Leonem Phocam* Scholarum Domeſticum, & aliquos alios Duces, cum terreſtri exercitu in Bulgariam mittunt, interim dum Romanus Lacapenus claſse comparata hoſtes verſus Danubium aggrederetur, Leonique auxilio eſſet, ſi indigeret. *Menſis itaque Auguſti die vigeſimo, indictione quinta, ad Acheoloum fluvium Bulgaros inter & Romanos bellum commiſſum eſt, & ut* ſe

NOTÆ [1] T*Empore Unni Saxoniæ Epiſcopi &c.* Immo Hamburgenſis Archiepiſcopi, quem anno ſequenti cœpiſſe ex Mabillonio in Nota ad annum 916. III. notavimus. Quare ea quæ de Barbarorum excurſione ex Adamo Bremenſi in Annalibus referuntur, ad ſequentes annos pertinent. Mansi

ſperit potius cupiditate regnandi, qui ſemper vincere ſolitus, victus cum ignominia fugit. De qua tunc miſſa a Joanne Pontifice Legatione extat epiſtola Nicolai Patriarchæ Conſtantinopolitani ad eumdem Symeonem Regem Bulgarorum, quam ex prædivite promptuario rerum Græcarum noſtri Aloyſii Lolini Bellunenſis Epiſcopi acceptam, Latine primum ab ipſo redditam, inde vero ut ſe habet in codice Græce ſcriptam, ſubrude ut tempus ferebat, ad pleniorem fidem hic tibi deſcribendam curavimus. Sic ſe habet:

*Simeoni Principi Bulgariæ.*

Nicol. Patr. Conſt. ad Armeniæ Princep. de Armenorum converſione.

*Es tu mihi quidem filii adhuc loco, dilectiſſime Princeps, licet omnem jam pridem obedientiam patri a filio debitam exueris. Hinc fit, ut cum priſcus ille, quo te ſum proſecutus, amor, tum etiam ſanctiſſimi Romani Papæ, cui minime parere, nefas, gravis apud bonos omnes auctoritas, me in lacrymas & preces ire, iterum impellat. Is cum a fama rerum noſtrarum univerſum jam orbem pervagata accepiſſet Chriſtiani populi clades, direptiones, fugas, vaſtitatem, & reliqua belli, quibus affligimur, incommoda, quæ pietas ejus eſt in gregem Domini ſanguine redemptum, & noſtris ex animo indoluit malis, & eis, ne proſerpant latius, ire obviam decrevit. Legatos itaque miſit Theophylactum primum inter ejus Epiſcopos locum obtinentem, & Carum ejuſdem ordinis, præſtantiſſimos viros, qui te ſuis adhortationibus aut inducerent ad pacem, fœduſque nobiſcum feriendum; aut ſi juſſa detrectares, Spiritus ſancti nomine inſolubili anathematis vinculo obſtringerent. Hos ego (nam id mihi beatiſſimus Pontifex injunxerat) ut tuto & commode ad te pervenire poſſent, addito commeatu, & itineris duce ſedulo curaſſem, ni me deterruiſſet ab incepto malus quidam rumor, qui de te pridem inolevit.*

*Diceris enim, fili mi, ſolere Legatos ad te venientes in vincula conjectos aſſervare, immani plane & omnem ſupergreſſo barbariem exemplo. Quæ enim eſt tam effera, tam ab omni humanitatis ſenſu remota natio, quæ tale facinus non inter nefaria ſcelera recenſeat? Quapropter cum & ſanctiſſimi Papæ exequi mandata valde cuperem, & Legatorum incolumitati conſultum vellem, illos quidem ſummis induxi precibus, tu hic apud nos conſiſterent, veritus ne a te poſt longæ peregrinationis tædium ac laborem aliquid paterentur mali: Apoſtolicas vero litteras ad te perferendas dedi, quibus exhibebis te facilem, & obſequentem, ſi me audies, immo ſi rationem habueris dignitatis, ſalutiſque tuæ. Cave enim putes, idem tibi plane licere in ſanctiſſimum Pontificem Romanum, quod in me olim licuit; quem ludibrio habuiſti tamdiu. Si quid in eum commiſeris, non impune feres.*

*Apoſtolorum primores, quorum ille ad aras quotidie litat, iratos in te oculos conicientes quaſi propriam injuriam contemptum illius ultum ibunt. Subeat animum Ananiæ, & Saphiræ (a) caſus, quos objurgatio Petri neci dedit: menti obverſetur Elymæ magi (b) Paulo contradicentis cæcitas. Hæc Apoſtolicæ indignationis monimenta cogitantem excipi & te, certo ſcio, horror quidam, & pavor ſalutaris, nec permittet, ut Beatiſſimi Papæ monita deſpicias: præſertim ſi vera ſunt, quæ de te narrantur a tuis, præcipua quadam veneratione proſequi Principes illos divos: quos ſi vere ſuſpicis, ac colis, eorum inſidentem throno minime contemnes. Hæc de legatione Romana, cujus adventu (cur enim tibi ſub Chriſti ſignis quamvis adverſus Chriſtianos diaboli fraude pugnanti commune gaudium invideam) ſcandalis, quæ ob tetragamiam apud nos omnia turbarant, impoſitus eſt finis, pax Clero reddita, cœtus ſacri mira animorum conſpiratione habiti, & ut verbo dicam, Romana ac Conſtantinopolitana Eccleſia ita in unam eamdemque coalita eſt fidem, ac conſenſionem, ut nihil amplius vetet, quo minus nos optatiſſima illorum communione, & ſanctificatione perfruamur.*

(a) Act. 5.
(b) Ibid. 17.

*Reliquum eſt, ut te poſtremo admoneam loco, ne poſt hac cum ab his, qui rerum potiuntur, litteras acceperis, Senatui potius reſcribas, quam illis ipſis. Ridiculum enim eſt, & tua prudentia plane indignum adire ſervos, poſthabito eo cujus ipſi capeſſunt juſſa: niſi te ludere delectat in re haud quidem ludicra. Quin tu potius ſi te ſerio pœnitet bellorum, cladium non tam acceptarum, quam illatarum piget, ſenſum animi tui Imperatoribus exprome, conditiones offer, diem, locumque colloquio præſcribe, ſive tu ipſe ad nos accedere, ſive alios mittere malueris, nulla in me mora eſt, adero, quocumque vocaveris, cum delectis ex Senatu viris, rem fortaſſe confecturus ex voto, ſi Deus annuet. Quod ſi longe alia tibi mens eſt, niſi hominibus noſtris ludibrium debes, poſt hac ab hujuſmodi irriſionibus, quæ te minime decent, abſtinebis. Deus te eo validiore ope tueatur, quo gravius regendi alios onus ſuſcepiſti; ne quod plerumque principibus viris accidit, oneri ſuccumbas.* Græce autem ſic.

Συμεὼν ἄρχοντι Βουλγαρείας.

Εἰ μὲν ὡς υἱὸς ἀγαπώμενος παρ' ὑμῶν προσφιλέστατε ἄρχων, εἰ καὶ παραλογιζόμεθα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ γράφομεν πρὸς τὴν ἀγάπην μᾶλλον τὴν κελεύσεως ἠμελημένην τοῖς πατράσι πρὸς τὰ τέκνα ἀποβλέποντες. τὸ μέν τι κινούμενοι παρ' αὐτῆς, τὸ δέ τι καὶ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης, ᾧ ἀπειθεῖν ἀθέμιτον κρίνομεν. οὗτος γὰρ, ἐπειδὴ πρὸς πᾶσαν ἐξηπλώθη τὴν γῆν τὰ ἡμέτερα ἐλεεινὰ πράγματα, αἱ συμφοραὶ, αἱ αἰχμαλωσίαι, ἡ ἀπώλεια, ὡς ἐστὶν εὔσπλαγχνος πρὸς τὴν λελυτρωμένην τῷ τιμίῳ τοῦ Χριστοῦ αἵματι ἀγέλην, ὀξεῖαν φέρων ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν πληγὴν, ἵνα μὴ τὸ κακὸν πλατύτερον ἕρπῃ, ἀπέστειλε ληγάτους, Θεοφύλακτον πρῶτον ὑπάρχοντα τῶν ἑαυτοῦ ἐπισκόπων, ἕτερον δὲ καὶ αὐτὸν ἐπίσκοπον Κάρον, κατὰ πάντα ἄνδρας ἀνθρώπους ἀρετῇ ὑπερέχοντας, ἀλλὰ γὰρ τούτους ἀπέστειλε πρὸς σὲ ἐντολὰς κομίζοντας, ὧν ὁ σκοπὸς εἰρήνην μεθ' ἡμῶν βραβεῦσαι, ἢ δεσμῷ τε ἀλύτῳ ἐν ὀνόματι ἁγίου πνεύματος δεσμῆσαι. τούτους οὖν ἐπὶ τούτῳ πρὸς σὲ ἀπεσταλμένους ἠβουλήθημεν καὶ ἡμεῖς πρὸς σὲ ἀποστεῖλαι. καὶ γὰρ καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ ἁγιώτατος πάπας ἀπέστειλε, γράφων παντὶ τρόπῳ ἀσφαλέστατα σὺν τροφαῖς καὶ ὁδηγοῖς δι' ἡμῶν ἐκπεμφθῆναι πρὸς Βουλγαρείαν. ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνθυμηθέντες, ὡς οὐκ οἶδα πόθεν τέκνον ἠγαπημένον καὶ τοῦτο ποιεῖν διέγνως οὐ καλῶς, τὸ τοὺς ἀποκρισιαρείους ἐν δεσμοῖς κατέχειν. ὅπερ ἐν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, οὐδ' ἐν τοῖς ἀπίστοις ὁρᾶται γινόμενον, ὑπεστάλημεν ὥστε μὴ τοὺς ἄνδρας μετὰ τῆς ἄλλης ταλαιπωρείας, ἣν ὑπέστησαν τοσοῦτον μῆκος ὁδοῦ ἐποιήσαντες, καὶ εἰς τὴν παρὰ σοῦ στενοχωρείαν ἐμπεσεῖν. Διὰ τοῦτο τὸ μὲν γραφὲν πρὸς σὲ γράμμα παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα ἐξεπέμφθη, τῶν δὲ



PAGIUS

*ſe habent Dei judicia, quæ omnino inſcrutabilia, & imperveſtigata, Romanorum copiæ omnes in fugam vertuntur. Facta eſt, inquam, fuga & ululatus horrore plenus, aliis alios conculcantibus, pluribus etiam ab hoſtibus interfectis, eaque ſtrages hominum edita, qualis a ſæculo nuſquam audita eſt*, inquit Leo Grammaticus pag. 492. Subdit Leo pag. 497. exhinc Symeonem Bulgarorum Regem in Græcorum agros factis ſubinde excurſionibus *Adrianopolim* vallo circumducto obſidione cinxiſſe, qua ex rei frumentariæ penuria capta, domum receſſit. Idem habent alii Scriptores Hiſtoriæ Byzantinæ.

III. *Conſtantinopolis a Bulgaris obſeſſa.*

Verum obſidio Conſtantinopolitana, cujus hoc anno meminit Baronius, anno tantum CMXXIII. peracta. De ea enim Cedrenus ſcribit: *Menſe Septembri, indictione ſecunda* (legendum, *indictione* XII. ut mox oſtendam,) *Symeon Bulgarorum Princeps cum omnibus copiis expeditionem contra Conſtantinopolim ſuſcipit: populatuſque Macedoniam, & in Thraciam incendiis graſſatus, obviis quibuſque vaſtatis, proxime Blachernas caſtra ponit. Inde poſtulat, ut ad ſe mittantur Nicolaus Patriarcha, aliique Procerum, de componenda pace collocuturi.* Subjungit Cedrenus, cum Legati ad eum veniſſent, ita *Symeonem* eos dimiſiſſe ut oſtenderet ſe ipſius Imperatoris congreſſum expetere; interim tamen eum Templum Deiparæ ad *Fontem* incendiſſe, vicina circum omnia igne vaſtaſſe, & oſtendiſſe pacem ſibi cordi non eſſe. Deinde *Romanum* cum Patriarcha ad definitum locum ſe contuliſſe, illucque etiam Bulgarum veniſſe, ac ibi cum Imperatore colloquium de pace habitum eſſe. Ac ferunt, inquit Cedrenus Romanum hæc verba ad Bulgarum feciſſe; *Hominem te eſſe Chriſtianum & pium audivi, ſed facta tua famæ minime reſpondent. Si enim revera es Chriſtianus, finem tandem fac cædium & fundendi ſanguinis inſontis, pacemque cum nobis Chriſtianis Chriſtianus & ipſe compone, neque fac ut dextera Chriſtianorum polluantur ſanguine eumdem Chriſtum colentium &c. His verbis, atque demiſſione Imperatoris ad verecundiam ductus Symeon promiſit ſe pacem facturum: & peracta ſalutatione diſceſſum eſt, cum quidem magnificentiſſima dona Symeoni Imperator dediſſet.* Pace tamen infecta utraque pars receſſit.

IV. *Obſidio illa anno* CMXXIII *facta.*

Idem narrant Leo Grammaticus pag. 409. & Simeon Logotheta pag. 483. Verum in his omnibus Auctoribus indictiones per hæc tempora corruptæ; quod evidenter oſtendit mors *Nicolai* Patriarchæ, quam conſignant die XV. Menſis Maii, indict. III. quamvis ex eorum calculo conſtet, eum indictione XIII. animam Deo reddiſſe, anno ſcilicet CMXXV. Quare cum hi Scriptores hanc Bulgaricam irruptionem immediate ante mortem *Nicolai* referant, certum eſt, eam, non *indictione II.* ſed *indictione XII.* contigiſſe. Quod etiam oſtendunt quæ antea ab illis narrata ſunt. Nam antequam de illa Bulgarica irruptione verba faciant, aiunt, Februario menſe indictione X. *Theodoram* Romani Imp. uxorem mortuam eſſe. Quare quæ ſequitur indictio fuit, duodecima, non vero ſecunda. Adhæc narrata *Nicolai* morte memorant ſtatim indictionem XV. ideoque obiit Nicolaus Patriarcha indictione XIII. non vero indictione III. uti Combefiſius in margine ad Annales Symeonis Logothetæ pag. 485. ubi de Nicolao loquitur perperam notavit. Hæc magis conſtabunt ex iis, quæ infra in medium adducemus. Ducangius in Familiis Dalmaticis capit. VI. numer. XX. cum ad hanc indictionum in Auctoribus Byzantinis corruptionem animum non advertiſſet, obſidionem Conſtantinopolitanam paciſque tractationem cum anno Chriſti CMXXVIII. indictione ſecunda a Kalendis Septemb. notato copulavit, cum tamen *Nicolaus* Patriarcha, qui colloquio de pace interfuit, triennio antea vivere deſiiſſet. Mitto alios errores a recentibus Hiſtoricis, iiſque doctiſſimis, ob non obſervatam illam indictionum depravationem admiſſos, concludoque tam obſidionem Conſtantinopolitanam, quam colloquium de pace Græcos inter & Bulgaros habitum juxta calculum Auctorum Byzantinorum contigiſſe anno nongenteſimo vigeſimo tertio, & utramque ad eum revocandam eſſe.

V. *Præceptum Berengarii Aug. pro Monaſterio Caſaurienſi.*

*Berengarius* Imperator dedit hoc anno Præceptum de libertate Monaſterii Caſaurienſis & rerum ejus, in cujus fine legitur, *data XII. Kalend. Novembreis anno Dominicæ Incarnat. nongenteſimo ſeptimo decimo, Domni vero Berengarii Piiſſimi Regis triceſimo, imperii autem ſui ſecundo, indictione quinta. Actum in Piſcaria*, &c. ſed loco, *indictione quinta*, ſuſpicor

δὲ ἀνθρώπων φεισάμενοι τῆς πρὸς σὲ ἀφίξεως ἐπέσχομεν αὐτοὺς, καὶ σὺ ταῦθα μένειν ἠξιώσαμεν. ἴση ἄρα εὐπειθής, εἰ νῦν προσέχεις, καὶ τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν φροντίδος ἀξιοῖς. καὶ μὴ βουληθῇς ὥσπερ ἡμῶν καταφρονῆσαι, οὕτω καὶ τοῦ νῦν πρὸς σὲ γράψαντος τοῦ Ῥωμαίων ἀρχιερέως, ἀλλ' εἰ καὶ ἡμᾶς ἐν οὐδενὶ ἔθου, τίμησον ἐκείνου τὴν νουθεσίαν, μή ποτε ἀτιμαζομένου αὐτοῦ οἰκείαν οἱ κορυφαῖοι τῶν ἀποστόλων τὴν ἀτιμίαν ποιησάμενοι ὡς ὁσημέραι τούτοις καλλιεροῦντος, δεινὴν ἐπιβλέψωσιν ἐπὶ σέ. ἀναλόγισαι Πέτρον, ὅπως Ἀνανίαν καὶ τὴν ἐκείνου σύζυγον τῷ θανάτῳ παρέδωκεν ἐκ μόνης ἀγανακτήσεως. ἐνθυμήθητι Παῦλον, ὅπως Ἐλύμα τοῦ μάγου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἠμαύρωσεν· ἐπειδὴ ἔδοξε πρὸς ἐναντιότητα φέρεσθαι τοῦ ἀποστόλου. ταῦτα οὖν ἐνθυμήθητι καὶ φρίκην καὶ φόβον ἀναλαβοῦ εἰς τὸ μὴ τὴν διδασκαλίαν τοῦ μακαριωτάτου πάπα παραλογίσασθαι. μάλιστα ὅτι καὶ αὐτὸς σύ, ὥς γε μανθάνομεν, περὶ πολλοῦ ποιῇ τὸ τιμᾶν τοὺς κορυφαίους ἐκείνους τῶν ἁγίων. ὡς εἰ ἀληθῶς τιμᾷς, πάντως οὐκ ἀτιμάσεις τὸν ἐν τῷ θρόνῳ τούτων καθήμενον. τοσαῦτά σοι περὶ τῆς τῶν λεγάτων ἀφίξεως. οἳ καὶ τὰ σκάνδαλα τὰ ἐκ τοῦ τετάρτου γάμου συμβεβηκότα ἔπαυσαν, καὶ εἰρήνην τῷ κλήρῳ παρέδωκαν. κοινῇ γὰρ τοῖς ἀλλαύτοις μυστηρίοις, καὶ σὺν θεοπνεύστῳ ὁμονοίᾳ ὑπηρετήσαμεν. καὶ λοιπόν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, οὕτως ἡ Ῥωμαίων καὶ ἡ Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησία μιᾶς γέγονε συμπνοίας καὶ ὁμονοίας, ὥστε μηδὲν ἔτι κωλύειν ὑμᾶς μετασχεῖν τοῦ αὐτῶν ἁγιασμοῦ καὶ τῆς κοινωνίας. ἐγράψαμεν οὖν καὶ περὶ τούτου, ἵνα καὶ αὐτὸς καίπερ τοῦ διαβόλου ἀπάτῃ πολέμιος τῶν Χριστιανῶν, ἀλλ' ὅμως ὡς τοῦ Χριστοῦ λατρευτὴς χαίρῃς ἐπὶ τῇ κοινῇ ἀγαλλιάσει.

Vidiſtine Lector, quomodo ipſa neceſſitas extorqueat veritatem, & det vexatio intellectum? quibuſnam elogiis prædicet Apoſtolicæ Sedis auctoritatem tantus Patriarcha, alias olim, ut vidiſti in eam infenſus, ac parum æquus? cum præſertim hoc tempore ſederit in ea, qui flagitioſiſſimis vitæ moribus contemptibilis omnibus videri poſſet ipſe Joannes. At non qui ſederet, ſed quo nomine ſederet & cujus locum utcumque teneret, Patriarcha conſiderans, nempe principis eorum Petri: ea ita certa aſſertione comminando conſcripſit, in quibus haud falſus vates extitit, vindice exurgente Petro adverſus Regem barbarum, arrogantia & faſtu tumentem, humana atque divina pariter contemnentem: cum (ut audiſti) eo ipſo tempore, quo civitate Conſtantinopolitana potiri putaret, ipſe turpi fuga ſuæ conſulere ſaluti coactus fuerit, vix evadens. Hic vero reliquas ejuſdem Nicolai epiſtolas ad diverſos Principes ſcriptas ab eodem Lolino Epiſcopo miſſas hactenus numquam viſas, pariter deſcribere, ne pereant, operæpretium exiſtimavimus: cum & ad hiſtoriam rerum geſtarum hujus temporis ſpectare noſcantur, quæ iiſdem continentur, ut quæ ſequitur de Armenorum converſione.

*Ad Armeniæ Principem.*

*Nil pietate præſtantius, nil humano generi conducibilius inveniri poteſt; tunc enim demum rite, & ex majorum præſcripto colitur Deus, cum hæc altius radices egerit, & invaluerit. Dei autem cultus, quid non boni affert, quid non mali abigit, ſi non aliunde incolumitas privatim unicuique noſtrum, non publice familiis, urbibus, ipſis denique populis promanat? hinc fit, ut magna inter mortales concertatio omni ævo fuerit, dum unuſquiſque opinionem, quam de Religione vel ipſe concepit ſemel, vel aliorum traditione hauſit, tueri adverſus diverſa ſentientes cupit: adeo opinioni receptæ aſſueviſſe multum eſt. Idem plane dices nobis evenire, quod veteri panno; quem ubi coloris ſuccus altius infecerit, diſcerpſeris citius, quam eluas; niſi opem afferat Deus gratiæ ſuæ face mentibus prælucens. Ille quidem ſuaſit Catholico viro, de quo ſcribis, ut ad vos diverteret, populumque orthodoxos edoceret ritus: ille vobis auctor fuit, ut priſco agnito errore ab optimo Imperatore noſtro, cui omni obſequii genere conjuncti eſſe vultis, ne in his quidem, quæ ſunt Fidei, diſſideatis. Illius denique impulſu eſt effectum, ut aliquem e cœtu veſtro mittere velitis, quem nos ea prius, quæ ad religionem faciunt, edoctum in veſtrum Antiſtitem proveheremus. Quod mirum eſt, quanta animi gratulatione excepimus, memoria repetentes Photii præſtantiſſimi prædeceſſoris noſtri in eodem agone irritos conatus, dum vir ille ſacer omnem lapidem movens diſceptationibus, alloquiis, Legatorum miſſione urget opus. Quod Deum arcano providentiæ ſuæ conſilio in* hunc



PAGIUS picor legendum eſſe, *indictione ſexta*, quia toto hoc & ſequenti ſæculo non adverti, in Italia indictiones cum annis Incarnationis inchoatas fuiſſe. Ex hoc Diplomate Hadrianus Valeſius in Notis ad Carmen Panegyricum *de Laudibus Berengarii Aug.* pag. 231. ubi illud refert ex libro inſtrumentorum Monaſterii Piſcarienſis ſeu Caſaurienſis, qui in Bibliotheca Regia ſervatur, recte colligit, Sigonium lib. VI. de Reg. Ital. alioſque, qui *Berengarii* imperium cum anno CMXV. connectunt, hallucinatos eſſe. Non dubitandum vero quin ex Imperatorio Caroli Magni genere ortus ſit Berengarius; cum in ea Charta Ludovicum Auguſtum *conſobrinum* ſuum quater appellet. Verum fallitur Vir doctiſſimus in eo quod arbitretur, *Ludovicum* illum, cujus donationes confirmat, eſſe *Ludovicum* juniorem, Orbum vulgo appellatum; eſt enim Ludovicus Aug. hujus nominis II. fundator Monaſterii Caſau-





*hunc diem Eccleſiæ univerſæ, Armeniiſque omnibus ſi bona ſua norint, longe optatiſſimum diſtuliſſe crediderim, ut inclytam nobilitatem tuam majori cœleſtium donorum cumulo ditaret, ſibi arctiori beneficii vinculo obſtringeret. Tu modo fac, ut promiſſa extent; omnem rumpe moram; virum illum a te, primoribuſque veſtræ Eccleſiæ electum itineri accingi jube; brevi eum ad vos myſteriis initiatum orthodoxis, Armeniis quidem hactenus ignotis, & ſacris nobiſcum Catholico more operatum remittemus. Deus te, tuoſque omnes ab humana & ſpirituali nequitia defendat.* Hæc ad Armeniæ Principem de Armenis ipſis ex hæreſibus, quibus innumeris a perfidis Severianis & Manichæis infecti erant, ad Fidem Catholicam revocatis. At videamus quæ idem ſcripſerit ad Principem Sarracenorum de crudelitate ipſorum, qua miſerrimos exagitarent Chriſtianos, cum tamen ipſi Sarraceni, qui degerent Conſtantinopoli, etiam libero perfrui Oratorio ſinerentur benignitate Imperatoris. Epiſtola ſic ſe habet:

*Principi Sarracenorum.*

Nicolai Patr. Conſt. ad Sarracenorum Princ. ep. de crudelitate ipſorum in Chriſtian.

*Qui populos imperio regit, quantum reliquos homines poteſtate ſupereminet, tantumdem virtute anteire debet. Quæ a me non ideo dicuntur, quod te, potentiſſime Princeps, imparem oneri, aut non ex æquo præſtare cenſeam animi, ac fortunæ bonis, (non ignota mihi eſt tua ſermone omnium celebrata laus) ſed quia ſiniſter quidam rumor hic percrebuit, te in nos eſſe animo infeſtiore, quorumdam fraude inductum, qui tibi falſo nuntiarunt, Sarracenorum Oratorium, quod in hac regia urbe extat, homines noſtros demolitos eſſe, nonnulloſque tuæ gentis per vim, & metum adegiſſe, ut patrio abjurato ritu nomina Chriſtianæ religioni darent. Hanc delationem ab hoſte humani generis, omnis mendacii parente ortam occaſionem tibi præbuiſſe ajunt juſſionis, qua indixiſti omnia Chriſtianorum ſub tuo imperio degentium templa devaſtari. Atrox ſane & horrendi carminis edictum, tuaque per tot bella conquiſita gloria plane indignum, quod neque facti inquiſitio præceſſit ulla, nec direxit conſultatio. Atqui decebat tot victoriis auctum, tam ſolertis ingenii ducem rem tantæ molis cunctanter, & ſerio indagaſſe prius; inveniſſes enim (quod & invenies uti ſpero brevi) fabulam hanc totam per ſummum ſcelus a malevolis, & a Chriſtiani nominis calumniatoribus effictam. Cui enim ignota eſt Imperii Romani ab ultima uſque origine clementia? cujus non ad aures pervenit Auguſtorum noſtrorum quaſi tradita per manus pietas, & animi moderatio in victos? quibus, ſi patriam excipis, & ſuorum conſpectum, nihil ferre deeſt, ex earum rerum genere, quæ ad vitam recte & commode degendam faciunt. Argumento ſit vel hoc ipſum, de quo lis eſt, Sarracenorum oratorium, quod jam olim Imperatorum indulgentia exædificatum, ſartum tectumque non aliter ac ſi apud vos eſſet, hactenus ſervatur. Interroga poſtliminio reverſos, diſces extra aciem civem & hoſtem nullo diſcrimine apud nos haberi. Confer nunc hos mores cum Sarracenorum ſævitia adverſus Chriſtianos, qui apud eos ſervitutem ſerviunt, quos, quaſi parum eſſet in ergaſtulis rerum omnium egentes aſſervari, nonnumquam in medium productos per jocum & ludum jugulant, aut arbori appenſos lapidibus, ac telis petunt, cum hic truncatio capitis graviſſima omnium etiam in ſcelere immani ſit animadverſio. Quod vero attinet ad vim, qua doles ad Chriſtianiſmum impulſos Sarracenos tuos: procul abeſt ab hujus dedecoris ſuſpicione Imperator noſter; procul tota purpuratorum cohors, & quicumque demum nobilitate, aut induſtria in hac luce hominum refulgent. Verum permittamus obſcuræ aliquem notæ, pœnas mox luiturum, ſi innotuerit, ſcelus perpetraſſe; quid tot meruere Chriſtianorum millia? cur unius ob noxam innocens natio affligitur, ſacriſque patriis arcetur? reclamante commune Gentium jure, ipſiuſque prophetæ veſtri ſanctione, qua ille Chriſtianorum, modo jugum non detrectent, incolumitati, ac religioni ſatis cavit. Hæc nos ad te paucis perſcripſimus muneri noſtro quidem conſentanea, quod non tam Chriſtiani gregis amplectitur curam, quam tuæ omniumque ſalutis procurationem. Plura* nun-



PAGIUS auræ, in honorem Sanctæ Trinitatis, *in quo almificum beatiſſimi Pontificis atque Martyris Clementis corpus dignoſcitur eſſe reconditum*, inquit Berengarius. Legenda Hiſtoria de fundatione Monaſterii Caſaurienſis ex laudato MS. a Ducheſnio Tom. III. pag. 546. & ſeqq. deſcripta, ubi dicitur Ludovicum II. obtinuiſſe ab Hadriano II. Papa corpus *Sancti Clementis*, Romam a Conſtantino, ſeu a Sancto Cyrillo, ex Taurica Cherſoneſo advectum, eumque condidiſſe in Piſcaria Monaſterium in honorem Sanctæ Trinitatis, in quo ſacras illas Reliquias repoſuit. Porro Berengarium die XXIV. Martii anni Chriſti ſuperioris Imperatorem dictum, jam ſupra demonſtravi.

VI. *Moritur Rollo primus Dux Normanniæ.*

*Rollo* primus Normanniæ Dux *completis quinque annis, ex quo baptizatus eſt, obiit* inquit Ordericus initio lib. 3. Gemmeticenſis lib. 2. cap. 22. & Dudo Sancti Quintini Decanus tradunt etiam eum poſt baptiſmum *uno* vixiſſe *luſtro*, & conſumptum ſenio hominem exuiſſe in Chriſto. Denique in brevi Chron.

*nuntiabunt viſores tui, & ii, quos illis itineris comites adjunximus. Quibus te, ut ſedulo animum intendas, etiam, atque etiam rogamus, ſimulque ut des te ad lenitatem; ſic enim & ii, qui tibi nunc ſubiiciuntur, imperii tui moderationem laudibus extollent, & manſuetudinis memoriam omnis excipiet poſteritas. Vale Sarracenicæ gentis eximium decus atque ornamentum.* Hactenus Nicolaus Patriarcha ad Sarracenorum Principem. Quæ autem ſequitur epiſtola ad Epiſcopos data, ad tempus ſpectat, quo ejectus in exilium, nullum ex iis defenſorem invenerit, immo & proditores eoſdem paſſus fuerit.

*Epiſcopis extra communionem exiſtentibus.*

Nicolai Patr. Conſt. ad Epiſc. ep.

*Sane ita eſt, ut cœleſti illo ore Paulus affirmat, hominibus imponi poteſt, Deo autem revelantur omnia noſtra, atque innoteſcunt. Hæc pauca vobis ſit ſatis dixiſſe, quos ego, ut mitiſſime dicam, infelici ſatis Eccleſiæ, mihique genui. Quidni enim vos ſic appellem, qui me, quem etiam merito damnatum defendere debueratis, ut par erat filios parentem, nullius affinem culpæ, immo per ſummam injuriam ſolio ejectum, quaſi parum fuerit deſeruiſſe, prodidiſtis? hæc animo revolvite, iram Domini ſcelerum ultricem expectantes.* Huic iſta ſubjecta legitur.

*Duci Longobardiæ.*

Ejuſdem ad Ducem Longob. ep.

*Chriſti hoſtes te viciſſe gratulor, vel eo potiſſimum nomine, quod expectationem de te meam minime fefelleris, qua tua hæc egregia facta & præſagiebam multo ante, & prædicabam. Meminiſſe enim potes, cum te pene invitum, atque reſiſtantem, ut id munus ſuſciperes, impellebamus, in provinciam ablegantes, tunc quidem omnium miſerrimam, nunc autem tuo beneficio florentem: unde non tam ſperabam rediturum te ſumma, quam jam pridem es adeptus gloria, quam ampliſſimis, virtuti tuæ condignis præmiis ornatum. Verum poſteaquam, ut ſunt res humanæ, aliter omnino accidit, ad vota eſt nobis recurrendum: quibus a Deo tibi deprecamur in hoc quidem ſæculo incolumitatem, in futuro autem æternam beatitudinem.* Hanc ſequitur alia iſto titulo:

*Principi Amalphitano.*

Ejuſdem ad Princ. Amalphitanum ep.

*Amorem in nos tuum ſingularem, effuſiſſimumque in Eccleſiam, quæ nobis credita eſt, ſtudium, & antea quidem fama ipſa tuas litteras prævertens nuntiarat, & nunc eæ ipſæ amantiſſime ad nos præſcriptæ retulerunt. Plurimum igitur tibi hoc nomine debemus, ſoluturi numquam niſi votis, quibus fauſta tibi omnia precamur a Deo. Nam quidquid noſtræ evigilare curæ, aut eniti vires umquam poterunt, & perexiguum ſane eſt, & tibi antea ob præclara tua in nos beneficia obſtrictum. Negotium tuum de redemptione captivorum explicuimus aliqua ex parte: totum confici, quæ rerum, ac temporum difficultas eſt, haud ſane potuit. Aderit, ut ſperamus, brevi manus Domini, egregios iſtos conatus tuos promotura; quam neque Agarena immanitas, nec ulla omnino vis contra niti poteſt. Tu modo, quod facis, ſedulo incumbe operi, & in id libram auri expende, quam tibi mittimus. Divinatione quadam præſagit animus brevi fore, ut Deus nobis præbeat occaſionem, liberatis fratribus, ſummas ei gratias agendi. Incolumem te Chriſtus, tuoſque omnes ſervet, illæſumque a viſibili, & inviſibili hoſte.*

An-

PAGIUS

ab initio regni Francorum uſque ad annum MCXXXVIII. perducto, & a Ducheſnio Tom. III. pag. 357. recitato legitur: *Rollo obiit Rotomagi anno Ducatus XLII. regnante Carolo*, cognominato Stulto. Quare cum anno DCCCLXXVI. in Franciam venerit, currenti in ea vivere deſiit, & Radulphus de Diceto pag. 453. initium *Guillelmi Longa Spata*, dicti ejus filii cum anno nongenteſimo decimo ſeptimo accurate connectit. Nam Rollo paulo ante mortem Willelmum filium ſucceſſorem deſignavit. Hic Gemmeticenſe Monaſterium, quod S. Philibertus conſtruxerat, ſed Aſtingus deſtruxerat, in *priſtinum ſtatum reſtituit*, inquit Ordericus laudatus. Porro Dudo Richardo II. Normanniæ Ducatum regente libros ſuos tres de moribus & actis primorum Normanniæ Ducum in Aſtingo, Danorum Duce inchoatos, & in morte Rollonis deſinentes in lucem emiſit.



I. (a) *Ambr. Mor. Chr. Hiſp. l. 15. c. 47.* * al. Siſnando. Legatio miſſa ab Epiſc. Siſenando, & Ordonio rege.

ANnus Redemptoris nongenteſimus decimusoctavus Indictione ſexta inchoatur, quo legatio (*a*) miſſa eſt a ſancto Epiſcopo *Siſenando, & ab Ordonio Rege Legionenſi ad Joannem X. Romanum Pontificem: qui ea functus eſt legatione Joannes aliter, Joannellus, appellatus reperitur. Hæc omnia ex veteri hiſtoria Compoſtellanorum Epiſcoporum, in qua licet certus annus legationis hujus non habeatur expreſſus, tamen ex eo quod ibi aſſeritur eumdem Legatum annum integrum Romæ fuiſſe detentum, & paulo poſt ipſum Siſenandum ex hac vita migraſſe confectum ſenio, anno Redemptoris nongenteſimo vigeſimo, utique hoc anno potius, quam alio aliquo eam contigiſſe legationem, poſſumus opinari. Hæc de his quæ ad tempus ſpectant.

II. Joann. X. legatio ad S. Jacobum.

Quod autem ad legationem a Siſenando miſſam pertinet, eam præceſſiſſe occaſionem, eadem Compoſtellana Acta docent, quod Joannes Papa, ut qui ex pluribus delictis conſcientia ſauciatus, animi dolore langueſceret, inter alia ſalutis ſuæ remedia, illud excogitavit, ut nomine ſuo Legatum mitteret Compoſtellam ad venerandum corpus Jacobi Apoſtoli. Cum & litteras dedit ad dictum ejuſdem loci Epiſcopum S. Siſenandum, ut juges preces pro ſe funderet apud eumdem ſanctum Apoſtolum, ut propitius ſibi eſſet in hac vita, & in hora obitus ſui. Qua prævia occaſione, idem Epiſcopus ad Joannem Pontificem: eumdem quem diximus Joannem presbyterum legavit, cui & Ordonius Rex cum pretioſis muneribus ad ipſum Papam litteras dedit. Legatus ubi Romam pervenit, digne exceptus eſt ab eodem Pontifice, atque honorifice habitus, retentuſque (ut dictum eſt) anno integro Romæ, ſed non ocioſe. Siquidem occaſione Miſſalis Mozarabi, quod tunc erat uſui in pluribus Hiſpaniarum Eccleſiis, magna oborta eſt controverſia: nam cum Siſenandus in perveſtigandis Romanæ Eccleſiæ ſacris ritibus totus intentus, eos inveniſſet, in multis plane diverſos ab iis, qui in eodem codice continerentur; ex illis hos emendandi in iis, qui gravioris viderentur eſſe momenti, ab eodem Pontifice facultatem accepit. Cujus etiam explendi muneris gratia idem Apoſtolicæ Sedis Legatus ab eodem Papa decernitur. Qui multos ab Urbe receptos ſecum deferens libros, rediit in Hiſpaniam, & ſimul conferens, quamvis multa ritu diverſo, in nullo tamen ea diſcrepare invenit a Catholica veritate. Quamobrem ad eumdem Pontificem rediens, viſa ac cognita retulit in Synodo tunc coram eodem Pontifice congregata. Cui viſum eſt, omiſſis reliquis, ut levioris momenti, ut Romano ritu ſacratiora illa potiſſimum verba, quibus ipſum divinitus inſtitutum ſacrificium incruentum perficitur, proferrentur, quæ aliquibus additis vel mutatis ita in dicto Miſſali ſcripta eſſent videlicet: HOC EST CORPUS MEUM QVOD PRO VOBIS TRADETUR. &: HIC EST CALIX NOVI TESTAMENTI IN MEO SANGVINE, QVI PRO VOBIS ET PRO MUL-

De diverſis ritibus controverſia ſedata.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMLVI. Anno Hegiræ CCCVI. inchoato die 14. Junii fer. 1. A.C. 918.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6411.

☉ 3. D. ☽ 7. P. 5. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 918.

JOANNIS X. PAPÆ 5.

BERENGARII. IMP. 3.

CONSTANTINI VIII IMP. 7.

I. *Moritur S. Radbodus Epiſc. Trajectenſis.*

HOc circiter anno *Sanctus Radbodus* Epiſcopus Trajectenſis ad Rhenum menſe Novemb. diem clauſit extremum. Primæ ætatis tempore *ad Caroli Regis Francorum, inde ad Ludovici, ejus filii aulam ſe contulit: non quod Palatinos ambiret honores, ſed quod intra Regis Palatium liberalium diſciplinarum ſtudia præclare colerentur*, inquit Auctor Anonymus ſubæqualis in ejus Vita a Mabillonio Sæc. V. recitata, ubi loquitur Anonymus de Carolo Calvo, non vero de Carolo Craſſo Imperatore, ut plures perperam interpretantur, quia *Carolus Craſſus* nullos liberos reliquit; contra vero *Carolus Calvus* Ludovicum Balbum filium ac regni hæredem habuit. Quanto ſtudio *Carolus Calvus* enixus ſit, ut ſtudia literarum, quæ graſſantibus inteſtinis bellis, ac Danorum incurſione non parum labefactata fuerant, refloreſcerent pluribus oſtendit idem Mabillonius in Præfatione ad Tom. II. Sæc IV. Benedict. & in Elogio Hiſtorico Paſchaſii Radberti. Trithemius in lib. de Script. Eccleſiaſt. teſtatur, eum ſcripſiſſe nonnulla præclara Opuſcula, ex quibus pauciſſima hodie ſuperſunt. Ad *Trajectenſis* ſedis faſtigium vocatus clericale ſchema cum monaſtico commutavit; moxque creditum ſibi gregem verbo & exemplo aſſidue pavit. Temporali quoque ipſius ſubſidio cavit, impetrata ab *Arnulpho* Germaniæ Rege, ejuſque filio *Zventiboldo* Daventria, cum adjacen-

MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. Sic igitur tunc ea controverſia definita, quæ tamen multos poſt annos ( ut ſuo loco dicetur ) eſt repetita.

An-

PAGIUS centibus prædiis, in quæ loca, deſtructo a Normannis Trajecto, ſe recepit. Tandem cum inter frequentes Paganorum procellas hac illacque tutandi gregis ergo diſcurriſſet, apud *Homerſum* ſive Othemarſem occubuit, *Daventria* ſepultus. Mabillonius citatus exiſtimat hunc Chriſti annum *Radbodo* poſtremum fuiſſe, & plura de hoc S. Præſule habet.



I. Romanus collega Imperat. Conſtantini Aug.

ANnus Redemptoris nongenteſimus undevigeſimus, Indictione ſeptima inchoatur, quo bello civili flagrante Conſtantinopoli, inſurgentibus tyrannis adverſus puerum Conſtantinum, ad eos evitandos Romanus Patricius claſſis præfectus aſſumitur ab eodem collega Imperii: vigeſima enim quarta menſis Septembris inauguratus eſt Cæſaris dignitate, menſe vero Decembris Imperii diademate coronatur, tyrannis male mulctatis; Zoe vero Auguſta matre Imperatoris e palatio abducta, & in ſanctæ Euphemiæ monaſterium detruſa, ibi tonderi & monaſticam profiteri vitam coacta eſt. Quæ omnia vinculis nuptialibus ſunt cautius ſtricta, ne ſolverentur, juncta nimirum Romani filia Helena nomine matrimonio Conſtantino. Hæc cuncta pluribus Curopalates, hocque eſſe peracta anno demonſtrat.

II. Henricus Rex Germaniæ.

Eodem anno veteres Chronographi obiiſſe ponunt Conradum Regem Saxonum, atque Francorum, eumque tranſtuliſſe Regnum in Henricum filium Othonis Ducis Saxoniæ. De his acturi, quod in primis ad tempus ſpectat, cum alii in aliud tempus ingreſſum Henrici in Regnum ponant, cum tamen omnes conſentiant annis eum decem & ſeptem illud tenuiſſe, conſtet vero ex Frodoardo hujus temporis ſcriptore, cum obiiſſe

ſe

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMLVII. Anno Hegiræ CCCVII. inchoato die 3. Junii fer. 5. A.C.919.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6412.

☉ 4. C. ☽ 8. P. 25. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 919.

JOANNIS X. PAPÆ 6.

BERENGARII IMP. 4.

CONSTANTINI VIII. IMP. 8. cum Romano IMP.

I. *Conſtantinus cum Romano Lacapeno Imperium regit.*

AD num. I. Narrat Simeon Logotheta in Annal. *Romanum* Drungarium a Conſtantino Imp. in aulam vocatum fuiſſe, anno quo feſtum Annunciationis Beatiſſimæ Virginis in feriam quintam incidebat, ideoque currenti. Tum ſubdit: *Menſe Aprili, nuptialis contractus arrbabo a Conſtantino Imp. Helenæ Romani filiæ traditur; tertioque Galileæ ( hebdomadæ ſc. Paſchæ ) nuptiales corollas a Nicolao Patriarcha recipit.* Paulo poſt: *menſe Auguſto conjurationis delati Conſtantinus Ctematerus, & David Camulianus, & Michael Mandaganorum curatores; quare etiam verberibus affecti, boniſque publicatis ignominiæ cauſa per urbem traducti, in exilium miſſi ſunt. Zoe quoque Auguſta deprehenſa eſt per cibos medicatos Romani vitæ inſidiari: propterea aula deturbatam in ſancta Euphemiæ detunderunt.* Paucis interpoſitis: *Menſis Septembris die quarto ſupra vigeſimum, Romanus Cæſaris dignitate ornatur: menſiſque Decembris die decimo ſeptimo, indictione octava, anno 6458. a Conſtantino & Nicolao Patriarcha Auguſtali corona donatur. Eodemque die ejuſdem menſis, indictione octava, Chriſtophorus Romani Imperatoris filius Imperator declaratus, ipſe quoque die ſancto Pentecoſtes ab Imperatore Conſtantino Auguſtus appellatus: amboque ſolemni per Urbem pompa ſoli proceſſerunt.* Sed annus ille mundi corruptus. Loco enim, *annus* 6458. legendum, *anno* 6428. a Kal. Septemb. hujus anni Conſtantinopoli inchoato. Conſtantinus itaque, qui hactenus ſolus imperarat, currenti anno Collegam aſſumſit *Romanum Lacapenum* a ſe Imperatorem dictum, recteque ſcripſere Simeon Logotheta, aliique Hiſtorici Byzantini *Conſtantinum* cum matre & tutoribus imperaſſe *annos ſeptem*, ab anno Chriſti CMXII. ad præſentem, numerandos. Ex quo & intelligimus, *Conſtantinum* Zoem matrem ipſo ſuo Imperii initio ex exilio in Aulam revocaſſe.

II. *Romani proſapia & mores.*

Fallitur itaque Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis cap. XIX. ubi ait, anno CMXII. *Romanum Lacapenum* cuſtodem factum eſſe Imperatoris, filiam ejus *Helenam* Conſtantinum in uxorem ſibi adſciviſſe, actaque eſſe ſponſalia Aprili menſe ejuſdem Chriſti anni. Leo enim Grammaticus pag. 495. & Curopalates pag. 617. ab ipſo in margine citati aliud non referunt, quam quod mox ex Simeone Logotheta in medium adduximus. *Romanus humili fuerat proſapia, ex Armeniorum ſcilicet gente oriundus. Neque ſolum mente conceperat futurum, ſe Regis in aula eſſe nedum Imperialia ſceptra tenere. Sed quod prophetiſſa Anna dicit*, Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſublevat, ſuſcitat de pulvere egenum, & de ſtercore elevat pauperem, inquit, Luitprandus lib. 3. cap. 9. In vita S. Baſilii Junioris, qui Conſtantinopoli Anachoreticam vitam duxit, Gregorius ejus diſcipulus cap. 3. tradit ipſum ab Helena Auguſta aliquando accerſitum fuiſſe, quod pridem cuperet videre eum, ſe ſeque ejus orationibus commendare: *Illa ergo hebdomade*, inquit Gregorius, *qua ſanctus in Palatio verſabatur, ſumebant illum quotidie cauſa benedictionis obtinendæ tam Imperatores quam uxores eorum: ipſe vero ſingulis poſtulabat convenientia, utpote qui oculo mentis ſubtiliori, cognoſceret, quid potiſſimum in unoquoque deſideraretur. Accidit autem ut etiam ad Romanum inducerent illum; cui dum poſt humaniſſimæ exceptionis officia familiarius colloqueretur, cœpit eum in faciem redarguere ſanctus quod nimio auri & mulierum amore inſaniret, & civium filias conſtupraret. Imperator vero Monachorum amans, non modo non eſt elatus in iracundiam; ſed manſuete excipiens correctionis diſciplinam, auro quoque oblato honoravit abeuntem: quod ille prorſus recuſavit admittere.*

III. *Obitus Conradi Germaniæ Regis.*

Ad num. II. *Conradus* Germaniæ Rex anno CMXVIII. vitam cum morte commutavit, ut teſtatur Hepidannus in ſuis Annal. qui ad eum Chriſti annum habet: *Chuonradus*

*Rex*

ſe anno nongenteſimo trigeſimoſexto: utique hoc eum anno regnare cœpiſſe dicendum. Conſentiunt Frodoardo Lambertus, Sigebertus, Marianus Scotus, & alii. Hunc vero ita electum, cum vellet Archiepiſcopus Moguntinus Herigerus ungere, minime acquierit, reſpondens ſe unctione indignum eſſe. Porro ipſam non ſine damno ab eo prætermiſſam, divinitus oſtenſum eſt ſancto Uldarico Auguſtano Epiſc. per viſum, cum ei ab Apoſtolo Petro ad id ſignificandum oſtenſi ſunt duo gladii, alter cum capulo, ſine capulo alter, dictumque ab eo ipſi: *Dic Henrico Regi: Enſis ille, qui ſine capulo eſt, ſignificat Regem, qui ſine benedictione Pontificali Regnum tenebit: capulatus autem, qui benedictione divina Regni tenebit gubernacula*. Hæc in vita ejuſdem ſancti Udalrici. Citat eamdem viſionem Udalrici Ditmarus (*a*) hujus ſæculi ſcriptor, qui & de eodem Henrico iſta habet:

III. *Henricus pater Othonis filiam Eruini ſe-*

(*a*) *Ditm. l. 1.*

PAGIUS *Rex obiit ante natale Domini. Henricus Saxo Rex electus eſt*. Idem tradunt ad eum Chriſti annum Chronographus monaſterii S. Galli, Hermannus, & Marianus Scotus, qui addit Conradum obiiſſe *X. Kal. Januarii*, confirmatque quod de mortis ejus tempore Hepidannus citatus dicit. Denique Luitprandus lib. 2. cap. 7. aſſerit, Conradum *ſeptimo regni ſui anno e vivis exceſſiſſe*. Conradus morti proximus *Henricum Saxonem*, cum quo graves ſimultates ac profeſſa odia exercuerat, nulla fratris *Everhardi* aut Francicæ gentis habita ratione, ſola virtutis admiratione ductus ſucceſſorem deſignavit. *Henricus Auceps* dictus, quod aucupio delectaretur, qui vix Procerum conſenſu victus eſt, ut purpuram indueret, & regnum capeſſeret. Aliqui Auctores a Baronio citati *Conradi* mortem hoc anno perperam collocant præter Marianum Scotum, qui a noſtra ſententia ſtat, & Frodoardum, qui annum ejus emortualem non memorat. [1] Goldaſtus Tom. III. Conſtitut. Imperial. pag. 301. utrumque Imperatorem appellat, ſed manifeſto errore; cum hoc tempore *Berengarius* imperium Romanum obtinuerit, & neque *Conradus*, neque *Henricus* Auceps a Pontificibus Romanis coronati fuerint. Præterquamquod neuter ne ſemel quidem Imperatoris nomen ſumpſit, neque a quopiam coætaneo vel ſuppare Imper. dictus eſt. [2]

IV. Ad num. III. *Henricus* Germaniæ Rex uxorem habuit beatam *Mathildem*, quæ originem ducebat a S. Witikindo, a Carolo M. debellato, & ad fidem Chriſti converſo, ut ſuo loco oſtendimus. Cum autem ubique *Mathildis* divulgaretur virtus, expetita fuit ab *Henrico* in ſponſam tribus annis ante mortem Ottonis patris ſui. Cum Regalis ſolii aſcendit gradum venerabilis Regina, illuſtris maritali potentia, & illuſtrior religione divina, quanto ſibi acceſſit poteſtas ſublimior, tanto ſe humiliavit devotior. Henricus vero ejus maritus perplurimas nationes ſuo ſubjugavit dominatui, *Danos, Sclavos, Boemonos, Bajouvvarios, cæteraque quamplurima regna, quæ ſuis anteceſſoribus non fuerant ſubdita*, inquit Auctor Anonymus in Vita B. Mathildis, & juſſu S. Henrici Imperatoris ſcripta, & a Bollando ad diem XIV. Martii recitata. Eam Vitam S. Henricus elucubrari juſſit, quia *Mathildis* ejus proavia fuit. Witichindus, qui hoc ſæculo vixit, meminit earumdem nationum ab Henrico Aucupe ſubactarum, ut videre eſt apud Baronium anno ſequenti num. V.

*Henricus Auceps B. Mathildem uxorem duxit.*

Con-

NOTÆ [1] HEnricus Auceps coronam Regni accepit, (ut arbitror) anno 919. die 21. Februarii quod perſpicue collegiſſe mihi viſus ſum ex collatione duorum originalium Diplomatum nuper editorum in præclariſſimo Chronico Godvvicenſi tom. 1. lib. 2. pag. 139. & 141. Primum quod æri inciſum ibidem exhibetur ita ſignatur: *Data X. Cal. Martii anno Incarnat. Dom. DCCCCXXII. Indict. X. anno autem regni glorioſiſſimi Regis Heinrici III. Actum in villa quæ dicitur Quitilingaburg. &c.* Ex his colligas anno 919. die illa Februarii Henricum nondum regnare cœpiſſe. Id autem occepit ante diem 23. ejuſdem menſis & anni, cum alterum ejuſdem Henrici diploma, ibidem relatum datum ſit *VII. Kal. Martii anno Incar.* DCCCCXXXI. *Indict. III. Anno Regni Henrici Regis XXXIII.* Ex hoc enim poſtremo documento conficitur Henricum anno 919. die 23. Februarii jam regnaſſe; cum anno 931. ea menſis die Regni annum XIII. jam ageret. Profecto inter die 20. & 23. Februarii anni 919. dies 21. Februarii Dominicam referebat, eamdemque facile coronationi Henrici deſtinata fuit. Ex his autem Diplomatibus intelligimus Conradum Henrici deceſſorem anno potius 919. quam 918. deceſſiſſe; cum id tradant Authores, multi, quorum hic Pagius meminit, & præter illos Annaliſta Saxo Eccardi ad annum 919. Neque enim ultra duos menſes dilatam fuiſſe ſucceſſoris coronationem facile credimus; quod tamen admitti oporteret ſi Conradum obiiſſe die X. Kalend. Januarii anni 918. ſtatueremus. MANSI

[2] QUo die anni 919. initia regni Germanici *Henrici* Aucupis inchoanda ſint, me adhuc latet. Apud Martenium in Collectione ampliſſima Anecdot. tom. II. pag. 41. exhibetur diploma *Henrici Regis* pro monaſterio Stabulenſi: *Datum VI. Idus Junii anno Incarnat. DCCCCXXXV. Indictione VIII. anno autem Henrici regis iſtius regni XVI.* Si menſe *Junio* anni 935. annus XVI. regni *Henrici* adhuc in curſu erat, rex dictus fuit poſt menſem *Junium* anni 919. *Conradus* obiit ſub Natalem Chriſti an. 918. *X. Kal. Januarii* ejus obitus adnotatur a Brovvero Antiquit. Fuld. pag. 129. ex martyrologio Fuldenſi, item Necrologium Laureshamenſe: *X. Kal. Januarii Cunradi regis*. Vide Eccardum rerum Francicarum lib. XXXIII. §. LXIX. ubi menſe Aprili anni 919. *Henricum* regni *annum primum* enumerare in diplomatibus monet. GEORGIUS



Henrici Regis pænitentia.

*ſenioris viduam velatam ducit uxorem. Redarguitur a Sigiſmundo Halberſtatenſi Epiſcopo, qui eos ad Synodum citat, ſed intercedente Imperatore, cujus Henricus auxilium petiit, res non eſt ultra progreſſa.* Et inferius: *Audivi quod hic Henricus Romam cauſa orationis petens, plus pedibus, quam æquo laboraret, & a multis interrogatus, cur ſic ageret, culpam profiteretur*. Pœnituiſſe enim, & ea relicta, aliam eduxiſſe uxorem, Matildem nomine, ex qua tres ſuſcepit filios, idem Ditmarus teſtatur.

*Ann. Eccl. Tom. XV.* Gggg Se-

PAGIUS V. *Bajoariæ per Duces adminiſtrata.*

Conrado demortuo *Arnulphus*, [1] qui jam eo vivente Bojoariam, cujus limitis cuſtodia ei credita fuerat, occupare tentavit, rurſus Imperium animo agitabat, quod plures Magnates ejus cupiditati faces admoverent. Verum *Rex Henricus eum obtemperare ſuis omnes juſſionibus, Arnoldumque ſolum reſiſtere cerneret, pervalido collecto exercitu in Bojoariam tendit. Quod Arnoldus ut audivit, ejus non paſſus eſt in Bojoaria præſtolari adventum*, inquit Luitprandus lib. 2. cap. 7. qui ſubdit, Bojoarios Arnulpho ſuaſiſſe ut Regi ſeſe ſubiiceret, dummodo, inquiunt, *ut quod prædeceſſores non habuere tui, tibi concedatur, quatenus ſcilicet totius Bojoariæ Pontifices tuæ ſubjaceant ditioni tuæque ſit poteſtatis uno defuncto alterum ordinare. Connivens igitur Arnoldus huic optimo ſuorum conſilio, Henrici Regis miles efficitur, & ab eo conceſſis totius Bajoariæ Pontificibus honoratur.* Ea poteſtate Arnolphus intemperantius uſus, apud poſteros infamia conflagravit; ejus enim licentiam inter alias ſic perſtringit Otto Friſingenſis Antiſtes: *Circa idem tempus Arnolphus Bajoariorum dux, morte Conradi Regis comperta, ex Hungaria in patriam revertitur, regnareque geſtiens, tandem a Rege reconciliatus ſibi terræ ſuæ Eccleſiis, in pacem vocatur. Hic eſt Arnolphus, qui Eccleſias & Monaſteria Bajoariæ crudeliter deſtruxit, ac poſſeſſiones earum militibus diſtribuit.* Bojoaria itaque, quæ per tot annos a Regibus & Imperatoribus, adminiſtrata fuerat, impoſterum per Duces gubernata fuit. [2]

IV. *Minor Britannia a Normannis devaſtata.*

Normanni, ſeu ii qui Duce Rallone Neuſtriam occupaverant, ſeu alii de novo advenientes Aremoricam regionem nemine reſiſtente devaſtant: *Normanni*, inquit Flodoardus in Chronico, *omnem Britanniam in Cornu Galliæ in ora ſcilicet maritima ſitam depopulantur: proterunt atque delent, abductis, venditis, ceteriſque cunctis ejectis Britonibus*. Biennio vero poſt Robertus Comes hanc quoque partem, quam vaſtaverant, cum Nannetico pago illis habitandam concedit, dum fidem Chriſtianam amplectantur. *Robertus Comes*, inquit Flodoardus ad annum CMXXI. *Normannos, qui Ligerim fluvium occupaverant, per quinque menſes obſedit, acceptiſque ab eis obſidibus Britanniam ipſis quam vaſtaverant, cum Nannetico pago conceſſit, quique fidem Chriſti cœperunt ſuſcipere.*

NOTÆ [1] ARnolphus Ducatum Boiariæ non quidem ab hoc anno, at ſerius ab anno ſcilicet 922. vel 923. exorſus fuit; nam anno 932. Ducatus ſui annum decimum nnmerabat. Vide Notam ad annum 932. MANSI

[2] EXpeditionem hanc Bavaricam in alterum ab aſſumtione Henrici annum omnes, quotquot vidi, Cronographi accuratiores reiiciunt, quos inter eminet Annaliſta Saxo ab Eccardo vulgatus, qui ad annum. 920. hæc narrat, quæ Sigebertus, a Pagio laudatus, nulla anni deſignatione tradit. Conſonat & Cronographus Saxo Lebinitianus, qui pariter hæc ad ſecundum Regni Henrici annum remittit. MANSI

I. Unio in Conſtantinop. Eccl. facta.

SEquitur annus Redemptoris nongenteſimus vigeſimus, Indictione octava, quo ( ut teſtatur Curopalates ) menſe Julio Eccleſia Conſtantinopolitana diviſa ſchiſmate ab iis, qui ſectabantur partes Euthymii, & aliis, qui Nicolao favebant, inita inter eos pace atque concordia, ſimul unitur. Sunt hæc verba Curopalatis: *Julio autem menſe Indictione octava Eccleſiæ unio facta eſt, unitis Metropolitanis & clericis, qui a Nicolao Patriarcha & Eutymio diviſi fuerant*. Sic igitur illo ſublato ſchiſmate, quo alii ſectantes Nicolaum, Euthymium alii, ab invicem ſciſſi erant, reſtabat tamen adhuc quæſtio de polygamia diſquirenda, occaſione Leonis Imp. exorta, quæ anno ſequenti terminata eſt.

II. Facta hoc anno unione, pariter procuratum ab Euthymianis, ut ipſius Euthymii in exilium defuncti corpus Conſtantinopolim transferretur, de qua tranſlatione iſta habet Aretas Cæſarienſis (a): *Atque is etiam, qui nefarie fuerat damnatus, ſuis ſaltem poſt obitum reſtitutus eſt, ut haberet etiam denuo ſacra promiſſionis terra dilecti oſſa Joſeph, quibus per lectiſſimos quoſque ex ſacro ordine viros juſta ſolverentur. Commodum enim edictum Reges promulgant, nempe Conſtantinus atque Romanus: atque undique extemplo, velut ex compoſito (quamobrem enim hæc magna adeo cum celebritate non fierent?) ingens confluens multitudo, maxima quadam, pompa victorem illum ab exilio redeuntem cœpit comitari innumerabilibus facibus, quarum bonam partem regia pietas ſuppeditabat, mare totum colluſtrans, ſuaviſſimiſque incenſis odoribus, moleſtam illam maris nauſeam diſcutiens, & perpetua hymnorum modulatione pontificem mire concelebrans. Cæterum ſimul ut ad Virgam ( litoralis tractus eſt nomen ) appulerunt, ſublatum eſt de regio lembo ſacroſanctum illud tabernaculum, atque in S. Æmiliani ædem illatum, ibique ſimiliter appoſitis hymnis, decantatus eſt Dei ſervus, & laudatione cujuſdam de Ponti-*

Tranſlatio corporis Euphemii Patriarch. Conſtantinopolim.

(a) Aret. Cæſ. apud Lip. tom. 3.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMLVIII. Anno Hegiræ CCCVIII. inchoato die 22. Maii fer. 3. A.C. 920.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6413.

☉ 5. BA. ☽ 9. P. 9. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 920.

JOANNIS X. PAPÆ 7.

BERENGARII IMP. 5.

CONSTANTINI IMP. 9. cum Romano IMP.

I. Pax Eccleſiæ Cpolitanæ reddita.

AD num. I. Leo Grammaticus pag. 495. ait: *Julio menſe, indictione octava, die dominico, totius Eccleſiæ a Romano* ( qui Imperium regebat ) *inita eſt concordia, cunctis Metropolitis & Clericis, qui a Nicolai & Euthymii partibus diviſis ſteterant animis* ( propter ſc. quartas nuptias Leonis Imp. ) *in conſenſionem redeuntibus*. Idem narrat Baronius ex Curopalate. Duravit ea diviſio per annos XV. ab anno ſc. CMVI. quo Zoe a Leone Imp. cum ſolemni pompa uxor accepta. Quare Epiſtola Nicolai Patriarchæ Conſtantinop. ad Pontificem Romanum, a Baronio anno CMXVI. recitata, ad hunc annum pertinet, ut ibidem diximus; de illis enim annis XV. quibus diſſentio inter Clerum Cpolitanum duravit, in illa Epiſtola diſerta mentio. Revocandum etiam huc Edictum unionis inter Præſules Patriarchatus Cpolitani, quod Baronius anno ſequenti refert.

II. Joannes Leunclaius tredecim Novellas a Conſtantino Porphyrogenneta emiſſas publicavit, quæ in fine lib. 2. de Thematibus Occidentis leguntur, quarum decima tertia de quartis & tertiis nuptiis, hoc anno data eſt. Hic ejus titulus: *Ex unionis tomo, qui factus eſt ſub Conſtantino in Porphyra nato, & annis ſingulis in ſuggeſtu menſe Julio legitur*. Novella his verbis inchoatur: *Decernimus ſententia judicioque communi, ne ab hoc anno præſenti ( qui eſt annus mundi IↃↃ. CIↃ. CCCCXXVIII. indictione VIII. quartas nuptias ullus contrahat, ſed & omnino eæ reiiciantur. Quod ſi quis ad ejuſmodi conjugium progredi decreverit, ab omni Conventu Eccleſiaſtico excluſus eſto, & ab ipſo in ſacroſanctam ædem ingreſſu tantiſper alienus, donec in hoc conjugio permanſerit. Hoc enim ſanctis quoque Patribus, qui ante nos vixere, viſum fuit. Ac nos ſane ſententiam reddentes apertiorem, eum velut alienum a Republica Chriſtianorum abdicamus. Et in hunc quidem modum de quarto matrimonio. Cæterum ut & illa, quæ ad alia matrimonia pertinent, honeſtius conſtituantur, & conciliationem vitæ Chriſtianorum non indigna habeant: de tertio quoque matrimonio definimus, ne ſimpliciter atque temere perficiatur*. Pluribus poſtea in eadem Novella agitur de tertiis nuptiis quæ legenda apud Baronium anno ſequenti num. II. & V. quia tam ea, quam hoc præſens decretum in Edictum unionis inſerta ſunt.

Decretum contra quartas nuptias ſingulis annis lectum.

III. S. Eutymius Episc. Cp. in Diptycha relatus.

Ad num. II. & ſeq. *Sanctus Polyeuctus* creatus Patriarcha Cpolitanus anno CMLVI. primus fuit, qui *Euthymium* ex ſuis deceſſoribus unum in Diptycha retulerit. Cedrenus enim in Vita Conſtantini Porphyrogennetæ pag. 640. ſcribit: *Polyeuctus primo ſui Patriarchatus anno, Eutychii* ( legendum Euthymii, ut Græcus textus habet ) *Patriarchæ nomen in ſacras tabulas retulit, ejus qui Imperatorem Leonem ad ſacrorum communicationem admiſerat, cum is quartam uxorem duxiſſet. Eam ob rem quidam ſummorum Pontificum aliquandiu noluerunt res ſacras cum Polyeucto communes*



*tificum numero honeſtatus*.

III. *His ita peractis, cum ſublatum inde ſacrum geſtaretur feretrum, atque in honeſtiſſimum hunc ipſum locum inferretur: ſuſtolli undique ab omnibus cœptus eſt clamor, magiſtratibus, privatis, locupletibus, tenuibus, viris, fœminis, parvis, puberibus, impuberibus, quorum partim eum ſecundum Deum parentem vocabant, partim paſtorem requirebant, alii propugnatorem deſiderabant: nam & nutritorem illum ſuum egeni appellabant, mulierculæ ſuum, cum adeo diſceſſerit, defenſorem primarium, pueri diſciplinæ ſuæ moderatorem vociferabantur; omnes denique pro ſe quiſque eum, in quo opportunum ſibi ſublevandis indigentiis ſuis poſitum eſſet profugium. Itaque dum hujuſmodi cum laudatione funus celebratur, in hoc religioſiſſimum templum ab omnibus convenitur, ubi peractis reliquis, quæ ad perſolvenda funeri juſta deerant, cum jam periculum eſſet, ne quod ſuperfuerat ſanctiſſimi viri tabernaculum, propter eorum, qui eo confluxerant, fidem, diſcerperetur: violenter de raptorum manibus extortum, excuſſumque eſt, atque hoc modo in ſacroſancto hoc quem videmus, loculo, ſacroſanctum vere Dei hominem conciliavimus*. Hucuſque de Euthymii facta tunc tranſlatione Aretas Cæſarienſis, hæc oculis intuitus.

IV. Legatio Caroli Regis ad Henricum Regem Saxonum.

Eodem anno rebellantes Principes Francorum a Carolo Rege, cognomento Simplice, eo quod ipſis contemptis propenſior ille eſſet erga Haganonem Laudunenſem virum ignobilem, quem præ cæteris conaretur extollere, Herveus Archiepiſcopus Rhemenſis non ſine magno labore Carolo conciliavit. Hæc Regino & Frodoardus. Porro idem Carolus hoc eodem anno legationem miſit ad Henricum Saxoniæ Regem, & cum ea ſancti Dionyſii ſacra pignora, tanto mu-



PAGIUS

*nes habere: mox Imperatoris voluntati obſequentes, ridendos ſe diſceptantibus controverſiam exhibuerunt*.

IV. Gallia civili bello ardet.

Ad num. IV. & ſeq. Civile bellum hoc anno in Gallia exarſit. Plurimi Proceres indignati, quod *Haganonem* miniſtrum Regni Primarium *Carolus* Rex dimittere nollet, palam ab eo deficiunt, & *Robertum* Pariſienſem Comitem, Odonis quondam Regis fratrem, rei Francicæ præficiunt. Unum Rex habet perfugium ad *Herivæum* Remenſem Archiepiſcopum, cujus opibus diu ſuſtentatur, donec tandem Procerum animi placantur: *Anno* DCCCCXX. inquit Flodoardus in Chron. *Pene omnes Franciæ Comites Regem ſuum Carolum ad Urbem Sueſſionem, quia Haganonem Conſiliarium ſuum, quem de mediocribus, potentem fecerat, dimittere nolebat, reliquerunt. Herivæus autem Remorum Archiep. accipiens Regem, cum omnes eum deſeruiſſent, duxit eos ad hoſpitia ſua in villa, quæ dicitur Garcaſiria. In craſtinum vero venerunt Cruſniacum Remenſis Epiſcopii villam, ibique manſerunt, donec Remis venirent: ſicque deduxit eum per VII. fere menſes, uſquequo illi ſuos Principes, eumque ſuo reſtitueret regno*. Idem ſcribit lib. 4. Hiſt. cap. 15.

V. Tranſlatio S. Viti in Germaniam.

Tranſlatio *Sancti Viti* Martyris in Saxoniam, magnam Galliæ *perniciem*, Saxoniæ *pacem perpetuam* attuliſſe dicit Witichindus in lib. 1. de Geſt. Saxonum. Hiſtoriam hujus Tranſlationis a Scriptore Anonymo editam, recitat Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. I. aitque, *VVarinum* Abbatem Novæ Corbeiæ ad *Hilduinum* Abbatem monaſterii Sancti Dionyſii in Francia veniſſe, ac ab eo petiiſſe, ut de ſanctis Martyribus, quorum corpora in eo monaſterio quieſcebant, aliquem ei ad confirmandam fidem gentis ſuæ tribueret, atque licentiam efferendi concederet. *Hilduinus* licentia obtenta a Ludovico Pio Imperatore & Epiſcopo Pariſienſi, dedit ei corpus beatiſſimi pueri & Martyris *Viti*, qui ſub Maximiano & Diocletiano paſſus eſt. Tranſlatum fuerat illud corpus ex Italia in Franciam regnante Pippino, & in loco ubi poſitum fuerat, multas Dominus virtutes patrarat. Ait Anonymus hanc Sancti Viti Tranſlationem in Saxoniam factam eſſe *anno Incarnat. Domini noſtri Jeſu Chriſti octingenteſimo triceſimo ſexto, indict. XIV. anno autem imperii ſacratiſſimi Imperatoris Ludovici viceſimo tertio*.

VI. Chriſtiani in valle Juncariæ a Saracenis victi.

Hoc anno Ordonius II. Legionis Rex ab Abderamine Saracenorum Rege, qui Cordubæ regnabat, in prælio victus, & magna Chriſtinorum ſtrages facta *in valle de Juncaria*, vulgo de Junquera, uti teſtatur Sampirus in ſua Hiſtoria, quem alii Scriptores Hiſpanici unanimi conſenſu ſecuti ſunt: *Venit Abderramen*, inquit Toletanus lib. 6. cap. 22. *cum magna multitudine ſuorum & Africæ quos conduxerat, terramque ingreſſus eſt Navarrorum uſque ad locum, qui Muez adhuc hodie nuncupatur. Quos Rex* ( nempe Navarræ) *Carſias filius Regis Sanctii nequiens tolerare Regi Ordonio nunciavit, qui confeſtim occurrens cum ingenti auxilio properavit. Cumque in valle Juncaria ſibi adinvicem exercitus obviaſſent, ſicut Dominus voluit ſuſtinere, multi de Chriſtiano exercitu corruerunt. Etiam duo Epiſcopi Dulcidius Salmaticenſis, & Hermigius Tudenſis fuerunt ibi ab Arabibus comprehenſi, & pro iſto Hermigio fuit ſobrinus ejus S. Pelagius datus obſes, qui poſtea fuit Martyr*, anno ſcilicet nongenteſimo viceſimo quinto, ut ibi cum Baronio narrabimus. Annus hujus prælii notatur in Charta, cujus autographum in archivo Monaſterii S. Joannis Pennatenſis aſſervatur, & in duobus Cartulariis ejuſdem Monaſterii de verbo ad verbum jam a multis ſæculis deſcriptum fuit. Egregiam illam Chartam produxit Moretus in Inveſtigat. Navarricis lib. 2. cap. 5. ſect. 2. pag. 302. *Non multo poſt vero tempore* ut in ea Charta legitur, *Tranſacto in temporibus ſcilicet Regis Sancii Garſeanis Pampilonenſis . . . . iterum facta eſt magna perſecutio adverſus Eccleſiam Dei, in era videlicet DCCCCLVIII.* ( currenti ſcilicet Chriſti anno ); *quando ſuperatus eſt Rex Ordonius, & facta eſt magna ſtrages Chriſtianorum ab Abderramen Rege Cordubenſe. In illo tempore Sarraceni tranſeuntes Pyreneos*

munere illud libere profeſſus, una cum ſanctorum Martyrum venerandis reliquiis transferri e Francis in Saxones Regnum pariter atque reliqua bona omnia; idque haud vane jactari, ſed experimento jam eſſe perſpicue demonſtratum, nimirum ex tranſlatione S. Viti martyris ex Gallia in Saxoniam facta, cum eo ſimul ad Saxones veluti fato quodam (ſi ita dicere Chriſtiano liceret) Francorum gloriam commigraſſe. Hæc autem ne putes vana eſſe commenta, audi quæ de his habet Witichindus ſæculi hujus ſcriptor: *Quoniam Henricus Rex Rhenum tranſierat ad dilatandum ſuper Lotharios imperium ſuum: occurrit ei Legatus Caroli, & ſalutato eo verbis humillimis: Dominus meus inquit, Carolus regia quondam poteſtate præditus, modo privatus, miſit me ad te, demandans, quia nihil ei ab inimicis circumvento jucundius nihil dulcius eſſe poſſit, quam de tui magnifici profectus gloria aliquid audire, ac fama virtutum tuarum conſolari. Et hoc tibi ſignum fidei & veritatis tranſmiſit: protulitque de ſinu manum pretioſi martyris Dionyſii auro gemmiſque incluſam. Hoc, inquit, habeto pignus fœderis perpetui & amoris vicarii. Hanc partem unici ſolatii Francorum Galliam inhabitantium, poſtquam eos deſeruit inſignis martyr Vitus, & ad noſtram perniciem, veſtramque perpetuam pacem Saxoniam viſitavit, communicare tecum maluit: neque enim poſtquam tranſlatum eſt corpus ejus a nobis, civilia vel externa ceſſavere bella: eodem quippe anno Dani & Northmanni regionem noſtram invaſerunt.*

V. S. Viti mart. cultu Regnum Saxonum dilatatum.

*Rex autem munus divinum cum omni gratiarum actione ſuſcipiens, proſternitur reliquiis ſanctis, & deoſculatus eas, ſumma veneratione veneratus eſt.* Narravit Legatus poſt hæc Henrico hiſtoriam martyrii ſancti Viti, ejuſque ſub Ludovico factam tranſlationem ſacri corporis in Saxoniam. *Ex quo* (illud rurſus inculcans) *res Francorum cœperunt minui, Saxonum vero creſcere, donec dilatatæ ipſæ jam ſua magnitudine laborant (ut videmus) in amore mundi, & totius orbis capite patre tuo, cujus potentiæ majeſtatem non ſolum Germania, Italia atque Gallia, ſed tota fere Europa non ſuſtinet. Colite itaque tantum patronum quo adveniente, Saxonia ex ſerva facta eſt libera, ex tributaria, multarum gentium domina. Neque enim talis ac tantus ſummi Dei amicus tui gratia indiget, nos vero famuli ipſius indigemus. Unde ut eum poſſis habere interceſſorem apud cæleſtem Imperatorem: habeamus te advocatum apud terrenum Regem, tuum ſcilicet patrem atque fratrem.* Huſque Legatus ſubdit autem auctor propagationem Regni per Henricum factam in exteras nationes: refert enim has vicinas ipſi nationes ab eo redditas tributarias Abotretos, Vulcos, Hacellos, Dalamancos, Bohemos, atque Redarios præter Alemannos, & Bajoarios, quorum Reges in deditionem accepiſſe, idem ſuperius teſtatur auctor.

An-

PAGIUS *neos montes pervenerunt nullo reſiſtente uſque ad Toloſanam urbem, fugientes vero pauci Chriſtiani*, &c. Hoc etiam anno prælium iſtud conſignatur in Hiſtoria MS. Monaſterii S. Joannis Pennatenſis, cujus fragmentum recitat Blanca in ſuis Commentariis Aragonicis, & hanc pugnam cum anno DCCCXX. alligat, ſed corrigitur a Moreto laudato lib. 2. cap. 3. ſect. 3. Porro Garſias, qui prælio interfuit, dicitur Rex, quia a Sancio patre in conſortium Regni adſcitus fuerat, ut ex laudato loco deducitur.



I. Unionis edictum de quadrigamia exploſas.

ANnus ſequitur Redemptoris nongenteſimus vigeſimus primus, Indictione nona, quo menſe Julio, ſublato in Eccleſia Conſtantinopolitana ſchiſmate de trigamia, edictum unionis eſt promulgatum, quo definitum eſt, matrimonium poſt tertiam vicem iterare non licere, ita teſtante Theodoro. Tempore enim Leonis Sapientis Imperatoris quarto nubentis occaſione (ut dictum eſt,) magna diſcordia in Eccleſia Conſtantinopolitana oborta, trigamiam pluribus admittentibus, reſpuentibus eam aliis perſeveravit ea uſque in præſentem annum, quo unionis edictum eſt promulgatum, datum autem anno ſuperiori quo definitum eſt, quando trigamiam permitti poſſit, & quando ſecus, de quo agit Theodorus Balſamo in Photii (a) Nomocanone, & in Notis ad epiſtolam canonicam S. Baſilii ad (b) Amphilochium, qui hæc de ipſo edicto atque promulgationis tempore habet: *Unionis vero deciſio, & tomus, qui editus eſt ſub Conſtantino Porphyrogenito & Romano, Conſtantino quidem Imperante, ſocero autem ejus Romano patris Imperatoris auctoritatem & dignitatem obtinente, anno* ab origine mundi ſcilicet *ſex milleſimo quadringenteſimo vigeſimonono, Indictione nona, & qui ſingulis annis legitur in ſuggeſtu, menſe Julio, hæc dicit circa finem.*

(a) Theod. in Nomoc. Phot. tit. 3. de laic. (b) Idem in ep. Baſi. ad Amph. c. 4.

II. *Deinceps autem communi ſententia ac judicio pronuntiavimus, ex præſenti anno ſexmilleſimo quadringenteſimo vigeſimonono, Indictione nona, neminem oportere ſe quarto matrimonio jungere, ſed eße omnino reiiciendum. Et ſiquis ad ejuſmodi conjugium venire voluerit, eſſe omni Eccleſiaſtica congregatione privatum, & ab ipſo in ſanctum templum ingreßu alienum, donec in conjugio permanſerit. Hoc enim etiam ſanctis Patribus, qui nos præceſſerunt, viſum eſt. Nos vero etiam ſententiam apertiorem reddentes, ipſum ut a Chriſtiana Republica alienum abdicamus.* Hæc ex Theodoro de Orientalium uſu. Diverſam autem de his conſuetudinem ab antiquo tempore eſſe ſervatam in Eccleſia Occidentali, ſuo loco demonſtratum eſt, in qua ad evitandam fornicationem, ſecundum illud (c) Apoſtoli: *Melius eſt nubere, quam uri;* nullus poſitus terminus ducendi uxorem. Nam narrat S. Hieronymus ſub Damaſo noviſſe uxorem, quæ ſepeliſſet vigintiduos viros, & virum, qui ſupervixiſſet viginti & uni uxoribus. Narrat iſta in epiſtola ad Ageruchiam; & adverſus Jovinianum libro primo, *Non damno* (inquit) *bigamos, immo nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamos, &c.* Sed hæc omnia ex indulgentia, ſecundum illud ejuſdem (d) Apoſtoli: *qui infirmus eſt, olus manducet.* Porro hæc de inita concordia in Eccleſia Conſtantinopolitana geſta fuerunt ibidem Conſtantinopoli in ſynodali conventu: Synodum enim ad illa omnia componenda oportuit congregari, quam tunc etiam conſultam fuiſſe a monachis extra urbem illam morantibus de quibuſdam dubitationibus, reſponſiones ex eadem Synodo ad eos redditæ docent, quæ adhuc extant. (e)

(c) 1. Cor. 7.

(d) Rom. 14.

(e) Extat tom. 6. bibl. Man. col. 621.

III. At hic reddendum eſt ipſum unionis edictum, datum anno ſuperiori hoc autem promulgatum legitur; ſic enim ſe habet ex Græco redditum & cuſum in volumine, Juris Græcorum:

IV. *Tomus unionis, ſive expoſitio ſanctæ unionis in Eccleſia Conſtantinopolitana, Conſtantini & Romani tempore: quorum ille tunc imperabat, hic ea dignitate fulgebat, quod Imperatoris pater audiret.*

V. Unionis edictum.

*Dominus Deus noſter JESUS Chriſtus diſcipulis ſuis, & Apoſtolicis, atque iis, qui cum his digni evaſerunt hæreditate ipſius, eximium quoddam bonum, nimirum pacem reliquit, hoc ſuis indicium tradens affectionis erga ipſum, ſi vinculo pacis conſtricti, ſpiritus unionem non diſſolverent: cum prius ipſe ſuo nobis exemplo, quænam ejus de pace ſententia ſit, oſtendißet, qui ſupra omnem ſublimitatem poſitus ad infimam noſtram extremitatem deſcenderit, perindeque ac nos, carnis & ſanguinis particeps factus ſit, ut a ſe invicem diviſos ad unitatem redigeret. Hinc illis etiam, qui ejus in doctrina ſunt inſtituti, be-*

*re-*

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMLIX. Anno Hegiræ CCCIX. inchoato

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6414.

☉ 6. G. ☽ 10. P. 1. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 921.

JOANNIS X. PAPÆ 8.

BERENGARII IMP. 6.

CONSTANTINI VIII. IMP. 10. cum Romano Imp.

die 12. Maii fer. 7. A.C. 921.

I. Pax Eccleſiæ Orient.

ANum. I. ad XI. quæ pertinent ad concordiam in Oriente ſancitam inter eos, qui quartas Leonis Sapientis nuptias improbarant, eoſque qui ab illis ſtabant, anno ſuperiori explicavimus.

*reditatem hanc reliquit, ut pacem inter ſe colant. Neque dumtaxat hoc, verum etiam ut alios inter ſe diſſidentes ad pacem trahant. Enimvero cum res ita comparata ſit, inde ab initio in hoc uſque tempus haud ceſſavit illius mali ſeditioſa improbitas ſacrum Eccleſiæ corpus, modo hanc, modo illam cauſam movens, perturbare. Sed enim hic talis eſt. At pacis auctor ac magiſter Chriſtus, Deus ille noſter, qui dixit inferorum portas Eccleſiæ ſuæ non prævalituras, ſemper iſta ſcandala in ipſius mali caput convertens, Eccleſiæ ſuæ pacem illibatam conſervat: Hic ipſe Chriſtus, pax noſtra, Deus, Pater, Pontifex, verus paſtor, ſanctis caſtiſſimæ ſponſæ ſuæ, nimirum Eccleſiæ, liberis a ſe invicem divulſis; providentia gratiaque ſua unionem reſtituit, eoſque rurſus ad matris inculpatum ſinum congregavit; atque ipſi quidem matri conceſſit, ut ob congregationem liberorum gauderet, ſibi vero gloriæ ac laudis oblationem, ab ore uno, atque uno corde profectam, tribui; omnibus autem illis, qui non ad turbulentam dæmonis voluntatem declinant, ſed pacis auctoris mandatum colunt atque obſervant, gratiarum actionis præſtationem. Enimvero ſuperioribus temporibus accidere ſcandalorum occaſione tales, quales eæ ſane fuerunt: & quovis tempore, malo ſe commovente, ſapientes Eccleſiarum gubernatores idoneam medicinam invenerunt.*

VI. *Nunc autem quod Eccleſiam ex cauſa matrimoniali perturbari contigerit, quando iſtud ipſum matrimonium reprehenſione non caret, ad ejus prohibitionem ſacrum Eccleſiæ judicium fert, ne progreſſio fiat ulterius, hæve nuptiæ locum inveniant. Sic enim & nunc & in poſterum a vigentibus ſcandalis immunes ſeſe reddent, quicumque contentionem & rixam potius amant, quam Chriſti pacem. Quippe remota occaſione, ex qua nata fuere ſcandala; cauſa nulla eſt, quæ prohibeat, quo minus pacis ſtudioſi pacem colant. In quovis enim negotio ſic comparata res eſt. Cum cauſa fallax procreationis abſurdorum remota eſt, ad elegantiam priſtinam redeunt, quæ inde vitium contraxere: ſic cum a morbo corpus eſt occupatum, ubi morbi cauſa receſſit, integra valetudo redit. Et mari ventorum violentia turbato, poſtquam tempeſtas ceſſavit, tranquilla ſerenitas revertitur. Quamobrem nos publice congregati pontifices atque ſacerdotes, quibus non ſibimetipſis (nam mitto dicere aliis) placere lubit, ſed viſum potius eſt, Eccl. pacem ſeditionibus anteferre, quando de matrimonialibus occaſionibus ſcandala nata fuerunt, ea ipſa expurganda putavimus, atque cavendum, ne deinceps ipſis in hominum vitam irrepentibus, tum Eccleſia perturbetur, tum eorum vita, quibus ſic vivere libitum eſt, damnabilis evadat. Ac proinde ſententia judicioque communi decernimus, ne ab hoc anno præſenti, qui eſt annus mundi ſexmilleſimus quadringenteſimus vigeſimus-octavus, Indiction. octavæ, quartas nuptias ullus contrahat, ſed ut prorſus eæ reiiciantur; quod ſi quis ad ejuſmodi conjugium progredi decreverit, ab omni cœtu Eccleſiaſtico excluſus eſto, & ab ipſo in ſanctam ædem ingreſſu tantiſper alienus, donec in hoc conjugio permanſerit. Hoc enim ſanctis quoque Patribus, qui ante nos vixere, viſum fuit. Ac nos ſane ſententiam reddentes apertiorem, eum velut alienum a Republica Chriſtianorum abdicamus. Et in hunc quidem modum de quarto matrimonio.*

VII. *Cæterum ut & illa, quæ ad alia matrimonia pertinent, honeſtius conſtituantur, & conciliationem vita Chriſtianorum non indignam habeant, de tertio quoque matrimonio definimus, ne ſimpliciter atque temere perficiatur. Nam permiſſum id quidem eſt a Patribus, velut inquinamentum quoddam, cum necdum id temporis, uti nunc, res citra pudorem perageretur, ac late diffuſa foret. Sed ita contingeret, ac ſi quis illapſas in domum ſordes, in angulo forte ſitas negligat. Nunc vero cum ſpacium ſibi quoddam audaciæ ſumpſerit, & magnam ad frequentiam progrediendo, nihil turpitudinis habere, nihil ſordium exiſtimetur: recte viſum eſt repurgandum, ſicuti nec fœdum aliquid non jam amplius in angulum rejectum, ſed per ædes ipſas diffuſum, ullo modo relinquimus, ſed expurgamus, & nauſeam ex eo provenientem removemus. Itaque tam imbecillitati humanæ nos accomodantes, quam honeſtatis vitam Chriſtianorum decentis rationem habentes, hoc in tertiis nuptiis ſervandum ſtatuimus, ut ſi quis ad annum quadrageſimum provectus, & neque naturæ motus reverentia, neque vitæ decentis & honeſtæ, quæ a Chriſtianis requiritur, habita ratione, ſed vitioſa tantum libidine victus, ad tertium ſe matrimonium projecerit: omni accuratione ac diligenti obſervatione adhibita, perceptionis Sacramenti ad quinquennium exors ſit, neque de hoc tempore ullo modo quidquam decidatur.*

VIII. *Nam qui poſt annum ætatis quadrageſimum in Eccleſia Chriſti & eſſe, & appellari amat inquinamentum, quodnam in corrigenda vita ſtudii certum præbebit argumentum, propter quod Sacramentorum perceptionis tempus ei minuendum ſit? quin ne poſtea quidem, quam ad illibatam hanc perceptionem admiſſus fuerit, ei licitum erit, ut ad perceptio-*



*nem hanc alio tempore accedat, quam in ſola ſalutari Chriſti Deique noſtri Reſurrectione propter factam (quanta ſane fieri potuit) ex præcedenti jejuniorum abſtinentia repurgationem. Hæc autem dicimus, cum nulli de prioribus matrimoniis extant iis liberi, qui jam poſt annum ætatis quadrageſimum uxorem ducere voluerint. Quippe ſi liberi ſint, tertium ei conjugium permittendum non erit. Eſt enim ſane quam iniquum, intempeſtivæ libidini patrem indulgere, nec liberis e prioribus matrimoniis ſuſceptis proſpici atque caveri, ut mœroris expertes ſint, & perturbationis, & aliorum, quæ generi mortalium ex ſecunda multorum liberum procreatione ſolent accidere. Quin etiam ſi quis annos triginta natus, & liberos ex prioribus conjugiis ſuſceptos habens, uxori tertiæ copuletur, & ipſe citra ullam impetrationem veniæ perceptionis Sacramentorum ad annum quartum exors eſto, cum ſatis pateat eum nulla alia re, quam intemperantia motum, & quod carnalis libidinis mancipium ſit, ad ejuſmodi ſe matrimonium conferre.*

IX. *Itidem poſteaquam myſteriorum perceptionem impetraverit, ter duntaxat iis fruendi quotannis facultatem habebit, ſemel in ſalutari Chriſti Deique noſtri Reſurrectione, ſecundo in obdormitione immaculatæ Dominæ noſtræ Deiparæ, tertio Natalitio die Chriſti Deique noſtri. Propterea quod in his jejunium præcedat, & emolumentum ex eo proveniens; quod ſi liberi nulli ſuperſtites ſunt quandoquidem ſobolis procreationem appetere non ejuſmodi quiddam eſt, quod veniam non mereatur; condonandum erit hoc matrimonium, & ea tantum pœna, quæ dudum & huc uſque fuit in uſu mulctandum. Atque hæc de tertiis etiam nuptiis. Enimvero nec ſecundas nec primas citra cautionem admittimus, ſed eas quoque ſic contrahendas ſtatuimus, nullam ut improbam cauſam habeant, vel ex raptu, vel ex præcedente clandeſtino ſtupro: ſed ut legitimæ ſint, & inquinationibus hujuſmodi ac impuritate ſcortationum careant.*

X. *Si quis igitur indicatis hiſce conſtitutionibus ſpretis ad conjugalem conſuetudinem primam, vel alteram, coiverit: eum Chriſti Eccleſia, quæ pura eſt, nec labem ullam, vel rugam habet ſalutaribus cenſuris ſubiiciens, non prius ad ſacrorum perceptionem myſteriorum admittet, quam definitum ob ſcortationem tempus accurate compleverit: (niſi forte neceſſarius e vita diſceſſus urgeat) hoc eſt, donec annus ſeptimus completus fuerit. Sacerdos autem, qui neglecta lege jam ſancita, quemquam horum ad ſacram aliquam perceptionem audebit admittere, de gradu ſuo periclitabitur, & is, qui contra ſanctionem promulgatam ad communionem ſacram admiſſus fuerit, rurſus inter exortes communionis referetur, donec annus ſeptimus impleatur.* Hucuſque tomus ſive edictum unionis.

XI. At ſi hæc oportuit facere, certe quidem quæ majoris erant momenti, non debuerunt prætermitti, immo vehementi ſtudio primum omnium curari, nempe unio cum Romana Eccleſia, a qua ſciſſi Photii communicatione fuere. Fruſtra namque cum fratribus pacem quærit, qui a Matre ipſa Eccleſia Catholica alienus, ut inimicus oberrat. Porro licet hæc compoſita per edictum viſa ſint: tamen in majorem rurſus diſcordiam eruperunt, adeo ut vix poſt annos octoginta fuerint ſub Baſilio & Conſtantino iterum ſancita concordia ad unitatem revocata.

XII. Hoc tempore Romanus Imperator ſecundo loco nominari (ut par erat) ſolitus in edictis, vel aliis publicis monumentis; primo vero Conſtantinus Porphyrogenitus, faſtu tumens, primum vendicans ſibi locum, ut ſecundo loco Conſtantinus nominaretur effecit, ex quo ſibi (quod eſt commune ſuperborum omnium, ut qui ſe exaltant humilientur) exitium comparavit, ut inferius ſuo loco dicetur. Plura de his Curopalates.

Romanus Imper. primum ſibi vendicat locum.

XIII. Quod ad res Occidentales pertinet, flagrant omnia civilibus bellis barbaris, in-

PAGIUS II. Ad num. XIII. Luitprandus lib. 5. cap. 7. loquens de *Fraxineto*, quod Saraceni occupabant, ait: *Eo loco conſtituti, quam multorum Chriſtianorum ad beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina tranſeuntium ſanguinem fuderint, ille ſcit ſolus numerum, qui eorum nomina tenet ſcripta libro viventium.* Quare Angli, quos Flodoardus in Chronico hoc anno narrat, inter anguſtias Alpium occiſos fuiſſe, ab aliis Saracenis mortem non pertulere, quam ab iis, qui *Fraxinetum*, locaque vicina occupabant. Licet enim præcipuum eorum receptaculum fuerit Fraxinetum oppidum in ora maris Mediterranei poſitum, aditus tamen ad Alpes Maritimas, Græcas & Penninas, ita intercluſerant, ut viatores omnes vel ad tributum ſolvendum cogerent, vel crudeliter necarent. Cæterum Fraxinetum in ipſis Alpibus ſitum non erat, licet ab iis non procul diſtaret, cum Flodoardus laudatus ad annum CMXXXI. ſcribat: *Græci Sarracenos per mare inſequentes in Fraxinetum Saltum ubi erat refugium ipſorum, & unde egredientes Italiam ſedulis prædabantur incurſionibus.* Si enim Græci per mare, Saracenos ad Fraxinetum uſque inſecuti ſunt, evidens eſt, oppidum illud in Alpibus non fuiſſe, ſed mari Mediterraneo proximum. Adhæc Luitprandus, qui hoc tempore vivebat, lib. 1. cap. 1. prodit, locum illum in confiniis Italiæ

*Ubi ſitum Fraxinetum.*

*Angli peregrinantes Romam occiſi a Sarracenis.*

inſuper ubique graſſantibus, Hunnis & Sarracenis. Tunc & accidiſſe tradit Frodoardus infauſtum, *ut Angli ex more quamplurimi peregrinantes ad Limina Apoſtolorum inter anguſtias Alpium a Sarracenis intercepti lapidibus obruti fuerint*. Verum nec his ingruentibus malis cohiberi potuit Anglorum pietas, quin more ſolito magno cœtu frequentarent Limina Apoſtolorum: nam ſecundum illud Cantici canticorum: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam*: majore fidei ardore ex Anglia Romam proficiſcentes, rurſus poſt ſequentem annum in idem incidere diſcrimen, & ab iiſdem cæſi ſunt Sarracenis, ut idem Frodoardus eo anno teſtatur.

Quæ

PAGIUS

liæ & Provinciæ prope mare & montem Maurum dictum extitiſſe: *Oppidum vocabulo Fraxinetum, quod in Italicorum, Provincialiumque confinio ſtare manifeſtum eſt, cujus ut cunctis liquido patet, ſitus mari ex uno latere cingitur, & in cæteris denſiſſima ſpinarum ſylva munitur, quam ſi ingreſſus quiſpiam fuerit ita ſentium hamis tenetur, & acutiſſimis aquuleis perforatur, ut neque progreſſionis, neque reditus, niſi cum magno labore habeat facultatem*, &c.

III. *Quo tempore a Saracenis occupatum.*

Ex verbis illis Boucheus in lib. 3. Hiſtor. Provinciæ cap. 6. deducit, *Fraxinetum* fuiſſe in Diœceſi Forojulienſi, & in loco hodie vulgo dicto *Frainet*, ubi etiamnum videre eſt ſylvam denſiſſimam ſpinis ſcatentem, & fraxinorum magnum numerum, qui ſylvas efficiunt ibidem vulgo *Mauros* appellatas. Annus occupati a Saracenis Fraxineti in obſcuro eſt; dubitandum non videtur, quin ante initium ſæculi decimi, immo ante annum octingenteſimum nonageſimum eo in loco pedem fixerint; cum *Bernoinus* Archiepiſcopus Viennenſis in Concilio Valentino eo Chriſti anno celebrato, ut Ludovicus filius Boſonis Burgundiæ & Provinciæ Rex conſtitueretur, aſſeruerit, Stephanum V. vulgo VI. Pontificem Romanum Galliarum Antiſtites ſuis literis hortatum eſſe, ut electione Ludovici in Regem tot malis, quibus Regnum premebatur, occurrere poſſent: *Retulit*, inquit Bernoinus *quomodo poſt glorioſiſſimi Caroli Imperatoris obitum aliquandiu ſine Rege, & Principe exiſtens, valde undique afflictaretur, non modo a propriis incolis, quos nulla dominationis virga coercebat: ſed etiam a Paganis: quoniam ex una parte* NORTMANNI *cuncta penitus devaſtantes inſiſtebant; ex alia vero* SARACENI PROVINCIAM DEPOPULANTES, *terram in ſolitudinem redigebant*. Boucheus citatus lib. 6. pag. 773. ubi Concilium Valentinum recitat, ait Caroli Imperatoris nomine Carolum Calvum intelligendum, ſed dubium eſſe non debet, quin ibi ſermo ſit de *Carolo Craſſo* Imperatore initio anni DCCCLXXXVIII. demortuo, poſtanno ſuperiori *Boſo* primus Burgundiæ, & Provinciæ Rex e vivis exceſſiſſet, tunc enim regiones illæ ſine proprio Rege fuere, & ut inſinuat *Bernoinus*, Saraceni Provinciam in ſolitudinem redegere. Quare arx illa inter annum DCCCLXXXVIII. & DCCCXC. a Saracenis ædificata, ex qua nonniſi poſt annos ferme centum, ut infra videbimus, expelli potuere.

IV. *Et quomodo.*

Luitprandus loco citato, quomodo Fraxinetum Saraceni ſibi ſubjecerint, his verbis refert: *Occulto, & (quoniam ſecus eſſe non poteſt) juſto Dei judicio, viginti tantum Sarraceni lintre parva ex Hiſpania egreſſi, nolentes iſtuc* (ſc. Fraxinetum) *vento delati ſunt. Qui pyratæ noctu egreſſi villamque clam ingreſſi, chriſticolas proh dolor, jugulant, locumque ſibi proprium vindicant, montemque Maurum villulæ cohærentem contra vicinas gentes refugium parant: ſpineam ſylvam hoc pacto majorem & ſpiſſiorem ſua pro tuitione facientes, & ſi quis ex ea vel ramum incideret, mucronis percuſſione hominem exiret. Sicque factum eſt, ut omnis præterquam unius anguſtiſſimæ viæ aditus demereretur. Loci igitur aſperitate confiſi vicinas gentes circumquaque perluſtrant. Accerſitum complures in Hiſpaniam nuncios dirigunt, locum laudant, vicinaſque Gentes nihili ſe habere promittunt. Centum denique tantummodo Sarracenos ſecum mox reducunt, qui veram rei hujus caperent aſſertionem. Interea Provincialium, qui illic conſederant, vicinorum invidia cœpit intra ſe ſe diſſidere, alius alium jugulare, ſubſtantiam rapere, & quidquid mali excogitari poterat, facere*. Subjungit Luitprandus Saracenos ea Provincialium diviſione bene uſos, alteram partem alterius auxilio debellaſſe, & quos primo defendere videbantur exterminaſſe, & nihil reliqui feciſſe.

V. *Inde Saraceni ad oppida longe etiam diſſita excurrebant.*

Dein, ad alios Provinciæ montes progreſſi, paulatim ad Alpes Cottias & Penninas venere, & terra marique aditibus omnibus occupatis, ubique arces ædificarunt, & viatores peſſime habuerunt. Quia vero non tantum Saraceni, ſed etiam *Mauri* vocabantur, inde factum, ut regio maritima & ſylva, ubi *Fraxinetum* erat, ſicuti alia loca in Delphinatu & Provinciæ montibus poſita, etiamnum *Maurorum* nomen retineant, uti PuteusMauri, vulgo *Puimore*, & *Pons-Maurus* prope Vapincum, ac collum Mauri, aliaque. Porro inde Saracenos ad urbes a Fraxineto non parum diſtantes etiam excurriſſe variis exemplis probari poteſt. Boucherus citatus libr. 6. pagina 774. refert Præceptum Ludovici Provinciæ Regis actum anno Incarnationis Dominicæ DCCCXCVI. Indict. XIV. quo aliqua bona donat ad poſtulationem Teutberti Comitis Aptenſis, *ut Sedem Aptenſis Eccleſiæ, ipſius ſcilicet Comitatus, variis caſibus tam Paganorum quam etiam nequam Chriſtianorum adnihilatam*, quantulumcumque conſolaretur. Paganorum nomine Boucheus Saracenos qui Caroli Martelli tempore Provinciam devaſtarunt interpretatur. At cum paulo ante annum DCCCXC. Saraceni Provinciam depopulati ſint, ut mox diximus, de alia devaſtatione, Ludovicus Rex ſermonem ibi non habet. In Addendis ad eumdem Tomum Boucheus pag. 935. recitat chartam fundationis Monaſterii S. Petri *ſecus muros Viennæ civitatis* ab Hugone tunc Provinciæ Comite & Marchione ac poſtea Italiæ Rege factæ circa annum nongenteſimum viceſimum quartum, in qua ait, Eccleſiaſtici ordinis dignitatem ad miſerum ſtatum redactam eſſe: *Et hoc quidem cum longe lateque univerſum conſtet fieri per Orbem, præcipue tamen in Viennenſium partibus, non tantum ſæviſſima Paganorum perſecu-*

*tio-*



Quæ ad præſentem rurſus annum ſpectant: addit his idem auctor, quod eodem anno habita eſt Synodus apud Troſlejum in Gallia, cui præfuit Herveus Rhemenſis Archiepiſcopus, præſente Carolo Rege: deſiderantur ejus Acta. Adiicit inſuper Northmannos a Roberto Comite ſuperatos, eoſdemque ita edomitos, Fidem Chriſtianam ſuſcipere incepiſſe.



PAGIUS

*tione, quantum etiam perfidorum Chriſtianorum iniquiſſimo cupiditatis inſtinctu* indeſinenter actitari. Eamque ob rem ſe conveniſſe Alexandrum Viennenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, ut ejus conſilio monaſterium aliquod ædificaret, *quatenus idem locus ad evadendam ſævientium Paganorum perſecutionem tutus, & monaſticæ habitationi & converſationi proficuus eſſet & tutus*. Et tamen Vienna ab Alpibus & Fraxineto non parum diſſita.

I. CHriſti annus nongenteſimus vigeſimus ſecundus, Indictione decima incipit, quo vigeſima Februarii Theodora Auguſta Romani Imp. uxor moritur, & declaratur Auguſta Sophia nurus ejuſdem Romani Imp. uxor vero Chriſtophori ejus filii. Hæc pluribus Europalates, & alia multa de Bulgaris iterum atque iterum Conſtantinopolim oppugnantibus. Ita ſe habuerunt res Orientales.

II. Joan. Pap. judicat cauſam inter Hilduinum & Richarium.

Quod vero ſpectat ad Occidentales, hoc eodem anno Joannes, qui Romæ Pontificem agebat, rejecto Hilduino a Clero electo Tungrenſi Epiſcopo, Richarium ordinavit a Rege propoſitum, ante annos enim duos iſta orta contentio, & Romam perducta cauſa ab eodem Pontifice eſt judicata. Narrat Frodoardus partis utriuſque merita ab ejus exordio verbis iſtis: *Hoc anno, nempe vigeſimo ſupra nongenteſimum anno, & ſequenti quoque agitatur inter Hilduinum Epiſcopum & Richarium Abbatem de Epiſcopatu Tungrenſi contentio. Siquidem Rex illud Epiſcopium Richario, quia Hilduinus a ſe deſcivit, cui prius ipſum conceſſerat, dedit: Hermannus vero Archiepiſcopus Hilduinum ibi Epiſcopum eligente Clero, & populo, favente quoque Giſleberto, quem plurimi Lotharienſes Pricipem relicto Carolo Rege delegerant, ordinavit. Carolus vero reverſis ad ſe Lotharienſibus, & ipſo Giſleberto, Richario Abbati, & non Hilduino ipſum Epiſcopatum conceſſit.* Hæc ibi, & præſenti anno iſta: *Richarius, qui Romam profectus fuerat propter Epiſcopium Tungrenſe, reverſus eſt ordinatus a Joanne Papa Epiſcopus, Hilduino ab ipſo Papa excommunicato.* Hæc Frodoardus, ex quibus, ſicut & ex aliis multis, apparet, orbem Chriſtianum cognoviſſe ſummum Pontificem Joannem Invaſorem, nemine ſibi arrogante de Apoſtolica Sede judicium tanti ponderis, exiſtimans unuſquiſque nomen etiam male licet uſurpatum ipſius Romani Pontificis veneratione dignum; quod ſemel ſuſceptum ab aliquo, nemo auderet contemnere. Tantopere coluere majores vel ipſum nomen Romani Pontificis. Quod ſi tanti vitrum, quanti margaritam?

III. Robertus Comes ungitur Rex Francorum.

Accidit vero item in Galliis, ut rurſum proceres Francorum Carolo Rege relicto, eadem ex cauſa, quod Haganonem deperiret, ergaque eum omnia ejus ſtudia, ſpretis cæteris, converterentur, elegerint Robertum Comitem Regem, ſolemnique ritu eumdem Archiepiſcopus Rhemenſis unxerit, de quibus hæc Frodoardus: *Franci Robertum ſeniorem eligunt, ipſique ſeſe committunt. Robertus itaque Rhemis apud ſanctum Remigium ab epiſcopis, & primatibus Regni conſtituitur. Heriveus Rhemorum Archiepiſcopus obiit tertia die poſt conſecrationem Roberti Regis, ſcilicet, ſexto Nonas Julii, quarta die antequam vigeſimumſecundum ſui Epiſcopatus expleret annum.* Et inferius eodem anno: *In pago quoque Pariſiaco in villa, quæ dicitur* * *Geſedis, multa miracula in Eccleſia ſancti Petri a quarto ſuperiore anno, ex quo ſcilicet reliquiæ de barba ipſius Apoſtoli illuc ſunt relatæ, facta memorantur: ita ut inter cæcos & claudos vel contractos amplius quam centum ſeptuaginta ſanitate donati referantur, dæmoniaci vero quotquot illuc abierant, ſano ſenſu, pulſis dæmonibus redierint, præter alia innumerabilia, quæ ibi ſunt acta.* Hæc Frodoardus, res ſui temporis ſcriptis proſequens. Miranda ſunt hæc, nec perfunctorie tranſeundo, inconſiderata relinquenda. Etenim ita Deus Petri nomen fecit tunc eſſe celebrius atque potentius, dum & ejus barbæ pilos, qui ſunt excrementa corporis, tanta voluit præſtare virtute, & fulgere miraculis: cum illud magis infamaretur ab ejus Sedis invaſore Joanne, ut eo amplius oſtenderetur in radice vireſcere, quod exiſtimari poſſet exſiccatum in ramis, ut non dubitares ſuper hanc petram eſſe ædificatam Eccleſiam, & portas inferi adverſus eam non prævalere, quantumlibet etiam ipſi, qui ſuper ejus Sedem ſedent, eam impugnent moribus pravis.

* Jeſedis

Berengarius ſuperatus a Rodulpho.

Sed & in Italia fervent libella civilia, hoc anno (ut Frodoardus notat) Berengario Imperatore per Rodulphum Galliæ Ciſalpinæ Regem (ut ait) ſive ut Luitprandus, Burgundiæ Principem in Italiam vocatum, bello ſuperato.

*Ann. Eccl. Tom. XV.*

Hhhh 2 An-

---

PAGIUS SÆC. X.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6415.

☉ 7. F. ☽ 11. P. 21. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 922.

JOANNIS X. PAPÆ 9.

BERENGARII IMP. 7.

CONSTANTINI VIII. IMP. 11. cum Romano Imp.

Anno Eræ Hiſp. CMLX. Anno Hegiræ CCCX. inchoato die 1. Maii fer. 4. A.C. 922.

I. Moritur Theodora Auguſta.

AD num. I. *Menſis Februarii die viceſimo indictione decima, Theodora Romani conjux moritur. Eodem menſe coronatur Sophia Chriſtophori Imperatoris uxor*, inquit incertus Continuator Theophanis in Vita Romani Lacapeni num. IX. quod & habet Simeon Logotheta in Vita ejuſdem Romani num. XXIV. Quare cum prior n. XV. & poſterior num. XXIX. ſcribant poſtea menſe Septembri *Indict. II. Simeonem* Bulgariæ Principem cum omnibus copiis profectum eſſe adverſus Byzantium, illudque obſediſſe, manifeſtum eſt, loco *indictione II.* legendum eſſe, *indictione duodecima* ut jam anno CMXVII. inſinuavimus; alioquin uterque Auctor plurium annorum narrationem omiſiſſet, & ab indictione X. ad ſecundam tranſiiſſet. Certum itaque eſſe debet, obſidionem Conſtantinopolitanam pertinere ad annum CMXXIII. indictione XII. a Kal. Septemb. notatum.

II. *Robertus Rex Francorum renunciatur.*

Ad num. III. Pax quæ inter *Carolum Simplicem* Francorum Regem & Magnates Regni ejus ante biennium facta fuerat, hoc anno rupta, ut tradit Flodoardus lib. 4. cap. 17. Cum enim Rex otio nimium indulgeret, *Haganoni* totius regiminis cura relicta, venenum diſcordiæ, quod inter præfatum Carolum & Burgundiæ Ducem ſenſim irrepſerat, manifeſtius cœpit exundare. Franci indigne ferentes *Haganonis* potentiam, *Robertum* ſeniorem Regem eligunt, qui Remis inungitur die triceſima menſis Julii, in quam Dominica cadebat. Flodoardus quippe in Chronico ad hunc Chriſti annum ait, Herivæum Remorum Archiepiſcopum obiiſſe *tertia die poſt conſecrationem Rodberti Regis, ſcilicet ſexto nonas Julii.*

III. *Seulfus fit Archiep. Remenſis.*

Herivæo *ſucceſſit in Epiſcopatum Seulfus, qui tunc ejuſdem urbis miniſterio fungebatur Archidiaconatus*, inquit ibidem Flodoardus. Vicedominatus Remenſis ante Herivæum Eccleſiaſtica dignitas fuit, ſed in Odone Herivæi fratre laicalis facta eſt per aliquot annos donec tandem ad primum ſtatum rediit. Antiquitus in Eccleſia Remenſi, *Vicedomini* & *Oeconomi* promiſcue habebantur nomina, ut videre eſt apud Flodoardum. Ejus erat Epiſcopii res curare, ne quies Epiſcopalis ab oratione, & prædicationis ſtudio ſæcularium cauſarum tumultibus exturbaretur, uti oſtendit Marlotus in Metropolis Remenſis Hiſtor. lib. 4. cap. 10. ex Charta extinctionis Vicedominatus Laudunenſis.

IV. *Italia bellis civilibus turbatur.*

Idem Flodoardus ad annum CMXXII. habet: *Berengario Langobardorum Imperatore, regno ab Optimatibus ſuis deturbato, Rodulfus Ciſalpinæ Galliæ Rex ab ipſis in regnum admittitur: & Hungari actione prædicti Berengarii multis captis oppidis Italiam depopulantur.* Verum Flodoardus in hac narratione peccat; *Berengarius* enim non Longobardorum, ſed Romanorum Imperator erat. Secundo, *Rodulfus* hujus nominis II. nonniſi improprie dicitur Rex Galliæ Ciſalpinæ; cum fuerit Rex Burgundiæ Transjuranæ, recteque Luitprandus lib. 2. cap. 16. eum Burgundionum Regem appellat, qui & de bellis inter eum & Berengarium, habitis eo capite & ſeqq. pluribus agit, ſed ea ad rem noſtram non faciunt. [1]

V. *Concilium Confluentinum.*

Celebratum hoc anno Concilium *Confluentinum* juſſu *Caroli* Galliarum & *Henrici* Germaniæ Regum, cui præfuit Herimannus Colonienſis Archiepiſcopus & ſeptem alii Epiſcopi, inter quos fuit *Richuvinus* Stratzburgenſis Epiſcopus. Recitatur illud cum aliquot Canonibus in eo editis a Coſſartio Tom. IX. Conc. qui illos collegit ex variis titulis Burchardi.





NOTÆ

[1] NOndum certe menſe *Decembri* hujus anni deturbatus fuerat *Berengarius*. In tabulario S. Mariæ in Via lata habetur charta conductionis, quæ incipit. *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Imperii Domini piiſſimi perpetui Auguſti Berengario a Deo coronato magno Imperatore anno ſeptimo, in menſe Decembri, Indictione X.* Quum *Berengarius* coronatus eſſet A. D. 916. die XXIV. *Martii*, anno 922. annus *ſeptimus* menſe Decembris decurrebat. In ea chartula *Odacia venerabilis ancilla & Abbatiſſa venerabilis monaſterii Sanctæ Dei genitricis Mariæ ſemper ...... ancillarum Dei, qui ponitur intra civitatem Nepeſinam ad Puſterulam ſubterraneam, conſentiente ſibi cuncta congregatione ejuſdem venerabilis monaſterii* conductionis titulo concedit *Petro & Leoninæ jugalibus* petium de terra intus Civitatem Nepeſinam ad Caſam faciendam. Jurant *utræque partes per Deum omnipotentem Sanctæque Sedis Apoſtolicæ Principatum, a Deo coronato Domno Berengario magno Imperatore Rom. Imp. ſeu ſalutem viri beatiſſimi & Apoſtolici D. Joannis ſummi Pontificis, & univerſalis X. Papæ.* Actum eſt in civitate Nepeſina. GEORGIUS

I. Joannes mittit pallium ad Archiep. Rhemenſ.

ANnus ſequitur Redemptoris nongenteſimus vigeſimustertius, Indictione undecima, quo Joannes Papa mittit pallium ad Seulphum nuper creatum Rhemenſem Archiepiſcopum poſt Heriveum defunctum.

Eodem quoque anno, Martii menſis ☞ die decimoſexto ☜ paſſa eſt in Hiſpania ſancta Eugenia martyr ſub Rege Sarracenorum Habdarraghman hujus nominis quarto, Regni ejus anno duodecimo. Hic enim quo odio flagraret in Chriſtianos, ex cognomine, quod ipſe ſibi ſui Regni exordio indidit, poterit quis intelligere. Etenim Avanzer Abemdin Ala (ut eſt apud Rudericum, Archiepiſcopum Toletanum) ſe vocari præcepit, quod Legis divinæ defenſor interpretatur, quam a Chriſtianis contemni ſciret, & ſubſannari. Sed & illud ſibi ipſe addidit cognomentum, ut dici voluerit Amomiramolin, quod Rex credentium ſonat, ut idem teſtatur auctor.

II. S. Eugeniæ martyrium in Hiſpania.

Hic igitur cum Chriſtianorum ſæviſſimus hoſtis fuerit, ejus in Chriſtianos perſecutionis acerbiſſimæ periere monumenta: de duobus tantum martyribus ab eo neci traditis memoria viget, Eugeniæ inquam, quæ paſſa reperitur hoc anno, & Pelagii, qui poſt ſequentem de impio barbaro egregie triumphavit. Cum vero periiſſent Eugeniæ martyris Acta, quod e ruderibus refoſſum eſt epitaphium vetuſtate pene conſumptum, ſed ab Ambroſio primo omnium interpretatum, & ex acroſtichis ejuſdem Eugeniæ martyris nomine reddito, fecit ejus memoriam, quæ perierat, redivivam. Sic enim haud pridem apud Cordubam in vico dicto Marmolejos e domus erigendæ fundamentis effoſſis ejuſdem martyris epitaphio eruto, uti ab ipſo repertum eſt, deſcribitur.

S. Eugeniæ mart. Epitaphium.

e . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
u . . . . . . . . . . . . . . . . . . . LIS . . . VVLNERA. . . .
GENV . . . . . . . . . . . . . . . . VS TRVCVLENTVM
EX . . . . . . . . . . . . . . . . QVI FOECVNDA.
NOBIS HIC . . . . . . . . . . . . . RETENTAT
IN CÆLO DE HINC MERVIT PER SÆCVLA VICENS
ADIVNCTA POLLET CVRIE, SANCTORVM IN ARCE
MERCEDES IPSO RVTVLI SVB SOLE CORVSCAT.
AMBIENS SACRI GLORIAM DE MERCE CRVORIS.
REX TRIBVI CVI CORONAM PER SECLA FVTVRA.
TV ITAQVE NVTIBVS MARTYR NOS MANDA DIVINIS.
IDEM SVB ERA NOVIES CENTVM IVCVLATOR
r . . . . . . . . . SEXAGIS ET VNO SEPTEM DECEM CALENDIS
APRILIS.

III. Hæc ita ut vides exarata, & ex parte frequenti tranſitu abolita pedibus ſunt inventa, ſed Dei providentia factum, ut ſaltem EVGENIA MARTYR legi potuerit in acroſtichis, hoc eſt primis ſingulorum verſuum elementis illis hic additis alio charactere litterulis, quæ deſiderari videbantur, & neceſſario exigebat cæterarum literarum contextus, aliis adhuc integris permanentibus, quibus annus, menſis ac dies, quibus eſt paſſa, eſſent expreſſi.

Hoc

---

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMLXI. Anno Hegiræ CCCXI. inchoato die 20. April. fer. 1. A.C. 923. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6416.

☉ 8. E. ☽ 12. P. 6. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 923.

JOANNIS X. PAPÆ 10.

BERENGARII IMP. 8.

CONSTANTINI VIII. IMP. 12. cum Romano Imp.

AD num. II. & ſeq. *Eugeniæ* Virginis & Martyris memoriam redivivam feciſſe, nomine ex achroſtichis ex Epitaphii veteris & magna ex parte obtriti reddito, Ambroſius Morales viſus eſt Baronio: cui fundamento varia ſuperſtruxere figmenta, qui ſub nomine Luitprandi Ticinenſis Diaconi adverſaria protruſere. Sed uti obſcurus eſt dicti Epitaphii tot locis mutili, nec niſi per conjecturas parte aliqua lecti ſenſus, ita certum eſt, nullam uſpiam extare memoriam de Martyrio, Reliquiis, cultu ejuſmodi Sanctæ, antequam, lapis iſte Cordubæ erueretur. Dies quoque Martyrii ex characteribus retectis nullus certus erui poteſt, ideoque & de illa tacere tu[illegible]s eſt; cum nec Eccleſia Cordubenſis ejuſ feſtum ſuſceperit, donec certius aliquid proferatur. Ita prudenter Bollandus ad diem XXVI. menſis Martii inter Prætermiſſos & in alios dies Rejectos, cui lubenter aſſentimur. *An aliqua S. Eugenia Cordubæ hoc ſæculo vixerit.*

Ad





IV. Hoc pariter anno Rex Carolus ingentem conflaturus exercitum, ut Robertum Regem profligaret, etiam Northmannos ſolicitavit contra conſilium & admonitionem Fulconis Rhemenſis olim Archiepiſcopi: factumque ut quemadmodum cum ejus parens monitis Northmannos in auxilium vocare deſiit, Deum cito habuerit adjutorem, qui tyrannum ſtatim e medio tolleret: ita e contra modo eos vocans, Regnum penitus cum libertate perdiderit. Quomodo autem iſta ſe habuerint, narrat quam exactiſſime Frodoardus, quæ ſic ſummatim collecta legas: Carolus Rex contra pactas inducias cum exercitu contra Robertum imparatum irruens, conflato prœlio illum occidit, ipſe vero victus ab ejus filio Hugone fuga ſibi conſuluit; dolo demum Eriberti Comitis captus, in carcerem detruſus eſt. Cum proceres Rodulphum Richardi filium e Burgundia vocatum in Regem eligunt Sueſſione in monaſterio ſancti Medardi, Robertique filia Emma dicta, Rhemis ab Archiepiſcopo conſecratur Regina: ita in Galliis res Francorum hoc anno ſe habuerunt. Rodulph. Rex Francorum creatus.

V. Inſuper eodem reperitur anno defunctus Galterius Archiepiſcopus Senonenſis, cujus extant ſalubres canonicæ (*a*) conſtitutiones.

Eodem quoque anno (ut auctor eſt (*b*) Ditmarus) xix. Kal. Februarii, Indictione undecima ex hac vita migrat Sigiſmundus Halberſtadenſis Epiſcopus ſanctitate vitæ perſpicuus, ex cujus prædictione ei ſubrogatur Bernardus.

(*a*) *To. 6. bibl. Mar. col. 647.*
(*b*) *Ditm. l. 1. Chr.*

An-

---

PAGIUS II. *Roberto Franciæ Rege occiſo ſuccedit Rodulphus.*

Ad num. IV. *Robertus* frater Odonis Pariſienſis Comitis, qui anno ſuperiori Francorum Rex dictus fuerat, currenti apud Sueſſionas pugnavit adverſus Carolum Simplicem Francorum Regem, ſed lanceis perfoſſus cecidit, & *Hugo* filius & *Heribertus* cum cæteris victoria potiti Carolum in fugam verterunt. Dein *Rodulfus* filius Richardi Burgundiæ Ducis apud urbem Sueſſionicam, in monaſterio Sancti Medardi Rex Francorum conſtituitur, inquit Flodoardus in Chronico, qui addit: *Alter Rodulfus Ciſalpinæ Galliæ Rex, quem Italici, abjecto Rege ſuo Berengario, in regnum receperant, cum ipſo Berengario conflixit, eumque devicit, ubi mille quingenti viri cecidiſſe dicuntur.* [1] Ibi Flodoardus Rodulphum hujus nominis II. Transjurenſis Burgundiæ Regem, lato nimis nomine Regem *Galliæ Ciſalpinæ* appellat. Mathoudus in Catalogo Archiepiſcoporum Senonenſium refert ex quodam Chronico MS. Rodulfum unctum eſſe in Regem *apud Sueſſionem a VValterio Senonenſi tertio Idus Julii*. Quod & habet Auctor Chronici S. Petri Vivi Tom. II. Spicilegii Dacheriani, & quidem recte, cum hoc anno dies III. Idus Julii in Dominicam inciderit. Porro *VValterius*, ſeu *VVaterius* paſſim ab aliis *Gualterius* vel *Gualtherus* appellatur. Glaber lib. 1. Hiſt. cap. 2. dicit, hanc electionem factam eſſe opera *Magni Hugonis* fratris Emmæ, quæ uxor erat Rodulphi, quia Hugonis *militari induſtria regnum Francorum dirigebatur*.

III. *Moritur Plegmundus Arch. Cantuariæ.*

Ingulphus in Hiſt. pag. 28. novæ editionis refert, Ælfredum Angliæ Regem *viros literatiſſimos de terris exteris* ad ſe accerſiſſe, *aliquandiu in Palatio ſuo ſecum pro ſacris literis addiſcendis retentos, demum diverſis prælatiis & dignitatibus promoviſſe*, ſubditque: *Plegimundum etiam poſtea promotum in Archiepiſcopum Cantuariæ ac Askerum Abbatem Bangorenſem, poſtea Schireburnenſem Epiſcopum, illis in temporibus Doctores celeberrimos ſuo lateri adjunxit. Quorum omnium contubernio aliquandiu in Palatio fruitus & doctrina, uſque ad profundam liberalium artium ſcientiam penetravit.* Gervaſius Dorobernenſis in Chron. qui tradit Plegmundum *ſacris literis nobiliter* inſtructum fuiſſe, addit eum ſediſſe annis XXXIV. ideoque hoc anno e vivis exceſſit, ut uterque Chronographus Saxonicus literis prodidit. Malmesburienſis lib. 1. de Geſt. Pontif. pag. 200. ei annos tantum ſedis XXXIII. aſſignat, quia incertum an anno DCCCLXXXIX. aut inſequenti ſedem inierit. Wartonus Tom. I. Angliæ Sacræ pag. 52. refert dies obituales Archiepiſcoporum Cantuarienſium ex Martyrologio, ejuſdem Eccleſiæ, in quo legitur: *IV. Non. Auguſti Cantuariæ depoſitio S. Plegemundi Archiepiſcopi & Confeſſoris*. Ex his intelligis Eccleſiam Anglicanam viris doctis hoc ſæculo abundaſſe, licet pauciſſimi ex illis libros conſcripſerint.

---

NOTÆ [1] ROdulfus in Francorum regem poſt menſem *Aprilis* anni 923. inauguratus erat. Ejus enim diploma apud Martenium in Collectione ampliſſima Anecdot. tom. I. pag. 279. pro monaſterio Elnonenſi: *Datum eſt VIII. Idus Aprilis, Indictione XIII. anno II. regnante Rodulfoglorioſiſſimo rege. Actum Lauduno caſtro publico, in Dei nomine feliciter Amen.* Indictio XIII. convenit in A. D. 925. Si ergo, hoc anno die VI. *Aprilis annum ſecundum* regni numerabat, ſequitur eum electum fuiſſe an. 923. poſt illum menſem. Clarius monachus, *Rodulfum* inunctum fuiſſe III. Idus *Julii* Sueſſionis a Valterio Senonum Archiepiſcopo docet. Idem confirmat chronotaxis ad oram Codicis Reginæ Suecorum num. 755. ad Cyclum Dionyſianum appoſita, ubi ad an. 922. legitur: *Rotbbertus Princeps eſt inunctus in regem III. Kal. Julii contra Karolum a Gualterio Archiepiſcopo Senonenſi, & nondum anno expleto, XVII. Kal. Julii interemptus eſt in bello ab exercitu Karoli, Sueſſione, & III. Idus Julii electus eſt in regem a Francis Rhodulphus in eadem urbe, & inunctus a jam dicto Gualterio, qui etiam ipſo anno, XVII. Kal. Decembris a vita receſſit. Robertus*, ſeu *Rotbertus* Comes Pariſiorum regnum Francicum anno 922. uſurpavit, & Remis III. *Kal. Julii* ab Herveo Archiepiſcopo inunctus eſt. Nonnulli populi *Rodulfum* non agnoverunt, ut *Occitani*, in quorum documentis per hoc tempus datis, legitur: *Deo regnante, & regem expectante Gallia.* Tranſligerani etiam qui *Rodulfum* non agnoſcebant, chronicas notas documentorum ſignabant ab anno, quo *infideles Franci regem ſuum Karolum dehoneſtaverant, & Rodulfum in Principem elegerant.* Vide Mabillon. Annal. Bened. Lib. XLII. §. XLVI. L. LIV. LVI. GEORGIUS

I. Berengarius Imper. occiditur.

ANnus Redemptoris nongenteſimus vigeſimusquartus, Indictione duodecima incipit, quo Berengarius Imperator a ſuis occiditur. Rem geſtam pluribus narrat Luitprandus Ticinenſis. Quod ad tempus necis ejus pertinet, teſtem habemus Frodoardum hujus temporis accuratum chronographum. Dignas quidem ſuſcepit Berengarius pœnas, quod fœdere jam antea cum Hunnis inito, eoſdem hoc anno iterum majori agmine in Italiam intulit, in odium Rodulphi quo ante annum bello fuerat ſuperatus, illo hoc tempore detento in Galliis jam anno ſuperiori Rege Francorum electo.

II. Papia ab Hunnis incenditur.

Quam autem cladem Hunni ſive Ungari hoc anno intulerint Galliæ Ciſalpinæ, idem Frodoardus ſic breviter narrat ante obitum Berengarii: *Ungari ductu Regis Berengarii, quem Longobardi pepulerant, Italiam depopulantur, Papiam quoque urbem populoſiſſimam, atque opulentiſſimam igne ſuccendunt, ubi opes periere innumerabiles, Eccleſiæ quadragintatres ſuccenſæ, urbis ipſius Epiſcopus cum Epiſcopo Vercellenſi, qui ſecum erat, igne fumoque necatur, atque ex illa pene innumerabili multitudine ducenti tantum ſuperfuiſſe numerantur, qui ex reliquiis urbis incenſæ, quas inter cineres tegerant, argenti modios octo dederunt Ungaris, vitam muroſque civitatis vacuæ redimentes. His expletis Ungaris, per abrupta tranſeuntes Alpium juga, venerunt in Galliam, quos Rodulphus Ciſalpinæ Rex Galliæ & Hugo Vieunenſis inter anguſtias collium Alpinorum claudunt. Unde in primo loco per devia montis evadentes Gothiam impetunt, quos inſequentes prædicti duces ſternunt ex eis, quos reperire potuerunt.* Hæc Frodoardus. *Uſta eſt autem* (inquit Luitprandus ejus civis) *infelix olim formoſa Papia anno Dominicæ Incarnat. nongenteſimo vigeſimo quarto, quarto Idus Martii, Indictione duodecima, feria ſexta, hora tertia. Quorum memoriam qui ibidem combuſti ſunt, vos & quicumque legeritis, faciatis, vehementer exoro.* Hæc ipſe, ſubdens de ejus reſtitutione narrationem.

III. Rodulph. Rex ægrotans divinum per Sanctos implorat auxilium.

Ægrotans hoc anno idem Rodulphus Rex Francorum, quibus pietatis ſtudiis niſus ſit convaleſcere, dignum eſt ex eodem auctore Frodoardo hic recitare: *Graviſſimo* (inquit) *languore corripitur, cujus a recidivo, dum jam convaleſcere putabatur, opprimitur, & pene deſperatus, a pluribus Rhemos ad ſanctum Remigium ſe deferri fecit: ubi nonnulla dona largitus. Cæterum præter uxoris partem, quidquid ſibi theſaurorum ſupererat, per monaſteria Franciæ, Burgundiæque direxit, & quatuor hebdomadibus apud ſanctum Remigium demoratus, tandem reintegrata ſanitate, Sueſſonicam petiit urbem, &c.* Hæc Frodoardus, qui & de Synodo, hoc item anno habita in Galliis, ſubiicit iſta:

IV. Synodus alia apud Troſlejum.

*Synodus Epiſcoporum Remenſis diœceſis apud Troſlejum Octobri menſe habita Seulpho Archiepiſcopo Rhemenſi præſidente, in qua Iſaac Comes ad emendationem & ſatisfactionem venit pro his, quæ prave adverſus Eccleſiam Cameracenſem perpetraverat, & vadatus argenti libris centum, pacatur cum Stephano præfatæ urbis Epiſcopo, præſente Heriberto & pluribus Franciæ Comitibus.* Hæc ipſe in

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſpan. CMLXII. Anno Hegiræ CCCXII. inchoato die 9. April. fer. 6.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6417.

☉ 9. DC. ☽ 13. P. 28. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 924.

JOANNIS X. PAPÆ 11.

BERENGARII IMP. 9.

CONSTANTINI VIII. IMP. 13. cum Romano Imp.

A.C. 924. I. *Berengarius Aug. occiditur.*

AD num. I. & ſeq. Flodoardus in Chronico *Berengarii* Imperatoris a ſuis occiſi mortem recte cum hoc anno illigavit. Luitprandus enim lib. 3. cap. 1. poſtquam eam cædem narravit, ait Hungaros quos Berengarius in Italiam vocaverat, urbem Papiam & Eccleſias XLIII. combuſſiſſe, additque: *Uſta eſt infelix, olim formoſa Papia anno Dominicæ Incarnationis CMXXIV. IV. Idus Martii, Indictione XII. feria VI. hora III.* quibus ex verbis etiam colligitur, *Berengarium* ante diem XII. menſis Martii necatum fuiſſe. Porphyrogenneta libro de Adminiſtrando Imperio cap. XXVI. Hiſtoriam Berengarii paulo aliter ac Luitprandus & Flodoardus narrat. Fuit *Berengarius* vir multis magniſque virtutibus præditus, cujus animus nec calamitatibus unquam ſuccubuit, nec ſecundis rebus nimis elatus eſt, qui ideo conſtantiore ac fideliore ſuorum obſequio dignus erat. Octavum Imperii annum non abſolvit, cum anno CMXVI. die XXIV. menſis Martii Imperator coronatus fuerit, & currenti ante diem XII. ejuſdem menſis perierit. Poſt ejus mortem Imperium Occidentis vacavit uſque ad annum CMLXII.

II. *Rodulfi Reges adventus in Italiam & fuga.*

Luitprandus citatus narrat poſtea quæ hoc & ſequenti anno in Italia contigere: *Exuſta Papia, factaque per Italiam non modica præda, Hungari ad propria revertuntur. Hoc eodem tempore defuncto Adelberto Eporegiæ civit. marchione uxor ejus Ermengarda Adelberti præpotentis Tuſciæ marchionis & Bertæ filia, totius Ital. Princ. obtinebat. Cauſa autem potentiæ ejus hæc erat*





in Chronico, & in hiſtoria Rhemenſi, quibus adiicit quædam miracula hoc anno divinitus edita.

V. S. Udalricus Epiſc. Auguſtanus.

Accidit præterea ut hoc anno, bono totius Chriſtianæ religionis, lucerna ardens & lucens non amplius ſubtus modium abſcondita teneretur, ſed luceret ſuper candelabrum exaltata, cum videlicet S. Udalricus nobili genere ortus, nempe ex Hucbaldo Comite Kyburgenſi, & Ditperga Burchardi Sueviæ Ducis filia, ab ipſis incunabulis mirificis ſanctitatis indiciis in eo divinitus patefactis, Auguſtæ Windelicorum eſt electus Epiſcopus, Apoſtolico more ſecundum præcedentes prophetias. Rex ab eo præclare geſtas, licet rudi verborum ſtylo, candido tamen & expolito ſinceritate & veritate illius æqualis eſt proſequutus; ſed pertæſi alii ruſticitatem fontis, eaſdem aquas inde acceptas argenteo melius vaſe propinandas ſitientibus exiſtimarunt, Gebeardus videlicet ejuſdem civitatis Epiſcopus, & Berno Augiæ Abbas. Sed quæ Verbum incarnatum pannis involutum non laciniosis ac pretioſis indumentis ſui exordio Chriſtiana ſimplicitas divinitus datum accepit, ipſa pura, integra, incorrupta, omni ex parte ſuo candore fulgente, ſuiſmet colluſtrata radiis, veritate gaudet & acquieſcit. Quo nomine bene precamur viro maxime pio atque diſcreto Marco Velſero Auguſtano, qui latentem, & pene obrutum terra fonticulum, ut iterum flueret laboravit; dum inquam ejuſdem Uldarici vitam primitus ſcriptam ab auctore, qui eum oculis vidit, & cum eo converſatus eſt, jam oblivione ſepultam typis cudendo, & notis illuſtrando revocavit ad vitam. In qua) quod ad electionem Udalrici in Epiſcopum pertinet) de præcedenti Romæ audita a Marino, qui poſtea fuit Pontifex prophetia hæc habentur:

VI.

*Interim vero libuit eum Limina viſitare beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli: cumque illuc perveniſſet, a venerando Papa * Martino bene ſuſceptus eſt. Et ab eo interrogatus, de qua provincia vel civitate eſſet nativus; qui reſpondens, dixit: De provincia Alamannia, & de civitate Auguſta oriundus ſum, verſorque in ſervitio Adalberonis ejus civitatis Epiſcopi. Ne turberis, inquit, animo, o frater; ille de quo mihi dixiſti, ſenior tuus Adalbero migravit a ſæculo, & Deo jubente, te ejuſdem matriculæ,* hoc eſt Eccleſiæ cathedralis ſive matricis, *decet eſſe paſtorem. Eo quidem re-*

* Marino

PAGIUS

*erat, quoniam dictu etiam fœdiſſimum eſt, carnale cum omnibus non ſolum Principibus verum etiam cum ignobilibus commercium exercebat.* Ita Luitprandus cap 2. Tum cap. 3. *Per idem tempus Rex Rodulphus e Burgundia rediens in Italiam venit, defunctoque Berengario regnum potenter obtinuit. Poſt autem aliquot dies Italienſes omnes cœperunt inter ſe diſſidere. Zelo quippe non modico propter Ermengardæ pulchritudinem juxta carnis hujus putredinem trahebantur, eo quod ea ſtuprum aliis præbebat; aliis denegabat. Unde factum eſt, ut prædives Mediolanenſis Epiſcopus* (nempe Lanthbertus) *nonnullique alii Regis Rodulfi partibus faverent. Cum Ermengarda vero tot ſimul rebelles aderant, quod ipſam etiam regni caput Papiam non inviriliter defenderent. Factum eſt autem, ut Rex Rodulfus collectis copiis Papiam tenderet, caſtris metatis,* &c. Ermengarda Rodulfo Regi clam & doloſe mandata tranſmiſit, ſignificavitque omnes ſuos velle eum deſerere, & captum detinere. Quibus Legationibus Rex territus ſequenti nocte clam cuſtodibus, lintrem ingreſſus ſuos deſeruit. Mane facto milites & Principes ejus animo conſternati ſeſe in fugam dedere: *cumque Mediolanum, tutum ſcilicet ad locum, perveniſſent; conſenſu omnium Lanthertus Archiepiſcopus Hugoni potentiſſimo & ſapientiſſimo Provincialium Comiti mandat, regnum ut Rodulfo auferat, ſibique potenter obtineat.* Hæc, partim hoc, partim ſequenti anno peracta, & uno tenore a Luitprando narrata. Sigonius lib. VI. de Reg. Ital. ait extare Diplomata a *Rodulfo* hoc anno, nempe Regni ſui in Italia tertio, *Veronæ* data, quibus Privilegia alias Eccleſiæ Patavinæ conceſſa confirmavit, aliaque quibus eodem beneficio Parmenſem & Cremonenſem Eccleſiam cumulavit. Quare Diplomata iſta antequam Rodulfus ad obſidionem Papienſem pergeret, & ex Italia fugeret, data eſſe, & Rodulfi fugam ac obſidionem Papienſem ad ſequentem pertinere non dubitandum. [1]

III. A num. V. ad VIII. Gerardus Presbyter S. Udalrici familiaris in ejus Vita num. VII. ait:

NOTÆ

[1] VEtuſtus Author Chronici Regum Italiæ vulgatus a Muratorio Anecdot. tom. pag. 204 de hoc Rodulfi diſceſſu ita loquitur: *Die Sabbati, quod eſt decimo. die menſis Aprilis & fuit in eo die ſecundum Paſchæ, Civitate Arlenda (ſic) migravit ab hac die Rodulphus Rex.* Si ea quæ his verbis aſſerit Author vetuſtus, & in multis diligens, veritati cohæreant, Rodulphus hoc ipſo anno, quo ſecundum Sabbatum poſt Paſcha in diem X. Aprilis incidit remigravit ad ſuos. Quare Sigonii Diplomata quæ hic Pagius commemorat, hoc facile anno ante menſem Aprilim data ſunt. Sed hiſtorici hujus fides, ut vera fatear nutat, cum Muratorius Antiquit. Italic. tomo II. colon. 43. proferat ex archetypo Placentinum quoddam Diploma ab eodem Rodulpho Veronæ datum *die pridie idus Novembris Anno DCCCCXXIV. domini Rodulphi piiſſimi regis in Italia III. Indictione XII.* Ex quo intelligimus Rodulphi Italicum regnum anno 922. ante diem illam Novembris cœpiſſe; hoc vero anno die illa ex Italia nondum diſceſſiſſe. Forte tamen luxatus eſt Chronici illius textus, & dies illa Aprilis ad diem reditus Rodulphi in Italiam, non vero ad remigrationem ejus pertinet. MANSI

*renuente, inquit: Cur recuſas deſtinationem Dei? ſi nunc inconcuſſam, & indeſolatam accipere, & gubernare refragaris in tranquillitate: in antea vero deſtructam & deprædatam in perturbatione accipies, & cum labore gubernabis & reædificabis. Altero vero die, ſine licentia Papæ, propter triſtitiam defuncti domini ſui, & ne ab eo plus verbis conſtringeretur, exivit e Roma, Auguſtamque reviſit, & invenit ita, ſicut præfatus Papa prædixit.* Addit vero poſt Adalberonem ſuffectum Hiltinum, eumdemque præfuiſſe eidem Eccleſiæ annos quindecim, ipſique ſubrogatum ſanctiſſimum virum Udalricum.

VII. Hæc autem cum annos ante quindecim contigiſſe certum ſit, anno nimirum Redemptoris nongenteſimonono, quo plane conſtat, Sedem Apoſtolicam occupatam fuiſſe detentam ab infami Sergio illo, de quo ſupra, non legitime electo Pontifice, ſed invaſore: Unde quem auctor nominat Marinum Papam, fortaſſe is tunc temporis legitimus habebatur Pontifex; ſed quoniam obſcuriſſime ea tempora tranſierunt, de eodem Marino quod tunc ſederit, non alibi, quam hic mentio invenitur; quamobrem ea fuit Velſeri doctiſſimi ſcholiaſtis interpretatio, ut per anticipationem ibi dictus Marinus ſit Pontifex appellatus, qui tamen ſediſſe reperitur poſt annos decem & octo. Corrigendus tamen eſt Sigebertus, qui adventum Udalrici in Urbem ſub Pontificatu ejuſdem Marini Papæ recenſet, anno videlicet Redemptoris nongenteſimo quadrageſimo ſecundo, quod procul abhorret a veritate.

Quod ad ſtatum Eccleſiarum Hiſpaniæ ſpectat: quæ Cordubæ erat (ut vidimus) ſub Sarraceno Principe laborabat, reliquæ vero ſub Legionenſi Rege Ordonio auctæ magis in dies ab eodem Rege redditibus ac donis quieverunt, in eam ſpem erectæ, quod ingenti barbarorum exercitu ex Africa per Regem Cordubæ convocato, per eumdem Ordonium ſuperato, pax perpetua ſtabilienda eſſet. Sed turbavit mox omnes inſperata mors Comitum Capellæ, qui vocati a Rege ad prælium, cum venire renuiſſent, vel alia cauſa (ut produnt alii) perducti poſtea Legionem, truncari capite juſſi ſunt; ipſeque Rex, qui Arabum terror erat, hoc ipſo anno mortuus eſt, cum regnaſſet novem annis, & menſibus ſex, ut Sampyrus, & Tudenſis affirmant. Succeſſit Ordonio frater Froila, nominis hujus Secundus nullo jure, ſed invaſione tyrannica, tenuitque tyrannice Regnum menſibus quatuordecim, qui ex nece inſontium cognomen adeptus, ut Crudelis appellaretur. Quo factum eſt, ut eo ſublato de medio, rebus ad interregnum deductis, duo fuerint creati judices, quibus bellandi adverſus hoſtes, & judicandi populum libera eſt conceſſa poteſtas. Poſt annum autem creatus eſt Alfonſus hujus nominis Quartus, cognomento Monachus, filius Garſiæ (ut Tudenſis affirmat) ſive Ordonii, ut plures conſentiunt: cum ex adverſo in Aſturia jam quartus filius Alfonſi Magni Regnum ſibi vendicaſſet Ramirus. Hic ſtatus rerum undique fluctuantium ſummatim collectus: ſed ad res Anglorum.

VIII. Status rerum Hiſpaniæ.

Hoc

PAGIUS ait: *poſt quindecim annos defuncto Hiltino Epiſcopo machinatione nepotis ſui Burchardi ducis, & aliorum propinquorum ſuorum, Heinrico Regi* (nempe Germaniæ) *præſentatus, ejuſque ſublimitati nota facta eſt deceſſio Epiſcopi, ſupplicatumque eſt, ut præfato domino Udalrico Epiſcopalis poteſtas ab eo concederetur. Rex vero intuens herilitatem ſtaturæ illius, & comperiens doctrinæ ſuæ ſcientiam, petioni eorum aſſenſum præbens, Regio more in manus eum accepit, munereque Pontificatus honoravit. His vero ita peractis Hilari animo de Rege revertentes, & ad Auguſtam pervenientes, ſecundum Regis Edictum poteſtativa manu inveſtituram Epiſcopatus ſibi perfecerunt. Succedente vero tempore Nativitatis Domini, in die ſolemnitatis Innocentium conſuetudinario ritu ordinatio ejus peracta eſt.*

*S. Udalricus fit Epiſc Auguſtenſis.*

IV. *Ejus ordinatio ad annum ſuperiorem pertinet.* Mabillonius Sæc. V. Benedict. Vitam S. Udalrici Auguſtani Epiſcopi, quam Velſerus ex tribus Codicibus MSS. ſub Anonymi nomine typis mandavit, Gerardo Presbytero ex vetuſto codice Ratiſponenſis monaſterii attribuit, & parenti ſuo reſtituit; ſed tam ipſe quam Baronius Udalrici Epiſcopatus initium male cum hoc Chriſti anno copulant, licet in margine præfatorum verborum Velſerus annotaſſet, id factum eſſe *anno CMXXIV. ineunte*, ideoque in die ſolemnitatis Innocentum præcedentis anni. *Gerardum* enim Presbyterum Eram Chriſtianam a die Nativitatis Chriſti exorſum eſſe, ex eo liquet, quod anno ſuperiori dies XXVIII. menſis Decemb. Feſto ſanctorum Innocentium ſacra in Dominica incidat, quibus diebus de more Epiſcoporum ordinationes fiebant, & præterea annos quinquaginta Sedis *Udalrico* adſcribat; quod verum eſſe non poteſt, ſi is currenti anno Epiſcopus conſecratus fuerit. *Udalricum* enim die quarta menſis Julii anni CMLXXIII. ad ſuperos evolaſſe, extra omne dubium eſt. Hermannus Contractus tam in editione Paſtoriana, quam in Caniſiana ejus quidem ordinationem cum præſenti anno connectit, ſed annum a Nativitate Chriſti ubique inchoat. Hæc ejus verba ad hunc Chriſti annum: *S. Udalricus Auguſtæ Vindelicæ Epiſcopus ordinatus, mira pietate & religione præfuit annis L.* qui annus, ut mox dixi, a Nativitate Chriſti inchoatus, & Udalricus poſt triduum ordinatus. Adhæc Hermannus contractus, ut anno CMX. vidimus, ait *Hiltinum* eo anno Auguſtenſem Epiſcopum factum ſediſſe *annos XIII.* ideoque ſignificat eum, non hoc anno, ſed

ſit.



IX. Hoc anno, defuncto Eaduvardo ſeniori Anglorum Rege, qui in locum ejus ſucceſſit Aethelſtanus, liberatus ab Elfredo adverſario Romæ extincto, cum ad Confeſſionem ſancti Petri perjurare non timuiſſet, in ſua donatione facta ſancto Petro iſta manu ſua eidem appendicem poſuit quibus res geſta clarius innoteſcit:

X. *Sciant ſapientes regionis noſtræ non has præfatas terras me injuſte rapuiſſe, rapinamque Deo dediſſe, ſed ſic eas accepi, quemadmodum judicaverunt optimates Regni Anglorum inſuper & Apoſtolicus Papa Romanæ Eccleſiæ Joannes. Elfredo defuncto, qui noſtræ felicitati, & vitæ æmulus extitit, nequitiæ inimicorum noſtrorum conſentiens, qui me voluerunt, patre meo defuncto, cæcare in urbe Vvintonia, ſi non me Deus ſua pietate eripuiſſet; ſed denudatis eorum machinamentis, remiſſus eſt ad Romanam Eccleſiam, ubi ſe coram Apoſtolico Joanne jurejurando defenderet. Et hoc fecit coram altari ſancti Petri, ſed facto juramento cecidit coram altari, & manu famulorum ſuorum portatus eſt ad Scholam Anglorum, & ibi tertia nocte vitam finivit. Et tunc Apoſtolicus ad nos remiſit, & quid de eo ageretur, a nobis conſuluit, an cum cæteris Chriſtianis corpus ejus poneretur.*



XI. *His peractis, & nobis renuntiatis, optimates regionis noſtræ cum propinquorum illius turma efflagitabant omni humilitate, ut corpus illius per noſtram licentiam cum corporibus poneretur Chriſtianorum: noſque illarum efflagitationi conſentientes, Romam remiſimus, & conſentiente Papa, poſitus eſt ad cæteros Chriſtianos, quamvis indignus. Et ſic judicata eſt mihi tota poſſeſſio ejus in magnis & modicis. Sed & hæc apicibus prænotavimus litterarum, ne quamdiu Chriſtianitas regnat, aboleatur. Unde mihi præfata poſſeſſio, quam Deo, & ſancto Petro dedi, donatur; nec juſtius novi quam Deo & ſancto Petro hanc poſſeſſionem dare, qui æmulum meum in conſpectu omnium cadere fecerunt, & mi-*



PAGIUS ſuperiori, e vivis exceſſiſſe. [1] Quoad annos *quindecim Hiltini* Sedi a Gerardo Presbytero adſcriptos, ii in duabus Vitis Sancti hujus Antiſtitis, quarum mentionem anno CMX. num VI. fecimus, etiam leguntur. Quare cum *Hiltini* ordinatio ab anno CMX. removeri non poſſit, ut indicant quæ ibidem diximus, non video Gerardum Presbyterum hac in re errore liberari poſſe. Quod mirum videri non debet, cum variis exemplis conſtet auctores coætaneos præſertim in temporum deſignatione, aliquando errare. Gravius lapſus eſt hic Auctor in eo quod ſcripſit, *Marino* Eccleſiæ Romanæ præſidente, *Udalricum* Romæ fuiſſe; quod verum non eſſe, loco laudato oſtendimus.

V. *Moritur Ordonius II. Legionis Rex.* *Ordonius* II. Legionis Rex, cujus Regni initium Baronius cum anno CMXV. connexuit, jam anno CMXII. die XVII. menſis Junii regnabat, ut ſuo loco diximus. Quot annis ipſe & duo proximiores regnarint, in tantis Hiſtoriæ Hiſpanicæ tenebris ab hoc anno uſque ad annum CML. quo *Ordonius* III. Regnum iniit, detegi non poteſt. Rodericus Toletanus ait, eum fuiſſe Principem prudentem ac ſolertem, juſtum, & pium ac Regnum provide gubernaſſe, ut videre eſt lib. 4. cap. 21. Mariana lib. 8. cap. 2. tradit, eum ex morbo extinctum anno nongenteſimo viceſimo tertio, eumque paſſim recentes Hiſtorici ſequuntur, licet nullus, quod viderim, id probet. Poſt mortem Ordonii II. *Froila* frater ſuccedit in Regnum, ſed *nihil egit memoria dignum*, inquit Toletanus lib. 5. cap. 1. qui ei annum & menſes duos tribuit. Poſt *Froilam* regnavit *Alphonſus Monachus* Ordonii II. filius, & poſt iſtum *Ramirus* II. qui celebrem de Mauris victoriam retulit, de qua, Baronii ordinem ſequentes, an. CMXXXVIII. verba faciemus, eamque certis argumentis anno CMXXXIX. relatam fuiſſe demonſtrabimus.

VI. *Moritur Edoardus Rex Angliæ.* Ad num. IX. & ſeqq. Vigornienſis ad hunc Chriſti annum ſcribit: *Anno Chriſti CMXXIV. Rex Anglorum Eadvvardus, cognomento Senior qui cunctis Britanniam incolentibus, Vvalanorum, Scotorum, Cumbrorum, Galvvalenſium, & Danorum populis potenter præfuit: poſt multas res egregie geſtas, anno regni ſui vigeſimo quarto, in villa Regia Farendona nuncupata, diem clauſit extremum.* Idem habet Weſtmonaſterienſis, quibus ſuffragatur Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 6. qui ait, anno Incarnationis CMXXIV. Athelſtanum, filium Edvvardi, regnare cœpiſſe. Erat ille filiorum Edoardi natu maximus. *Secundus filius Edoardi fuit Ethelvvardus, ex Elfleda filia Comitis Ethelini, literis apprime inſti-*

*tu-*

NOTÆ [1] S. Uldaricum nonniſi anno 924. Epiſcopum ordinatum fuiſſe die feſta SS. Innocentium, penes me certius eſt; tum quod Gerardi coævi Authoris chronologia ita exigit; adſcribens enim annos 15. Hiltino ejus prædeceſſori, ordinato anno 910. nos utique ad annum 924. deducit. Nec eſt cur aliam fuiſſe Authoris hujus mentem inde arguamus, quod eidem S. Uldarico, qui A. 973. deceſſit, annos 50. ſedis aſſignet; qui ſane anni ab anno 923. non vero ab A. 924. duci neceſſario debent. Conſtat enim Scriptores perſæpe in gratiam numeri rotundi parum addere interdum vel demere; adeoque cum hic exprimere debuiſſet annos ſedis 49. maluit 50. numero rotundo. Confirmant meam hanc ſententiam Annaliſta Saxo Eccardi ad A. 925. & Chronicon Regium S. Pantaleonis Colonienſis apud eumdem, qui ambo annum a Natali exordientes S. Uldarici initium cum anno 925. componunt. Conſonat his & Chronographus Saxo Lebinitianus ad An. 925. MANSI

*bi proſperitatem Regni largiti ſunt.* Hactenus Regis chirographum ad donationem illam appoſitum, deſcriptum vero a. (a) Wilelmo Malmesburienſi una cum cæteris ad eumdem Regem ſpectantibus. Se-

(a) Vvil. de Geſt. Reg. Ang. l. 2. c. 6.

PAGIUS

*tutus, multumque Elfredum vultu & moribus præferens, ſed cita poſt genitorem morte ſubtractus*, inquit Malmesburienſis pag. 46. qui poſtea pag. 49. de Ethelſtano ſcribit: *de hoc Rege non invalida apud Anglos fama ſeritur: quod nemo legalius, vel litteratius Rempublicam adminiſtrarit.* [1]

NOTÆ

[1] AD hunc annum pertinet donatio quædam facta a *Sergio* Primicerio Sedis Apoſtolicæ monaſterio S. Viti, quam ex Regeſto Sublacenſi pag. 66. exſcripſimus. Incipit: *Anno, Deo propitio, Pontificatus Domni Johanni ſummi Pontifici & univerſali decimi PP. in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli anno.* Hic locus vacuus eſt, *menſe Auguſto Indit. XII. die XX. Sergius Primicerius, & Agathæ* nobiliſſima ejus uxor donant & offerunt *Floro* presbytero religioſo, ejuſque ſucceſſoribus in monaſterio *Sancti Viti* domum majorem opere Signino cum Oratorio Sancti Martyris *Theodori* poſit. Romæ regione III. juxta portam majorem. Jurant, ſe hæc ſervaturos per ſalutem *Johannis Papæ decimi.*

S U B S C R I P T I O N E S.

† Signum manu ſupraſcripto Sergius Primicerius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ atque donatore.
† Signum manu Leonis in Dei nomine Conſul & Dux a Sergio Conſul & Dux in hac donationis charta teſtis rog. ſig. crucis feci.
Romanus in Dei nomine Conſul & Dux in hac charta donationis teſtis rog. ſig. ✠ feci.
† Silveſter in Dei nomine Conſul & Dux in hac donat. charta teſtis rog. & ſig. crucis feci.
† Nycolaus in Dei nomine Conſul & Dux in hac donat. charta teſtis rog. ſig. ✠ feci
† Boſo in Dei nomine Conſul & Dux in hac donationis charta teſtis rog. ſig. ✠ feci.
Ego Hadrianus Scriniarius & tabellio urbis Romæ complevi & abſolvi.

Ex *Indictione* XII. ac nomine *Johannis* Papæ X. colligimus hujuſmodi donationem factam fuiſſe A. D. 924. quo annus *undecimus* Pontificatus *Johannis* X. decurrebat. GEORGIUS



I. S. Pelagii pueri inſigne martyrium.

SEquitur Chriſti annus nongenteſimus vigeſimusquintus, Indictione decimatertia, quo dum ſub jugo barbarico aſſidue gemit Hiſpania, egregio martyrio Pelagii pueri annorum tredecim læta vireſcit; quod etſi non armis, pietate ſaltem vincat, & per puerum ducat de impio tyranno triumphum, atque præclara terra cœloque ſpectata trophæa in æternum manſura ſublimet. Tantæ rei vigent in tota Hiſpania ubique memoriæ, altaribus, & Eccleſiis conſignatæ; dieſque natalis inſignis Martyris ſacrificiis, ſacriſque laudibus ducendus annis ſingulis eſt religioſe præſcriptus; cujus & præconia omni dicendi genere, hiſtorico atque poetico celebrata leguntur. Virgo enim Saxona, quæ his temporibus claruit, poetria præclariſſima, Rhoſuvinta nomine, ut olim tympaniſtria Davidi de Goliath triumphanti puero virgini ſimul & martyri occurrens cecinit laudes, eaſdem aucto numero ex virginitate centeno, atque ex prærogativa martyrii multiplicato milleno.

II. Plures ſunt, qui Pelagii præclarum martyrium conſcripſere, antiquior autem cæteris, qui tum vixit, eodemque in loco verſatus interfuit Raguel totius rei geſtæ hiſtoriam eſt proſequutus, qui primum cauſam, cur puer decennis detineretur in carcere, eam aſſerit, quod cum in bello adverſus Gallæciam ab Arabum Rege excitato, captivus Ermoigius Epiſcopus remanſiſſet, ductus Cordubam, ut ſe nexibus liberaret, eumdem Pelagium ſobrinum ſuum, decem annorum reliquerit obſidem puerum elegantiſſimæ formæ atque ſpectatæ virtutis; quique totum illud triennium & ſemis, quo manſit incluſus, venturi præſcius, ad martyrii præparationem impendit. Cum vero venuſtus facie non ad martyrium, ſed ad delicias tyranni educeretur e carcere, ab eodemque mille modis ſuaderetur ad turpia: magnis ille animis renitens, comparavit ſibi ea occaſione martyrium: quod quonam modo tranſactum fuerit, & conſummatum, ab eodem auctore ſic accipe:

III. Acta martyrii S. Pelagii.

*Interea poſt conſtantem ſcilicet fidei exhibitam confeſſionem, cum eum joculariter Rex tangere vellet* abuti ſcilicet, *Tolle canis (inquit ſanctus Pelagius) numquid me ſimilem tuis effœminatum exiſtimas? Et illico veſtimenta, quæ indutus erat, ſcidit, & fortem in palæſtra ſe athletam conſtituit, eligens potius digne pro Chriſto mori, quam turpiter cum diabolo vivere, & vitiis inquinari. Ipſum vero adhuc ſuaderi poſſe Rex exiſtimans, ſuis præcepit tyronibus, ut eum ſuaſoriis delinirent lenociniis, ſi forte apoſtatando, tantis acquieſceret regalibus pompis. Sed ille, adiuvante Domino, fortis ſtetit, & intrepide permanſit, Chriſtianum ſe ſolummodo prædicans, ejuſque per ſæcula præceptis obſecundare ſe dicens. Cujus ferventiſſimum Rex ſpiritum contra ſe perſiſtere videns, atque in ſuis deſideriis ſpretum eſſe intelligens, ira ſtimulatus: Appendite, inquit, illum in forcipes ferreas, ac ſtrictum tamdiu ſurſum, deorſum viciſſim levantes deponite, quouſque aut animam exhalet, aut Chriſtum eſſe Dominum deneget. Quod beatus Pelagius forti animo pertranſiens, ſtabat intrepidus, qui adhuc pro Chriſto pati penitus non recuſabat.*

IV. Crudeliſſime cæditur Mart.

*Cujus cum immobilem Rex conſtantiam videret, juſſit eum membratim gladio ſcindi, & in flumen projici. Qua miniſtri poteſtate accepta, per tam immania in eum, exerto pugione, ludibria debacchati ſunt, ut putares ſacrificia componere de eo, quem immolari, eis in-*



PAGIUS SÆC. X.

Anno Eræ Hiſpan. CMLXIII Anno Hegiræ CCCXIII. inchoato die 29. Martii fer. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6418.

☉ 10. B. ☽ 14. P. 17. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 925.

JOANNIS X. PAPÆ 12.

CONSTANTINI VIII. IMP. 14. cum Romano Imp.

A.C. 925. I. *Martyrium S. Pelagii pueri.*

ANum. I. ad VII. Anno CMXX. diximus *Abderramen* Cordubenſem Regem Ordonium II. Legionis & Garſiam Sanctii filium Reges in valle Juncaria prælio ſuperaſſe, & poſt illam cladem Hermigium Epiſcopum Tudenſem, qui a Rege Mauro captus fuerat, obſidem dediſſe *Sanctum Pelagium*, puerum decennem ſobrinum ſuum, ut ſe a captivitate liberaret. Sed cum ſanctus puer a tyranno variis modis ſuaderetur ad turpia, eique fortiter reſiſteret, hoc anno juſſus ab illo membratim gladio ſcindi, & in flumen projici, ut refert Raguel Presbyter, qui ab iis, quorum in carcere ſodalis Pelagius fuerat, ea ſe quæ narrat, audiviſſe innuere videtur. Ea Relatio ante ſexcentos annos ſcripta nunc in Bibliotheca Regia in Hiſpaniis aſſervatur, & in Hiſpania illuſtrata legitur: *Beatiſſimus Pelagius*, inquit Raguel apud Baronium num. VI. *ætate circiter tredecim & ſemis paſſus eſt annorum Cordubæ civitate, Habdarraghman Rege imperante, die videlicet Dominica, hora X. ſexto Kal. Julias, era* CMLXIII. ideoque

*ſciis, in conſpectu Domini noſtri JESU Chriſti erat neceſſe. Et qui jam electus manebat in cœlis, adhuc duriter patiebatur in terris. Nam alius brachium radicitus amputavit, alius tibias deſecavit, alius etiam cervices ferire non deſtitit. Interea ſtabat Martyr intrepidus ex quo guttatim ſanguis diſtillabat pro ſudore profluus, nullum interim, præter Dominum JESUM Chriſtum invocans, pro quo pati non recuſabat, dicens: Domine eripe me de manu inimicorum meorum. Quem ſane divina poteſtas non deſeruit, faciens illum in pœnis Confeſſorem, ac ſub gladii mucrone glorioſum in cœlis martyrem. Porro manus, quas ille ad Deum levabat, illi ſceleratiſſimi gladio amputabant. Inter quæ beatiſſimus Pelagius feſſus anhelabat. Et quia qui hominem miſeraretur non aderat, Deum ſolummodo invocabat. Clamabat quidem athleta fortiſſimus, ſed præſens certamini præerat Dominus, Veni, inquiens, accipe coronam, quam tibi ab initio mundi promiſi. Inter hæc ſpiritus migravit ad Deum; corpus vero projectum eſt in fluminis alveum. Sed poſt hoc nullatenus defuere Fideles, qui illud quærerent, atque in ſepulcrum honorifice deferrent, cujus quidem caput cœmeterium tenet ſancti Cypriani, corpus vero ceſpes ſancti Geneſii.*

V. *O vere dignum Deo martyrium, hora ſeptima cœptum, veſpere autem eodem die conſummatum! Quis umquam tale donum ullis compenſare valebit ſermonibus, &c.* Paulo poſt vero ad eumdem converſus Martyrem iis eum compellat precibus: *O beatiſſime teſtis Pelagi, qui inter delicias, minaſque Chriſtum confiteris, ac blandiciis cedere nolis, eligens magis mori pro veritate, quam vivere ſeculo, & carere juſtitia. Et quem jam Chriſtus in ſorte habebat electorum, promiſſionibus noluit cedere perditorum: Unde quæſumus, ſancte Martyr, Eccleſiæ patrocinare, eamque foveto indefeſſe præſidiis, quam tibi famulari conſpicis votorum obſequiis, quatenus te coram Deo habeat patronum, quem Gallæcia oriundum, ſed martyrii ſanguine Corduba tenet glorioſum.*

VI. Tempus martyrii. *Igitur hic beatiſſimus Pelagius ætate circiter tredecim & ſemis paſſus eſt annorum Cordubæ, ut dictum eſt, civitate, Habdarraghman Rege imperante, die videlicet Dominica, hora decima, ſexto Kalendas Julias, Æra nongenteſima ſexageſima tertia, regnante Domino JESU Chriſto, qui vivit, & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti, unus in Trinitate Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hactenus ſcriptio Raguelis, quam appendicem ad Eulogium poſitam, Ambroſius ſcholiis illuſtravit, reliqua addens, quæ ſpectant ad factam poſtea tranſlationem, & cultum Martyris celeberrimi. Sed inviſamus res Francorum.

VII. Cum autem graſſantibus ubique tyrannis, Gallicanæ Eccleſiæ vaſtarentur, quæ cæteris viribus præſtabat Rhemenſis Eccleſia, in maximo diſcrimine conſtituitur. Quod enim apud eam ſacra Regum unctio ſervaretur, & in eo qui eidem Archiepiſcopus præſideret, collocata videretur eſſe poteſtas ungendi Regem, & ſic totius Regni cardo in ea verti quodammodo videretur: ſicut a legitimis Francorum Regibus ejus Archiepiſcopi ſummo colebantur honore: ita e contra a tyrannis innumeris conſuevit affligi moleſtiis.

VIII. Præ cæteris autem, qui hoc tempore poſt

PAGIUS hoc Chriſti anno quo dies XXVI. menſis Junii in Dominicam incidit, quove S. Pelagii in Martyrologio Romano memoria celebratur. *Roſuithæ* ſeu *Roſuidæ* clariſſima virgo e Saxonia, quæ vixit in cœnobio non longe ab Hildesheim ſito eleganti carmine hoc Martyrium deſcripſit, aitque ſe ab iis, qui aderant ea quæ narrat didiciſſe. Hujus mirabilis femina omnia Opera Conradus Celtes edi curavit Norimbergæ anno MDI. inter quæ eſt Ottonis Imperatoris hujus nominis I. ſub quo ea vixit, Panegyricum. Hoc itaque ſæculum, & hujus pueri martyrium & huju clariſſimæ Monialis Opera illuſtre fecere. s

II. *S. VViborada adventum Hungarorum in Bajoariam prædicit.* Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam hoc anno ſcribit: *Ungariis jam Alamanniam vaſtando pervagantibus, & ad cœnobium quoque S. Galli pervenientibus, Vviborada virgo incluſa, fracta cella a quodam ex eis perempta & martyrio coronata. Rachildiſque contectalis ejus illæſa divinitus conſervata eſt.* Martyrium S. Wiboradæ accurate deſcriptum ab Hartmanno Monacho S. Galli in ejus Vita a Bollando ad diem II. menſis Maii, & a Mabillonio Sæculo V. Benedict. recitata. In ea num. XXIV. & ſeqq. dicitur Wiboradæ quæ apud Sanctum Gallum jam ante annum CMVIII. recluſa vivebat, revelatum eſſe, *ſævam gentem Hungarorum anno futuro in Kalendis Maii, aliis terris pervagatis & devaſtatis, ad monaſterium S. Galli perventuram: & in eadem revelatione oſtenſum eſt illi, quod per martyrii gloriam, ipſis Paganis eam vulnerantibus, & certaminis præmia in cœleſti beatitudine percipere deberet.* Hæc revelatio anno ſuperiori ſanctæ Wiboradæ facta. Paulo poſt ſubdit Hartmannus: *Cumque illius anni circulus vergeretur, & tempus Maji menſis, Sancta Virgini per viſionem oſtenſum appropinquaret; ſubito fama terras pervolante nunciatur Paganos tota provincia Bajoariorum eſſe diffuſos. Sed corda hominum, peccatis exigentibus, quo minus exitium evadere poſſent, cum heu! dura ſemper eſſent ad credendum; iterum atque iterum fama percrebreſcente de adventu Paganorum antea credere noluerunt, quam ſæviens interitus gladio imminente, hanc etiam provinciam uſque ad Lacum Potamicum gens barbarica circumſepſit, plures & innumeros occidit, cuncta vil-*



Heripertus invaſor Rhemenſis Eccl. poſt Regem emineret in Galliis, Heribertus Comes Aquitaniæ, erat Rodulpho Regi, qui Regnum invaſerat præ cunctis metuendus. Hic igitur Rhemenſi inhians Eccleſiæ, opportuna oblata occaſione, pro ea liberanda ab infeſtatione eam invadentium dominorum, pactum iniiſſe traditur cum ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo Seulpho, ut ſuus filius Rhemenſi præficeretur Eccleſiæ. Verum ejuſdem Comitis miniſtri moræ impatientes, e medio ſuſtulere eumdem Archiepiſcopum propinato veneno, hoc ipſo anno, qui tertius ejus eſt ſedis. Hæc pluribus Frodoardus (*a*).

(*a*) *Frod. hiſt. Rhe. l. 4. c. 17. 18.*

IX. Puer nondum quinquennis Arch. Rhemenſ. Seulpho ita, ut audiſti, ſublato de medio, quid tum accidit? Illud plane tunc primum contigit in Eccleſia Dei videri monſtrum, numquam hactenus in orbe Chriſtiano viſum, nec auditum, immo nec puto mente conceptum; cum videlicet puer nondum quinquennis, nondum alicujus inferioris ordinis capax, vix ferula prima addiſcens elementa, Rhemenſis eligitur Archiepiſcopus. Tanta iſta adeo nova, adeo turpia ac deteſtanda, ſolo auditu horrenda atque pudenda fabulam putes anilem, prodo ejus auctorem, ex quo etiam cuncta verbatim deſcribimus Frodoardum hujus temporis ſcriptorem ejuſdem Eccleſiæ filium, qui rem geſtam ſic narrat (*b*): *Nec mora, poſt ipſius Seulphi Rhemenſis Archiepiſcopi obitum Heribertus Comes Rhemos venit, advocans Abbonem Sueſſonicum Epiſcopum, & Bononem Catalaunicum. Quibus ſibi junctis, tractans electionem hujus Rhemenſis Eccleſiæ, tam clericos, quam laicos ad voluntatem ſuam intendere fecit. Sequentes igitur ejus conſilium, ne forte per extraneas perſonas Epiſcopatus divideretur, eligunt filium ipſius admodum parvulum, qui necdum adhuc quinquennii tempus expleſſe videbatur. Patrata ad Regem deferunt, properant ejus auctoritatis impetrandæ gratia. Rodulphus igitur Rex, hac electione comperta, præfatorum Epiſcoporum conſilio Rhemenſem Epiſcopatum committit Heriberto æquitatis cenſura diſponendum, & regendum ab ipſo.*

(*b*) *Frod. l. 4. c. 19. eadem in chron. hoc anno.*

X. Confirmat Joan. Pap. præſumptum ſcelus. *Quin etiam Legatos Eccleſiæ cum Abbone præſule Romam mittere ſatagit, hujus electionis decretum ſecum ferentes, & aſſenſum Papæ ſuper ea petentes. Joannes itaque Papa, interveniente præſule Abbone, petitioni eorum conſenſum præbens, Epiſcopatum Rhemenſem Abboni Epiſcopo delegat, quæ ſunt Epiſcopalis miniſterii ab ipſo in eodem Epiſcopatu tractanda atque definienda decernens. Heribertus itaque Comes poteſtate potitus Rhemenſis Epiſcopii: injuſte privavit tam me, * qui interfueram præmiſſæ electioni, quam nonnullos alios & clericos & laicos beneficiis poſſeſſionum Eccleſiaſticarum, quibus a prædeceſſoribus Epiſcopis numerati videbantur obſecundationis gratia, quæ pro libitu ſuæ voluntatis quibus ſibi placuit, impertivit, &c.* Hucuſque Frodoardus.

* qui non

XI. Vidiſti Lector, cujus auctoritate Pontificis (ſi tamen ipſe Pontifex eſt dicendus) id primum fuerit introductum in Eccleſia Dei, Joannis Decimi, quo turpior nullus, cujus ſicut ingreſſus in cathedram Petri infamiſſimus, ita & exitus nefandiſſimus. Non iſta Nicolaus vel audire tuliſſet, aliquiſve alius legitime electus Pontifex, ſed opus illo dignum quem infamis femina, infami opere in Petri ſolium intruſiſſet. At vero quod in tanta Eccleſia male fuit a malo principe uſurpatum, in exemplum cito tranſiit alio rum, ut complures hujus ſæculi Princip es ſibi ſanguine conjunctos adoleſcentulos in ſummas cathedras curaverint promovendos, quod hoc ipſo ſæculo non ſine magno dedecore factum etiam Romæ, Conſtantinopoli, & in aliis præclaris civitatibus, inferius dictu-

PAGIUS *villarum officia circumquaque, ignis, incendio devaſtavit.* Refert poſtea *Hartmannus Engilbertum* Abbatem, cum jam caſtellum quoddam monaſterio proximum valde firmaſſet, præcipuos quoſdam ex ſuis Monachis ad Wiboradam miſiſſe, quatenus cum illa tractarent, ut ſe de clauſula educere pateretur, ſed ea inducias uſque ad ſequentem diem poſtulavit.

III. *Martyrio coronatur.* Sequenti die nuncii iterato advenientes Barbaros adventaſſe proclamant, & illico Abbas ad eam venit, ſed manſiunculam ſibi a Deo conceſſam relinquere noluit. Interea Barbari ad locum ubi erat accedunt, & ſanctam virginem ante altariolum ſtantem, & devotis precibus Deo ſe commendantem *ſpoliaverunt veſtibus: ſicque omni tegimine præter cilicium ablato, libratis aſcibolis* (ideſt ſecuribus minoribus) *tria capiti vulnera ſanctæ virgini & martyri infligunt*, perimuntque. Pluribus poſt mortem miraculis claruit & non integro poſt eam ſæculo de ejus Canonizatione actum, ut ſuo loco videbimus. Colitur Vviborada apud Sancti-Gallenſes ſub ritu duplici ſecundæ claſſis. In ejus Epitaphio hæc inter alia leguntur:

*Annis nongentis viginti quinque volutis,*
*Poſt quatuor menſes, bis quatuorque dies,*
*Vviborada Deo meritis digniſſima virgo,*
*Palma martyrii ſcandit ad aſtra poli.*

conditor illius Epitaphii ab Hartmanno Monacho Wiboradæ æquali in fine ejus Vitæ recitati annum a die natali Chriſti auſpicatur, ut numeranti liquebit; nam die ſecunda menſis Maii *Vviborada* Martyrium fecit. Quoad *Rachildam* primam Wiboradæ imitatricem, uſque ad annum CMXLVI. quo defuncta traditur in Annalibus Hepidanni, recluſa vixit, de

ćturi ſumus. At utinam quod hoc ſæculo ortum cum eodem ſæculo fuiſſet extinćtum, & non in poſteriora ſæcula propagatum tantum nefas, quo jura omnia Eccleſiaſtica ſaucientur.

An-

PAGIUS de qua legenda Wiboradæ Vita.

Moritur Sanćtus *Nicolaus Myſticus* Patriarcha Conſtantinop. ut anno CMXXX. probabimus.



I. Hugo Rex Italiæ. ANnus Chriſti ſequitur nongenteſimus vigeſimus ſextus, Indićtione decimaquarta; quo Hugo Comes Arelatenſis, ſive Provinciæ dićtus in Italia regnare cœpit, Rodulpho ejećto, de quo hæc Frodoardus hoc anno: *Hugo filius Bertæ Rex Romæ ſuper Italiam conſtituitur, expulſo Rodulpho Ciſalpinæ Galliæ Rege, qui Regnum illud pervaſerat, & alteri feminæ, vivente uxore ſua ſe copulaverat, occiſo quoque a filiis Bertæ Burchardo Alamannorum Principe ipſius Rodulphi ſocero, qui Alpes cum ipſo tranſmeaverat in Italiam Regni gratia recuperandi genero.* Hæc ipſe. Porro de his agens (a) Luitprandus, hunc Hugonem Comitem tradit fuiſſe Provinciæ, ſive Arelatenſium, eumque delatum navigio Piſas Tuſciæ civitatem: *Cumque (inquit) eodem perveniſſet, affuit Romani Papæ, Joannis ſcilicet Ravennatis Nuntius. Affuerunt etiam pene omnes Italicenſes Nuntii, qui hunc ut ſuper eos regnaret invitabant.*

(a) Luitp. l. 3. c. 4. in fin.

II. *His autem, ut erat longo tempore hæc cupiens, percitus, venit Papiam, cunćtiſque convenientibus, Regnum ſuſcepit. Poſt paululum Mantuam abiit, ubi & Joannes Papa ei occurrens, fœdus cum eo percuſſit. Quo tempore Berta matre Hugonis mortua, Vvido filius ejus, quem ex Alberto genuerat (ſicut prædiximus) Tuſciæ Marchiam tenebat, qui Maroziam ſcortum Romanum ſibi uxorem acceperat.* Sed de Hugone inferius ſæpe.

III. Vigens cultus Sanćtorum in Hiſpania. Signatur quoque præſens annus nobili pietatis memoria, dedicationis videlicet Eccleſiæ ſanćtorum Hadriani martyris & Nataliæ conjugis apud Legionem in Hiſpania. Cultu quippe Sanćtorum ſemper claruit Eccleſia Hiſpana, adeo ut a longe poſitis undique provinciis Sanćtorum ſemper reliquias perquiſierit, licet prædives ſanćtis martyribus in ea paſſis eadem Eccleſia fuerit. Acceptis igitur eorumdem Sanćtorum, qui Nicomediæ in Bithynia ſunt paſſi, reliquiis, eorumdem Memorias erexere,

Ove-

PAGIUS SÆC. X. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6419.

Anno Eræ Hiſp. CMLXIV. ☉ 11. A. ☽ 15. P. 2. April. Indićt. 14.

Anno Hegiræ CCCXIV. inchoato die 19. Martii fer. 1. JESU CHRISTI 926.

A.C. 926. JOANNIS X. PAPÆ 13.

CONSTANTINI VIII. IMP. 15. cum Romano Imp.

I. Rodulphus II. Rex Burgundiæ Italia pellitur. AD num. I. & ſeq. Rodulphus Burgundiæ Transjuranæ Rex hoc anno Italia expulſus, qui *cum infidelitate ſuorum prænominatos adverſarios ſuperare non poſſet, in Burgundiam profećtus, Burchardo Suevorum Duci, cujus ſibi filiam conjugio copulaverat, denunciat, ut ſibi in auxilium veniat.* [1] *Qui collećtis copiis cum Rodulpho confeſtim convenit in Italiam*, inquit Luitprandus lib. 3. cap. 4. qui narrat poſtea, quomodo ab irruentibus Italicis Burchardus occiſus fuerit. *Quod Rodulfus ut audivit, Italiam dereliquit, & Burgundiam percitus venit*, ſubdit Luitprandus. Quæ hoc anno accidiſſe teſtatur Flodoardus in Chronico ad annum CMXXVI. *Hugo*, inquit, *filius Bertæ Rex Romæ ſuper Italiam conſtituitur expulſo Rodulpho Ciſalpinæ Galliæ Rege qui Regnum illud pervaſerat, & alteri feminæ vivente uxore ſua ſe copulaverat, occiſo quoque a filiis Bertæ Burchardo Alamannorum Principe ipſius Rodulphi ſocero, qui Alpes cum ipſo tranſmearat, Italiam Regni gratiæ recuperandi genero.* Rodulphus II. Bertam Burchardi Alemannorum Ducis filiam uxorem duxit, ex qua nati *Conradus* qui poſtea patri ſucceſſit, Burchardus, Rodulphus & Adelhais, Lothario Italiæ Regi, & poſtea Ottoni M. nupta, ut infra videbimus. Ex priore uxore a ſe repudiata dicitur ſuſcepiſſe filium *Boſonem* nomine, de quo inter Hiſtoricos non convenit. De Burchardo Hermannus Contraćtus ad annum CMVIII. *Burchardus Dux Alamanniæ factus tyrannidem invaſit.* Hartmannus vero Monachus in Vita S. Wiboradæ Virginis & Martyris, Recluſæ apud Sanćtum Gallum, refert *Vviboradam* valde increpaſſe Burchardum Ducem, quod Abbatem Sanćti Galli male habuiſſet, & crucem auream cum Sanćtorum Reliquiis refertam de loco illo aſportaſſet; eique dixiſſe, quod ſi reciperet quæ monachi ne male haberentur, ei dare parati erant, ei *longi temporis vivendi ſpatium eſſe denegatum. Burchardus* dignam emendationem promiſit, ſed ſui juramenti oblitus ac onuſtus ſacris vaſis ad propria remeavit. Verum, ſubdit Hartmannus, *Dux ſicut mente conceperat, magno comitatu in Italiam ingreſſus dum totam ſibi terram ſubiicere, & multos decipere cogitat, ipſe doloſitate illius gentis præventus, dum ſtudet evadere, ſubito lapſu infrenis equi in foveam, veluti caſui illius præparatam, cecidit hocque inſperato obitu miſerabiliter vitam finivit*, hoc ſcilicet anno; quod fuſius Luitprandus citatus refert.

II. Sed redeo ad *Hugonem* hoc anno Italiæ Regem nuncupatum, is primus fuit Comitum Provinciæ; in Charta enim a Boucheo Tom. I. Hiſt.

NOTÆ [1] CAve ne de Burchardo Rodulphi filio hæc interpreteris; nam Burchardus iſte, cui ſiniſtra hæc merito acciderunt, non filius ſed Socer Rodulphi fuit, ut omnibus compertum eſt, & notat diſerte Albericus in Chronico ad Annum 925. apud Lebinitium in Acceſſion. Hiſtor. tom. 2. pag. 260. & Luitprandus l. 3. cap. 4. MANSI

Oveti primum regia munificentia Adefonſus Magnus, inde in parochia Legionenſi pii Chriſtiani Giſundo & ejus conjux Leubina, cujus Eccleſiæ dedicationis hoc anno factæ ejuſmodi extat vetus (a) inſcriptio:

(b) *Apud Ambr. Moral. Chro. Hiſp. li. 6. cap. 5.*

*Hanc Chriſti aulam ſanctorum Hadriani & Nataliæ nomine dicatam inſtruxit Dei famulus Giſundo cum conjuge Leubina. Æra diſcurrente novies centena octava quinquagena.*

*Sit tibi Domine ratum famulorum ratiſſimum votum, quod tibi al acri devotione in honorem Sanctorum teſtium paraverunt. Suſcipiantur a te, pie Deus, orationes miſerorum.*

*Quiſquis hic triſtis ingreditur, fuſa prece, lætior inde redeat. Conſecratumque eſt templum ab Epiſcopo Cixilanenſi. Æra DCCCCLXIV. iv. Idus Octobris.* Et ſuper Eccleſiæ portam:

*Qui hanc Chriſti aulam ingreditur ſine*

PAGIUS

*Hugo primus Provinciæ Comes.*

Hiſtor. Provinciæ pag. 935. recitata ipſemet ait: *Ego Hugo humilis Comes & Marchio*, Provinciæ nempe vel *Viennæ* (quod unum & idem eſt), ut eum Flodoardus in Chron. ad annum CMXXIV. vocat. Memorat ibidem Hugo parentes ſuos, *adiicientes*, inquit, *memoriale patris mei Teutbaldi, & matris meæ Berthæ, ſimul & uxoris quondam meæ Vuillæ, necnon & præſentis conjugis meæ Hildæ*, a quibuſdam aliis Aldæ vocatæ. Ea Charta continet fundationem Abbatiæ S. Petri, *inſecus muros Viennæ Civitatis, Alexandro* Eccleſiam Viennenſem regente, quæ ideo hoc circiter anno ſcripta. Ex qua intelligimus, primum Provinciæ Comitem, non *Rotbaldum* ut nullo fultus fundamento] putavit Boucheus qui & eum maritum perperam facit *Engelbergæ* Ludovici III. Orbi cognominati ſororis, ſed *Hugonem* (poſtea Italiæ Regem) extitiſſe. Secundo, Monaſterium S. Petri, in quo idem *Hugo* in ſuo Epitaphio infra referendo ſepultus dicitur, aliud non eſſe quam quod ipſemet aut fundarat, aut reædificaverat. Denique eos Scriptores hallucinatos, qui hunc *Hugonem* Lotharii Regis, & Valdradæ ei illicitis nuptiis coniunctæ, filium eſſe putarunt. Ut enim ipſemet Boucheus Tom. I. Hiſt. Provinciæ lib. VI. ſect. II. poſt Beſlium, Ducheſnium, alioſque Auctores Rerum Francicarum peritiſſimos oſtendit, *Teutbaldus*, ſeu Theobaldus uxorem habuit *Bertham* Lotharii Lotharingiæ Regis & Valdradæ filiam, ex qua *Hugo* Provinciæ marchio & dein Italiæ Rex exortus quod tot coniecturæ confirmant, ut negari non poſſe videatur. Hugonem vero Comitem & Marchionem Provinciæ fuiſſe ſaltem jam a quinquennio demonſtrat Charta commutationis factæ a Riperto *cum Domno Hugone Duce & Marchione in Comitatu Arelatenſi*, quæ extat in Regiſtro Eccleſiæ Arelatenſis, cui titulus *Authenticum*, deſcripta a Peireskio in qua legitur: *Actum Arelati civitati publice V. Nonas Octobr. anno Incarnationis Dominicæ CMXXI. Indictione nona.* Quare jam eo anno Hugo Dux & Marchio erat in Comitatu Arelatenſi. Legendus Saxius in Pontificio Arelatenſi pag. 188.

III.
*Id magis confirmatur.*

Poſtquam itaque *Ludovicus Orbus* Provinciæ Rex Regnum Italiæ amiſit, Viennam ſeceſſit, ubi *Hugonem*, quem in variis chartis *Propinquum* ſuum apellat, rebus publicis præpoſuit, ejuſque opera in adminiſtratione Provinciæ uſus eſt, ut patet ex Chartis a Boucheo laudato pag. 781. & ſeqq. relatis. Sed Ludovico ſenſim ad regimen magis inepto *Hugo* Provinciæ Comitatum uſurpavit, relicto Comitatu Viennenſi *Carolo Conſtantino* Ludovici Orbi filio, quem Flodoardus in Chron. teſtatur *Rhodulpho* Franciæ Regi an. CMXXXI. clientelarem fidem & obſequium ratione ejuſdem Comitatus præſtitiſſe. Dein eodem circiter anno *Hugo* jus omne, quod in Regnum Arelatenſe habere poſſet, *Rodulpho* Burgundiæ Transjuranæ Regi II. hujus nominis ceſſit, ſibique tantum Comitatum Provinciæ retinuit ut anno CMXXX. narrabimus. Hugoni in Provinciæ Comitatum ſucceſſit *Boſo*, de quo Luitprandus lib. 5. cap. 14. relata Hugonis Regis morte prodit: *Berthæ nepti ſuæ Boſonis Arelatenſis Comitis viduæ pecunia derelicta.* Hugo itaque & Boſo priores Provinciæ Comites fuere, deceptique Hiſtoriæ Provinciæ Scriptores, qui vel *Rotbaldum* fictitium ſororis Ludovici Orbi maritum, vel hunc *Boſonem*, alioſve primos Provinciæ Comites fuiſſe perſuaſum habuere. Hugonem vero currenti anno Comitem Provinciæ extitiſſe, Regnumque Italiæ adeptum eſſe tradit Luitprandus lib. 3. cap. 4.

IV.
*Nunquam fuit Provinciæ Rex.*

Decepti etiam idem Provinciæ Hiſtorici, qui *Hugonem* Provinciæ ſeu Viennæ Comitem aut Marchionem poſt Boſonem & Ludovicum Orbum, Regem Provinciæ fuiſſe autumarunt, idque antequam in Italia regnaret. Præterquam enim quod Luitprandus, cujus verba mox referam, eum tantum Comitem Provinciæ extitiſſe, quando hoc anno in Regnum Italiæ evectus fuit, affirmat, ipſeque in nullo Diplomate ſe Provinciæ Regem appellat, inſtrumentum, quo ad id probandum innituntur, de *Hugone* Italiæ, non vero Provinciæ Rege interpretandum. In eo dicitur, *Sobonem* quemdam, qui Carilocenſem Abbatiam in pago Matiſconenſi ſitam invaſerat, eamdem *Aymardo* Cluniacenſi Abbati tertio reſtituiſſe aſſerenti, locum illum fuiſſe *ex hæreditate Rodberti quondam Valentiæ Epiſcopi, qui conſtruxerat inibi monaſterium*, atque *Romanæ Eccleſiæ tradiderat: quod poſtmodum domnus Oddo* (ſecundus Abbas Cluniacenſis), *cujus memoria cum laudibus agitur, Hugone Rege ordinante* a Leone Papa VII. obtinuerat, Ludovico Franc. Rege (Tranſmarino cognominato) confirmante. Verum *Leo* VII. an. CMXXXVI. Pontificatum iniit, annoque CMXXXIX. e vivis exceſſit; quo tempore *Hugo* non Provinciæ, ſed Italiæ Rex fuit; & tamen quæſtio in eo vertitur, an *Hugo* ante Regnum ſuum Italicum in Provincia regnarit, hoc ſcilicet anno, vel ex antecedentibus aliquo, quod iſti Provinciæ Hiſtorici non probant. Porro Carilocum ad Boſonem Provinciæ Regem pertinuiſſe, liquet ex charta ab eo primo Regni ſui anno data *Kariloco Monaſterio*, ut in ea dicitur, & a Guichenone in Biblioth. Sebuſiana pag. 375. recitata; hunc vero locum ſibi retinuiſſe *Hugonem* Italiæ Regem, quando anno CMXXX. aut circiter, totum jus quod ſibi in Regnum Arelatenſe competere poterat, Rodulpho II. Burgundiæ Transjuranæ Regi ceſſit, ex citato inſtrumento intelligimus. Ab Hugone ad Ludovicum Tranſmarinum Francorum Regem *Carilocus* poſtea tranſivit. In Bibliotheca enim Cluniacenſi pag. 278. refertur Præceptum ejuſdem Regis Ludovici, actum *Capriniaco villa Kal. Julii anno XI. Regni Ludovici Regis, quando etiam Franciam recuperavit*, in quo Rex ait, Hugonem Ducem Francorum, & alterum Hugonem Ducem Bugundionum Regni ſui Principes, & Letaldum Comitem ſe

ſe



*Ann. Eccl. Tom. XV.* Kkkk *ne*

IV.

PAGIUS

ſe deprecatos eſſe, ut Cluniaco monaſterio, monaſterium, *quod cognominatur Carilocus*, per Præceptum Regale concederet, cum omnibus rebus in pago Matiſconenſi ſitis eidem pertinentibus, quod & ab eodem Rege præſtitum anno nongenteſimo quadrageſimo ſexto, qui Regni ejus undecimus eſt. Nunc venio ad profectionem Italicam *Hugonis* Provinciæ Comitis, quam hoc modo narrat Luitprandus lib. 3. cap. 4.

V.
*Fit Rex Italiæ.*

*Hæc dum aguntur Hugo Arelatenſium ſeu Provincialium Comes navim conſcenderat, & per Tirrhenum mare in Italiam feſtinabat. Deus itaque, qui hunc in Italia regnare cupiebat, proſperis eum flatibus brevi Alpheam, hoc eſt Piſam, quæ eſt Tuſcia provinciæ caput, duxerat: de qua ſic Maro, Alpheæ ab origine Piſæ. Cumque eodem perveniſſet, affuit Romani Papæ, Joannis ſcilicet Ravennatis, nuncius. Affuerunt etiam pene omnes Italienſes, nuncii, qui hunc ut ſuper eos regnaret, invitabant. Is autem, ut erat longo ex tempore hæc cupiens, percitus venit Papiam, cunctiſque conniventibus regnum ſuſcepit. Poſt paululum Mantuam abiit, ubi & Joannes Papa ei occurrens fœdus cum eo percuſſit. Quo tempore Bertha matre Hugonis Regis mortua, VVido filius ejus, quem ex Adelberto genuerat, ſicut prædiximus, Tuſciæ Marchiam tenebat, qui Maroziam ſcortum Romanum ſibi uxorem acceperat.* Jam antea lib. 1. cap. 10. Luitprandus dixerat: *Hoc eodem tempore* (nempe imperante Lamberto) *Adelbertus illuſtris Tuſcorum Marchio, atque Hildebrandus præpotens Comes, huic niſi ſunt rebellare. Tanta quippe Adelbertus erat potentiæ, ut inter omnes Italiæ Principes ſolus ipſe cognomento diceretur dives. Huic erat uxor nomine Berta Hugonis poſt noſtro tempore Regis mater, cujus inſtinctu tam nefaria cœpit ipſe facinora.* [1]

VI.
*Berta ejus mater hoc anno moritur.*

Ex his Luitprandi verbis perſpicuum eſt, epitaphium *Berthæ* a Fiorentinio in Comment. de Rebus ad Mathildem Comitiſſam ſpectantibus lib. 3. cap. 38. Boucheo in Hiſt. Provinciæ lib. VI. pag. 791. aliiſque relatum, in quo dicitur de ea *an. Incarnat. Domini DCCCCXXV. indict. XIII. obiit de mundo*, a poſterioribus ſepulcro ejus inſcriptum fuiſſe, & verum eſſe principium Chronologicum a nobis ſtatutum, Epitaphia ſcilicet quæ non conſtat poſita haud multo poſt mortem eorum in quorum memoriam condita, fidem non facere. *Berta* ſecundis nuptiis *Adelberto* Marchioni Tuſciæ copulata fuerat; ex quo matrimonio prodiere *VVido* Tuſciæ Marchio & maritus Maroziæ, ac *Ermengarde* ſecunda conjux *Adalberti* Marchionis Eporediæ. *Marozia* ſeu *Marocia* Joannis Papæ X. hoſtis infenſiſſimi, non quievit, donec hunc Pontificem de ſede dejecerit, atque urbis Principatum

tum

NOTÆ

[1] HUgonis Regis chronotaxis huc uſque multis tenebris in hiſtoria delituit. Igitur paulo accuratius geminæ ejus epochæ diſtinguendæ atque ſtatuendæ ſunt. Cum ad excitatas in Italia turbas compeſcendas anno 925. ſolemnis legatio ad Hugonem Provinciæ Comitem miſſa fuiſſet, ille actutum oblatum Italiæ regnum acceptavit, atque itineri ſe ſtatim committens, Tridentum ante anni hujus exitum pervenit, ut perſpicue docet ejus Diploma apud Ughellium tom. V. col. 500. novæ editionis Datum *Tridenti VIII. Kal. Januar. anno Dom. Incarn. 926.* (a Natali Domini anno 925. incepto) *Indict. XIV. D. Hugonis piiſſimi Regis I.* Tum iter proſequens Italiam tenuit, ubi & Regni ſolemnem poſſeſſionem inivit. Ex hac igitur duplici Regni acceptatione, prima ſcilicet, cum ſibi illud offerentibus aſſenſum præbuit; dein vero cum ſolemni inauguratione ſolium conſcendit, duplex conſurgit Hugonis Epocha, quarum prior ab anno 925. ducenda eſt, ut egregie demonſtrat Cl. Saxius in Not. ad Sigonium tom. 2. col. 395. novæ edit. probatque authoritate diplomatis apud Ughellium tom. 2. col. 266. novæ edit. dati anno Hugonis Regis 19. Kal. Januarii Indictione II. quibus characteribus exprimitur annus 944. quo cum Hugo annum ageret Regni 19. jam patet epocham illam ab anno 925. non a 926. ducendam eſſe. Id etiam probat vetus Chronicon Regum Italiæ a Muratorio editum Rerum Italicarum tom. IV. pag. 149. in quo hæc ad rem noſtram. *Venit in Italiam Dominus Hugo Rex. Ab ea die regnatum annos XXI. expletos, & menſes IX. & dies III. . . . Poſt deceſſum ipſius Hugonis regnavit ipſe Lautharius annos III. expletos, & menſes VII. & dies duos, obivit die veneris qui eſt X. Kalendas Decembris &c.* anno nempe 450. quo reipſa dies illa in feriam ſextam incidebat. Itaque retro ſupputatione inita, Hugonis obitus figendus eſt die XX. Aprilis anni 947. atque inde deductis calculis reſultat annus 925. dies XVII. Julii Regni Hugonis initium. Hæc Saxius. Altera vero Epocha referenda eſt ad annum 926. ut diplomata omnia, eam præferentia docent. De menſe, & die diſquiſitio ſupereſt; ſed & illos detegunt gemina Diplomata apud Puccinellium in pleniori Hiſtoria Principis Hugonis pag. 86. &c. Prius datum eſt *Lucæ Kalendis Julii anno 932. Regni Hugonis VII. Ind. V.* quo cum ſeptimum Regni annum Hugo jam cœpiſſet, perſpicuum inde fit regnum iniviſſe juxta ſecundam epocham, quæ hic adhibita videtur, ante diem illam anni 926. Alterum vero datum eſt Romæ XII. Kal. Julii an. 941. Regni Hugonis 15. ideſt nondum cœpto ſexto decimo qui poſt eam diem ante Kalendas Julii iniri debuerit ut prius diploma maniſeſte probat. Igitur epocha illa inſtituenda eſt a paucis illis diebus quæ inter diem 20. Junii & exordium Julii intercedunt, ac forte ſtatuenda die 25. Junii, quæ unica erat dies Dominica intra breve illud ſpatium intercepta. Cum ſolemnes illi ritus diebus feſtis & Dominicis agi ſolerent.

Ex iis autem, quæ ſuperius ſtatuimus de adventu Hugonis in Italiam in fine anni 925. aſſeritur fides Epitaphii Bertæ, ferentis eam deceſſiſſe anno 925. Optime enim hæc omnia cum narratione Luitprandi, quam tranſcribit Pagius congruunt. MANSI

*ne mente bona, nec vota valent nec dona. Ergo malas mentes deponant ingredientes.* In altari autem ubi ſacræ reliquiæ aſſervantur, habentur iſta:

*Hic jacent duorum ſanctorum Martyrum ſacrata oſſa, quorum virtute Deus quotidie multa facit miracula.* Hæc ibi.

Chri-

PAGIUS

tum ſibi *adſciverit*. *Ermengarde* vero tantas opes quæſierat, ut etiam *Rudolpho* II. Burgundiæ Transjuranæ Regi Regnum Italiæ eripere conata fuerit, tandemque artibus ſuis, ut Italiam relinqueret, effecerit, ut anno CMXXIV. ex Luitprando retulimus.

VII. *Graſſatio Hungarorum.* Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam hoc annno ſcribit: *Ungarii vaſtata Alamannia totam Franciam* (nempe Orientalem) *Alſatiam, atque Galliam igne & Gladio ſævientes percurrunt.* Idem continuator Reginonis & Hermannus Contractus juxta editionem Piſtorianam habent. [1]

VIII. *Moritur Sanctius primus Rex Navarræ.* Hic annus fatalis fuit *Sanctio Garſiani* Navarræ Regi celeberrimo, qui anno CMV. regnare cæperat. Ejus tempore Chriſtiani ad vallem *Jonquiera* a Sarracenis victi; & cum poſt aliquot annos iterum facta fuiſſet magna perſecutio a Saracenis, & Sanctius Rex ſeſe ad montes quoſdam, ad quos nullus erat aditus, recepiſſet, præſenti anno quibuſdam militibus congregatis Infideles editionibus ſuis, & inter alias e regione *Vecaria* dicta expulit, eodemque anno e vivis exceſſit: *De hac*, inquiunt Vigila Monachus Albeldenſis, & Belaſco, *expulſis omnibus Biote natis* (Infidelibus ſc.) *viceſimo regni ſui anno migravit a ſæculo, ſepultus in Sancti Stephani porticæ regnat cum Chriſto in Polo. Obiit Sanctio Garceanis era CMLXIV.* currenti ſcilicet anno. In libro vero Gothico S. Joannis Pennatenſis legitur: *Et regnavit Pampilona & in Deyo, regnavit, autem annis XX. & mortuus eſt.* In ejuſdem Monaſterii Charta dicitur etiam, *regnavit annis XX.* Quod ſi quis dicat, *Sanctium* non annos viginti, ſed annos XXI. & aliquot menſes Navarræ præfuiſſe; cum anno CMV. die quinta menſis Januarii Rex creatus fuerit, & hoc anno jam provecto vivere deſierit, reſpondebo horum temporum Chronologos *Sanctii* Regis annos a die, quo *Fortunius* frater vitam religioſam profeſſus eſt, & *Sanctius* ſolus regnavit, ab anno ſcilicet CMVI. deduxiſſe. Eſt porro *Sanctius* hujus nominis I.

IX. *Ejus ſucceſſor ac virtutes.* Uxor Sanctii Regis *Dompna Tuta, vel Donna Toda* nuncupata. In charta Sancti Salvatoris Legerenſis, a Moreto in Inveſtigationibus Navarricis recitata legitur, *Ego Sanctius Rex filius Garſii Regis ſucceſſor in regno germani mei Fortunii*, &c. *cum Domna Tuta Regina uxore mea.* Hujus Reginæ & Garſiæ hujus nominis ſecundi ejus filii nomina in infinitis chartis memorata. Cæterum idem Moretus invictis rationibus demonſtravit, Rodericum Toletanum, Garibayum, omneſque Scriptores Hiſpanos ſummo errore *Sanctium Garſei* cum Sanctio Abarca confudiſſe, & prochroniſmum ſexaginta annorum commiſiſſe. Hic addam tantum locum Vigilæ Monachi coævi, cujus Opus in Eſcuriali aſſervatur: *In Era CMXLIII. ſurrexit in Pampilona Rex nomine Sanctio Garſianis, fidei Chriſti inſeparabiliter venerantiſſimus fuit, pius in omnibus fidelibus: miſericorſque oppreſſis catholicis. Quid multa? In omnibus operibus optimus perſtitit. Belligerator adverſus gentes Hiſmaelitarum multipliciter ſtrages geſſit ſuper Saracenos* (ipſe enim ad Ocharenum Saracenos proſtravit, & vallis Roncalenſis incolas qui ſtrenue ſe ſe geſſerant magnis beneficiis affecit). *Idem cepit Cantabriam a Nagerenſe urbe uſque ad Tutelam, omnia caſtra terram quidem Degenſem* (nempe Deyo vel Deca) *cum oppidis cuncta poſſidebat. Urbem namque Pampilonenſem ſuo juri ſubdidit* (quia nempe Mauri poſt adverſum prælium Chriſtianis factum eam ſibi ſubdiderant) *nec non cum caſtris omne territorium Harragoenſe capit. Dehinc expulſi omnibus Biotenatis XX. regni ſui anno migravit a ſeculo.* Hoc voce *Biothanati* vel *Biotenati* Surita Mauros intelligit, qui ſpreta vita ad violentam mortem præliando ultra currebant, ut videre eſt apud Ducangium in voce *Biothanati*.

X. *Sithricus Rex Northumbriæ redit ad idola.* Weſtmonaſterienſis ad annum CMXXV. ſcribit: *Anno gratiæ DCCCCXXV. Aethelſtanus Rex Anglorum, Eadgitham ſororem ſuam Sithrico, Danica natione progenito, Northumbrorum Regi, matrimonio honorifice copulavit. Qui ob amorem virginis, Paganiſmum relinquens, fidem Chriſti ſuſcepit.* Sed cum Sithricus ad idola rediiſſet, fidemque quam Chriſto & Æthelſtano dederat, ſacrilegio violaſſet, poſt paucos menſes Regia virgo in patriam rediit, *& poſt modicum tempus apoſtatus vitam miſerabiliter terminavit*, hoc nempe anno, ut idem Auctor in ſequentibus exponit, qui addit, ſanctam puellam poſt laudabilis vitæ curſum, ex hoc mundo Idibus Julii tranſiiſſe, & uſque hodie miraculis clarere in Monaſterio, in quod ingreſſa fuit. Sithrici Regnum Æthelſtanus ſuo copulavit imperio. *Deinde omnes Angliæ Regulos, Hunvval ſcilicet Regem Britonum, Conſtantinum Regem Scotorum, Vulferthum Regem Vventorum prælio vicit, & fugavit. Ealdredum quoque filium Eadulfi de caſtello Bebbnaberib exturbavit. Et hi omnes cum provincialibus aliis, videntes ſe ejus ſtrenuitati non poſſe reſiſtere; convenerunt petentes pacem ab eo; atque idololatriæ denunciantes fœdus cum eo percuſſerunt*, inquit Weſtmonaſterienſis ad eum Chriſti annum.

NOTÆ [1] VAſtationis hujus ab Ungaris factæ per totam Galliam, maxime Belgicam, multo certius teſtimonium eruitur ex Charta permutationis cujuſdam in gratiam Monachorum S. Maximi Trevirenſis, quam ex Trevirenſi tabulario exhibet Ampliſſima Collectio Monumentorum veterum tom. 1. Col. 280. *Anno 826. authoritatis D. N. J. Chriſti ſecundum humanam fragilitatem depopulantibus Agarenis pene totum Regnum Belgicæ Galliæ &c.* Data eſt eodem anno 926. MANSI





I. *Synodus apud Troſlejum.* CHriſti ſequitur annus nongenteſimus vigeſimusſeptimus, Indictione decimaquinta, quo in Gallia apud Troſlejum rurſum eſt Synodus congregata, in qua Herluinus Comes publicam egit pœnitentiam, eo quod duxiſſet uxorem, alia ſupervivente. Meminit hujus Synodi Frodoardus in Chronico hoc anno: *qui addit, hoc pariter anno ob ſimultatem exortam inter Heribertum Comitem atque Rodulphum Regem Francorum, ab eodem Comite eductum eſſe de carcere Carolum Regem: quod Joannes Papa ut faceret, litteris comminatoriis jubebat, cum Heribertus ipſe* (idem inquit Frodoardus) *cum Carolo Rhemos veniens, inde litteras mittit Romam Joanni Papæ, ſignificans ei de reſtitutione, & honore Caroli, ut ille ſibi etiam ſub excommunicationis interminatione mandaverat, ſe pro viribus decertare.* Verum pace compoſita cum Rodulpho, rurſus Rex Carolus eſt conjectus in carcerem anno ſequenti, cum jam eumdem Joannem Papam ſciviſſet e throno depoſitum, atque carceri mancipatum, eſſe defunctum anno ſequenti.



II. *(a) In addit. ad Reg. Chr.* Alia Synodus hoc eodem anno celebrata (*a*), ponitur apud Duisburgenſes occaſione Bennonis Metenſis Epiſcopi, qui ante biennium, dum vitam eremiticam in Alpibus duceret, electus Me-



PAGIUS SÆC. X. Anno Æræ Hiſpan. CMLXV. Anno Hegiræ CCCXV. inchoato die 8. Martii fer. 5. A.C. 927.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6420.

☉ 12. G. ☽ 16. P. 25. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 927.

JOANNIS X. PAPÆ 14.

CONSTANTINI VIII. IMP. 16. cum Romano IMP.

I. *S. Benno Epiſc. Metenſis crudeliter habitus.* AD num. II. *Heinricus* (Germaniæ Rex) *Epiſcopium Metenſium contempta ipſorum electione, cuidam, ut ferebatur, Dei ſervo dedit cognomento Bennoni*, inquit Frodoardus in Chronico ad hunc Chriſti annum, qui ſequenti ſcribit: *Benno Metenſis Epiſcopus inſidiis appetitus, eviratus, luminibus privatus eſt.* Quare non audiendus Continuator Reginonis, qui ad annum DCCCCXXV. & ad annum DCCCCXXVII. hæc refert; is enim ſæpe in Chronologiam peccat. Sanctus *Meginradus* Eremita fuerat in Nigra Sylva ad lacum Turicinum, iſque locus per annos circiter quadraginta quatuor ob obitu Meginradi, de quo ſuo loco egimus abſque colono & cultu fuit, uſque dum *Sanctus Benno* Canonicus Argentinenſis eo ſeceſſit, & ædiculam ſqualore & impluvio collabentem refecit. Sed cum ea in ſolitudine per annos circiter viginti vitam Angelicam duxiſſet, Henricus Germaniæ Rex, qui Lotharingiæ dominabatur, eum Epiſcopum Metenſem eſſe voluit. Verum, ut ait Guillimannus in Epiſcopis Straſburgenſibus, Metenſes a Sanctis ejus moribus abhorrentes eum excæcarunt, indeque Sanctus Præſul in plena Synodo *Duisburgi* habita dignitatem abdicavit, non quidem hoc anno, ut ex Reginonis Continuatore tradit Baronius, ſed ſequenti, ut mox in Frodoardo Auctore æquali diximus. Male etiam *Concilium Duisburgenſe* Tom. IX. Concil. cum hoc Chriſti anno illigatum, quod in nova Conciliorum collectione corrigendum erit. Poſt abdicationem Bennonis *Albero* ſeu *Adelbero*, vir natalibus clarus, & in hiſtoria celebris, Epiſcopatum Metenſem adipiſcitur *Bennoni quadam Abbatiæ ſuſtentationis tenore conceſſa*, inquit Frodoardus. [1]

II. *In eremum ſecedit, ubi cum S. Eberardo vixit.* Baronius exiſtimat, *Bennonem* ob magnam ſuam tolerantiam, cognominatum eſſe *Benedictum*; Guillimannus vero laudatus eum Epiſcopali cathedræ impoſitum, pro Bennone *Benedictum* nuncupatum fuiſſe; quæ ultima opinio longe veriſimilior, cum Meuriſſius lib. 5. de Epiſcopis Metenſibus teſtetur, *Bennonem* in chartis, quibus ſubſcriptus reperitur, dum Metenſem Eccleſiam rexit, vocari tantum *Benedictum ſanctæ Metenſis Eccleſiæ Præſulem*. Hermannus Contractus in Chronico refert, *Eberhardum* Argentinenſem Præpoſitum an. CMXXXIV. ad cellam Sancti Meginradi veniſſe, ibi regularem vitam inſtituiſſe, & poſt ejus introitum anno XXV. ad Dominum migraſſe anno Chriſti CMLVIII. In Vita Sancti Udalrici Epiſcopi Auguſtenſis a Gerardo Presbytero ſcripta, de hoc Sancto Præſule num. 50. legitur: *Monaſterium Sancti Galli, ubi ille ſcientias literarum fuerat perdoctus, aſſidue viſitavit, ibique Deo militantibus cœnobitis convivium fecit, & inde ad Cellam Sancti Meginradi perrexit ad videndum ſervum Dei Sanctum Eberhardum, ejuſque neceſſitatibus ſibique ſubjectis Monachis ſubveniendum.* De Sanctis Bennone & Eberhardo legendus Mabillonius Sæc. V. Benedict.

III. *Berno Abbas Cluniac. ſucceſſorem ſibi deſignat.* Beatus *Berno* primus Cluniacenſis Abbas, morti proximum ſe ſe intelligens, facto teſtamento ſucceſſores duos deſignavit *Vvidonem* conſanguineum ſuum atque *Odonem*, qui Monaſteriis ipſi ſubiectis Abbatis loco præeſſent. „Præceſſerat jam inde ab ineunte monaſticæ „vitæ ſtatu, inquit Mabillonius Sæc. V. Benedict. in ejus Elogio Hiſtorico cap. 7. ritus ille in Pachomio, qui inſtante morte Petronium ſucceſſorem deſignavit: *Petronius*

NOTÆ [1] HOc anno Treviris celebratum fuit Concilium præſide Rutgero Archiepiſcopo Trevirenſi cum ſuis ſuffraganeis, in quo Codex quidam Canonum degeſtus. Vide Brouverium ad An. 927. & Librum Geſtorum Archiepiſcoporum Trevirenſium Vet. Monum. tom. IV. col. 150. Hujus Synodi apud Collectores nulla adhuc mentio facta eſt. MANSI

*Synodus Duisburgenſis.* Metenſis Epiſcopus, hoc anno ab ipſis Metenſibus excæcatur, cujus immanis ſacrilegii cauſa, dicta eſt Synodus celebrata, in qua omnes illius ſceleris auctores excommunicantur, & Adallera loco ipſius ſubſtituitur. Porro Benno ipſe patienter omnia tolerans, exemplo relictus magnæ tolerantiæ viri, cognominatus eſt Benedictus: meminit ejuſdem ſequenti anno Frodoardus.

III. *Adefonſus Rex Monach.* Hoc (a) etiam anno Adefonſus quartus hujus nominis Rex in Hiſpania ſponte ſe abdicans, vitam monaſticam amplexus eſt, Ramiro relinquens Regnum, de quo ſuperius, ſed cum deſertor ſacræ militiæ factus, recuperationi relicti Regni operam daret, ab eodem Ramiro captus, oculis orbatus eſt. Qua etiam pœna multati ſunt tres filii Froilæ defuncti Regis, cum adverſus eumdem Ramirum inſurrexiſſent, quod fieri contigit anno Redemptoris nongenteſimo trigeſimo. Porro Ramirus patratæ ſævitiæ pœnitens, delictum bonis operibus expiare curavit, monaſteria erigens, multaque donans Eccleſiis. Hæc pluribus qui ſunt proſecuti res Hiſpaniarum.

(a) *Ambr. Moral. l. 16. c. 7. 9. 10.*

PAGIUS

„ *nius* vero in eodem articulo *Orſiſiſio* vices „ ſuas demandavit; ſic *S. Lupicinus* Abbas „ Sæc. V. cum mortuo *Romano* fratre duplex „ regeret Monaſterium, nempe Condatiſcenſe, & Lauconnenſe; appetente ſenecta, „ *primitus Condatiſcenſi ſeniori utique cœnobio* „ *præficere Patrem; tum quoque imminente* „ *tranſitu, Lauconnenſi monaſterio deſignari Abbatem curavit*, teſte ejus vitæ Auctore æquali. Sic *Benedictus* cognomento *Biſcopus* Giruvenſi ac Wiremuthenſi Monaſteriis ſubſtituit *Geolfridum* Abbatem, quem prius „ Coadiutorem ſibi adſciverat. Nam & hic „ alter fuit quondam apud veteres Monachos „ ritus. Exemplo in primis eſt *Orſiſiſius* mox „ dictus qui *Theodorum* in Vicariam aſſumſit. Venerabilis Beda Biſcopi factum exemplo B. Petri tuetur, quem *ſub ſe duos per* „ *ordinem ad regendam Eccleſiam conſtituiſſe*, „ *cauſa inſtante neceſſaria tradunt Hiſtoriæ*. „ Et quidem deſignandi ante mortem Abbatis cautio eo tempore, quo Abbatum Secularium jugum paſſim graſſabatur, fere „ neceſſaria erat, ne in vacuam Abbatis Sedem Abbate mortuo involarent. Hæc ergo cauſa Bernonem impulit, ut Widonem „ & Odonem poſt ſe Abbates deſignaret.

IV. *Moritur.* Uterque ejus teſtamento ſubſcripſit, condito *anno quarto regnante Radulfo Rege*, qui cum anno nongenteſimo viceſimo tertio, die decima menſis Julii Rex Francorum dictus ſit, & Berno animam Deo reddiderit Idibus Januarii, ut legitur in Chronicis Malleacenſi, & Cluniacenſi, recte in Chronico Dolenſi tom. 2. Biblioth. Labbeanæ relato dicitur: *Anno DCCCCXXVII. obiit Berno primus Abbas Dolenſis*, cujus monaſterii ſe ſe in ſuo teſtamento Berno Abbatem fuiſſe docet. Baronius anno CMXII. num. XVII. eo Chriſti anno Bernonis mortem conſignat, ſecutus Sigebertum in Chronico. Sed Miræus, Chronicon illud ab ea interpolatione, ſimilibuſque quiſquiliis, quæ in omnibus præcedentibus editionibus legebantur, purgavit.

V. *S. Odo promovet reformationem Ordinis S. Benedicti.* Extremo Sæculo Nono tanta clades non ſolum temporalibus Eccleſiarum & Moneſteriorum rebus; ſed etiam religioni S. Benedicti inflicta eſt, ut in paucis admodum locis ejus veſtigia ſupereſſent. Monachi partim necati, partim fugati, qui collectis Sanctorum Reliquiis, aliiſque ſarcinulis, quo belli impetus vertebat, inde ſe proripientes, ad tutiora, ſi quæ occurriſſent, loca declinabant, aut palabundi vitam miſeram traducere vix ſinebantur. Sicubi vero eis tantiſper reſpirare conceſſum erat, caſas pro modulo ac tempore ſarciebant, in quibus non tam normæ regulari, quam vitæ ac ſaluti proſpicere cogebantur. Hinc factum, ut ſæculo decimo ineunte, cum *Odo* qui Bernoni in Abbatiam Cluniacenſem ſucceſſit, de monaſtica vita cogetare cœpit, pauca ſupereſſent cœnobia Monachorum, atque in paucis illis ſincera religio deſideraretur, ut videre eſt apud Joannem Monachum diſcipulum S. Odonis in ejus Vita, & in Præfatione a Mabillonio Sæculo V. Benedict. præfixa. Hinc *Cluniacenſe Monaſterium religione, diſciplina, ſeveritate, fratrum numeroſitate, omnique monaſtici ordinis obſervatione, toto pene Orbi notiſſimum* evaſit, teſte Petro Venerabili in lib. 1. de Miraculis cap. 9. quia Odo *factus eſt notus Regibus, Epiſcopis familiariſſimus, Magnatibus clarus. Quæque enim monaſteria in eorum finibus conſtructa, erant, juri patris noſtri ea tradebant, ut noſtro more corrigeret, & ordinaret*, ait Joannes in lib. 2. ejus Vitæ num. 23. Sed de Odone, qui quod Berno feliciter incœpit, ipſe perfecit, auxitque, infra ſermo erit.

VI. *Obitus Symeonis Bulgariæ Regis.* *Maii menſis vigeſima ſeptima, indictione quinta decima, moritur Symeon Bulgariæ Princeps, Petrum filium ſuum, quem ex ſecunda uxore ſua Surſubulis ſorore ſuſtulerat præficiens Principem, quem & Surſubulem Symeon ſuorum liberorum ſcripſit tutorem. Michaelem ex priore uxore ſuſceptum detondit monachum: Joannes & Benjamin Petri fratres, adhuc Bulgariæ ſtola ornabantur*, inquit Georgius Monachus in Vita Romani Imperatoris n. XXVIII. Idem habent incertus Continuator Theophanis & Simeon Logotheta. Teſtatur *Joannes Aſanes* Bulgarorum Rex in Epiſtola ad Innocentium III. Papam pag. 54. Actorum ejuſdem Pontificis, Symeonem, Petrum, & Samuelem Bulgariæ perinde Reges, *coronam Imperii & Patriarchalem benedictionem a ſanctiſſima Dei Romana Eccleſia, & ab Apoſtolica, ac Sede Principe Apoſtolorum Petro accepiſſe*.

VII. *Pax Græcos inter & Bulgaros conſtituta.* *Petrus* ſtatim ac Bulgariæ Rex coronatus fuit, Turcis, Serviis, Croatis, viciniſque aliis populis, qui ſuperſtite *Symeone* intra fines ſuos ſe ſe continuerant, bellum undique minitantibus, quo iis terrorem incuteret, comparato valido exercitu, in potentiores hoſtes Græcos parata, ſuſceptaque expeditione in Macedoniam deſcendit. Sed Audito Imperatorem Romanum *Lacapenum* in ſe cum copiis proficiſci, Græcos, pace iis propoſita, ſibi conciliare, huncque nuptiarum fœdere firmare conſtituit. Qua quidem per Monachos primo, tum per utriuſque gentis Proceres, compoſita, *Petrus* Conſtantinopolim venit, & a Romano Lacapeno perhonorifice exceptus, Mariam ex Chriſtophoro Cæſaris filio neptem in uxorem duxit. Nuptiæ magno apparatu celebratæ VIII. Octobris die in Pegana Deiparæ Eccleſia, ſacra faciente Patriarcha *Stephano*, cui quidem novæ ſponſæ tum *Irenes* nomen impoſitum tradit Luitprandus lib. 3. cap. 9. & in Legat. quod per eam inter Bulgaros & Græcos pax firmiſſima ſit ſancita. [1] Hæc ex Leone Grammatico & laudatis Hiſtoricis Byzantinis collegit etiam Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis, ac in Familiis Dalmaticis cap. VI. num. XX. & ſeq. Sed cum non animadvertiſſet, in Leone Grammatico, & aliis quibuſdam ex illis Hiſtoricis indictiones per Porphyrogennetæ tempora corruptas eſſe, Symeonis Bulgariæ Regis mortem, & Bulgarorum cum Græcis pacem in annum CMXXXII. male differt, & in indictionem V. cum tamen certum eſſe debeat, *Symeonem* menſe Maio currente indictione XV. mortuum eſſe, conjugium illud menſe Octobri indictione prima inchoata peractum.

VIII. *Melitine Saracenis eripitur* *Tunc vero etiam a Melitine ad Romanum Imperatorem Legati advenere, pacis fœdera pactaque offerentes, indeque ſociis adlecti ac fœderati, adverſus tribules ſuos Agarenos cum Romanis ad bella proficiſcebantur, ac triumphi ſpecies cum iiſdem captivos ſuos ducentes (mirando ſane ſpectaculo & inaudito, impiorumque Saracenorum afflictarum rerum indicio) urbem ingrediebantur*, inquit Georgius Monachus num XXXV. qui ſubdit, quod cum poſtea Melitinenſes, pacem diſſolviſſent, Græcos in tantas Melitinem adegiſſe anguſtias, ut breviſſimo tempore ipſam expugnarint, ac ſolo tenus æquarint, ſicuti & circumvicinas urbes atque regiones feraciſſimas opimaſque. *Hanc igitur*, addit Georgius *Melitinem Imperat. in Curatoriam redigens (alii Provinciam dicant) multa eruit auri argentique millia*. Idem habent alii Hiſtorici Byzantini, qui tamen hoc anno cœpta, & poſtea continuata uno tenore referunt.

IX. *Eis diu paruerat.* Elmacinus lib. 2. Hiſt. Sarac. cap. 19. de obſidione Melitene, quæ urbs eſt Armeniæ minoris ad Euphratem, ſermonem habet, ſed non parum hallucinatur; *Anno CCCXIV.* (Hegiræ nempe) *vi ceperunt Romani Malatiam, incolaſque partim occiderunt, partim ceperunt, & dies aliquot in ea manſerunt*, inquit Elmacinus. Illud enim a veritate alienum, *Melitine* a Conſtant. Copronimo obſeſſa, captaque anno Hegiræ CXXXVI. ut teſtatur Cedrenus Tom. 2. pag. 463. & poſt quadriennium Almanſor Calipha eam recuperavit, ac munitionibus firmavit. Urbs hæc Sarracenis paruit uſque ad annum Hegiræ CCCXXII. quo Conſtantinus Porphyrogenneta & Romanus Lacapenus eam iterum in poteſtatem ſuam redegere, ut docet Jacut de Hama in Syria Auctor Theſauri Geographici adhuc ineditus, ſed præſtantiſſimus, qui varia antiquorum Annalium fragmenta nobis conſervavit. Elmacinus & Abulpharaius ſcripſere, Melitenem a *Theophilo* Imperatore anno Hegiræ CCXXIII. receptam fuiſſe, quod etiam verum non eſt; cum Cedrenus Tom. 2. pag. 571. aſſerat; *Baſilium Macedonem* fruſtra Melitenem obſidione cinxiſſe. Denique idem Cedrenus affirmat *Melitenem* a Græcis, imperantibus Conſtantino & Romano Lacapeno, *indictione ſeptima*, an. ſc. Chriſti CMXXXIV. recuperatam eſſe. Turpius erravit Editor Elmacini, qui in verborum horum margine, *vi ceperunt Romani Malatiam*, poſuit, *Melita capta a Romanis*, inſulſe urbem Melitenſem cum Malatia ſeu Melitene confundens.

X. *Tarentum a Saracenis exciſum.* Saraceni Africæ *Tarentum* in exigua Cherſoneſo ad Taræ fluminis oſtia poſitum hoc anno excidere: *Fuit excidium Tarenti patratum, & perempti ſunt omnes viriliter pugnando, reliqui vero deportati ſunt in Africam. Id factum eſt menſe Auguſti in feſtivitate S. Mariæ* inquit Lupus Protoſpata ad hunc Chriſti annum.



NOTÆ

[1] DE his nuptiis Principis Bulgarorum cum nepte Romani Imperatoris ex Chriſtophoro ejus filio, agens Conſtantinus Imperator in Opere de adminiſtrando Imperio cap. 13. tradit iniquius habitas fuiſſe a multis Græcorum, apud quos veteri traditione, ab ipſo Conſtantino Magno, ut ferebatur accepta, cautum erat ne Imperatorum Romanorum cum peregrinis connubia jungerentur. Addit vero excuſatas eaſdem nuptias a nonnullis fuiſſe, quod Sponſa non vere Principis & legitimi Imperatoris filia eſſet; ſed tertii, poſtremi atque ſubjecti qui nullam in rebus Imperii poteſtatem haberet. Ex his intelligimus Imperatorum filios, etiam ad Imperii conſortium evocatos, nihil ferme a Cæſaribus, ſi Auguſti titulum inanem excipias, diſtuliſſe. MANSI

I. Joan. Pap. in carcerem detruditur.

ANnus ſequitur Redemptoris nongenteſimus vigeſimus octavus, Indictione prima, quo contigit Joannem Papam, olim Sedis invaſorem e Sede deponi, in carceremque detrudi. Ad hunc uſque annum illum ſediſſe, hujus temporis ſcriptor Frodoardus aperte teſtatur, ſicque errare eos certum eſt, qui quatuordecim dumtaxat numerant annos ejus Sedis; nam quem conſtat ex antiquis Chronicis Caſſinatibus ſedere cœpiſſe anno nongenteſimo decimotertio, & ad præſentem perveniſſe, decimumquintum liquet impleſſe. Ait igitur hoc anno Frodoardus: *Interea Miſſus Heriberti Comitis Roma revertitur, nuntians Joannem Papam a Vvidone fratre Hugonis Regis propter ſimultatem quamdam exortam recluſum in carcere*. Et rurſum anno ſequenti: *Joannes Papa a quadam potenti femina cognomine Marozia Principatu privatus ſub cuſtodia detinetur, & quidam vi, ut plures aſſerunt, actus angore defungitur*. Hæc ipſe. Porro rem geſtam paulo latius (a) Luitprandus his verbis:

(a) Luitp. l. 3. c. 12.

II. *Vvido interea Tuſciæ provinciæ Marchio cum Marozia uxore de Joannis Papa ejectione cœpit vehementer tractare, atque hoc propter invidiam, quam in Petrum fratrem Papæ habebant. Quoniam quidem illum Papa quaſi fratrem proprium honorabat. Contigit itaque, Petro Romæ degente, Vvidonem clam multos habuiſſe milites congregatos. Cumque die quadam Papa cum fratre, paucisque aliis in Lateranenſi palatio eſſet, Vvidonis, & Maroziæ milites ſuper hos irruentes, Petrum fratrem, ipſius ante oculos interfecerunt, eumdem vero Papam comprehendentes, cuſtodiæ manciparunt, in quo non multo poſt defunctus. Ajunt enim quod cervical ſuper os ejus poſuerint, ſicque eum peſſime ſuffocarint.* Hæc Luitprandus. Subiicit vero de Joannis Papæ Undecimi, filii Sergii creatione, ſed ille poſt Leonem & Stephanum ſedit. De hac eadem facta hoc anno ejectione Joannis, hæc Leo (b) Oſtienſis Chronico Caſſinate: *His diebus pulſo a Romanis Joanne prædicto, qui Apoſtolicam invaſerat Sedem, Leo Sextus ordinatus eſt Pontifex*. Sic igitur dignum ſuis ſceleribus finem accepit invaſor, & detentor injuſtus Apoſtolicæ Sedis Joannes: ut qui per impudicam feminam ſacroſanctam Apoſtolicam Sedem violentus arripuit, æque per impudicam mulierem ejectus, & conjectus in carcerem, ea ſimul cum vita caruerit. Subrogatus eſt autem in locum ejus Leo ejus nominis Sextus, Chriſtophori primicerii filius, quem ſediſſe omnes affirmant tantum ſex menſes ac dies quin-

Joan. Pap. male periit.

(b) Leo Oſt. l. 1. c. 57. in fine.

PAGIUS SÆC. X. An. Eræ Hiſpan. CMXLVI. An. Hegiræ CCCXVI. inchoato die 25. Februar. fer. 2. A.C. 928.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6421.

☉ 13. FE. ☽ 17. P. 13. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 928.

LEONIS VI. PAPÆ 1.

CONSTANTINI VIII. IMP. 17. cum Romano Imp.

I. Joan. X. Pontific. deponitur.

AD num. I. & ſeq. Hoc anno *Joannes* X. Pontifex Romanus dignitate depoſitus a *VVidone* Tuſciæ Marchione, impulſu conjugis ſuæ Maroziæ, quæ Sergii Papæ quondam ſcortum fuerat, Theodoræ impudentis etiam mulieris filiæ. Cum enim *Marozia* Theodoræ in Principatum Urbis ſucceſſiſſet, a Joanne X. ejus amaſio abhorrebat. Qua de re legendi Luitprandus lib. 3. cap. 12. Flodoardus in Chronico & Sigonius lib. VI. de Reg. Italiæ Anno tantum ſequenti *vel vi vel actus angore defungitur* inquit Flodoardus ad annum CMXXIX. Principem, inquit Rubeus lib. 5.
„ Hiſt. Ravenn. ſi vel ſacroſanctam ſummæ
„ dignitatis Majeſtatem vel ejus præclare a-
„ cta omni Italiæ, hoc tempore admodum ſa-
„ lutaria, ſpectemus, hoc nequaquam exitu
„ dignum; ſed quem feminæ ſtudium extu-
„ lit, odium feminæ abſtulit.

II. De Joanne Flodoardus in libello de Pontificibus Romanis poſtquam de Landone ejus Deceſſore verba fecit, ait:

Leo VI. in ejus locum ſubrogatur.

*Surgit ab hinc decimus ſcandens ſacra jura Joannes.*
*Rexerat ille Ravennatem moderamine plebem.*
*Inde petitus ad hanc Romanam percolit arcem*
*Bis ſeptem qua prænituit paulo amplius annis.*
*Pontifici hic noſtro legat ſegmenta Seulfo.*
*Munificiſque ſacram decorans ornatibus aulam,*
*Pace nitet dum Patricia deceptus iniqua,*
*Carcere coniicitur, clauſtriſque arctatur opacis.*
*Spiritus at ſævis retineri non valet antris:*
*Emicat immo æthra decreta ſedilia ſcandens.*

Flodoardus, qui Eccleſiæ Remenſis Canonicus erat, in ſuis verſibus ſubinde de Archiepiſcopis Remenſibus mentionem ingerit, & quia *Seulfus* Pallio a Joanne X. exornatus fuerat, hujus conceſſionis hic meminit. Ex eodem vero Flodoardo Auctore coævo apparet Baronium ei annos ſedecim, male aſſignaſſe, recteque in Hermanno Contracto, Mariano Scoto, omnibuſque fere Catalogis legi eum ſediſſe annos XIV. paucos menſes & dies aliquot. Marianus Scotus & Honorius Augusto-du-



quindecim: ſed hæc anno ſequenti.

III. Raterius Epiſc. Veronenſis.

*Quo pariter anno Raterius Lobienſis monachus, vir miræ ſimplicitatis, ſed experientia liberalium artium nominatus cum Hilduino, qui in Lotharingia Epiſcopatum Leodienſem olim ambierat, in Italiam ad Hugonem Regem profectus, Veronæ Epiſcopus ab Hugone conſtituitur, Hilduino, Mediolani Epiſcopo ordinato*. Hæc Sigebertus hoc anno. Quando autem inde idem Raterius ſit expulſus, ſuo loco dicetur.

Quod

PAGIUS

dunenſis ſupra annos XIV. addunt menſes duos & dies tres, quod & in pleriſque Catalogis habetur. Quare cum anno CMXIV. circa diem vigeſimum ſeptimum Aprilis ordinatus fuerit Pontifex Romanus, e Sede dejectus circa diem vigeſimum nonum Junii, & *Leo VI.* in ejus locum ſtatim ſubſtitutus. Baronius, & Papebrocius ajunt hunc fuiſſe Chriſtophori Primicerii filium, ſed nullo teſte, [1] ſicut nec etiam ullum adducit Onuphrius in Chronico, qui primus hoc in literas miſit, cum tamen hujuſmodi, ſi gratis aſſerantur, gratis etiam negari poſſint. Cæterum ſicut in Chronotaxi Pontificum, qui poſt *Formoſum* Eccleſiam Romanam rexere; dirigenda, depoſitionem *Joannis X.* cujus annus certus eſt, tanquam ſcopum nobis propoſuimus; ſic a Joannis X. depoſitione uſque ad an. CMXXXVI. quo *Leonem* VII. die nona Januarii jam ſediſſe conſtat, hujus ordinatio norma quædam & regula erit; hujus enim methodi ope non paucos errores in quos, qui ante nos de Chronologia Pontificia ſcripſere, lapſi ſunt, facilius vitavimus, & ex variis quæ in errorem ducebant viis, nos expedivimus.

III. Ratherius nonniſi poſt quadriennium Veronenſis Epiſcopus creatus.

Ad num. III. Anſelmus Canonicus Leodienſis in geſtis Epiſcoporum Leodienſium cap. 43. de Ratherio ſcribit: *Poſt hunc* (nempe Farabertum) *extitit Ratherius, ex noſtris partibus oriundus, a Veronenſi Epiſcopatu primum dejectus numero XLIII. Hic, dum in mores hominum, tam ſcriptis, quam verbis, mordaciter nimis inveheretur, & nec potenti nec humili penitus deferret, indultis ei quantuliſcumque Epiſcopii reditibus, a Sede propellitur, & quadrageſimo quarto locum dedit Baldrico*. Verum licet Sigebertus, & cum eo Baronius Ratherium Monachum Lobienſem ad Epiſcopatum Veronenſem hoc anno evectum arbitrati fuerint, certum tamen videtur hoc non contigiſſe ante finem anni CMXXXII. Is enim eo Epiſcopatu donatus non eſt ab Hugone Italiæ Rege, niſi poſtquam Hilduinus, cum quo in Italiam venerat, ſucceſſit Lamperto in Archiepiſcopatum Mediolanenſem; Lampertus vero die XIX. menſis Junii anni CMXXXII. e vivis exceſſit, ut liquet ex Catalogo Epiſcoporum Mediolanenſium a Papebrocio initio Tom. VII. Sanctorum menſis Maii publicato, & ex veteri MS. deducto. Chapeavillus Canonicus Leodienſis Tom. I. Geſtorum Pontificum Leodienſium pag. 179. & ſeqq. tres ejuſdem Raterii Epiſtolas refert, quarum prima in qua vexationes ſibi illatas fuſe narrat, *ad Joannem ſummum Pontificem data*. Is autem Joannes alius non eſt, quam qui duodecimus ejuſdem nominis fuit; cum in ea Ratherius dicat, ſe in Italiam revertiſſe cum filio Regis ſui, ſcilicet Ottonis, cum hic *Italiam introiſſet*; Otto autem prima vice Italiam adiit anno CMLI. ut infra videbimus. In ea epiſtola de Hilduino Ratherius ſcribit: *Inthronizato Mediolani eo*, &c. *Revertor a Romanæ Sede, peracta legatione, ferens Pallium pro jam dicto Domino meo actum cum Archiepiſcopali Pallio. Allatæ cum his ſunt & literæ Domni Papæ tunc temporis Joannis glorioſæ indolis* (anno CMXXXI. circa diem XV. menſis Martii Papæ renunciati) *quibus continebantur preces ejuſdem, totiuſque Romanæ Eccleſiæ uti ego Veronenſibus darer Epiſcopus*. Additque ſe Eccleſiæ Veronenſis Epiſcopum tunc ordinatum fuiſſe.

Paulo poſt narrans quanta paſſus eſſet ab Hugone Italiæ Rege, ait: *Cepit me retruſit in cuſtodiam in quadam Papiæ turricula, non dico ſine mei culpa, ſed cicra legem ita hæc egit, & ſine audientia. Duobus annis & dimidio, niſi fallit recordatio priorem pertuli perſecutionem, & totidem carcerulæ ſupplicium.* Sigebertus in Chronico ad annum CMXXXII. hanc in rem ſcribit: *Arnoldus Rex Bajoariorum in Italiam contra Hugonem Regem veniens a Veronenſibus ſuſcipitur, & cum Hugone confligens vincitur, Racherius Epiſcopus a Rege Hugone Epiſcopatu pulſus, quia Bajoariis faverat, Papiæ exiliatur*. Sed ea Arnoldi in Italiam irruptio anno CMXXXIV. aut inſequenti contigit, ut ex dictis eruitur. Luitprandus lib. 4. cap. 14. eam fuſe narrat ſed cum temporis ordinem non ſervet, annus rei geſtæ ex eo deduci non poteſt. Ait autem Arnoldum collectis copiis in Italiam veniſſe ut Hugoni Regnum auferret, & Veronam uſque perveniſſe: *In qua*, inquit, *a Milone Comite atque Ratherio Epiſcopo libenter, ut qui eum invitarant, ſuſcipitur*. Paucis interpoſitis, ſcribit Arnoldum ex Italia fugere coactum fuiſſe: *quo diſcedente Hugoni Regi mox civitas redditur, & Ratherius ejuſdem civitatis Epiſcopus ab eo captus Papiæ exilio relegatur*. Quare cum ipſemet Ratherius teſtetur ſe poſt ſuam ad Epiſcopatum Veronenſem evectionem duobus annis & dimidio perſecutionem pertuliſſe, & duobus etiam annis cum dimidio Papiæ in carcere detentum manifeſte inſinuat, ſe ſe circa finem anni CMXXXIV. ant ſaltem inſequenti in carcerem detruſum. Cumque ex Sigeberto & Luitprando citatis conſtet, hanc ultimam pœnam ei irrogatam occaſione irruptionis Arnoldi, perſpicuum eſt, eamdem irruptionem pertinere ad annum CMXXXIV.

IV. Non multo poſt in exilium miſſus.

NOTÆ [1] LEonem VI. ex Chriſtophoro Primicerio parente natum fuiſſe non ſine optimo & antiquo teſte Baronius cæterique aſſeruerunt. Unum profero probatiſſimum Authorem nempe vetuſtiſſimi Catalogi Pontificum confecti ante medium Sæculum XI. & ab Eccardo in tom. II. Corporis Hiſtoric. Medii Ævi vulgati. Ita vero legit. *Leo VI. natione Romanus, ex patre Chriſtoforo Primicerio ſedit menſes VI. dies XV.* MANSI.

IV. Symeon Rex Bulg. aggreditur Conſtantinop.

Quod ad res pertinet Orientales, hoc eodem anno menſe Septembri inchoata Indictione ſecunda, iterum Symeon Rex Bulgarorum adortus Conſtantinopolitanam civitatem graviſſima intulit ſuburbiis damna, donec inita pace redempta muneribus, eſt reverſus ad propria. Rem geſtam enarrat diligenter Curopalates ſignans cuncta, ut memoria digna, certa temporis nota his verbis:

V.

*Septembri autem menſe, Indictione ſecunda, Princeps Bulgariæ Symeon omnem exercitum Conſtantinopolim ducit, & Macedoniam prædatus loca Thraciæ comburit, & omnia, quæ ante pedes ei erant, in ſuam redegit poteſtatem. Cumque prope Blachernas caſtra poſuiſſet, poſtulavit, ut ad ſe mitterentur Nicolaus Patriarcha & nonnulli eorum, qui magiſtratum gererent, ut de pace agerent. Acceptis igitur utrimque obſidibus, ne ullæ poſſent inſidiæ inſtrui & Patriarcha freto jurejurando, in conſultatione propoſitum eſt, quem ſenatorii ordinis oporteret cum ipſo exire. Delectus eſt igitur Michael Stypiotes, & Joannes Myſticus, & qui apud Imperatorem res moderabatur. Jam enim Joannes Rector ad Imperatorem delatus, e palatio egreſſus, in ſuo monaſterio capillos totonderat. Cum igitur hi ad Symeonem acceſſiſsent, de pace collucuturi, eos dimiſit, & ipſum Imp. Romanum velle ſe dixit aſpicere, quem certior factus erat, virum eſſe prudentem, ac verum. Huic rei Romanus libenter conſenſit. Mittens igitur ad litus Coſmidii viros ad id idoneos, in mari deſcenſum munitiſſimum conſtruxit, ut Imperatoria triremis navigans ibi, velut in portu maneret, ipſum undique ſeptum mari diligenter curans. Imperavitque in medio faſtigium conſtrui, ubi inter ſe colloquerentur.*

VI.

*At Symeon miſſis militibus ſanctiſſimum Dei Genitricis templum ad Fontem combuſſit, quod Juſtinianus Imp. ædificarat, & omnia, quæ circum erant incendit. Ex quo perſpicuum erat, nolle pacem. Sed Imperator cum ad templum Blachernarum, cum Patriarcha veniſſet, in ſanctum ſepulchrum ingreſſus, adbibitiſque precibus cum cantu Deo, & ſumpto omophorio, id eſt, velo ſuperhumerali, Dei Genitricis e templo egreſſus eſt armis tutis conſtipatus. Igitur decora inſtructa claſſe, quam ſecum habebat, ad ſtatutum locum pervenit: Nona dies erat Novembris menſis, qua hæc geſta ſunt.* Ad quem locum etiam ubi cum ſuis perveniſſet Symeon, quæ eo congreſſu inter eos mutuo tractata ſint, ſic inferius Curopalates:

VII. Congreſſus Romani Imp. cum Rege Bulgarorum.

*Ajunt igitur Romanum Symeoni dixiſſe: Audivit te hominem Chriſtianum, & Dei cultorem eſſe, ſed facta nequaquam video verbis conſentire. Si enim re vera Chriſtianus es: parce tamdem nefariis cædibus & impiæ ſanguinis effuſioni, & fœdus ini nobiſcum, qui Chriſtiani ſumus, cum & ipſe Chriſtianus ſis, & voceris, neque velis Chriſtianorum dexteras ſanguine Chriſtianorum ejuſdem Fidei contaminari: homo es etiam ipſe, & mortem expectas & reſurrectionem, & judicium & præmium eorum quæ geſseris in vita: hodie es, & cras in pulverem deſpoliaberis: ſi divitiarum amore captus hæc facis: ego te his ad ſatietatem explebo: tantum amplectere pacem, & ama concordiam, ut etiam ipſe tranquillam vitam agas & incorruptam, & Chriſtiani tamdem deſinant arma contra ſe movere. Hæc dixit Imperator,* Pax compoſita cum Rege Bulgar. *Symeon vero pudore perfuſus ob ejus humilis animi virtutem, pollicitus eſt ſe pacem facturum, & ita data & accepta ſalute, diſceſſere, cum Imperator magnificis donis Symeonem proſequutus eſset.* Hactenus de congreſſu atque inita concordia. Addit autem poſt hæc idem auctor:

VIII.

*Die autem feſto Chriſti Natali, Indictione ſecunda, Romanus Imperator duobus filiis ſuis coronam impoſuit, Stephano, & Conſtantino, in magno templo,* Filii Imp. Rom. aucti dignitatibus Imperatoriis. *tertium filium Theophylactum Patriarchæ in clericum totondit, ſubdiaconum ipſum eligens, eum etiam ante Syncellum creatum jam prius ad ſancta tranſiſſet cum ordine ſubdiaconorum.* Hæc facta hoc anno recitat Curopalates.

PAGIUS

CMXXXIV. aut inſequentem; cum anno CMXXXII. *Ratherius* Veronenſis Epiſcopus dictus fuerit.

V. *Geſta a Symeone Bulgariæ Rege anno CMXXIII.*

Ad num. IV. ad VIII. *Symeon* Bulgariæ Rex menſe Maio ſuperioris anni e vivis exceſſit, ut ibidem oſtendimus, diximuſque in Hiſtoricis Byzantinis per tempora Porphyrogennetæ & Romani Imperatorum indictiones corruptas fuiſſe. Quare obſidio Conſtantinopolitana ab eodem Principe ſuſcepta, paxque inde inter eum & Græcos conſtituta a Baronio ex Curopalate hoc anno narratæ pertinet ad annum nongenteſimum viceſimum tertium, ut ſupra demonſtravimus, & in Curopalate loco *Septembri menſe indictione ſecunda*, legendum, *Septembri menſe indictione duodecima*, licet incertus Continuator Theophanis. Simeon Logotheta, Leo Grammaticus, Cedrenus, & Georgius Monachus habeant etiam menſem Septembrem & indictionem ſecundam. Id enim ex ipſiſmet Auctoribus evidenter refellitur, cum uno conſenſu aſſerant Nicolaum Patriarcham Conſtantinop. tunc in vivis fuiſſe, & menſe Maio anni nongenteſimi viceſimi quinti ad Deum migraſſe, imo Stephanum ejus ſucceſſorem præſenti anno vivere deſiiſſe. Græci iſti Hiſtorici cum eadem fere narrare ſoleant, unum eumdemque Auctorem exſcripſere, in quo Librariorum errore numerus denarius in indictionibus exprimendis ſæpe omiſſus fuerat; ideoque non mirum ſi omnes eumdem errorem errarint.

VI. *Stephanus & Conſtantinus Imperatores dicti.*

Ad num. VIII. idem Scriptores Byzantini poſtquam de illa obſidione & pace Bulgarica verba fecere, ſtatim aiunt Decembris menſis die XXV. *Romanum Lecapenum* filios ſuos *Stephanum & Conſtantinum* Imperii corona cinxiſſe, ac etiam *Theophylactum* filium Clericum totondiſſe Patriarcham. Et poſtea de Nicolai Patriarchæ morte loquuntur. Quare Græcorum Imperium in varia illa capita diviſum eodem anno CMXXIII. & *Theophylactus* a Sancto Nicolao Patriarcha Clericus attonſus. Neque de hac emendatione dubium eſſe poteſt; cum ex ipſiſmet Auctoribus Byzantinis certo eruatur.

Hoc anno mortuus eſt *Sanctus Stephanus* Patriarcha Conſtantinop. ut anno CMXXXIII. oſtendam.

I. ANnus Redemptoris nongenteſimus vigeſimusnonus, Indictione ſecunda inchoatur, quo Carolus Rex Francorum, cognomento Simplex in carcere moritur, relicto filio Ludovico, qui educabatur in Anglia apud Alſtanum Regem avunculum ſuum, de cujus unctione inferius dicendum: interim vero Rodulphus regnare pergit. Hæc Frodoardus (*a*), qui ait, & in hunc uſque annum perveniſſe Joannem Papam detentum in carcere, obiiſſeque miſere miſerum diem. Quo etiam qui in locum ejus fuerat ſubrogatus Leo, cum & ipſe detruſus in carcerem, defunctus eſt poſt ſex menſes & dies quindecim, ſubrogatus eſt in locum ejus Stephanus ejus nominis Octavus, dictus Septimus, natione Romanus, Theudemundo parente genitus. Ita vetus codex Vaticanus de Romanis Pontificibus.

(*a*) *Frod. in Chron. hoc anno.*

Obitus Leonis, ſubrogatio Steph. Pap.

II. Eodem anno de lancea ex Chriſti clavis confecta, quid referat Sigebertus in primis ſic accipe? *Lanceam mirandi operis ex clavis JESU Chriſti Crucifixi ſanctificatam, quæ dicitur primi & magni Conſtantini Imperat. fuiße, donatam Rodulpho Reg. Burgundionum & Italiæ a Sampſone Comite Rex Henricus precibus, minis, muneribus, addita etiam parte provinciæ Suevorum a Rodulpho extorquet, & hanc ad inſigne, & tutamen Imperii poſteris reliquit.* Hæc Sigebertus. Sed tantæ rei paulo latiorem audi narrationem in rebus geſtis S. Gerardi, qui hoc tempore egregia claruit ſanctitate. Hæc enim ibi (*b*):

De ſacra lancea, quam Henricus Rex eſt adeptus.

(*b*) *Apud Sur. to. 5. die 3. Octobr.*

III. *Henricus Rex Othonis Saxonum Ducis filius, ut erat Deum timens, & amator religionis Eccleſiaſticæ, ubi percepit Rodulphum Burgundionum Regem habere tam cœleſte, & ineſtimabile donum, quod idem Rodulphus pro ſummo amicitiæ munere a Sampſone Comite acceperat, miſſis ad eum Legatis, tentavit multis oblatis muneribus, ſi ab illo impetrare, ſibique adverſus tum viſibiles, tum inviſibiles hoſtes arma invictiſſima, triumphumque perpetuum comparare poſſet. At Rodulpho Rege id ſe nulla umquam ratione daturum, aſſeverante: modis omibus Henricus Rex, quem muneribus emollire non poſſet, minis intentatis frangere conatus eſt, affirmans ſe omne ejus Regnum ferro & flammis vaſtaturum; ſed quia illud, quod petebatur, munus ejuſmodi erat, quo olim Deus terrena cæleſtibus, utraque pacificans conjunxit, Rodulphi Regis animus tamdem divinitus eſt emollitus, ita ut juſto Regi juſta petenti annueret. Quo autem amore donum hoc eximium Rex Henricus complexus ſit, hoc ipſo vel maxime declaravit, quod non modo auri & argenti muneribus Rodulphum Regem honoravit, verumetiam Sveviæ provinciæ non minima parte donavit.*

IV. *Deus autem, qui cordium inſpector eſt, & bonas muneratur voluntates, qua mercede hujus rei cauſam pium Regem Henricum in æterna vita affecerit, quibuſdam indiciis etiam in hoc ſæculo prodere voluit, quando hoſtes in ipſum incurrentes, hoc victorioſo præeunte ſigno, ſemper terruit atque fugavit. Tali igitur occaſione, divina favente voluntate, ſanctam illam lanceam Rex Henricus adeptus eſt, quam filio, de quo nobis in præſentiarum ſermo eſt, e vita decedens dereliquit una cum Regno, non, minori veneratione ab eo conſervandam, uti non pauræ teſtantur victoriæ, quas per eam orando obtinuit.* Hæc ibi. Verum quod dicitur ex clavis Dominicis illam eſſe confectam, verius puto eſſe dicendum ex aliqua parte clavi, alio ferro conjuncta illam elaboratam; nam de clavis Domini aliis locis poſitis, & ad alium uſum adhibitis, ſuo loco ſuperius pluribus dictum eſt. Hic vero tu lauda Chriſtiani Principis pietatem in cultu ſacrarum reliquiarum exhibitam. Porro eadem pariter de lancea ſcripſit (*a*) Luitprandus, dum recenſet ingentem Othonis Henrici filii victoriam ejuſdem lanceæ auxilio conſecutam.

(*a*) *Luitp. l. 4. c. 12.*

V. Sed & de alia lancea eidem Henrico ab Hugone in Gallia regnante miſſa, ſic accipe ex hiſtoria de Geſtis Anglorum, ſed prius de gladio iſta: (*b*) *Enſem Conſtantini Magni miſit ſcilicet, in quo litteris aureis nomen antiqui poſſeßoris legebatur: in capulo quoque ſuper craſſas auri laminas clavum ferreum affixum cerneres unum ex quatuor, quos Judaica perſecutio Dominici corporis aptarat ſupplicio Lanceam Caroli Magni pariter miſit, quam Imperator invictiſſimus contra Sarracenos exercitum ducens ſi quando in hoſtes vibrabat, numquam niſi victor abibat. Ferebatur eſſe eadem, quæ Dominico lateri Centurionis manu impacta pretioſi vulneris hiatu paradiſum miſeris mortalibus aperuit; vexillum item miſit Mauritii beatiſſimi martyris, & Thebææ legionis principis, quo idem Rex in bello Hiſpano quoſlibet infeſtos & confertos inimicorum cuneos diſrumpere, & in fugam ſolitus erat cogere.* Et cætera, quæ ibi recenſentur, munera ab Ugone ad Henricum miſſa, cujus in cultu ſacrarum reliquiarum pietas maxime commendatur.

(*b*) *De Geſt. Angl. poſt Bed. l. 2. c. 8.*

Sacra munera miſſa ab Hugone Rege ad Henricum Regem.



PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6422.

☉ 14. D. ☽. 18. P. 5. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 929.

STEPHANI VII. PAPÆ I.

CONSTANTINI VIII. IMP. 18. cum Romano IMP.

SÆC. X. Anno Eræ Hiſpan. CMLXVII Anno Hegiræ CCCXVII inchoato die 14. Febr. fer. 7. A.C. 929.

I. AD num. I. Flodoardus in Chronico *Carolum Simplicem* Francorum Regem hoc anno diem extremum clauſiſſe teſtatur. Poſt ejus mortem anni Rodulfi Regis a Francis in Actis publicis ſunt uſurpati ſed apud Transligeritanos nova numerandi formula inita eſt uſque ad Regnum Ludovici Tranſmarini ejus filii, qui tunc in Anglia agebat, & unde anno tantum CMXXXVI. in Galliam transfretavit, & regni poſſeſſionem iniit, ut eo anno videbimus. Ante ejus adventum hæc formula uſurpata: *facta ſcriptura venditionis VIII. Idus Maii, anno primo quod obiit Karlus Rex filius Ludovici, Chriſto regnante & Regem expectante*, vel anno ſecundo, anno tertio, &c. ut videre eſt apud Baluzium in Appendice ad Capitularia Reg. Franc. Act. CXXXVIII. ubi plura hujus formulæ exempla ex inſtrumentis publica exſcripta exhibet. *Odgiva* filia Edoardi & ſoror Athelſtani Anglorum Regum, & Caroli Regis uxor, videns hunc in cuſtodiam coniici cum filio Ludovico in Britanniam trajecit. In Francia vero mortuo Carolo res non parum turbidæ fuere, Rodulfo, Hugone, & Heriberto Comite Veromanduorum inter ſe diſſidentibus.

*Moritur Carolus Simplex Rex. Fran.*

II. *Leo* hujus nominis VI. Pontifex Romanus, qui anno ſuperiori circa diem vigeſimum nonum Junii Pontificatum ſuſceperat, currenti ſupremum diem obiit poſtquam menſes ſeptem & dies V. non vero menſes VI. & dies XV. ut habet Baronius, Eccleſiam Romanam rexiſſet. Flodoardus enim in libello de Pontif. Rom. poſtquam de Joanne X. locutus eſt, ait: [1]

*Stephanus VII. PP. ſuccedit Leoni VI.*

*Pro quo celſa Petri ſextus Leo regmina ſumens,*
*Menſibus hac ſeptem ſervat, quiniſque diebus;*
*Prædeceſſorumque petit conſortia vatum.*

Catalogi itaque omnes quoad dies mendoſe deſcripti. Cumque *Leo* VI. mortuus ſit circa diem tertium menſis Februarii, *Stephanus* VII. eo etiam circiter die Pontifex Romanus creatus eſt.

III. Flodoardus in Chronico de Saracenis Fraxinetum occupantibus ait: *Via Alpium a Saracenis obſeſſa, quibus multi Romam proficiſci volentes, impediti revertuntur.* Luitprandus lib. 4. cap. 2. poſtquam dixit Hugonem Italiæ Regem filium ſuum Lotharium in conſortium regni adſcivisſe, quod anno ſequenti contigit, ait: *Dum hæc aguntur, Fraxinetum Saraceni inhabitantes, collecta multitudine, Aquas, qui eſt locus quinquaginta milliaris a Papia diſtans, uſque pervenerant. Horum pro bolos ideſt pradux, Sagitus Sarracenus peſſimus impiuſque extiterat. Deo tamen propitio pugnæ commiſſa ὑπατείαν ideſt miſer, cum omnibus ſuis interiit.* Quod ſi Saraceni Fraxineto Aquas Statielorum uſque, oppidum in Monteferrato hodierno poſitum excurſiones fecerint, quis dubitare poteſt, quin ex eodem loco ad urbes viciniores vel mari vel terra venerint. Errarunt tamen Bouchæus in Hiſtor. Provinciæ lib. VI. pag. 775. & San-Marthani in Archiepiſcopis Aquenſibus qui arbitrati ſunt Flodoardum lib. 4. Hiſt. cap. 22. de Odalrico Epiſcopo Aquenſi Saracenorum perſecutionem fugiente loquentem, intelligendum eſſe de Archiepiſcopo Aquenſi in Provincia. Jam enim an. CMXX. oſtendimus poſt prælium ad Juncarias habitum, univerſas Vaſconiæ Eccl. Garumnam inter & Pirenæos ſitas a Saracenis Hiſpanias incolentibus deſolatas fuiſſe, ac tunc Odalricum Aquarum in Vaſconia Epiſcopum ad Urbem Remenſem ſecedere coactum fuiſſe. Quare Odalricus non Aquis in Provincia ſed Aquis in Vaſconia Epiſcopus fuit.

*Loca vicina Fraxineto a Saracenis devaſtata.*

NOTÆ [1] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. de Leone VI. hæc habet: *Leo ſedit menſes VII.* In Regeſto Sublacenſi pag. 77. habetur donatio facta anno primo Pontificatus *Stephani Septimi*, quæ ita exorditur: *Anno Deo propitius Pontificatus Domni Stephani ſummi Pontifici & univerſali ſeptimi Papæ in ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli, primo. Indict. tertia menſe Decembris die XXII.* Indictio *tertia* exordium hic ſumit a Kalendis Septembris, & reſpondet A. D. 929. quo jam ſedebat *Stephanus VII.* Ibi *Maria Ancilla Dei* pro remedio animæ ſuæ & parentum ſuorum donat & offert *Leoni* Abbati monaſterii Sublacenſis pratum unum poſitum in fundo, qui vocatur *Pozzello* juxta Agozanum via Numentana milliario ab urbe Roma plus minus quarto. Jurat per ſalutem *Stephani ſeptimi Papæ*.

S U B S C R I P T I O N E S.

† Signum manu ſupraſcripta Maria ancilla donatrix
† Sergius in Dei nomine Conſul & Dux teſtis.
† Benedictus nobili viro teſtis.
† Leone in Dei nomine Conſul & Dux teſtis
† Gratianus in Dei nomine Conſul & Dux teſtis
† Arnolfus in Dei nomine Conſul teſtis. GEORGIUS

I. Danorum Eccl. refloreſcit.

ANnus ſequitur Redemptotis trigeſimus poſt nongenteſimum, tertia Indictione cœptus, quo, inquit Sigebertus, *Henricus Rex Reges Northmannorum & Abroditarum Chriſtianos facit.* Ita quidem Rex maxime pius ab his, quos vincebat barbaros, duo exigere conſuevit, Fidem Catholicam videlicet & tributum. Factum eſt autem, cum idem Rex cum exercitu penetraſſet in Daniam, & ejus Principes ſibi feciſſet obſequentes, ut ibi prædicatione ſanctiſſimi viri Unni Archiepiſcopi Hamburgenſis Chriſtianitatem, quam conſecuti olim fuerant ab Anſgario Dani, receperint. De his enim vetus Chronographus Adam ſæpe citatus hæc habet: (*a*) *Tunc beatiſſimus noſter Archiepiſcopus Unni videns oſtium Fidei Gentibus apertum eſſe, gratias Deo egit pro ſalute paganorum, præcipue vero quoniam legatio Hamburgenſis Eccleſiæ pro temporis importunitate diu neglecta, præveniente miſericordia Dei & virtute Regis Henrici, locum & tempus operandi accepit. Igitur nihil aſperum & grave ſe arbitrans ſubire poſſe pro Chriſto, latitudinem ſuæ diœceſis per ſeipſum elegit circuire. Secutus eſt eum (ut ajunt) grex univerſus Bremenſis Eccleſiæ, boni paſtoris abſentia mœſti, ſecumque in carcerem & in mortem ire parati.*

(*a*) *Adam hiſt. Eccl. l. 1. c. 49. 50. 51.*

II. *Poſtquam vero Confeſſor Dei pervenit ad Danos, ubi tum crudeliſſimum Gorm diximus regnare: illum quidem pro ingenita flectere nequivit ſævitia. Filium vero Regis Haraldum ſua dicitur prædicatione lucratus, quem ita fidelem Chriſto perfecit, ut Chriſtianitatem, quam pater ejus ſemper odio habuit, ipſe haberi publice promitteret, quamvis nondum Baptiſmi ſacramentum perceperat. Or-*

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſpan. CMLXVIII. An. Heg. CCCXVIII. inchoato die 3. Feb. fer. 4. A. C. 930.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6423.

☉ 15. C. ☽ 19. P. 18. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 930.

STEPHANI VII. PAPÆ 2.

CONSTANTINI VIII. IMP. 19. cum Romano Imp.

I. *Bohemi ab Henrico Germaniæ Rege domiti.*

AD num. I & ſeqq. Hermannus Contractus ex editione Caniſii ad hunc annum ſcribit: *Heinricus Rex Bohemiam petit.* Witichindus lib. I. Annal. refert, Henricum Germaniæ Regem Pragam adiiſſe cum omni exercitu, Bohemorum urbem Regemque ejus in deditionem accepiſſe, & Bohemia tributaria facta in Saxoniam reverſum eſſe.

II. *Abodriti & Dani fidem Chriſtianam recipiunt.*

Idem Hermannus Contractus ad annum CMXXXI. ait: *Henricus Rex Reges Abodritarum & Nordmannorum Chriſtianos fieri fecit, ipſeque Gallias petiit.* Vitichindus vero loco citato: *Cum omnes in circuitu nationes ſubjeciſſet, Danos, qui navali latrocinio Freſones incurſabant, cum exercitu adiit, vicitque & tributarios faciens, Regem eorum nomine Nubam baptiſmum percipere fecit.* Quæ de Jutarum regione, eorumque Principe Nuba ſeu Chnuba, aut Chupia accipienda aliqui tradunt. Continuator Reginonis Abotridorum & Danorum Regem Converſionem ad annum ſequentem etiam revocat. [1]

III. *Moritur S. Nicol. Pat. Conſtantinop.*

Mors *Sancti Nicolai Myſtici* Patriarchæ Conſtantinop. quam Baronius in hunc annum diſtulit, quia Curopalates tradit eam accidiſſe *indictione tertia*, retrahenda ad annum nongenteſimum viceſimum quintum indictione XIII. notatum. Indictiones enim per tempora Porphyrogennetæ & Romani Impp. in Hiſtoricis Byzantinis plerumque depravatæ. Recte tamen habent incertus Continuator Theophanis in Vita Romani Lacapeni num. XIX. *Maii menſis die quinta decima, indictione tertia decima, moritur Nicolaus Patriarcha, cum a ſecunda provectione annos tredecim throno potitus eſſet. Menſe Auguſto Patriarcha ſufficitur Stephanus Amaſeæ Metropolita, eunuchus.* Idem habent Simeon Logotheta & Georgius Monachus, niſi quod Logotheta loco, *indictione XIII.* habet *indictione III.* aitque eum Patriarchatu potitum eſſe an. XIV. Cum enim Hiſtorici Byzantini poſt mortem Leonis Sapientis in thronum ſuum reſtitutum fuiſſe ſcribant, conſequenter annos ei XIV. attribuunt. Ipſemet *Nicolaus* in Epiſtola ad Ro-

NOTÆ [1] JUvat hic aliqua referre quæ ad illuſtrandos Annales Eccleſiaſticos plurimum conducere arbitror, quod ad Danorum converſionem ſpectat. Leguntur autem in Chronico quodam Danico quod primum eſt inter duodecim Danorum chronica a Ludevvig vulgata in Reliquiis tom. 9. *An.* IↃCCCCXXXI. *obiit Gorm Horde-Kunde Rex Danorum, & ſucceſſit Gorme & regnavit annis ....... In diebus illis Dani incenſis Eccleſiis Sacerdotes ante Altare trucidaſſe, Clerum vulgo mixtum hunc impune occidiſſe, aut ductos in captivitatem &c. tunc Confeſſor Dei Reimbertus venit ad Danos, ubi crudeliſſimum Gorm illum quidem pro ingenti flectere ſævitia nequit. Filium autem Regis, Haraldum nomine, ſua dicitur prædicatione lucratus, quem ita fidelem Chriſto perfecit, ut Chriſtianitatem, quam pater ejus ſemper odio habuit, ipſe publice haberi permitteret, quamvis nondum Sacramentum Baptiſmi percepit. Ordinatis itaque per ſingulas Eccleſias Sacerdotibus, Sanctus Dei multitudinem commendaſſe fertur Araldo, cujus etiam fultus adjutorio & legato omnes Danorum Inſulas penetraverit evangelizans verbum Dei gentibus & fideles quos invenit, illos captivans in Chriſto confirmas.* MANSI



*Ordinatis ita in Regno Danorum per ſingulas Eccleſias ſacerdotibus, Sanctus Dei multitudinem credentium commendaſſe fertur Haraldo. Cujus etiam fultus adjutorio & Legato, omnes Danorum inſulas penetravit, evangelizans verbum Dei Gentibus, & Fideles, quos invenit illic captivos, in Chriſto confortans. Deinde veſtigia ſecutus magni prædicatoris Anſgarii, mare Balticum remigans, non ſine labore pervenit in Bircam, quo jam poſt obitum S. Anſgarii annis ſeptuaginta nemo Doctor auſus pertingere, præter ſolum (ut legimus) Rimbertum. Ita perſecutio noſtros retinuit.* Et inferius poſt loci deſcriptionem hæc de ejuſdem prædicatione:

III. *In eo portu Confeſſor Domini egreſſus inſolita populos appellare cœpit legatione. Quippe Sueones & Gothi, vel (ſi ita melius dicuntur) Northmanni propter barbaricæ excurſionis tempora, qua paucis annis multi Reges cuncto Imperio dominati ſunt, Chriſtianæ reli-*

PAGIUS Romanum Pontificem data, ut anno CMXII. vidimus, teſtatur ſe a Leone Sapiente morti proximo in thronum Conſtantinopolitanum reſtitutum eſſe, ideoque annos XIV. poſt reſtitutionem ſuam Patriarchatum geſſit.

IV. *Cur Myſticus dictus.*

Codinus libro de Officiis & Officialibus Curiæ & Eccleſiæ Conſtantinop. cap. 2. memorans nomina Officialium Palatii Conſtantinopolitani numerat inter eos *Myſticum*, qui erat ſecretioris Conſiſtorii, Secreti dicti Regius & primus miniſter, ut explicat Goarus in Notis pag. 28. quia Suidas in voce ἡγεμονεία ait: *Imperator ſecreti aſſeſſoribus & arcanorum judiciorum curatoribus præſidet*, qui addit, cauſas ad primum illum Miniſtrum delatas fuiſſe præcipue homicidia & ſacrilegia. Eo itaque munere integerrime functus eſt Sanctus *Nicolaus*; cum in aliquibus Menæis apud Bollandum ad diem XV. menſis Maii relatis, ad eumdem diem, in aliquibus ad diem XVI. & in aliis ad diem XIV. inſcribatur. Extat Tomo I. Juris Græco-Romani lib. 4. inter Sententias Synodales pag. 249. Conſtitutio ſub titulo *Nicolai Priſci*, quod literæ Patriarchales petentibus gratis concedantur. Dictus autem *Nicolaus Priſcus*, ſeu hujus nominis primus, reſpectu eorum ejuſdem nominis, qui poſtea Sedem Conſtantinopolitanam adminiſtrarunt.

V. *Lotharius in conſortium Regni Italiæ a patre adſcitus.*

Luitprandus lib. 4. cap. 1. ſcribit: *Rex Hugo dum proſpere ſibi cuncta proſpiceret, filium ſuum Lotharium, quem ex Alda uxore ſua genuerat, cunctis conniventibus, poſt ſe Regem poſuit.* Quod hoc anno contigiſſe oportet, cum Rubeus lib. 5. Hiſtor. Ravenn. teſtetur, in multis hujus ſæculi Monumentis Ravennenſibus annum Regni *Lotharii* primum, *Hugonis* quintum appellari, eiſque reſpondere inſequentium annorum tabulas complures. Erravit itaque Sigonius lib. 6. de Regn. Ital. ubi hanc *Lotharii* Regis inaugurationem in annum CMXXXII. differt; eamque cum expeditione *Arnulphi* Bajoariæ Ducis in Italiam copulat; cum tamen hæc anno CMXXXIV. vel inſequenti facta fuerit ex iis, quæ ſupra diximus, & *Lotharii* coronatio eam aliquot annis præceſſerit. Sigonium aliosque viros Eruditos *Luitprandus* ſæpe in errorem induxit quod ordinem temporum non ſemper ſervet, & quæ variis annis geſta uno tenore recitet. Sic initio libri 4. de inauguratione *Lotharii* Regis verba facit, & jam lib. 3. cap. 11. de Ratherii Monachi ad Epiſcopatum Veronenſem promotione, egit; cum tamen hæc ad annum CMXXXII. & illa ad præſentem pertineat. Quod valde obſervandum ad multos errores Chronologicos vitandos. [1]

VI. *Pax inter Hugonem Italiæ & Rodulfum II. Burgundiæ Reges ſancita.*

Luitprandus lib. 3. cap. 13. de his loquens, quæ per circiter tempora geſta ſunt, ait: *His temporibus Italienſes in Burgundiam ad Rodolfum mittunt, ut adveniat. Quod Hugo Rex ut cognovit, nunciis ad eum directis, omnem terram quam in Gallia ante regni ſuſceptionem tenuit, Rodulfo dedit, atque ab eo jusjurandum, ne aliquando in Italiam veniret, accepit.* Alphonſus Delbenes Epiſcopus Al-

NOTÆ [1] LOtharius hoc quidem anno aſcitus in Regni ſocietatem fuit, & a ſua in Regem deſignatione epocham unam incepit, quam & ante medium Auguſtum collocandam, ſuadet diploma authographum Mediolanenſe apud Saxium Not. in Sigon. tom. 2. col. 401. novæ edit: *Datum XVIII. Kal. Septembris anno Dominicæ Incarn. DCCCXLII. Regni vero Domni Hugonis Regis XVII. filii & Lotharii Regis XIII. Indictione XV. Actum Papiæ.* Immo & præponendam eſſe diei X. Junii evincit Diploma archetypum vulgatum a Muratorio in Antiquit. Ital. tom. 1. col. 373. ſignatumque: *IV. Idus Auguſti, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXLII. Regni vero Domni Hugonis Regis XVII. Lotharii XIII. Indictione ... Papiæ.* Alteram vero epocham duxit Lotharius a coronatione quam in ſequentem annum dilatam fuiſſe ex Diplomatibus conſtat, ac inter cætera probat Charta ex autographo e Pluteis Mediolanenſibus ab eodem Saxio prolata, quæ ſignata legitur. *Anno Regni Hugonis undecimo, & Lotharii item Regis filii ejus ſexto menſe Novembris, Indictione decima.* Is eſt annus 936. quem Lotharius ſextum Regni non numeraſſet, niſi annos, ſive poſt menſem Novembris anni 930. vel anno 931. cœpiſſet. Conſentit vetus Chronicon Regum Italiæ de quo nos in Nota ad A. 926. 2. quod Regnum Lotharii cum Patre annis 16. & diebus 6. definit. Cum enim Hugo obierit anno 947. die 20. Aprilis, ut nos ibidem; ducta ſupputatio revocat nos ad annum 931. diem 14. Aprilis, quæ illo anno in Feriam V. poſt Paſcha incidebat, qua die Mediolani Natale S. Ambroſii colitur. Hæc Saxius ibid. Hanc Saxii animadverſionem confirmat vetus Placitum Aretinum, quod ex autographo recitat Muratorius in Opere *Antichità Eſtenſi &c.* pag. 147. in eo enim inſeritur Judicatum quoddam datum *anno Hugonis quintodecimo, ſeo* (ſed) *& Lotharius dilecto filio ejus, anno regni ejus decimo, menſe Aprilis, Indictione quarta decima.* Is eſt annus 941. cujus menſe Aprili ſi Lotharius annum decimum agebat, profecto conſtat regnum illud anno 931. poſt Aprilim cœpiſſe. MANSI

*ligionis penitus obliti, haud facile poterant ad Fidem perſuaderi. Accepimus a ſæpedicto Rege Danorum Sven, tunc apud Sveones imperitaſſe quemdam Ring cum filiis Erich & Emund, ipſumque Ring ante ſe habuiſſe Amund, Biorn, Olaph, de quibus in geſtis S. Anſgarii legitur, & alios quorum non occurrit vocabulum. Eſt credibile, athletam Dei Unni eoſdem Reges, quamvis non crediderint adiiſſe, eorumque licentia Regnum Dei per Sveoniam prædicaſſe. Meo autem arbitratu, ſicut inutile videtur eorum acta ſcrutari, qui non crediderunt: ita impium eſt præterire ſalutem eorum, qui primum crediderunt, & per quos crediderunt. Sveones igitur & Gothi a Sancto Anſgario primum in Fide plantati, iterumque relapſi ad paganiſmum, a ſancto patre Unni ſunt revocati. Sufficit hoc ſcire, ne ſi plura dicimus, mentiri velle dicamur: Melius eſt enim (ut ait B. Hieronymus) vera dicere ruſtice, quam falſa diſerte proferre.* Hæc veritatis amantiſſimus auctor de coaleſcente nova Eccleſia inter barbaricas vepres.

*Quo pariter anno Conſtantinopoli defuncto Nicolao Patriarcha, in locum ejus ſubrogatur Stephanus Archiepiſcopus Amaſeæ.* Hæc ex Curopalate.

An-

PAGIUS Albienſis lib. 1. de Regno Burgundiæ Transjuranæ & Arelatis, Ducheſnius libr. 2. de Ducatu Burgund. & Bouchæus libr. 6. Hiſtoriæ Provinciæ tradunt pacem Hugonem inter & Rodulfum conſtitutam fuiſſe his præcipue conditionibus, ut Rodulphus *Adelidem* filiam *Lothario* filio Hugonis in matrimonium daret, totumque jus quod in Regno Italiæ ſperare poſſet, Hugoni cederet; *Hugo* autem totum jus quod ei in Regnum Arelatenſe competeret, in *Rodulfum hujus nempe nominis II. transferret*, excepto Comitatu Arelatenſi, quem ſibi Hugo reſervavit. At Lotharium non niſi poſt Rodulfi mortem Adelaidem ſibi ſociaſſe, infra conſtabit. Tunc itaque ſponſalia tantum peracta fuiſſe oportet. Rodulphus hac pace dominationem ſuam ultra montem Juram uſque ad mare Maſſilienſe extendit, & Burgundiæ Transjuranæ, Ciſjuranam ſuperiorem, Delphinatum, Sabaudiam, aliaſque quaſdam ditiones adiecit, ſe ſeque Burgundiæ, Alemanniæ & Provinciæ Regem dixit.



I. Stephan. Pap. obitus & Joann. XI. invaſio.

ANnus ſequitur Chriſti nongenteſimus trigeſimusprimus, quarta Indictione inchoatus, quo Stephanus Octavus, Septimus dictus, cum ſediſſet annos duos, menſem unum, & dies quindecim ex hac vita migravit. Cum in ejus locum potentia Widonis Tuſciæ Marchionis & Maroziæ matris intruditur Joannes, Sergii pſeudopapæ ex dicto ſcorto Marozia filius. Talia pati coacta eſt S. Dei Romana Eccleſia, ut ſic deformiter a tanto monſtro invaſa conculcaretur. De cujus invaſione hæc habet Luitprandus (a) *Quo mortuo* (de prædeceſſore Pontifice loquens) *ipſum Maroziæ filium nomine Joannem, quem ex Sergio Papa meretrix ipſa genuerat, Papam conſtituunt.* Wido ſcilicet Tuſciæ provinciæ Marchio & ipſa Marozia ejus conjux. Porro pſeudopontificem Joannem hunc adhuc ætate juniorem fuiſſe oportuit, qui matrem talem meretricem haberet ætate florentem, amoribus aptam, adeo ut ſua pulchritudine Hugonem Italiæ Regem poſt mariti Widonis obitum provocavit, & immenſo ejus damno in Urbem protraxerit, ut ſuo loco dicturi ſumus. Ita plane tantæ vires Marchionibus Tuſciæ in Urbe erant, ut pro arbitrio quos vellent e Pontificali Sede deponerent, & alios intruderent, ut ex eodem hujus temporis ſcriptore Luitprando facile intelligi poteſt. Cum enim (quod dictum eſt) occupaſſent munitionem pontis Hadriani, dictam ab Eccleſia in vertice collocata, Sanctum Angelum, dominabantur Urbi; cum & divitiarum potentia Romanos ſibi etiam devinxiſſent. Munitio S. Angeli. Quamdiu igitur viguit horum tyrannis, infeliciſſimus fuit in omnibus Romanæ Eccleſiæ ſtatus, ut ſæpe contigerit eam non

(a) *Luitp. l. 3. c. 12.*

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſp. CMLXIX. Anno Hegiræ CCCXIX inchoato die 23. Januar. fer. 1. A. C. 931.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 6424.

☉ 16. B. ☽ 1. P. 10. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 931.

JOANNIS XI. PAPÆ 1.

CONSTANTINI VIII. IMP. 20. cum Romano Imp.

I. *Joannes XI. PP. ſuccedit Stephano VII.*

AD n. I. Stephanus VII. qui an. CMXXIX. circa diem tertium menſis Februarii Pontificatum ſuſceperat, currenti circa diem decimum quintum menſis Martii finem vivendi fecit, poſtquam ſediſſet annos duos, menſem unum, ac dies duodecim, ut prodit Flodoardus in Libello de Pontif. Rom. [1]

*Septimus hinc Stephanus binos præfulget in annos,*
*Aucto menſe ſuper, biſſeno ac ſole jugato*
*Diſpoſita poſt quod ſpatium ſibi ſede locatur.*

Annos etiam duos, menſem unum & dies duodecim Honorius Auguſtodunenſis, Martinus Polonus & varii Catalogi ei atribuunt; ex quibus alios emendandos liquet. Stephano ſuccedit *Joannes undecimus*, Sergiii III. ex Marozia ſcorto filius, ut docet Luitprand. lib. 3. cap. 12. Verum quidem eſt Tom. III. Spicilegii Dacheriani pag. 463. referri privilegium Cœnobio Vizeliacenſi a Joanne Papa conceſſum, quod dicitur ſcriptum *per manum Andreæ Scrinarii S. R. E. in menſe Januario indict. VI. Datum vero VI. Idus Januar. per manum Gregorii Deo amabilis Sacellarii S. Sedis Apoſtolicæ, anno III. Deo propitio, Pontificatus domini noſtri Joannis Summi Pontificis & univerſalis XI. Papæ in ſacratiſſima ſede BB. Apoſtolorum.* Ex quo ſequitur, hujus Pontificis exordium incidere ante diem nonum menſis Januarii præſentis Chriſti anni. Verum tam ex dictis de ejus Deceſſoribus, quam ex infra dicendis de iis, qui eum excepere, perſpicuum ſit annum illum III. mendoſe deſcriptum fuiſſe & legendum, *anno II. Deo propitio, Pontificatus*, &c. Vidit hunc errorem Papebrocius in Joanne XI. qui niſi corrigeretur alicujus Pontificis anni mutilandi eſſent, cum tamen accurate deſignati videantur.

Hoc circiter anno celebratum Concilium apud *Althaim* Rhætiæ pagum ab *Hildeberto* Moguntinenſi Archiepiſcopo. Hujus quidem Synodi nulla in Conciliorum Collectionibus mentio; ſed Burchardus lib. 1. cap. 227. aliqua ex eadem refert, quibus intelligimus eam Capitula XXXVII. complexam eſſe, ac circa hunc annum habitam; cum eidem interfuerint Epiſcopi qni anno ſequenti præſentes fuerunt Concilio Erfordienſi, a Baronio ibidem integro recitato. Hæc Burchardi verba: *Sed & hoc ibidem inventum eſt de Epiſcopis, Presbyteris & Clericis, ſi hæreditatem a Domino Rege, vel ab alio Principe, vel amico ſuo, ſeu per hæreditariam ſortem ſibi devenerit, vel acquiſierunt, donare eis liceat hanc cui voluerint, dum vivunt pro remedio animæ ad Eccleſiam quamcumque elegerint vel conſanguineis ſuis vel amicis. Sin autem antea obierint quam firmiter perfecerint: altari cui ſerviunt omnia perpetuo ſanctificentur, & in jus tradantur. Similiter de Presbyteris ſtatutum eſt. Hildebertus Moguntinenſis Archiepiſcopus ſubſcripſit, Robertus Trevirenſis Archiepiſcopus ſubſcripſit, Hunni Hameburgenſis Archiepiſcopus ſubſcripſit, Adalguardus Fardinen-*

II. *Concilium apud Althaim.*

NOTÆ [1] CAtalogus Romanorum Pontificum in Cod. Vat. 1340. *Stephanus ſedit annos II. menſemque I. dies XII.* GEORGIUS

non habere legitime creatos Pontifices, ſed quos ſæcularis potentia intruſiſſet. An-

PAGIUS *nenſis Epiſcopus ſubſcripſit*. (in Concilio Erfordienſi dicitur Fardunenſis) *Rychuvinus Argentinenſis Epiſcopus ſubſcripſit. Nothingus Conſtantienſis Epiſcopus ſubſcripſit. Uneuvanus* (ſeu, ut dicitur in Concilio Erfordienſi Unuvanus) *Padeburnenſis Epiſcopus ſubſcripſit. Udalricus Auguſtenſis Epiſcopus ſubſcripſit. Bernhardus Haluvartanenſis* (legendum, Halberſtatenſis, qui hoc tempore Epiſcopus erat) *Epiſcopus ſubſcripſit. Rumaldus Minugardenouvardenſis* (legendum, ut in Concilio Erfordienſi, Memigernafurdenſis, ideſt Monaſterienſis) *Epiſcopus ſubſcripſit. Eberis Mindunenſis* (legendum cum laudato Concilio, Erburgiſo Mimidonenſis, vulgo Milden) *ſubſcripſit. Necnon & Abbates cum cæteris ſacri ordinis viris ſubſcripſerunt*. Ex hoc Concilio ſeries Epiſcoporum variarum Diœceſeon illuſtrari poſſunt. Buchardus in margine illius Capituli ait, Concilio apud Altheim habito Regem Conradum interfuiſſe. Verum *Conradus* Germaniæ Rex jam ab anno CMXVIII. obierat, & Sanctus *Udalricus* anno tantum CMXXIV. Auguſtenſis Epiſcopus dictus eſt. *Notingus* vero Conſtantienſis Epiſcopus anno CMXXXIV. juxta Hermannum Contractum ex editione Caniſiana ſupremum diem obiit, ideoque Concilium hoc ſub Henrico Germaniæ Rege coactum ac diverſum ab eo quod Conrado regnante anno CMXVI. indictum, de quo eo anno egimus. Idem Burchardus lib. XI. cap. LXXVIII. refert Capitulum XXVII. Concilii apud Altheim habiti *de Clericis, qui fugerint Eccleſias ſuas & de ſervis qui proprios dominos fugerint*, quod ad hoc Concilium, non vero ad illud quod in eodem loco anno CMXVI. congregatum, revocandum exiſtimo, cum in priori Synodo apud Altheim pauciora videantur condita Capitula quam in poſteriori quam veroſimile eſt Eccleſiaſticam tantum diſciplinam reſpexiſſe.

III. Flodoardus in Chronico ad hunc Chriſti annum ſcribit: *Rodulfus Viennam profectus Karolo Conſtantino Ludovici Orbi filio, qui eam tenebat ſubjectionem pollicitante, revertitur, & Turonum ad ſanctum Martinum orationis gratia proficiſcitur*. Rodolfus II. Burgundiæ Transjuranæ Rex Conſtantino filio Ludovici Orbi Comitatum tantum Viennenſem dedit, ſed Radulfus Galliarum Rex Viennam ad ſe pertinere exiſtimans, *Carolum Conſtantinum*, ut ſibi ſacramentum diceret, adegit. Tum Flodoardus ad annum CMXXXIII. *Vienna Rodulfo Regi, tradentibus eam his qui eam tenebant, deditur*; ſed Principatus ille non extinctus. *Carolus Conſtantinus Comes Viennenſis.*

*Chriſtophorus Imperator mortuus eſt menſe Auguſto, indictione IV. Romano patre illius funus ingenti luctu ac planctu proſequente*, inquit incertus Continuator Theophanis num. XXXI. cui alii Hiſtorici Byzantini ſuffragantur. Filius erat primogenitus Romani Lacapeni. *Romano Imperatore conſtituto*, inquit Luitprandus lib. 3. cap. 9. *Chriſtophorum, quem ante imperii dignitatem habuerat, Imperatorem conſtituit*, (anno ſc. CMXIX.) *Poſt imperii vero ſui ordinationem, uxor ejus filium ei peperit nomine Stephanum. Rurſus concepto fœtu, alium ei peperit nomine Conſtantinum. Quos omnes Imperatores conſtituens, contra jus faſque, & ſecum Chriſtophorum primogenitum domino ſuo Imperatori Conſtantino Porphyrogenito præpoſuit: adeo plane ut procedentes ad publicum ad Sanctam Sophiam ſcilicet, vel ad Ulachernas, ſeu ad Sanctos Apoſtolos, Romanus cum Chriſtophoro primogenito præcederent, Conſtantinus Porphyrogenitus & duo cæteri ſequerentur*. Gregorius diſcipulus Sancti Baſilii Junioris Anachoretæ apud Cpolim ſcribit, Chriſtophorum reliquiſſe filium nomine Michaelem, *qui coronatus quidem non eſt, ſtola tamen Imperiali & coccineis calceis honeſtabatur, poteſtate etiam nonnulla præditus, & aſſectantium ſplendore glorioſus. Ipſa vero Helena* (filia Romani Imp. & uxor Conſtantini Porphyrogeniti) primum inter Auguſtas locum obtinebat. IV. *Obitus Chriſtophori Imp.*



I. ANnus Redemptoris nongenteſimus trigeſimus ſecundus, Indictione quinta inchoatur (a), quo novis motibus Italia quatitur, Arnoldo Bajoariæ Duce adverſus Hugonem Italiæ Regem Veronam uſque progrediente, ſed repellitur ab Hugone, a quo pariter (b) Raterius Veronenſis Epiſcopus, qui eum vocaverat, Verona deducitur, & Papiam relegatur, ubi de ſui exilii ærumna librum conſcripſit. De Arnoldo, quem alii Arnolphum nominant, S. Udalricus Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus per quietem vidit, in concilio Sanctorum ipſum accuſari, & judicari uti ſacrilegum, deſtructorem monaſteriorum, & eorum bona laicis dividentem: de quo Othonis Friſingenſis eſt quoque ſimilis accuſatio, cum de ipſo ait (c): *Hic eſt Arnolphus, qui Eccleſias & monaſteria Bajoariæ crudeliter deſtruxit, & poſſeſſiones earum militibus diſtribuit*. Occiſus autem ipſe, ubi ejus eſt completa nequitia, poſt civitatem Auguſtanam ab eo deprædatam. Has tantum fruges ſterilis annus in horrea Annalium inſert. ☞ Sed locupletatur auctario, nempe Concilio Erpesfurt, alias Erfordiæ hoc ipſo anno celebrato, quod poſt cuſum hunc Tomum accepimus; ſic ſe habet: Conc. Erfordienſ.

(a) Sigeb. hoc anno.

(b) Luitp. l. 3. c. 14. in fine.

Italia per Arnoldum turbata.

(c) Othon. l. 6. c. 18.

II. *Anno ab Incarnatione Domini noſtri JESU Chriſti DCCCCXXXII. anno etiam Domini* * *H. Regis Chriſtianiſſimi XIV. Indictione quinta, ſub die Kalendarum Juniarum congregata eſt apud Erpesfurt ſancta, & univerſalis Synodus, ut Rex ſapientiſſimus cum conſilio primatum ſuorum decrevit, inſpirante omnium Salvatoris clementia pro utilitate & ſtatu ſanctæ matris Eccleſiæ. Cujus Regis ſolertiam prudentiſſimi Viri Hildeberti Archiepiſcopi* * *gubernabat: conſidentibus religioſiſſimis ſacerdotibus, ideſt* **R. ſanctæ Treverenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, Unni Sanctæ Hamaburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Adalguardo* * *Fardunenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Ricuino Argentinæ civitatis Epiſcopo, Nodingo Conſtantiæ Eccleſiæ Epiſcopo, Unuvano Paderbrunnenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Berhardo Halveraſtadienſis Eccleſiæ Epiſco-*

* Henrici

* deeſt aliquid

* Ruitgero qui anno 934. obiit.

* Virdunenſis hodie in Gallia, ſed malim de Germania capi; Nam.



PAGIUS SÆC. X. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6425.

⊙ 17. AG. ☽ 2. P. 1. April. Indict. 5.

Anno Eræ Hiſpan. CMLXX. Anno Hegiræ CCCXX. inchoato die 13. Januar. fer. 6.

JESU CHRISTI 932.

JOANNIS XI. PAPÆ 2.

CONSTANTINI VIII. IMP. 21. cum Romano Imp.

A.C. 932. I. *Irruptio Arnoldi in Italiam.* AD num. I. *Arnoldum* Bajoariæ Ducem anno CMXXXIV. vel inſequenti Italiam invaſiſſe, & ex ea fugere coactum eſſe, oſtendimus anno CMXXVIII. numero IV. Ejus mors, cujus meminit Baronius, anno tantum CMXXXVII. contigit uti ei anno videbimus[1]

II. Ad num. II. Concilium *Erpfordienſe* in cauſa Diſciplinæ Eccleſiaſticæ celebratum, jubente *Henrico* Germaniæ Rege, *univerſale* appellatur, quod ei univerſæ pene Germaniæ Præſules interfuerint. Illud hoc annno *ſub die Kalendarum Juniarum* congregatum eſſe, in Præfatione ejus dicitur. Quinque in eo Canones conditi, integri a Baronio recitati. *Synodus Erfordienſis.*

III. Hoc tempore *S. Odo* Cluniacenſis Abbas II. in Galliis florebat, pluribuſque cœnobiis uniformem vivendi normam, qualis apud Cluniacum ſervabatur, præſcribebat. Hoc enim anno Abbatiam *Carilocum* dictam, quæ in Diœceſi Matiſconenſi poſita eſt Joannes, Papa XI. ei ſeu monaſterio Cluniacenſi, poſtulante Hugone Burgundiæ Duce, addixit *VII. Kal. Jannarii anno II. Pontificatus Indict. V*, ſed loco *Indict. V.* legendum, *Indict. VI.* a Kalendis ſcilicet Septembris in Italia hoc anno inchoata. Mabillonius Sæc. V. Benedict. in Elogio Hiſtorico hujus Sancti Abbatis num. XXVI. iſtius reſcripti meminit ſed ubi extet, non refert, additque, quædam item Italica *Floret S. Odo Abbas Cluniacenſis II.*

NOTÆ [1] HOc anno celebratum fuit Concilium Ratiſponenſe de rebus ad fidem & ad diſciplinam pertinentibus; juſſumque fuit ut certa quædam ſuffragia pro anima Epiſcoporum cum fatis obierint, perſolverentur. Adſuerunt Epiſcopi quinque, coiveruntque die XIX. Kalend. Februarii. Concilii hujus epitome apparuit in Collect. Vet. Monum. *tom. VII. col.* 53. Porro Concilium iſtud conſignatur anno 932. Arnolfi Ducis anno 10. Ex quo intelligas male a Pagio epocha Ducum Bojoariæ anno 919. conſtitutam fuiſſe, trahendamque eſſe ad 922. vel 923. Hoc autem Concilium unum idemque eſſe cenſeo cum Concilio Digolvicenſi quod e veteri MS. codice ſæculi XI. extraxit P. Hanſizius Germ. Sacr. tom. II. pag. 146. & ex illo relatum eſt in Collectionem Conciliorum Veneto-Labbeanam tom. XI. col. 1488. Id autem ex eo evincitur quod ab iiſdem Epiſcopis eodemque numero nec pluribus nec paucioribus utrumque habitum legatur, utrinque adeſt Chorepiſcopus, ac demum utriuſque idem eſt annus, nec res geſtæ utrinque diſcrepant. Locus quidem variat; ſed forte Dingolvica locus erat in Epiſcopatu Ratiſponenſi; Urbi autem principi tributum eſt, quod in ſubjecto illi oppido gerebatur. Ita pariter Moſomienſe Concilium anno 1186. celebratum, Remenſe a nonnullis appellatur, quod in loco Remenſi epiſcopatui ſubjecto celebratum fuerit. MANSI

φαραδηνος Germaniæ populi, qui forte Tacito Svardones. *Monaſterienſis. * Antonino Mimidunum vulgo Milden. * deeſt hic membrum præcedens tam, ut inſinuat ſequens particula, quam

*po, Othilrico Auguſtudunenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Burchardo Vuirtzburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Duodone Oſnaburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Rumaldo * Memigernafurdenſis Eccleſiæ Epiſc. Eburgiſo * Mimidonenſis Eccl. Epiſcopo, necnon & Abbatibus, aliiſque ſacri ordinis viris. Porro cum eorum unanimitate ac primum Deo favente capitula infra notata, * quam pro populi Chriſtiani correctione collecta ſunt.*

## Caput Primum.

*Ut deinceps natalitia XII. Apoſtolorum ſumma veneratione ſolemniter celebrentur; & in vigiliis antiquitus ſtatutis atque hactenus ab anteceſſoribus noſtris ſervatis jejuniorum vota omni diligentia perſolvere decernimus: quia quos cœlitus ſublimioris meriti ſcimus, hos & amplioris dignitate honoris a nobis colendos eſſe non dubitamus.*

## Caput Secundum.

*Burchar. l. 13. cap. 22. Jvo par. 4. c. 53. Decr. 15. q. 4. cap. placita.*

*Placita ſæcularia Dominicis, vel aliis feſtis diebus, ſeu etiam in quibus legitima jejunia celebrantur ſecundum canonicam inſtitutionem, minime fieri volumus. Inſuper quoqueglorioſiſſimus Rex ad augmentum Chriſtianæ religionis conceſſit, ut nulla judiciaria poteſtas licentiam habeat Chriſtianos ſua auctoritate ad placitum bannire ſeptem diebus ante Natale Domini, & a Quinquageſima uſque ad octavas Paſchæ, & ſeptem diebus ante Nativitatem S. Joannis Baptiſtæ, quatenus adeundi Eccleſiam, orationibuſque vacandi liberius habeatur facultas.*

## Caput Tertium.

*Burchar. l. 13. c. 28. Jvon. p. 4. cap. 60.*

*Præcipimus namque, ut nullus Chriſtianus Eccleſiam pro reverentia petendo, ibique manendo, indeque revertendo, alicujus publicæ poteſtatis banno ibidem conſtringatur, ne forte, dum ad Eccleſiam cauſa orationum properat, per bannum impediatur pro ſalute animæ devote inſiſtere.*

## Caput Quartum.

*Similia quædam in Concil. Agathenſi capit. 4. apud Jvon. p. 6. cap. 226.*

*Si quis presbyter, aut Diaconus negligens vitæ ſuæ, mala de ſe ſuſpicari permiſerit, & ejus infamia coram Epiſcopo canonice denotatur, admoneatur ab Epiſcopo ſemel, bis, ac tertio, ut vel prodendo reatum culpabilem ſe eſſe cognoſcat, & ſic juxte correptionis ſententiam excipiat, aut adhibitis ſecum collegis juramento ſe expurgando innocentem ſe eſſe demonſtret.*

## Caput Quintum.

*Burchard. l. 13. cap. 27. Jvon. p. 4. c. 59.*

*Ut nemo niſi conſentiente proprio Epiſcopo, aut ejus Miſſo, jejunium ſub obtentu religionis ſibi imponant, unum præ aliis excipiendo, omnimodo interdicimus.*

*Quod*

PAGIUS lica in Cluniaci poteſtatem tunc veniſſe, nempe Suppentonienſe, Adventinum S. Pauli Romæ, uti ex Joanne in ejus Vita manifeſtum eſt, atque Salernitanum, cujus Fratribus idem Joannes Odonis Vitam dedicavit. Iis omnibus, aliiſque non paucis præfuit *Odo* non ſecus atque Abbas generalis; quæ res a *S. Pachomio* primitus in Oriente inſtituta, in Occidente per Benedictum Anianenſem tentata, demum ab Odone perfecta eſt. Unde a nonnullis S. Benedicti in Gallia Ordinis Auctor habitus eſt, propterea quod Monaſteria complura, quæ antea partim deſtructa, omnino a ſe ſe diſtracta erant, in unum quaſi corpus adduxit. Hinc Flodoardus in Chronico, eum *multorum reſtauratorem monaſteriorum, ſanctaque Regula reparatorem* vocat; & Glaber ait: *Hic tantum hujus inſtituti propagator extitit, ut a Beneventana provincia, quaque habebantur in Italia & in Galliis uſque Oceanum mare potiora monaſteria, illius ditioni gratularentur eſſe ſubjecta.* Tanta demum erat ejus nominis ac religionis celebritas, ut ad eum non modo laici nobiles & Clerici; ſed etiam Epiſcopi dignitatibus abdicatis confluerent, teſte Joanne laudato in lib. III. ejus Vitæ num. X. Hæc & plura hujuſmodi Mabillonius laudatus.

IV. *Septimania ab Hungaris anno CMXXIV. devaſtata.*

Flodoardus in Chronico ad an. CMXXXII. ait: *Ragemundus & Ermingaudus Principes Gothiæ Regi ſe Rodulfo committunt.* Ragemundus Raimundus etiam appellatus, & Ermingaudus Comites erant Septimaniæ, ut oſtendit Catellus lib. I. Hiſtoriæ Comitum Toloſæ cap. 13. qui cap. ſequenti refert lingua Gallica Epiſtolam Joanni Papæ datam ab Aymerico Archiepiſcopo Narbonenſi, Hugone Epiſcopo Toloſano, & Raynaudo Epiſcopo Biterrenſi, qua eum rogant, ut illos excuſatos habere velit, ſi ſecundum antiquam conſuetudinem *Aymericus* Archiepiſcopus Narbonenſis dictus, neque per ſe, neque per deputatos illum adierit, quia præteritis annis omnis regio illa ab Hungaris devaſtata fuit, & fere ad ſolitudinem redacta, quod in cauſa fuit, cur patriam deſolatam, ut debito ſuo ſatisfaceret, deſerere auſus non fuerit. Et licet nunc gratia Dei & auxilio *Pontii Marchionis* inde expulſi fuerint, itinera tamen ab urbe Narbonenſi ad Romanam libera non ſunt, Saracenis aditum Alpium occupantibus, & tranſitu per Alamanniam minus commodo exiſtente. Ea Epiſtola, quæ in Archivis Eccleſiæ Narbonenſis ſervatur, in fine mutila. Loquuntur ſine dubio Antiſtites illi de devaſtatione facta ab *Hungaris* anno CMXXIV. qui poſt deſolatam Italiam per abrupta tranſiere Alpium juga, & pene omnes, paucis evadentibus, conſumpti ſunt, ut eo anno tradit Flodoardus in Chronico. Cum vero *Pontius* ante præſentem annum Ragemundo & Ermingaudo ſuccedere non potuerit, ea Epiſtola hoc circiter anno ſcripta. Ex ea diſcimus, quem graviter ab *Hungaris* Septimania afflicta fuerit, & *Pontium* Marchionem Toloſanum, de cujus pietate infra ſermo erit, Principem fuiſſe magnanimum.

V. *Obitus Giafaris Caliphæ Babylonenſis.*

Occiſus eſt hoc anno *Giafar Abulfadlus* Saracenorum Babilonienſium Calipha, appellatus etiam *Muctaridus Billa.* Elmacinus enim lib. 2. Hiſt. Sarac. ait: *Occiſus fuit hora quarta diei Mercurii, qui vigeſimus octavus erat Sievvali,* ideoque triceſima prima Octobris noſtri currentis anni. Huic ſucceſſit *Cabirus Billa* qui depoſitus fuit anno Hegiræ CCCXXII.



*Quod & factum diſplicet, & in futurum fieri prohibemus, quia plus cauſa ariolandi eſſe cognoſcitur, quam ſupplementum legis Catholicæ.* Hactenus quæ accepimus. ☞



PAGIUS CCCXXII. die Mercurii, *ſexto Giumadæ prioris*, ideoque die viceſima tertia menſis Aprilis anni Chriſti nongenteſimi triceſimi quarti. Eadem die coronatus fuit *Alradhi*, vel *Alradi Bellahi*, ut teſtatur Eutychius, qui in eo Hiſtoriam Patriarcharum Alexandrinorum abſolvit.

| JESU CHRISTI ANNUS | JOANNIS XI. PAP. ANNUS | CONST. VIII. CUM ROM. IMP. ANNUS |
|---|---|---|
| 933. | 3. | 22. |

I. Joan. pſeudop. detruſus in carcerem.

CHriſti annus ſequitur nongenteſimus trigeſimustertius, Indictione ſexta, quo infauſtus Joannes pſeudopapa, ſicut violenter Romam ingreſſus eſt Sedem, ita violenter quoque deiicitur, in carceremque detruditur. De his dicturi, in primis quod ad temporis pertinet rationem, Frodoardus hujus temporis ſcriptor accuratus hæc habet: *Anno nongenteſimo trigeſimotertio Miſſi Rhemenſi Eccleſiæ Giſo & Almalricus Roma redeuntes, pallium Artaldo præſuli deferunt, nuntiantque Joannem Papam filium Mariæ, quæ & Marozia dicitur, ſub cuſtodia, detineri a fratre ſuo, nomine Alberico, qui matrem quoque ſuam clauſam ſervabat, & Romam contra Hugonem Regem tenebat.* Hæc ipſe. Porro cauſa cur iſta obvenerint, Luitprandus (a) aperte reſerat, remque geſtam ſic narrat:

(a) Luitp. l.3.c.13.

II. *Marozia vero ſcortum impudens nimis ſuos nuntios poſt Vvidonis mariti ſui obitum Hugoni Regi dirigit, eumque invitat, ut ſe adeat, Romamque ſibi nobiliſſimam civitatem aſumat. Hoc autem non aliter poſſe fieri teſtabatur, niſi eam ſibi Rex Hugo uxorem faceret.* Erat autem idem Hugo ex eadem matre, qua Wido vir ejus defunctus, genitus, Berta nomine, uxore Adelberti Tuſciæ Marchionis; ſicque Hugo iſte frater erat Widonis, Maroziæ viri. Cujus rei cauſa in feminam inceſtuoſam his ita verſibus idem Luitprandus exclamat:

Maroziæ execranda turpitudo decantata a Luitpran.

*Quid Veneris facibus compulſa Marozia ſævis?*
*Conjugis ecce tui ſpectas tu ſuavia fratris;*
*Nubere germanis ſatagens Herodia binis,*
*Immemor aſpiceris præcepti cæca Joannis,*
*Qui fratrem vetuit fratris violare maritum.*
*Hæc tibi Moyſeos non præſtant carmina Vatis,*
*Qui fratri ſobolem fratris de nomine juſſit*
*Edere, ſi primus nequeat ſibi gignere natum.*
*Noſtra tuo peperiſſe viro te ſæcula norunt.*
*Reſpondes (ſcio) tu: Nihil hoc Venus ebria curat.*
*Advenit optatus ceu bos tibi ductus ad aram*
*Rex Hugo, Romanam potius commotus ob Urbem.*
*Quid juvat, o ſcelerata, virum ſic perdere ſanctum?*
*Crimine dum tanto ſatagis Regina videri,*
*Amittis magnam Domino tu judice Romam.*

Hæc ipſe in ſceleſtiſſimam feminam. Pergit vero idem Luitprandus locum deſcribere, in quem advenientem Romam tunc recepit ipſa Hugonem:

III. *In ingreſſu*, inquit, *Romanæ Urbis, quædam eſt miri operis, miræque fortudinis conſtituta munitio, ante cujus januam pons eſt pretioſiſſimus ſuper Tyberim fabricatus, qui primus Romam ingredientibus atque egredientibus eſt; nec eſt alia, niſi per eum tranſeunde via: hoc tamen niſi conceſſu cuſtodientium munitionem fieri non poteſt. Munitio autem ipſa (ut cætera deſinam) tantæ altitudinis eſt, ut Eccleſia, quæ in ejus vertice videtur in honorem ſummæ & cœleſtis militiæ principis Archangeli Michaelis fabricata, dicatur ECCLESIA SANCTI ANGELI USQUE AD COELOS. Rex denique ob munitionis confidentiam, derelicto longe exercitu cum paucis Romam advenit. Qui decenter a Romanis ſuſceptus, in prædictam munitionem ad prædictæ Maroziæ meretricis thalamum declinavit. Cujus inceſto dum potitus eſſet concubitu Romanos quaſi jam ſecurus deſpicere cœpit. Habuerat ſane Marozia filium, nomine Albericum, quem ex Alberico Marchione ipſa genuerat. Qui dum matris hortatu Regi Hugoni vitrico ſcilicet aquam funderet, ubi manus ablueret: ab eo pro correctione in faciem cæſus eſt, eo quod non moderate & prudenter aquam effunderet.*

Hugonis conjugium inceſtuoſum cum Marozia.

IV. *Is vero ut illatam ſibi poſſet ulciſci injuriam, congregatis in unum Romanis, hujuſmodi eos ſermone convenit: Romanæ Urbis dignitas ad tantam eſt ſtultitiam ducta, ut meretricum etiam imperio pareat. Quid enim fœdius, quidve turpius, quam ut unius mulieris inceſtui Romana civitas pareat? Romanorum aliquando ſervi ſcilicet Burgundiones Romanis imperent? Si meam privigni ſcilicet ſui faciem cæcidit, cum præſertim novus habeatur hoſpes, quid vobis jam inveteratum facturum creditis?* Hæc & alia locutus in deteſtationem Hugonis; quæ ſint poſt hæc ſecuta ſubiicit, dicens: *Nec mora, his auditis, Hugonem Regem cuncti deſerunt, atque cumdem Albericum ſibi dominum eligunt: & ne ſpacium quidem milites introducendi ſuos Rex Hugo haberet, munitionem confeſtim oppugnant. Liquet divina diſpenſationis eſſe hoc conſilium, ut quod Rex Hugo tam nefario turpiter cœperat ſcelere, id tum omnimodo obtinere non poſſet. Tanto quippe eſt terrore coactus, ut præſertim ſeipſum ea ex parte, qua civitatis muro munitio inhærebat, deponens, eam deſereret, atque ad ſuos confugeret. Expulſus igitur eſt Rex Hugo, & cum præfata Marozia Romanæ Urbis monarchiam Albericus tenuit, fratre Joanne ſuo ſummi atque univerſalis præſulatus Sedi præſidente.* Hucuſque Luitprandus. Reliqua de carcere Joannis pſeudopontificis & Maroziæ ab ipſo Frodoardo narrata deſiderantur, quæ Legati ab Urbe venientes, fideles nuntii retulere.

Albericus adverſus Hugonem Rgem Romanos concitat.

PAGIUS SÆC. X. Anno Eræ Hiſpan. CMLXXI. Anno Hegiræ CCCXXI. inchoato die 1. Januar. f. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6426.

☉ 18. F. ☽ 3. P. 14. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 933.

JOANNIS XI. PAPÆ 3.

CONSTANTINI VIII. IMP. 22. cum Romano Imp.

Anno Hegiræ CCCXXII inchoato die 22. Decembr. fer. 1. A.C. 933.



| CHRISTI | JOANNIS XI. PAP. | CONST. VIII. CUM ROM. IMP. |
|---|---|---|
| 933. | 3. | 22. |

V. De Artaldo Rhemen. Archiep. Pallium a Joan. petente.

Hic mirari non deſino, quod cum tale monſtrum Sedem Apoſtolicam occupaſſet, cui non ætas, non natalitia, non legitima ſuffragaretur electio, & qui nihil niſi nomen Pontificis malis uſurpatum artibus retineret: tamen nomen tantum reveriti Pontificis Epiſcopi qui procul eſſent, omnem ei exhibuere reverentiam, ut eſt in exemplo Artaldus, de quo diximus ex Frodoardo ☞ Rhemenſis Archiepiſcopus ☜ qui dictos Legatos ad eum miſit, ut pallium peteret. Erat autem Artaldus ipſe ex monacho factus Rhemenſis Archiepiſcop. ante biennium, ejecto Hugone puero, qui annorum quinque ætatis fuerat a patre in eam ſedem intruſus. Electus Artaldus ob inſignem animi virtutem, quam & oſtendit, ubi in ea ſede locatus eſſet, antequam etiam pallium accepiſſet, Milonem Comitem excommunicavit ob Catalaunenſe Epiſcopium deprædatum, ut idem Frodoardus enarrat. Tantus vir ergo tanti facit Romani Pontificis nomen in homine immerito, illegitime collocato: non ipſo neque ullo alio audente ſuper Romanum nominatum Pontificem ſibi arrogare judicium.

VI. Henricus pietate prævia ſuperat Hunnos.

Eodem anno iteratos motus Ungarorum in Germaniam Frodoardus recenſet, contra quos, ut ait, Henricus Rex profectus eos ad internecionem delevit, trigintaſex millibus ex eis occiſis, cæteris captis, aut flumine abſorptis. Sed de his pluribus Witichindus (a), qui de eo ſcribit quod ut ſuos hortaretur ad bellum, inter alia hæc tunc pro concione dixerit: *Conſulite igitur vobis ipſis, & quid ſuper hac re faciendum eligite. Theſaurum divinis officiis ſanctificatum tollamne, & dabo pro noſtra redemptione inimicis? An certe addam cultui divino pecuniam & honorem, ut ab ipſo potius redimamur, qui vere noſter extat Creator & Redemptor? Ad hæc populus levavit voces in altum, inquiens: ſe a Deo vivo & vero redimi omnimodis deſiderare, quia fidelis & juſtus ſit in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Operam ſuam deinde promittens Regi contra gentem acerrimam, dextris in cœlum elevatis, pactum firmavit.* Sicque prævia pietate, reddito ſibi propitio numine, tanquam audiſti omnibus ſæculis memorandam de invictis, pavendiſque omnibus obtinuit Rex ope divina victoriam. De eodem idem enarrat auctor, quo ejuſdem maxime religio commendatur, nimirum primarium Henrici vexillum nominatum fuiſſe ANGELUM, eo quod illud eſſet Angeli imagine inſignitum. Unde recentiores illi in hæreſim abducti miſeri Saxones erubeſcant, qui hodie cultum ſanctarum deteſtantur imaginum, longe degeneres a pietate majorum, quos ingenti præconio omnia ſæcula commendarunt. De eadem inſigni victoria agens (b) Luitprandus, tradit voviſſe tunc Henricum Regem, de ſuo Regno ſimoniacam hæreſim evulſurum fore, quæ altas in eo fixerat radices prædeceſſorum conniventia, ſi de Hunnis victoria potiretur; quam hiſce pietatis officiis eſt conſecutus. Addit etiam ab eodem Rege curatum, ut victoria eadem in ſuo cœnaculo pictura inſigniter exprimeretur, in qua ob ſui excellentiam, rem, inquit, veram potius, quam veriſimilem videas.

(a) Vvitichin. de reb. Saxon. l. 1.

(b) Luitpran. lib. 2. c. 8. 9. in fin.

VII. Quod ad res Græcorum ſpectat, eodem hoc anno defunctus eſt Stephanus Conſtantinopolitanus Patriarcha, cum præfuiſſet Eccleſiæ illi annos duos & men-

PAGIUS I. *Moritur Stephanus Patriarcha Conſtantinop.*

